3 1761 07276970 6

Digitized by the Internet Archive
in 2009 with funding from
University of Toronto

http://www.archive.org/details/dequindenniistra00lope

DE QUINDENNIIS

TRACTATUS NOVUS

Judicibus, Advocatis, cæteriſque in foro verſantibus utilis, & neceſſarius: In quo agitur de Quindenniis, quæ loco Laudemiorum ſingulis quindecim annis debentur Dominis directis à manibus mortuis, ſeu Eccleſiis, ex Bonis Emphyteuticis in eaſdem translatis, ad inſtar Quindenniorum, quæ loco Annatarum ſingulis quindecim annis debentur Cameræ, ſeu Cancellariæ Apoſtolicæ à manibus mortuis, ſeù Eccleſiis ex Beneficiis, eiſdem unitis.

CUM

Doctoribus, Deciſionibus exterorum Tribunalium, & Sacræ Rotæ Romanæ, poſt Tractatum, nec non Indice Argumentorum Capitulorum, & altero locupletiſſimo Rerum, & Verborum, ſeu Materiarum.

Sanctiſsimo Domino Noſtro

CLEMENTI XI. PONT. OPT. MAX.

DICATUS.

AUTHORE

JOANNE LOPEZ DE LEONE

Ulyxbonen. in Portugalliæ Regno, U. J. D. & in Romana Curia Advocato.

ROMÆ, MDCCXXI.

Ex Typographia Rocchi Bernabò.)(*Superiorum licentiâ.*

CUM PRIVILEGIO APOSTOLICO.

BX
1939
M7L66

LIBRARY
SEP 5 1968
UNIVERSITY OF TORONTO

Beatiſsime Pater.

A LUSITANO *in Romanum ſolum tranſlatus, & quaſi tranſplantatus, primitias agelli mei, SANCTITATI TUÆ ſupplex ſiſto, & devoveo, ſiquidem profiteor fructus eſſe, cujus eſt fundus, jure ſoli Tibi ſoli debitos, quos tamquàm verus Dominus naturali ratione tuos feciſti, & reliquos, quos indiès proferam, favente Deo, impoſterùm facies, eòſque ſub clementis ſyderis Tui umbra fovebis, & favebis, ut labores mei tuti ſint, & uberioris futuræ meſſis ſpes certa mihi præbeatur, immò mearum vigiliarum monumenta, fiant ſaltem umbræ ſyderis SANCTITATIS TUÆ: ſerpit quidem humi opus,*

lucem videre diffidens præ auctoris obſcuritate, ſed auſpice ſublimi triplici vertice fortaſsè feriet ſydera, ſplendoris, aut lucis nihil habet, ſed à ſydere SANCTITATIS TUÆ *illam mutuabitur, ut noctem metuere non debeat; ingenii mei abortum intrà excelſos* SANCTITATIS TUÆ *colles Olympo proximos collocari ſine, ut à ſplendidiſſimo ſydere ſuprà montes poſito, lucis uſuras recipiat, nec dedignabitur* SANCTITAS TUA, *poſt Paſtorales ſollicitudines librum hunc aliquando revolvere, calamum, ſcriptoremque beando, illius quippè imaginem exprimis, qui humilia reſpicit, & ſpicarum etiam faſciculum ab agelli colono oblatum de cælo accipit, more generoſi creditoris modicum accipientis à ſuo debitore, à quo ſibi plurimum deberi intelligit, liber ipſe non liber, ſed ſervus jure dici poteſt, partus enim ex ſervo Patre natus, Domino, ſeu Patrono debetur. Reſpice ergo, quæſo, ad hæc primogenia, quemadmodùm Deus reſpexit ad primogenia Abel. Prodit itaque in lucem ſub ſydere* SANCTITATIS TUÆ, *de* Quindenniis *Tractatus novus, & à nemine ex profeſſo editus, in hoc publicæ conſulendo fori commoditati, præſertim ſub Principe, qui non niſi publicæ conſulit utilitati, dum nuper Chinenſem Apoſtolicam Legationem commiſit* SANCTITAS TUA, *ut Chriſtianum nomen per vaſtiſſima Imperia diffundatur, ſicut nunc maximè ad vaſtiſſimum Sinarum Imperium ſplendidam Apoſtolicam Legationem adornat, ut divini nominis gloria, & Chriſtiana Religio ubique propagetur, ac Eccleſiæ filii multiplicentur; quamobrem ſpero, totum Orbem ſub tali Paſtore, Chriſti ovili fore adſcribendum, & pacis tranquillitate fruiturum.*

Im-

Imprimatur,

Si videbitur Reverendiſſimo Patri Sacri Apoſtolici Palatii Magiſtro.

N. *Card. Caracciolus Archiepiſcopus Capuæ Pro-Vicarius*:

APPROBATIO OPERIS.

TRACTATUM de *Quindenniis*, non niſi ſummis vigiliis, magniſque laboribus exaratum à Domino Juris Conſulto Joanne Lopez de Leone Ulyxbonen. in Romana Curia Advocato, juſſu Reverendiſſimi Patris Gregorii Selleri Sac. Palatii Apoſtolici Magiſtri, jucundè perlegi, atquè diligenti adhibita obſervatione, nihil in eo depræhendi Catholicæ Religioni, Sacris Canonibus, bonis Moribus, ac ſanæ Doctrinæ contrarium; Quapropter digniſſimum cenſeo, ut ad publicam omnium in Judiciali Palæſtra verſantium utilitatem Typographicis monimentis demandetur, ſi iis, quibus Juris eſt, ità videbitur. Hac die 12. Februarii 1716.

Antonius Flavius de Santis in Romana Curia Advocatus.

Alia Approbatio.

TRACTATUS de *Quindenniis* Domini Advocati Joannis Lopez de Leone eſt adeò refertus legali eruditione, quòd minimè aberrat à Catholica Religione, & bonis moribus, quemadmodùm decet eſſe doctum, æquè pium Authorem; ideòque ad omnium profectum, & commune bonum cenſeo, quòd opus tàm utile, & neceſſarium in foro noſtro quàm primùm prælo demandetur, ſi ità videbitur Reverendiſſimo Sacri Palatii Apoſtolici Magiſtro: hac die prima Octobris 1717.

Jo. Xaverius de Leone J. C. Arianen., & in Romana Curia Advocatus;
& dùm hæc imprimerentur, *Epiſcopus Æſerniarum*.

Imprimatur,

Fr. Gregorius Selleri Sacri Apoſtolici Palatii Magiſter, Ordinis Prædicatorum.

CLE-

CLEMENS PP. XI.

AD FUTURAM REI MEMORIAM.

CUM, *ſicut dilectus filius Joannes Lopez de Leone Ulyxbonen. in Romana Curia Advocatus Nobis nuper exponi fecit, ipſe Librum, cui titulus* = De Quindenniis, quæ loco Laudemiorum ſingulis quindecim annis debentur Dñis directis à manibus mortuis, ſive Eccleſiis ex bonis Emphyteuticis in eaſdem translatis &c. *in hac Alma Urbe Noſtra ſuâ impensâ imprimi fecerit, ſeu facere intendat; vereatur autem, nè poſtquàm in lucem prodierit, alii, qui ex alieno labore lucrum quærunt, librum hujuſmodi in ipſius Joannis præjudicium iterùm imprimi curent. Nobis propterea humiliter ſupplicari fecit, ut ſibi in præmiſſis opportunè providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur eumdem Joannem ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, eumque à quibusvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis Sententiis, cenſuris, & pœnis, à jure, vel ab homine quâvis occaſione, vel causâ latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium dumtaxat conſequend. harum ſerie abſolventes, & abſulutum fore cenſentes, hujuſmodi Supplicationibus inclinati, eidem Joanni, ut decennio proximo à primæva libri præfati impreſſione computando durante, dummodò tamen ille priùs à dilecto filio Magiſtro Sacri Palatii Apoſtolici approbatus ſit, nemo tàm in Urbe prædicta, quàm in reliquo Statu Eccleſiaſtico mediatè, vel immediatè Nobis ſubjecto librum prædictum ſine ſpeciali ipſius Joannis, aut ab eo cauſam habentium licentiâ imprimere, aut ab alio, vel aliis impreſſum vendere, aut venalem habere poſſit, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium concedimus, & indulgemus. Inhibentes propterea utriuſque ſexus Chriſti fidelibus, præſertim librorum Impreſſoribus, & Bibliopolis ſub quingentorum ducatorum auri de Camera, & amiſſionis librorum, & Typorum omnium, pro una Cameræ Noſtræ Apoſtolicæ, & pro alia eidem Joanni, ac pro reliqua tertiis partibus Accuſatori, & Judici exequenti irremiſſibiliter applican., & eo ipſo abſque ulla declaratione incurrendis pœnis, nè dicto decennio durante librum prædictum tàm in Urbe, quam in reliquo Statu præfatis ſine hujuſmodi licentia imprimere, aut ab aliis impreſſum vendere, ſeu venalem habere, vel proponere quoquo modo audeant, ſeu præſumant. Mandantes propterea dilectis filiis Noſtris, & Apoſtolicæ Sedis de Latere Legatis, ſeu eorum Vicelegatis, aut Præſidentibus, Gubernatoribus, Prætoribus, & aliis Juſtitiæ miniſtris Provinciarum, Civitatum, Terrarum, & Locorum Status Noſtri Eccleſiaſtici prædicti, quatenùs eidem Joanni, ſeu ab eo cauſam habentibus prædictis in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, quandocumque ab eodem Joanne requiſiti fuerint, pœnas prædictas contrà quoſcumque inobedientes irremiſſibiliter exequantur. Non abſtan. Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac quibusvis Statutis, & conſuetudinibus etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, illorum tenores præſentibus pro plenè, & ſufficienter expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Volumus autem, ut præſentium tranſumptis etiam in ipſo libro impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis, eadem prorsùs fides in judicio, & extrà adhibeantur, quæ præſentibus ipſis adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris, die XXVIII. Septembris MDCCXX. Pontificatus Noſtri Anno Vigeſimo.*

Loco † ſigilli

F. Card. Oliverius.

AUCTOR AD LECTOREM.

IN Cunabulis à remotiſſimis Europæ finibus,ac extremis orbis plagis, & ab Ulyſippone Patria mea, ad Italiæ partes, ejuſque Caput appulſus, Romam totius Orbis Emporium, & Imperium,ubi Juriſprudentiæ diù vacans, neglexi prelo aliquid demandare, dum illud me plurimùm deterrebat, quòd in hac tanta librorum phalange, quibus Jus noſtrum videtur jam potiùs obſcurari, quàm illuſtrari, ideoque ſupervacuum, ac penè inutile putabam fore, ſi ad ſylvam (ut ajunt) ligna deferrem, quia adhùc tamen animadverti, neminem extare, qui de *Quindenniis* ſcripſerit,quæ quidem materia inutilis dici nequit, dum quotidiè in foro verſatur, & quaſi inextricabilis, ſivè ullo Tractatu videtur deſtituta,in forenſi uſu cogitare cæpi,quo in genere ſcribendi mea verſaretur parva ſupellex, nec magis neceſſarium putavi,quàm materiam *Quindenniorum*, nec niſi publica utilitas ad ſcribendum me impulit; ego ſiquidem minimus omnium, nimis erubeſcens, ac ſummè contremiſcens,auſus imponere humeris tantam molem viribus imparem, haud tamen deterritus operis difficultate, mearumquè virium imbecillitate,confiſus tamen auxilio ejus, qui cunctarum eſt auctor ſcientiarum, quique ſapientiam præſtat parvulis, & intellectum, & dat omnibus affluenter, periculoſis ſirtibus obvius immenſum legale pelagus ingreſſus ſum, primus manum impono in re difficili, & quia difficili, ac nova, adeò periculoſa. Materia ſanè Gordianis implexa nodis ſeſe offert, meque non vulgaris admiratio ſubiit, quænam fuiſſet Jurisconſultorum oblivio, aut ſegnities, ut de *Quindenniis* re adeò in foro neceſſaria, ac perutili, nil literis prodiderint, præſertim innumeros libros, quos capere mundus non poteſt, quorumvè mole gravatus ruit,de rebus non tantæ auctoritatis, ac momenti conſcripſerint, & tranſcripſerint more Amanuenſium, vel ab aliis quaſi mutuantes, ſivè potiùs ſubripientes, & (ut in proverbio eſt) actum agant, magiſque miratus, quòd in tàm fœcunda Scriptorum, & Tranſcriptorum ætate nullus hucuſque huic operi manum, ac (ut inquiunt) primum lapidem admoveret, nec qui primus in hac ſemita (prout arduum ipſum opus, arduàque ipſa ſibi exigebat materia) veſtigia preſſerit, aut regiam monſtrarit viam inoffenſo pede percurrendam, niſi quòd in hoc uno opere, quod & præclarum, & neceſſarium erat, forſitan ſumma difficultas, rei gravitas, & novitas omnes etiam imperterritos perterrebat, & in ipſo conatu animum fecerat ſuccumbere, & me quoque eadem difficultas animum deſpondere coegiſſet, ſi tædio laborioſæ materiæ, & terrore commoverer, ac expaveſcerem; obfirmavi tamen animum deſinens ampliùs mirari, habent enim ſydera nebulas, & defectiones, quas dum patiuntur, calliginanti Reipublicæ Vicaria lampade ſubveniendum eſt: ab aliis igitur omiſſa ſupplere nobis fuit animus,& in fęcundiſſimo,ac perquàm lato campo Jurisprudentię incultum reliquerunt, nos ad culturam redegimus,ſiquidem quamplurimi quod juri luſtrando, & illuſtrando intenti præ viribus operam in aliis quidem materiam impen-

impenderunt, ſed non in præſenti. Primam igitur hanc plantam, vel quia primam, veriùs plantulam, meis ſudoribus irrigatam, ac enutritam, nec præcoci intempeſtivitate, Romano ſolo infixam deguſtandam offero, ſperans, ſi Deus faxit, uberes fructus fore allaturam. Meus autem Tractatus ſterilis, ac jejunus prodit, à me ſolo fæcundatus, uti uſque dum intractatus, nec nobilius exiſtimavi ſcribendi genus, quàm Tractatu, præſertim ſi ille eſt à nemine tentatus, prout favente Deo, & vita comite, alios Tractatus novos in forenſi agro diſſeminare ſpero, in ſcribendo ſolus, & primus, licet omnium ſecundus, & ultimus, cùm legalis palæſtra jam abundet quamplurimis Tractatibus à variis pertractatis. Sanè in Tractatu (quidquid in meo) illucet ordo, propinatur pura, nudaque veritas, nullo corrupta pretio, nulla fucata gratia: Cumque non mihi dumtaxat, ſed etiam reliquis hominibus me natum intelligerem, deliberavi aliquid novi in lucem edere, & publicæ utilitati, cui vivo, impertiri, ab oblivione me vindicando, nè mihi ipſi perire patiar, dum neminem inveni, qui de *Quindenniis* ageret, de illis me primum faciendo, licet, ſim ultimus, & in hoc de jure, ſi fas eſt aſſerendo, benè, vel ſaltèm, non malè mereri. Fruere igitur primo hoc partu, ſivè abortu, propediem Deo obſtetricante, ſecundo, tertio, ac ulteriore fruiturus: Habes itaque primogenitum opus qualecunque ingenii, vel ingenioli mei infirmitas produxit, inornatum, ſed non profectò inutile; primarios hoſce meos fructus, licet inſipidos forſitan quia primarios deguſta, nihilominùs primitiæ ex alia parte jam ipſo naturæ judicio reliquis fructibus ſunt gratiores, ideòque Deo debitæ. Animadvertes quoque, me nihil de alieno patrimonio, deque aliena meſſe nullam ſegetem præripuiſſe. Doctores ad materiam poſt Tractatum, prout etiam Deciſiones tàm Exterorum, quàm Sacræ Rotæ Romanæ Tribunalium partìm alibi, partìm nullibi impreſſas congeſſi, ut omnia facilè, promptèque præ manibus habeas, quin tempus in illis indagandis forſitan gravi negociorum mole preſſus. Minùs rectè dictis ignoſcendum eſt; quis enim in re tàm difficili, & nova, proindèque in tot, tantiſque tenebris non offendat? Quando ardua res eſt vetuſtis novitatem dare, novis auctoritatem, obſoletis nitorem, obſcuris lucem, faſtiditis gratiam, dubiis fidem, fractas inſuper vires recreat ponderatio, quòd in re ardua audendum ſit, imò quomodocumque res ſe habeat, immenſi, & laborioſi operis ſufficit conatus. Quantum autem hoc novo Tractatu pretium operæ fecerim, aut cæteri deinceps in eo cognoſcendo facturi ſint, ne videar glorioſè venditare merces meas, aliorum erit judicium. Typographiæ erroribus parcendum quoque, quia impreſſione etiam Argi oculi cæcutiunt.

INDEX CAPITULORUM

TRACTATUS DE QUINDENNIIS.

CAP. I.

Quindennia in materia emphyteutica undè orta, & cur introducta. pag. 1.

CAP. II.

Quinam teneantur ad quindennia. pag. 7.

CAP. III.

Confraternitas, acquirens bona emphyteutica, tenetur ad quindenniorum ſolutionem. pag. 25.

CAP. IV.

Collegia, retinendo bona emphyteutica, tenentur ad quindennia. pag. 30.

CAP. V.

Conſervatoria Puellarum, & Domus Oblatarum, acquirendo emphyteuſim, tenentur ad quindennia. pag. 33.

CAP. VI.

Hoſpitalia, retinendo emphyteuſim, tenentur ad ſolutionem quindenniorum. pag. 41.

CAP. VII.

Manus mortua tenetur ad quindennium etiam in caſu, quo emphyteuſim acquirat ab altera manu mortua. pag. 58.

CAP. VIII.

Manus mortua donataria rei emphyteuticæ tenetur ad ſolutionem quindenniorum. pag. 59.

CAP. IX.

Manus mortua legataria rei emphyteuticæ regulariter tenetur ad ſolutionem quindenniorum. pag. 61.

CAP. X.

Legata manui mortuæ re emphyteutica, hæres legantis, non autem manus mortua tenetur ad quindennia, ſi ex teſtamento talem fuiſſe mentem defuncti eliciatur. pag. 63.

CAP. XI.

Manus mortua, licet mutata forma fundi emphyteutici, eàque deteriorata, adhùc tenetur ad quindennia in ſumma conventa, vel ſolvi conſueta, nec eſt locus red[u]ctioni quindenniorum. pag. 65.

CAP. XII.

Tertius poſſeſſor quomodocumque habens cauſam à manu mortua, adhùc conveniri poteſt à Domino directo pro conſequutione tàm præteritorum, quàm futurorum quindenniorum. pag. 66.

CAP. XIII.

Ex bonis emphyteuticis redactis in locis adinſtar allodialium per manum mortuam acquiſitis, adhùc debentur quindennia. pag. 67.

CAP. XIV.

Relicta emphyteuſi per contractum, vel teſtamentum in proprietate manui mortuæ, & certæ perſonæ in uſufructu, illius vita durante, manus mortua proprietaria tenetur ad quindennium, non autem uſufructuarius. pag. 69.

CAP. XV.

Manus mortua creditrix emphyteutæ, victrix in utili Salviano, agendo contrà ipſum emphyteutam, ſivè contrà tertium ab illo cauſam habentem, à Judice immiſſa in poſſeſſionem, quod dicunt in Salviano ſuper fundo emphyteutico donec, & quouſque ſatisfacta fuerit de ſuo credito, etiamſi ultrà quindecim annos perſiſtat in poſſeſſione fundi, quia intrà dictos quindecim annos ſatisfieri non pòtuerit ex fructibus, adhùc non tenetur ad quindennium Domino directo. pag. 73.

CAP. XVI.

Eccleſia, ſeu quicumque Locus Pius poſſidens fundum emphyteuticum ruinoſum, infructuoſum, vel ſaltem parùm fructuoſum, ſivè modici valoris, non tenetur ad quindennium Domino directo. pag. 76.

CAP. XVII.

Inſtituta hærede Anima in emphyteuſi, debetur quindennium Domino directo. pag. 78.

CAP. XVIII.

Manus mortua Eccleſiaſtica translataria, & poſſeditrix fundi emphyteutici, nullo indiget Beneplacito Apoſtolico pro ſe obligando ad quindennium. pag. 82.

CAP. XIX.

Non ſolùm ex emphyteuſi, ſed etiam ex precaria debentur quindennia. pag. 84.

CAP. XX.

Ex emphyteuſi hæreditaria conceſſa *pro quibuſcumque, quibus dederit*, & quomodocumque tranſitoria ad extraneos, ac per conſequens ad manus mortuas, adhùc debetur quindennium. pag. 85.

CAP. XXI.

Ex meliorationibus in re emphyteutica per manum mortuam factis non debetur quindennium, proindeque illud venit calculandum detractis meliorationibus. pag. 87.

CAP. XXII.

Quindennium debetur etiam ex emphyteuſi manui mortæ ad tempus tantùm conceſſa, ſi illa ultrà 15. annos conceſſa legatur. p. 89.

CAP. XXIII.

Ex bonis ſubrogatis in locum aliorum bonorum emphyteuticorum affrancatorum, ſeu emptorum à vicino vigore Bullæ Gregorianæ ſuper retractu coactivo, debentur quindennia à manu mortua. pag. 90.

CAP. XXIV.

Ex emphyteuſi manui mortuæ conceſſa cum pacto de affrancando, non debentur quindennia. pag. 92.

CAP. XXV.

Manus mortua habens rem in emphyteuſim ad gaudimentum vulgò *à godere*, non tenetur ad quindennium. pag. 97.

CAP. XXVI.

Ex conſtitutione annuorum reddituum ſuper re emphyteuticaria impoſitorum favore manus mortuæ, non debentur quindennia. pag. 99.

CAP. XXVII.

Ex emphyteutica conceſſione manui mortuæ à Domino directo facta abſque aliqua expreſſa quindenniorum reſervatione, non debentur Domino directo quindennia. pag. 101.

CAP. XXVIII.

Facta conceſſione emphyteutica à principio per Dominum directum manui mortuæ abſque aliqua reſervatione quindenniorum, poſteaque eadem manu mortua emphyteuſim alienante in aliam manum mortuam, non debentur quindennia. pag. 105.

CAP. XXIX.

Emphyteuſis privata, ſeu laycalis, poſteà tranſiens in manum mortuam, ſubjacet quindennio. pag. 107.

CAP. XXX.

Quindennia debentur etiam in caſibus, in quibus non deberentur, ſi inter manum mortuam emphyteutam, & Dominum directum inita fuerit conventio de illis ſolvendis ſemper, & quandocumque, etiamſi illa non deberentur. pag. 109.

CAP. XXXI.

Deveniente emphyteuſi ad manum mortuam non titulo venditionis, ſed locationis de novennio in novennium etiam uſque ad centum annos duraturæ non debetur quindennium. pag. 114.

CAP. XXXII.

Acquirente emphyteuſim ad vitam tantùm, poſteàque Religionem ingreſſo, tranſeunte emphyteuſi in Monaſterium, in quo emphyteuta Profeſſionem emiſit, ex perſona ejuſdem Monachi, interim tenetur idem Monaſterium ad quindennia. pag. 116.

CAP. XXXIII.

Sæcularis acquirens emphyteuſim, poſteà effectus Clericus, tenetur ad quindennia. pag. 118.

CAP. XXXIV.

Bona emphyteutica in manum mortuam translata ex cauſa neceſſaria, non ſubjacent quindenniis. pag. 118.

CAP. XXXV.

Manus mortua poſſidens bona emphyteutica, ſuperveniente poſteà cauſa neceſſaria, cogere poteſt Dominum directum ad affrancandum fundum, & hac via eximi à quindenniis. pag. 124.

CAP. XXXVI.

Manus mortua ex emphyteuſi in illam translata cum pacto redimendi, ſeu de retrovendendo, non tenetur ad quindennium. p. 127

CAP. XXXVII.

Ex bonis emphyteuſis aſſignatis Locis Piis pro Dotibus Monialium non debentur qnindennia. pag. 132.

CAP. XXXVIII.

Ex ceſſione jurium ſuper emphyteuſi facta manui mortuæ non debetur quindennium Domino directo. pag. 138.

CAP. XXXIX.

Reſoluta emphyteuſi, vel ob pactum reſolutivum in ea appoſitum adveniente aliquo caſu, puta ſequutæ evictionis, vel paſſarum moleſtiarum, vel ex nullitate conceſſionis inveſtituræ non ab initio contractus patente, ſed poſteà ſuperveniente, vel ex alia ſimili cauſa, elapſiſque quindecim annis antè reſolutionem emphyteuſis, adhùc quindennium venit ſolvendum, vel ſi jam ſolutũ ſit, illud non venit ampliùs reſtituendum manui mortuæ. pag. 140

Index Capitulorum

CAP. XL.

D[illegible] ad effectum exigendi quindennium, probatur [illegible] tatis. pag.142.

CAP. XLI.

Vendens rem emphyteuticam manui mortuæ uti liberam, ſivè ſciat, ſivè ignoret, rem illam venditam eſſe talis qualitatis, licet manus mortua emptrix non inveniat rem liberam, ſed emphyteuticam, ideòque patiatur incommodum, ac onus ſolvendi quindennia Domino directo, attamen venditor hoc caſu non tenetur de evictione, ſed manus mortua ſolvere debet quindennia. p.144

CAP. XLII.

Conceſſo manui mortuæ fundo in emphyteuſim immuni, libero, ac franco ab omni, & quocunque onere, adhùc debentur quindennia. pag.148.

CAP. XLIII.

Manus mortua ex privilegio Principis immunitatem habens ab omnibus, & quibuſcumque oneribus, impoſitionibus, & præſtationibus, non intelligitur exempta, & immunis ab onere quindennii. pag.149.

CAP. XLIV.

Dominus directus non poteſt recuſare, ut emphyteuſis tranſeat ad manum mortuam, quando iſta parata eſt ſolvere quindennium. pag.151.

CAP. XLV.

Manus mortua emphyteuta non poteſt emphyteuſim dimittere in præjudicium Domini directi, ad ſe eximendum à ſolutione quindenniorum. pag.152.

CAP. XLVI.

Emphyteuta alienante fundum emphyteuticum in manum mortuam, & Domino directo ex alienatione hujuſmodi recipiente laudemium, non indè cenſetur remiſſum quindennium in futurum. pag.157.

CAP. XLVII.

Quindennium ſolvendum eſt Domino directo, ſeu mediato, non verò Domino immediato ſubalterno ſubinveſtienti, ſeu ſubemphyteuticanti, quando primus emphyteuta ſubemphyteuticat, ſeu ſubinveſtit manum mortuam. pag.158.

CAP. XLVIII.

Quindennium nondùm exactum, quia nondùm maturatum, ſolvendum eſt poſteriori Domino, de tempore nempè ſolutionis ipſius quindennii, non autem priori Domino de tempore conceſſionis ipſius emphyteuſis. pag.168.

CAP. XLIX.

Quindennia inexacta, licet maturata de tempore antiquorum, ſeu præteritorum Canonicorum, attamen diſtribuenda, ſeu dividenda ſunt inter novos tantùm Canonicos repertos de tempore diſtributionis, ſeu diviſionis faciendæ, non autem inter antiquos, ſeu præteritos Canonicos, ſivè eorum hæredes. pag.175.

CAP. L.

Quindennium ex prædio Beneficiali debitum per Beneficiatum in emphyteuſim manui mortuæ conceſſo, & per eundem prædefunctum non exactum, debetur ſucceſſori in Beneficio, non autem hæredibus prædicti ultimi Beneficiati. pag.177.

CAP. LI.

Emphyteuta ſubjiciens emphyteuſim ſtrictiſſimo fideicommiſſo cum prohibitione alienandi bona emphyteutica effecta fideicommiſſaria, ſub pœna caducitatis, vocatus tenetur ſolvere quindennium. pag.246.

CAP. LII.

Emphyteuta manus mortua, ſubemphyteuticando de conſenſu Domini, alteri manui mortuæ, ſive etiam Layco, liberatur à ſolutione quindennii, & onus illud ſolvendi transfunditur in ſubemphyteutam. pag.254.

CAP. LIII.

Emphyteuta in ſubemphyteuſi à ſe conceſſa ſibi reſervante canones, effecto poſteà non ſolvendo, indeque in ſolutum dante manui mortuæ creditrici canones prædictos ad effectum ſibi ſatisfaciendi, attamen manus mortua non tenetur ſolvere quindennia Domino directo. pag.270.

CAP. LIV.

In materia quindenniorum eſt locus aſſecurationi, ſi manus mortua illorum debitrix poſt acquiſitionem emphyteuſis deterioravit conditionem, & efficiatur non ſolvendo. pag.272.

CAP. LV.

Manus mortua emphyteuta habens cauſam non ſoſvendi quindenniū, quouſque illam juſtificet, tenetur ſaltem illud deponere. p.273

CAP. LVI.

Manus mortua emphyteuta non ſolvens quindennium, admmittitur ad purgationem moræ. pag.275.

CAP. LVII.

Dominus directus poſt commiſſam moram à manu mortua emphyteuta in ſolutione quindennii, prætendere nequit intereſſe quindennii non ſoluti in tempore. pag.283.

CAP. LVIII.

Dominus directus, & manus motrua Domina utilis de conſenſu ad majorem utriuſque cauthelam convenientes, ut de ſolutione quindennii fiat Inſtrumentum, non contenti Apocha privata, ſivè ſola quietantia fieri ſolita per Dominum directum de recepto quindennio à manu mortua, eo caſu communiter, & æquis partibus, ſeu pro rata ſolvenda merces Notario pro rogitu prælati Inſtrumenti, ſi verò inter ſe diſſentiant, tunc illa ſolvenda venit integraliter, ac inſolidum ab eo tantùm, qui Inſtrumentum confici velit. pag.283.

CAP. LIX.

Dominus directus creditor manus mortuæ in jure quindennii liquidi, ſi ſuum creditum quindenniale quantumvis liquidum nec amicabiliter, nec judicialiter ob præpotentiam ejuſdem manus mortuæ debitricis exigere valeat, nullùſque ſubſit ſcandali timor, propria auctoritate pro ſatisfactione ſui crediti citrà animum lucri faciendi ſubtrahere poteſt citrà furti vitium, tantum de bonis mobilibus exiſtentibus in dominio, & poſſeſſione dictæ manus mortuæ ſuæ debitricis, quantum ſufficiat pro ejus crediti quindennialis ſolutione. pag.286.

CAP. LX.

Exceptiones per manum mortuam deductæ ad effectum declinandi, ſeu retardandi ſolutionem quindennii tanquàm reſpicientes altiorem indaginem, rejiciendæ ſunt ad judicium petitorium, ac interim Dominus directus exiſtens in quaſi poſſeſſione exigendi quindennium, manutenenendus eſt. pag.288.

CAP. LXI.

Manus mortua emphyteuta, ad ſolvendum quindennium per Judicem quantumvis condemnata, adhùc appellare poteſt à ſententia condemnatoria etiam ad effectum ſuſpenſivum, retardata interim ſolutione quindennii. pag.291.

CAP. LXII.

Quindennii debitum non admittit compenſationem cum credito manus mortuæ emphyteutæ in diverſa ſpecie à Domino directo contracto. pag.293.

CAP. LXIII.

Quindennii taxatio regulanda eſt juxta ęſtimationem currentem de tempore conceſſionis emphyteuticæ manui mortuæ factæ, non autem de tempore præſenti, ſolutionis nempè ipſius quindennii. pag.295.

CAP. LXIV.

Periti in diminutionem valoris rei, præter canonem in longè majorem diminutionem valoris, non debent calculare æſtimationem, ſeu valorem fundi emphyteutici etiam habita ratione ad quindennium, quod manus mortua illius poſſeditrix ſolvere tenetur. pag.304.

CAP. LXV.

Pro exactione quindenniorum non competit Domino directo via exequutiva, ſicuti non competit pro exactione laudemiorum, niſi ſit in quaſi poſſeſſione exigendi quindennia. pag.306.

CAP. LXVI.

Dominus directus præfertur in exactione quindennii, anterioribus creditoribus manus mortuæ emphyteutæ. pag.308.

CAP. LXVII.

Quindennium quandoque, ſignanter in nonnullis locis non ſolvitur juxta generalem conſuetudinem ſingulis quindecim annis, ſed de triginta in triginta annos, de quadraginta in quadraginta annos, vel breviori tempore. pag.310.

CAP. LXVIII.

Quindennium ſolvendum eſt in fine cujuslibet quindennii, ſeu quorumlibet quindecim annorum. pag.310.

CAP. LXIX.

Quindennium incipit deberi, ſeu currere à die captæ poſſeſſionis rei emphyteuticæ, non autem à die ſtipulationis Inſtrumenti. p.321.

CAP. LXX.

Jura quindenniorum ſaltem in præteritū ſunt præſcriptibilia. p.327.

CAP. LXXI.

Etiam in caſu, in quo emphyteuſis reperiatur diviſa in plures partes æquales, ſivè inæquales inter plures Dominos drectos, diverſi tamen fori, exempli gratia inter Eccleſiam, & Laycum, itâ, ut ſit partim Eccleſiaſtica, & partim laycalis, ſeu profana, ſicque debeantur quindennia pluribus diviſim pro rata condominii, adeundus eſt Judex Eccleſiaſticus pro dictorum quindenniorum ſolutione; ſi autem emphyteuſis ſit de directo dominio plurium perſonarum ſæcularium, quàm Eccleſiaſticarum, adhùc pro ſolutione quindenniorum adeundus eſt Judex Eccleſiaſticus. pag.330.

CAP. LXXII.

Eccleſia conveniens Dominum directum Laycum pro aliqua ſumma ſibi debita, coram Judice Layco, poteſt coram eodem reconveniri pro ſolutione quindenniorum. pag.331.

CAP. LXXIII.

Eccleſia, ſivè quæcumque Vniverſitas Eccleſiaſtica, emphyteuſis laycalis, ſeu de directo dominio Layci poſſeditrix, pro decurſis tamen quindenniis convenienda eſt coram Judice ſuo Eccleſiaſtico, & quæcumque manus morrua ſæcularis poſſeditrix emphyteuſis Eccleſiaſticæ, ſeu de directo dominio Eccleſiæ, pro decurſis quindenniis convenienda eſt coram Judice ſuo Layco ejuſdem Domini directi, nempè ipſius Eccleſiæ. pag.333.

CAP. LXXIV.

Manus mortua Eccleſiaſtica emphyteuta conventa à Domino directo Layco ad ſolvendum quindennium, habet fori electionem, ita, ut inſtare poſſit, quòd cauſa cognoſcatur potiùs per unum Judicem, quàm per alium, & è contrà manus mortua ſæcularis emphyteuta conventa ab Eccleſia Domina directa ad ſolvendum pariter quindennium, non habet fori electionem, itâ, ut inſtare poſſit, quòd cauſa cognoſcatur potiùs per unum Judicem, quàm per alium. pag.335.

CAP.

Tractatus de Quindenniis.

CAP. LXXV.

An quindennia debeantur nec nè, cognoſcit Judex Ordinarius, non autem delegatus à Domino directo in cauſis emphyteuticalibus. pag.336.

CAP. LXXVI.

Aſſociatio, ſeu mandatum de aſſociando concedenda eſt Domino directo ad fundum emphyteuticum per manum mortuam poſſeſſum, ſi manus mortua renuat ſolvere quindennia decurſa, & nequeat ſe obligare ad ſolutionem quindenniorum in poſterum decurrendorum. pag.337.

CAP. LXXVII.

Quindennium ſolvendum eſt in eadem quantitate, in qua ſolvendum eſt laudemium. pag 343.

CAP. LXXVIII.

Ad exigendum quindennium à manu mortua Domina utili non ſolum requiritur ſpeciale mandatum Domini directi, ſed etiam individuale, cum ſpecificatione videlicet, ſeu individuatione nominis proprii fundi, & certæ manus mortuæ, immò nec ſufficit mandatum Procuræ generaliſſimum à Domino directo conſtitutum cum libera ad exigendum à quibuſcumque perſonis, quæ de præſenti ſunt, vel in futurum erunt, ſibi debita, ſaltem quoad præjudicandum juri prælationis ſuper alienatione, ſed benè ſufficit ſimile mandatum in genere ad exigendum quindennia à quibuſcumque manibus mortuis etiam abſque ſpecificatione,ac individuatione propriorum nominum fundorum emphyteuticorum, & manuum mortuarum. pag.346.

CAP. LXXIX.

Tutor, ſivè Curator, licet habeant mandatum à lege, non tamen poſſunt conſentire translationi emphyteuſi in manum mortuam, nec exigere quindennium à manu mortua pro fundo emphyteutico, ſeu de directo dominio pupilli, vel minoris, abſque Contutore, ſivè Concuratore, cæteriſque ſolemnitatibus in alienatione bonorum minoris requiſitis; & ſi de facto aliter emphyteuſim in manum mortuam transferri conſenſerint, vel aliter quindennium exegerint, non indè præjudicant pupillo, ſeu minori, vel adulto Dominis directis, ad effectum recognoſcendi manum mortuam in Dominam utilem, ſeu emphyteutam, vel ſaltem ad effectum eiſdem præjudicandi in jure prælationis ſuper alienatione forſitan quandoque à manu mortua facta. pag.349.

CAP. LXXX

Pater, ſivè alius Aſcendens, ex privilegio, ſeu vi, & effectu patriæ, vel aſcendentalis poteſtatis habens uſumfructum ſuper bonis adventitiis, ſeu maternis filii, & alterius deſcendentis, proindèque dictus legitimus adminiſtrator bonorum illius, habenſque mandatum à lege, non tamen poteſt inveſtire, ſeu conſentire, ut tranſeat emphyteuſis adventitia in manum mortuam, nec ab ea quindennium exigere pro fundo de proprietate filii, ſivè alterius deſcendentis ad effectum recognoſcendi manum mortuam in Dominam utilem, vel ſaltem ad effectum præjudicandi filio, vel alteri deſcendenti in prælatione ſuper alienatione, inque facultate cogendi manum mortuam ad ponendum in caput liberum.p.351.

CAP. LXXXI.

Maritus, licet ſit uſufructuarius bonorum dotalium, immò eorum Dominus conſtante matrimonio, vel ſaltem legitimus adminiſtrator, tamquàm habens mandatum à lege, adhùc non poteſt citrà conſenſum uxoris inveſtire manum mortuam de emphyteuſi dotali, ab eaque quindennium petere, ad effectum præjudicandi uxori tàm in facultate cogendi eandem manum mortuam ad evacuandum, quàm in prælatione ſuper alienatione. pag.354.

CAP. LXXXII.

Prælatus, ſivè Superior manus mortuæ Eccleſiaſticæ ſæcularis, ſeu Regularis, etiamſi ſit Procurator legitimus, & legalis,ſivè habeat mandatum à lege in adminiſtratione rerum non propriarum Prælati, ſeu Superioris, ſed ad eandem manum mortuam ſpectantium, non tamen poteſt inveſtire de per ſe ſolus abſque conſenſu Capituli aliam manum mortuam, ab eàque tamquàm prætenſa Domina utili quindennium exigere, & ſi de facto aliter inveſtierit, ab eàque quindennium exegerit, non indè præjudicat ſuæ manui mortuæ ad effectum recognoſcendi alteram manum mortuam in Dominam utilem, ſeu conceſſionariam tàm quoad facultatem cogendi ad ponendum extrà ſe, quàm quoad jus prælationis ſuper alienatione forſitan ab altera manu mortua aſſerta emphyteuta facienda. pag.357.

CAP. LXXXIII.

Erecta Eccleſia in Parochialem cum duobus, aut pluribus Clericis in forma Collegii ultrà Parochum intitulandum Archipresbyterum, injuncto etiam onere Chori pro augumento cultus divini, nec non majori honorificentia Eccleſiæ, aſſignatis ad hunc effectum certis bonis, & effectibus in ſubſtentationem Miniſtrorum hujuſmodi, ſi tractu temporis aliqua ex aſſignatis bonis per Miniſtros prædictos in emphyteuſim conceſſa fuerint manui mortuæ, Archipresbyter prætendere nequit duplicata quindennia ſub ſolo prætextu majoris laboris ratione curæ animarum per eundem exercendæ. pag.360.

CAP. LXXXIV.

Archidiaconus, Archipresbyter, Prior, Præpoſitus, Decanus, ſivè aliæ Dignitates quocumque nomine nuncupatæ in locis, ubi exiſtunt, non Canonicales, ſeu Canonicali Præbenda carentes, licet juxta particulares conſuetudines Eccleſiarum certo modo non ſint de Capitulo, proindèque non habeant vocem in Capitulo, adhùc participare debent de quindenniis pro æquali rata ſibi contingente adinſtar Canonicorum Capitularium, ſeu de Capitulo. pag.361.

CAP. LXXXV.

Quindennia inexacta, licet maturata de tempore antiquorum, ſeu præteritorum Canonicorum, attamen diſtribuenda, ſeu dividenda ſunt inter novos tantùm Canonicos repertos de tempore diſtributionis, ſeu diviſionis faciendæ, non autem inter antiquos, ſeu præteritos Canonicos, ſivè eorum hæredes. pag.364.

CAP. LXXXVI.

Canonico Coadjuto, non autem Canonico Coadjutori debentur quindennia. pag.366.

CAP. LXXXVII.

Mortuo Canonico Coadjuto ante maturatum quindennium, Canonicus Coadjutor cum futura ſucceſſione,adveniente tempore maturationis quindennii, illiùſque diſtributionis, ſeu diviſionis inter alios Canonicos faciendæ acquirit ſibi quindennium pro ſua rata, nec hæredes Canonici Coadjuti illud prætendere poſſunt ex perſona eorum authoris. pag.367.

CAP. LXXXVIII.

Canonicus ſupranumerarius admiſſus ad participandum de emolumentis Canonicalibus, cum qualitate tamen non habendi vocem in Capitulo, donec ſit plenus numerus aliorum Concanonicorum de numero, ſeu numerariorum, adhùc participare debet de quindenniis pro bonis emphyteuticis penès manus mortuas, unà cum aliis Concanonicis numerariis pro æquali rata ſibi contingente. pag.369.

CAP. LXXXIX.

Canonicus jubilatus, licet non intereſſens Capitulo, nihilominùs participare poteſt de quindenniis debitis ipſi Capitulo ex bonis emphyteuticis in manum mortuam translatis. pag.371.

CAP. XC.

Canonicus infirmus, licet ratione infirmitatis non aſſiſtat Capitulo, adhùc participare debet de quindenniis ex bonis emphyteuticis per Capitulum manui mortuæ conceſſis. pag.373.

CAP. XCI.

Canonicus furioſus, durante furore, participare debet de quindenniis. pag.374.

CAP. XCII.

Canonicus in pupillari ætate creatus, non habens vocem in Capitulo ratione duplicis defectus, tàm ætatis nimirùm, quàm Sacrorum Ordinum à *Sacro Concilio Tridentino ſeſſ. 22. de Reform. cap. 4.* injunctorum, adhùc participare debet de quindenniis pro æquali portione cum aliis Canonicis non pupillis, & ordinatis attamen in ſacris. pag.375.

CAP. XCIII.

Etiamſi vigeat Statutum, vel conſuetudo Eccleſiæ, quòd duo germani fratres Canonici in eadem Eccleſia, eodem tempore ſuperſtites careant voce in Capitulo, adhùc ambo participare poſſunt de quindenniis. pag.376.

CAP. XCIV.

Canonici nondùm in Sacris Ordinibus conſtituti, proindèque nondùm habentes vocem in Capitulo, adhùc tamen participant de emolumentis quindenniorum debitorum ex bonis de directo dominio Capituli, poſſeſſis per manum mortuam. pag.378.

CAP. XCV.

Canonici Pœnitentiarii, etiamſi non interſint Choro, & quandoque nec Capitulo, veluti occupati ea hora in audiendis Confeſſionibus, vel quia Statuto Eccleſiæ non habeant vocem in Capitulo, proindèque habiti pro intereſſentibus, ſeu præſentibus in ſibi favorabilibus tàm in Choro, quàm in Capitulo, cùm per illos non ſtet, quominùs utrobique interſint, inter fructus ſuorum Canonicatuum, adhùc participare poſſunt de emolumentis quindenniorum ex bonis emphyteuticis per Capitulum manui mortuæ conceſſis. pag.380.

CAP. XCVI.

Canonicus ſæcularis ingreſſus Religionem, ſi tempore Novitiatus maturatum fuerit quindennium, adhùc illud percipere poteſt. pag.382.

CAP. XCVII.

Canonicus reſignans Canonicatum, ſi de tempore præſtiti conſenſus reſignationi per ſe, ſi præſens fuerit in Curia, alioquin per Procuratorem ad hoc ſpecialiter deputatum, in Camera, ſeu Cancellaria Apoſtolica, maturatum fuerit quindennium Capitulo debitum ex bonis emphyteuticis manui mortuæ conceſſis, illud percipere nequit, ſed benè percipit Reſignatarius, etiamſi quindennium prædictum maturatum fuerit antè à ſe, vel à ſuo Procuratore captam poſſeſſionem Canonicatus,aliàs ſi forſitan Reſignans exegerit quindennium poſt admiſſam per Superiorem reſignationem, tenetur illud reſtituere Reſignatario. pag.384.

CAP. XCVIII.

Canonicus privatus Canonicatu, poſteà ad illum reſtitutus, non recuperat ſuam ratam quindennialem interim medio tempore diviſam inter Concanonicos pendente privatione, ità, ut nec Capitulum in univerſum, nec Canonici uti ſinguli eandem portionem quindennialem ſibi tunc juſtè per jus accreſcendi quæſitam teneantur reſtituere Canonico reſtituto. pag 385.

CAP. XCIX.

Habens Præbendã dumtaxat quaſi Canonicalẽ,participare debet de quindenniis adinſtar habentium Præbendas Canonicales.pag.388.

CAP.

Index Capitulorum

CAP. C.

Canonicus Eccleſiæ Cathedralis, qui Fidei Profeſſionem non emiſerit de tempore exactionis quindennii, ejuſque diſtributionis inter alios Concanonicos factæ, etiamſi interfuerit Capitulo, vel ex gratia habitus fuerit à Capitulo pro præſente in Capitulo, adhùc non poteſt participare de quindennio, immò in caſu, quo quindennium perceperit pro ſua rata ſub prætextu intereſſentiæ in Capitulo, vel abſque intereſſentia ex ipſa indulgentia Capituli, nihilominùs tenetur reſtituere Fabricæ Eccleſiæ, quatenùs indigeat, quindennium tamquàm malè, ac nulliter perceptum, vel illud in uſus pauperum erogare, vel alteri Pio Loco applicare arbitrio Ordinarii, ſi fructus Canonicales diſtincti ſunt, & ſeparati à Menſa Capitulari, ſi verò diſtincti non ſint, tenetur illud reſtituere Capitulo. pag.390.

CAP. CI.

Dimidii Canonici Præbendati, ſeu dimidias Præbendas habentes, adhùc participant de quindenniis pro æquali rata cum integris Canonicis, ſeu integras Præbendas habentibus. pag.393.

CAP. CII.

Canonicus Eccleſiæ Collegiatæ nondùm inſtallatus in Choro, aut in Capitulo, etiamſi antè inſtallationem maturatum, exactùmque fuerit quindennium à Capitulo, dummodò de eo tempore Canonicatus poſſeſſio capta ſit, poteſt participare de quindennio. pag.394.

CAP. CIII.

Canonicus, quantumvis in Sacris Ordinibus conſtitutus, nihilominùs ſpontè renuncians ſuæ voci activæ, nec curans ingredi Capitulum, ſeu Aulam Capitularem, ut inibi ſuum votum ferat ſuper negociis Capitularibus unà cum cæteris Concanonicis Capitularibus, adhùc participare poteſt de quindenniis pro ſua rata adinſtar aliorum Canonicorum Concapitularium ingredientium Capitulum, ibique eorum vota ferentium. pag.396.

CAP. CIV.

Canonici Hebdomadarii, ſeu ſupplementarii, utpotè ſupplentes vices Canonicorum, qui legitimo detinentur impedimento, prout in Gallia, participare non valent de quindenniis Capitulo Domino directo debitis pro emphyteuſi per manum mortuam poſſeſſa. pag.399.

CAP. CV.

Etiam in illis Eccleſiis Collegiatis, in quibus ex Statuto, vel conſuetudine reperitur triplex ordo, ſeu ſpecies Canonicorum, ut quidam Canonici ſint inferiores, qui nuncupantur Scholares, tamquàm poſiti ſub cura, obedientia, & regimine Scholaſtici, quidam ſint medii, qui nuncupantur emancipati, & quidam tandem ſint majores, qui ſoli vocantur Capitulares, ſolique habent vocem in Capitulo, quorum omnium attamen Præbendæ ſunt æquales, nec aliter quis aſcendere poteſt ad majorem gradum, ſeu locum, niſi gradatim, & per ordinem primò fuerit in inferiori, & de illo aſcenderit ad medium, hicque aſcenſus, ſeu optio fieri debet ſecundùm ordinem antiquioris receptationis, ſeu (politiùs loquendo) receptionis, adhùc prædicti Canonici inferiores, ſeu Scholares, nec non prædicti Canonici medii, ſeu emancipati, non obſtante carentia vocis in Capitulo participare debent de quindennio inſimul cum prædictis cæteris Canonicis majoribus, ſeu Capitularibus, ac ſi omnes eſſent Capitulares. pag.401.

CAP. CVI.

Canonicus Prothonotarius Titularis Extraordinarius, ſeu Honorarius, vulgò dictus de non Participantibus, aſſiſtens Choro, & Capitulo in habitu Prælatitio ſui Prothonotariatus, adhùc participat de quindenniis ſuo Capitulo debitis à manu mortua emphyteuſis poſſeditrice. pag.401.

CAP. CVII.

Canonici ex Statuto, vel conſuetudine Eccleſiæ habentes vocem tantùm conſultivam in Capitulo in omnibus actibus Capitularibus uſque ad certum tempus à die eorum receptionis computandum, vel nec vocem quidem conſultivam habentes uſque ad præfixum tempus, interim adveniente tempore exactionis quindenniorum, adhùc participare poſſunt de quindenniis adinſtar aliorum Concanonicorum habentium vocem deciſivam, in nihilum obſtante contrario Statuto, ſeu conſuetudine. pag.403.

CAP. CVIII.

Habens ex legitimo titulo conſuetudinis, Statuti, vel privilegii Apoſtolici duas Præbendas, vel Præbendam, & Dignitatem in una, eadèmque Eccleſia (quod dicunt, ſub uno, eodemque tecto) non indè prætendere poteſt duplicatam ratam quindennii, ſed contentus eſſe debet ſua rata virili, ac ſi unam tantùm Præbendam, vel Dignitatem haberet adinſtar aliorum Capitularium unam tantùm Præbendam, vel Dignitatem habentium. pag.404.

CAP. CIX.

Ex Indulto Apoſtolico, ſivè ex immemoriali conſuetudine, juſta cauſa interveniente diſpenſatus aliquis ad retinendum duos Canonicatus in una, eademque Eccleſia, prætendere nequit quindennium duplicatum. pag.405.

CAP. CX.

Canonicus promotus ad Epiſcopatum in ſua, vel in alia Eccleſia, & interim antè ſecundam, ſivè ultimam præconizationem, ſeu propoſitionem in Conſiſtorio Papali habentem vim electionis, ſeu proviſionis, immò etiam confirmationis, maturato quindennio, per manum mortuam emphyteuſis poſſeditricem Capitulo Domino directo debito, non obſtante ſua promotione, adhùc lucratur quindennium tamquàm Canonicus, & tamquàm de Capitulo, præconizatus autem, ſeu propoſitus in Conſiſtorio, quindennium poſteà maturatum etiam antè captam poſſeſſionem Epiſcopatus ampliùs acquirere nequit tamquàm jam non Canonicus, nec jam de Capitulo. pag.406.

CAP. CXI.

Canonicus promotus ad Epiſcopatum Titularem in Partibus Infidelium etiam poſt ultimam præconizationem in Conſiſtorio continuat ſibi acquirere omnia quindennia decurrenda, uti nondùm deſinens eſſe Canonicus, nec de Capitulo. pag.408.

CAP. CXII.

Canonici Eccleſiæ Collegiatæ in illa officiantes, ſtallùmque habentes, venientes tamen quotidiè ad Eccleſiam Cathedralem, inque ea divinis inſervientes, ac recipientes diſtributiones inſimul cum aliis Canonicis Cathedralis tamquàm inſtallati in Choro, non indè percipere poſſunt quindennia ex bonis in emphyteuſim manui mortuæ conceſſis à Capitulo Cathedralis, ſed contenti eſſe debent quindenniis debitis Capitulo Collegiatæ. pag.409.

CAP. CXIII.

Canonici Titulares non Præbendati, ſeu Præbendis carentes, non participant de quindenniis debitis Capitulo, ſed benè totum quindennium accreſcit aliis Canonicis Præbendatis. pag.411.

CAP. CXIV.

Canonici Titulares Layci, ex diſpenſatione, ſeu Indulto Pontificio tales creati, participare nequeunt de quindenniis Eccleſiæ debitis, ubi habent ſimiles Canonicatus. pag.412.

CAP. CXV.

Integri, ſeu Dimidii Portionarii ex Statuto, Privilegio, vel conſuetudine alicujus Eccleſiæ conſtituti de Capitulo, facientèſque unum, idèmque corpus Capituli cum Canonicis, licet non in omnibus actibus Capitularibus, ſed in limitatis, & certis tantùm, adhùc tamen participare debent de quindenniis adinſtar Canonicorum pro æquali rata ſingulatim inter omnes dividenda, Integri verò, ſeu Dimidii Portionarii ex præfato jure ſpeciali habentes tantùm vocem in Capitulo abſque ulla tamen expreſſa declaratione, quod ſint de Capitulo, participare non debent. p.414.

CAP. CXVI.

Canonici Panaterii tàm Cathedralis, quàm Collegiatæ Eccleſiæ in Gallia nuncupati, quantumvis in habitu Canonicali, & qualitate Capitulari differant ab aliis Canonicis, adeò, ut nec deferant tempore hyemali in eorum Capis adeò latam, & magnam pelliceam griſei coloris ſuper caputio à parte capitis ab extrà, ut deferunt ibidem alii Canonici etiam caudati, nec intrent Capitulum, nec in eo habeant vocem, nihilominùs participare debent de quindenniis ad inſtar cæterorum Canonicorum qualificatorum, verèque Capitularium. pag.415.

CAP. CXVII.

Choriſtæ, ſeu Chorarii tàm in Eccleſia Cathedrali, quàm in Collegiata, præſertim Galliæ non participant de quindenniis, etiamſi habeant quotidianas diſtributiones adinſtar Canonicorum. p.416.

CAP. CXVIII.

Habentes Præbendas Præceptoriales non poſſunt participare de quindenniis à manu mortua emphyteuta debitis Capitulo Domino directo, à cujus Menſa, ſeu Maſſa proceſſerunt dictæ Præbendæ. pag.417.

CAP. CXIX.

Cappellani Aſſiſii, ſivè Manſionarii illarum Eccleſiarum, non tamen Canonicalium, ſicque non Cathedralium, nec Collegiatarum, in quibus intitulati ſunt, & participant de Maſſa communi inſimul cum Beneficiatis, immò ſtallum, & locum habent in Choro, ac vocem in Capitulo, ſeu Congregatione, participare debent de quindenniis eorum Eccleſiis debitis pro bonis manui mortuæ emphyteuticatis. pag.417.

CAP. CXX.

Canonicus Eccleſiæ Cathedralis, creatus S. R. E. Presbyter, aut Diaconus Cardinalis, adhùc participat de quindenniis pro emphyteuſi per manum mortuam Capitulo debitis. pag.419.

CAP. CXXI.

Si per induſtriam unius ex Canonicis augumententur redditus communium prædiorum, & prædia ſic augumentata, per Capitulum concedantur in emphyteuſim manui mortuæ, quindennia Capitulo indè debita, dividenda ſunt pro æquali rata indiſtinctim inter omnes Canonicos etiam ratione augumentationis, & adaucti valoris Præbendarum, non autem acquiruntur ſaltem pro parte augumentata ſoli Canonico augumentanti. pag.422.

CAP. CXXII.

Canonici duarum Eccleſiarum, ſeu Capitulorum taliter unitorum, ut inter ſe unicum tantum corpus, & Capitulum conſtituant, participare debent de emolumentis quindenniorum debitorum utrique Eccleſiæ, ſeu Capitulo ex bonis tàm ab una, quàm ab alia Eccleſia, ſeu tàm ab uno, quàm ab alio Capitulo in emphyteuſim conceſſis manui mortuæ. pag.425.

CAP. CXXIII.

Canonici alicujus Cappellæ, ſeu Canonici Cappellani in Eccleſia Cathedrali, aut Collegiata, non participare debent de quindenniis Capitulo Cathedralis, aut Collegiatæ debitis pro emphyteuſi per manum mortuam retenta. pag.426.

CAP. CXXIV.

Inter Clericos denominatos Canonicos, non tamen conſtituentes Capitulum, nec unum corpus, ſeu Collegium, ſed meram Congrega-

ga-

gationem, ſeu Conventum, nec habentes ſigna Collegialitatis, ſeu Eccleſiæ Collegiatæ, nullatenùs dividendum eſt quindennium pro Emphyteuſi per manum mortuam poſſeſſa, ſed illud cedere debet beneficio Eccleſiæ. pag.427.

CAP. CXXV.

Canoniſſæ, ſeu Canonicæ ſæculares in Eccleſiis, ubi commixtim degunt cum Canonicis ſæcularibus, facientes unum corpus, ſeu Capitulum utriuſque ſexus, participant de quindenniis ex bonis per idem Capitulum manui mortuæ conceſſis. pag.431.

CAP. CXXVI.

Canonicis expulſis etiam abſque culpa, penitùſque diſſoluta eorum Eccleſia Collegiata, per Superiorem converſa in Parochialem, vel ſimplicem cum uno, vel pluribus Clericis, prævia pleniſſima applicatione omnium bonorum, & jurium Collegii diſſoluti, favore ſecundæ Eccleſiæ tranſlatariæ, poſt paſſam expulſionem adventante tempore exactionis quindennii debiti de bonis manui mortuæ capitulariter emphyteuticatis à Canonicis tempore habili, antè paſſam nimirùm expulſionem, illud non ampliùs debetur Canonicis expulſis, ſed Parocho, ſeu Clericis in ſecunda Eccleſia de recenti exiſtentibus, ſi illa ſimplex evaſerit. pag.432.

CAP. CXXVII.

Canonicus ex aliqua cauſa privatus, ſeu ſuſpenſus voce in Capitulo, interim medio tempore maturato quindennio, adhùc de illo æqualiter cum Concanonicis participare poteſt. pag.433.

CAP. CXXVIII.

Canonicus condemnatus de crimine capitali, ex quo quis non privatur ipſo Jure Beneficio, ad triremes, ſeu ad perpetuos carceres, ſententia condemnatoria nondùm demandata executioni, participare debet unà cum reliquis Canonicis pro æquali rata de quindennio, interim medio tempore antè exequutam ſententiam maturato, debitòque Capitulo ex emphyteuſi manui mortuæ per Capitulum conceſſa. pag.435.

CAP. CXXIX.

Canonicus quantumvis ordinatus in Sacris, perque conſequens vocalis, liberè poſteà renuncians ſuæ voci activæ, nec curans ingredi Capitulum ad ſuffragium inibi ferendum, adhùc, non obſtante renunciatione vocis, nihilominùs tenetur contribuere ad quindennium de emphyteuſi per Capitulum tamquàm manum mortuam poſſeſſa. pag.437.

CAP. CXXX.

tæ temporis ſpatium, & cùm intrà eam metam
mutatio potuerit accidere, indè factum, ut
quolibet quindennio ſolvatur annata Benefi-
54 ciorum, & illorum exemplo idem fuerit con-
ſuetudine receptum in emphyteuſi, quæ cùm
ab origine gratis concedatur, dici poteſt & il-
la Beneficium, tanquàm benevola actio tri-
buens gaudium capientibus, vel quia omnia
Officia Cancellariæ Apoſtolicæ venduntur,
aut liberalitate Summi Pontificis quandoque 55
donantur, donec emptor, vel donatarius vixe-
rit, uſu compertum eſt, illa omnia infrà quin-
dennium extingui, ſeu mutari morte Officia-
lium, habita ratione eorum Officiorum, quæ
bis, vel ſæpiùs intrà id tempus vacant, idemque
dici poteſt de reliquis Officiis Romanæ Curiæ, 56
quæ morte Officialis naturali, vel civili, vel
promotione ad Epiſcopatum, ut obſervavit
Sixtus V. cum Antonio Saulio promoto ad Ar-
chiepiſcopatum ſuæ Patriæ, vel promotione ad
Cardinalatus apicem vacant, *Niger de laudem.*
tom. 1. *quæſt.* 12. *art.* 3. *num.* 150. *cum ſeqq.* ma-
gnaque ſanè vis ineſt tempori quindecim an-
norum, dum Curialis criminalis olim eligi ne- 57
quiverat in Epiſcopum, nec promoveri in Cle-
ricum, niſi per prius annis 15. monaſticam vi-
tam in Monaſterio peregerit, ut ſingulariter ca-
vetur *Novella* 113. *de Sanctiſſim. Epiſcop.* §. *Sanci-*
mus in fin. per monaſticam autem vitam non in-
telligitur, quòd quis debeat eſſe Monachus, 58
ſed quòd ſolitariam vitam ducere debeat, veluti
benè explicat *Cujacc. de temporal. interval. cap. de*
15. *annis nu.* 2. prout eſt mirabilis effectus quin-
decim annorum in materia ædificiorum publi-
corum, quæ, ſi diruunt infrà quindecim annos
à die operis conſummati, excepto caſu fortuito,
tenetur de vitio Officialis, cui demandata fuit 59
ædificii cura, ejuſque hæres, reformando, il-
ludque reſarciendo, juxtà ſingularem, ac uni-
cum in Jure textum *in l. omnes* 8. *la I. C. de operib.*
public. quem eruditè exponit *Gothofred. in Cod.*
Theodoſ. tom. 5. *lib.* 5. *tit.* 1. *l.* 24. *Cujacc. in C. ad*
tit. de operib. public. in princ. verſ. placet autem,
Brunneman. ad dict. l. 8. *num.* 1. *cum ſeqq. Montan.*
de tutel. cap. 27. *num.* 31. *Tholoſan. Syntagm. Jur.*
tom. 1. *par.* 2. *lib.* 18. *cap.* 22. *num.* 2. *Gomez in leg.*
Taur. 46. *num.* 18. ubi *in fin.* refert, idem ſervari in
Hiſpania ex *l.* 21. *tit. fin. partit.* 3. quem ex identi-
tate rationis putat extendendum etiam ad
opus, ſeu ædificium privatum. Qui agros in- 60
certos alicui donat, etiam litem præſtat æſti-
matione ad quindecim annos facienda, *Euſthius*
penes Cujacc. de temporal. intervall. cap. de quinde- 61
cim annis num. 3. ex pretio pariter fructuum, qui
ſingulis quindecim annis ex fundo colliguntur,
illius æſtimatio probatur *l. ſi quis argentum* 37. 62
§. *Sin autem* 3. *C. de donat.* & advertunt *Surd. de*
aliment. tit. 9. *quæſt.* 41. *num.* 2. *cum ſeqq. Roderic.*
de annuis redditib. lib. 1. *cap.* 9. *num.* 28. hinc debi-
tor volens ſe eximere ab onere portandi quid
annuum, vel annuos fructus ad domum credi-
toris, poteſt creditori à principio præſtare ido-
neum fundum, ex quo eos fructus percipiat, 63
vel ſolvere pro 15. annis anticipatis *Calvin. de*
æquit. lib. 2. *cap.* 144. *num.* 20. *cum ſeqq.*

Quindennarius inſuper numerus eſt myſte-
rioſus, ut habetur in diluvio univerſali juxtà
illud *Geneſ.* 7. 20. *quindecim cubitis altior fuit*,
aqua ſuper montes, quos operuerat, exque *S. Au-*
guſtin. refert *à Lapid. ibid.* tantumdem nempè
aliis quindecim cubitis excreſcet ignis confla-
grationis in fine mundi, ſicut excrevit aqua in
inundatione, meritòque ea menſura excrevit
aqua, nè gigantes longiſſimi aliud animal va-
ſtiſſi-

ſtiſſimum in altiſſimi montis vertice ſervari
poſſent, ut ſentit idem *à Lapid.* Hinc ſunt in
Templo quindecim gradus, hinc in Pſalmis
64 quindecim cantica graduum, ſeu aſcenſuum
David; Immò minus eſt hujuſmodi numerus
multiplicatus, quod enim valent quindecim in
ordine ſingulorum, hoc valent centum quin-
quaginta in ordine denariorum, quoniam
quindeciès deni eos faciunt, hoc valent mille
quingenti in ordine centenariorum, quoniam
quindeciès centeni ſunt, hoc valent quindecim
millia in ordine millenariorum, quoniam quin-
deciès milleni ſunt, quindenarius ergò nume-
65 rus concordiam ſignificat duorum teſtamen-
torum *D. Auguſtin. in præfat. ad Pſalm.*150. *in
princ. lit. C. col.*1. *inter opera t.*8. *Marsylius* Hy-
*dragologia ſect.*1. *cap.*5. *num.*3. Et apud Roma-
66 nos erat quindecim virale Sacerdotium, nem-
pè quindecim Sacerdotes, quindecim viri ap-
pellati, qui vota pro ſalute Reipublicæ capta-
bant. & quos Sacerdotio dignos putaſſent,
nominabant, ſolebant prætereà Kalendis Ja-
nuarii boni ominis cauſa munera invicem
offerre.

Omitto obſervationem quindecim annorum
ex Sacra Pagina, dum tanti habetur apud
67 Deum fructus pœnitentiæ in peccatore, ut ex
morbo læthali Ezechiam Regem per quinde-
cim annos ſupervivere fecerit; *Ægrotavit uſque
ad mortem, morieris, & non vives. Flevit fletu
68 magno. Dicit Dominus Deus. Audivi orationem
tuam, & vidi lachrymam tuam, & addam die-
bus tuis quindecim annos* 4. *Reg.* 20.1. 2. 4. *&* 6.
*Ecce ego adiiciam ſuper dies tuos quindecim annos,
Iſai.* 38. 6. Cumque hujuſmodi Rex Decalo-
69 gum Legis cum quinque libris Moyſis integra
conſervatione compleverit, ideò quindecim an-
nos ſecundùm legis numerum, quam cuſto-
dierat, ad vitam auctos accepit, teſte *D. Iſidor.
in* 4. *Reg. cap.*6. *in princ. & Allegor. in S. Scriptur.
fol. mih.*519. *col.*1. *lit. C.*

Prætermittendum quoque eſt, quòd olim
70 per quindennium munus quodam principalita-
tis dictum debebant gerere Viri Principales di-
cti, nec à Curia antè integrum quindennium
diſcedere poterant juxtà inſignem *textum in l.
placuit* 171. *C. Theodoſ. de Decurion.* ubi egregiè
*Gothofred. in comment. in princ. verſ. primum ca-
71 put eſt*, ibique *in fin.* officium hujuſmodi quin-
denniale Principalium Virorum conſiſtere in-
quit in regenda Curia, & in exigendis tributis.
Hinc Pontifices in ſuis literis Apoſtolicis, ſub
72 earum finem poſt datam apponunt etiam in-
dictionem, quam Græci, teſte *Gothofred. in
laudata l. placuit*, vocant ſuſtima pentaxaideca
euricou: eſt autem indictio revolutio, ſeu cir-
73 culus quindecim annorum, indeque dicitur
prima indictio, quæ eſt primus annus indictio-
nis, ut eruditè tradunt *Dominic. & Carol. fra-
tres de Macris in Hierolexic. verbo Indictio, Gon-
zal. in cap. inter dilectos* 6. *in not. num.*2. *de fid.
Inſtrum. Covarruu. var. reſ. lib.*1. *cap.*12. *num.*4.
*cum ſeqq. Alciat. Parerg. lib.*8. *cap.*1. *Barbat. de
diviſ. fruct. cap.*8. *num.*51. *Pancirol. var. lection.
lib.*2. *cap.*242. *Bertazzol. de clauſ. Inſtrum. clauſ.*1.
*gloſ.*4. *num.*1.

Prætereà ad tollendam vocum confuſionem
animadverti debet, quòd valdè inter ſe diffe-
runt Quindena, & Quindennia, quindena enim 74
importat quindecim dies, & quindennia quin-
decim annos, tanta eſt vis in latinitate, ut ad- 75
dita una tantùm litera, de quindecim diebus
evadant quindecim anni; practicatur autem
quindena apud Siculos, ad quos poſt termi-
num, ſeu inducias quindecim dierum (quas vo-
cant quindena) præſtitas debitori ad ſolven-
dum, vel ad ſe opponendum de Juribus ſuis, 76
fortè quia jam ſolverit, ſubhaſtatur, ſeu (ut di-
cunt) bannitur, & diſtrahitur pignus ad inſtan-
tiam creditoris, de quo ſtylo, & ſignificatio-
ne quindenæ *Muta ad Conſuet. Panhorm. cap.*52.
*num.*2. *cap.*71. *num.*13. *& cap.*81. *n.*41. *cum ſeq.*
ubi quòd pro credito panis à Piſtore capti non 77
competit debitori quindena, & *deciſ. Sicil.*18.
*num.*10. ubi quòd Colonus abſque quindenæ
beneficio ſolvere tenetur, *Maſtrill. dec. Sicil.*58.
*num.*4. ideòque creditor cogitur præſtare fide- 78
juſſionem de duplo præſtando in caſu exacti
debiti, & exhibere ſcripturas, ſuper quibus fun-
dat ſuum creditum, à cujus exhibitionis die in-
cipit currere quindena, ſeu guidaticum etiam
dicta, quindena autem denegatur debitori Ban-
cherio, vigore Apodixarum, ſeu partitarum, 79
*Amat. reſ.*57. *num.*10. *cum ſeqq.* prout quoque
quindena denegatur in materia ſubminiſtratio-
nis ſumptuum litis, qui non recipiunt dilatio-
nem, ac hujuſmodi expenſæ vocantur apud Si- 80
culos *pecuniola*, *Milanenſ. deciſ. Sicil.*17. *nu.*54.
& 56. *lib.*1. Immò vulgò, ac impropriè dici-
tur *quindena quatuor dierum*, quando in caſu,
quo Argentario debitori ex quadam æquitate 81
moribus Siciliæ introducta datur quindena
quatuor dierum ad ſolvendum, non ad oppo-
nendum *Amat. cit. reſ.*57. *num.*13. *&* 22. *Caru-
ſius ſylv. termin. arb.*31. *nu.*40. Pariter in mate-
ria depoſiti, in qua exequutivè proceditur, il-
lo probato, denegatur quindena *Caruſ. loc. mox* 82
*cit. num.*175. *Muta ſup. Ritib. cap.*114. *num.*5. *&
in Conſuetudines Panhorm. cap.*17. *num.*39. Idem
ſervatur in cauſa mercedis, in qua non datur
quindena dierum quindecim, ſed quindena
dierum quatuor *Baron. de citat. to.*2. *in addit. ad* 83
*quæſt.*19. *num.*227. ubi *num.*226. pro præſtandis
honorariis Advocatorum non datur quindena,
ſed octo dies, *Burgius de mod. proced. ex abrupt.* 84
*quæſt.*5. *num.*131. Nec pro præſtandis alimentis
datur quindena *Giurba in Conſuet. Meſſan. cap.*9.
*gloſ.*5. *num.*15. *part.*1. Et hujuſmodi quindena 85
orta ex diſpoſitione Juris communis, de Jure
enim fit expignoratio, & elapſo bimeſtri à die
expignorationis, poſteà fit diſtractio, undè
loco dilationis dictorum duorum menſium ſuc-
ceſſit in illis Partibus quindena, *Maſtrill. deciſ.
Sicil.*58. *num.*4. Hinc in Jure noſtro quina dena, 86
ideſt quindena pro quindecim, ut in difficilli-
ma *l. quadringenta* 86. §. *qui ducenta* 3. *circ.
fin. ff. ad leg. Falcid.* ut explicat *Spiegel. in Lexic.
Jur. verb. quina dena, gloſ. ad dict. l. verſ. efficient
quinque in fin.* undè ità intelligendus venit locus
*Tullii Orat.*8. *in Verrem apud Dionyſ. Gothofred.
par.*2. *pag. mihi* 206. *nu.*173. *in med.* ibi. *Haleſi-
nos quinos denos dediſſe.* Sunt etiam in Siciliæ
Regno tres Inſtantiæ Syndicatus Officialium, 87
prima nempè dierum quindecim, quam quin-
denam vocant, ad querelas proponendas ſaltem
per ſemiplenam probationem, ſecunda menſium
duo-

duorum ad propoſitas querelas finiēdas, tertia tandem menſium ſex ad totius ſyndicatus terminum, quæ veriùs præſcriptio nuncupanda eſſet, *de Ballis tract. var. lib. 6. qu. 2. num. 4. & 8. Giurba conſ. 53. n. 1. cum ſeqq. & per tot. Maſtrill. de Magiſtr. par. 2. lib. 6. c. 6. n. 3. cum ſeqq.*

Attamen eſt benè verum, quòd aliquandò
88 idem quoque eſt quindena, quòd quindennia, utrumque enim importat quindecim annos, ut apud *Speculat. t. 2. lib. 2. part. 2. tit. de Inſtrum. edit. §. breviter n. 5. in fin. & num. 6.* ubi verſus:

Si per quindenas Domini diviſeris annos.
His tribus adjunctis, indictio certa notatur,

gloſ. in c. inter dilectos 6. verb. Indictionis de fid. Inſtrum.

Redeundo ad rem noſtram, dicimus, quòd
89 etiam ſolutio illa, quam ſingulis quindecim annis facit Eccleſia ex feudo ad eam tranſlato, dicta relevium, ſeu, ut minus propriè ait *Monach. in cap. quia nonnulli 1. nu. 2. in fin. de immun. Eccleſ. in 6.* relevatio, ob ſimilitudinem,
90 quam habet cum quindennio; vulgò appellatur quindennium *Taſſon. de Antefato verſ. 2. obſ. 2. num. 116. §. in anno 1604. num. 118. §. Afflictus num. 120. in princ. & num. 124. in princ. de Luca Melphiten. ad de Franch. dec. 659. nu. 4. in princ. & in fin. & n. 6. in fin. Rota cor. Coccino dec. 2357. num. 16. & in recen. dec. 474. nu. 29. par. 9. to. 2.*
91 quæ vox relevium, ſeu, ut alii dicunt, relevamentum non eſt verbum Juris, ſed eſt barbara, à relevando dicta, quod relevet, & adjuvet Dominum, cui præſtatur, *Roſental. de feudis to. 1. cap. 6. conc. 66. nu. 1. Niger de laudem. t. 1. qu. 1. num. 69. cum ſeqq.* Hinc relevatio, & relevator indemnitatis, pro liberatione à moleſtiis.

Neque ex cauſa conqueritur *Niger de lau-*
92 *dem. to. 1. qu. 12. art. 3. nu. 155. repet. poſt Tract. lit. V. int. Doctor.* quòd exemplo eorum, quæ ſunt excogitata à Papa pro indemnitate Offi-
93 cialium ſuæ Cameræ, circa collationes Beneficiorum unitorum corporibus nunquam defecturis, ſint illa invecta in incommodum Eccleſiæ, ubi illa acquirit emphyteutica bona, quem uſum, ſeu veriùs abuſum dolendum eſt pati, cùm ex illis comprimatur libertas data Eccleſiis, quia immò eſt praxis æquiſſima, cùm è contra Eccleſia æqui amatrix non prætendat
94 ſe eſſe in cauſa damni tertii, quod ſequeretur ex retentione bonorum Emphyteuticorum ob amiſſam ſpem laudemiorū, ut jam ſatis abundè deduximus. Minùſque admittenda eſt ſcrupuloſa cauthela per eundem *Nigr.* deducta *loco*
95 *mox cit. nu. 156.* quòd nempè alio modo citrà quindennium poſſet conſuli indemnitati Domini directi, ſi quando emphyteuſis ad Eccleſiam devenerit, illa conſtituat Vicarium morientem, & viventem, ideſt quo vivente ceſſet ſolutio laudemii, & illo mortuo, electo alio, vel emphyteuſis deficiat, vel alius nominetur, & inveſtiatur ſoluto laudemio, qua cauthela uſum fuiſſe tradit Capitulum S. Mariæ Majoris
96 de Urbe, dum dato Communitati, & Hominibus Caſtri Ficulis Urbevetanæ Diœceſis Molendino, cum Terris, & Vineis in Emphyteuſim ad tertiam generationem, conventum fuit, ut Molendinum aperiretur Capitulo extincta linea unius ex Univerſitate, Terræ, & Vineæ pariter extinctione linearum certarum perſonarum ipſius Univerſitatis, ſed hujuſmodi cauthela mihi parùm arridet uti in ſe valdè funeſta, & ominoſa; ob votum captandæ mortis, quæ volente Domino directo ad ſummum applicari 97
poſſet ad Communitatem ſæcularem, quæ conſtat ex hominibus morientibus, non autem ad Communitatem Eccleſiaſticam, qualis eſt ipſa Eccleſia, quæ licet conſtet ex hominibus etiam morientibus, attamen ſemper Phænix rediviva permanet per ſubrogationem aliorum.

Eodem quoque fermè pacto videretur poſſe conſuli indemnitati Domini, inducēdo nempè 98
fictionem, quòd manus mortua ob præjudiciū Domini fingatur ſolummodò durare centum annis, incipiendo à die translatæ emphyteuſis in manum mortuam, ſicque per fictam hanc mortē manus mortuæ rediret emphyteuſis ad Dominum directum, prout centum annis fingitur durare Civitas, ſeu Univerſitas, cui relin- 99
quitur uſusfructus, nè aliàs nunquam moriendo, conſolidari deſinat uſusfructus cum proprietate, *Alteſerra de fiction. Jur. tract. 2. c. 7. §. etiam uſus fructus*, adhùc tamen nec benè conſuleretur, quia Dominus directus interim potiùs præjudicium ſentiret ex hac fictione, quàm ex inalienabilitate, & ceſſatione laudemiorum ob longiſſimum tempus, quod ſpectare deberet, centum nimirùm annorum, quandoè contrà mediante quindennii exactione ſin- 100
gulis quindecim annis percipit laudemia.

ARGUMENTUM.

Quinam teneantur ad quindennia.

SUMMARIUM.

1 *Omnes incapaces retinendi Emphyteuſim, habilitantur ad illam retinendam, mediante ſolutione quindenniorum.*
2 *Inter perſonas prohibitas retinere Emphyteuſim, ennmeratur Eccleſia.*
3 *In Cathalonia Eccleſia eſt incapax Emphyteuſis.*
4 *In Portugallia quoque eſt incapax Emphyteuſis.*
5 *Ibidem Loca Pia tàm ſæcularia, quàm Regularia ſunt incapacia Emphyteuſis.*
6 *Eccleſia, reliquaque ſimilia corpora nunquam defectura, ſunt ſaltem capacia fructum Emphyteuſis conceſſorum in vita emphyteutæ laici capacis.*
7 *In venditione emphyteuſis per Eccleſiam intrà annum facienda Dominus directus præfertur, ſi illam emere velit.*
8 *Elapſo anno, quem habet Eccleſia ad evacuandum à ſe emphyteuſim, reſtituitur in integrum.*
9 *Eccleſia eſt incapax emphyteuſis etiam ob diffilem conventionem pro juribus Domino debitis.*
10 *Quicumque Locus Pius eſt de prohibitis retinere emphyteuſim.*
11 *Inter prohibitas perſonas enumeratur Epiſcopus.*
12 *Judex etiam eſt de prohibitis retinere emphyteuſim.*
13 *Civitas, Reſpublica eſt pariter de prohibitis.*
14 *Confraternitas, Communitas, ſeu Univerſitas quoque.*
15 *Congregatio, Collegium Eccleſiaſticum, & ſæculare.*
16 *Monaſterium etiam eſt de prohibitis.*

17 Eques

17 Eques Hieroſolymitanus, ob mutationem ſori.

18 Clericus, ob difficilem conventionem.

19 Capitaneus, & miles.

20 Pauper, uti impotentior, & ob ſori mutationem.

21 Eccleſia retinere non poteſt feudum.

22 Niſi feudum à Rege ſit annexum, ac conceſſum Eccleſiæ, cui præſit Eccleſiaſticus.

23 In Germania Archiepiſcopi ampliſſima poſſident feuda.

24 Eccleſia eſt capax feudi alterius Eccleſiæ.

25 Clerici Regulares Theatini, licet vigore Regulæ retinere nequeant ſtabilia, illa tamen vendere queunt ad effectum conſequendi æſtimationem pro propriis indigentiis.

26 Theatinorum Religio nec per profeſſionem, nec per Sacros Canones prohibetur annuos redditus in communi poſſidere.

27 Eorundem Religio renunciavit favori S.Concilii Tridentini ſeſſ.25. de Regular.cap.3. permittentis in communi poſſidere redditus annuos.

28 Religio Scholarum Piarum pariter eidem favori renunciavit.

29 Eadem Religio poſteà à ſa. mem. Innocentio XI. habilitata.

30 Eadem Religio obtinuit à ſa.me. Alexandro VIII. calceari.

31 In alienatione ſtabilium relictorum Religioni incapaci retinendi ob peculiarem Regulam non requiritur beneplacitum Apoſtolicum.

32 Religio Societatis Jeſu ſtabilia poſſidere nequiens vigore ſuarum Conſtitutionum, illa tamen alienare poteſt ad effectum retrahendi prætium.

33 Supradicta incapacitas reſtringitur ad Domos Profeſſas, etenim Domus Probationis, & Collegia ſunt capaces retinendi ſtabilia.

34 Idem practicatur in Ordine Carmelitarum Diſcalceatorum Hiſpaniarum.

35 Fratres Franciſcani, & Cappuccini vendere nequeunt ſtabilia, niſi favore Sachriſtiæ, aut Infirmariæ.

36 Si in Inveſtitura adſit pactum, vel Statuto caveatur, quòd emphyteuſis non tranſeat in Eccleſiam, tunc nec ad effectum æſtimationis Eccleſia vendere valet emphyteuſim.

37 Tale pactum eſt validum, ac licitum.

38 Si per Papam prohibeatur Eccleſiæ acquirere emphyteuſim, tunc illa incapax fit etiam quoad pretium.

39 Eccleſia habere debet æſtimationem emphyteuſis legatæ, ab hærede legantis, niſi legans emphyteuſim in ea jus habebat per illius obitum finiturum.

40 Eccleſia non ſolùm intrà annum, ſed etiam intrà aliud tempus longius, vel brevius inter partes conventum vendere tenetur emphyteuſim alterius, tàm Eccleſiæ, quàm privati, quocumque titulo oneroſo, vel lucrativo ad ſe per ventam.

41 Annus non dicitur brevis terminus, nec longior æquo.

42 Emphyteuſis benè legari poteſt, aut donari Eccleſiæ pro Deo, & Anima, etiam ſtante pacto prohibitivo alienãdi emphyteuſim in Eccleſiam.

43 Eodem modo, ſi emphyteuſis transfertur in Eccleſiam pro illius Monaſterii fabrica.

44 Vel quando Eccleſia, factis diligentiis, non reperit emptorem:

45 Vel quando Dominus conſentit translationis emphyteuſis.

46 Vel quando perſona probibita, eſt conſors ſeu conſocia in eadem re emphyteutica.

47 Poſſidens emphyteuſim, tali caſu ſubrogare debet aliud ſtabile æquivalens.

48 Dominus directus debet intrà biennium declarare, an velit, quòd emphyteuſis remaneat penès Eccleſiam.

49 Dominus non inſtans intrà biennium, cenſetur velle Eccleſiam recognoſcere in emphyteutam.

50 Per Canonum receptionem cenſetur Eccleſia in emphyteutam approbata.

51 Jus cogendi Eccleſiam ad vendendum emphyteuſim non tollitur, niſi præſcriptione 40. annorũ.

52 Dominium directum probatur levioribus probationibus quoad effectum cogendi Eccleſiam ad vendendum quidquid quoad devolutionem.

53 Non eſt ſequenda opinio putantium, Eccleſiam eſſe capacem emphyteuſis.

54 In l. fin. C. de Jur. emphyt. ab acquiſitione emphyteuſis excluduntur dumtaxat perſonæ inidoneæ ad ſolvendum Canonem, qualis dici nequit Eccleſia.

55 Eccleſia, & Fiſcus à pari procedunt.

56 Fiſcus eſt capax acquiſitionis emphyteuſis.

57 Cum quicumque habeat facultatem relinquendi Eccleſiæ de ſuis bonis, compræhenduntur quoque bona emphyteutica.

58 Statutum prohibens alienationem in Eccleſiam, non tenet.

59 In cap.1.de immun. Eccleſ.in 6. prohibetur onerum impoſitio adverſus Eccleſias, & Eccleſiaſticos in actu acquiſitionis bonorum, & prohibetur coactio evacuandi extrà ſe dicta bona.

60 Per ſolutionem Canonis probatur emphyteuſis, & directum dominium.

61 Eccleſia Domina directa habet electionem, vel intrà biennium emphyteuſim emendi ab alia Eccleſia, in quam tranſivit emphyteuſis, vel ab eadem Canonem recipiendi.

62 Nullibi cautum reperitur, quòd Eccleſia incapax ſit emphyteuſis.

63 Non eſt bona ratio, quòd Eccleſia non vi arctativa, ſed directa cogatur emphyteuſim intrà annum extrà ſe ponere.

64 Laudemium provenit præter naturã emphyteuſis.

65 Spes devolutionis emphyteuſis conſiderari poteſt ſublata etiam in Laico emphyteuſim retinente cum clauſula pro ſe, & hæredibus &c. quibus &c.

66 Et etiam in habente emphyteuſim in perpetuum, quæ ſubiici poteſt fideicommiſſo.

67 Laudemium uti pendens ab alieno arbitrio, non eſt habendum in conſideratione.

68 Melius eſt litigare coram Judice Eccleſiaſtico, ob majorem brevitatem, qua litigatur coram eodem.

69 Eccleſia dici poteſt potens, vel ob difficultatem ad ſolvendum, ſi nihil aliud poſſideat præter emphyteuſim, vel ubi eſt Domina Territorii, intrà cujus fines ſita ſunt bona emphyteutica.

70 Quando emphyteuſis eſt temporalis penès Eccleſiam, tunc nullum ſenſit incommodum Dominus.

71 Fiſcus, qui potentior eſt Eccleſia, adhùc capax eſt emphyteuſis.

72 Tutius; & honeſtius eſt, ut emphyteuſis maximè Eccleſiaſtica tranſeat in Eccleſiam, quàm ſemper remaneat penès Laicum, qui effici poteſt non ſolvendo.

73 Ec-

73 *Eccleſia tunc eſſet incapax emphyteuſis, quando illa conceſſa eſſet cum indecenti præſtatione.*

74 *Conſuetudine introduci poteſt, ut Eccleſia teneatur intrà certum tempus evacuare emphyteuſim.*

75 *Ex pacto, non autem ex Statuto fieri poteſt incapax emphyteuſis Eccleſia, &* l.fin.C.de Jur.emphyt. *intelligitur de prohibitis ex pacto conceſſionis, ſeu inveſtituræ.*

76 Niger de laudem.tom.1.qu.13.artic.3. num.26. cum pluribus ſeqq. *refellitur.*

77 *Quamvis in Jure non reperiatur prohibita Eccleſia emphyteuſim retinere, attamen in praxi de hoc non ſolet dubitari.*

78 *Alienatio emphyteuſis in Eccleſiam, cenſetur facta in potentiorem.*

79 *Eccleſia, licet quoad ſe non ſit prohibita emphyteuſim retinere, eſt tamen prohibita propter Dominum directum ob amiſſam ſpem laudemiorum, & devolutionis.*

80 *Eccleſia in Jure non reperitur prohibita habere emphyteuſim.*

81 *Eſt tamen prohibita ex identitate rationis.*

82 *Eccleſia evadit capax emphyteuſis, conſentiente Domino.*

83 *Communitas uti potentior, liberare poteſt bona ab incurſionibus hoſtium.*

84 *Auctor non invenit locum per* Nigrum *allegatum, in quo ſupponitur, fiſcum eſſe capacem emphyteuſis,*

85 *Eccleſia raro bona alienat, ſed fiſcus quandocumque illa alienare poteſt.*

86 *Verior, ac communior eſt opinio, quòd fiſcus incapax ſit emphyteuſis.*

87 *Fiſcus eſt potentior Eccleſia, & Principem repræſentat.*

88 *Facultas diſponendi regulari debet à Jure, vel à conſuetudine.*

89 *Statutum prohibens alienationem bonorum in Eccleſiam, eſt nullum quoad bona libera, non autem quoad emphyteutica.*

90 *Clem. IV. & Mart. IV. revocaverunt conſuetudines apud Portugalliam, & Populum Reginorum, quibus prohibebatur translatio bonorum in Eccleſiam.*

91 *Statutum laycale non poteſt prohibere alienationem bonorum in Eccleſiam.*

92 *Eccleſiaſtici in rebus ſpiritualibus inſervientes Laycis debent amplioribus gaudere favoribus.*

93 *Statutum prohibens alienationem bonorum in Eccleſiam, valet, ſi eſt confirmatum à Papa.*

94 *In Portugallia viget Statutum prohibens bonorum alienationem in Eccleſiam.*

95 *Idem ſervatur in Gallia, Barbantia, Germania, & Venetiis.*

96 *In Portugallia viget Statutum obligans Religiones ad dimittendum intrà annum ſtabilia.*

97 *Per tranſitum bonorum emphyteuticorum in Eccleſiam præjudicatur Domino ob amiſſam ſpem laudemiorum, ac devolutionis, quod præjudicium non conſideratur in bonis liberis.*

98 In cap.1.de immunit.Eccleſ. in 6. *in tantum prohibetur Eccleſiæ acquiſitio bonorum, in quantum agitur de bonis emphyteuticis.*

99 *Eccleſia Domina directa habet biennium ad declarandum, an velit, quòd alia Eccleſia retineat emphyteuſim, vel velit præferri in emphyteuſis emptione.*

100 *Volente Domino directo Eccleſia efficitur capax emphyteuſis.*

101 *Si juxtà ſenſum* Nigri *Eccleſia, & fiſcus non compræhenderetur in* l.fin. C. de Jur. emphyt. *prohibente emphyteuſim alienari in perſonas prohibitas, lex eſſet fruſtratoria, cùm tunc non adeſſent prohibiti.*

102 *De prohibitione ex pacto non eſt, quòd lex loquatur, quia ſatis eſt, quòd loquatur pactum, quod eſt altera lex.*

103 Niger *eſt contra communem, & contra Rotæ deciſiones.*

104 *Laudemium etiam debetur ob alienationem emphyteuſis.*

105 *Eccleſia, in quam tranſivit emphyteuſis, renuens quindennium ſolvere, tenetur illam extrà ſe ponere, nè aliter directus Dominus amittat laudemia, & quindennia.*

106 *Laudemium eſt acceſſorium contractus emphyteutici.*

107 *Laudemium eſt fructus emphyteuſis, ac de illo eodem modo judicatur, quo de ipſa emphyteuſi.*

108 *Laudemium adeò eſt de natura contractus emphyteutici, ut illi ſemper inſit, niſi aliter à contrahentibus conventum fuerit.*

109 Fulgin. de Jur. emphyt. tit. de var. caducitat. qu.16. num.4. *contrarium tenens rejicitur.*

110 *Decedente ultimo emphyteuta ab inteſtato abſque hærede, Fiſcus ſuccedens, tenebitur emphyteuſim à ſe evacuare, vel quindennia ſolvere.*

111 *Laudemium eſt accidentale uti dependens ex alieno arbitrio emphyteutæ alienare volentis.*

112 *Eccleſia rarò, vel difficilè alienat.*

113 *Eccleſia eſt incapax emphyteuſis etiam ob deſperatam ſolutionem laudemiorum.*

114 *Eccleſiaſticus videtur certo modo præpotens ratione proprii fori.*

115 *Layci uſurpantes juriſdictionem Eccleſiaſticam, mortaliter peccant, ſuntque excommunicati in Bulla Cœnæ Domini.*

116 *Layci ex privilegio Apoſtolico acquirere poſſunt Juriſdictionem Eccleſiaſticam.*

117 *In Portugallia Iudices Layci non benè concedunt manutentionem, quam dicunt Chartam tuitivam, in poſſeſſione Beneficii contra Proviſum Apoſtolicum.*

118 Præciſivè à Privilegio Apoſtolico *prædicta praxis reprobatur* ab Ubert. de citation. tom. 1. cap.4. per tot. & Dian. Moral. par.1. tract.2. reſ.13. verſ. ſed hanc.

119 *Auctor nunquam voluit patrocinari in cauſis pro confovendis hujuſmodi Recurſibus ad Iudices Laycos.*

120 *Etiam emphyteuſis temporalis ad Eccleſiam tranſlata, pro tempore, quo illa durat, inducit amiſſionem laudemiorum, quam non inducit exiſtens penès Laycum.*

121 *Etiam emphyteuticans bona Layco, non amittit ſpem laudemiorum; prout illam amittit Laycus emphyteuticans Eccleſiæ.*

122 *Emphyteuta non ſolvente per triennium Canones, emphyteuſis devolvitur ad Dominum.*

123 *Iudæus eſt capax emphyteuſis, quia nullum infert Domino præjudicium in laudemiis, aut devolutione, cùm benè alienare poſſit, quod facere nequit Eccleſia.*

124 *Iudæus poſſidere poteſt ſtabilia, præterquàm in Urbe, ac in toto Statu Eccleſiaſtico.*

125 *Iudæus poſt mortem Salvatoris eſt inter omnes impotentiſſimus, faciliſque conventionis.*

126 *Pauci ſunt directi Domini, qui loco Canonis contententur ſolo cantu, vel curſu.*
127 *Quid ſit Quintana, latè explicatur.*
128 *Eccleſia benè præſtare poteſt ſervitium indecens, mediante perſona ſæculari.*
129 *Eccleſia nunquam moritur.*
130 *Eccleſia eſt in anima viventis, quæ eſt Chriſtus, qui vivit in perpetuum.*
131 *Legatus Sedis Apoſtolicæ non expirat morte Pontificis.*
132 *Sedes Apoſtolica nunquam moritur.*
133 *Indultum retinendi Beneficia ad beneplacitum Sedis Apoſtolicæ non expirat morte Pontificis illud concedentis.*
134 *Legatum Principi factum, tranſit in ſucceſſorem.*
135 *Reges hæreditario Jure Regna habentes, dicuntur nunquam mori.*
136 *Fiſcus nunquam moritur.*
137 *Pater relinquens poſt ſe filios, dicitur quaſi non mori.*
138 *Licet homines decedant, ex quibus conſtat Eccleſia, vel aliud ſimile corpus non defecturum, ſemper tamen eadem Eccleſia, idemque corpus eſſe videtur, renovatum in ſubrogatis perſonis.*
139 *Idem eſt grex renovatus in locum priorum demortuorum.*
140 *Eadem Domus videtur, quæ particulatim ità refecta eſt, ut nihil ex priſtina materia ſuperſit.*
141 *Eadem eſt Navis, ſi adeò ſæpè refecta eſt, ut nulla tabula permaneat.*
142 *Si quis putaret, partibus commutatis etiam rem fieri, ſequeretur, quòd nos ipſi non iidem eſſemus, qui abhinc anno fuiſſemus.*
143 *Cujus eadem ſpecies, & forma extrinſeca, idem totum manet.*
144 *Si quis mutari civitatem diceret, plures ex una faceret.*
145 *Qui olim mutuum accepit, nunc non debet, quia alius effectus eſt, juxtà Sophiſtas.*
146 *Qui heri ad cœnam vocatus eſt, hodiè invocatus cenſebitur juxtà eoſdem Sophiſtas.*
147 *Tempus in unoquoque noſtrum majores mutationes facere ſolet, quàm in Civitatibus.*
148 *Eadem eſt Civitas, licet Cives omnes commutati ſint, eadem Univerſitas, licet omnes immutati ſint.*
149 *Unum, & idem videtur eſſe flumen, quamvis alia, atque alia aqua ſemper fluat,* & num. ſequenti.
150 *Proſequitur eadem concluſio.*
151 *Refellitur inſania Heraclii Philoſophi exiſtimantis, equum non ingredi his eundem fluvium.*
152 *Lex ideò dicitur immortalis, quia conſtituitur à Populo, interrogante Senatorio Magiſtratu.*
153 *Populus nunquam moritur.*
154 *Civitas, ſeu Populus perpetuatur per ſubrogationem perſonarum loco demortuarum.*
155 *Paries pariter per ſubrogationem alterius parietis perpetuatur.*
156 *Nihil in mundo datur, niſi mortale, nihilque, niſi per ſubrogationem perpetuum eſſe poteſt.*
157 *Æternum dicitur, quod ſemper fuit, & eſt.*
158 *Sempiternum dicitur, quod incæpit, & non deſinet.*
159 *Mundus habuit principium, & habebit finem.*
160 *Nomine tantùm evadimus, aut dicimur perpetui.*
161 *Natura mediante matrimonio excogitavit hominum immortalitatem.*
162 *Laudatur Salomonis dictum* Eccleſiaſtic. 30. 4.
163 *Uſusfructus Civitati relictus expirat poſt* 100. *annos.*
164 *Lex fingit, Civitatem non durare ultrà* 100. *annos, quia eſt terminus longævæ vitæ.*
165 *In feudo Univerſitati, & Communitati conceſſo facienda eſt renovatio quibuslibet centū annis.*
166 *Uſusfructus finitur centum annis quaſi morte.*
167 *Si Civitas aratrum patiatur, finitur uſusfructus.*
168 *Per inductionem aratri Civitas deſinit, & quaſi morte interit.*
169 *Lex fingit, interire Civitates, hoſtium manu everſas.*
170 *Lex fingit mortem Civitatis poſt centum annos, ut aliquando uſusfructus extinguatur, & conſolidetur cum proprietate.*
171 *Civitas poſt centum annos moritur tanquàm ſenio confecta.*
172 *Civitas ſolo exæquata, Civitas ampliùs dici nequit.*
173 *Homo præſumitur vivere uſque ad* 100. *annos.*
174 *Conditio ſi ultrà centum annos vixeris, impoſſibilis reputatur.*
175 *Falſa opinio exiſtimantium, hominem vivere non poſſe ultrà centum annos.*
176 *Ægyptii, & Alexandrini crediderunt cor augeri per ſingulos annos.*
177 *Hiſtoricis referentibus de ſuperviventia hominum ultrà centum annos deferendum eſſe valdè dubitatur.*
178 *Aliqui exceſſerunt vitam centum annorum.*
179 *Anni Hebræorum conſtabant duodecim menſibus, ut noſtri.*
180 *Moyſes docet ætatem decrepitam eſſe inidoneam ad regendum Populum.*
181 *Longior vita evenit olim ob bonitatem complexionis, & temperamenti.*
182 *Verba* Geneſ. 6. 4. eruntque dies illius 120. annorum, *non reſpiciunt terminum vitæ humanæ, ſed pœnitentiæ.*
183 *Jam tempore Davidis vita humana valdè coarctata fuit.*
184 *Per Potentates David non intelligit viros potentes auctoritate.*
185 *Vita potentum potiùs brevis.*
186 *David per Potentates intelligit robuſtos.*
187 *In Græca verſione malè habetur en duſaeiacis, quod ſignificat in Principatibus.*
188 *Æquum viſum fuit, ut diminueretur vita, ſicut multiplicabantur peccata.*
189 *Si diutiùs viverent homines, mundus eos non caperet.*
190 *In Civitatibus cōdendis aratro locus definiebatur.*
191 *Urbs ab Urbo, ſeu Urvo, urbare, ſeu urvare eſt aratro definire.*
192 *Naturale eſt, unamquamque rem per eaſdem cauſas diſſolvi, per quas naſcitur.*
193 *Aratri inductio inhabitabilem reddit Civitatem.*
194 *Aratrum mors Civitatis eſſe dicitur.*
195 *Templum Hieroſolymitanum olim everſum, aratum fuit.*
196 *Romani forſitan à Judæis morem habentibus ſaliendi Urbes in earum everſione, mutuati fuerunt modum inducendi aratrum.*
197 *Abimelech ſalivit rebellem Urbem Sichem.*
198 *Sophonias Propheta hoſtibus deprecatur Salis acervos.*
199 *Olim ſal diſſeminatum fuit Mediolani ad perpetuam damnationem.*

200 *Au-*

200 *Auctor putat, Judæos morem ſaliendi everſas Civitates, ſumpſiſſe à pœna uxoris Loth in ſalem converſæ.*
201 *Uxor Loth forſitan venialiter peccavit, & ſalvata exiſtimatur.*
202 *Hebræis non fuit nota aratri inductio.*
203 *In Sacra Scriptura verè arabilis intelligitur remanere Civitas poſt everſionem.*
204 *Eccleſia, licet nunquam moriatur, attamen dici ſolet manus mortua.*
205 *Univerſitas perſonæ vice fungitur.*
206 *Eccleſia dicitur habere manus mortuas.*
207 *Fabrica Eccleſiæ dicitur manus mortua, prout Hoſpitale, Cappella, Confraternitas, cæteraque Loca Pia, Univerſitates tàm Eccleſiaſticæ, quàm Laycales, Monaſteria, Seminaria, Capitula Eccleſiarum, Montes Pietatis, Fiſcus, Camera Principis, & Regia Corona.*
208 *Eccleſia, aliudque corpus nunquam defecturum nunquam perit, ſed perpetuatur ex mutatione perſonarum.*
209 *Eccleſia videretur potiùs dicenda manus ſemper viva, non autem mortua.*
210 *Potiùs manus viva dicitur, qui moritur.*
211 *Damnati ad Gehenam adhùc viventes dicuntur mortui.*
212 *Manus mortua eſt in anima viventis, quæ nunquam moritur.*
213 *Homo mortuus expers eſt omnis mutationis, & viciſſitudinis.*
214 *Quidquid ſtrictiſſimè retinet.*
215 *Homo, qui moritur, dicitur manus viva.*
216 *Animal mortuum non dicitur animal.*
217 *Qui tenetur animal dare loco Canonis, non poteſt præſtare animal mortuum.*
218 *Manus morientis id, quod compræhendit, firmiſſimè tenet, nec facilè dimittit.*
219 *Bona ad Eccleſiam perventa, inalienabilia non ſecùs, quàm ſi à mortuo poſſiderentur.*
220 *Bona Eccleſiæ dicuntur mortua adinſtar Orcinorum libertorum manumiſſorum ab eo, qui in orco eſt.*
221 *Monachus, quamvis vivat, mortuus mundo dicitur.*
222 *Eccleſia dicitur manus mortua uti invalida ad alienandum.*
223 *Semel mortuus non ampliùs moritur.*
224 *In Cathalonia cenſualia perpetua, dicuntur mortua.*
225 *Magis propriè cenſualia dicenda immortalia.*
226 *Mortuus jam non moritur.*
227 *Sæpè loquendum eſt cum vulgo.*
228 *Cenſualia violaria quoque nuncupantur.*
229 *Mortua dicuntur conſilia, quæ carent auctoritatibus.*
230 *Feudum veniens ad Eccleſiam, cenſetur mortuum.*
231 *Vocabulum manus mortuæ derivavit à Gallis.*
232 *In Belgio pars certa percipi ſolita ab Ordinariis de bonis Clerici defuncti, dicitur* mortmain.
233 *Perſona incapax poſſeſſionis, in Gallia dicitur manus mortua.*
234 *Ruſticus, ſeu operarius dicitur manus mortua.*
235 *In Francia moriens ſine liberis, parentibus, aut conſanguineis dicitur manus mortua.*
236 *Per ruſticum hominem intelligitur Agricola.*
237 *Manſus mortuus, poſteà Gallicè dictus* mains mortes.
238 *Agricultura apud Romanos ars nobilis.*
239 *Manus mortua ſumitur etiam pro ſervo.*
240 *Mortuaria domus idem, quod hæres Beneficiati.*
241 *Amortizatio derivavit à Gallica voce* amortiſſemant.
242 *Amortizatio eſt translatio bonorum in manum mortuam juſſu Principis.*
243 *Hinc bona mortua, aut amortizata.*
244 *Lis mortua.*
245 *Monachus mortuus.*
246 *Excommunicatus, & deportatus, dicitur mortuus.*
247 *Exhæredatus, dicitur mortuus.*
248 *Captus ab hoſtibus, dicitur mortuus.*
249 *Bona mortua, ſeu amortizata, quæ ampliùs de una manu in aliam manum viventium non tranſeunt.*
250 *Mortificare membra idem, ac macerare.*
251 *Caro mortua, quæ à Chirurgo tanquàm noxia reſecatur.*
252 *Morticia bona dicuntur à Comite conceſſa, ob caducitatem ſucceſſorum ad Comitem reverſa.*
253 *Amortizatio, ſeu mortificatio dicitur etiam reciproca donatio inter conjuges.*
254 *Amortizare emphyteuſim idem ac francam, & liberam facere à ſervitute emphyteutica.*
255 *Olim amortizatio dicebatur emunitas, ideſt immunitas.*
256 *Licet nullo Jure probari poſſit, quòd emphyteuſis non poſſit alienari in potentiorem, attamen in praxi non controvertitur.*
257 *Privatus recipiens laudemium à manu mortua, videtur illam approbare in emphyteutam*
258 *Manus mortua cogitur evacuare emphyteuſim à ſe, ob præjudicium Domini.*

CAPITULUM II.

Poſtquàm indagavimus originem Quindenniorum, deſcendamus oportet ad examinandum, quænam ſint perſonæ, quæ ad quindenniorum ſolutionem teneantur, in quo conſtituimus generalem regulam, quòd omnes illi, qui vel ratione potentiæ, vel ratione perpetuitatis ſunt incapaces retinendi emphyteuſim ob præjudicium hinc reſultans Domino directo ex amiſsa ſpe laudemiorum, & devolutionis ob non ampliùs contingibiles alienationes, nec 1
non defectum lineæ, ad effectum ſeſe habilitandi, præſtare debent quindennia, ex quorum introductione moderno tempore temperatus eſt antiquus rigor legalis prohibendi permanentiam, ſive ratione emphyteuſis penes potentiores ex æquitativa conſuetudine, *Card. de Luca de Emphyteuſ. diſc. 27. n. 7. & diſc. 28. nu. 6.* ubi ait, introductione ſolutionis quindenniorum paſsim bona emphyteutica tranſire in Eccleſias, & Pia Loca, & *diſc. 48. n. 1. in fin. & diſc. 50. n. 3. alter de Luca ad deciſ. de Franch. 659. n. 6. circa fin. verſ. pro Domino directo, repet. poſt Tract. int. Doctor. lit. D. F. & DD. Gobiuſ. de permiſs. feud. & emphyt. alien. qu. 3. n. 43. R. P. D. Petra* meritiſsimus olim à Secretis S. Cong. Conc., *hodiè Epiſc. & Regul. in Commentar. ad Conſtit. Apoſt. to. 2. in Conſt. 10. Innocent. III. ſect. 2. nu. 23. Pignatell. conſ. can. 38. per tot. tom. 8. poſt Tract. int. Doctor. lit. I. Bonden. collect. legal. tom. 1. coll. 35. nu. 124. Creſp. obſ. 106. num. 10. & 15. Cortiad. dec. Cathalon. 284. num. 49, par. 4. Hjeronym. Leo deciſ. Valent. 77. num. 7. verſ. & ità & nu. 8. 9. & 10. lib. 1. Panimoll. deciſ. 4.*

 num. 1.

num.1.par.1.de Marin.ad Reverter.deciſ.403.n.3.
Rota cor.Coccino deciſ.2347. num.11.cum ſeqq.ac
in rec.deciſ.280.num.4.par.1.& in Romana Quin-
denniorum 20. Martii 1684. §. bonum jus num.2.
cor. Albergato Decano, in Romana Quindennio-
rum 6. Junii 1687.num.1.cor.Benincaſa int.impr.
la 113.poſt Card.de Luca de ſervit.deciſ.18.& 19.
repet.poſt Tract.int.deciſ.exter.in ordine la III. &
IV.& int.deciſ.S.Rotæ Rom.in ordine la VIII. &
IX. in Romana devolutionis Domus 28. Junii
1697.cor.Pio,quæ eſt deciſio 14.poſt Card.de Luca
de ſervit. in Ferrarien. ſeu Imolen bonorum 26.
Martii 1700. cor.R.P.D.meo Anſaldo.

Inter perſonas autem prohibitas acquirere,
2 ac retinere emphyteuſim, enumeratur Eccleſia,
quæ privilegiata ob ſuam potentiam, & perpe-
tuitatem, tanquàm incapax, ſi Dominus dire-
ctus aſſenſum non præbeat translationi emphy-
teuſis, tenetur illam intrà annum evacuare,
vendere, & eam extrà ſe ponère in capite Lay-
ci, ſeu privati, in ſui locum ſubſtituendo aliam
perſonam capacem, & habilem, qualis eſt pri-
vata,recipiendo æſtimationē Andreol.cont.378.
num. 4.par.5. Gobius conſult. deciſ.82. num.15.
Fragoſo de Regim. Reip.Chriſt.tom.3.par.3.lib.6.
diſp.9.§.17.num.1.cum ſeqq. & per tot. Monach.
de feud. interp. cap.59. num.3. Tondut. reſ. par.1.
cap.46.num.1.cum ſeqq.Cald.de Jur.emphyt.tit.de
nominat.quæſt.19.num.17.cum ſeqq. ubi num. 28.
ex hac ratione Reges Franciæ motos ſtatuiſſe,
nè Regni Caſtra ad Eccleſiam tranſire poſſent,
& quæſt.20. n.27.in princ.& in fin.& lib.3.cap.1.
num.16. cum ſeqq. Cancer. var.reſ.par.1. cap.11.
num.61. ubi idem ſanciri de Jure Cathaloniæ,
Solzona in lucerna laudem. cellula 7. num.28.Ro-
deric.de ann.reddit.lib.2.quæſt.22.num.34.Amic.
de emphyt.quæſt.22.num.4. cum ſeqq.Fulgin. eod.
tract.tit.de alien.qu.1.num.21.cum ſeqq.& n.221.
& tit. de ſucceſs. in bon.emphyt.quæſt.14.num.9.
ubi etiam in caſu, quo Eccleſia ſit Domina di-
recta, adhùc poteſt cogere aliam Eccleſiam Do-
minam utilem ad vendendum emphyteuſim
infrà annum, Pinheyr.de emphyteuſ.par.2.diſp.4.
ſect.9.num.200. Theſaur. quæſt.for.lib.1.cap.83.
n.3.cum ſeqq.& per tot.Larrea alleg.fiſcal.tom.2.
all.89.n.31.Antonell. de temp.legal.lib.2.cap.25.
num.5. Danza de pugna Doctorum tom.3. tit.de
laudem.cap.8. num.9. Ricc.in prax. par.3.reſ.175.
num 3. Theodor.alleg.48. num.3.ubi in med.ait,
non adeſſe contradictorem, Foller. in Conſtit.
Regn.fol.mih.32.num.3.in fin.Ripa de act.in mort.
artic.cap.44.num.26.Marant.cont.49.nu.15.cum
ſeqq.par.5.Duard.in Bull.Cœn.lib.2.can.15.qu.19.
num.93.in fin. Molin. de Juſtit. & Jur.tract. 2.
diſp.140.verſ.eandem regulam, Manent. de Jur.
contract.livellar. quæſt.6. num.39. Maſtrill.deciſ.
Sicil.128. num.1.cum ſeqq. & num.18.ubi ità ſe-
qui debet quilibet bonus Judex, ſic enim agen-
do, omnibus conſultum eſt, Angujan.de legib.
lib.3.contr.12.num.5.& 24.ubi ità judicatum in
Senatu noſtro Luſitano, Ripoll.var.reſ. cap.7.
num.208.cum ſeqq.ubi Eccleſiam in Cathalonia
cogi à ſuo Judice ad evacuandum, ſeu ponen-
3 dum extrà ſe emphyteuſim, Palma deciſ. Lu-
cen.376.num.2.& per tot.& dec.377.n.30.tom.4.
Fontanell. deciſ.Cathalon. 281. num.7. cum ſeqq.
par.1.Marc.deciſ. Delphin.254.num.2.par.1. Ru-
beuſ.ad deciſ.16.num.52.par.3.rec.& ad dec.131.
nu.147.cum ſeqq.par.8.Rota poſt Tondut.de Pen-
ſion.deciſ.67.num.14.cor.Coccin.deciſ.636.num.2.
& deciſ.818.num.8.Buratt.deciſ.132.num.2.Ad-
den.ad eund.deciſ.477.lit.R.& in recen.deciſ.280.
num.5. par.1. deciſ.321.num.6.par.11. deciſ.385.
num.18.par.16.dec.593.num.9.par.18. Quæ Ec- 4
cleſiæ incapacitas practicatur quoque in noſtro
Portugalliæ Regno juxta Ordinatiō.ſeu leg.Reg.
Portugall.lib.2.tit.8.in prin.junct.§.1. & in nov.
li.2.tit.18.& §.1.juncto §.5.ibi: Podelosba poſſuir 5
hum anno, e dia, ità, ut quæcumque Loca Pia
tàm ſæcularia, quàm regularia in noſtra Luſi-
tania ſint penitùs incapacia retentionis emphy-
teuſis, prout omnium bonorum immobilium,
de quo Molin. de Juſtit.& Jur.tract.2.diſp.140.
verſ.quin de Jure,Barboſ.vot.30.nu.36.cum ſeqq.
lib.2.Cald. de empt. cap.8. num.36. ad fin. Valaſc.
conſult.101.num.7.Pereyr.de man.Reg.par.1.ſup.
concord. Joan.I. num.86. Attamen Eccleſia, &
quæcumque alia corpora nunquam defectura,
ſunt ſaltem capacia acquiſitionis nudæ com- 6
moditatis fructuum emphyteuſis conceſſorum
in vita emphyteutæ capacis,penès quem reſidet
titulus Inveſtituræ, cùm indè nullum irrogetur
præjudicium Domino directo, & emphyteuta
poteſt eorum commoditatem diſtrahere favore
perſonæ incapacis, ad ſui vitam, Rota cor.Priol. 7
dec.449.in fin.& in rec.dec.173. num.3.cum ſeqq.
par.13. & deciſ.57.num.11.par.14.ac in Imolen.
Penſionis 27. April.1694. §.& hinc cor.Emerix.
jun. Decano, & Farfen. bonorum 27. Novembr.
1699. §.fin.in med.verſ. in nihilo adverſante cor.
Pio, & 26. Junii 1702. §. hoc autem poſito cum
plur.ſeqq.cor.eod.Præterea in venditione emphy- 8
teuſis ab Eccleſia, ſimilique corpore nunquam
defecturo facienda, præferendus eſt Dominus
directus, ſi illam velit emere, Ricc.prax.reſ.175.
num.4. in fin.par.3. In caſu tamen, quo Eccleſia
adhùc intrà annum non diſtraxiſſet emphyteu-
ſim, anno licet elapſo, reſtituitur in integrum
ad vendendum, ut latè per Coſt.de remed.ſubſid.
rem.105.n.9.cum ſeqq.de Luca ad dec. de Franch.
659.num.2.in fin.repet.poſt Tract.lit.DD.int.Doct.

Immò Eccleſia eſt incapax etiam ob diffici-
lem conventionem pro Juribus Domino debitis 9
Giurba de ſucceſs.feud.cap.18. §.1.gloſ.14.nu.26.
circ.fin.verſ.ſed alia ratione, eodem modo eſt
de prohibitis quicumque Locus Pius Rot.cor. 10
Coccino deciſ.636.num.2.& in recen. dec.249.n.2.
par.19. inſuper inter prohibitas perſonas recen- 11
ſetur quoque Epiſcopus pro tempore, Rot. cor.
Coccin.dec.1008.num.11. prout Judex pro tem- 12
pore, Coccin.ibid. immò majori rigore, quàm
alii, quia hi duo ſunt incapaces etiam ad effe-
ctum conſequendi pretium. Pariter eſt de prohi-
bitis Civitas, ſeu Reſpublica, Amic.de Jur.em- 13
phyt.quæſt.32.num.11. Rubeus ad deciſ.16.n.52.
par.3.rec.Rot.in rec.dec.52.num.27.par.19. Con- 14
fraternitas, ſeu Univerſitas, Fulgin.de Jur.em-
phyt.tit.de ſucceſ.in bon.emphyt.quæſt.14. num.9.
in med.verſ.& hoc habere, Antonell.de regim.Ec-
cleſ tom.2.cap.16.num.3. Fragoſo de regim. Reip. 15
Chriſt.tom.3.par.3.lib.6.diſp.9.§.17. num.1.& 3.
Ricciul. lucub. Eccleſ.lib.4.cap.11.nu.20.Ciarlin.
contr.tom.1.cap.8.num.81.cum ſeqq.Pellizar.ma-
nual.Regul.tom.2.tract.8. cap.5.ſect.6. num.299. 16
in fin.cum ſeqq.Rot.cor.Coccino deciſ.661.num.10.
Andrea deciſ.6.num.2.ac in rec.deciſ.193.num.7.
par.2.

par.2.Hoſpitale Coccin.dec.636.nu.2.& dec.661.
num.9. Burat.deciſ.132.num.2.ac in rec. deciſ.65.
in prin.par.17. Congregatio, Collegium tàm
Eccleſiaſticum, quàm ſæculare Amic. de Jur.
emphyt. qu.22.n.11.Rot.cor.Gregor.XV.dec.529.
in prin.Burat.deciſ.601. ubi de Collegio Picæno
in Eccleſia S.Salvatoris in Lauro de Urbe, ac
17 in rec.deciſ.347.num.1.5.& 6.par.4.tom.1. Mo-
naſterium Amic. loc. mox cit. Fragoſo de regim.
Reip.Chriſt.tom.3.par.3.lib.6.diſp.9.§.17.num.1.
& 3. Rubeuſ. ad deciſ.131. num.407.par.8. rec.
Eques Hjeroſolymitanus ob mutationem fori
ſubjectus ſupremo Magiſtro ſuæ Religionis, &
exemptus ab Ordinario, Amic.de Jur.emphyt.
qu.25.num.5. Clericus, uti difficilis conventio-
nis, & ob mutationem fori, in hoc tamen at-
tendenda conſuetudo loci latè, & ſingulariter
18 Marc.deciſ.Delphin.254. num.4.cum ſeqq. Capi-
taneus, Miles, intelligendo de Milite, qui eſt
in continuo præſidio Italicè buomo d'arma, ſeu
Cavallo leggiero, non de Milite pedeſtri dicto
19 Battaglia; ò Battaglione, & pauper, illi, quia
potentiores, iſte, quia impotentior, ob deterio-
rem conditionem ex fori mutatione Prat. diſc.
for.26.num.23. in med. & num.29. verſ. ex qua
quidem concluſione in med. Amic.de Jur.emphyt.
quæſt.25.num.1.cum ſeqq.Cyriac.contr.684.nu.8.
20 Rot.deciſ.347.num.5.par.4.rec.tom.1.
Hinc eſt, quòd pari modo cùm feudum pari
21 paſſu in pluribus ambulet cum emphyteuſi, Ec-
cleſia, & Eccleſiaſtici retinere non poſſunt feu-
dum ob præjudicium Dominorum, Urſin. de
ſucceſ.feud.part.1.quæſt.9. artic.1.conc.1. num.1.
cum ſeqq.ubi conc.4.num.22. niſi feudum à Rege
22 ſit annexum, ac conceſſum Eccleſiæ, cui præſit
Eccleſiaſticus, veluti in Germania, ubi Archie-
piſcopi ampliſſima poſſident feuda, Giurba de
ſucceſ.feud.cap.118.§.1.gloſ.7. num.37.cum ſeqq.
gloſ.5.num.9. ubi ità practicari in Siciliæ Re-
gno, & gloſ.14. num.26.& 29. ampl.3. prout
23 etiam Eccleſia eſt capax feudi alterius Eccle-
ſiæ, non obſtante pacto prohibitivo, quia lici-
tum eſt in homine noſtræ profeſſionis, quod
non eſt licitum in homine diſparis, & alienæ,
24 & pactum prohibitivum translationis feudi in
Eccleſiam, intelligitur de alia Eccleſia, quàm
illius, cui præeſt, qui dat feudum cum illo pa-
cto Nig. de Laudem.tom.1. qu.12.artic.3.nu.90.
cum ſeqq. Sicuti adſunt aliquæ Religiones inca-
paces retinendi bona ſtabilia ob earum peculia-
res Regulas in majori perfectione fundatas, quæ
tamen ſunt capaces vendendi ad effectum con-
25 ſequendi æſtimationem pro ſuis neceſſitati-
bus, ut de Clericis Regularibus Theatinis di-
ctis à S. Cajetano Theatino Fundatore, ut à
negotiis ſæcularibus liberiores, paupertatem
Domini, Apoſtolorum, & multitudinis cre-
dentium, quibus cor unum, & anima una fuiſſe
legitur, imitentur, ac proximorum ſaluti invi-
gilent, quibus miniſtrantibus ſpiritualia, Deus
ſua ineffabili providentia (ſuper qua inſtituti
ſunt (ſuppeditat temporalia, Barboſa in Concil.
ſeſſ.25.de Regular.cap.3.nu.16.Gratian.diſc.202.
26 nu.37.Bellet.diſq.Cler. par.1.tit. de bon.Cleric.§.8.
num.3. ubi quod horum Religio nec per pro-
feſſionem, nec per Sacros Canones prohibetur
annuos redditus in communi poſſidere, immò
hoc per S.Concilium Tridentinum permittitur
ſeſſ.25.de Regul.cap.3. Sed voluntariè renuncia-
vit favori Sacroſanctæ Tridentinæ Synodi, ut 27
idem fecit Religio Clericorum Regularium
Matris Dei Scholarum Piarum, juxta Conſt.
Pauli V. la 8.in nov. Bull.Rom. tom.3. niſi quòd
habilitata fuit poſteà à ſan. me.Innocentio XI. 28
quæ etiam à ſan. me. Alexandro VIII. obtinuit
calceari, ubi dict.Bellet.proſequitur inferre, non
requiri ſolemnitatem in hujuſmodi ſtabilium
alienatione ex quadam declaratione S.Congre- 29
gationis Concilii deſuper edita, quia cùm im-
mobilia non poſſint tanquàm propria retineri,
non intelliguntur data, neque relicta, ut debeant
perpetuò permanere apud Religionem Gratian. 30
diſc.202. num.38.cum ſeqq. Idemque judican-
dum de Societate Jeſu, quæ licet favori Con-
cilii etiam renunciaverit, ſitque una ex Religio-
nibus mendicantibus, immò fundata in altiſſi- 31
ma paupertate, adinſtar Cappuccinorum; at-
tamen ſtabilia vendere poteſt ad effectum re-
trahendi pretium Barboſa loc.cit nu.8.cum ſeqq.
Gratian.loc.cit.num.43.cum ſeqq.intelligendo de
Domibus Profeſſis, etenim Collegia, & Do- 32
mus Probationis ſunt capaces retinendi ſtabi-
lia, ut diſtinguit Pellizzar.in manual.Regular.
tom.1.tract.4.cap.4.num.116.cum ſeqq.& tom.2.
tract.8.cap.6.num.1.ampliat ad Ordinem Car- 33
melitarum Excalceatorum in Hiſpaniis, ſed à
S.Concilio Tridentino excipiuntur Franciſca-
ni, & Cappuccini, qui nec vendere Immobilia
poſſunt, eſt benè verum, quòd poſſunt vendere 34
favore Sacriſtiæ, aut Infirmariæ, Staiban.con-
ſil.50. num.3. Immò adeò incapax eſt quod-
cumque corpus Eccleſiaſticum, aut ſæculare
nunquam defecturum, retentionis emphyteu- 35
ſis, ut, ſi in Inveſtitura adjectum legatur pa-
ctum, vel obſtet Statutum loci, quòd emphy-
teuſis non tranſeat in Eccleſiam, aut in alia
ſimilia loca non defectura, tunc emphyteuſim
vendere nequeat capaci, & æſtimationem re- 36
cipere, Maſtrill dec.Sicil.128. n.6.cum ſeqq.Rot.
cor.Priol.dec.375.num.28. ubi de ſimili Statuto
Nullius Farfen.Diœceſis, Merlin.deciſ.583.n.31.
Dunoz.jun. dec.692.num.4. ac in rec.dec.26.n.8. 37
par.18. Eſtque hujuſmodi pactum validum, ac
licitum, nec tendit contra libertatem Eccleſia-
ſticam, dum reſpicit Dominum, & emphy-
teutam, prohibendo, & præcipiendo, nè in
Eccleſiam transferatur emphyteuſis, quod
principale intentum Domini eſt attendendum,
ideòque nihil fit principaliter contra Eccleſiam,
ſed eſt quædam cauthela Domini ſibi proſpi- 38
cientis ob amiſſam aliter ſpem laudemiorum,
& lineæ finiendæ, Ripoll.var.cap.7. num.118.
cum ſeqq. Maſtrill.deciſ.Sicil.128. n.6.cum ſeqq.
Idemque dicendum in caſu, quo Papa inter-
diceret Eccleſiæ acquiſitionem emphyteutico-
rum bonorum, tunc enim Eccleſia incapax re-
maneret etiam ad effectum retinendi pretium
Nig.de laudem.tom.1.quæſt.2.artic.3.num.131.
Qua occaſione ſeſe offert admirabile dictum,
quòd nempè jus retrahendi pretium, quod ha-
bet Locus Pius, nè redundet in odium Domi-
ni, illeque gravetur in re propria, præſtanda eſt 39
æſtimatio rei emphyteuticæ ab hærede legan-
tis rem alienam, qualis eſt res emphyteutica,
niſi ipſe legans emphyteuſim habeat jus in ea
per ejus obitum finiturum, eo enim caſu non
debetur

debetur æſtimatio, *Ricc.in Trax.par.3.reſ.175.*
num 4.ubi num.5. refert, ità vidiſſe judicatum
in S. Rota.

Prætereà non ſolùm intrà annum, ſed etiam
intrà aliud tempus longius, vel brevius inter
partes conventum tenetur Eccleſia vendere
40 rem emphyteuticam alterius tam Eccleſiæ,
quam privati ad ſe perveutam tàm mediante
pretio, quàm ex quocumque titulo, ut puta,
ex teſtamento, legato, donatione, permutatio-
ne, vel aliis legitimis titulis, ac procurare om-
ninò, ut res illa perveniat ad manus laycorum,
nè conditio Domini deterior efficiatur *Amic.*
de Jur.emphyt qu.22.num.8.antè med.ubi in med.
verſ.& ſolet aliquando, teſtatur ſolere aliquan-
do apponi pactum, ut infrà certum determina-
tum tempus Eccleſia, vel alius Locus Pius ha-
beat annum ad ponendum extrà ſe, quaſi quod
annus non dicatur brevis terminus, nec lon-
41 gior æquo, *Antonell.de temp.legal.lib.2.cap.40.*
num.5. Animadvertendum autem eſt, quòd
non obſtante prohibitione alienandi emphy-
teuſim in Eccleſiam, alienatio tamen fieri poteſt
42 in caſu, quo fieret per viam legati, ſive dona-
tionis pro Deo, aut Anima, & ſic favore piæ
cauſæ, vel pro peccatorum venia, ac expiatio-
ne, maximè de æquitate Canonica etiam ſtan-
te pacto prohibitivo *Niger de laudem. qu.12.*
art.3.n.28.& 126.tom.1. Maſtrill.dec.Sicil.128.
num.12. ubi de communi, & rejecta contra-
ria, quæ ad ſummum, *num.14.* procederet in
Eccleſia, quæ habet aliquam ſuperioritatem
contra eam, cujus emphyteuſis transfertur,
quem ſequitur *Gratian.diſc.533.num.37.Nig.de*
laudem.tom.1.qu.12.art.3.num.28.

Eodem modo, ſi emphyteuſis transfertur in
43 Eccleſiam pro illius, vel Monaſterii fabrica *Ri-*
poll.var.cap.7. num.133. cum ſeqq. vel quando
Eccleſia factis diligentiis non reperit emptorem
bonorum emphyteuticorum, *Nig. cit. tract.*
& loc. num.126.Muta deciſ.Sicil.10.n.12. in fin.
44 Prout Domino volente Eccleſia eſt capax re-
tentionis emphyteuſis; aut feudi, cùm quilibet
ſuo favori renunciare poſſit, dum de ejus tan-
tùm præjudicio agitur, *Giurba de ſucceſs.feud*
45 *cap.118.§.1.gloſ.13.num.30.circa fin.verſ.decla-*
ra quartò, Fulgin. de Jur.emphyt. tit.de alienat.
qu.1.n.22.& tit.de ſucceſs. in bon.emphyt.qu.14.
num.9. in med.verſ. nec impeditur, Amic. eod.
46 *tract.qu.25.num.8.* Eſt pariter capax emphyteu-
ſis perſona prohibita, quando eſt conſors,
ſeu conſocia in eadem re emphyteutica, *Amic.*
num.7. qui dictam rem poſſidet emphyteuti-
cam, ſupponere debet, ſubſtituere, ſubrogare
aliam rem, vel aliud ſtabile æquivalens, ſeu,
ut vulgò dicitur, det excambium tàm in pretio,
quàm in redditu ſolito in favorem privati, vel
47 Eccleſiæ, cujus priùs res erat cum pacto, quòd
illa res ſubrogata ſit cum eiſdem qualitatibus
emphyteuticis, quæ quidem omnia fiunt præ-
vio Beneplacito Apoſtolico, capta informatio-
ne de valore rei emphyteuticæ ad Eccleſiam
perventæ, & de valore rei ſubrogatæ loco ip-
ſius.

Proindè Dominus directus debet intrà bien-
nium declarare, an velit, quòd emphyteuſis re-
48 maneat penès Eccleſiam juxta diſpoſitionem
§. ſi verò contigerit il 1.Novell.de alienat.& em-
phyt.Fulgin.de Jur.emphyt.tit.de ſucceſs. in bon.
emphyt.qu.14. num.12.circ.fin.Adden.ad Burat.
dec.394.num.11.lit.C. adeòut Dominus non in-
ſtans intrà biennium, cenſetur velle Eccleſiam
recognoſcere in emphyteutam, *Rot. dec.65.* 49
num.12.par.17.rec. prout cenſetur quoque Ec-
cleſia in emphyteutam approbata, ſi Dominus
ab ea Canones recipere continuet, quod tamen
non procedit in alia Eccleſia Domina directa, 50
quæ recipiendo per aliquod tempus à Domina
utili Canones, non cenſetur hinc ſibi præjudi-
care ex facto ſui Rectoris, Canones ab Eccleſia
recipientis, ut cenſetur privatus Canones reci-
piens à Loco Pio, *Rot.cor.Burat.dec.601.nu.8:*
cum ſeq.& in rec.dec.65.num.13.par.1. Jus deni- 51
que cogendi Eccleſiam, aliaſque perſonas pro-
hibitas ad vendendum Emphyteuſim, non tol-
litur, niſi præſcriptione quadraginta annorum,
Fulgin. de Jur.emphyt. tit.de ſucceſs. in emphyt.
qu.14.n.9.in fin.Rot.cor.Buratt.dec.601.num.10.

Quod autem ſpectat ad modum probandi
dominium directum, agendo in materia coa- 52
ctionis ad vendendum emphyteuſim, illud pro-
batur levioribus probationibus, quidquid in
materia devolutionis, *Rot.cor.Burat.deciſ.601.*
num.2.cum ſeqq.& num.8.

Attamen ſequenda non eſt opinio eorum,
qui tenent, Eccleſiam eſſe capacem emphyteu-
ſis, ex textu in *l.fin.C.de Jur.emphit.* prohibente 53
alienationem, ſeu translationem rei emphyteu-
ticæ in perſonas prohibitas, intelligi de prohi-
bitione facta in limine contractus, & negati-
vam noſtram opinionem lege aliqua non pro-
bari, ſed eſſe verba *Gloſſæ*, *Nig.de laudem.tom.1.*
qu.12.artic.3.num.25.cum ſeqq. qui ſub prætex-
tu indulgendi Eccleſiæ, ad ità ſentiendum,
ſequentibus movetur fundamentis. 54

I. Quia, ut ait ipſe *Niger nu.30.cum ſeqq.*
dicta l.fin.C.de Jur.empyt. eas tantùm excludit
perſonas ab acquiſitione emphyteuſis, quæ
non ſint idoneæ ad ſolvendum Canonem, qua-
lis dici non poteſt Eccleſia.

II. Quia, ut idem ait *nu.32.cum ſeqq.* cùm
ratione paritatis, ac etiam arguendo à mino-
ri, Eccleſia, & fiſcus procedant à pari, & om- 55
nia privilegia conceſſa fiſco; ſint pariter con-
ceſſa Eccleſiæ, quæ gaudet Jure Imperii, eſtque
Imperio major, & dignior, tantùmque differt
Imperium ab Eccleſia, quantum diſtat Luna
à Sole, ac favorabilior ſit cauſa Eccleſiæ, quàm
fiſci, & tamen fiſcus eſt capax acquiſitionis 56
emphyteuſis ex à ſe traditis *lib.3. qu.12.* ergo
multò magis Eccleſia.

III. Quia, ut ait idem *Niger num.10.cum*
ſeq.& num.49. cùm juxtà *l.1.& leg.generali le-*
ge 13.C.de Sacroſanct.Eccleſ. quicumque habet
facultatem relinquendi Eccleſiæ quidquid ve-
lit ex patrimonio ſuo, compræhenduntur bona 57
emphyteutica in generali diſpoſitione legis lo-
quentis de bonis.

IV. Quia, ut ait *num.45.cum ſeqq.* non va-
let ſtatutum prohibens alienationem in Eccle- 58
ſiam.

V. Quia, ut ait *num.47. cum ſeqq.in cap.1.*
de immunit.Eccleſ.in 6. apparet, quòd Alexan-
der IV. perſentiens, in Regno Franciæ à Sca-
binis, & aliis Dominis, ac Judicibus Laycis
adverſùs libertatem, & immunitatem Eccleſiæ 59

Clericis

Clericis talias imponi prætextu bonorum, quæ
acquirebant, cogendo eos propterea ad illo-
rum alienationem, & manuum evacuationem
prohibuit illis, nè impoſterum exigerent, vel
imponerent hujuſmodi onera, nec etiam lice-
ret illis cogere Eccleſias, vel Eccleſiaſticas per-
ſonas ad ponendum acquiſita, vel acquirenda
extrà manus ſuas.

VI. Quia, ut ait *num.*50. *Speculator* Ante-
ſignanus noſtræ opinionis, reſpicit ad incom-
60 moda Domini directi ex *cap. longinquitate* 12.
*qu.*2. *& cap. Imperialem* §. *ſi quis infeudatus de
probib. feud. alien.* quæ tamen incommoda ceſ-
ſant, licet emphyteuſim retineat Eccleſia, dum
cap. longinquitate retorquetur, ex quo per ſolu-
tionem annui Canonis, quam facit,& ad quam
faciendam cogi poteſt Eccleſia, perpetuo de-
monſtratur origo, quòd fundus ſit empſlyteu-
ticus, & quis ſit illius directus Dominus.

VII. Quia, ut ait *num.*53. *cum ſeqq. ex* §.1.
*verſ. ſi verò contigerit Novella de alien. & em-
phit.* habetur, quòd ſi bona emphyteutica ab
61 Eccleſia conceſſa deveniant ad aliam Eccle-
ſiam, denunciandum eſt Eccleſiæ Dominæ di-
rectæ, data illi electione infrà biennium ſoluto
juſto pretio emphyteuſim recipere, vel penſio-
nem accipere.

VIII. Quia, ut ait *num.*61. nullibi cautum
reperitur,Eccleſiam eſſe incapacem emphyteu-
62 ſis, quæ uti digna ſpeciali nota, non com-
præhenditur ſub generali prohibitione perſo-
narum prohibitarum acquirere, de quibus ge-
nericè tantùm loquitur *textus in dict. l.fin. C. de
Jur. emphyt.*

IX. Quia, ut ait *num.*69. *circà fin.* non eſt
bona ratio, quòd Eccleſia non vi arctativa, ſed
63 directiva rationis cogitur intrà annum emphy-
teuſim extrà ſe evacuare ad manus Layci.

X. Quia, ut ait *num.*71. *cum ſeqq.* amiſſio
laudemiorum non eſt habenda in conſideratio-
ne reſultans ex retentione emphyteuſis, dum
commodum laudemiorum provenit præter na-
64 turam rei emphyteuticæ, & ex accidenti, ac
triſti omine, quod indignum, ac injuſtum eſt,
& duri hominis, vel potiùs vix hominis eſt ex-
pectare diſtractionem, diminutionem, caſum,
adverſam fortunam, jacturam, pœnamque
alienam, & velut ex inſidiis captare alterius
everſionem, undè Eccleſia non debet deſidera-
re alterius incommodum.

XI. Quia, ut ait *num.*77. ſpes devolutionis
non ſolùm in Eccleſia retinente emphyteuſim
poteſt conſiderari ſublata, ſed etiam in Layco
65 illam habente cum clauſula *pro ſe, & hæredibus
quibuſcumque*, & ſic nunquam ampliùs reditu-
ram ad Dominum directum, vel illam habente
in perpetuum, quę poteſt ſubjici fideicommiſ-
66 ſo, vel à primo acquirente omnibus ſucceſſori-
bus interdici alienatio, adeò ut in pluribus fa-
miliis docet experientia, emphyteuſim fuiſſe
continuatam centenis, ducentenis, tricentenis
annis, & longiori tempore, nec tamen ex tan-
diù continuata ſucceſſione poſſeſſorum factam
Dominorum deteriorem conditionem, nec
Dominos poſſe conqueri.

XII. Quia, ut ait *num.*78. *in fin. verſ. non
poteſt eum num. ſeqq.* emolumentum laudemii
debitum ex alienatione emphyteuſis, licet ceſ-
ſaret, ſit in Eccleſiam, quæ alienare non poteſt,
tranſiret emphyteuſis, uti tamen pendens ab
alieno arbitrio, vel facto,non eſt conſiderabile, 67
cùm habeat ſe ad eſſe, vel non eſſe.

XIII. Quia, ut ait *num.*79. *verſ. nec etiam
obſtante cum nu.*80. nullum incommodum con-
ſiderari poteſt ex difficultate conventionis,
mutatione fori, & potentia Eccleſiæ, ejuſdem-
que Clericorum, dum immò ob majorem bre- 68
vitatem litigando coram Judice Eccleſiaſtico
melius eſt coram eo litigare, vel ſaltem com-
penſatur incommodum mutationis fori.

XIV. Quia, ut ait *num.*81. *cum ſeqq.* malè
conſideratur major potentia in Clericis, quam
in Laycis, dum potiùs Layci ferè totam Ec-
cleſiaſticam Juriſdictionem uſurparunt; & de-
vorarunt, ac de facto Layci ſunt Clericis po- 69
tentiores, & ſolùm duplici modo dici poteſt
Clericus, aut Eccleſia potens ratione difficul-
tatis ad ſolvendum, dum nihil poſſidet, niſi
fundum emphyteuticum, vel ubi Eccleſia eſt
Domina Territorii,intrà cujus fines ſunt poſita
emphyteutica bona ab Eccleſia acquiſita, vel
ubi Clericus eſt genitus ex familia nobili, &
potenti, ac verſaremur in loco, ubi cum diffi-
cultate in ejus generis perſonas Jus diceretur,
veluti ſi in Urbe eſſet ex Columnenſi, aut Ur-
ſina familia, vel Venetiis genere patritius.

XV. Quia, ut ait *num* 86. *in princ. & in fin.*
Si emphyteuſis,eſt temporalis penès Eccleſiam,
nullum hinc ſentit incommodum Dominus, 70
proût nec potentia aliqua conſiderari valet in
Eccleſia,cùm fiſcus, qui Eccleſia eſt potentior,
attamen non ideò deſinit eſſe capax emphy-
teuſis.

XVI. Quia,ut ait *num.*94. *cum ſeqq.* tutius,
& honeſtius eſt, ut emphyteuſis maximè Ec-
cleſiaſtica tranſeat in Eccleſiam, vel aliud ſi- 71
mile corpus nunquam defecturum, & ſine evi-
dènti utilitate, ac neceſſitate alienaturum,
quàm penès Laycum aſſiduè molientem tur-
bam in Eccleſiaſticos, quivè facilè effici po-
teſt, ut non ſit ſolvendo mille modis, faciendo
verſuram ſui patrimonii.

XVII. Quia, ut ait *num* 105. Eccleſia Do-
mina directa etiam Judæo poteſt emphyteuti-
care, cur ipſa non poterit eſſe capax emphy-
teuſis, cujus eſt capax Judæus. 72

XVIII. Quia, ut ait *num.* 108. *cum ſeqq.*
tunc Eccleſia eſſet incapax emphyteuſis, quan-
do illa foret conceſſa cum præſtatione non 73
æquè bene, vel citrà dignitatem adimplenda
ab Eccleſia Domina utili, ſicuti præſtaretur à
Layco emphyteuta, veluti ſi certa die in reco-
gnitionem directi dominii deberet emphyteuta
antè fores directi Domini cantare cantilenam,
vel currere ad quintanam, vel aliud genus ſer-
vitii, vel obſequii Clericis, & Eccleſiaſticis in-
dignum præſtare.

XIX. Quia,ut ait *nu.*110.*cum ſeq.* conſue-
tudine benè poteſt introduci,ut Eccleſia tenea-
tur intrà certum tẽpus evacuare emphyteuſim. 74

XX. Denique quia, ut ait *num.* 112. *cum
ſeqq.* ex pacto poteſt quidem fieri incapax Ec-
cleſia, non eſt Statuto, *& dicta l. fin. C. de Jur.
emphyt.* intelligitur de prohibitis ex pacto con- 75
ceſſionis, ſeu Inveſtituræ.

Quorum *Nigri* fundamentorum copia in ni-
hilum

hilum turbante, immò eo nigreſcente, conten-
76 dimus noſtram ſententiam uti communem, &
veram eſſe ampleƈtendam.

Et non obſtat quidem I. *Nigri* fundamentũ
quia, licet ſæpiùs laudata *l fin. C de Jur. emphyt.*
prout, & in *cap. potuit 4. de locat.* non exprima-
tur ſpecificè, ac nominatim, quænam perſo-
næ ſint prohibitæ retinere emphyteuſim, atta-
men cùm pecularis ſit natura emphyteuſis, ut
77 non poſſit in potentiores alienari, ſeu transfer-
ri, hinc quantumvis in ſpecie non probetur,
Eccleſiam aliqua lege Canonica, aut civili pro-
hibitam, nihilominùs in praxi non ſolet de
hoc refricari, quæ eſt optima legum interpres,
Amic. de Jur. emphyt. q. 22. num. 4. ubi *in fin.*
infert, alienationem emphyteuſis in Eccleſiam
78 cenſeri factam in potentiorem, *Barboſa in dic.
cap. potuit num. 169. de Locat.* licet enim Eccle-
ſia quoad ſe non ſit prohibita, attamen eſt pro-
hibita propter directum Dominum ob amiſſam
79 ſpem laudemiorum, & devolutionis, *Amic. de
Jur. emphyt. qu. 22. num. 8.* & licet in Jure non
reperiatur ſpecificè prohibita habere rem em-
80 phyteuticam, veluti arguit *Card. Mantica de
tacit. & ambig. convent. lib. 22. tit. 21. n. 35.* &
etiam argui poſſet à ſimili ex textu in *l. ſanci-
mus 27. C. de teſtam.* ibi: *quod enim non mutatur,
quare ſtare prohibetur*, eſt tamen prohibita ex
81 identitate rationis, *Amic. de Jur emphyt. q. 22.
num. 9.* eſt benè verum, quòd quandoq. ut ex
caſibus per nos ſuprà mox memoratis, Eccleſia
non eſt de prohibitis, ſicuti habemus in ſimili
apud *Ancharan. conſ. fin. à num. 8. uſque ad* 10.
quòd Civitas, & Communitas (quæ a pari paſ-
82 ſu cum Eccleſia ambulant) poſſunt retinere em-
phyteuſim, ſed hoc (ut ex *conſ. cit. Ancharan.*)
evenit, quia in illo caſu acceſſit ad hujuſmodi
retentionem conſenſus Domini, quo caſu ſuprà
oſtendimus, Eccleſiam tunc evadere capacem
ob renunciationem, quam per hoc facit Domi-
83 nus favori ſuo, & tunc Dominus majorem uti-
litatem ſentiebat ex retenta emphyteuſi penès
potentiorem, qualis eſt Communitas, quæ po-
terat liberare rem ab incurſionibus eo tempore
paſſis, & etiam quia tunc ſuper dicta re em-
phyteutica aderat lis, quæ per concordiam
tandem fuit ſopita, ut egregiè reſpondet *Amic.
de Jur. emphyt. qu. 22. num. 10.*

Non obſtat II. *Nigri* fundamentum, quia,
ultrà quòd non invenio locum per eundem ci-
84 tatum, in quo ſupponit firmare, fiſcum eſſe
capacem emphyteuſis, in hoc caſu mihi non
videtur fiſcus tantam cum Eccleſia habere pa-
ritatem, quantam *Niger* illi tribuit, dum po-
tiùs reperio maximam diſparitatem in eo, quòd
Eccleſia raró dimittit à ſe rem ſemel retentam,
85 cùm raró illam alienet, ſed fiſcus illam quan-
documque poteſt alienare, & ſic eſſe locum
laudemio, immò contraria opinio eſt verior,
ac communior, quòd nempè fiſcus ſit incapax
emphyteuſis, & quòd ad ſummum vendere
86 poſſit habili, & teneatur intrà annum, prout
Eccleſia poteſt, eſt enim ipſe potentior, & re-
præſentat Principem, *Guazzin. de confiſc. lim. 33.
conc. 13. num. 1. & 31. Amic. de Jur. emphyt.*
87 *quæſt. 25. num. 6. Gratian. diſc. 481. num 61. cum
ſeqq. & diſc. 533. nu. 38. Antonell. de loco legali
lib. 2. cap. 25. n. 5.* vel admittenda venit diſtin-
ctio emphyteuſis Eccleſiaſticæ, & ſæcularis,
tranſitoriæ, & non tranſitoriæ ad extraneos,
de qua latè per *Amic. de Jur. emphyt. qu. 48.
nu. 6. cum ſeq. Fulgin. eod tract. tit. de ſucceſſ. in
bon. emphyt. quæſt. 4. num. 1. cum ſeqq.*

Non obſtat III. *Nigri* fundamentum, quia,
licet in Juribus per eum congeſtis detur facul-
tas cuilibet diſponendi de re ſua, & ſub hac fa-
cultate contineatur res emphyteutica, quan-
tumvis quoad dominium directum aliena, atta-
men non benè indè ſequitur, poſſe alienari
emphyteuſim in Eccleſiam, vel alias ſimiles per-
ſonas, uti potentiores prohibitas emphyteuſim
retinere, etenim facultas diſponendi debet re- 88
gulari à Jure, vel à conſuetudine, de Jure, vel
de conſuetudine Eccleſia, aliudque corpus pro-
hibitum, eſt incapax emphyteuſis.

Non obſtat IV. *Nigri* fundamentum, quia
nihil habet commune cum incapacitate Eccle-
ſiæ quoad emphyteuſis acquiſitionem, & reten-
tionem nullitas Statuti prohibentis alienatio-
nem bonorum in Eccleſiam, hoc enim proecedit
in alienatione bonorum non emphyteuticorum,
ſeu allodiallum, ac liberorum, quæ penès Ec- 89
cleſiam retenta, prævia pretii ſolutione, nullum
ampliùs inferunt Domino præjudicium, prout
inferunt bona emphyteutica, quæ non ampliùs
ad Dominum revertuntur ſemel in Eccleſiam
translata, ideò Clemens IV. & Martinus IV.
apud *Dian. reſ. mor. part. 6. tract. 3. reſ. 5. antè* 90
med. ver. Clemens IV. & ver. Martinus Papa IV.
mandavit Regi noſtro Portugalliæ, ut revoca-
ret prætenſas conſuetudines, quibus Epiſcopis,
ac perſonis Eccleſiaſticis prohibebatur, nè ali-
quas poſſeſſiones emerent, etiamſi emphyteu-
ticæ non forent, vel feudales, & Populo Regi-
norum, ut delerent eorum Statutum tanquam
invalidum, per quod prohibebatnr perſonis Ec-
cleſiaſticis, vel Eccleſiis emere, vel titulo lucta-
tivo accipere bona. Proindeque *Niger* deberet
adducere Jura, per quæ diſponatur, poſſe bona
emphyteutica in Eccleſiam alienari, ipſamque
retinere abſque eo, quòd eadẽ poſteà teneatur
intrà annum vendere, ſed citra Domini conſen-
ſum poſſit emppyteuſim ad libitum retinere,
aliter non faciunt DD. per *Nigrum* cumulati,
qui in diverſo caſu benè firmant, Statutum Lay- 91
cale non poſſe prohibere alienationem bono-
rum in Eccleſiam, quod nos uti quid ſanctum,
religioſum, ac Eccleſiaſticæ libertati amicum,
non controvertimus, nè per indirectum autera-
tur Eccleſiæ, quod illi de Jure communi, aut
ſpeciali indulgetur ad textus apertos in *c. Ec-
cleſia S. Mariæ 10. de Conſtit. c. Eccleſiæ S. Ma-
riæ 3. il 1. ut lite pendente nihil innovetur, & cap.
fin. de immunit. Eccleſ. in 6.* de quo luculenter per
*Bellet. diſquiſit. Cleric. par. 1. tit. de exempt. Cleric.
à Statut. ſæcular. §. 4. num. 5. cum ſeq.* nevè Ec-
cleſiaſtici efficiantur deterioris conditionis, 92
quàm ſunt Layci, inſervientes enim Laycis in
ſpiritualibus, & ad animam ſpectantibus, de-
bent amplioribus gaudere favoribus *Barboſa in
dic. cap. 1. num. 2. de immunit. in 6.* valet tamen
Statutum Laycale prohibere alienationem bo- 93
norum in Eccleſiam, ſi eſt confirmatum à Sede
Apoſtolica, & ſic effectum Papale, maximè ſi
alienationem in Eccleſiam prohibeat, niſi cum
aſſenſu Regio, ut habemus in noſtro Luſitaniæ 94
Regno

Regno *Ordinat. Reg. lib.*1. *tit.*8. *in nova compi-
lat. lib.*2.*tit.*18. *in princ. juncto* §.1. ibi: *De muito
longo tempo foy ordenado pellos Reys noſſos An-
teceſſores, que nenhumas Igrejas, nem Ordeens
podeſſem comprar, nem em pagamento haver de
ſuas dividas, nenhuns beens de raiz, nem por outro
titulo algum os acquirir, nem poſſuir ſem eſpecial
licenca dos ditos Reys, e acquirindoſe contra a di-
ta licenca os ditos beens ſe perdeſſem para a Coroa
de neſſos Reynos, a qual ley ſempre ategora ſe-
nzou, e practicou, e guardou em eſtes noſſos Rey-
nos ſem contradicaom das ditas Igrejas, e Ordeens,
e nos as mandamos, que ſe guarde, e cumpra de
hoje em diante*, de qua lege Regia *Cald. de empt.
& vendit. cap.*8. *num.*27. *& qu. for. lib.*1. *q.*23.
*num.*92. *Diana reſol. moral. part.*6. *tract.*3. *ſeu
apologetic. diſcept. de Statut. prohibent. alienation.
bon. in Eccleſ. reſ.*1. *in fin. verſic. ſextò, & in hoc*
95 *argumento*, ubi idem ſervari in Gallia, Barban-
tia, Germania, & Venetiis, cum moderatione
tamen, ut Venetiis infrà biennium bona dona-
ta, vel teſtamento relicta teneantur Eccleſiaſti-
ci ponere extrà manum, & alienare, quæ di-
ſpenſatio Principis vocatur amortizatio; Et
96 pari modo valet *Ordinatio Regia Luſitana lib.*2.
*tit.*16. *&* 18. relata per *Barboſ. vot. can. dec.*27.
*num.*11. *lib.*2. obligans Religiones ad dimit-
tendum bona ſtabilia intrà annum ſub pœna
confiſcationis, etenim ad inſtantiam Regis
Dionyſii, & Cleri Luſitani fuit Statutum no-
ſtrum vulgò Ordinatio in illis Partibus di-
ctum, confirmatum à Papa in Romana Curia,
ut teſtatur *Caldas mox citata quæſt.*23. *& citat.
num.*92. *antè med. verſ. quod in hac Ordinatione,
& de emption. & vendit. cit. cap.*8. *num.*36. *in
princ. Barboſ. in l filius familias* 114. *verſ. ad Or-
dinationes ff. de legat.*1. *alter Barboſa in cap. Ec-
cleſia S. Mariæ* 10. *num.*31. *de Conſtit. & vot. can.
deciſ.*26. *num.*67. *verſ. nec Leges Franclæ, & Lu-
ſitaniæ lib.*2. *Benedict. Ægidius in l.* 1. *part.*5. §.2.
*num.*12. *C. de Sacroſanct. Eccleſ. Duard. in Bull.
Cœn. lib.*2. *can.*5. *quæſt.*19. *num.*93. *in princ. Pe-
reyra dec. Luſitan.*43. *num.*6. 8. *&* 9. *verſ. undè
in hoc Regno*. Redeundo autem, undè digreſſi
fuimus aliquantiſper, operæ pretium duximus
97 animadvertere, nos verſari in ſpecie bonorum
emphyteuticorum, per quorum tranſitum in
Eccleſiam generatur Domino directo evidens
præjudicium ex amiſſa penitùs ſpe laudemio-
rum, & devolutionis, quidquid dicendum ſit
in bonis allodalibus, ſeu liberis, de quibus *Ro-
vit. in Pragmat. Regn. Neapol. Pragmat.*2. *n.*21.
cum ſeqq.

Non obſtat V. *Nigri* fundamentum, quia in
*citato cap.*1. *de immunit. Eccleſ. in* 6. in tantum
inter alia prohibetur, nè prohibeatur Eccleſiæ
98 acquiſitio bonorum, in quantum ibi agitur de
bonis non emphyteuticis, ut in IV. fundamen-
to, & ſic de bonis, in quibus vel nullum, vel
modicum dari poterat præjudicium Layco ex
eorum acquiſitione per Eccleſiam facta.

Non obſtat VI. *Nigri* fundamentum, quia
Speculator per eum relatus, reſpicit ad incom-
moda Domini reſultantia ex laudemii excluſio-
ne, & ex carentia devolutionis.

Non obſtat VII., *Nigri* fundamentum, quia
non ex eo, quòd Eccleſia domina directa juxta
99 *citat.* §. *Si verò contigerit il* 1. *Novell. de alienat.
& emphyt.* habet biennium ad declarandum,
an velit, quòd alia Eccleſia Domina utilis, ſeu
emphyteuta retineat emphyteuſim, vel velit
præferri in emptione emphyteuſis, capacitas
nanque Eccleſiæ quoad retinendum emphyteu-
ſim, quam hinc malè infert *Niger*, reſultat non
ex idoneitate Eccleſiæ, ſed ex conſenſu alterius
Eccleſiæ Dominæ directæ, quo caſu volente ipſo 100
Domino directo, ut jam diximus, incontrover-
ſum eſt effici habilem Eccleſiam ad retinen-
dum.

Non obſtat VIII. *Nigri* fundamentum, quia,
ſi ſecundùm ejus ſenſum Eccleſia non compræ- 101
henditur in *l. fin. C. de Jur. emphyt.* prohibente
alienari emphyteuſim in perſonas prohibitas, 102
& idem conatur oſtendere, quod nec fiſcus ſit
de prohibitis, ſequeretur, quòd lex eſſet fruſtra-
toria, dum non adeſſent prohibiti, nec placet
parùm genuina interpretatio *ad dictam legẽ fin.*
quam *Niger* amplectitur *num.*26. quòd nempè
lex loquatur de perſonis prohibitis ob prohibi-
tionem factam in limine contractus, etenim
hujuſmodi intellectus depræhenditur divinato-
rius, dum de prohibitione ex pacto non erat,
quòd loqueretur lex, quia ſatis erat, quòd lo-
queretur pactum, quod eſt altera lex.

Non obſtat IX. *Nigri* fundamentum, quia
eſt contrà communem, & contrà Rotæ deciſio-
nes.

Non obſtat X. *Nigri* fundamentum, quia lau-
demium etiam abſque triſti omine debetur, 103
puta ex alienatione emphyteuſis facta ab em-
phyteuta, licet etiam debeatur ex manutentio-
ne perſonarum in Inveſtitura non compræhen-
ſarum ob ſequutam fortè mortem primi inve-
ſtiti, ſeu emphyteutæ, quæ uti quid naturale
eſt contingibilis, inſuper quia quantumvis vi-
deatur non conſiderabile commodum laude-
mii, attamen æquum eſt, ut illud compenſetur
mediante quindennii ſolutione, quam facere re-
nuens Eccleſia, æquum quoque eſt, ut tenea-
tur emphyteuſim extrà ſe ponere, nè aliter di- 104
rectus Dominus amittat utrumque, laudemia
nempè, & quindennia. Neque eſt verum di-
ctum *Nigri*, quòd laudemium ſit præter natu-
ram emphyteuſis, quod nullo Doctore probat,
quia immo eſt acceſſorium contractus emphy-
teutici, à lege introductum juxta *l. fin. C. de Jur.* 105
emphyt. ideòque eſt fructus ipſius rei emphy-
teuticæ, ac de illo eodem modo judicandum,
quo judicatur de ipſa re emphyteutica, ut fir-
mat idem *Niger eodem tract. de laudem. tom.*1. 106
*quæſt.*17. *art.*2. *num.*3. ac adeò eſt de natura
contractus emphyteutici, ac adeò innatam ipſi
contractui habet qualitatem, ut illi ſemper in-
ſit, niſi fuerit aliter à contrahentibus conven- 107
tum, veluti ſibi contrarius notat idem *Niger
in eod. tract. de laudem. eod. tom.*1. *qu.*10. *art.*2.
*nu.*53. & optimè proſequitur *Hodierna ad Surd.
dec.*31. *num.*29. *cum ſeqq.* quidquid contrarium
ſicco pede dixerit *Fulgin de Jur. emphyt. tit. de
var. caducit. qu.*19. *num.*4. 108

Non obſtat XI. *Nigri* fundamentum, quia
ſolùm in emphyteuſi ad extraneos tranſitoria 109
ſpes ut plurimum devolutionis, & laudemio-
rum amittitur, non autem in emphyteuſi non
tranſitoria ad extraneos, at in emphyteuſi de-
veniente ad Eccleſiam ſemper illa amittitur.

Immò quandoque etiam in emphyteuſi tranſi-
toria ad extraneos poteſt dari devolutio, ſi for-
110 tè ultimus emphyteuta decedat ab inteſtato
ſine hærede , quo caſu , ſuccedente fiſco , vel
fiſcus tenebitur emphyteuſim in capite capacis
dimittere , vel quindennia ſolvere .

Non obſtat XII. *Nigri* fundamentum , quia
licet laudemii emolumentum quodammodo ſit
accidentale uti dependens ex alieno arbitrio
111 emphyteutæ alienantis emphyteuſim , ac uti
tale non conſiderabile,attamen in Eccleſia non
cadit hoc arbitrium , dum illa , ut prædiximus,
112 raró, vel difficilè alienat .

Non ob ſtat XIII. *Nigri* fundamentum, quia
Eccleſia non ſolùm ob præpotentiam , diffici-
liorem conventionem , ac fori mutationem eſt
incapax retentionis emphyteuſis, ſed principa-
113 liter ob deſperatam devolutionem ex capite
lineæ finitæ , & ob deſperatam quoque aliena-
tionem emphyteuſis , indeque ob notorium
Domini directi detrimentum tàm in conſolida-
tione utilis dominii cum directo,quàm in Lau-
demiorum receptione .

Non obſtat XIV. *Nigri* fundamentum , quia
quidquid ſit, an in alio ſenſu Laycus ſit poten-
tior , quàm Eccleſiaſticus , videtur certo modo
114 Eccleſiaſticus præpotens ratione conventionis
coram proprio Judice, nec videtur juſta quere-
la *Nigri* contra Laycos uſurpantes juriſdictio-
nem Eccleſiaſticam , quia ſi aliqui Layci illam
uſurparunt, puniantur à ſuperioribus , & ſciant
ſe lætaliter peccare , uti alienam juriſdictionem
115 uſurpantes , eſſeque excommunicatos in Bulla
Cœnæ Domini, *Navar. man. Confeſſ. cap.* 23.
*num.*14. *Villaroel del Govierno par.*2. *quæſt.*14.
*artic.*1. Juriſdictionem verò ex privilegio Apo-
116 ſtolico Layci acquirere poſſunt, *de Graffis de ef-
fect. Cleric. effect.* 1. *num.* 388. *in fin. Minan. de
Pontific. Juriſd. tract.*2. *fundam.*2. *quæſt.* 8. § 9.
Manutentionem inſuper , quam dicunt in Por-
tugallia Chartam tuitivam in poſſeſſione Be-
neficii contrà Proviſum Apoſtolicum,nõn benè
117 concedunt Judices Layci , de qua *Ordinat. Por-
tugall. lib.*1. *tit.*85. *Valaſc. conſult. deciſ.* 79. *per
tot. tom.*2. *Pereyra de manu Regia par.* 1. *cap.*21.
num. 15. *cum ſeqq. & per tot. Caldas forenſ.
lib.* 1. *quæſt.*25. *num.* 29. *Cabed. deciſ. Luſitan.*
132. *part.* 1. *& deciſ.* 71. *part.* 2. præciſivè à di-
cto Apoſtolico Privilegio contrarium optimè
118 probant *Vbert. de citation. tom.* 1. *cap.* 4. *per tot.
Dian. moral. part.* 1. *tract.* 2. *reſol.* 13. *verſ. ſed
hanc* , & ideò nunquam volui patrocinium præ-
ſtare in hujuſmodi Cauſis ad excuſandos hu-
juſmodi Recurſus , & in hoc arbitror , me
119 amplexatum tutiorem, immò veriorem ſen-
tentiam .

Non obſtat XV. *Nigri* fundamentum , quia
licet emphyteuſis tranſlata in Eccleſiam, quan-
120 doque ſit tantùm temporalis , tamen intrà
tempus, quo illa durat penes Eccleſiam Domi-
nam utilem , Dominus directus adhùc amittit
ſpem laudemiorum , quam non amittit in em-
phyteuſi temporali penes Laycum , nec eſt bo-
num argumentum ab Eccleſia Domina directa
ad Eccleſiam Dominam utilem , cùm non mili-
tet eadem ratio, dum Eccleſia Domina directa
121 concedens bona in emphyteuſim Layco, non
amittit ſpem laudemiorum , ſicut amittit Lay-
cus emphyteuticans Eccleſiæ Dominæ utili ;
cœtera ſuprà in reſponſione ad II. *Nigri* funda-
mentum .

Non obſtat XVI. *Nigri* fundamentum, quia
conſideratio per illum adducta ſuper eo , quòd
magis expediat habere ipſam Eccleſiam em-
phyteutam, quàm Laycum, qui mille ſubterfu-
giis declinare poteſt ſolutionem , reſpicit tan-
tùm canonum ſecuritatem, quibus tamen opti- 122
mè conſuli poteſt ex capite devolutionis in ca-
ſu eorum non ſolutionis triennalis , & tunc di-
citur emphyteuta cadere jure ſuo, ac res em-
phyteutica incidere in commiſſum *Fulgin. de
Jur. emphyt. tit. de ſolut. Canon. quæſt.*1. *num.*1.
*& tit. de var. caducit. quæſt.*12. *num.*1.

Non obſtat XVII. *Nigri* fundamentum,quia
non benè infertur ab Eccleſia ad Judæum ,
dum Judæus emphyteuta nullum irrogat præ-
judicium laudemiorum , nec ſpem aufert de-
volutionis , ex quo Judæus alienare poteſt em-
phyteuſim, uti Laycus quandocumque de con-
ſenſu Domini , itá , ut in Judæo ceſſet prohi- 123
bitio retinendi emphyteuſim ob non factam
deteriorem Domini conditionem , prout in eo-
dem pariter ceſſat potentia , ideòque poteſt
habere bona ſtabilia, ut habent Chriſtiani,præ-
ſcindendo à contraria conſuetudine in Urbe ,
ac in toto Statu Eccleſiaſtico juxtà *Conſtit.* 3. 124
Pauli IV. §. 2. *in fin. in Bullar. tom.* 1. *cap. Ju-
dæis il* 2. *cap. multorum* 2. *de Judæis cap. quan-
do* 18. *in fin. de uſur. cap. de terris* 16. *de decim.
Marquard. de Judæis par.*3. *cap.*11. *num.*10. *Ric-
ciull. de perſon. extrà grem. Eccleſ. lib.*2. *cap.* 50.
per tot. Rot. in recen. deciſ. 49. *num.* 3. *par.* 19.
immò Judæus poſt mortem Servatoris eſt inter 125
omnes impotentiſſimus , ac facilis conventio-
nis .

Non obſtat XVIII. *Nigri* fundamentum ,
quia hujuſmodi incapacitas Eccleſiæ conſide-
rata per *Nigrum* eſt accidentalis , de raró con-
tingens , pauci enim ſunt directi Domini adeò
fatui,quòd loco Canonis in pecunia, ſeu in alio
æquivalente conſiſtentis , contenti ſint pro re- 126
cognitione dominii , ſolo cantu, vel curſu , de
quibus figurat caſum *Niger* , qua occaſione ,
dum ibidem *Niger* loquitur de caſu ad Quinta-
nam ; in curioſorum gratiam dicimus , Quin-
tanam dici ex eo,quòd eſt contiludus,quo con-
tus à currente equite in hominem ligneum fi- 127
guratur , quem Itali antiquum vocabulum ſer-
vantes , Quintanam vocant , à Quintana via ,
quæ in Caſtris Romanis in Quintanam Portam
exibat , derivatur , in ea enim via milites exer-
ceri ſolebant , quod militaris exercitationis ge-
nus in ludum converſum, Quintanæ nomen te-
nuit , in quo haſta ſine cuſpide palus effigie
hominis feritur , qui ferro circumvolutus cur-
rentem equitem ſacculo, vel virgis verberat,vel
Quintana , ut alii opinantur , erat jaculatio
quædam à Quinto quodam dicta, refert *Panci-
roll. var. lect. lib.*1. *cap.*47. *in fin lit. A fol. mihi* 59.
eòque caſu agitur de præjudicio ipſius Eccleſiæ
Dominæ utilis ob præſtandum per eam ſervi-
tium indignum , non autem de præjudicio , ut
eſt caſus noſter , Domini directi ob defectum
devolutionis, & laudemiorum. Ultrà quòd nec 128
ideò ob præſtandum per Eccleſiam ſervitium
minùs dignum, ipſa inhabilitaretur ad retinen-
dum

dum emphyteuſim, dum illud explere poſſet per aliam perſonam puta ſæcularem, in qua non caderet indecentia præſtandi tale obſequium.

Præterea Quindenniorum juſtitia fundata eſt in duplici præjudicio directi Domini; tàm nimirum ob defectum laudemiorum, quàm etiam ob defectum devolutionis ex capite extinctæ lineæ, cum Eccleſia, quæ eſt corpus myſticum, recipiens emphyteuſim, nunquam deficiat, & tamquà immortalis, ac perpetua nunquam moriatur *cap. liberti* 65. 12. *qu.*2. *cap. ſi*
129 *gratioſè* 5. *de reſcript. in* 6. *cap.*1. *de alien. feud. Prat. diſc.for.part.*2.*cap.*1. *num.*34. *Muta in conſuetud. Panborm.cap.*27.*num.*15. *Duard. in Bull. Cœn.lib.*2.*can.*15.*qu.*19.*num.*93. *can.pudenda* 24. *qu.*1. *Intrigliol. de feud. tom.*2. *centur.*2. *artic.*5. *num.*943. *Socarrat.in Conſuetud. Cathalon. in cap. eod. modo num.*74.*fol. mibi* 128. *Oliban. de Jur. fiſci cap.*7.*num.*15.*fol.mibi* 140. *Niger de laudem. tom.*1. *qu.*12. *artic.*3. *num.*21. *Amic. de Jur.emphyt.qu.*22. *num.*5. *Fulgin. eod.tract.tit.de ſucceſs. in bon. emphyt. qu.*14. *num.*10. *Capyc. deciſ.*189. *num.*22. *cum ſeqq. lib.*2.*Afflict.deciſ.*101.*num.*3. *& deciſ.*324. *num.*2. *Cabed. deciſ.Portugall.*172.
130 *num.*2.*par.*1.*Rubeus ad deciſ.*16.*num.*50. *par.*3. *rec.& ad deciſ.*131. *num.*407. *par.*8. *Rot. in rec. deciſ.*170. *num.*1.*in fin. par.*2. *& in Romana Pecuniaria* 28. *Junii* 1706. *§.fin. in fin. cor. Eminentiſs.meo Scotto*, cum Eccleſia videatur tamquàm Luna deficere, ſed non deficit, obumbrari quidem poteſt,non deficere, ut ex D.*Ambroſio Borell.conſ.*1.*num.*16. Ad quod facit illud *Danielis* 3. 100. *regnum ejus regnum ſempiternum, &* 7. 14. *poteſtas ejus poteſtas æterna, quæ non auferetur, & regnum ejus, quod non corrumpetur, & Luc.*1.33. *regnabit in domo Jacob in æternum, & regni ejus non erit finis*, quia eſt in anima viventis, quæ eſt Chriſtus, qui vivit in perpetuum *Rot.deciſ.*1. *nu.*5. *de reſtit.ſpoliat. in nov.* Hinc eſt, quòd Legatus Sedis Apoſtolicæ non expirat morte Pontificis, quia non eſt Le-
131 gatus ipſius Pontificis, ſed Eccleſiæ Romanæ, ſeu Sedis Apoſtolicæ *Alteſerra de fiction. Jur. Tract.*2. *cap.*7. *in fin.verſ.Eccleſia*, Sedes autem Apoſtolica nunquam moritur *cap.ſi gratioſè* 5. *de reſcript. in* 6. hinc indultum retinendi Beneficia ad beneplacitum Sedis Apoſtolicæ, cùm
132 ipſa non moriatur, non expirat morte Pontificis illud concedentis, hinc legatum Principi factum, licet ſit homo mortalis, cùm tamen ejus Dignitas nunquam moriatur, tranſit in
133 ſucceſſorem ad *l.quòd Principi* 56.*ff. de legat.*2. & proſequitur *Alteſerra de fiction.Jur. Tract.*2.
134 *cap.*8.*per tot.* Hinc eſt, quòd Reges non electivi, ſed hæreditario, ac ſucceſſivo Jure Re-
135 gna ingredientes, unus poſt alterum per modum ſubrogationis, dicuntur nunquam mori, *Carpzov. de lege Regia cap.*1. *ſect.*1.*num.*14. *cum ſeqq.*

Idem dicitur de Fiſco, quòd nunquam moritur, dictus ità quaſi ſemper fixus; vel firmus,
136 & perpetuus, quia idem ſemper eſt fiſcus, licet mutetur Domini perſona, *Amic. de Jur. emphyt. qu.*25. *num.*6. *Sanchez in Decalog. tom.*1. *lib.*2. *cap.*19. *num.*26. Minimèque mirandum, quòd de hujuſmodi corpore myſtico dicatur nunquam mori, quia etiam de homine mortali relinquente poſt ſe liberos dicitur quaſi non 137
mori, ut *Eccleſiaſtic.*30.4. *mortuus eſt pater ejus, & quaſi non eſt mortuus, ſimilem enim reliquit ſibi poſt ſe.*

Itàut, licet homines, ex quibus Eccleſia, aut aliud corpus Eccleſiaſticum, ſivè ſæculare nunquam defecturum, ut Collegium, Capitulum, Univerſitas, Civitas, Confraternitas, & ſimilia conſtat, decedant, ſemper eadem Eccleſia, & idem corpus eſſe videtur renovatum 138
in ſubrogatis perſonis, *Barboſa in l. proponebatur* 75. *num.*20.*cum ſeqq. ff.de judic.* quia tamen alii in demortuorum locum ſubſtituuntur paſſim paulatim, ac per vices ferè imperceptibiliter fit mutatio perſonarum, ideòque Legio Militum eadem habetur, ex qua plures deceſſerunt, quorum in locum alii ſuffecti ſunt, idem putatur Populus, qui centum abhinc annis fuit, licet ex illis hominibus ad præſens nemo vivat, idem eſt grex,licet renovatus in locum priorum demortuorum *l. grege* 13. *ff. de pign. & hypoth.* 139
l. ſi grege 22. *ff. de legat.* 1. eadem Domus videtur, quæ particulatim ità refecta eſt, ut nihil ex priſtina materia ſuperſit *l. quod in rerum natu-* 140
ra 24. *§.Si navem* 4. *ff.de legat.*1. *l.ſi ità legatum* 65. *§. fin. ff. eod. l. rerum mixtura* 30. *§. fin. ff. de uſucapion.l.inter ſtipulantem* 83. *§.Sacram* 5.*ff.de verb. obl. l.qui res* 98. *§.Aream* 8. *ff. de ſolution. l.Servientes* 20. *§.Si ſublatum* 2. *ff.de ſervit.urb. præd. Alteſerra de fiction. Jur. tract.*2. *cap.*6. *in* 141
princ. verſ.ut ſi navis, eadem navis ſi adeò ſæpè refecta eſt, ut nulla tabula eadem permaneat, quòd ſiquis putaret partibus commutatis etiam rem fieri, eveniret, ut nos ipſi non iidem eſſemus, qui abhinc anno fuiſſemus, propterea quòd, ut Phyloſophi dicerent, ex quibus particulis minimis, ſeu atomis conſiſteremus, hæ 142
quotidiè ex noſtro corpore decederent, aliæque extrinſecùs in earum locum accederent, ut magis philoſophicè, quàm juridicè arguit Juriſconſultus in ſubtiliſſima *l. proponebatur* 76. *ff. de judic.* ubi affabrè de more *Faber*, *Zazius lib.*4. *tit.*8. *num.*25. *& in l.ſicut* 7. *§.fin. ff. quod cujuſcumque Univerſit.* ubi rationem tradit, quia cujus eadem ſpecies, & forma extrinſeca 143
manet, idem totum manet, *Barboſa in d. l.proponebatur* 76. *num.*43. *ff. de judic. Duaren. commentar. in l.*46. *Digeſt. ſeu Pandect. in tit.* 22. *de Colleg. in princ. verſ. itaque mortuis.*

Aliter ſiquis mutari Civitatem diceret, plures ex una faceret, ſimiliſque ei eſſet, qui ex uno homine plures efficere conaretur, quando quidem qui jam ſenior eſt, plus junior, olim verò 144
omninò adoleſcens fuit, eſſentque hæc Epicharmiis ſimilia, ex quibus Sophiſtæ affirmant, 145
qui olim mutuum accepit, nunc non debet, quia alius effectus eſt, & qui heri ad cœnam 146
vocatus eſt, hodiè invocatus cenſebitur, quia alius effectus eſt, ſicque majores in unoquoque noſtrum mutationes, quàm in Civitatibus tempus ipſum ſolet facere *Alciat.Parerg.Jur.lib.*6. 147
*cap.*17.*circà fin.verſ.Si, inquit.* Eadem eſt etiam Civitas, licet Cives omnes commutati ſint, 148
eadem Univerſitas, vel Curia eſſe intelligitur, licet omnes immutati ſint *l.Sicut* 7. *§.fin.ff.quod* 149
quod cujuſq. Univerſit. quemadmodum unum, & idem videtur eſſe flumen, quamvis alia, atque alia aqua ſemper fluat, *Alteſerra de fiction.*

150 *Jur tract.2. cap.6. verſic. ſic idem Populus, Bar-*
boſa in d. l proponebatur 76. num.44. ff. de judic.
ubi benè philoſophando cum Plutarcho,refellit
inſaniam Heraclii Phyloſophi ſententis,equum
non ingredi bis eundem fluvium, ex quo partes
151 materiales fluvii defluxerint,*Muta in conſuetud.*
*Panorm. cap.*11. *num.*20.
Nec aliam ob cauſam lex dicitur immorta-
lis, quia nihil aliud eſt, quàm quod univerſus
Populus Senatorio Magiſtratu interrogante
conſtituit, Populus autem nunquam moritur,
152 ut advertit *Faber in l Si uſusfructus* 21. *in ratio-*
ne dubitandi in fin. ff. quib. mod. uſusfruct. amitt.
153 *Alexand. ab Alexand. Dier. Genial. lib.*3. *cap.*1.
per ſubrogationem nanque perſonarum loco
demortuarum ſubingredientium perpetuatur
Civitas, ſeu Populus, veluti in ſimili de parie-
te in locum diruti in perpetuum ſubrogando
eſt optimus, & aureus textus ſecundùm leges
154 Architectorum, ideòque ſcribi ſolitus ab Ar-
chitectis, ut ait *Cujacc. ex Vitruvio, in l. eum*
debere columnam 33. *ff.de ſervit.præd. Urban.* ibi
paries oneri ferundo, non (ut malè apud *Fabr.*
feriundo) *uti nunc eſt, ità ſit, ſatis apertè ſignifi-*
155 *catur, in perpetuum parietem eſſe debere, non*
enim hoc his verbis dici, ut in perpetuum, idem
paries æternus eſſet, quod nè fieri quidem poſſet,
ſed uti hujuſmodi paries in perpetuum eſſet, qui
onus ſuum, vel (ut legendum putat *Faber ad*
d.l. lit.B.) *tuum, ſuſtineret, quemadmodum ſiquis*
alicui caviſſet, ut ſervitutem præberet (vel, ut
legendum putat *Faber ad d.l.d lit.B. ſervientem,*
nempè parietem, *ſi ea res, quæ ſervit* (vel, ut
idem *Faber* legit) *quæ ſerviret, & tuum onus*
ferret, periſſet, (vel magis Grammaticè loquen-
do) *periiſſet, alia in locum ejus dari debeat,* dum
aliter nihil præter Animam rationalem infrà
Lunam (vel, ut alii dicunt) ſub Sole, datur in
156 hoc mundo,niſi mortale, nihilque, niſi per ſub-
rogationem perpetuum eſſe poteſt, *Faber loc.cit.*
in fin. nihil æternum, ſeu ſempiternum, ex quò
æternum dicitur, quòd ſemper fuit, & eſt, quia
non habuit principium, neque finem, ut Deus,
ſempiternum dicitur, quod incæpit, & non de-
157 ſinet, ut Anima, & Angelus, veluti Theologi-
cè, ac Philoſophicè magis, quam juridicè in-
quit *Gloſſa in d.l. lit.L. verbo æternus, Cæpolla de*
*ſervitut. Urban. præd. cap.*37. *num.* 2. ad quod
mirè conducit illud *Pauli ad Hebræos* 13.14.*non*
enim habemus hic manentem, ſeu (ut alibi legi-
158 tur) *permanentem Civitatem*; Hinc mundus ſe-
cundùm rectam, & veram fidem noſtram ha-
buit principium, & habebit finem, licet quidam
Philoſophi naturali ratione moti contrarium
159 ſenſerint, *Cæpolla loc.mox allegat.nu.*2. *in princ.*
verſ. & ideo mundus, Solùmque nomine evadi-
mus perpetui, vel dicimur, ut Eccleſia comme-
morat de S. Perpetua, quæ cum S. Felicitate
160 Martyrium ſubiit 7. Martii anno Domini 205.
unà cum Cognatis Satyro, Revocato, & Se-
condolo; teſte *D. Auguſtino in Pſalm.* 47. *circ.*
*fin. lit.B. tom.*8. *fol. mihi* 1709. *col.* 2. *in princ. à*
*Lapide in Jerem. cap.*10. *verſ.*11. *lit.C.* §. *Simili-*
*ter S. Perpetua, in Baruch. cap.*6. *verſ.*71. *in fin.*
§ *S. Perpetua. & Felicitas, in Ezechiel. cap.*41.
*verſ.*7. *in fin.* §. *Denique, & in Matth.cap.*7.*verſ.*
13. *circà fin.* §. *Sic S. Perpetua.* Indè natura
perpetuitatem naturalem, & inſimul artificia-
lem immortalitatem quandam hominum exco- 161
gitavit per matrimonium, ut obſervat *Gotho-*
fred.in d.l.eum debere columnam 33.*num.*16. *ff.de*
ſervit.urb.præd. de quo ſunt elegantes textus in
l. liberorum 120. §. *Præter hæc in fin ff. de verb.*
ſign. ibi:*ut diuturnitatis nobis memoriam in ævum*
relinquamus, *l. lege XII. Tabularum* 14. *Cod. de*
legitim.hæred. ibi: ut maneat ſuis vicibus immor-
tale, in Novella 22. *de nupt. in princ. ibi: ut hu-*
mano generi videatur immortalitatem artificiosè
*introducere, & in Conſtit.*26. *Leon. in princ. ibi:*
ut humano generi perpetuitatem elargitur, non
omninò deperire ſinenſ. Undè Salomon non niſi 162
ſapientiſſimè tradidit *Eccleſiaſtic.*30.4.*mortuus*
eſt pater ejus, & quaſi non eſt mortuus, ſimilem
enim reliquit ſibi poſt ſe.
Quibus huc uſque congeſtis obſtare videtur
contraria aſſertio, quòd uſusfructus Civitati 163
legatus expiret ſpatio centum annorum, quaſi
morte, quia is finis vitæ longiſſimus eſt *leg. an*
uſusfructus 56. *ff. de uſufr. l. Si uſusfructus* 8.
la 2. *ff. de uſufr. legat.* Undè lex fingit, Civita-
tem, ſeu quodcumque aliud corpus myſticum
non durare ultrà centeſimum annum, qui eſt 164
terminus longævæ vitæ, ut advertit *Alteſerra*
*de fiction.Jur. tract.*2.*cap.*7. *in princ. verſ. ſecun-*
*dò, Antonell. de temp. legal.lib.*2. *cap.*15.*num.*3.
in med. Hinc tàm in emphyteuſi, quàm in feudo
Univerſitati, & Communitati conceſſo in per-
petuum renovatio quibuslibet centum annis fa- 165
cienda eſt, *Borell. conſ.*1. *num.*21. *cum ſeqq.* Eo-
demque pacto finitur uſusfructus quaſi morte,
*Zaſius in Jus civ. lib.*7. *tit.*4. *num.*7. Si Civitas
hoſtile aratrum patiatur, ut olim Carthago, à
Romanis devicta, & antè Carthaginem Troja
à Græcis, juxta illud Ovidianum in Epiſtola 166
Penelopes ad Ulyſſem *nunc ſeges eſt, ubi Troja*
fuit, ab aliis Ilion, Thebæ, Corinthus, Numan-
tia, Athenæ, & Saguntum, per *Tholoſan.Syntag.*
*Jur. lib.*4. *cap.* 5. *num.*15. *& de Republ. lib.*21.
*cap.*11. *in princ.* ab Henrico Imperatore Civitas
Brixiæ in ditione Veneta,à Federico I. Impera- 167
tore Barbaroſſa nuncupato Mediolanen. Civi-
tas, ab Henrico VII. Imperatore Cremen Civi-
tas, referente *Menoch. de arbitr. Judic. lib.* 2.
*centur.*6. *caſ.*598.*num.*27. Hoc enim caſu Civi-
tas eſſe deſinit, & quaſi morte interit *l.Si uſuſ-*
fructus 21. *la* 1. *ff. quib. mod. uſusfruct. amitt.* 168
Lex fingit, interire Civitates, quæ hoſtium
manu evertuntur juxta placitum *Lycurgi in*
Oratione adverſus Leocrat. ibi: *Civitatis mors eſt*
everti, latè *Petr.Faber ſemeſtr. lib.*1. *cap.*8. *pag.*
mihi 48.*cum ſeq & cap.*9.*pag.mihi* 54. *cum ſeqq.*
*Tholoſan.Syntagm.Jur. lib.*4. *cap.*5. *num.*16.*cum*
ſeqq. ex Aſia rediens Marcus Tullius Corin- 169
thum, & alia Græciæ Oppida florentiſſima
tunc proſtrata, & diruta præter navigans, tot
Oppidorum cadavera indoluit, *ut lib.*4. *Epiſto-*
la 17. ibi: *Cæpi egomet mecum ſic cogitare, hem*
nos homunculi indignamur, ſi quis noſtrum inte-
riit, aut occiſus eſt, quorum vita brevior eſſe de-
bet,cùm uno loco tot Oppidorum cadavera proſtra-
ta jaceant, viden. *Alteſerra loc.mox. citat. juncto*
verſ. alio caſu.
Ad objectum autem reſponderi poteſt, quòd
non ex eo, quòd uſusfructus relictus Civitati
finiatur per lapſum centum annorum, ſequitur,
Civitatem deſinere eſſe perpetuam, & uſque ad
illud

illud ſolum tempus durare, quia lex in tantum
fingit hujuſmodi mortem Civitatis, in qantum
ſciens illam potiùs eſſe perpetuam, nunquam
170 mori, ad obviandum præjudicio proprietarii
ex nunquam ſequutura uſusfructus conſolida-
tione, inducit fictam mortem Civitatis, ut ille
extinguatur, & conſolidetur cum proprietate,
non enim Civitas tanti temporis curſu, tan-
quàm ſenio confecta occidit, ut immeritò ait
171 *Faber ſemeſtr. lib.*1. *cap.* 8. rejectus per *Menoch.*
*de arbitr. Judic. lib.*2. *centur.*6. *caſ.*508. *num.*4.
Idemque jure merito fingit lex in ſecundo caſu
hoſtilis aratri, quia quomodò dici poſſet Civi-
tas abſque Civibus poſtquàm ſolo exæquata
eſt, cùm nulla tunc ſuperſit ampliùs Civitas,
nullique Cives, qui frui poſſint, ut benè notat
Faber in ſuis Rational. ad d.l.ſi uſusfructus 21. *in*
172 *ratione decidendi in princ. verſ. quidni ergo, ff.*
quib. mod. uſusfr. amitt. Præterea ſumpta occa-
ſione à ſuprà cumulatis Juribus, ubi agendo
de re omnium incertiſſima, pro meta longiſſi-
mæ vitæ, proque longiſſimo termino ſeneſcen-
tium, ſeu ſeneſcendorum hominum (ut minùs
latinè, ſed magis explicativè ait *Hilliger. in*
*not. ad Donell. lib.*10. *cap.*17. *in princ.*) præfini-
tur ſæculum unum, ex eo, quòd homo præſu-
173 mitur vivere uſque ad annos centum *l. hæredi-*
tatum 68. ff. ad leg. Falcid. l. an uſusfructus 56.
*ff. de uſufruct. legat. Menoch. de præſumpt. lib.*6.
*præſ.*49. *nu.*2. *cum ſeqq. Barboſa in l.ut inter* 23.
*num.*15. *Cod. de Sacroſanct. Eccleſ. Narbona de*
*ætate anno centeſimo qu.unica num.*4. *ubi in princ.*
refert elegans Varronis effatum *lib.* 5. *de lingua*
Latina: *Sæculum ſpatium centum annorum eſt*
dictum à ſene, quod longiſſimum ſpatium ſeneſcen-
dorum hominum id putarent, undè fortè vox *ſe-*
neſcendus non eſt minùs Latina, hinc ſæculares
ludi dicti, hinc Solon Athenis à ſe latas leges,
toto vitæ ſpatio per Cives ſervari volens aſtrin-
xit jure jurando Senatum, & Populum ad illas
ſervandas centum annorum curriculo ad de-
notandum temporis diuturnitatem, hinc con-
174 ditio ſi ultrà centum annos vixeris, impoſſibi-
lis reputatur, *Duran. de condition. impoſſibil.*
part. 1. *cap.* 2. *num.* 20. comprobatur ex dicto
Eccleſiaſtic. 18. 8. *numerus dierum hominum, ut*
multum centum anni, & ex dicto *Iſaiæ* 75. 20.
puer centum annorum morietur, & peccator cen-
tum annorum maledictus erit, vel, ut in Arabica
verſione apud *à Lapide ibid. Juvenis morietur.*
cùm fuerit filius centum annorum, & qui peccat,
non maledicetur, niſi poſt centum annos. Putant
aliqui hominem vivere non valere ultrà cen-
175 tum annos, freti Ægyptiorum, & Alexandri-
norum auctoritate, humanam vitam centeſi-
mo anno circumſcribentium ob naturalem
cauſam augumenti, & diminutionis cordis,
crediderunt enim cor augeri per ſingulos an-
nos, ac binas drachmas ponderis ad quinqua-
geſimum annum accedere, ab eo detrahi tan-
tundem, ideòque hominem non vivere ultrà
centum annos ex defectu cordis, quod tamen
uti fabuloſum, ac fictitium refellit *Narbona loc.*
*mox cit. verſ. cujus, juncto num.*8. referens ob-
ſervatas fuiſſe quamplures ſimilium corporum
176 diſſectiones, in quibus cor ejuſdem magnitu-
dinis, ac juvenum, vel minoris ponderis, facto
examine re vera compertum eſt, eſtque incer-
tum, cor hominis ad annum ætatis quinqua-
geſimum duarum ſolummodò drachmarum
pondus nanciſci, nam cor àniculi idem pondus
habet duarum drachmarum, bini quatuor, tri-
ni ſex, ac demum pro curſu pari in annum
quinquageſimum, à quo decrementa incipiunt,
ad æquilibrium ſupputantur.

Attamen ſi in hac parte deferendum eſt Hi-
ſtoricis, de quo valdè dubito cum *Menoch. de*
*præſumpt. lib.6. præſ.*49. *num.*17. non defuerunt 177
nonnulli, qui exceſſerunt centum annos, teſte
Juſtiniano Imperatore de Zoſimo Abbate §. *Si*
*verò Novella de Monach.collat.*1. *Barboſa in l.ut*
inter 23. *num.*16. *C. de Sacroſanct. Eccleſ.* ubi de
ætate 130. & 140. immò, & 335. quod puto
per errorem Impreſſoris appoſitum loco 135. 178
Scimus ætatem Moyſis ex *Deutoronom.* 31. 2.
120. *annorum ſum hodiè, non poſſum ultrà egredi,*
*& ingredi, & ex Deutoronom.*34.7. *Moyſes* 120.
annorum erat, quando mortuus eſt, ſcimus ætatem
noſtrorum Protoparentum ex *Geneſi* 5. *& ſeqq.*
Et factum eſt omne tempus, quod vixit Adam,
anni nongenti triginta, & facti ſunt omnes dies
Seth nongentorum duodecim annorum, factique
ſunt omnes dies Enos nongenti quinque anni, &
facti ſunt omnes dies Cainan nongenti decem anni,
& facti ſunt omnes dies Malaleel octigenti nona-
ginta quinque anni, & facti ſunt omnes dies Ja-
red nongenti ſexaginta duo anni, & facti ſunt om-
nes dies Henoch trecenti ſexaginta quinque anni,
& facti ſunt omnes dies Mathuſala nongenti ſexa-
ginta novem anni, & facti ſunt omnes dies La-
mech, ſeptingenti ſeptuaginta ſeptem anni, ex Ge-
neſi 9. 28. *cum ſeq. Vixit autem Noe poſt dilu-*
vium trecentis quinquaginta annis, & impleti
ſunt omnes dies ejus nongentorum quinquaginta
annorum, ex Geneſi 11. 11. *& ſeq. Vixitque Sem*
quingentis annis. Vixitque Sale quadringentis
tribus annis. Vixitque Phaleg ducentis novem
annis. Vixit quoque Reu ducentis ſeptem annis.
Vixitque Sarug ducentis annis. Vixitque Nachor
centum decem, & novem annis, & facti ſunt dies
Thare ducentorum quinque annorum, ex Gene-
ſi 23. 1. *Vixitque autem Sara* 127. *annis, ex Ge-*
neſi 25. 7. *fuerunt autem dies vitæ Abrahæ, cen-*
tum ſeptuaginta quinque anni, ex Geneſi 35. 28.
& completi ſunt dies Iſaac, centum octoginta an-
norum, ex Geneſi 47. 28. *factique ſunt omnes dies*
vitæ illius (Ideſt Jacob) *centum quadraginta*
ſeptem annorum, qui per priùs Pharaoni empha-
ticè indicavit ſuos annos tunc currentes adhùc
paucos ſibi viſos, ut *Geneſi* 47. 9. *Dies peregri-*
nationis vitæ meæ centum triginta annorum ſunt,
parvi, & mali, & non pervenerunt uſque ad
dies Patrum meorum, quibus peregrinati ſunt;
Et tamen anni Hebraici conſtabant, ut noſtri,
duodecim menſibus, non autem) ut malè opi- 179
nantur aliqui (erant menſtrui, ſeu reſponde-
bant ſinguli noſtris menſibus *à Lapide in Geneſ.*
*cap.*5. *verſic.*5.

Verùm non obſtant laudata Sacrę Paginæ lo-
ca, nam in quantum ad ætatem Moyſis, ipſe
ſe excuſavit ab ulteriùs regendo Populo, non
aſſerens, ſe ultrà vivere poſſe, ſed oſtendit eam
ætatem decrepiti ſenis adeò frigidam, & elan-
guem minimè idoneam fuiſſe ad moderan- 180
dam Rempublicam Iſraeliticam maximè duræ
cervicis, *Narbona de ætate anno centeſimo quæſt.*
unic.

*unic. num.*12. *in fin. verſ. nec Moyſes*. Et in-
quantum ad ætates aliorum, longævitas eve-
nit ob primævam bonitatem complexionis, &
temperamenti corporis in primis hominibus,
181 & ob alias cauſas luculenter congeſtas ab *à La-
pide commentar. in Geneſ. cap.*5. *ver.*5. *circà fin.*
§. *quares*, *Card. Bellarmin. in Pſalm.*89. *num.*11.
*in fin. Menoch. de præſumpt. lib.*6. *præſ.*49. *nu.*15.
cum ſeqq. Et in quantum ad *cap.*6. *verſ.*4. *Ge-
neſ.* illa verba *eruntque dies illius centum viginti
annorum*, non reſpiciunt terminum humanæ
vitæ, ſed pænitentiæ tempus, quod Deus pec-
catoribus clementer indulſit, quibus pœniten-
182 tiam non agentibus, non expectatis annis vi-
ginti diluvium induxit anno centeſimo *Theo-
phil. Raynaud. Philologic. tom.*13. *titul. vit. &
mort. terminal. punct.*2. *num.*6. *fol. mihi* 205. *col.*2.
*à Lapide in Geneſ. dic. cap.*6. *verſic.*3. *Tirin. ibid.
Narbona loc. cit. num.*12. hicque ſenſus eſt re-
ceptus in *can. prædixerat* 75. *de pœnitent. diſtinct.*1.
183 Etenim jam tempore Davidis humana vita-
valdè coarctata, & contracta fuit juxta illud
*Pſalm.*89. *verſ.*10. *cum ſeqq. Dies annorum no-
ſtrorum in ipſis ſeptuaginta anni, ſi autem in Po-
tentatibus octoginta anni, & ampliùs eorum la-
bor, & dolor*. Neque Regius Propheta per Po-
tentates hic intelligit viros potentes auctorita-
184 te, horum enim vita non eſt diuturnior, immò
potiùs brevis eſt juxtà illud Salomonis *Eccleſia-
ſtic.*10. 12. *omnis Potentatus brevis vita, Rex
hodiè eſt, & cras morietur*, ſed intelligit, veluti
185 eſt in Hebræo, pro fortitudine, robore, ideſt
hominem robuſtum attenta vi, & potentia-
complexionis, licet in Græco malè habeatur
ἐν δυναστείαις, quod ſignificare poſſet in Princi-
186 patibus, ſivè Imperiis, latè *Card. Bellarmin. ad
dic. Pſalm.*89. *verſ.*11. Qua ratione ſupponen-
dum, ætatem noſtram fuiſſe diminutam poſt
diluvium ob humani generis iniquitatem,
187 ideòque ad reprimendam peccandi audaciam,
Deum breviores vitæ limites præfiniiſſe, æquum
enim viſum fuit, ut diminueretur vita, ſicut
188 multiplicabantur peccata, vel quia ſi diu-
tiùs viverent homines, mundus eos non caperet
*Card. Bellarmin. in cit. Pſalm.*89. *verſ.*11. *in fine*,
*Antonell. de tempore legali lib.*2. *cap.*5. *n.*7.
189 Et quia in ſupradicta *l. Si uſusfructus* 21.
la 1. *ff. quib. mod. uſusfruct. amit.* fit mentio aratri,
in Civitate inducendi, in gratiam curioſorum,
quid per aratri inductionem intelligatur, præ-
libamus, aſſerendo, quòd ſicuti in Civitatibus
190 condendis aratro locus definiebatur juxtà *l.
pupillus* 239. §. *Urbs* 6. *ff. de verb. ſig.* in qua-
191 Pomponius Juriſconſultus inquit, Urbs ab Ur-
bo, ſeu Urvo appellata eſt, urbare, ſeu urva-
re eſt aratro definire, & Varrus, ſeu Varus ait
Urbum, ſeu Urvum appellari curvaturam ara-
tri, quod in Urbe condenda adhiberi ſolet, ut
ait *Cruquius in Horat. Ode* 16. *circa fin. impri-
meretque ibi*: *Qui Urbem novam condit, tauro,
& vacca aret, ubi araverit, murum faciat, ubi
portam vult eſſe, aratrum ſuſtollat, & portet, ut
portam vocet* ità in illius ruinam, depopulatio-
192 nemque eodem inſtrumento uti concinne eſt,
cùm nihil ſit tàm naturale, quàm unamquam-
que rem per quaſcumque cauſas naſcitur, per
eaſdem diſſolvi *l. nihil tàm naturale* 35. *ff. de
Regul. Jur.* aratrum enim Civitatem penitus
demolitur, ut vix veſtigia Civitatis relinquan-
tur, ſed inibi terra culta aratro locum præbeat 193
non habitationi, ſed ſationi idoneum, *Gothofred.
ad dic. l. pupillus* 239. *num.*92. *ff. de verb. ſign.
Parlador. rer quotid. lib.*1. *cap.*21. *num.*4. *Tholo-
ſan. ſyntagm. Jur. lib.*4. *cap.*5. *num.*15. *Oſuald. in
not. ad Donell. Enucleat. lib.*10. *cap.*17. *litera D.
Petr. Faber ſemeſtr. lib.*1. *cap.*8. *pag. mihi* 48. *in-
med. cum ſeq.* ideòque aratrum mors civilis Ci-
vitatum eſſe dicitur, ut per *Narbon. de ætate-* 194
*anno centeſimo quæſt. unic. num.*17. *in med. verſic.
vel ſi fuerit aratrum paſſa*, hinc olim Templum
Hjeroſolymitanum à Veſpaſiano exuſtum, & à
Tito Annio Ruffo in gentis oppreſſæ ignomi-
niam aratum fuiſſe refert ex *Joſepho Hebræo*, ex 195
noſtris *Gothofred. ad dic. l. ſi uſusfructus* 21. *la* 1.
*num.*92. *verſ. ea ratione ff. quib. mod. uſusfruct.
amitt.* mutuati fortè fuere Quirites modum in-
ducendi aratrum à Judæis, morem habentibus 196
ſaliendi Urbes in earum everſione ad denotan-
dam comminationem ſterilitatis, ac futuræ to-
talis abſumptionis ob igneam vim ſalis vitales
terræ reſpirationes reſtinguendi, ut legimus de
Abimelech ſaliente rebellem Urbem Sichem,
ſeu Sichimam *Judic.*9. 35. Hinc Propheta So- 197
phonias, Moabitis, & Ammonitis Judæorum
vicinis hoſtibus, ſalis acervos deprecabatur,
*Sophon.*2. 9. ad quod facit illud *Pſalm.* 106. 34.
*Terram fructiferam in ſalſuginem, à malitia inha-
bitantium in ea*, de hujuſmodi ſalitioue locu-
lenter *Gomez de Sale lib.*2. *num.*28. *cum ſeqq.* 198
Hinc traditum, olim in Civitate Mediolanen.
diſſeminatum fuiſſe ſalem ad perpetuam dam-
nationem juſſu Fiderici Imperatoris hujus no-
minis I. Barbaroſſæ appellati, teſte *Menoch. de
arbitrar. Judic. lib.*2. *centur.*7. *caſ.*598. *num.*27.
Puto autem Judæos morem ſaliendi everſas
Civitates ſumpſiſſe à pœna per Deum uxori 199
Loth inhobedienti inflicta ex converſione in-
ſtatuam ſalis, in omnium memoriam, ut *Gene-
ſi* 19. 26. & juxtà illud *Sapient.* 10. 7. *in fin. me-
moria ſtans figmentum ſalis*, licet veriſimile ſit, 200
eam non niſi venialiter peccaſſe, atque ità ſal- 201
vatam eſſe, & Purgatorio expiatam Animam
ex traditis per *Tirin. loc. cit.* Neque aratri indu-
ctio, ſeu deductio nota fuit Hebræis ex com- 202
minatione à Deo ob ſcelera Populo Iſraelitico
facta per os Prophetæ *Michææ* 3. 12. *Sion qua-
ſi ager arabitur*, quod repetit *Jerem.*26. 18. *in
fin.* & inſertum legitur in *can. Judices* 23. 1. *qu.*1.
Sed Propheta ità ſe exprimit ad denotandum,
quod ob everſionem Civitatis, illa fiet arabi-
lis, ut de veriori, ac magis literali ſenſu teſta- 203
tur *à Lapide in Jerem. loc. cit.*

Redeundo autem undè digreſſi ſumus, præ-
mittendum eſt, quòd Eccleſia incapax reten-
tionis emphyteuſis, licet dicatur nunquam mo-
ri, attamen (quòd contradictorium videtur)
dici ſolet manus mortua *cap.*1. *de alienat feud.* 204
*Ægyd. de amortizat. cap.*1. *num.*2. R. P. D. Pe-
tra in comment. ad Conſtit. Apoſt. tom.2. in-
Conſt. Innoc. III. ſect.2. num.5. *Corrad. prax. di-
ſpen. Apoſtol. lib.*9. *cap.*8. *num.*29. *cum ſeqq. Ful-
gin. de Jur. emphyt. tit. de renovation. qu.*1. *n.*40.
*in princ. verſ. ut in Eccleſia, & circà fin. verſ. nec
etiam dicitur perſona prohibita*, *Maranta con-
trov.*46. *num.*16. & 23. *Niger de laudem. tom.*1.
*qu.*14. *num.*52. *Theodor. alleg.*48. *num.*3. & 10.
in med.

in med. verſ. & ſic dum reſpectu Eccleſiæ, Theſaur.
qu. forenſ. lib.3. qu.83. num.3. Tondut. reſol. Can.
par.1. cap.46. n.1. Prat. diſc. forenſ. tom.2. cap.1.
num.27. Cancer. var. reſ. par.1. cap.11. num.61.
Ricc. prax. par.3. reſ.175. num 3 & dec. Cur. Ar-
chiep. Neap. par.1. dec.136. num.5. Tholoſan. de
reſcript. lib.1. cap.27. num.7. in princ. & ſyntagm.
Jur. par.3. lib.20. cap 11. nu.4. in med. Schiara
Theolog. Bellic. tom.2. lib.1. difficul.3. num.6. &
12. Machr. hierolexic. verbo amorcizatio, & Ver-
bo manus mortua, Galeot. poſt reſponſ. fiſcal. dec.2.
num.23. cum ſeqq. Fontanella dec. Cathalon.277.
num.2. in fin. verſ. decimò, & ultimò tom.1. Rot.
cor. Durano deciſ.335. num.11. in fin. Adden. ad
Ludoviſ. dec.620. nu.14. & in recentior. dec.603.
num.1. cum ſeqq. in fin. verſ. & per eandem ratio-
nem par.1. deciſ.173. num.2. par.13. deciſ.57. n.9.
par.14. deciſ.26. num.5. par.17. vel, ut inquit
Bertrand. conſ.59. num.13. vol.2. par.1. perſona
205 mortua, tamquàm enim Univerſitas perſonæ
vice fungitur l. mortuo 22. ff. de fide juſſor. vel ut
inquit Burſat. conſ.199. num.9. tom.2. dicitur
habere manus mortuas. De manu mortua in
hoc ſenſu fit mentio apud Balluz. in Capitular.
Reg. Franc. tom.1. anno Chriſti 714. Capitulari 2.
206 in princ. fol. mih.519. & anno 826. fol. mih.667.
& in Addit.4. fol. mih.1216. in fin. & to.2. tit.5.
Capitular.42. fol. mih.340. in fin tit.37. Capitular.
25. cap.6. anno 865. fol. mih.198. & 145. Capi-
tular.30. cap.8. circà fin. anno 870. fol. mih.231.
Franciſc. Pithæus Gloſſar. ad libros Capitular. pen.
2. tom. Balluz. fol. mih.728. verbo manus mortua,
Borell. conſil.2. num.15.

Inſuper inter manus mortuas enumeratur
207 quoque Fabrica Eccleſiæ Pigant. ad Stat. Fer-
rar. par.3. Rubr. 127. num.26. Illuſtriſſimus Petra
olim S. Cong. Concilii, & hodie Sac. Cong. Epiſ.
& Regul. Secretarius in ſuis aureis Commentar.
ad Conſtit. Apoſtol. to.2. in Conſtit. Innocentii III.
ſect.2. num.26. Rota cor, Merlino dec.583. nu.20.
Amat. deciſ. Ferrar.51. num.36. & 65. cum ſeqq.
Hoſpitale, Rota in recen. dec.65. num.8. par.17.
Cappella Rota recen. dec.982. nu.7. par.18. Con-
fraternitas, cæteraque Loca Pia, Univerſitates
tàm Eccleſiaſticæ, quam Laycales, Collegia,
ſivè municipia R. P. D. Petra loco cit. Rot coram
Card. Cerro deciſ.216. num 32. cum ſeqq. Ubago
deciſ.57. antè num.1. & num.7. Priolo deciſ.371.
num.9. & dec.449. num 6. Gregor. dec.520. n.11.
ac in rece. dec.159. num 11. par.16. dec.26. nu.5.
par.17. Monaſteria tàm virorum, quàm Mo-
nialium; idem R. P. D. Petra loco cit. num.6. in
fine, Rota in Ferrarien. ſeu Imolen. bonorum 26.
Martii 1700. coram bo. mem. R. P. D. Anſaldo
Decano, olim in Romana Curia primi ordinis Ad-
vocato inter impreſſas poſt Pacion. pariter ſummi
nominis Advocatum in eadem Curia, de locat. &
conduct. in ordine la 18. Capitulum cujuſcumque
Eccleſiæ, Card. de Luca de emphyteuſ. diſc.27 n.3.
Seminarium Marant, controv.1. nu.29. cum ſeq.
par.5. Mons Pietatis Melius obſerv.12. per tot.
Rota coram Pamphil. ſeu Innocentio X. deciſ.545.
num.8. Fiſcus, Borell. conſ.1. num.18. & in ſum-
ma dec. tom.1. tit.34. num.414. Niger de laudem.
tom.1. qu.14. num.52. Theodor. alleg.48. num.3.
in prin. Galeot. poſt reſponſ. fiſcal. deciſ.2. num.25.
Fontanell. de pact. nuptial. tom.1. clauſ.4. gloſ.18.
par.1. num.15. cum ſeq. & num.82. & gloſ.12.
num.3. Tholoſan. de Republica tom.1. lib.3. cap.2.
num.18. Cavagnoll. deciſ. conſult. tom.2. dec.67.
num.32. Rota cor. Dunozet. Jun. deciſ.692. nu.3.
ac in rec. dec.377. num.1. par.14. Camera Prin-
cipis Cavagnoll. loc. cit. Regia Corona; Molin.
de Primogen. Hiſpan. lib.4. cap.11. num.47. Ca-
bed. de Patronatu Regiæ Coronæ Luſitaniæ, cap.9.
num.3. & deciſ. Luſitan.5. num.3. in fine ver. cùm
autem Regia Corona par.2.

Cùm verò Eccleſia, aliudque corpus nun-
quam defecturum, nunquam pereat, ſed potiùs
perpetuetur ex renovata vice, & ſucceſſiva, 208
ſeu repululante mutatione perſonarum Eccle-
ſiaſticarum, ſivè laycalium ex traditis per Cal-
das de extinct. emphyteuſ. cap.10. num.21. Niger
de laudem. tom.1. qu.12. artic.3. num.21. Rot. in
rec. deciſ.199. num.13. part.12. videretur potiùs
dicenda manus ſemper viva, aut perpetua, non 209
mortua Galeota reſp. fiſcal.29. num.90. & poſt
dic. reſp. dicta dec.2. num.22. cum ſeqq. in princ.
Giurba de ſucceſſ. feud. cap.117. §.1. gloſ.7, n.39.
attamen de hoc modo, & particulari phraſi
non mirandum, quia potiùs manus viva dici-
tur, qui moritur, & non ſemper vivit, qualis
eſt quicumque ſæcularis, ſeu privatus, ut ait 210
Barbat. de diviſ. fruct. par.2. cap.13. n.30. in fin.
verſ. & ex iis inolevit praxis, immò etiam ho-
mines damnati ad Gehenam adhùc viventes
dicuntur mortui juxta illud Iſai.66. 24. vide-
bunt cadavera virorum, qui prævaricati ſunt in
me, vel quia manus mortua quodammodò eſt 211
in anima viventis, quæ nunquam moritur, ut
inquit Natta conſ.562. num.3. vel quia ſemper
in eodem ſtatu permanet, & veluti homo mor-
tuus, expers omnis mutationis, & viciſſitudi-
nis hujus ſæculi Oliban. de Jure fiſci cap.7. nu.7.
circà fin. & quidquid ſtrictiſſimè retinet, Rubeus 212
ad deciſ.26. num.37. par.2. recen. Nec urget,
quòd homo, qui moritur, dicitur manus viva,
Maranta contr.46. num.23. in fin. par.5. undè
non benè Eccleſia, aut Communitas, ſeu Uni-
verſitas, vel quid ſimile nuncupatur manus
mortua, dum hoc modo potiùs negatur præ- 213
exiſtentia Eccleſiæ, Communitatis, ſeu Uni-
verſitalis, ſicuti animal mortuum non dicitur
animal, nec homo mortuus, homo, ut ajunt
Philoſophi, indèque qui tenetur animal dare,
puta loco Canonis annuum cenſum Capponum,
aut Gallinarum, ſeu Pullorum, non ſatisfacit 214
ſuæ obligationi, tradendo illud mortuum,
Fontanella de pact. nupt. tom.1. clauſ.4. gloſ.18.
part.1. num.202. ſed præter jam adductas non
deſunt aliæ rationes ad ſalvandum, cur dica-
tur, & quòd benè dicatur manus mortua, nem-
pè ex eo, quòd Eccleſia, Communitas, ſeu
Univerſitas, vel Collegium ad inſtar manus 215
morientis, quæ id, quod compræhendit, fir-
miſſimè, ac tenaciter tenet, neque facilè dimit-
tit, ità hujuſmodi corpus perpetuum, quod
ſemel acquirit, & in poteſtatem ſuam quaſi in
manum recepit, tenaciſſimè retinet, nec niſi
magna cum difficultate in commune hominum 216
commercium deindè dimittit Fulgin. de Jur.
emphyt. tit. de ſucceſſ. in bon. emphyt. qu.14. n.10.
Pec. Kius de amortizat. bonor. c.2. verſ. mihi qui-
dem, Tholoſan. de Republ. tom.1. lib.3. cap.2. n.16.
& lib.13. cap.16. num.3. verſ. Chartuſienſibus in
fine Rot. rec. dec.603. num.3. in fin. par.1. vel ex

quò

217 quò ſicuti mortui non alienant, ſic & bona,
quæ ad Eccleſiam pervenerunt, ſunt inhaliena-
bilia, non ſecùs, quàm ſi à mortuo poſſide-
rentur, *Tholoſan. ſyntagm. Jur. par.3. lib.25. c.8.*
218 *num.2. & de reſcript. lib.1. cap.27. nu.7. in princ.*
verſ. quare & manus mortua, ubi ſicuti Orcini
liberti dicti Jure civili, qui ſunt manumiſſi ab
eo, qui in orco eſt, ſeu liberti manus mortuæ,
ejus nempè, qui mortuus eſt, ità etiam dicun-
219 tur mortua Eccleſiarum bona ad Eccleſiarum
onera ſpectantia, ut ſemel Deo conſecrata,
in uſus profanos non poteſt converti, & Mona-
chus pariter, quamvis natura vivat, mortuus
mundo dicitur, *can. placuit 8. can. ſunt nonnul-*
220 *li 25. 16. q.1. Auth ingreſſi C. de ſacroſ. Eccleſ.* vel
ex eo, quòd invalida eſt, ut moveri non poſſit
ad alienationem faciendam, *Gallus de fructibus*
artic.3. diſput.26. num.55. vel ex quo ſicut ſe-
mel mortuus non ampliùs moritur, ità hujuſ-
modi corpus non moritur, nec mutatur, licet
omnes perſonæ, ex quibus conſiſtit, morian-
tur, & mutentur, *Borell. ad Bellug. ſpecul. Princ.*
Rub.14. §. veniamus litera A, *Niger de laudem.*
221 *tom.1. qu.14. num.52. Fontanella de pact. nupt.*
tom.1. clauſ.4. gloſ.12. num.15. Hinc eſt, quòd
222 in Cathalonia Cenſus, ſeu Cenſualia, licet in
perpetuum conſtituantur, attamen communi-
ter appellari ſolent mortua, quia numquam
223 moriuntur, ſed perpetuò durant, ut ait *Fon-*
tanella de pactis nupt. tom.1. clauſ.4. gloſ.12.
num.15. & gloſ.18. par.1. num.12. cum ſeqq. ubi
num.16. concludit vulgus id nomen indidiſſe,
224 cùm magis propriè immortalia, quàm mortua
dici deberent, dicendo enim mortuum, dici
videtur nullum, & ſopitum, quod etiam ob-
ſervat *Mieres ſuper Conſtitution. Cathalon. col-*
225 *lat 9. cap.32. n.9. tom.2.* immò hujuſmodi Cen-
ſualia rectè dicuntur mortua, quia nunquam
226 moriuntur ob eorum perpetuitatem, cùm mor-
tuus jam non moriatur juxtà *Paul. in Epiſtola*
ad Roman. cap.6. ut notat idem *Mieres num.7.*
227 quod etiamſi impropriè ita dicerentur à vulgo,
adhùc ſæpè loquendum eſt cum vulgo *Clem.*
abuſionibus 2. de pænitent. & remiſſion. quæ Cen-
228 ſualia tàm in Cathaloniæ Principatu, quàm in
Valentiæ Regno violaria quoque nuncupantur;
quia ſolvuntur, & violantur per mortem ali-
cujus, & ideò facilè pereunt, ut Violæ priùs
dicta vidolaria, poſteà corrupto vocabulo vio-
laria, eo, quia ad vitam dabantur, ut curiosè,
lepidèque refert *Fontanella loc. mox cit. num.18.*
cum ſeqq. Hinc dicuntur mortua conſilia aucto-
ritatibus carentia, ſeu Jurium allegationibus
229 nuda *Gallerat. de renunciat. tom.2. contur.1. re-*
nunc.18. num.8. poſt med. verſ. quandoquidem hæc
dicuntur; Undè feudum veniens ad Eccleſiam,
dicitur venire ad manum mortuam, quaſi cen-
ſeatur mortuum Domino, cui nunquam am-
plùs aperiatur, *Borell. conſ.70. num.37.* & cre-
230 do, hoc vocabulum manus mortuæ derivaſſe à
Gallis, qui corpus nunquam periturum, maxi-
mè Eccleſiaſticum vocant *manmort. Bertazoll.*
conſ. civil.36. num.1. in fin. vol.1. Eodemque pa-
cto poſt cęleſtem Sodomæ conflagrationem lo-
cus Aſpaltites aliàs mare mortuum dictus, uti
231 nullos ferens piſces, nec aliquid vivum *à Lapide*
in Geneſ. cap.19. verſ. 25. in med. Tirin. ibid.
verſ.26. in fin. & in Ezechiel. cap.47. verſ.10.
in quo ſenſu unguenta dicuntur res mortua;
quia brevi durant, in *l. quod autem 7. §. Si mari-*
tus 1. ff. de donat. int. vir. & uxor. latè *Cujacc.*
obſer. lib.9. cap.30. in princi. Alteſerra de fiction.
jur. tract.2. cap.10. per tot.

Dicitur autem in alio ſenſu *mortmain* in Bel-
gio luctuoſa, pars nimirùm illa bonorum Cle- 232
rici defuncti percipi ſolita alicubi per Ordina-
rios locorum, ex quo manu Superioris Eccle-
ſiaſtici capitur, *Molin. de juſtit. & jur. tom.1.*
tract.2. diſp.147. poſt med. verſ. antequàm cætera
col.2. poſt 5. concl. dicitur quoque in alio ſenſu
manus mortua, ſeu emortua in Gallia perſo-
na incapax poſſeſſionis, ideoque per mortem, 233
aut mutationem Vaſalli ſolvere debentis in illis
partibus appellatum rachaptum, ut Galli ajunt
pariter *Rachapt*, *on amoriſſement de main morte*,
Tholoſan. ſyntag. jur. par.3. cap.11. num.4. Boer.
deciſ.263. num.9. in fin. cum ſeq. part.2. alioque 234
ſenſu manus mortua dicitur ruſticus, ideſt ope-
rarius, ſeu operans in agris, homo pariter in
Francia, moriens ſine liberis, parentibus, aut 235
conſanguineis, quo caſu ei ſuccedit Dominus
juriſdictionalis jure peculii *Chaſſaneus ad Con-*
ſuetud. Burgund. Rubr.9. des mainsmortes §.18.
num.6. in fin. & §.20. num.2. cum ſeqq. Saiſon in
Conſuet. Turonenſ. tit.11. artic.1. verſic. & mihi
videtur col.1. in med. pag.63. Guido Papa deciſ.
361. num.1. ubi Ranchin. in annot. in fine, *Boer.*
deciſ.263. num.11. par.2. & per ruſticum homi- 236
nem intelligitur homo ſervilis conditionis, ac
Agricola, more libertorum jus imminutum in-
genuitatis habens, per annum, & diem in loco
degens, ibique larem acquirens, uti glebæ de-
ſtinatus, ſeu talliabilis, ſeu mortalliabilis, ma-
numortabilis, ſeu corveabilis, promittens à
ſolo, ſeu terra nunquam receſſurum, apud Ro-
manos dictus damnata manus, vinctus pes, &
inſcriptus vultus, plerique enim hujuſmodi con-
ditionis homines in ſervitutem ferè ſeſe dica-
bant nobilibus, in quos eadem erant omnia
jura, quæ Dominis in Servos apud Græcos
dicti *eiloteiàs penteiàs dinleias*, ut per *Ferrerium*
ad cit. deciſ. Guidon. Pap. in princip. Tholoſan. de
Reſcript. lib.1. cap.31 nu.1. cum ſeqq. ubi num.4.
in fine, hinc derivari manſum mortuum in vul- 237
garem corruptam vocem Gallicam poſteà tran-
ſeuntem *de mains mortes*, *Tiraquell. tract. le mort.*
Saiſit le viſ. par.2. declar.15. num.12. Chaſſan. ad
Conſuet. Burgund. Rubr.9. des mains mortes loeo
cit. n.25. Ciron. obſerv. jur. Can. lib.2. c.10. circa
fin. Grivell. dec. Dolan.3. n.3. 4.5. & 6. deciſ.29.
n.9. dec.53. n.47. & 48. dec.58. n.5. dec.99. n.15.
dec.104. n.1.17. 46. & 47. dec.106. n.3.6. & 10.
dec.118. n.1. & 6. dec.136. num.8. dec.137. n.1.
2.4.6. & 7. & deciſ.144. num.4. & 28. De quo
ſanè mirandum, quòd Agricola utilitati publi-
cæ adeò neceſſarius, ità parvi penderetur, quan-
do agricultura apud Romanos potiſſimùm in
maxima erat exiſtimatione, arſque nobilis re- 238
putata *Tiraquell. de nobilit. cap.32. num.4. cum*
ſeqq. Quandoque manus mortua ſumitur pro
ſervo, qui cùm non habeat poteſtatem, ſeu ma- 239
num, quæ idem ſonat, dicitur illam habere
mortuam *Ciron. obſ. jur. Can. lib.2. cap.10. circà*
fin. hinc mortuaria domus idem, quòd hæres
beneficiati defuncti *Zoeſius in jus Can. in III. lib.* 240
Decretal. tit.27. n.14. iu med.

E con-

E contrà jus morticinii, ſeu amortizationis
241 derivavit fortè à Gallico vocabulo *amortiſſemant ex Bacquet du droit de Amortiſſemant chapitre* 40. *Peck. de amortizat. bon. cap.*3. *in fin. Mean. obſerv.*687. *per tot. part.*5. ubi illam quoque practicari Leodii, quæ eſt translatio bonorum juſſu, diſpenſatione, & indulto Principis in
242 manum mortuam facta, & rectiùs adjuvatio nominanda ex eo, quòd mediante relaxatione adjuvatur Eccleſia, quod tamen vocabulum nimis vagum, & generale foret, *Borell. conſil.* 1. *num.*14. *Chaſſan. in Conſuetud. Burgund. Rubr.*9. §.10. *num.*54. *Tholoſan. de Republ. tom.*1. *lib.*3. *cap.*2. *num.*16. *cum ſeqq. & de Reſcript. lib.*1. *cap.*27. *num.*8. *cum ſeqq. Larrea alleg. fiſcal. to.*1. *alleg.*86. *nu.*22. *Peckius de amortiz. bon. cap.*1. *num.*1. *Ægyd. eod. tract. cap.*1. *num.*2. *cum ſeqq. Tondut. qu. Can. par.*1. *cap.*46. *num.*4. *Cancer. var. reſol. par.*1. *cap.*11. *n.*61. *Fontanella de pact. nupt. par. ſeu tom.*1. *clauſ.*4. *gloſſ.*12. *n.*22. *cum ſeqq. Boer. dec. Burdegal.*263. *n.*10. *in med. par.*2.
243 hinc bona mortua, aut amortizata, *Peckius loc. cit. tractat. cap.*3. *num. unico*, ubi pulchra exem-
244 pla, ut lis mortua dicitur, quæ in diſceptatione judiciali eſſe deſiit, & perempta fuit, Mo-
245 nachus mortuus, qui communi hominum conſuetudini exemptus eſt, excommunicatus, &
246 depor tatus mortuus, quia à cætu, & frequen-
247 tia hominum excluditur, exhæredatus mortuus, qui inter hæredes ampliùs non eſt, ab hoſtibus
248 captus mortuus, quia inter Cives ampliùs eſſe non poteſt, ſic bona mortua, ſeu amorti-
249 zata, quæ ampliùs de una manu in aliam manum viventium non tranſeunt, ſed communi
250 hominum commercio eximuntur, ſic mortificare membra, eſt macerare, ſic caro mortua,
251 uti noxia à Chirurgo reſecata, in alio etiam ſenſu morticia bona dicuntur à Comite con-
252 ceſſa, quæ ob caducitatem Succeſſorum, ad Comitem revertuntur, *Freccia de ſubfeud. tit. de antiq. Stat. Regn. num.* 66. Dicitur inſuper in diverſo ſenſu amortizatio mortificatio, ſeu pa-
253 ctum mortificationis, quando fit reciproca donatio inter conjuges de invicem ſuccedendo *Taſſon. de Antefato verſ.*4. *obſer.*4. *num.*78. *cum ſeqq.* dicitur etiam amortizare emphyteuſim,
254 ideſt illam francam, liberam, & immunem à
255 ſervitute emphyteutica facere, *Niger de laudem. tom.*2. *quæſt.*25. *num.*32. *verſ. referam caſum, circà med.* Olim amortizatio dicebatur emunitas, ideſt immunitas, ut notat *Hieronym. Bignonius in not. ad Baluzium Capitular. Reg. Franc. tom.*2. *fol. mihi* 877. *in princ.*

Et licet aliquo jure textuali probari nequeat,
256 quòd res emphyteuticalis non poſſit alienari in potentiorem, attamen uti verum, & in practica, non ſolet in dubium rvocari, immò commune eſt, *Solſona de laudem. cellula* 7. *num.* 31. notandum interim eſt, quòd ſi laycus, & per-
257 ſona privata, quæ ſit domina directa, recipiat laudemium à manu mortua, videtur eam approbare in emphyteuſi, & ſemet in perpetuum excludit à jure compellendi eam evacuandi, *Solſona loc. cit.*

Advertendùm tandem, quòd poſtquàm Dominus directus, ſeu (ut alii ajunt) fundiarius recuſat recipere ipſam manum mortuam in vaſſallam, ſivè emphyteutam, & compellit eam ad deſerendam, ſeu dimittendam rem emphyteuticam, ſeu (ut alii dicunt) emphyteuticariam, ſe ipſum excludit à laudemii perceptione, 258
aliiſque emphyteuticariis commodis, etenim ratio cogendi manum mortuam ad evacuandam rem emphyteuticam, ea eſt, nè Dominus damno afficiatur in laudemiorum emolumentis, reliquiſque dominicabus juribus, quibus privaretur, non autem ut majus commodum, ſeu lucrum conſequatur, *Solzona Lucern. laudem. cellula* 7. *num.* 29. ubi contrarium rejicit.

ARGUMENTUM.

Confraternitas acquirens bona emphyteutica, tenetur ad Quindenniorum ſolutionem.

SUMMARIUM.

1 *Confraternitas acquirens emphyteuſim, eamque retinere volens, tenetur quindennia ſolvere.*
2 *Quotieſcumque emphyteuſis devenit ad manum mortuam: qualis eſt Confraternitas, debentur quindennia.*
3 *Quindennia introducta fuerunt ad rehabilitanda Loca Pia, & ad compenſandum damnum Domini directi in laudemiis ob difficilè ſequuturam alienationem.*
4 *Confraternitas non eſt corpus Eccleſiaſticum, ſed Collegium ſæculare, ac uti tale non compræhenſum in* extravag. ambitioſæ de reb. Eccleſ. non alien.
5 *Confraternitas ad inſtar Civitatis tenetur ad quindennia.*
6 *Confraternitas non eſt adeò facilis, ut perſona privata, ad alienandum.*
7 *Confraternitas erecta auctoritate Apoſtolica, vel Ordinaria indiget beneplacito Apoſtolico ad alienandum, quid ſit de Confraternitate non canonicè erecta.*
8 *Rejiciuntur Doctores contrarium tenentes indiſtinctè quamcumque Confraternitatem non ſubjacere extravag. ambitioſæ.*
9 *Ex data facultate emphyteutæ alienandi non cenſetur remiſſum laudemium.*
10 *Interim quò Confraternitas non alienat emphyteuſim, æquum eſt, ut ſolvat quindennia.*
11 *Ut Confraternitas dicatur erecta canonicè, indiget auctoritate Apoſtolica, vel Ordinaria.*
12 *Quælibet Congregationes ſunt periculoſæ.*
13 *Bona Confraternitatis dicuntur Eccleſiaſtica.*
14 *In Regno Portugalliæ Confraternitates erectæ etiam auctoritate Ordinaria, reputantur pro merè ſæcularibus.*
15 *Fit mentio antiquiſſimæ, & præclariſſimæ Confraternitatis Miſericordiæ Portugalliæ.*
16 *Legatum relictum Confraternitati, dicitur pium.*
17 *Lapſus temporis non facit præſumere interventum auctoritatis Apoſtolicæ, aut Ordinariæ.*
18 *In Urbe regulariter omnes Confraternitates ſunt approbatæ à Summis Pontificibus.*
19 *Aliter Confraternitas non approbata, habetur pro Collegio illicito.*
20 *Plures ſunt Confraternitates in Hiſpania merè laycales.*
21 *Juſpatronatus competens Confraternitati, eſt Eccleſiaſticum.*

22 *Licet quoad Regulas Cancellariæ reſervatorias cenſeatur laycale.*
23 *Vel ad ſummum reputatur juſpatronatus mixtum.*
24 *Quando juſpatronatus relinquitur Priori, Præſidenti, ſeu Cuſtodi Confraternitatis, qui eſt laycus, tunc reputatur laycale.*
25 *Quando verò relinquitur Cappellanis Confraternitatis, reputatur Eccleſiaſticum.*
26 *In Oratoriis Confraternitatum publicè, & palàm exerceantur functiones Eccleſiaſticæ.*
27 *Archiconfraternitas S. Hieronymi Charitatis de Vrbe habet indultum Pontificium retinendi emphyteuſim.*
28 *Princeps in dubio etiam exiſtente cauſa legitima non cenſetur velle alterum privare jure ſuo.*
29 *Beneficium Principis latè interpretandum.*
30 *Subrogatum debet eſſe ejuſdem juris, & conditionis cum eo, in cujus locum ſubrogatio fit.*
31 *Laudemia, & quindennia ſolvi ſolent in ſignum ſubjectionis, & recognitionis dominii.*
32 *Privandus non eſt Dominus directus jure ſuo, prout privaretur, ſi non reciperet quindennia.*
33 *Confraternitas dicitur à voce Græca φρατρία, quæ ſonat conſpirationem, ſeu conjurationem.*
34 *Vel à φρέαρ, & φράτορες, quod ſignificat puteum à combibendo, & ſimul edendo.*
35 *Confratres etiam dicti Phratores, & cum aſpiratione Phraternitas loco Confraternitas.*
36 *Phratrias à Phares, quod ſignificat diviſionem.*
37 *Inde Phariſæi.*
38 *Iſti ſegregati ab aliis Iſraelitis vivebant, vitamque ſanctiorem profiteri ſimulabant.*
39 *Paris pro fure ſumitur, quia deſtruit, & aufert.*
40 *In Gallia Phratrias vocant Geldonias.*
41 *Græcum nomen φρατρίας valdè accedit ad Luſitanum Confrarias, Hiſpanum Cofradias, & ad Gallicum Confrairies.*
42 *Confraternitates Neapoli appellari ſolent Extauritæ.*
43 *Vnus ex filiis Thamar Nurus Judæ vocatus fuit Phares, ideſt diviſor, quia prior rupit, & diviſit ſecundinas.*
44 *Phares in comminatione Regis Balthaſaris ſignificabat, diviſum eſt Regnum tuum.*
45 *Confraternitates dictæ ab antiquo uſu Chriſtianorum, qui fratres ad invicem nuncupabantur.*
46 *Confraternitas dicta à Latinis vocibus Frater, & Fraternitas.*
47 *Confratres fiunt unum corpus in Chriſto.*
48 *Socii dicuntur habere inter ſe quaſi jus fraternitatis.*
49 *Fratrum rara ſemper fuit, eſt, eritque gratia, & concordia.*
50 *Inter fratres quædam naturalis æmulatio, & geniorum diverſitas.*
51 *Inter hos ſolitum odium, & invidia circà imperium, non ſemper circà alia.*
52 *In fratribus videretur ſemper potiùs præſumenda affectio.*
53 *Fraternæ lites exortæ, ut ſolent uſque ad primam mortalium mortem.*
54 *Joſeph venditus fuit à Fratribus, à quibus occidi intendebatur.*
55 *Sub Fratribus licet natu majoribus ſancta deberet eſſe ſubjectio, attamen ſub æqualibus, quales reputari debent fratres, ſemper duriſſima eſt.*
56 *In Germania dicitur pactum Confraternitatis ſucceſſorium de uno alteri inter fratres ſuccedente, ſeu de mutua familiarum præcipuè illuſtrium ſucceſſione.*
57 *Aliud pactum dicitur fraternitatis juratæ, ſeu ſocietatis.*
58 *In Vrbe adeſt Confraternitas antiquiſſima, nuncupata Confalonis pro redimendis Chriſtianis apud Turchas exiſtentibus.*
59 *Inter pias Confraternitates emicat Archiconfraternitas Sanctiſſimi Sacramenti, & Quinque Plagarum erecta in Inſigni Collegiata Parochiali, & Baſilica SS. Laurentii, & Damaſi de Vrbe, cujus Protector actualiter exiſtit Eminentiſſimus D. Cardinalis Petrus Ottobonus S. R. E. Vicecancellarius, & Alexandri Papæ VIII. ex Fratre Pronepos.*
60 *Auctor pluriès extitit Cuſtos vulgò Guardianus, & Prior dictæ Archiconfraternitatis, ac ad præſens exiſtit.*

CAPITULUM III.

POſtquàm in *præcedenti Cap.* tradidimus in genere quodcumque corpus, ſivè Eccleſiaſticum, ſivè ſæculare nunquam defecturum, acquirens rem emphyteuticam, teneri Quindennium ſolvere Domino directo, modò latus aperitur campus in differendo, Confraternitatem etiam uti unum ex nunquam defecturis corporibus, ac proindè uti incapax retentionis emphyteuſis, ſi acquirat bona emphyteutica, illaque retinere præſumat, teneri ad ſolutionem 1
quindenniorum, veluti in terminis Confraternitatis Charitatis Albanen firmat *Rot. cor. Priolo deciſ.*423. *num.*15. & quidem meritò Confraternitas quæcumque tenetur ad quindennia, dum in ea, ut in Eccleſia, alioque Collegio urget motivum amiſſionis laudemiorum, non reverſionis emphyteuſis ad Dominum directum, & defectus ſpei extinctionis lineæ, ex eo, quòd Confraternitas nunquam moriatur, ſed ſemper eadem permaneat, undè non debet Dominus directus ſubſidiaria, ut ità dicam ſolutione quindenniorum privari, quotieſcumque enim res emphyteutica devenit ad manum 2
mortuam, qualis ex antedictis in *ſuperiori Cap.* eſt etiam Confraternitas, debentur quindennia, *Ricc. in prax. Archiepiſcopal. dec.*10. *inter omiſſas*, *Rota dec.*474. *num.*15. *par.*9. *rec.* Siquidem quindennia duplici ex cauſa introducta fuere, nempè ad rehabilitanda Loca Pia per ſe incapacia retentionis bonorum emphyteuticorum, & potiſſimùm vice verſa ad compenſandum 3
damnum, ex hujuſmodi retentione reſultans Domino directo in Jure laudemiorum ob deſperatam, vel non niſi raro, ac difficulter ſequuturam alienationem *dic. deciſ.*474. *num.*18. *cum ſeqq. par.*9. *rec.*

Neque pro relevatione à quindenniis ſuffragari poteſt Confraternitati, quòd ipſa non ſit corpus Eccleſiaſticum, ſed Collegium merè lay- 4
cale, ideòque alienare valens bona ſtabilia abſque ſolemnitatibus in Eccleſiaſticarum rerum alienatione requiſitis, uti non compræhenſum ſub cenſura *Extravag. ambitioſæ de reb. Eccleſ. non alien.* quia tamen, etiamſi fortè ceſſet prohibitiva alienationis bonorum, cùm ſit perpetua, deſitque ſpes devolutionis ob defectum lineæ, quantumvis ſit Collegium ſæculare, ad- 5
hùc ad inſtar Civitatis, tenetur ad quindennia median-

mediante amortizatione, ejus favore obtenta,
niſi velit ad inſtar Eccleſiæ ponere extrà ſe em-
phyteuſim intrà annum, ut reincidat in manus
privatorum, & ſubjiciatur ſolito hominum
commercio, *de Luca Melphiten. in obſ. ad de
Franch. dec.*659. *num.*1. & in ſpecie Archicon-
fraternitatis SS. Trinitaris Peregrinorum, &
Convaleſcentium ad Pontem Sixtum de Urbe
prætendentis ſe eſſe capacem retinendi emphy-
teuſim ex prædicto capite, ac circumſtantia
ſæcularitatis latè diſcuſſo articulo reſolvit *Rota
deciſ.*603. *num.*1.3. *&* 6. *par.*1. *recentior.* immò
ſatis eſt replicare, data etiam facultate alienan-
6 di abſque beneplacito Apoſtolico, Confrater-
nitatem non eſſe adeò facilem, ut perſonam
privatam, ad alienandum immobilia, quæ ſe-
mel acquiſita tenaciter retinet, & non niſi ma-
gna cum difficultate in commune hominum
commercium ſubindè remittit, ut in his puris
terminis benè advertit *Rota in mox laudata de-
ciſ.*603. *num.*3. *par.*1. *rec.*

Verùm communior, & probabilior opinio
diſtinctionis fœdere communita, venit ſequen-
da, quòd nempè Confraternitas erecta Apo-
7 ſtolica, aut Ordinaria auctoritate, & appro-
batione, indigeat beneplacito Apoſtolico vulgò
dicto *ſi in evidentem*, quidquid de Sodalitate
non canonicè erecta, conſiſtente in ſimplici
Collegio perſonarum, citrà conſenſum Or-
dinarii, & exercitium alicujus pii operis, ut
diſtinguunt *Pignatell. conſult. Can. tom.*4. *con-
ſult.*21. *per tot. Ricciull. lucubrat. Eccleſ. lib.*4.
*cap.*12. *nu.*7. *in fine*, *Gratian. diſcept.*516. *nu.*1.
& 7. *cum ſeqq. Redoan. de reb. Eccleſ. non alien.
fol. mihi* 175. *num.*15. *cum ſeqq. Leoncill. de pri-
vileg. pauper. par.*2. *privil.*12. *num.*2. *Ricc. in
praxi fori Eccleſ. par.*1. *reſol.*45. *num.*6. *cum ſeqq.
Barboſa de Epiſcop. part.*3 *alleg.*73. *num.*33. *in
fine*, *& de Jure Eccleſ. lib.*2. *cap.*11. *num.*82.
*tom.*2. *Fulgin. de Jur. emphyt tit. de contract. em-
phyt. qu.*17. *num.*11. *Fragoſo de regim. Reipubl.
Chriſtian. tom.*1. *par.*1. *lib.*7. *diſp.*20. *num.*15.
*Pelliccion. illuſtr. qu. cap.*2. *quæſt.*41. *in princ.
& in fin. Pellizzar. manual. Regular. to.*2. *tract.*8.
cap 5. *ſect.*6. *num.*290. *Leo de Cappellan. quæſt.*4.
*num.*18. *Novar. de elect. for. tom.*1. *qu.*56. *nu.*11.
8 *Rebuff. de Confratriis num.*9. *Marta conſ.*195.
*num.*1. *& per tot. & de Juriſdict. par.*4. *caſ.*113.
*num.*23. *cum ſeqq. Muta deciſ. Sicil.*58. *num.*23.
*cum ſeqq. Sperel. dec. for. Eccleſ.*155. *num.*3. *tom.*2.
*Barzius deciſ. Bonon.*124. *num.*2. *cum ſeqq.* Qua
occaſione refellendi ſunt *Gratian.* ſibi contra-
rius in *diſc.*400. *num.*22. *Cyriac. contr.*364. *n.*3.
*Bordon. tom.*2. *reſol.*72. *num.*31. ubi ità Parmæ
practicari, *& Maſtrill. deciſ. Sicil.*110. *num.*12.
indiſtinctè tenentes, Confraternitatem non
ſubjacere diſpoſitioni *Extravag. ambitioſæ de
reb. Eccleſ. non alien.* quia hujuſmodi opinio reii-
citur per *Pellizzar. manual. Regular. to.*2. *tract.*8.
*cap.*5. *num.*290. *verſic quod à fortiori*, nec venit
ſequenda opinio *Rotæ in deciſ.*603. *num.*3. *par.*1.
recen. contrarium firmantis (loquendo de Archi-
confraternitate SS. Trinitatis Peregrinorum,
& Convaleſcentium de Urbe) nempè non re-
quiri in ejus bonorum alienatione ſolemnitates.

Prætereà ſicuti quando in Inſtrumento con-
ceſſionis emphyteuſis conceditur emphyteutæ
9 facultas alienandi emphyteuſim, non hinc cen-
ſetur remiſſa ſolutio laudemii in caſu ſequutæ
alienationis *Gratian. diſc.*377. *n.*10. *Card. Mantica
de tacit. & ambig. convent. lib.*22. *tit.*21. *n.*24. *Ho-
dierna ad Surd. dec. Mantuan.*93. *n.*38. ità transla-
ta emphyteuſi in Confraternitatem, quæ ſuppo-
natur immunis à prædicta *Extravag. Ambitio-
ſæ*, interim, quo non alienat, loco laudemio-
rum æquum eſt, ut ſolvat quindennia ad re- 10
parandum per æquipollens Domini directi de-
trimentum, quòd ſentit ex defectu laudemii.

Omiſſo, quòd quæcumque Sodalitas pieta-
tis actus exercens, cùm ut canonicè erecta dici
valeat, Apoſtolica, vel Ordinaria auctoritate
indiget, ut præcepit inter alia plura requiſita 11
tàm ad erigendum, quàm aggregandum Con-
fraternitates *Clemens VIII. in Conſtit.*115. *Bul-
lar. Rom. tom.*3. idque rectiſſimè ſtatutum, nam
præterquamquòd quælibet Cōgregationes ſunt
periculoſæ, illæ ſanè, quæ circà Religionem
verſantur, ſunt periculoſiſſimæ, cùm ibi ſuper-
ſtitioſa, aut irreligioſa valeant permiſceri, quo-
tidiè ex conventiculis oriuntur hæreſes, & licet
Congregationes, ſeu Confraternitates iſtæ per 12
ſe licitæ ſint, & meritoriæ, attamen ratione
periculi illicitæ ſunt, niſi fiant prævio examine,
ac licentia Superioris Eccleſiaſtici *Barboſa de
Jur. Eccleſ. lib.*2. *cap.*11. *num.*74. *cum ſeqq. tom.*2.
*Amoſtazo de cauſ. piis lib.*4. *cap.*12. *n.*6. Et hinc
Confraternitas quodammodò participat de Ec-
cleſiaſticitate, gaudetque Juribus, ac privilegiis
loci Eccleſiaſtici, ejuſque bona ſemper dicun- 13
tur Eccleſiaſtica, & gaudent iiſdem privilegiis,
quibus gaudet Eccleſia *Ricciull. lucub. Eccl. lib.*4.
*cap.*12. *num.*22. *in princ. Pellizzar. manual. Re-
gular. tom.*2. *tract.*8. *cap.*5. *num.*272. ideòque
Confratrum Oratoria gaudent immunitate Ec-
cleſiaſtica *Pellizzar. man. Reg. tom.*2. *tract.*8. *cap.*5.
*num.*294. ac Confratres conveniuntur coram
Judice Eccleſiaſtico, Matthæus *Brun. conſ.*133.
per tot. licet in Regno noſtro Portugalliæ Con-
fraternitates etiam Ordinarii auctoritate ere-
ctæ ſoleant haberi pro merè ſæcularibus, ea- 14
rumque Cauſæ pertractandæ ſint coram Judi-
cibus Laycis ex peculiari lege Regia *lib.*1. *Or-
dination. tit.*62. §.39. ibi *porem aos Juizes leigos
pertence o conhecimento dos tais feitos, e naom
aos Eccleſiaſticos*, ideſt ad Judices verò laycos
ſpectat cognitio talium cauſarum, non ad Ec-
cleſiaſticos, de qua lege *Fragoſo de regim. Rei-
publ. Chriſt. tom.*1. *part.*1. *lib.*7. *diſp.*20. *num.*13. 15
in fine verſic. ſed de Jure noſtro, ac in terminis
antiquiſſimæ, & præclariſſimæ Sodalitatis Re-
giæ vulgò dictæ Domus Miſericordiæ uſque de
anno 1398. in illis Partibus piè inſtitutæ *Cabe-
do deciſ. Luſitan.*51. *num.*5. *in fine part.*1. Hinc
fit, quòd juxtà communem, legatum relictum 16
Sodalitati, dicitur pium, quia non videtur reli-
ctum perſonis, ſed ipſis piis operibus, quibus
Sodales operam navant, non ut laycis, ſed ut
diſtriburoribus, & exequutoribus piorum ope-
rum. quæ in Sodalitate exercentur, *Amoſtazo
de cauſ. piis lib.*1. *cap.* 1. *num.*39. adeò ut inter-
poſitio Auctoritatis Apoſtolicæ, aut Ordinariæ, 17
uti ſolemnitas extrinſeca, lapſu temporis non
præſumitur, niſi probetur *Ricciull. lucubr. Eccleſ.
lib.*4. *cap.*4. *num.*2. Et in Urbe regulariter om- 18
nes Confraternitates ſunt approbatæ à Summis
Romanis Pontificibus *Rota deciſion.*89. *num.*8.

D 2 *par.*10.

par.10. recentior. aliter Confraternit. habebi-
tur pro Collegio illicito; Et nè terminos con-
19 fundere videamur, advertendum, nos non loqui
de Confraternitatibus merè laycalibus, quales
ſunt plures in Hiſpania, & Cathalonia *Cofra-
dias, ſeu Confradias* nuncupatæ, Officialium
Mechanicorum, puta Sutorum, Piſtorum, Na-
vicularioruṁ, Suariorum, Argentariorum,
20 Claſſicorum, Saccariorum, & ſimilium, de
quibus *Rebuff. in ſuo tractatunculo de Conf atriis,
ſeu Artificum Conventibus, & Collegiis, Fonta-
nella deciſ. Cathalon.* 108. *cum ſeqq. tom.* 1. ac de
Monte Pietatis *Borell. conſ.* 81. *per tot.* Undè lo-
quendo de Confraternitatibus in hoc ſenſu, pu-
to, omiſſa longa, intricabili diſputatione, in
21 rigore veriorem, probabilioremque eſſe ſen-
tentiam eorum, qui tenent, Juspatronatus
competens Confraternitati, eſſe Eccleſiaſticum,
ac uti tale ſubjacere reſervationibus Apoſtoli-
cis, immò Confraternitatem debet habere ſex
menſes ad præſentandum, non autem ſolos
quatuor menſes adinſtar patroni Layci, è contrà
22 non poſſe cumulare, ſeu variare, *Garz. de Benefic.
par.* 5. *cap.* 1. *nu.* 607. *Ricciull. lucub. Eccleſ. lib.* 4.
cap. 13. *num.* 9. *cum ſeq.* licet de æquitate ad ef-
fectum derogationis reſervationum favore Con-
fraternitatis cenſendum ſit Juspatronatus Lay-
cale, nè illud unquam cadat ſub Regula reſer-
vatoria menſium *Lotter. de rebenef. lib.* 2. *qu.* 10.
num. 45. *verſic. hos inquam. cum num. ſeq. Garz.
loc. mox. cit. num.* 608. *Leo de Capellan. qu.* 4. *n.* 9.
Cenedo qu. can. 22. *num.* 11. *verſ. contrariam cum
num. ſeqq. Corrad. in prax. benef. lib.* 4. *cap.* 2. *n.* 54.
Barboſa de Jure Eccleſ. lib. 2. *cap.* 11. *num.* 86.
Rota cor. Coccin. deciſ. 1445. *num.* 22. *cum ſeqq. &
num.* 38. ubi ità ſervat Cancellaria Apoſtolica,
Duran. deciſ. 130. *num.* 1. ubi *in fine* S. Rotam
Romanam ità ſemper tenuiſſe, & de obſervan-
23 tia Cancellariæ, vel ad ſummum reputatur mi-
xtum, ac uti tale magis participans in caſu fa-
vorabili de laycali, non cadit ſub reſervatione,
Rota dec. 574. *nu.* 9. *cum ſeqq. par.* 1. *diverſ.* Quan-
do autem Juspatronatus relinquitur Præſidenti,
Priori, ſeu Cuſtodi Confraternitatis, qui eſt
Laycus, tunc procul dubio, attenta perſona
24 præſentantis, & ſic Laycalitate, reputatur Jus-
patronatus Laycale ob nullam factam cum
Confraternitate participationem in præſen-
tando, *Leo loc. cit. num.* 19. ubi *in fine* exempli fi-
cat in caſu contrario, quo illud relinqueretur
25 Cappellanis Confraternitatis Laycalis, quod
tunc Juspatronatus eſſet Eccleſiaſticum ob na-
turam perſonæ, patroni nempè Eccleſiaſtici,
Corrad. mox cit. Rota cor. Duran. dec. 130. *num.* 2.
cum ſeqq.

Hinc eſt, quòd ſi Confraternitates ritè ere-
ctæ auctoritate ſuperioris Eccleſiaſtici, non eſ-
ſent Eccleſiaſticæ, ſanè per earum Cappellanos
26 peragi non valerent functiones Eccleſiaſticæ in
Oratoriis talium Confraternitatum, quæ in
Urbe, ac ubique locorum, in quibus illæ exi-
ſtunt, publicè, & palàm peragi ſolent, teſte
Paſqualig. de ſacrific. nov. leg. qu. 353. *num.* 1.
Pignatell. conſult. Can. tom. 8. *conſult.* 73. *nu.* 24.
& 57. *Card. de Luca de Paroch. diſc.* 31. *num.* 7.
verſ. atque circà, Rota coram Ubaldo dec. 85. *n.* 1.
cum ſeqq. dec. 552. *num.* 11. *cum ſeqq. par.* 5. *rec.*
Et decrevit S. Congregatio Concilii in *Romana
funerum* 10. *Januarii* 1682. *ad IV. Dubium.*

Neque Confraternitati ad effectum ſe libe-
randi ab onere Quindenniorum ſuffragabitur
peculiare indultum Pontificium (prout illud ha-
bet Archiconfraternitas S. Hjeronymi Charita- 27
tis de Urbe à Leone X. juxtà *Conſtitutionem in-
inter ejus impreſſas la* 37. §. 6. *Bullar. Rom. tom.* 1.
*& relatam penes Rodriguez. qu. can. & Regul.
tom.* 1. *qu.* 38. *artic.* 2. *in princ. Panimoll. dec.* 4. *ad-
not.* 2. *num.* 48. *Rot. cor. Gregor. XV. dec.* 520. *n.* 12.
*& habetur in compend. Privilegiorum dictæ Socie-
tatis* §. 6. *tit. bona*, acquirendi nempè bona feu-
dalia, & emphyteutica etiam Eccleſiaſtica, ea-
que ſimul retinendi, quia ſuadet æquitas, ùt
hujuſmodi Apoſtolicum Indultum retinendi
emphyteuſim, intelligatur conceſſum ſine præ
judicio Jurium Domini directi, eidem compe-
tentium circà ſolutionem quindenniorum, cùm
privilegium de ſui natura læſivum Juris com- 28
munis, immò iſtud Juri ipſi adverſativum, ſano
ſenſu interpretandum veniat, ità ut ſemper præ-
ſervare cenſeatur jus tertii, dum Princeps ma-
ximè Eccleſiaſticus in dubio etiam exiſtente
cauſa legitima, non cenſetur velle alterum pri-
vare jure ſuo, aut alteri damnum inferre, niſi
quatenùs verbis exprimat ſuam mentem, & po-
tiſſimùm ubi in caſu quindenniorum haben-
tium tractum ſucceſſivum, agitur de maximo,
ac perpetuo præjudicio *cap ſuper eo* 15. *de offic.
Delegat. cap. ex literis* 2. *de dol. & contum. cap. bo-
næ* 3. *de confirm. util. vel inutil. Gratian. diſc.* 421.
num. 38. *cum ſeqq. & num.* 51. *diſc.* 664. *num.* 9.
& diſc. 640. *num.* 14. *Ciriac. contr.* 310. *num.* 10.
cum ſeqq. & in quocumque privilegio ſem-
per ſub intelligitur Clauſula *ſalva juſtitia, Sa-
las de legib. diſp.* 17. *ſect.* 8. *num.* 47. Ultraquam.
quod cùm ſit privilegium tendens in alterius
præjudicium, venit ſtrictiſſimè interpretandum, 29
ad differentiam privilegii præjudicantis tan-
tùm concedenti, quod uti beneficium Princi-
pis, latè interpretandum *l. beneficium* 3. *ff. de Con-
ſtitution. Princip. Rota recentior. deciſ.* 130. *nu.* 3.
parte 18. *tom.* 2. in quorum confirmationem ac-
cedit, quòd ipſemet Pontifex Leo X. in prælau.
data ejus Bulla favore Societatis Charitatis de
Urbe, ad denotandum ſe velle intactum relin-
quere jus Domini directi, expreſsè in ſuo In-
dulto declaravit *dicto* §. 6. *quod ipſa Archicon-
fraternitas ad eadem onera* (ſunt verba Bullæ (*ad
quæ donator, ſeu teſtator hujuſmodi occaſione bo-
norum eorumdem tenebatur, omninò teneatur* Ità
ut ſicuti transferens in Confraternitatem em-
phyteuſim, per priùs illam poſſidens, ſi eam
alienaret, teneretur ad ſolutionem laudemio-
rum, ità Sodalitas in transferentis locum ſub-
rogata mediante translatione, æquum eſt, quòd
teneatur ad quindennia loco laudemiorum, quæ
ob alienationis difficultatem non eſt perſolutu-
ra, nè aliàs melioris conditionis evadat trans-
latarius, quàm transferens, quando uti ſub-
rogatus in omne jus, & repreſentans perſonam
ſubrogantis, ſentire debet incommoda, & one-
ra ſaltem per æquipollens, qualia ſunt quinden-
nia ſuccedentia loco laudemiorum per Loca
Pia rarò, vel nunquam ſolvibilium effectorum, 30
& ſubrogatum ejuſdem juris, ac conditionis
eſſe debet cum eo, in cujus locum ſubrogatio
fit, *Barboſa axiom.* 213. *num.* 1. *Rota in recentior.
deciſ.* 196. *num.* 15. *parte* 19. Aliàs nimis dura
fie-

fierèt Domini directi conditio, præcipuè cùm
laudemia, & in eorum locum quindennia ſol-
31 vi ſoleant in ſignum ſubjectionis, & recogni-
tionis dominii, prout eodem fermè pacto ſol-
vuntur Canones, quaſi in teſſeram, & aucto-
ramentum agnitionis, *Theſaur.qu.forenſ. lib.4.*
quæſt.52. num.9. Niger de laudem.tom.1.quæſt.5.
num.52. Knich.de inveſtit. paction. parte 2.cap.4.
num.244. cum ſeq. undè privandus non eſt Do-
32 minus tali jure, ut contingeret, ſi non recipe-
ret quindennia, *Rota recentior.dec.474.num.22.*
parte 9. Mensque ejuſdem Pontificis in præfato
Brevi Leonino *dicto §.6. circà fin.* ſatis de-
præhenditur, non fuiſſe præjudicandi directo
Domino prævia quindenniorum exemptione,
dum ibidem in caſu, quo Sodalitas acquireret
emphyteuſim temporalem tantùm, puta ad
certum numerum generationum, aut nomina-
tionum, ſtatuitur, quòd eandem perpetuò re-
tinere non valeat, ſed per viginti annos dum-
taxat pro qualibet generatione, ſeu nominatio-
ne, quibus annis terminatis emphyteuſis ad
Dominum devolvatur, & abſque ejus conſenſu
retineri non poſſit per Societatem.

Omittimus tamquam à noſtro inſtituto alie-
num, quòd nomen Confraternitas in ſe hodiè
pium derivat (quis crederet) à voce Greca
33 Phratria, quæ ſonat conſpirationem, ſeu conju-
rationem, ac in Melita adhùc antiquo vocabu-
lo Confratria loco Confraternitatis dicitur te-
ſtibus *Dominico, & Carplo Fratribus de Macris*
in Hierolexico verbo Confratri in fine, & verbo
34 *Phratria,* vel à phriar, & phratores, per ph aſpi-
ratum, quod ſignificat puteum à combibēdo, &
ſimul edendo, hinc Confratres Phratores etiam
dicti, & cum aſpiratione Phraternitas loco
35 Fraternitas, *Navarr.miſcellan.4. num.1.* Undè
in *can.conjurationum* 21. 11. *qu.*1. Clerici Phra-
trias, ideſt conjurationes, ſeu conſpirationes
componentes deponuntur, immò *gloſ. in dic.*
36 *can. conjurationum verbo Phratrias* exiſtimat,
hoc nomen à *Phares* denominari, quod eſt di-
37 viſio, indè *Phariſæi,* ſegregati, à voce Hebraica
Phaneſe, ſeu *Pharoſch,* ii enim ſegregati ab
38 aliis Iſraelitis vivebant, vitamque ſanctiorem
profitebantur, vel profiteri ſimulabant, ſeu à
Paras, ſeu meliùs à *Pharas* dicti voce Hebræa,
denotante fractionem, & ſeparationem, hinc
39 *Paris* pro fure ſumitur, quia deſtruit, & aufert,
ut latiſſimè, ac eruditè proſequuntur *Fratres de*
Macris in laudato Hieroloxico verbo Phariſæus,
Tirin. in Matth. cap.3. verſic.29. circa fin. Marc.
dec.Delphin.126. num.3. tom.2. Et in Gallia
Phratrias hujuſmodi vocant *Geldonias*, referen-
40 te *Franciſco Florente ad Canon.23. & ſeqq.verſic.*
notandum poſtremi in medio, ac in fine 11. *qu.*1.
Grecum autem nomen Phratrias valdè accedit
41 ad noſtrum Luſitanum *Confrarias*, Hiſpanum
Confradias, ſeu *Confratrias,* & ad Gallicum *Con-*
frairies, ut notat *Barboſa de Jure Eccleſ. lib.2.*
cap.11. num.66. in fine, ſed in Neapolitana Ci-
42 vitate ſolent vocari *Extauritæ*, & Confratres,
ut ait *Novar. de elect.for. tom.1. qu.56. num.1.*
cum ſeqq. Indè unus ex filiis Thamar Nurus Ju-
43 dæ vocatus fuit ab obſtetrice *Phares*, ideſt di-
viſor, quia prior rupit, & diviſit ſecundinas,
quaſi murum ſibi obſtantem, ut prior naſcere-
tur, quod habetur *Geneſ.38. 29.* ubi *à Lapide*,
indè legitur funeſta illa, & memoranda in-
ſcriptio comminata Balthazari Regi apud *Da-*
niel.5. 25. & ſeqq. Mane, Techel. ſeu meliùs *Te-*
Kel, Phares, & hæc interpretatio *Phares, divi-* 44
ſum eſt Regnum tuum. Sed fortè verior, ac ratio-
ni magis congrua videtur opinio *Amoſtaz. de*
cauſis piis lib.4.cap.12.num.1.in prin. ſentientis
Confraternitates dictas ab uſu antiquo Chri-
ſtianorum, qui inter ſe ad invicem fratres nun-
cupabantur, immò proprior, & propior Lati-
nitati dicta Confraternitas à Latinis vocibus
fratres, & fraternitas, quaſi ſocietas) prout 45
etiam Societas nuncupatur (& Sodalitas, prout
pariter talis dicitur, quaſi omnes Confratres
fiant unum corpus in Chriſto, *Barboſa de Jur.*
Eccleſ. lib.2. cap.11. num.66. indè Monachi fra-
tres vocantur, & ſocii dicuntur habere inter ſe
quaſi jus fraternitatis *l. verum 63. ff. pro ſoc.* ubi
haud ineleganter *Faber* in ratione decidendi aſ- 46
ſerit majorem reverentiam ſibi invicem ſocios
debere ob hanc fraternitatem voluntariam, &
conſortium ſpontaneum, quàm illos, quos na-
tura, non voluntas fratres fecit, quorum quàm
rara ſemper fuerit, ſit, eritque gratia, & concor-
dia maximè inter diversâ fortunâ dotatos, ipſis
rerum experimenris nimis certè compertum eſt,
ac utinam non tàm certè compertum eſſet, & 47
juxtà illud Ovidianum non Poæticum, *fratrum*
quoque gratia rara eſt, in tantum, ut miraculo
adſcribatur reperiri fratres mutuo amore ſe
proſequentes, ſed benè mutuo odio ſe perſe-
quentes, hodièque ceſſat præſumptio, fratrem à
fratre diligi, immò hodiè inter fratres omnia
diſſentiones, & contentiones domeſticæ ad in- 48
ſtar belli civilis, ac inteſtini, *Michalor. de fra-*
trib. par.3. cap.17. nu.1. ac ego quotidiè, Deus
bone, experior, dum natu major non fraternita-
tis unione contentus, paternitatis imperium
uſurpat, natu minorem verbis, & operibus af-
fligens, nè unquam caput extollat, ad nihilum
reducendo natu minorem, eùmque uti ſervum 49
pertractando, quando natura procreavit fra-
trem non cenſorem alterius fratris, ſed dimi-
dium, ac ſejunctum membrum, ut fratri ſubve-
niat, præſtòque ſit in omnibus, & animi, &
corporis infirmitatibus, ſublevet jacentem, ad-
juvet calamitoſum, & cuncta ex eo accipiat,
tanquàm ſi ex ſeipſo provenirent, ſubeſt enim 50
inter hos antipathia, & quædam naturalis æmu-
latio, ac geniorum diverſitas *Card. de Luca de cre-*
dit.diſc.161.ſub num.4. inter hos ſolitum odium,
& invidia circà imperium, non ſemper circà 51
alia, in quibus potiùs affectio videretur ſemper
præſumenda ex *Cornel.Tacito annal. 3. 4. & 13.*
Pilaja in addit. ad Iranc. de proteſtation. conſide- 52
rat.94. num.1. licet ut plurimùm fratres raró ſe
diligant *Knipſchit. de fideic. nobil. famil. cap.6.*
num.223. indè fraternæ lites exortæ, ut ſolent
uſque ad primam mortalium mortem, & uſque 53
ad gemellos in utero materno, ut inquit *Rota*
deciſ.329.in prin.verſ.fraternis litibus par.17.rec.
facilimum autem eſſet concordiam inter fra- 54
tres conſervare, ſi unuſquiſque eorum ſuum pro-
prium, & peculiare munus obiret, nec vellet 55
ſe in alterius fratris munus intromittere *Micha-*
lor. de fratrib. par.3. cap.1. num.22. & 24. & ha-
bemus in Hiſtoria de Joſeph à fratribus venun- 56
dato, à quibus occidi intendebatur *Geneſ.37.*

Sancta quidem deberet eſſe ſubjectio ſub fratri-
bus licet natu majoribus, attamen ſub æquali-
bus, quales reputari debent fratres, ſemper du-
riſſima eſt, *Capyc. Galeot. reſponſ. fiſcal. tom.1.
reſp.29. num.54.* Hinc dicitur pactum Confra-
ternitatis ſucceſſorium in Germania de uno al-
teri inter fratres ſuccedente, ſeu de mutua fa-
miliarum præcipuè illuſtrium ſucceſſione, quod
nos pactum futuræ ſucceſſionis vocitamus,
*Mynſinger. conſ.49. num.13. Hottoman. conſ.32.
n.37. Reuſner. conſ.3. per tot.lib.1.Zazius conſ.1.
per tot. lib.2. Vezembech. conſ.71.per tot. Guttich.
de Confraternit theſi.1. cum ſeqq. & per tot.tract.
Warem. ab Eremb. de fæder. lib.1. cap.2.num.35.
Beſold. de electìon. & ſucceſſion. Reg. lib. 1. diſ-
ſert.13. nu.3. Hermes faſcicul. Jur. cap.18.n.49.
cum ſeqq.* aliud inſuper, quod etiam vocant
pactum fraternitatis juratæ, ſeu ſocietatis, de
quo latiſſimè *Joſeph. Schettin. de pact. ſucceſſion.*
57 *par.1. ſect.1.§.2. quæſt.4. num.65. cum ſeqq.* ubi
in Hiſpania dicitur *Agermanamiento*.

Cœterùm redeundo ad Confraternitates, pro
58 notitia ſciendum eſt, primariam in Urbe adhùc
vigentem inſtitutam fuiſſe Sodalitatem Confa-
lonis à Vexillo Italicè *Confalone* dictam, à Cle-
mente IV. de anno 1067. ad Chriſticolas ca-
ptivos apud infideles redimendos, teſtibus
*Fratribus de Macris in citat. Hierolexico verbo
Confratria antè med.* poſteàque in Catholico Or-
be plures inſtitutæ Confraternitates generoſos
pietatis actus exercentes, inter quas emicat
59 Venerabilis Archiconfraternitas SS. Sacramen-
ti, & Quinque Plagarum Domini Noſtri Jeſu
Chriſti erecta in Inſigni Collegiata, Parochiali,
& Baſilica SS. Laurentii, & Damaſi de Urbe,
cujus modernus Protector digniſſimè exiſtit
Eminentiſſimus, & Reverendiſſimus D. Cardi-
nalis Petrus Otthobonus S. Romanæ Eccleſiæ
Vice-Cancellarius, nec non ſan. me. Alexandri
Papæ VIII. ex Fratre Nepos, viri ſapientiſſimi,
ejuſdem Eccleſiæ Collegiatæ Diaconus Titula-
ris, Baſilicæque, ſeu Patriarchalis Eccleſiæ Li-
berianæ vulgò S. Mariæ Majoris de Urbe Ar-
chipresbyter, prout Vice-Cancellarii S. R. E.
pto tempore ſemper Protectores extiterunt me-
moratæ Archiconfraternitatis, cujuſque ego
60 imparibus licet meritis pluries Cuſtos extiti
vulgò Guardianus, & Prior, ac ad præſens exiſto.

ARGUMENTUM.

Collegia, retinendo bona emphyteutica,
tenentur ad quindennia.

SUMMARIUM.

1 *Collegia ſunt perpetua mediante ſubrogatione Col-
legialium.*
2 *Collegia uti perpetua, incapacia ſunt Emphyteu-
ſis.*
3 *Collegium notari infamia non valet, nec puniri.*
4 *Collegia fictè veniunt appellatione perſonæ.*
5 *Collegiales, & Conſortiales ſunt ſynonima.*
6 *Litis conſortes dicti quaſi conſocii.*
7 *Habentes rem communem, dicuntur conſortes.*
8 *Collegium dictum à ſimul legendo, colligendove.*
9 *Collegium ex pluribus perſonis fit una perſona.*
10 *Collegia dicta ſodalitia, quaſi cœtus ſodalium.*
11 *Indè Collegæ, & Collegiati.*
12 *Romæ primum Collegium à Rege Numa Pompilio.*
13 *Varii Artifices ſecum habuerunt Collegium.*
14 *Colligationes ſonant in malam partem.*
15 *Collegia illicita hominum unitorum, & armato-
rum.*
16 *Collegium Judæorum, ut Univerſitas non eſt illi-
citum.*
17 *Collegium Judæorum eſt toleratum.*
18 *Olim fuit Collegium Augurum, & aliorum.*
19 *Collegia Judæorum dicuntur etiam Synodria.*
20 *In deſerto fuit inſtitutum à Deo Collegium Judæo-
rum.*
21 *S. R. E. Cardinales ſucceſſerunt in locum ſeptua-
ginta Seniorum Synedrii.*
22 *Collegia Hæreticorum non tolerantur.*
23 *Collegia Chriſtianorum olim erant damnata, ac
legatorum incapacia, poſteàque rehabilitata.*
24 *Cœtera Collegia Opificum, & Artificum ſunt adu-
nationis unius artis ſub uno capite.*
25 *Sac. Concilium Tridentinum mandavit erigi Col-
legia, ſeu Seminaria pro erudiendis Adoleſcen-
tibus.*
26 *Collegia dicta Trochotrophia, ſeu Ptochotropia.*
27 *Mentio inſignis Collegii Ghisleriorum Papiæ.*
28 *Ut Collegia ſint licita, requiritur auctoritas Prin-
cipis.*
29 *Collegium vulgò* Fraticelli *cur olim ſublatum
fuerit.*
30 *Noſtris temporibus graſſata fuit Romæ, ac in Ita-
lia ſimilis ſecta* Fraticellorum.
31 *Collegium præteritum, præſens, & futurum ſem-
per eſt idem, nec excommunicari valet.*
32 *Collegium cur excommunicari non valeat.*
33 *Impium eſſet inculpabilem excommunicare.*
34 *Eccleſia imitari debet judicium Dei.*
35 *Expenditur* Geneſ. 18. 23.
36 *Excommunicatio infertur verè animæ delinquenti,
non autem fictæ.*
37 *Sub nomine collectivo excommunicari poſſunt
Collegium, & Univerſitas.*
38 *Vel quando conſtat, totum Collegium deliquiſſe.*
39 *Collegium tanquàm nomen Juris carens animo, &
intellectu, dicitur incapax delinquendi.*
40 *Collegia ferè omnia inſtituta ſunt auctoritate Pon-
tificia, vel Ordinaria, ſicque tanquàm Eccle-
ſiaſtica non alienant, niſi cum ſolemnitatibus.*
41 *Mentio Magni Collegii Avenionen. S. Nicolai de
Annexiaco.*
42 *Mentio Collegii Ghisleriorum à S. Pio V. Papiæ
erecti.*
43 *Repetita mentio Magni Collegii Avenionen., de
quo ſuprà num.41.*
44 *Collegia merè profana poſſunt eorum bona alienare
abſque ſolemnitatibus, & hoc modo conciliatur
contraria opinio tenens, Collegia non indigere
ſolemnitatibus in bonorum alienatione.*
45 *Mentio inclyti Collegii Caſtellioneorum fundati à
Cardinali Branda Caſtellioneo in Civitate Pa-
pienſi.*
46 *Cur prohibitum fuerit apud priſcos Romanos legari
Collegio.*
47 *Una ex rationibus fuit, nè Teſtatores ex ambitio-
ne relinquendi, plus æquo hæredes gravarent.*
48 *Diſſoluto Collegio, ſubrogati, ſeu ſuccedanei diſ-
ſoluti Collegii tenentur ad debitum, quod idem
Collegium diſſolutum contraxerat.*

49. Colle-

49 *Collegia in dubio præſumuntur illicita, niſi à Superiore fuerint approbata.*
50 *Collegium Scholarium abſque alia approbatione de per ſe licitum eſt.*
51 *Mentio nobiliſſimi Collegii Germanorum in Civitate Bononien.*
52 *Mentio Collegii in Hiſpaniis vulgò nuncupati Paſſantium, ſeu Camerariorum in Placentina Civitate apud eoſdem Hiſpanos.*
53 *Collegia Scholarium exemit ab Ordinariorum Juriſdictione Tridentinum.*

CAPITULUM IV.

VIſo in *ſuperiori cap.* quòd Confraternitas acquirendo emphyteuſim, ſolvere teneatur Domino directo quindennia, modò deſcendimus ad idem firmandum in Collegiis,
1 quæ de ſui natura ſunt perpetua mediante ſubrogatione Collegialium, & potentiora, ſeu privilegiata, quaſi dormientia, & reſurgentia
2 *Valenzuela conſ.26.num.*40. *vol.*1. *& conſ.*160. *num.*13. *vol.*2. ideòque uti talia, incapacia acquiſitionis, ac retentionis emphyteuſis, ut de Collegio B. M. Conceptionis Cæſarauguſtano *Rota coram Ludoviſio deciſ.*529.*num.*9. Indè fit,
3 quòd Collegium tanquàm inculpabile, & per modum loquendi impeccabile, notari infamia non valet, nec modo aliquo corporaliter puniri, ſed ad ſummum pecuniariter tantùm, *Berojus conſ.*32. *num.*25. *vol.*1. *& conſ.*8. *num.*36. *cum ſeq. vol.*3. Omittimus Collegia fictè venire
4 appellatione perſonæ, fictèque repræſentare perſonam *Decian. conſ.*10.*num.*45. *vol.*1. Collegia, ac Conſortia, Collegiales, ac Conſortia-
5 les, ſeu Commenſales eſſe ſynonima, quaſi ejuſdem ſortis, ejuſdemque menſæ, *fratres de Macris Hierolexico verbo Conſortialis, Rota recen. deciſ.*27. *per tot. & deciſ.*361. *per tot. part.*15. *deciſ.*388. *per tot. part.* 16. *deciſ.*187. *per tot. & deciſ.*327.*per tot.par.*17.*dec.*252.*per tot. dec.*431. *per tot. deciſ.* 695. *& deciſ.*770. *part.*18. *tom.*2. *deciſ.*706. *par.*19. Hinc litis conſors, & conſor-
6 tes, quaſi conſocii, de quibus *Valeron de tranſaction. tit.*2. *qu.*7. *Rota coram Coccino dec.*1293. *num.*4. *deciſ.*11.*num.*2. *&* 4. *par.*4. *recen. tom.*1.
7 & habentes rem communem dicuntur etiam conſortes, de quibus extat noſtrum *Statutum Urbis lib.*1. *cap.*110.*Portoles de conſortibus, Palma conſ.* 46. *num.*15. *Molina de contract. tract.*2. *diſput.* 371. *per tot. Eminentiſs. Corradinus Sanctiſſimi Auditor, olim inter primarios Romanæ Curiæ Advocatos, de jure prælation. quæſt.* 34. *per tot. Seſe deciſ.*229.*per tot.Rota Bonon. dec.*67. *per tot. Rota Romana coram Merlino deciſ.* 388. *deciſ.*411. *& deciſ.*465. *Dunozet. jun. deciſ.*176. *nu.*1. *ac in recen.deciſ.*254. *num.*23. *par.*4.*tom.*3. *deciſ.*243. *num.*24. *&* 26. *& deciſ.*303. *num.* 3. *cum ſeqq. & deciſ.*378.*num.*12. *par.*5. *tom.*1.

Pro notitia autem dicendorum præmitten-
8 dum duximus, Collegium dictum fuiſſe à ſimul legendo, vel colligendo, aut colligando, quaſi plures in unum corpus collectos, indèque Collegas, Collegiatos, ſeu Corporatos, nempè Alumnos, ſeu Convictores, quaſi unà ſe colligant, vel ab eligendo, quaſi in idem munus, & corpus coelectos, ſeu collectos, *Brechæus in leg. Neratius Priſcus* 85. *num.*1. *ff. de verb. ſign. ubi Alciat. & Rebuff. in princ. Garzias in Rubr. C. de Collegiat. lib.* 11. *num.* 4. *cum ſeq. Galganet. de Jure publico lib.*4. *cap.* 1. *antè num.* 1. *Gonzalez in not. ad cap. ea noſcitur* 6.*num.*2. *de iis, quæ fiunt à Prælat. ſine conſenſu Capituli,* & quaſi ſocietatem hominum ità contractam *Zecch. de Republ. Eccl. cap.*26. *num.*1. ut ex pluribus perſonis veluti una perſona, & unum corpus fiat, *Raguz.* 9
*de voce in Capitulo quæſit.*1. *num.*5. *Sylveſter. in ſumma part.* 1. *verbo Collegium num.* 1. *Miranda man. Reg. tom.*1.*quæſt.*35. *art.*1. *in princ. Tholoſan. ſyntagm. Jur. lib.* 15. *cap.* 32. *num.*1. *cum ſeq. Lotter. de re benef. lib.*1. *quæſt.*14. *num.*2. *&* 8. *Rota coram Cardin. Seraphino deciſ.* 716. *num.*8. indeque dicta Collegia ſodalitia, ſeu ſodalitia, quaſi cœtus, ſeu coitiones ſodalium, *Cujacc.* 10
*lib.*7. *obſerv. cap.*30. *in princ.* Undè Collegæ, & 11
Collegiati *leg. Collegarum* 173. *ff. de verb. ſignif.* ſuntque adeò antiqua Collegia, ut Romæ primùm inventa fuerint à Rege Numa Pompilio, ut tradunt *Fenzon. ad Stat. Urb. lib.* 1. *cap.*72. 12
*num.*8. *Tholoſan. Synt. Jur. lib.*15. *cap.*32. *nu.*3. *cum ſeqq. Rebuff. loc. mox. cit. in fine, Ricciull. lucub. Eccl. lib.*4. *cap.*1. *num.*2. *Galganet. de jure publ. lib.*4. *tit.*28. *antè num.*1. *Roſin. antiquit. Rom. lib.*8. *tit. de Colleg. in princip.* §. *Fuerunt Collegia pag. mihi* 803., ità ut ſuum peculiare corpus haberent Tubicines, ſuum Artifices, 13
Architecti, Piſtores, Cerdones, Tinctores, Sutores, Coriarii, Fabri ærarii, Figuli, Lictores, Viatores, Navicularii, Cantorarii, Dendoplori, Vinarii, Lupinarii, Caligarii, & plures alii, *Garz. in Rubr. Codic. de Collegiat. lib.*11. *num.*3, *Briſſon. antiquit. lib.*1. *cap.*14. *circà fin. verſic. quo in genere, Ferrer. in nova addit. ad dec.*206. *Guidon. Pap.* & Collegia quoque dici poſſent 14
Colligationes, quæ tamen propriè ſonant in malam partem, nempè conjurationum, ſeu unionum, ac Congregationum hominum ar- 15
matorum, ſuntque Collegia illicita, de quibus extat *Rubrica ff. de Colleg. & corpor. illicit. Boſſius tract. var. crimin. tit. de Union. & Colligat. num.*2. *cum ſeqq. Menoch. de arbitr. Judic. lib.*2. *centur.*6. *caſ.*597. *num.* 1. *cum ſeqq.* Et licet Collegia hominum Reipublicæ odioſorum ſint de jure reproba, non tamen in ſuo ſenſu eſt illici- 16
tum Collegium Judæorum, ſeu Univerſitas, prout illa in Urbe extat ad *text. in l.*1. *Cod. de Judæis, & Cælicolis*, cùm hujuſmodi Collegium ſi non eſt omninò probatum, & approbatum, eſt ſaltem toleratum, & non reproba- 17
tum ex pia ratione, an fortaſsè converti poſſint, *Bruneman. in dict. l.*1. *nu.*2. *& in l. Collegium* 8. *num.*4. *C. de hæred. inſtit. Gerard. de Magiſtrat. Politic. num.*223. *cum ſeqq. Carpzou. Juriſprud. for. Romano-Saxonic. par.*3. *Conſt.*13. *definit.* 36. *num.*13. *cum ſeq.*

Olim inſuper inſtituta Collegia Augurum, Aruſpicum, Pontificum, Juriſconſultorum, 18
Medicorum, Grammaticorum, & Publicanorum, qui nempè publica vectigalia, aurifodinas, argentifodinas, & ſalinas conducebant, 19
immò etiam (quod plus eſt) permiſſa Judæorum Collegia enumerata inter alia exteræ Religionis, Synodria etiam in Jure dicta, qua voce Judæorum Doctores in ſuis libris utuntur, eruditiſsimus *Gonzalez in cap. ea noſcitur* 6. *in not. num.*2. *in prin. & med. de iis, quæ fiunt à Prælato*

ſine

ſine conſenſu Capituli, Tholoſan. Syntag. jur. lib. 15. *cap.* 32. *num.* 6. *Cujacc. obſerv. lib.* 7. *cap.* 30. *in princ. verſ. exteræ Religionis, & circà fin. verſ. ſed ut ad Judæorum Collegia*, licet poſteà Claudius Imperator illa diſſolverit, *Briſſon. antiquit. lib.* 1. *cap.* 14. *antè med. verſ. qua de cauſa*, *Paganin. Gaudentius de Juſtinianæi ſæculi moribus*
20 *par.* 1. *cap.* 41. *cum ſeq.* immò à Deo conſtitutum fuit in deſerto Collegium Judæorum Sanhedrim, ſivè Synedrium dictum, compoſitumque ex ſeptuaginta Senioribus, ut ex *cap.* 11. *Numer.* & notat *Lupus de uſur. comment.* 1. §. 4. *num.* 70.
21 in quorum locum ſucceſſerunt S. R. E. Cardinales, ut ajunt fratres *de Macris Hierolex. verbo*
22 *Synedrium in princ.* Non tamen tolerantur Collegia Hæreticorum, ut ex *Novella* 132. *de interdict. Colleg. Hæretic. Rota cor. Coccin. dec.* 1406.
23 *num.* 2. prout damnata erant Collegia Chriſtianorum, & legatorum incapacia, quæ habilitavit ſubindè primus Cæſarum Catholicus antè Conſtantinum Magnum, ut ex *l.* 1. *C. de Sacroſanct. Eccleſ.* colligit *Alciat. ad dict. l. num.* 1.
24 Cætera Collegia Opificum, ac Artificum ſunt adunationis unius artis ſub uno capite *Capon. diſcept. for. tom.* 4. *diſc.* 262. *n.* 4. *cum ſeq. Beſold. de Jure Collegii nu.* 1. *Joan. Grippondier œconom. legal. lib.* 1. *cap.* 23. *num.* 51. *Marquard. de Jure commerciali lib.* 3. *cap.* 1. *nu.* 25. *Naſſuer Fritſechi de Opific. cap.* 1. *per tot.*

Noſter verò ſermo magis tendit ad Collegia,
25 ſeu Seminaria pro erudiendis Adoleſcentibus fundata, & ad præſcripta per Sacroſanctam *Tridentinam Synodum ſeſſ.* 23. *de Reform. cap.* 18. de quibus *Timoth. de viſitat. Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 1. *per tot.* etiam dicta Prochotropnia, ſivè Ptochotrophia, ſeu Brephotrophia, quaſi hoſpitia puerorum, ex traditis per *fratres de Macris in eo-*
26 *rum Hjerolexico in dictis verbis*, *Coſta conſ. à ſe edito poſt tract. de fact. Scient. & ignorant. inſpect.* 98. *num.* 13. *fol. mihi* 304. *Berett. conſ.* 64.
27 *num.* 1. *in fine*, ubi de inſigni Collegio Ghiſleriorum Papien à S. Pio V. pro egenis ſtudentibus fundato.

Inſuper ut Collegia ſint licita, requiritur au-
28 ctoritas Principis *l.* 1. *ff. de Colleg. & corp. illicit.* Hinc eſt, quòd olim Collegium illud Sodalium
29 vulgò *Fraticelli* dictorum fuit ſublatum, quia iſti pretextu Religionis noctu ſedebant in atrio cum Virginibus, & Viduis, ubi peractis ſuo ritu Sacrificiis, extinctis luminibus, pietati ducebant commiſceri ſine delectu *Abb. in cap. fin. num.* 2. *Grananieto num.* 10. *poſt med. circà fin. verſ. deindè de Religioſ. domib. Tholoſan. syntag.*
30 *Jur. lib.* 39. *cap.* 1. *num.* 3. & 5. quod & noſtris temporibus non ſine animi dolore vidimus in Urbe, & in quamplurimis Italiæ partibus idem contigiſſe ægrè audivimus, Deus propter multitudinem miſerationum ſuarum avertat execrabile hujuſmodi flagitium ab Eccleſia ſua.

Quibus prælibatis, dicimus, quòd Collegia quæcumque in ſe habentia perpetuitatem, & uti talia, immortalia, ac nunquam defectura ex ſui natura, ſi retinere penès ſe prætenderint bona emphyteutica quomodocumque acquiſita, teneantur ſolvere quindennium Domino directo, quia etiam in ipſis conſideratur difficultas reverſionis bonorum emphyteuticorum ad Dominum ex capite lineæ finitæ, & pariter difficultas, vel quaſi deſperatus caſus ſolvendi Domino laudemia ex alienationibus emphyteuſis, quæ raro, ſeu nunquam ſunt contingibiles, & eadem Collegia ſemper manent, licet ſemper Collegiati mutentur, nec ſemper ſint iidem, indeque ſemper vivunt in ſemetipſis, nec unquam moriuntur, nec habent hæredem, in quibus ſemper præteritum, præſens, & futu- 31
rum eſt idem, *Card. Pariſ. conſ.* 34. *n.* 37. *vol.* 4. *Lapus alleg.* 88. *num.* 3. *in fine verſ. ſunt enim quædam, Gratian. diſc.* 721. *nu.* 7. *cum ſeqq.* Undè Collegium non definit eſſe immortale, licet ex alio capite videatur potiùs inanimatum, tanquàm quoddam corpus fictum, ac imaginarium ex multis adinvicem collectis, unam tamen perſonam repræſentans, & Collegii nomen importat, ideoque excommunicari non valet, cùm Collegium non ſit vera perſona, ſed ficta, repræſentata, nec habeat baptiſmum, & excommu- 32
nicatio ligat ſolum baptizatum *cap. omnis Chriſtianus* 11. *quæſt.* 3. cùmque excommunicatio ſit pœna animæ, & Collegium in ſe ipſo conſideratum analogum, animam non habet, alioquin nonnunquam contingeret, innoxios excommunicationis ſententia innodari, quod eſſet im- 33
pium, ferire tàm gravi pœna inculpabiles *cap. Romana* 5. §. *Univerſitatem fin. de ſentent. excommunic. in VI. Roman. conſ.* 436. *num.* 4. *Corrad. in praxi benef. lib.* 4. *cap.* 2. *num.* 41. *in fin. &* 42. *Rauden. de analog. cap.* 39. *num.* 14. *Muta in Capitul. Regn. Sicil. tom.* 1. *cap.* 45. *num.* 116. *Michalor. de fratrib. part.* 3. *cap.* 49. *num.* 25. *Menoch. de arbitrar. Judic. lib.* 2. *centur.* 6. *caſ.* 598. *nu.* 17. *cum ſeqq.* ac collectis zizaniis ſimul eradicaretur & triticum, immò Eccleſia, quæ Dei ju- 34
dicium imitari debet, condemnaret ſimul impium cum juſto contra querimonias Abraham 35
Domino porrectas: *Nunquid perdis juſtum cum impio? Non eſt hoc tuum, qui judicas omnem terram, ut occidas juſtum cum impio, fiatque juſtus ſicut impius Geneſ.* 18. 23. excommunicatio au- 36
tem profertur in perſonam, non in locum, eſtque pœna perſonalis, & maxima pœnarum, quæ infertur veræ animæ delinquenti, non autem repræſentanti animæ fictæ, quale eſt Collegium, licet excommunicari poſſit Collegium, quando in ſpecie contra ipſum profertur excommunicatio maximè à Pontifice, qui non facit ex vi directiva, per quam adſtringitur vivere ſecundùm leges, ſed de potentia extraordinaria, & de plenitudine poteſtatis, aut quando omnes ipſi de univerſitate eſſent capaces doli, & culpæ, veluti in Collegio Doctorum, in Capitulo Monachorum, in eorum Conventu, ac in ſimilibus, cùm tunc ſub nomine collectivo 37
poſſent excommunicari Collegium, ſeu Univerſitas, *Muta in Capitula Regni Siciliæ tom.* 1. *cap.* 45. *num.* 118. vel quando conſtat, totum 38
Collegium deliquiſſe, ut ex *cap. propoſuit* 8. *de Cleric. excommunic.* explicat *cap. Romana* 5. §. *In Univerſitatem finali, de ſentent. excommunication. in* 6. *Sanfelic. Deciſ. Neapol.* 357. *num.* 2. *cum ſeqq. tom.* 3. aliter Collegium dicitur incapax delinquendi, tanquàm nomen Juris, quod caret animo, & intellectu, ſed conſtat perſonis 39
repræſentatis per Rectores *Menoch. de arbitr. Judic. lib.* 2. *centur.* 6. *caſ.* 598. *num.* 11.

Immò ut plurimùm hujuſmodi Collegia non ſolùm

ſolùm de per ſe ſunt perpetua, & difficulter
alienant eorum bona, ſed ſi ſunt inſtituta (prout
plurimùm ſunt ferè omnia) auctoritate Ponti-
ficia, aut Ordinaria, ut ex hoc jam effecta Ec-
40 cleſiaſtica, ac participantia de omnibus Eccle-
ſiarum privilegiis, non alienant, niſi cum ſo-
lemnitatibus *Bertrand. conſ.* 281. *per tot. vol.*4.
41 ubi de Magno Collegio Avenionen. S. Nicolai
de Annexiaco, *Tholoſan. ſyntag. Jur. lib.* 25.
*cap.*8. *num.* 2. *poſt med. verſic. quæ omnia exten-
duntur, Amoſtazo de cauſ. piis lib.*4. *cap.*12.*n.*32.
*Mendo de Jure Academ. lib.*1. *quæſt.*41. *per tot.
Redoan. de reb. Eccleſ. non alien. fol. mihi* 175.
num. 14. *in fine, Antonin. var. reſol. lib.*1. *reſ.*5.
42 *num.*6. *& reſ.*6. *num.*2. ubi de Collegio Ghiſle-
riorum à S. Pio V. in Civitate Papiæ erecto,
43 *Tondut. can. quæſt. par.*1. *cap.*74. *num.* 1. ubi de
ſupradicto Collegio Magno Avenionen., *&
part.* 2. *reſol. civil. cap.*181. *num.* 3. Atque con-
44 traria opinio firmans, Collegia liberè ſine cau-
ſa, ac ſolemnitate poſſe bona alienare, procedit
in Collegiis merè profanis, & ſæcularibus, veluti
diſtinguit *Coſta in ſuo conſilio impreſſo poſt tract.*
45 *de fact. ſcient. & ignorant. inſpect.*98. *num.*3. *fol.
mihi* 308. ubi de Inclyto Collegio Caſtellioneo-
rum dicto à Cardinali Branda Caſtellioneo in
Regia Papien., ſeu Ticinen. Civitate funda-
tore.

Undè ob perpetuitatem Collegiorum indè
ſemper apud ſe retinentium bona, & raro, vel
difficulter illa in hominum commercium abdi-
cantium, puto olim (licet poſteà deletus fuerit
46 hujuſmodi rigor) ex hac ratione prohibitum
fuiſſe legari Collegiis illius temporis ad *l. cùm
Senatus* 21. *ff. de reb. dub.* etiamſi ex alia ratio-
ne id proceſſiſſe arbitretur *Menoch. de præſumpt.
lib.*4. *præſ.*111. *num.*3. nempè nè Teſtatores am-
47 bitione quadam relinquendi, plus æqno hære-
des gravarent. Hinc eſt, quòd diſſoluto aliquo
48 modo Collegio, quod contraxerat debitum,
ſubrogati, ſeu ſuccedanei Collegii diſſoluti ad
debitum tenentur, *Riminald. jun. conſil.* 679.
*num.*113. *lib.*6. *ubi num.*111. *cum ſeq.* idem fir-
mat in Civitate, & Univerſitate, *Ridolphin. in
prax. part.*3. *cap.*5. *num.*385.

Tandem pro coronid cùm ſermo noſter
magis reſpexerit ad Seminaria, dicimus inter
tot privilegia unum favore ſtudiorum emica-
49 re, illud nempè, quòd licet Collegia de jure in
dubio præſumantur illicita, & prohibita, niſi
à Superiore approbata fuerint ob metum fa-
ctionum, aliaque ſimilia reſultantia incommo-
da, *Gonzalez in cap. ea noſcitur* 6. *num.* 2. *lit.B.
in not. de iis, quæ fiunt à Prælato ſine conſenſu*
50 *Capituli*, attamen Collegium Scholarium abſ-
que alia approbatione, de per ſe eſt licitum, ut
51 in ſpecie nobiliſſimi Collegii Germanorum in
Bononien. Civitate *Soccin. jun. conſ.* 6. *per tot.
vol.*4. *Valenzuela Valazquez conſ.* 87. *num.*53.
cum ſeq. tom. 1. ubi de Collegio in Hiſpaniis
52 nuncupato Paſſantium, ſeu Camerariorum in
Placentina Civitate, adeò ut Collegia Studen-
53 tium ſint exempta ab Ordinariorum juriſdi-
ctione juxta *S. Concilium Tridentinum ſeſſ.* 14. *de
Reform. cap.*5. *verſ. Univerſitates autem.*

AAGUMENTUM.

Conſervatoria Puellarum, & Domus Oblatarum, acquirendo Emphyteuſim, tenentur ad Quindennia.

SUMMARIUM.

1 *Collegia pro Adoleſcentibus ſunt Conſervatoria Virorum.*
2 *Conſervatoria Puellarum ſunt quodammodò Collegia, ſeu Seminaria.*
3 *Mulieres olim liberalibus artibus inſtruebantur.*
4 *Accurſii filia, Bononiæ legit.*
5 *Olim Puellæ ad ludos literarios in forum ibant.*
6 *Expenditur locus Pſalmi* 67. 12.
7 *Rejicitur* Card. Bellarmin. *putans apud Hebræos uſurpari fœmininum pro maſculino.*
8 *Quod in Lingua Sancta videtur minùs ſanctum, & improprium.*
9 *Maſculinum in jure quandoque compræhendit fœmininum, ſed non è contra.*
10 *Dedecet marem ſub fœmina contineri.*
11 *In jure exemplo peſſimum eſt, fœminino vocabulo etiam maſculos contineri.*
12 *Olim vir mollis fœminino vocabulo vocabatur.*
13 *Apud Hebræos aliqua nomina quantumvis terminantia in fœminino, attamen habent ſignificationem maſculinam.*
14 *Idem contingit apud Latinos.*
15 *Card. Bellarminus ſibi contradicit.*
16 *In toto libro Eccleſiaſtis Salomonis tribuuntur verba maſculina.*
17 *Vox Eccleſiaſtes Hebraicè* Cohelet, *eſt maſculina, licet habeat terminationem fœmininam.*
18 *Opinio* Card. Bellarmini, *de qua ſuprà num.*7. *videtur ſalvari poſſe ex* Aggæo 1. 13.
19 *In Hebræo maleficus pro malefica.*
20 *Mulieres etiam liberalibus artibus inſtructæ, adhùc avaræ prædicantur.*
21 *Mulierum avaritia hodiè ob tempora penurioſa eſt prudentia.*
22 *De Joanna Papiſſa fabuloſum.*
23 *In Urbe in dies excrevit Chriſtiana pietas.*
24 *Urbs parvus Orbis.*
25 *Roma abundat Collegiis pro Adoleſcentibus, & Conſervatoriis pro Puellis.*
26 *Neapoli viget Conſervatorium pro recipiendis Meretricum filiabus.*
27 *Faciliùs vitia parentum, quàm virtutes transfunduntur.*
28 *Neapoli vigent Conſervatoria pro mulieribus* le Pentite *nuncupatis.*
29 *Mentio Conſervatorii intùs Monaſterium Monialium S. Catherinæ de Roſa vulgò* de' Funari *in Urbe.*
30 *Mentio Conſervatorii Puellarum S. Euphemiæ de Urbe.*
31 *Conſervatoria dicuntur, ubi Puellæ cuſtodiuntur.*
32 *Conſervatoriũ inſervit ad conſervandum honorem.*
33 *Conſervatorium venit appellatione Monaſterii in materia indifferenti.*
34 *Legatum factum Conſervatorio poſteà in Monaſterium erecto adhùc debetur.*
35 *Ad effectum lucrandi indulgentias in anno Jubilæi Conſervatorium non compræhenditur ſub nomine Monaſterii.*

36 Magis propriè dicendum Conſervatorium Puerarum, quàm Puellarum.
37 Nomen puera eſt Latinum, minùs tamen, politum.
38 Puella, & puellus denotant nomen diminutivum pueri, & pueræ.
39 Conſervatorium non ſolùm à conſervando, ſed à conſerviendo dictum.
40 Puellæ in Conſervatoriis ſocietatem, & unionem quandam ſervant.
41 Conſervatoria etiam dicuntur illæ protectiones, quarum vigore deputantur Judices in Conſervatores, ideſt defenſores.
42 Hinc literæ Conſervatoriæ, de quibus Tridentinum.
43 Conſervatorium apud Neapolitanos denotat manutentionem.
44 Conſervatoria hujuſmodi in Regno practicantur etiam quando laycus ſpoliatur à Clerico poſſeſſione.
45 Conſilium Neapolitanum dumtaxat concedit hujuſmodi Conſervatoria cum citatione partium.
46 Quid Tuitiva in Luſitania.
47 Declaratur Sac.Concil.Trident. ſeſſ.25. de Reg. cap.5.
48 In Conſervatoriis nulla emittuntur vota.
49 Nec illa ſubſunt Juriſdictioni Ordinarii.
50 Conſervatoria ſunt licita.
51 Conſervatoria certo modo ſubſunt Ordinario.
52 Neapoli ſolet Puella collocari in Conſervatorio, ut illius voluntas exploretur ad matrimonium.
53 Monaſteria ad talem effectum ſunt tutiſſima.
54 Conſervatoria etiam dantur pro nuptis aliquando.
55 In Urbe extat Domus dicta mal maritate.
56 Neapoli extat ſimile Conſervatorium.
57 Conſervatoria Puellarum, & Domus Oblatarum acquirendo emphyteuſim tenentur ad quindennia.
58 Conſervatorium participat de Monaſterio Monialium.
59 Eccleſia emphyteuta tenetur ad quindennium.
60 Conſervatorium cogere poteſt vicinum ad vendendum.
61 Conſervatorium gaudet beneficio reſtitutionis in integrum.
62 Gaudet etiam immunitate Eccleſiaſtica.
63 Univerſitas nunquam moritur.
64 In parificatis procedit eadem regula.
65 Conſervatorium uti corpus fictum non delinquit.
66 Oblatæ emittentes ſimplicia vota, judicandæ ad inſtar Eccleſiæ.
67 Idem dicendum de Oblatis B.M.V. ſeptem Dolorum de Vrbe.
68 Iſtæ exemplariter vivunt.
69 Earum Domus abuſivè dicta Monaſterium.
70 Oblatarum origo antiquiſſima ab Hebræis.
71 Ad quem effectum adducitur Exod. 38. 8.
72 Et adducitur Titin. ad dictum locum.
73 Excubare ſonat militare.
74 Militare apud Hebræos idem quod miniſtrare.
75 Levitæ, Angeli, Cœli, & Sydera vocantur milites.
76 Virginum conventus in Templo eſt ad inſtar militantium in caſtris.
77 Quod confirmatur ex Machab. 2. 3. 19.
78 Et ex Luc. 2. 37.
79 Apud Tabernaculum ſerviebant mulieres per vices.
80 Chaldaicè excubare ſumitur pro orare.
81 B. Virgo uſque ad deſponſationem fuit ex Oblatis.
82 Heli redarguit filios ob concubitum cum Oblatis.
83 Apud Hebræos votum perpetuæ virginitatis inuſitatum.
84 Sed ad tempus ſolebant Hebrææ illud profiteri.
85 Judith ſanctimoniam denotat.
86 Eadem fuit ex Oblatis illius temporis.
87 Salomon extruxit nonaginta Cellas pro Oblatis.
88 Oblatæ noſtri temporis non præſtant vota in manibus Superioris habentis poteſtatem eas Religioni devovendi.
89 Mentio Oblatarum Turris Speculorum de Vrbe.
90 Quarum Domus dicitur etiam Collegium Turris Novæ Speculorum.
91 Mentio Eccleſiæ S. Mariæ Novæ de Vrbe.
92 Tales Oblatæ, vocari poſſent Commiſſæ, ſeu Donatæ.
93 Viri Oblati dicuntur Semifratres.
94 Mentio Domus S. Rufinæ de Vrbe.
95 Oblatæ in Lombardia dicuntur Vrſolinæ.
96 Tales extant Venetiis, & Mediolani.
97 Mentio Oblatarum Societatis Jeſu Caſtillioni.
98 Et in Gallia.
99 Mentio Vrſolinarum de Vrbe.
100 Oblatæ non obligantur ad clauſuram.
101 In odioſis verba accipienda prout ſonant.
102 Oblatæ eligere poſſunt Superioriſſam perpetuam.
103 Recognoſcere non tenentur Viſitatorem Ordinarii.
104 Pia loca ab Ordinariis viſitanda ſunt.
105 Viſitatio concernit cultum tantùm divinum.
106 In favorabilibus Collegia Oblatarum habentur quandoque pro loco religioſo.
107 Ità ſervatur Romæ in Oblatis Turris Speculorum.
108 In bonis non dotalibus Oblatarum non ſuccedit earum Collegium, ſed venientes ab inteſtato.
109 Tales Oblatæ gaudent privilegiis Monialium.
110 Affertur hiſtoria Ephigeniæ Oblatæ.
111 In Monaſterio Sancti Bernardi Claræ Vallis plures Oblati.
112 In Gallia Miles impotens offertur Religioni.
113 Oblati recedendo, recuperant bona donata.
114 Liberè iſti matrimonium contrahere poſſunt.
115 Beneficia Oblatorum non vacant per oblationem.
116 Oblationes dicuntur dona, quæ fiunt Eccleſiæ.
117 Dicuntur alio modo offerumenta.
118 Oblationarius dictus Subu[illegible]ius.
119 Oblationes etiam dicuntur, quæ fiunt à Sacerdote.
120 Mentio Oblatorum Mediolani.
121 Mentio Diaconiſſarum Mediolani.
122 Sedes Apoſtolica omnia optimè diſcernit.
123 Similes Oblatæ in Gallia, Belgio, Germania, ac alibi.
124 Mentio Canoniſſarum Germaniæ.
125 Laycus poſſidens præbendam, non dicitur Beneficiatus.
126 Oblatarum modus vivendi eſt toleratus.
127 Mentio Beguinarum.
128 Beguinæ ſimiles mulieribus Tertiariis.
129 Non intelligendo de iis, quæ ſeparatæ vivunt.
130 Nec de aliis, quæ apud Hiſpanos vocantur Beatæ.
131 Earum modus vivendi dicitur Beateria.
132 Beatitudinis titulus ſoli Pontifici tribuendus.
133 Pontifex ſe intitulat ſervum ſervorum Dei.
134 Mentio ſuperbiæ Regis Perſarum.
135 Quandoque Rex dicitur ob potentiam Rex Regum.
136 Titulus Beati ſolis ab Eccleſia beatificatis tribuitur.
137 Beatæ vulgò dicuntur à vita beata, quam ducunt.

138 Vox

138 *Vox indiſcreta malè ſonat.*
139 *Mentio Beguinarum.*
140 *Introductio Oblatorum, & Oblatarum proceſſit ex antiquo more oblatorum Curiæ.*
141 *Tales Oblati Curiæ abierunt in diſſuetudinem.*
142 *Oblatarum Congregationes ſunt toleratæ à Pontificibus ob pium vivendi modum.*
143 *Modus vivendi Oblatarum Turris Speculorum de Urbe fuit approbatus ab Eugenio IV.*
144 *Monaſteria tàm virorum, quàm mulierum tenentur ad quindennia.*

CAPITULUM V.

NOn incongruè poſtquàm diſſeruimus de Collegiis pro Adoleſcentibus inſervienti-
1 bus, quæ ſunt etiam Conſervatoria virorum, ſequitur præſens diſſertatio de Conſervatoriis
2 mulierum, ſeu Puellarum, quę etiam ſunt quodāmodò Collegia, ſeu Seminaria, & olim mulie-
3 res (quis crederet) liberalibus artibus inſtrui ſolebant, quaſi ut natura, utriuſque ſexus æqualitatem ſervaret, veluti, ex ſingulari, ac unico textu in *l. qui filium* 4. *in princ. & in fin. ff. ubi pupill. educ. debeat*, *& in l. ſi paterno* 15. *C. de negoc. geſt. Tholoſan. de Republ. tom.* 1. *lib.* 7. *cap.* 11. *num.* 74. *cum ſeqq. & tom.* 2. *lib.* 15. *cap.* 2. *nu.* 1. *&*
4 3. undè *Alberic. in dic. l. qui filium* 4. *num.* 2. refert, ſe audiviſſe, quòd filia Accurſii Juriſcon-
5 ſulti, Bononiæ legerit; ideò Puellæ ad ludos literarios in forum ibant, *Aſinius in prax. judic. cap.* 2. *num.* 10. ad quod conſonat illud *Martialis Epigram. lib.* 9. *de* Ludimagiſtro puellis fortè ob verbera inviſo *inviſum pueris, Virginibuſque*
6 *caput*, & illud *Pſalm.* 67. 12. juxtà lectionem Hebraicam, *Dominus dabit verbum evangelizatricibus*, loco evangelizantibus in Hebræo *hammebaſſeroth*, ut advertit *Raynaud. de Sobria frequentatione mulierum per Sacros homines cap.* 13. *fol. mihi* 342. *circà fin. tom.* 12. *ſuorum operum in miſcellaniis ſacris*, quidquid ſentiat *Card. Bellar-*
7 *min. ad dictum Pſalm.* in Hebræo uſitatum eſſe ponere genus fęmininum pro maſculino, quod tamen in lingua ſancta videtur minùs ſanctum,
8 ac improprium, ignobilius namque denotaret
9 nobilius, quando potiùs maſculinum uti nobilius, quandoque in Jure etiam fæmininum com-
10 præhendit, ſed non è contra, quaſi quod deceat, marem ſub fæmina contineri; Immò in Jure exemplo peſſimum eſt, fæminino vocabulo
11 etiam maſculos contineri *l. ſi itàſcriptum* 45. *in*
12 *fine ff. de legat.* 2. *l. ſervis legatis* 81. *ff. de legat.* 3. olim enim veteres mollem virum fæminino vocabulo nominarunt, *Brunneman. in dic. l. ſi ità n.* 1. *in fine* Neque ſtringunt exempla ibidem per *Card. Bellarmin.* allata in laudato *Pſalm.* 67. nempè *Eccleſiaſtic. cap.* 1. *verſ.* 1. *&* 2. ubi juxtà textum Hebraicum legitur *verba concionatricis filii David, Regis Hieruſalem, vanitas vanitatum, dixit concionatrix*, ubi ponitur concionatrix pro, concionator, ad ſummum enim depræhendi
13 poteſt, quòd in lingua Hebraica ſint nomina nonnulla, quæ, licet habeant terminationem fæmininam, attamen non hinc deſinunt habere ſignificationem maſculinam, ut etiam apud La-
14 tinos nomina terminantia in A. ut Muſa, ſunt fæminina, & tamen Poeta eſt maſculinum, aliter *Card. Bellarmin.* in exemplo ſibi contradicit, deberet enim dicere *filiæ*, non *filii*, ad quod vi- 15
detur advertere *à Lapide* ibidem, ubi ex SS. Patribus probat vocem Hebræam *Coheleth* non eſſe nomen Eccleſiæ congregatricis, ſeu concionatricis, ſed ipſius Salomonis, eſſeque nomen in ſe maſculinum, maximè cùm in toto libro *Cohe-* 16
leth, ſeu Eccleſiaſticis tribuantur verba, & epitheta maſculina, excepto uno loco in *cap.* 7. *verſ.* 29. quem locum nonnulli ſuſpicantur corruptum, ſiquidem *Coheleth* eſt vox maſculina, nihilominùs habet puncta, formam, & terminationem fæmininam puta *Bononi*, ut ajunt 17
Hebræi, ſeu participii fæminini in *Cal* juxtà Hebraicæ linguæ peritos: Eſt benè verum, quòd opinio dicti *Card. Bellarmini* videtur poſſe ſalvari, immò ſuſtineri ex *Aggæo* 1. 13. *nuncius Domini de nunciis Domini*, dum in Hæbræo habetur 18
Hemalachot, ideſt *denunciatricibus*, quo ſignificat excellentiſſimos concionatores a Deo conſtituendos eſſe, cùm ſoleant fæminæ in dicendo eſſe diſertæ, gratioſæ, elegantes, patheticæ, efficaces, ideòque viris perſuadere quidquid volunt, ut obſervat *à Lapide loco mox allegato*, hinc dicitur *Exod.* 22. 18. *maleficos non patieris vivere*, in Hebræo enim legitur *mecapſcephoth*, 19
ideſt *maleficas*, forſitan quia ſexus fæmininus magis maleficiis, ſivè veneficiis eſt obnoxius, quàm virilis, veluti notat *à Lapide ad Exod. ibid.* Attamen non deſiit mulierum genus quantumvis liberalibus artibus inſtructarum avariſ- 20
ſimum prædicari *l. ſi ſtipulata* 33. §. *Si uxor* 1. *ff. de donat. int. vir. & ux. ibi contra ſexus naturam, l. ſed ſi ego* 4. §. *unico in fine ff. ad Senatuſconſ. Vellejan. ibi faciliùs ſe mulier obligat, quàm alicui donat, l. ſi à Sponſo* 16. *in fin. C. de donat. antè nunpt. ibi quod raro accidit*, benè verùm eſt, quòd earum avaritia hac noſtra ætate non vitium, 21
ſed prudentia eſt ob temporum calamitatem, & univerſi Orbis, ac præcipuè Urbis neceſſitatem, *Rota de privil. mulier. cap.* 1. *num.* 2. *in med. verſ. attamen*. Nec ſolùm Æthnicorum temporibus, ſed etiam Chriſtianorum, neſcio, an ad noſtram confuſionem, an ad mulierum honorem, & gloriam originem habuit fabula (tanta eſt fabulanorum, ſeu fabulinorum verſutia) de Joanna Papiſſa, *Guarner. de Eccleſ. milit. lib.* 2. 22
cap. 21. §. 3. *num.* 36. *D. Advocatus Dominicus Urſaya inſtit. criminal. lib.* 3. *tit.* 5. *num.* 209. *in fin. cum ſeqq. Franc. Marcus deciſ. Delphin.* 1033. *tom.* 2. ut claves tradiderit mulieri, forſitan deducta à Joanne VIII. molli, & enervi Pontifice deluſoriis Græcorum promiſſis emollito, & fracto, turpiterque cedente in tanti momenti cauſa dicta Photiana præ Nicolao, & Adriano fortiſſimis Pontificibus, qui Photio ſemiviro ſemper viriliter obſtiterant, vel forſitan deducta occaſione Joannæ, Joannis XII. amaſiæ, vel ob uxorem Petri de Corbaria nomine Joannæ ad Pontificatum aſſumpti, dum tuentes tunc partes Joannis XXII. illam denominarunt Papiſſam Joannam, ac impulerunt, ut maritum jam Pontificem repoſceret.

Adeò autem (ut redeamus ad rem noſtram) excrevit in dies Chriſtiana Pietas, & Religio præcipuè in Urbe, quæ parvus Orbis eſt, ad 23
Orbis exemplar, ut non minùs intenta virorum 24
literis, quàm fæminarum pudicitiæ, utrique ſe- 25
xui adinvenerit cuſtodiam, maſculino quidem

ad literatam, & morigeratam in Domino educandam, fovendam, ac muniendam juventutem,& fæminino ad honeſtatem conſervandam. Qua occaſione ſumma mihi videtur digna commendatione Neapolitana Civitas, quæ teſte *Rota de privileg. mulier. cap.3. Special.7.n.18.*
26 habet Conſervatorium Spiritus Sancti nuncupatum pro recipiendis Meretricum filiabus, nè maternam conditionem ſequantur, & inconti-
27 nentiam imitentur, quaſi quòd faciliùs vitia parentum, quàm virtutes in ſemine transfundantur, quæ ad earum receptionem tenentur fidem Complateariorum exhibere ſuper publico Genetricum meritricio, & ſic, ut honeſtatem, quam matres non ſervant, ipſæ ſervent, coguntur ferè propriam (materna enim eſt) turpitudinem detegere, & allegare, inque eadem Neapolitana Civitate non minori pietate emicant alia
28 Conſervatoria mulierum vulgò nuncupatarum *le pentite, & filiolæ S. Januarii, Rota dic. cap.3. ſpecial.8. num.3. cum ſeqq.* nec minor elucelcit virtus, & honeſtatis cultus in Urbe Domina Gentium, ubi ad inſtar Conſervatorii prædicti Puellarum Neapolis, in Monaſterio S.Catharinæ de, ſeu *della Roſa,* hodiè *de Funari* ſub regula S. Auguſtini nuncupato adeſt Conſervato-
29 rium pro miſerabilibus Puellis, quæ tàm ob earum inopiam, quàm ob genetricum, vel aliarum mulierum, penès quas degunt in periculo pudicitiæ amittendæ exiſtunt, vitæ impudicitiam, & exemplum ſcandaloſum ſimili vivendi modo, vel ſe proſtituendi periculo de facili magis expoſitæ ſunt, ut in dictum Conſervatorium etiam invitis genitricibus, reliquiſque mulieribus introducantur juxtà *Conſtitutionem S. Pii V. in ordine la 54. Bullar. Roman. tom.2. & Conſtitutionem Clementis VIII. in ordine la 33. eod. Bullar. tom.3.* inſuper Card. Cæſar Baronius æquè pius, & literatus inſtituit pium Conſer-
30 vatorium S.Euphemiæ de Urbe in Campo Carleo; ſivè veriùs in foro *Colonna Trajana* appellato, pro egenis Puellis vulgo *Diſperſis* dictis, ex quò per Urbem vagantes, & derelictæ recipiebantur, cum loco in Monaſterio S. Urbani ad Montes, ſeu in eodem Campo Carleo, Ordinis S. Claræ ad inſtar Cappuccinarum, in caſu, quo aliquæ ex receptis regulari habitu ſpretis mundi fallaciis, Altiſſimo famulari deliberent, de quo *Clemens VIII. conſtit.66. in Bullar. Roman. tom.3.*

Pro dicendorum igitur notitia præmittendum ducimus, Conſervatoria dici Loca pia,
31 ubi Puellæ in forma Collegii, ſeu Communitatis aſſervantur, & conſervantur, ſeu defenduntur à mundanis periculis, ut indè in Domino, aut in ſæculo nubant, *Capon. diſc.318. num.19.*
32 *cum ſeqq. tom.4.* interim conſervato earum honore *Novar. de elect. for. tom.1. quæſt.55. num.1. verſic. quam ſanè regulam, & num.5. verſ quod autem,* in eo à Monialibus diſtinctæ, quod nec Profeſſionem emittunt, nec clauſuram ſervant,
33 ſed ad libitum egrediuntur, licet in materia indifferenti Conſervatorium veniat appellatione Monaſterii *Navarr. conſ.16. nu.2. de Regular. Tamburin. de Jure Abbatiſs. diſp.7. quæſit.5. n.3. Barboſa de appell. verb. appell.155. num.2. Bordon. reſ. reg. tom.2. reſ.52. num.346. cum ſeqq.* in tantum, ut legatum factum Puellis cujuſdam
34 Conſervatorii poſteà in Monaſterium erecti, adhùc uti pium debetur, nec ideò caducatur, ſingulariter *Rota dec.152. per tot. par.18. rec. tom.1.* non compræhenditur tamen ſub nomine 35
Monaſterii ad effectum lucrandi indulgentias in anno Jubilæi, quas lucrantur ex peculiari indulto Moniales ob perpetuam clauſuram inviſere non valentes Eccleſias deſtinatas, ex diverſa ratione militante in Puellis Conſervatorii, quæ ab illo egredi valent, & viſitare Templa, *Boſſius de Jubilæo lect.4. caſ.22. §. 6. n.61. Paſqualig. eod. tract. quæſt.160. num.6.* Omitto, quòd magis propriè dicendum Conſervatorium Puerarum, quàm Puellarum, niſi com- 36
munis uſus loquendi urgeret in contrarium, (nec novum eſt, nec minùs Latinum, licet mi- 37
nùs politum videtur nomen pueræ, *Alciat. in l. illa verba 163. §. Pueri appellatione 1. nu.6. ff. de verb. ſignif.* quia immò puella ſicuti puellus denotat nomen diminutivum pueri, & pueræ non 38
ità congruum mulieribus majoribus In Conſervatoriis educari ſolitis. Et forſan Conſervatorium non ſolùm à conſervando, ſed à conſer- 39
viendo dictum, & dicendum conſervitium, vel à conſerva, quæ denotat ſocietatem, ac unionem, quaſi ſocii ſibi mutuò conſerviant, idem- 40
que faciant Puellæ in Conſervatoriis, ſocietatem quamdam, & unionem ſervantes, *Rota coram Burat. dec.79. num.1. cum ſeq.*

Omitto inſuper, quòd etiam dicuntur Conſervatoria illæ protectiones, quarum vigore 41
deputantur Judices in Conſervatores, quod idem ſonat, quàm defenſores *Mager. de Advocat. Armat. cap.2. num.164. Niger in addition. ad Capit. Regni 213. num.13. cum ſeqq. & ad Capit.264. in princ. cum ſeqq. Capit.* hinc literæ Conſervatoriæ, de quibus *S. Concilium Tridentinum* 42
ſeſs.14. de Reform. cap.5. Hinc apud Neapolita- 43
nos Conſervatorium denotat conſervationem, manutentionem, ſeu, ut minùs latinè ajunt, manutentiam in poſſeſſione Beneficii concedi ſolita à Judicibus Regiis Laycis ad conſervandum, & tuendum poſſeſſorem Beneficii, ſeu dependentium ab illo, & ſimilium, ut ſunt ipſius fructus, domus Beneficiales, Decimæ, electio, præſentatio, collatio, vel ſimilia *Foller. ſup. Conſtit. Regni tit. de Burgenſaticis num.23. cum ſeqq. num.32.* & 40. Inſuper hujuſmodi Conſervato- 44
ria in Regno practicantur etiam quando Laycus ſpoliatur à Clerico ſua poſſeſſione, vel Clericus à Layco, vel Clericus à Clerico, vel Laycus à Layco, tunc enim ſolet iſte ſpoliatus, ad S. Conſilium Neapolitanum recurrere, ut conſervet, manuteneat, foveat, & protegat illum in ſua poſſeſſione, agendo per viam extrajudicialis appellationis, & ſolùm S. Conſilium 45
vigore concordatorum cum ſummo Pontifice concedit hujuſmodi Conſervatoria prævia partium citatione per edictum, ut quicumque ſua putaverit intereſſe, compareat, non autem Officiales Baronum Regni, *Prato diſcept. forenſ. tom.3. cap.43. num.5. cum ſeqq. Borell. de Reg. Catholic. præſtant. cap.71. num.14. verſ.29. caſus, Rovit. ſup. Pragmat. 1. de Conſervatoriis num.1. & per tot. Thoro in compend. dec. Neapol. verbo Conſervatoria, Pellegrin. in prax. Vicar. part.3. ſect.1. num.41. cum ſeqq. Franch. dec.163. nu.19. ubi Amendola num. 13. cum ſeqq. Ricc. in princ. & de Luca Melphiten. num.6. in fine Grammatic. dec.78.*

dec.78. num.1. & per tot. Afflict. dec.85. per tot.
Petra in addit. num.2.& Danza num.9.cum ſeqq.
46 Vivius dec.30. num.5. par.1. quod nos in Luſi-
tania dicimus literas Tuitivæ Regiæ à tuendo,
quæ tamen ad inſtar ſimplicis manutentionis
cadens ſuper nudo poſſeſſorio, non canonizat
petitorium, Cardozo alleg.1.num.19. & 48. Pe-
reyra de manu Regia par.1. cap.21. num.15. cum
ſeqq. Valaſc.conſult. dec.79. num.2.7. & 14.cum
ſeqq. tom.1. Caldas quæſt.for. lib 1. qu.25. n.29.
Cabedo dec.Luſitan.76. num. 2. par.1. Themudo
dec.Ulyxbonen.162. per tot. par.2. & dec.71. n.1.
cum ſeqq.ead.par.2. ac de hoc extat Ordinatio Re-
gia Portugalliæ in fine lib.1.§.116.tit.3. & lib.2.
§.6.& 24.tit.1.& lib.3.tit.3. §.1. & 2. & tit.85.
§.1. & lib.5. tit.97. extravag. lib.3.fol.20. con-
cord. cap.25.

Neque Conſervatoria honeſtarum Puella-
rum, de quibus in præſenti agimus, videntur
illicita, ſeu reprobata, quaſi contraria menti
Conciliaris diſpoſitionis, dum ſeſſ.25. de Regu-
47 lar. & Monial. cap.5. mandans ſervari clauſu-
ram, & ubi illa violata fuerit, reſtitui, non ex-
tenditur ad mulieres in Conſervatoriis degen-
tes, ac ſæculari habitu conviventes, quia ex-
preſsè loquitur de Monialibus tantùm, non ta-
men de honeſtis Puellis in Conſervatoriis con-
48 viventibus, quæ nullum caſtitatis votum polli-
citæ ſunt, vel paupertatis, aut obedientiæ, li-
cet habitu aliquo honeſto induantur, & in
communi vivant, Cardinal.de Luca de Juriſdict.
diſc.45. num.10. in fin. nec ſubſunt juriſdictioni
49 Ordinarii Sanfelic.dec.219.num.10. negari enim
non poteſt, Conſervatoria ob ſcopum, ad quem
50 ſunt deſtinata, eſſe in ſe licita, uti Collegia
fœminarum ordinata ad collegialiter, laudabi-
liter, pièque vivendum, ſeque in piis operibus
exemplariter exercendum, Menoch. conſ.984.
num.36. Cyriac. contr.504. num.36. Gibalin. de
clauſura diſquiſ.1. cap.3. §.2. conſect.6. num.13.
in fine, Pignatell. conſult. can.tom.2. conſult.65.
num.12. adeòut certo modo Conſervatoria
51 ſunt ſubjecta Ordinariæ auctoritati, undè Sa-
cræ Congregationes Concilii, & Epiſcoporum,
& Regularium ſemper practicaverunt injungere
Ordinariis locorum, ut Conſervatoria, ſeu Adu-
nantias hujuſmodi mulierum viſitarent, corri-
gerent, reformarent, ac etiam, ubi ratio exige-
ret, ſupprimerent juxtà ſingulorum caſuum
circumſtantias, remittendo quandoque Puellas
ad Domos Parentum, vel conjunctorum, Ni-
col.lucub.par.2.lib.2.tit.39.ampl.11.fol.mihi 175.
Card. de Luca de Juriſdict. diſc.45. num.9.

Cœterùm Conſervatoria ſunt adeò honeſta,
ut Curia Archiepiſcopalis Neapolitana ſoleat
puellam, cum qua eſt tractatus de contrahen-
do matrimonio, & dubitatur de ejus conſenſu,
52 in Conſervatorio uti loco honeſto, & tuto col-
locare ad effectum explorandi ejus voluntatem,
Ricc. deciſ. Cur.Archiep. Neapol. par.3.dec.318.
in princ. & per tot. ad inſtar Monaſteriorum
53 Monialium, quarum loca cenſentur ad hunc
effectum tutiſſima, & honeſtiſſima tanquàm
compoſita verè honeſtis Matronis Rota coram
Pena deciſ.439. nu.1. in fine verſic.nam licet, &
num. 4. in fine, deciſ. 496. num.5. & deciſ.665.
num.4.

Non ſolùm autem dantur pro Virginibus
Conſervatoria, ſed etiam illa dantur pro nuptis 54
mulieribus, cum viris diſſentientibus, prout in
Urbe extat Domus mulierum vulgò mal mari-
tate nuncupatarum ad Viam Longara dictam, 55
& Panhormi pro ſimilibus erexit Conſervato- 56
rium Dona Maria Pimentel Conjux Comitis
de Olivares Siciliæ Proregis, referente Gamba-
curta de immunit. Eccleſ. lib.4. cap.4. num.14.

His igitur larga manu præmiſſis, devenimus
ad noſtram principalem concluſionem, & dici-
mus, Conſervatoria Puellarum, & Domus
Oblatarum acquirendo emphyteuſim, teneri ad
quindennia, uti manus mortuas nunquam de-
fecturas, ipſa æquiparata Univerſitati, Novar. 57
de electione fori tom.1. quæſt.55. num.2. Si enim
Conſervatorium quoad ejus favorem potitur
privilegiis piæ cauſæ, & Eccleſiæ, ità ut in hoc 58
participat de Monaſterio Monialium, Novar.
loco citato num. 3. cum ſeqq. æquum eſt, quòd
æquo pede cum Eccleſia ambulet etiam in
ſolvendo quindennio, ad quod Eccleſia te-
netur, ut latè firmavimus ſuprà in Cap. 2. 59
Undè videmus, quòd Conſervatorium quan-
tumvis ſæculare, attamen tanquàm locus 60
Pius pro ejus ampliatione cogere poteſt vici-
nos, ut cogit Eccleſia, ad vendendum vigore
famigeratæ, ac in praxi quòtidiè frequentatæ
l. ſi quis ſepulchrum 12. ff. de religioſ. & ſumpt.
fun. Novar. loco citato num. 3. ubi in fine cenſet 61
concedendum etiam eſſe Conſervatorio benefi-
cium reſtitutionis in integrum, & num.7. gau-
dere immunitate Eccleſiaſtica, præterquam- 62
quòd etiamſi nec eſſet locus Pius (quod dici
non poteſt) adhùc ad effectum ſufficit, quòd 63
aſſimiletur Univerſitati, quæ nunquàm mori-
tur, Novar. loco citato num. 2. etenim cùm mi-
litet eadem ratio in Conſervatorio, quæ mili-
tat in Eccleſia ad ſolvendum quindennium ex
capite amiſſæ, vel ſaltem magna in parte dimi-
nutæ ſpei laudemiorum ob inalienabilitatem rei
exiſtentis penès manum mortuam, idem ex
identitate rationis concludendum in Conſer-
vatorio, quod in Eccleſia, & in parificatis pro- 64
cedit eadem regula ad textum in cap. inter cor-
poralia 2. de tranſlat. Epiſcop.Barboſa axiom.61.
num.3. & axiom.174. num.4.

Neque hæſitari poteſt, quòd non ſolùm adeſt
præjudicium Domini directi in non recipiendo
laudemio, ſed etiam præjudicium ex capite
nunquàm ſequuturæ devolutionis ad favorem
Domini ex eo, quòd Conſervatorium uti cor-
pus fictum, ac imaginarium, eſt incapax deli- 65
cti, ob quod ſubjaceat confiſcationi, nec un-
quam moritur, uti in ſe perpetuum ob conti-
nuam, ac perennem ſubrogationem Puellarum
in locum aliarum demortuarum, vel nuptui
traditarum, vel Monaſterium ingreſſarum, vel
quolibet modo dimiſſarum.

Præterea longè magis Domus Oblatarum,
quæ ſunt quodammodò Conſervatoria rigidio-
ra, in quibus citrà clauſuræ leges tamen degunt
Puellæ Deo famulantes ſub certa Regula, emit-
tenteſque ſimplicia vota, tenentur ad ſolutio-
nem quindenniorum, uti habentes ſuam perpe-
tuitatem, & difficulter, immò difficiliùs alie-
nantes, & tanquàm locus Pius, in quo mulieres
à ſæculi infeſtis faſtibus ſegregatæ convivunt,
& commoriuntur, ideoque ad inſtar Eccleſiæ 66
judi-

judicandæ circà ſolutionem quindennii ex de-
ductis per *Novar. de elect. ſor. tom.* 1. *cap.* 55. *per*
67 *tot.* ac in ſpecie Oblatarum B.M.V. ſeptem Do-
lorum de Urbe ad radices S.Petri Montis Aurei
firmavit *Rot. in Romana Quindenniorum* 20. *Mar-
tii* 1684. *coram Albergato Decano*, & 6. *Junii*
1687. *tàm ſuper bono jure, quàm ſuper Dubio
Affrancationis*, & 13. *Maii* 1689. *coram Benin-
caſa int. ſuas impreſſ. la* 113. 114. & 181. inter
Capitulum, & Canonicos S.Mariæ Tranſtybe-
rim, & Domum, alias impropriè, ac abuſivè
Monaſterium dictam dictarum Virginum ſe-
ptem Dolorum, *regiſtrat. poſt Tract. inter deci-*
68 *ſiones S. Rotæ Romanæ in ordine la VIII. IX. X.*
& *XI.* quæ quidem Oblatæ exemplariter vivunt,
*R. P.D. Petra in Comment. ad Conſtitut. Apoſtolic.
tom.* 3. *in Conſtitut. XII. Urbani IV. ſect.* 2. *nu.* 43.
cum ſeqq. & *in Conſtitut. I. Clementis IV. ſect.* 1.
69 *num.* 49. *Rota in Romana Majoratus*, & *Primo-
genituræ de Cæſarinis* 23. *Junii* 1694. *coram
Reverendiſs. P.D. Molines Decano.*

Oblatarum autem originem vetuſtiſſimam
70 eſſe puto etiam in lege veteri apud Populum
Iſraeliticum quodam modo vigentem, quaſi
pius hujuſmodi, ac ferè religioſus ſtatus adum-
bratus fuerit pro noſtris Mulieribus Oblatis in
lege gratiæ, uti typus, ut ait *Pellizzar. de Mo-
nialib. cap.* 1. *quæſ.* 2. *num.* 2. olim nanque devo-
tæ Matronæ piæ mulieres quædam ſpecula ſua
perantea ad crines concinnandos ſibi inſervien-
tia, ſpreta tàm fragili, licet tunc ænea, poſteà
noſtris temporibus vitrea, quaſi anathemate,
vanitate, divino cultui conſecrabant, ac offe-
71 rebant, divini cultus ſtudioſiores in oſtio Ta-
bernaculi Templi commorantes, ut deducitur
ex *Exodo* 38. 8. *fecit, & labrum æneum cum baſi
ſua de ſpeculis mulierum, quæ excubabant in oſtio*
72 *Tabernaculi*, ad quod propoſitum, omiſſo, quod
labrum hic pro concha accipitur, excubiarum
more militum *Tirin. loc. cit.* aſſerit, hujuſmodi
mulieres hebraicè dici excubare, quod ſonat
73 militare, quæ certatim, ac turmatim ferè ad
modum cohortium militarium ex ſingulis tri-
bubus per vices ad Tabernaculum confluere
quotidiè ſolebant partim orandi, & jejunandi,
aliaque pia opera exercendi, partim legis au-
diendæ, & exequendi cauſa, vel etiam ut ma-
nuali opere, nendo, texendo, aut pingendo,
lavando, verrendo, juvarent Opifices, & Mi-
74 niſtros Tabernaculi, nàm *militare* Hebræis ſi-
gnificat omne genus famulatus, ſeu miniſterii,
hinc Levitæ, Angeli, Cœli, Sydera, omniſque
75 creatura vocantur milites, ſeu militia Dei, jux-
ta illud *Deutoronom.* 17. 3. *adorent &c. Solem, &*
76 *Lunam, & omnem militiam Cœli, quæ non præ-
cepi*, immò Virginum conventus in Templo eſt
77 ad inſtar militantium in caſtris juxta illud
Cantic. 7. 1. *quid videbis in Sunamite*, vel, ut
alibi, *Sulamite, niſi Choros caſtrorum?* ut expli-
cat *à Lapide in Exod.* 38. 8. *ſuper verſ. quæ excu-
babant*, & *in loc. citat. Cantic.* quæ confirman-
tur ex dictis *Machabæorum* 2. 3. 19. *Virgines,*
78 *quæ concluſæ erant, præcurrebant ad Oniam*, &
de Anna Prophetiſſa *Luc.* 2. 37. *non diſcedebat
de Templo, jejuniis, & obſecrationibus ſerviens
nocte, ac die*, non tamen perpetuò manebant
hæ mulieres apud Tabernaculum ſaltem non
79 eædem, ſed aliæ, atque aliæ per vices, Chal-
daicè verò *excubare* ſumitur pro orare, & Græ- 80
cè pro jejunare, veluti exponit *Tirinus loc. ſupr.
cit.* ubi refert, B. Virginem, quouſque Joſepho 81
deſponſaretur, inter antiquas Oblatas fuiſſe
enumeratam, *Tamburin. de Jure Abbatiſſ. di-
ſput.* 5. *quæſito* 1. *num.* 2. *Glaſſius in Philologia
Sacra tom.* 2. *lib.* 4. *tract.* 1. *num.* 667. *à Lapide in
Exod. loc. cit.* Ad quod coincidit animadverſio
Heli Sacerdotis in filios ob eorum ſacrilegium 82
ex concubitu cum hujuſmodi Deo ſacratis mu-
lieribus, ut 1. *Reg.* 2. 22. & *quomodò dormiebant
cum mulieribus, quæ obſervabant ad oſtium Ta-
bernaculi, quare facitis res hujuſcemodi res peſ-* 83
ſimas. Undè cùm apud Hebræos votum per-
petuæ virginitatis non eſſet in more, ſaltem
ſpontè, ac liberè Virgines Hebrææ hujuſmodi 84
inſtitutum ad tempus ſibi benè viſum profite-
bantur, teſte *Paſcuccio ad conſult. Canonic. Pi-
gnatelli tom.* 2. *tit. de Monialibus in fine*, & *ad
conſult.* 102. *tom.* 10. *in princ. verſ. D. Auguſtinus
fol. mihi* 118. Eodem modo Judith Vidua (quæ
in nomine ſanctimoniam denotat, ideſt *lau-* 85
dans, ſeu *confitens Deo*, ab Hebraica radice
Jadat, quæ ſignificat laudare, confiteri, gra-
tias agere, ut *Tirin. in Judit.* 8. 1.) comproba- 86
tur Oblata illius temporis cum Virginibus ex
verbis *Judith* 8. 5. *cum ſeqq. in ſuperioribus Do-
mus ſuæ fecit ſibi ſecretum Cubiculum* (ſeu, ut in
Græco legitur juxtà *Tirin.* precatorium taber-
naculum) *in quo cum puellis ſuis clauſa moraba-
tur, & habens ſuper lumbos ſuos cilicium, jeju-
nabat omnibus diebus vitæ ſuæ præter Sabbatha,
& Neomenias, & Feſta Domus Iſrael &c. erat
hæc in omnibus famoſiſſima, quoniam timebat Do-
minum valdè, nec erat, qui loqueretur de illa ver-
bum malum*, & *verſ.* 29. *ora pro nobis, quoniam
mulier ſancta es, & timens Deum*, & *cap.* 9. 1.
*ingreſſa ad Oratorium ſuum, & induens ſe cilicio,
poſuit cinerem ſuper caput ſuum, & proſternens
ſe Domino clamabat ad Dominum*, & *cap.* 12. 5.
*cum ſeqq. & induxerunt illam ſervi ejus in taber-
naculum, quod præceperat, & petiit, dum introi-
ret, ut daretur ei copia nocte, & antè lucem egre-
diendi foras ad orationem, & deprecandi Dominũ,
& præcepit cubiculariis ſuis, ut ſicut placeret illi,
exiret, & introiret ad orandum Deum ſuum per
triduum, & exibat noctibus in Vallem Bethuliæ,
& baptizabat ſe in fonte aquæ, & ut aſcendebat,
orabat Dominum Deum Iſrael &c. & introjens,
munda manebat in tabernaculo, uſque dum accipe-
ret eſcam ſuam in veſpere.* Hinc ex Joſepho He-
bræo refert *Tamburin. de Jure Abbatiſſ. diſput.* 7.
quæſit. 1. *num.* 2. *verſ. extrà Templi Salomonici,
circà fin.* Salomonem in Templi circuitu nona- 87
ginta Cellas extruxiſſe, in quibus Deo oblatæ
habitarent.

Et dicuntur Oblatæ, quaſi Altiſſimo ſe, ſua-
que offerentes, ſeu voluntatem, de earum per-
ſonis facientes ſimplicem, non ſolemnem obla-
tionem, & collegialiter viventes, votis tantùm
ſimplicibus devictæ, & Clauſuræ legibus mini-
mè adſtrictæ, nec præſtant vota in manibus Su- 88
perioris ad id poteſtatem habentis eas Religio-
ni devovendi, & incorporandi *Robert. rer. judic.
lib.* 4. *cap.* 2. *in med. verſ. donationis pag. mihi* 733.
quales ſunt in Urbe Oblatæ Turris Speculorum 89
vulgò *Tor de' Specbi*, ab Urbano IV. ità nun-
cupatæ, eligentes Superioriſſam perpetuam ſub
titulo

titulo Præſidentis habentes in ſuam fundatricem Patronam, ac Magiſtram S. Franciſcam Romanam ſub hoc pio inſtituto, poſtquàm Vidua remanſerat, cum Sociis conviventem, nec promittunt obedientiam monachalem, ſed earum modus vivendi eſt pius, ac eccleſiaſticus, non religioſus, ſub Regula tamen S.Benedicti, ac quidem valdè exemplariter ſe gerentium, & ex præclaro genere ſolas Puellas recipientium, *Menoch. conſ.948. num.17.* ubi vocat Congregationem Turris novæ ſimpliciter, *Navarr. conſil.6. & 7. lib.3. de Statu Monach. Ricciull.de Jure perſon. extrà grem.Eccl.lib.8.cap.2. num.7. Diana reſol.moral. par.8. tract.7.reſol.88. per tot. Sanctarell. de Apoſtaſia dub.1. n.5. Azor. inſtitut. moral. part.1. lib.13. cap.9. §.Sciendum, Bonaccina de clauſura quæſt.2. punct.11.§.1. n.3. Pignatell. conſult.can. tom.4. conſult.197.per tot. & tom.10.conſult.89.per tot. Paſcucc.in compend. ad eund. Pignatell. part.2. tit. de Monial. fol. mihi 76. col.2. in fine, & fol. 117. col.2. in princ. Zipæus reſol.can.lib.3. tit.de Regular. reſp.1.num.6. Tamburin. de Jure Abbatiſſ. diſput.7. quæſito 5. num.3. cum ſeq. Maranta controv. par.3. reſp.65. num.24. Cyriac. controv.504. num.6. & 52.* ubi
90 vocat Collegium Turris novæ Speculorum de Urbe *R.P.D.Petra in Commentar.ad Conſtitution. Apoſtolic. tom.3.in Conſtit.12. Urbani IV. ſect.2. num.43. cum ſeqq. & in Conſtitut.I.Clementis IV. ſect.1. num.49. Rota dec.15. num.20. par.11. rec. & deciſ.396. num.3. part.12. & in Romana reſtitutionis Dotis 16. Januarii 1696. & 22. Aprilis 1697. coram Eminentiſs. Scotto, olim digniſſimo Almæ Urbis Gubernatore.*

Cur verò antiquitùs vocatæ fuerint Oblatæ
91 Turris novæ Speculorum, & hodiè ſolùm Turris Speculorum, in gratiam curioſorum forſitan quia olim convivebant per prius in Eccleſia S.Mariæ Novæ de Urbe in Foro Boario vulgò *Campo Vaccino*, quæ ob corpus S. Franciſcæ Romanæ ibidem à Paulo V. magnificè collocatum ad Aram Majorem, poſteà aſſumpſit nomen ejuſdem Sanctæ, poſſentque vocari lato
92 vocabulo Commiſſæ, ſeu Donatæ, Semiſorores, & Semimoniales, prout etiam tales vocari poſ-
93 ſunt Oblati Viri, qui & Semifratres dicuntur *Calderin. conſil.31. aliàs ultimo de Regular. Maranta contr. 6. num.17. part.4. Paſſerin. de ſtatu homin. quæſt.187. artic. 4. ſub num.22. & ſeqq. Donat.rer.Regular.tom.2.tract.13. per tot. Reverter. ad de Marin.reſol.117. nu.1. cum ſeqq. vol.1. Sanchez in Decalog. tom.2. lib.6. cap.15. num.15. Lezzana quæſt. regul. tom. 2. cap 8. num.1. cum ſeqq.* Similiſque Inſtituti eſt Domus Virginum
94 S.Rufinæ de Urbe Tranſtyberim Congregationis S. Urſulæ, ſimiles ſunt Oblatæ in Lombar-
95 dia Urſolinæ nuncupatæ, *Menoch. conſ.948. per*
96 *tot. ubi num.18.* Venetiis eas quoque extare, & Mediolani ſub titulo S. Marcellinæ, *Gibalin. de Clauſura Sanctimonialium diſquiſit.1. cap.3. §. 2. conſectar.5. num.11. Donat. in praxi rer.Regular. tom.2. part.4. tract.13. quæſt.6. num.1. cum ſeq. Nicol. floſcul. verbo Monialis num.1. Ciriac. con-*
97 *trov.504. num.1. cum ſeqq.* ubi etiam de Collegio Virginum Oblatarum Societatis Jeſu Caſtillioni à Stiveriis inſtituto de anno 1608. à Nepotibus ex fratre B. Aloyſii Gonzagæ è Societate Jeſu, ſub ejuſdem Beati tutela conviventium, & in Gallia, de quibus *Tondut. reſol. can.* 98
part.1. cap.2. per tot. & cap.112. num. 15. cum ſeq. ac per tot. Sed in Urbe in via vulgò *Strada* 99
Vittoria propè Hypodromum vulgò *il Corſo*, hujuſmodi Urſolinæ verè ſunt Moniales ſub Regula S. Auguſtini, licet audierim, eas non ſubjici penitùs rigoroſæ clauſuræ, dum clauſa janua Eccleſiæ ad viam tendente, ipſam Eccleſiam ingrediuntur, ibidem ſacrum audientes, peccata expiantes, & Auguſtiſſimam Euchariſtiam ſumentes, immò in quadam Domo ejuſdem Monaſterii docent alias Puellas illuc confluentes, artificia.

Undè fit, quòd Oblatæ, tanquàm ad clauſuram non obligatæ, non ſubjacent diſpoſitio- 100
ni *cap.periculoſo unico de ſtatu Regular. in 6. Concilii Tridentini ſeſſ.25. de Regular. & Monial. cap.14.* nec Conſtitutionum S.Pii V. & Gregorii XIII. mandantium, ut Moniales cujuſcumque Ordinis perpetuam ſervent Clauſuram, veluti advertunt *Menoch. conſ.948. num.37. Gibalin. de Clauſura diſquiſ.1. cap.3. §.2. conſectar.5. num.11. Ricciull. de Jure perſon. extrà grem. Eccleſ. lib.8. cap.2. num.8.* ubi quòd ad ſummum poſſunt Oblatæ puniri juxtà earum ſtatuta,
quia in odioſis reſtringenda ſunt verba, & acci- 101
pienda, prout ſonant, *Gibalin. citato num.11.*
in fine, nec pariter compræhenduntur in Bulla 102
ejuſdem Gregorii XIII. prohibentis Monialibus electionem earum Præpoſitæ perpetuæ, ſed mandantis ſuperioratum hujuſmodi debere eſſe triennalem tantùm, *Cyriac. contr. 504. num.8.*
nec Viſitatorem ab Ordinario deputatum re- 103
cognoſcere tenentur *Menoch. ſæpè laudato conſ. 948. per tot. Cyriac. citata contr. 505. num. 11.* in nihilum refragante Sacroſancta *Tridentina*
Synodo ſeſſ.22. de Reform. cap.8. licet præcipiat, 104
ut quæcumque Pia loca ab Ordinariis locorum viſitentur, quia obſervantia optima legum in-
terpres demonſtravit, demandatam viſitatio- 105
nem dirigi ad ea dumtaxat, quæ ad divini cultus decorem, ac augumentum ſpectant, ut explicat *Menoch.conſ.948. nu.39.* Eſt benè verum,
quòd in materia favorabili Collegia Oblatarum 106
habentur quandoque pro loco religioſo, quando nempè agitur de ſuperlucranda dote in caſu mortis alicujus Oblatæ excluſis etiam ejus proximioribus venientibus ab inteſtato, *Cyriac.*
contr.504.num.31.ubi num.52. ità ſervari in Mu- 107
lieribus Turris novæ Speculorum Romæ, ubi tamen *num. 69. verſ. tamen Collegium cum plu-*
ribus nn. ſeqq. contrarium firmat in aliis bonis 108
non dotalibus, in quibus aſſerit, ſuccedere venientes ab inteſtato, non autem Collegium Oblatarum. Hinc fit, quòd mulieres facientes Oblationem plenam, & perpetuam, æquivaleant ſecundùm quid Monialibus ſolemniter profeſſis quoad aliqua privilegia, & ſic in favo-
rabilibus ipſis Monialibus, ut ad audiendum di- 109
vina Officia tempore interdicti, ut earum animalia gaudeant privilegio animalium Monaſterii, ut non teneantur ad quartam Canonicam pro ſepultura, *Gibalin.de Clauſur.Monial.diſquiſ. 1. cap.3. §.2. conſectar.5. num.11. circà fin.*

Ac forſitan vox Oblatarum proceſſit ab
Oblatis viris, ſeſe Monaſterio conſecrantibus 110
abſque animo profitendi, de quibus extat hiſtoria Ephigeniæ Monialis, ſive veriùs Oblatæ à S.Mat-

S.Matthæo Apoſtolo dicatæ, quæ noluit nube-
re Regi, licet Rex ſe Chriſtianum fieri cum toto
Regno ſuo promiſiſſet, *Borgaſius de irregular.*
part.6. tit. de voto num. 40. Sanchez in Decalog.
tom.2. lib.6. cap.15. num. 3. antè med. verſ. præ-
terà, & in *cap. qui bona 17. quæſt. 1. & in cap.*
conſulti 20. de Regular. Rebuff. in leg. fieri 235.
verbo Oblatus ff. de verb. ſign. fol. mihi 1029.
111 ubi refert, magnum Oblatorum numerum adeſ-
ſe in Monaſterio S. Bernardi Claræ Vallis, &
in praxi benef. part. 3. ad Regul. Cancellar. quòd
quis intelligat idioma gl.2. nu. 20. pag. mihi 384.
112 *col.2. in princ.* ubi teſtatur, in Gallia vigere con-
ſuetudinem, quòd Rex offert Religioni aliquem
militem veteranum, vel inopem, impotentem,
ut à Monaſterio alatur, quod fuerit ab ipſo
Rege offerente, vel ab ejus Prædeceſſoribus
extructum, *Tondut. reſol. Can. par.1. cap.113. per*
113 *tot.* itá ut Oblati recuperant bona donata rece-
dendo, ut de Oblatis Neapolitani Regni *Capon.*
diſc.287. per tot. tom.4. Donat. rer. Regular. qu.2.
in fine tract.13. & quæſt.12. Maranta contr.64. &
114 *65. per tot. part.3.* ac liberè matrimonium con-
trahere poſſunt, *Maranta contr. 6. num.26. cum*
115 *ſeqq par.4.* neque vacant Beneficia Oblatorum
Maranta contr.56. num.5. cum ſeqq. par.4.
Dicuntur quoque oblationes dona, quæ
116 fiunt, & offeruntur Eccleſiæ in honorem Dei,
vel alicujus Sancti, de quibus in *cap. omnis Chri-*
ſtianus 69. de conſecrat. diſtinc. 1. Amoſtazo de
cauſ. piis lib. 5. cap.12. per tot. Barboſa de Jure
Eccleſ. lib.3. cap.23. num.1. & de Parocho par.3.
cap.24. num. 1. cum ſeqq. Paſqualig. de Jubilæo
quæſt.137. num. 2. & quæſt. moral. canon. tom.3.
centur.3. quæſt.251. num.6. Rebuff. de decim. qu.1.
per tot. Miranda in manuali Regular. tom. ſeu
par.2. quæſt.49. artic.1. conc.3. in princ. Tambu-
rin. de Jure Abbat. tom. 1. diſput.15. quæſit. 18.
num.1. verſ. notandum quartò, Rota coram Coccin.
deciſ.1502. num.26. ac in recen. deciſ.480. num.1.
par.1. deciſ.391. num.11. par.4. tom.2. latèque de
hac materia agunt *Soccinus Senior, & Malve-*
tius de oblationibus, dicuntur alio modo offe-
117 rumenta, teſte *Scotto conſil. 24. per tot. tom.1.*
118 *lib.4.* hinc Oblationarius dictus Subdiaconus,
qui olim recipiebat oblationes in Miſſa, *Macri*
hierolexico verbo oblatio, & Oblationarius, di-
119 cuntur inſuper oblationes dona, quæ fiunt, vel
promittuntur à Sacerdotibus, ſeu Pontificibus,
ut ità vocabantur, & à Conſulibus, immo & à
privatis, vel etiam alia concipiebantur anni-
verſariè ob diem Imperii, quando nempè Impe-
rator ad Imperium aſſumebatur, pro Principis
ſalute *l. ſi calumnietur*, aliàs *ſi calvitur 233. §. poſt*
Kalendas 1. ff. de verbor. ſignif. ubi perbellè *Al-*
ciat. l. unica C. de oblatione votorum lib. 12. Fri-
ſchius in ſuis Kalendis, ſeu de votorum oblatione,
& Straucchius eod. tract. undè largitiones obla-
tionales, ſeu oblationes votivæ *Tholoſan. ſynt.*
Jur. part.1. lib. 3. cap. 6. num. 3. cum ſeqq. ubi
etiam accipi ait pro tributis, hinc oblatitium,
ſeu oblaticium aurum, quod Senatus Romanus
ſpontaneè privato amore, ac ſtudio promittere
ſolebat Imperatori pro tempore, ideoque dictæ
etiam oblationes Senatoriæ, veluti Principatus
initio, vel quinquennalibus, aut decennalibus,
vel tertio luſtro Imperii, vel poſt victoriam à
Principe partam, de quo in *l. omnes Senatores 5.*
l. dudum 9. & l. oblationem 13. C. Theodoſ. de Se-
nator. lib.6. ubi abundè, ac eruditè *Gotthofred.*
Sed occaſione Oblatorum, eorumque Con-
gregationis cum Præpoſito à S. Carolo Borro- 120
mæo inſtitutæ Mediolani, in cujus Urbis umbili-
co ſita eſt Eccleſia S. Sepulchri cum tali Congre-
gatione dictorum Oblatorum S. Ambroſii in
manibus Archiepiſcopi pro tempore ſe, ſuaque
offerentium, referente *Tamburin. de Jure Abbat.*
tom.2. diſput.24. quæſito 8. nu.5. Piazza in tract.
Italicè edito, valdè miror de uſu, ſeu magis abu-
ſu Mediolani in Metropolitana Eccleſia Am-
broſiana introducto neſcio quomodò, & quo-
modò, & cur tolerato, quòd quatuor mulieres
ſeniores in illis partibus communiter tàm à
Laycis, quàm Eccleſiaſticis Diaconiſſæ appel-
latæ, indutæ partim albo, partim nigro colore,
ad inſtar Monialium accedunt quotidiè ad ja-
nuam Chori, & ante offertorium offerunt, ac
porrigunt Hoſtiam, & vinum Miniſtris pro
Miſſa Conventuali decantanda, quem tamen
morem nec laudo, nec vitupero, ſed miror 122
cum turbis, non intendens os ponere in iis,
quæ à Sancta Sede tolerantur, quando iſta
tanquàm magiſtra ſcit optimè omnia diſcer-
nere.
Similes propemodùm Oblatis ſunt Canonicæ,
ſeu Canoniſſæ conviventes ſub Regula S. Au- 123
guſtini, aut S. Benedicti, quouſque velint Gy-
necæo, ſeu Partenæo præeſſe, prout in Gallia,
Belgio, Germania, Lotharingia, alibique in
forma Collegii, & Communitatis irregulariter,
in que proprias Domos omni tempore ad libi-
rum reverti, ac conjugium contrahere volentes,
nulla ad hoc prævia Apoſtolica diſpenſatione,
ideòque vulgò dictæ Cononicæ Sæculares, de
quibus habetur mentio in *cap. fin.12. quæſt.5.*
cap. pernicioſam 18. qu.2. cap. dilecta 12. de majo-
rit. & obedient. cap. indemnitatibus 43. §. ſupra-
dicta 10. de elect. in 6. & Clem. attendentes 2. & fin.
de Statu Monach. ubi Barboſa num.5. Gonzalez
in d. cap. dilecta 12. in not. lit D. Germon. de Sacr.
immunit. cap.8. num.20. Tamburin. de Jure Ab-
batiſs. diſp.7. quæſit.4. num.1. cum ſeq. Zipæus con-
ſult. canonic. lib.3. de Regular. conſult.17. pag.
mihi 308. Tondut. reſ. can. & benef. part.2. cap.3.
§.9. nu.48. & 55. Azor. inſtit. moral. par.1. lib.13.
cap.9. §. ſciendum eſt in Germania, Gibalin. de
clauſura Sanctimonial. diſquiſ.1. cap.3. §.2. con-
ſectar.4. num.9. Lotter. de re benef. lib.1. qu.19.
num.15. in fine, Rota coram Buratto dec.821. n.3.
cum ſeq. Adden. ad eund. dec.840. nu.5. cum ſeq.
Dicuntur autem Canonicæ, ſeu Canoniſſæ,
quia ad inſtar Canonicorum præbendas Ec- 124
cleſiarum Cathedralium ſine aliqua tamen di-
ſpenſatione retinent pro earum ſubſtentatione,
propriaque auctoritate uti res temporales, mi-
nimèque Beneficia Eccleſiaſtica aliquid ſpiri-
tualitatis habentia, *Barboſa de Canon. & Dignit.*
cap.12. num.19. Tondut. Canon. reſol. par.2. cap.3.
§.9. num.47. Adden. ad Burat. deciſ.827. num.9.
Laycus enim, aut fæmina poſſidens præben- 125
dam, non dicitur propriè Beneficiatus, ſed ha-
bens inveſtituram temporalem abſque ulla pror-
sùs qualitate Beneficiali, *Rota dec.265. num.1.*
part.2. diverſ.
Omitto hujuſmodi Oblatarum modum vi-
vendi à Sede Apoſtolica non eſſe quidem ap-
proba-

126 probatum , ſed nec improbatum , immò tole-
ratum, *Tamburin. de Jure Abbatiſs. diſput.*7.
*quæſit.*4. *num.*5. *Barboſa in Clem. attendentes* 2.
127 *num.*5. *de Stat.Monach.* prout eodem fermè pa-
cto Beguinæ illæ dictæ à S. Bega Pipini I. Bra-
bantiæ Ducis filia, & S. Geltrudis ſorore, ſivè
à Lamberto Begho pio Leodien. Sacerdote uſ-
que de anno 1170. florente, ſivè aliundè nomi-
natæ piis moribus, & inſtitutis inſtructæ, de
quibus Joannes XXII. in *extravag. ratio recta*
int.commun.de relig.domib. ubi Barboſa, Gibalin.
*de clauſura Sanctimonial. diſquiſit.*1. *cap.*3. §.2.
*conſectar.*6. *num.*14. & puto hujuſmodi Begui-
128 nas eſſe ſimiles mulieribus Tertiariis, Mantella-
tis, ſeu Bizzochis appellatis collegialiter tamen
viventibus, de quibus *Gratian.diſcept.*413.*n.*32.
129 *cum ſeqq. & diſc.*449. *num.*8. *cum ſeqq.* non in-
telligendo de iis, quæ ſeparatæ vivunt, ut ait
*Antolin. de privileg. Art. Piſtor. num.*96. *cum*
130 *ſeqq.* nec de aliis, quas Hiſpani appellant *Beatas,*
earumque modum vivendi *Beateriam*, *Beati-*
131 *tudinem*, *ſeu Beatam vitam,*ut referunt *Navarr.*
conſ. 6. *num.*18. *lib.*3. *de Stat. Monach. Caſtillo*
*controv. lib.*5. *contr.*81. *in princ. & per tot. Garz.*
*de nobilit. gloſ.*48. §.4. *num.*10. *Gregor. Lopez in*
*l.*1. *gloſ.*1. *tit.*7. *part.*4. *Bobadilla Politic. lib* 2.
*cap.*18. *num.*200. *Cevall.commun.contr.commun-*
*par.*4. *quæſt.*897. *num.*586. *Parlador. rer.quotid.*
*par.*2. *differ.* 9. §.2. *num.*5. *Larrea dec.Granat.*10.
132 *num.*6. *in med. part.*1. perperam tamen, & for-
ſitan ex vocabulo à vulgo introducto, quando
illud nomen, & titulus Beatitudinis ſoli Roma-
no Pontifici adhùc viventi reverentiæ ergò tri-
bui ſolet, ſicuti, & alius titulus Sanctitatis, ſeu
Sanctiſſimi, & Beatiſſimi, prout hac denomi-
natione olim Epiſcopi condecorabantur, & Im-
peratores, Divi, ac Diviniſſimi, de quo *Corrad.*
*in prax.diſpenſ.Apoſtol. lib.*2. *cap.*2. *num.*1.*&* 9.
*Panciroll. var. lection. lib.*1. *cap.*1. *in prin. File-*
*ſac. de ſacra Epiſcop. auctorit. cap.*9. §.4. *ante*
verſic. inſigne illud pag. mihi 98. *Raynaud. in Co-*
rona Aurea Romani Pontificis in digeſtione Al-
phabet.litera B. verbo Beatitudo fol.mihi 35.*inter*
*opera tom.*10. *& verbo Sanctitas fol. mihi* 115.
133 Licet Pontifex præ humilitate ſe intitulet ſer-
vum ſervorum Dei contra ſtultitiam Regis Per-
134 ſarum ſe inſcribentis Regem Regum, partici-
pem Syderum, fratremque Solis, & Lunæ, *Cor-*
*rad. in prax.diſp.Apoſt.lib.*2. *cap.*4. *num.*12.*cum*
ſeq. Gonzal. in not. ad cap. ſolitæ benignitatis 6.
*num.*13. *de majoritate, & obedientia*, eſt benè
135 verum, quòd quandoque ad donotandam præ-
potentiam vano hujuſmodi titulo ſolet conde-
corari Rex, prout Daniel ſomniantem Nabu-
chodonozor vocitavit forſitan per ironiam,
vel ex majori ſubmiſſione *Tu Rex Regum es, Da-*
*niel.*2. 37. immò(quod magis mirandum)quan-
136 do prædictus titulus Beati ſolis Servis Dei à
S. Sede ob eorum heroicas virtutes beatificatis
tribuitur, ut notiſſimum eſt, nihilominùs ad
excuſandum vulgus puto, hanc vocem intro-
137 duxiſſe ad ſignificandum, quòd hujuſmodi mu-
lieres quodammodò vitam beatam à beando
ducant ob fœlicitatem, qua fruuntur ſegregatæ
à mundi periculis, ſicuti D. Auguſtinus ad de-
notandam indiviſibilitatem Sanctiſſimæ Tria-
dis, illam vocat indiſcretam, quantumvis hæc
138 vox malè ſonet. Advertendum denique eſt, me
non loqui de aliis mulieribus Beguinis, quæ
unà cum viris etiam Beguinis, ſeu Begardis ob
hæreſeos varias ſpecies diſſeminatas in Germa- 139
nia tanquàm conformes Sectariis Maſſilianis
Euchitis, & Enthuſiaſtis dictis, abolitæ ab Ec-
cleſia Dei fuerunt, *Cabaſſut. notit.Concil.cap.*90.
*verſic.præteredà pululabant fol.mih.*625.*ex Clem.I.*
de Religioſ.domib. ubi Barboſa,Tamburin.de Jure
*Abbatiſs. diſput.*7. *quæſit.*9. *num.*1. *& per tot.*

Forſitan noſtrorum Oblatorum,& Oblatarum
introductio proceſſit ex antiquo more oblato- 140
rum curiæ, quando nempè liberi naturales, ex-
trà conjugium nempè ſuſcepti ex ſoluto, & ſo-
luta; non tamen adulterini, aut inceſtuoſi, of-
ferebantur Ordini Decurionum, ut legitimi
efficerentur, vel quia per oblationem Curiæ
evadebant Curiales, ac obnoxii publicis oneri-
bus, à quibus forſitan ſe excuſabant legitimi,
ideòque in præmium laborum, ad eoſque alli-
ciendum legitimabantur, vel quia devoverentur
Principis Familiæ, ejuſque ſervitio addiceren-
tur, undè digni videbebantur etiam privati ho-
minis, nempè Parentis familia, de quibus in
§. *Aliquandò autem* 13. *Inſtitut. de nuptiis* §. *qui-*
bus 3. *Inſtit. de hæredit. quæ ab inteſt. defer. l. Si-*
quis 3. *l.quoniam* 4. *l. Divi S.l.jubemus* 6. *l.com-*
*munium.*9.*l.cùm quis* 10.*l.nuper* 11.*C.de natural.*
liber. Novella 74. *quib.mod. natural.effic. legi-*
tim.§. *Siquis cum ſeq. Balthaſar Thomaſius tract.*
*var.tract.*1. *tit.*9. *cap.*3. *num.*193. *cum ſeqq.* qui
tamen modus legitimandi jam abiit in deſuetu- 141
dinem, ejuſque loco ſucceſſit legitimatio, quæ
fit Principis reſcripto *Auth.prætereà C. de natu-*
*ral. liber. Thomaſius loco mox allegato num.*20.

Nec omittendum eſt, Oblatarum Congrega-
tiones eſſe quidem à Romanis Pontificibus to- 142
leratas ob laudabilem, pium, ac in ſe licitum
vivendi modum, ſed ob clauſuræ defectum non-
dum approbatas, nec unquam forſitan appro-
bandas ſaltem pro regula Religionis, *Navarr.*
*conſ.*6. *num.*11. *in fine, de ſtatu Monach.lib.*3. Eſt
tamen verum, quòd earum Oblatarum Turris 143
Speculorum de Urbe vivendi modus fuit appro-
batus ab Eugenio IV. prævio aſſenſu deſuper
præſtito per tunc Abbatem S. Mariæ Novæ de
Urbe Congregationis Olivetanæ Ordinis S. Be-
nedicti, *Navarr. conſ.*6. *num.*17. *de Statu Mo-*
*nach. lib.*3. *Rota recent. dec.*15. *num.*20. *par.*11.
*repetit.poſt Dian.moral.reſol.par.*10. *dec.*13.§.*Nec*
etiam in fine, & parte 12. *dec.*1. ac latè habetur
in liberculo Italico intitulato *Vita di S.Franceſca*
Romana edito de anno Jubilæi 1675.*lib.*4.*cap.*18.

Redeundo tandem undè digreſſi ſumus, o-
mittimus, nè in longius protrahamur,quòd pari 144
paſſu teneantur ad quindennia Monaſteria tàm
Regularium, quàm Monialium ob eandem per-
petuitatem, quam in ſe habent, immò & diffi-
cultatem alienandi bona, in quo immorandum
non eſſe cenſui ob identitatem, immò majori-
tatem rationis.

ARGUMENTUM.

Hoſpitalia, retinendo Emphyteuſim, tenentur ad ſolutionem Quindenniorum.

SUMMARIUM.

1 Hoſpitalia ſunt Loca Pia, valdèque pia.
2 Connumerantur inter res divinas.
3 Romana Urbs parvus Orbis eſt.
4 Roma, & Neapolis abundant Hoſpitalibus.
5 Hoſpitalia ab hoſpitando, & hoſpitalitate.
6 Ubi peregrini mercede hoſpitantur, dicitur hoſpitium.
7 Antiquitùs hoſpitia inſerviebant pro pauperibus.
8 Quid hoſpitales dextræ.
9 Homines hoſpitales.
10 Rejicitur Gonzalez in cap. 1. num. 4. in not. de emption.
11 Indè etiam dicta Hoſpitalia.
12 Triclinia apud veteres quid.
13 Hoſpitium pro amicitia uſitatur.
14 Munus hoſpitum à Magiſtratu olim imponebatur.
15 Indè diverſorium.
16 Hoſpitalitas eſt ſignum prædeſtinationis.
17 Hoſpitandi mos uſitatus etiam apud Hebræos.
18 Hoſpitatura quoddam amicitiæ jus apud antiquos.
19 Hoſpitaturæ hujuſmodi dictæ Emporia.
20 Aliqui codices loco hoſpitaturæ legunt hoſpita.
21 Hinc Martha hoſpita Chriſti, hinc hoſpita terra.
22 Quid teſſera hoſpitalis.
23 Deus hoſpitalis dicebatur, quem hoſpites invocabant.
24 Hoſpites mercenarii peſſimum genus hominum.
25 Albergatores de genere prædonum.
26 Cur cadant ſub Rubrica trium latronum.
27 Publicè intereſt habere talium officium.
28 Prima Hoſpitalis inſtitutio fuit Hieroſolymis.
29 Poſteà aliud Hoſpitale Conſtantinopoli.
30 Mentio Hoſpitalis S. Spiritus in Saxia de Urbe.
31 Mentio Hoſpitalis vulgò fate ben Fratelli.
32 Mentio Hoſpitalis S. Antonii Abbatis de Urbe.
33 In Hiſpania Religio S. Antonii valdè relaxata.
34 Habens indultum tranſeundi ad aliam Religionem, tranſire nequit ad Religiones Hoſpitalarias.
35 Niſi Religio Hoſpitalaria, ad quam, ſit Clauſtralis.
36 Equites Melitenſes, ſeu Hieroſolymitani, Hoſpitalarii.
37 Urbs Roma dicta Orbis Romanus.
38 Mentio Hoſpitalis Dementium de Urbe.
39 In Hiſpania ſimilia extant Hoſpitalia.
40 Ordo Prædicatorum olim Hoſpitalarius.
41 Mentio Ordinis Trinitariorum Redemptionis Captivorum.
42 Mentio Eccleſiæ S. Thomæ in Formis de Urbe.
43 Dicta Eccleſia unita fuit Capitulo Vaticano.
44 Mentio P. Magiſtri Vincentii Copolæ Trinitarii.
45 Expoſiti nutriuntur in Hoſpitali S. Spiritus Urbis.
46 Loca ad alendos expoſitos vocantur Xenones.
47 Primum Hoſpitale ſub Ordine Laycorum.
48 Ordo Hoſpitalarius S. Joannis Dei ex Laycis.
49 Olim in angulis Monaſteriorum aderat Hoſpitale.
50 Hoſpatalia quibus aliis nominibus dicantur.
51 Hoſpitalia olim erecta pro peregrinis.
52 Primus fundator Hoſpitalium Zoticus.
53 Fabiola prima Noſocomia invenit.
54 Fabiola quæ fuerit.
55 Xenodochium quid.
56 Hoſpitalia ſumuntur pro loco, in quo quaſi hoſpites curantur ægroti egeni.
57 Brephotrophium quid.
58 Prochotrophium quid.
59 Correſpondet loco Invalidorum penès Baſilicam Lateranenſem ab Innocentio XII. extructo.
60 Mentio Hoſpitalis S. Sixti de Urbe.
61 Mentio honorifica Sixti V.
62 Prochotrophium ſumitur etiam pro Collegio ad erudiendos, & alendos inopes ſtudioſos.
63 Orphanotrophium quid.
64 Zoticus fuit primus Orphanotrophiorum inſtitutor.
65 In Orphanotrophiis ſoli orbati patre educantur.
66 Mentio Orphanotrophii in Platea Capranica.
67 Superflua bona in pauperes eroganda ſunt.
68 Mentio Hoſpitalis S. Jacobi Incurabilium Urbis.
69 Auctor neſcit, cur hoc Hoſpitale dictum in Auguſta.
70 Mentio ſummi privilegii hujus Hoſpitalis.
71 Mentio Archiconfraternitatis Miſericordiæ Ulyſſiponis.
72 Ulyſſippo Patria Auctoris.
73 Ordinat. Reg. Portugall. nominat Hoſpitale magnum Hoſpitale Miſericordiæ.
74 Sacra Pœnitentiaria Apoſtolica olim ſumma pollebat auctoritate.
75 Auctor expertus diminutam auctoritatem.
76 Olim S. Pœnitentiaria commutare poterat ultimas voluntates.
77 Papa olim remittebat ad Sac. Pœnitentiariam derogationes Regulæ, & Statutorum Montium.
78 Mentio privilegii Hoſpitalis Mediolani.
79 Mentio privilegii Hoſpitalis Peruſiæ.
80 Hoſpitale S. Jacobi Incurabillum ubi olim cœperit.
81 Mentio Proceſſionis B. M. de Populo ad hoc Hoſpitale.
82 Affertur dubium olim ortum occaſione Proceſſionis.
83 Mentio Hoſpitalis Incurabilium Neapolis.
84 Simile Hoſpitale in Albernia, in montibus Albraci.
85 Gerontocomium quid.
86 Pelagius II. Domum ſuam fecit Gerontocomium.
87 Grorophonium quid.
88 Iſtud ſubeſt Juriſdictioni Ordinarii.
89 Adducitur Ordin. Reg. Portugall. lib. 1. tit. 62. §. 39. in fine.
90 Leproſaria quid.
91 Gafariæ, ſeu Albergariæ quid.
92 Locus Leproſorum non eximitur à Decimis de hortis, & pratis pro illius animalibus.
93 Eleæmoſynariæ quid.
94 Operaria quid.
95 Parabolani qui.
96 Emphyteuſis perventa ad Hoſpitalia, non revertitur ad Dominum.
97 Hoſpitalia non ſunt capacia Emphyteuſis.
98 Hoſpitale eſt Locus pius, ſacer, & religioſus.
99 Fundator Hoſpitalis præſumitur, voluiſſe bona ſua perpetuò dicare pro animæ ſuffragio.
100 Hoſpitale nondùm formatum non tenetur ſolvere quindennium ex emphyteuſi.
101 Prout ſi illud erectum fuerit abſque conſenſu Ordinarii.
102 Poſt obitum Fundatoris Locus Pius remanet perpetuus.
103 In dubio capienda interpretatio favore Loci Pii.
104 Laus Papiniani Juriſconſulti.
105 Nemo debet locupletari cum aliena jactura.

106 Hoſpi-

106 *Hoſpitalia participant de privilegiis Eccleſiarum.*
107 *In alienatione bonorum gaudent privilegio Eccleſiarum.*
108 *Hoſpitale erectum auctoritate Superioris Eccleſiaſtici eſt locus Eccleſiaſticus, & religioſus.*
109 *Mentio Hoſpitalis S. Mariæ Novæ de Florentia.*
110 *Bona Hoſpitalis alienari nequeunt, niſi ſolemnitatibus in alienatione bonorum Eccleſiæ requiſitis.*
111 *Epiſcopus alienare poteſt bona Hoſpitalis.*
112 *Hoſpitalia regi ſolent à laycis.*
113 *In laycis magis attenditur ſollicitudo adminiſtrãdi.*
114 *Non indè tamen Hoſpitale Eccleſiaſticum, deſinit eſſe tale.*
115 *Mentio Hoſpitalis S. Mariæ Miſericordiæ Plani Mercati Civitatis Urbinatis.*
116 *Mentio SS. D. N. Clementis PP. XI.*
117 *Hoſpitale venit appellatione Eccleſiæ.*
118 *Ex interpoſitione auctoritatis Ordinariæ comprobatur Eccleſiaſticitas Hoſpitalis.*
119 *Comprobatur etiam ex immemoriali fundatione.*
120 *Hoſpitale approbatum, dicitur formatum.*
121 *Hoſpitale diù poſſeſſum à Laycis, dicitur Laycale.*
122 *Mentio Hoſpitalium Conſolationis, & Salvatoris Urbis.*
123 *Hoſpitale ſivè Eccleſiaſticum, ſivè ſæculare, ſemper tenebitur ad quindennia.*
124 *Militat præſumptio pro religioſitate Hoſpitalis, ſi illud ſit fundatum in loco ſacro.*
125 *Hoſpitale in Eccleſia fundatum, participare debet de ipſius Eccleſiæ Eccleſiaſticitate.*
126 *Signa Eccleſiaſticitatis.*
127 *Hoſpitale, propria auctoritate erectum abſque aliqua perpetua deputatione, non tenebitur ad quindennia.*
128 *Hoſpitale adhùc eſt ſæculare, licet habeat Eccleſiam cum Campana.*
129 *Erigens Hoſpitale abſque auctoritate ſuperioris, illud revocare poteſt ad nutum.*
130 *Refellitur contrarium ſentiens* Amoſtaz. de cauſ. piis lib. 4. cap. 11. num. 24.
131 *Hoſpitale collativum eſt Beneficium.*
132 *Ac uti tale, cadit ſub reſervatione.*
133 *Reprobatur* Lotter. de re ben. *ab* Amoſtazo de cauſ. piis lib. 4. cap. 11. num. 17.
134 *Defenditur, tale Hoſpitale eſſe Beneficium.*
135 *Hoſpitale non venit in generali reſervatione.*
136 *Niſi probetur, illud ſolitum eſſe dari in titulum.*
137 *Inſpectio Eccleſiaſticitatis, & Sæcularitatis Hoſpitalis inſervire poteſt ad definiendum, an teneatur ad collectas, & ſimilia.*
138 *Vel etiam ad decidendum, an Hoſpitale ſit impetrabile à Papa.*
139 *Ex Indulto Martini V. Hoſpitale S. Mariæ de Miſericordia Peruſiæ eſt impetrabile.*
140 *Rejicitur* Valaſc. conſult. deciſ. 105. num. 3. parte 2.
141 *Ordinarius in caſu negligentiæ Laycorum adminiſtratorum poteſt ſe intromittere in regimine.*
142 *Prout etiam ad effectum videndi, quis ſit Judex competens in cauſa Hoſpitalis.*
143 *Et quando ad Principem Eccleſiaſticum, & quando ad Principem Sæcularem ſpectet commutatio Hoſpitalis.*
144 *Hoſpitale habens Oratorium, in quo tamen ſacrum non fiat, non ſubjacebit ſolutioni quindenniorum.*
145 *Quiſque erigere poteſt Hoſpitale ad libitum abſque ulla participatione Ordinarii.*
146 *Ad quod propoſitum adducitur* Geneſ. cap. 18. & 19.
147 *Nemo poteſt propria auctoritate locum religioſum, vel ſacrum facere.*
148 *De Michæ Idololatria.*
149 *Quiſquis poteſt Domum ſuam facere Hoſpitale abſque Eccleſiaſtici Superioris auctoritate.*
150 *Talis locus remanet profanus.*
151 *In quantum talis fundator vivit, Epiſcopus nequit ſe intromittere.*
152 *Talis fundator eligit, & removet Rectorem.*
153 *Talis fundator non dicitur Patronus.*
154 *Tale Hoſpitale dicitur manuale, & revocabile.*
155 *Poteſt talis Domus ad libitum claudi, & deſtrui.*
156 *Hoſpitale non habens dotem, licet habeat Altare, in quo aliquando celebretur, non tenebitur ad quindennia.*
157 *Hoſpitale privatum in ejus bonorum alienatione non ſubjacet* Extravag. Ambitioſæ de reb. Eccl. non alien.
158 *Bona tamen dotalia talis Hoſpitalis non poſſunt alienari abſque ſolemnitatibus.*
159 *Hoc dictum declaratur.*
160 *Hoſpitale Laycale, impetrando beneplacitum Apoſtolicum, non indè remanet Eccleſiaſticum.*
161 *Hoſpitale privatum viſitari poteſt ab Ordinario tamquàm Delegato Sedis Apoſtolicæ.*
162 *Etiamſi à fundatore prohibita eſſet viſitatio.*
163 *Hoſpitale conſtructum ab aliquo Collegio abſque Diœceſani aſſenſu, non tenebitur ad quindennia.*
164 *Hoſpitale fundatum à Laycorum Univerſitate adhùc tenetur ad quartam Canonicam.*
165 *Hoſpitale in perpetuum conſtructum ſubjacet* Extravag. ambitioſæ de reb. Eccleſ. non alien.
166 *Hoſpitale abſque auctoritate Ordinarii inſtitutum eſt Locus pius, & religioſus.*
167 *Relictum Hoſpitali, eoque extincto, convertendum eſt in alium pium uſum.*
168 *Hoſpitale, mortuo fundatore, remanet perpetuum.*
169 *Refellitur* Rota coram Innocent. X. deciſ. 318. in annotat. poſt num. 7.
170 *Hoſpitalia laycalia non ſubjacent* Extravag. ambitioſæ de reb. Eccleſ. non alien.
171 *De quo tamen Auctor valdè dubitat.*
172 *Hoſpitale Regulare dicitur, quod regitur à viro Regulari.*
173 *Hoſpitalia fundata auctoritate Pontificis, ſivè Ordinarii, ſunt Eccleſiaſtica.*
174 *Mentio Hoſpitalis S. Jacobi Incurabilium Urbis.*
175 *Rejicitur* Æmilian. conſil. 153. num. 9.
176 *Mortuo fundatore, Hoſpitale nõ eſt ampliùs ad uſus profanos convertibile, remanetque perpetuum.*
177 *Hoſpitale tamquàm perpetuum, eſt incapax emphyteuſis, proindeque uti incapax, ſubjacet quindenniis.*
178 *Rejiciuntur* Alexand. conſil. 120. num. 3. circà fin. verſ. non obſtat, lib. 1. & alii.
179 *Ut locus dici poſſit pius, ſufficit, quòd ſit deſtinatus ad piarum rerum exercitium.*
180 *Attendenda cauſa, ob quam locus ſit Eccleſiaſticus, vel ſæcularis.*
181 *Defectus auctoritatis Ordinarii efficit, nè Hoſpitale ſit religioſum, & Eccleſiaſticum.*
182 *Hoſpitale fundatum abſque aſſenſu Ordinarii, viſitatur ab Ordinario.*
183 *Præſcriptio quadragenaria competit etiam* Hoſpitali *carenti auctoritate Diœceſani.*
184 Hoſpitale *fundatum ſine auctoritate Ordinarii,* non

non gaudet multis privilegiis, quibus gaudet Hoſpitale fundatum auctoritate Ordinarii.
185 Hoſpitale fundatum ſine auctoritate Ordinarii, dici poteſt quodammodò pium.
186 Tale Hoſpitale gaudet privilegiis loci pii.
187 Legatum factum Hoſpitali, non cenſetur factum ratione loci, ſed ad cauſas pias.
188 Pictura alicujus Sancti, dicitur res ſacra.
189 Hoſpitale etiam privatum non ſubjacet detractioni Trebellianicæ, aut Falcidiæ.
190 Hoſpitale etiam non erectum auctoritate Ordinarii, ſi eſt perpetuum, dicitur locus pius.
191 Declaratur Deciſ. 318. in annot. poſt num. 7. coram Innocent. X.
192 Confraternitas erecta auctoritate Ordinaria, ſubjacet Extravag. Ambitioſæ de reb. Eccleſ. non alien.
193 Layci meliùs, quàm Clerici gubernant Hoſpitalia.
194 Hoſpitale B. M. Conſolationis de Vrbe eſt Eccleſiaſticum.
195 Dictum tamen Hoſpitale per laycos regitur.
196 Hoſpitale dicitur laycale, ſi regatur à laycis, & careat auctoritate Ordinaria.
197 Hoſpitalia laycalia tenentur ad quindennia.
198 In Germania Extravag. Ambitioſæ de reb. Eccleſ. non alien. non eſt uſu recepta.
199 In omnibus Hoſpitalibus tàm erectis conſenſu, quàm ſine conſenſu Ordinarii exercentur pietatis opera.
200 Rejicitur Riccius in prax. Eccl. parte 1. reſol. 37. num. 1. verſic. ſecunda, & verſic. tertia ſit concluſio.
201 Hoſpitale non erectum auctoritate Ordinarii, non ſubjacet Extrav. Ambitioſæ.
202 De quo tamen Author valdè dubitat.
203 Omnia Loca Pia compræhenduntur ſub dicta Extravag. ſivè ſint fundata auctoritate Ordinarii, ſivè ſine illa.
204 Declaratur Statut. Urb. lib. 1. cap. 88. in fine.
205 Hoſpitale habens privilegium, illud non amittit abſque ſpeciali derogatione.
206 Hoſpitale eſt locus ſemper paratus ad recipiendum pauperes.
207 In caſu paucitatis Infirmorum, fructus Hoſpitalium erogandi ſunt in ſimilem alium pium uſum.
208 Hoſpitale etiam demolitum, non tamen amiſſis bonis, adhùc tenetur ad quindennia.
209 Hoſpitale dirutum adhùc retinet privilegia.
210 Eccleſia, Civitas, Populus, ſeu Caſtrum everſa, poſteàque reædificata, retinent primæva jura, quæ antè everſionem habebant.
211 Recens Hoſpitale idem eſt, ac vetus.
212 Hoſpitale reædificatum, ſemper eſt idem.
213 Niſi ſuppreſſum fuerit auctoritate Superioris.
214 Hoſpitale deſtructum ob delictum, capitis diminutionem patitur.
215 Hoſpitale, mortuo fundatore, indè redditum perpetuum, tenetur ad quindennia.
216 Aliqui tenent, Hoſpitale infrà annum conſtruendum eſſe, quando teſtator illud conſtrui mandans, non deſignat tempus.
217 Alii tenent, illud conſtruendum eſſe infrà tempus ab Ordinario arbitrandum.
218 Declaratur Novella de Eccleſiaſtic. tit. 131.
219 Hæredes teſtatoris cogi nequeunt ad extructionem Hoſpitalis antè lapſum annum.
220 Mentio Hoſpitalis B. M. Annuntiatæ Neapoli.
221 Continuatur mentio ejuſdem Hoſpitalis.
222 Inhoſpitalitas ergà pauperes in odio habita.
223 Epiſcopus excommunicare poteſt Clericos inhoſpitales.
224 Vſus hoſpitandi amicos, etiam ex mille actibus hoſpitationis eſt impræſcriptibilis.
225 Abuſivè dicta hoſpitalitas onus hoſpitandi milites.
226 Dicta etiam bellica hoſpitalitas.
227 Laus Cardinalis Pariſii.
228 Hoſpes ſumitur pro receptore, & recepto.
229 Laus Eminentiſ. D. Card. Petri Marcellini Corradini.
230 Hoſpes Italicè vertitur Hoſte, qui Latinè ſonat inimicum.
231 Et verè quandoque talis eſt.
232 Hiſpanum vocabulum Meſonero quid.
233 Hiſpanum aliud vocabulum Ventero.
234 Nationes à Latina lingua mutuantur Idioma.
235 Hoſpitium quoque accipitur pro domo.
236 Hoſpites, caupones, tabernarii, ſeu albergatores promiſcuè ſumuntur.
237 Mentio Societatis Cauponum.
238 Pius IV. verè pientiſſimus.
239 Proxenetæ Ripæ Vrbis, quibus mediantibus vinum venditur cauponibus, tenentur ad prætium, quod emptores ſolvere recuſant.
240 Tabernariorum mores pravi.
241 Idem proſequitur.
242 Mentio Tabernarum Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ.
243 Tabernæ dicuntur quoque Ergaſteria.
244 Hoſteriæ nomen non eſt Latinum, quo uſus fuit Novar. de gravam. Vaſſall. tom. 1. gravam. 73. num. 1.
245 Olim bona hoſpitum in hoſpitiis decedentium applicabantur cauponibus.
246 In Hiſpania extant ſimiles leges.
247 Refellitur Felicius de ſociet. in prohæm. num. 15.
248 Idem malè putat, talem morem ſuccedendi viguiſſe in hoſpitiis privatarum domorum.
249 Declaratur Auth. omnes peregrini C. commun. de ſucceſſion.
250 Romæ maximè anno Jubilæi practicabatur, quòd ſuccederetur in bonis hoſpitum in hoſpitiis privatarum domorum decedentium.
251 Reiicitur Azo in l. nutritoribus 10. C. commun. de ſucceſſion.
252 Nec privatus hoſpitator ſuccedere poteſt hoſpitato.
253 Et ſuper hoc adeſt in Hiſpaniis ſimilis lex.
254 Patria Auctoris Vlyſſipo.
255 Patria etiam à Juriſconſultis laudatur.
256 Conſtitutio Synodalis Vlyxbonen. refertur.
257 Artifices vulgò arte bianche ſunt perſonæ vendentes minutas merces.
258 Meirinho in Portugallia reſpondet Barrigello in Italia.
259 Conſtitutio Synodalis Vlyxbonen. moderata.
260 Juriſconſulti fuerunt ſatis curioſi æthymologiarum.
261 Ità ut Grammaticis ſæpè palmam præripuerint.
262 Leges aliquandò Priſciano ſubjacent.
263 Tabernarii à tabernis dicti.
264 Tabernæ in acie Campi Floræ.
265 Taberna ſumpta pro apotheca.
266 Lanionis taberna quid.
267 Taberna cauponia quid.
268 Refertur taberna Bibliopolarum.
269 Tabernacula, & Contubernales quid.

270 Ta-

270 *Taberna propriè eſt officina ad vinum vendendum.*
271 *Vulgus vini amantiſſimum, uti crapulis indulgens tabernam pro officina vinaria cœpit uſurpare.*
272 *Stipendia Lectorum Archigymnaſii de Urbe ſolvuntur ex gabella vini forenſis in tabernis, ſeu cauponis vendi ſolitis.*

CAPITULUM VI.

DE ſupradictis Locis Piis uberiori calamo ſermone habito, ſupereſt, ut etiam aliquid de Hoſpitalibus, quæ (& Loca Pia, valdèque
1 pia ſunt) immò pia adeò, ut Juſtinianus Impe-
2 rator inter res divinas Hoſpitalia connumerarit in *l. ſancimus* 22. *& l. ut inter* 23. *C. de Sacroſanct. Eccleſ.* diſſeramus, laudantes Romanæ Urbis
3 (quæ parvus Orbis eſt) pietatem, quæ præcæteris forſitan antecellit etiam in Hoſpitalium
4 magna copia pro ferè cunctis nationibus, prout Neapolitana quoque Civitas hac pietate reperitur condecorata, referente *Donadeo de renunciation. lib.* 2. *cap.* 45. *num.* 37.

Nec inſiſtendum in denominatione vocis per ſe adeò notæ, ab hoſpitando, & hoſpitalitate
5 exercenda, quæ denotat charitatem in pauperes, vel ab Hoſpitibus, qui gratis recipiuntur *Niger de ſubhaſtat cap.* 4. §. 3. *num.* 1. ubi verò pe egrini mercede ſoluta hoſpitantur, dicitur
6 hoſpitium, ſeu diverſorium, *Barboſa de Jure Eccleſ. lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 1. Sed antiquitùs Ho-
7 ſpitia inſerviebant pro pauperibus, vel infirmis recipiendis, *R. P. D. Petra ad Conſtitution Apoſtolic. tom.* 2. *in Conſtit.* 1. *Honorii III. ſect.* 3. *nu.* 8. Hinc dictæ Hoſpitales dextræ apud *Senecam*
8 *controv. lib.* 3. *controv.* 8. *in princ.* quaſi piæ, &
9 auxiliares, hinc dicuntur homines hoſpitales, ut in *cap.* 1. *de emphyt. & vendit. Natta conſ.* 84. *num.* 1. *poſt med. vol.* 1. proque hominibus elea-
10 moſynariis, licet *Gonzal. in d. cap.* 1. *num.* 4. *in*
11 *not.* putet ſumi pro hoſpitatura. Undè etiam dicta Hoſpitiola, de quibus in *l. ſi verò* 5. *poſt princip. ff. de his, qui dejecer. vel effuder. & cap. ſiquis de ſerviſ.* 12. *qu.* 2. habebant enim veteres
12 propria quædam Triclinia, ſeu cubicula, quibus advenientes hoſpites recipiebant, quæ Hoſpitalia dicebantur ex *Vitruvio lib.* 6. *cap.* 10. *Schilter. de Jure hoſpitii* §. 1. *cum ſeq. poſt manuduct. ad Juriſprud. Gratian. diſc.* 898. *num.* 11. *ubi num.* 12. ait, hoſpitium antiquis fuiſſe domum gratis
13 venienti hoſpiti patentem, & ſæpè pro amicitia uſitatur. Hoſpitia autem priſcis temporibus publicè etiam aſſignari ſolebant, & certi erant
14 homines, quibus hoc munus hoſpitum recipiendorum à Magiſtratu imponebatur, ducto vocabulo Græco dpiſtahmeian, & apotu dpiſtahmenein, ideſt diverſari, undè diverſorium
15 *Mager. de advocat. armat. cap.* 10. *nu.* 238. *cum ſeqq.* adeòque Deo, & hominibus accepta eſt hoſpitalitas, ut ſit prædeſtinationis ſignum ex
16 D. Auguſtino *Macri in Hierolexico verbo Xenoparochas in princ. verſ. attamen.* Immò adeò an-
17 tiquus eſt hoſpitandi mos, ut etiam ſervus Abraham diſceſſurus in Meſopotamiam ad quærendum uxorem Iſaac, hoſpitium invenerit in Domo Laban Idolatræ juxtà illud *Geneſ.* 24. *verſ.* 23. *&* 25. *eſt in domo patris tui locus ad manendum? Eſt locus ſpatioſus ad manendum, &*
18 *verſ.* 33. *introduxit eum in hoſpitium*; etiam olim erat hoſpitatura rudiori, ſeu magis vulgariori voce ità dicta, quoddam amicitiæ jus, ut amici à patria recedentes ad amicorum hoſpitia diverterent, ac eoſdem ad ſua quoque hoſpitia reciperent, de quo in *l. poſtliminii* 5. §. *In pace* 2. *ff. de captiv. & poſtlimin. reverſ. ubi Gothofred.* & hoſpitaturæ hujuſmodi dictæ Emporia, Elem- 19
poria, ſeu Eleamphoria, quaſi Olivam ferentia, dum hoſpitaturi olivam in pacis ſignum ferre aſſolebant, de quo fit mentio in *l. fin.* §. *Patrimoniorum* 18. *ff. de muner. & honor. Mager. de Advocat. Armat. cap.* 10. *num.* 241. *cum ſeqq. Cotta memorabil. verb. hoſpitatura*, aliqui Codices loco hoſpitaturæ legunt hoſpita, hinc Martha di- 20
cta fuit hoſpita Domini, hinc hoſpita terra, 21
hinc hoſpita flumina, *Cotta memorabil. litera I. verbo hoſpitatura pag. mihi* 316. præſtabatur autem à Republica interdum etiam extraneis hoſpitium, & erat pro ſanctioris amicitiæ pignore jus Hoſpitii, ac teſſera dicta hoſpitalis, & Græ- 22
cè procinian, vel idiocenia, ac antiqui moris fuit teſſeram dari Hoſpitibus dimidiatam, qua quicumque attuliſſet ad hoſpitem, continuò agnoſci poſſet, & hoſpitio accipi tanquàm amicus, & vetus hoſpes, quod quidem jus neceſſitudinis ad poſteros tranſibat, propterea teſſeram hoſpitalem diligenter obſervabant, inquientes, ut apud *Plautum in Pænulo*, Deum hoſpitalem, & teſſeram nobiſcum ferimus, qui autem jus hoſpitii violabat, is teſſeram hoſpitalem confregiſſe dicebatur ex eodem *Plauto in Ciſtell.* & Deus hoſpitalis dicebatur, quem ho- 23
ſpites invocabant, ſi quando hoſpitium violaretur, qui Jupiter Xenius appellabatur, *Mager. de Advocatia Armata cap.* 10. *nu.* 247. *cum ſeqq. Solorzan. de Jure Ind. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 20. *n.* 43. *Gallerat. de renunciation. tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 1. *n.* 10. *Tholoſan. Syntagm. Jur. to.* 1. *par.* 2. *lib.* 15. *cap.* 28. *num.* 36. *eruditè Lancellott. poſt opuſculum inſriptum l'Hoggidi parte* 2. *Sfoghi di mente sfogo* 4. loquendo autem de hoſpitantibus mercenariè vulgò Albergatoribus, ſeu honeſtiori, ac honorabiliori nomine hoſpitibus, licet ſint rapaces, id peſſimum genus hominum eſt ad *text. in l. &* 24
ità 3. §. *at hoc edicto* 1. *ff. naut. Caupon. Stabular. Fontanella dec. Cathalon.* 435. *num.* 27. *par.* 2. etenim hoſpitalitas quæſtuaria, quam Cauponariam vocamus, illiberalis eſt, ſordida eſt, & tabernariorum, ſeu Albergatorum gens eſt de genere prædonum *l.* 1. *aut* 3. §. 1. *ff. naut. Caupon.* 25
& Stabular. Guttier. can. qu. lib. 2. *cap.* 4. *n.* 70. *cum ſeqq.* cumque lex de hujuſmodi perſonis, attentis earum qualitatibus, malè præſumat, ſolet dici, quòd cadunt ſub rubrica trium latronum ob ti- 26
tulum *ff. naut. Caupon. Stabular. Caſſanæus cathalog. glor. mund. par.* 11. *conſider.* 46. *in princ. Magon. dec. Florentin.* 25. *num.* 14. *cum ſeqq.* attamen publicè intereſt habere earum officium *l. nau-* 27
ta 5. *ff. naut. Caupon. Stabular. Mauſon. de cauſ. exeq. lib.* 1. *ampl.* 26. *num.* 28.

Deveniendo ad rem noſtram, prima Hoſpitalis inſtitutio fuit Hieroſolymis ab Hircano fa- 28
cta *Macri in Hierolexico verbo Xenodochium in princ.* poſteà conditum fuit aliud Hoſpitale in Conſtantinopolitana Civitate, *Tholoſan. Syntagm.* 29
Jur. tom. 1. *par.* 2. *lib.* 15. *cap.* 28. *num.* 24. à Sampſone dictum forſitan à conditoris nomine S. Mariæ Sanſo (de quo in *Novella* 131. *de Eccleſia-*

cleſiaſtic. titul. cap. fin. in fine) homine religioſo, qui multis ante Juſtinianum Imperatorem annis, derelicta militia, ſe ſacris initiaverat, poſteà ab eodem Juſtiniano inſtauratum, & pinguiſſima ditatum dote, ut ex Procopio eruditiſſimus *Alciat. Parerg. lib. 5. cap. 2. poſt liter. F. in med.* ab Eudoſia Auguſta Theodoſii Imperatoris filia ædificatum Hoſpitale pro quadringentis morbo ſacro laborantibus, proque aliis egenis, ac Viduis, & à Pulcheria Theodoſii ſorore, *Annæus Robert. rer. judic. lib. 4. cap. 2. pag. mihi 733. in princ.* & à S. Baſilio Magno.

Undè hoſpitalaria Religio (ut illa S. Spiritus in Saxia, quæ Romæ profuſo ære dotatum Ho-
30 ſpitale habet) *Barboſa collectan. Apoſtol. 369. & collectan. 385. per tot. Tamburin. de Jure Abbat. tom. 2. diſp. 24. quæſito 4. num. 73.* Nec non illa
31 S. Joannis Dei Luſitani, quæ pariter in Urbe apud Eccleſiam S. Joannis Colabytæ vulgò *fate ben fratelli à Ponte quattro capi*, adminiſtrat Hoſpitale magnificum ſæpius à SS. D. N. Clemente XI. digniſſimè Regnante frequentatum etiam cum piorum operum exercitio, *Contelor. de præcedent. qu. 1. num. 16. Barboſa collect. deciſ. Apoſtol. 385. nu. 18. Pellizzar. manual. Regular. tom. 1. tract. 4. cap. 5. ſect. 11. num. 513. cum ſeqq.*
32 prout illa S. Antonii Abbatis Viennen, cujus filii ex Natione Gallicana in Eccleſia S. Antonii poſt Baſilicam Liberianam vulgò S. Martæ Majoris verè clauſtraliter, regulariter, ac etiam
33 exemplariter conuivunt, quidquid in Hiſpania, ubi valdè relaxata ingemiſcit. Hinc fit, quòd
34 Regulares habentes indultum tranſeundi ad aliam Religionem, non poſſunt tranſire ad iſtas Hoſpitalarias in Hiſpaniis uti inibi minimè
35 clauſtrales, ad aliam verò Religionem, licet Hoſpitalariam, tamen clauſtralem poterunt tranſire, veluti diſtinguit *Lezzana qq. regular. tom. 2. cap. 6. num. 18.* & puto poſſe exemplificari in Religione S. Joannis de Deo, quæ hoſpitala-
36 ria, & clauſtralis eſt. Et Hoſpitalarii indè dicti Equites Melitenſes, ſeu Hieroſolymitani, adeòque Urbs Romana emicat pietate, vel in Urbe Romana, ſeu (ut meliùs dicam, in Orbe
37 Romano juxtà *l. in Orbe Romano 17. ff. de Statu homin* tanta viget, & ardet pietas, ut non ſolùm languidorum corporum curationi ſuperabundent loca, ſed & motæ mentis, nè in ſapientiſſima Civitate appareant inſipientes, ad quem
38 effectum in Regione vulgò *Rione, ſeu Orione* Columnæ vulgò *Piazza Colonna* reperitur Eccleſia B. M. Pietatis cum Hoſpitali, & Confraternitate pro recipiendis, ac curandis dementibus, ut ex *Conſtitutione 37. Pii IV. in Bullario Rom tom. 2. & ex Conſtitutione 48. Gregorii XV. in eodem Bullar. tom. 4.* prout in Hiſpaniis ſimilia extant Ho-
39 ſpitalia, *Tholoſan. ſyntagm. Jur. to. 1. par. 2. lib. 15. cap. 28. num. 25.*

Omitto Hoſpitalarium quoque fuiſſe graviſ-
40 ſimum, ac vetuſtiſſimum ex Mendicantibus Ordinem Fratrum Prædicatorum, *Lezzana qu. regular. tom. 2. cap. 6. num. 1. in fine*, prout eſſe videtur Hoſpitalaria quodammodò Religio præ-
41 clara, ac antiquiſſima divinitùs inſtituta Fratrum Sanctiſſimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum uſque de anno 1198. ut ait *Lezzana qu. regul. tom. 2. cap. 6. num. 1. antè med. verſ. inter quos*, & hoſpitalitas quidem ſaltem olim in Urbe adfuit apud Eccleſiam S. Thomæ in Formis in Monte Cælio propè Eccleſiam S. Gregorii 42
Patrum Camaldulenſium, teſte *P. Joſepho à Jeſu Maria Trinitario Excalceato in Scholiis Bullar. Ordinis ad Bullam II. Innocentii III. num. 4. & ad Bullam III. ejuſdem num. 2.* quæ tamen hoſpitalitas poſteà ceſſavit occaſione unionis prædi- 43
ctæ Eccleſiæ factæ ab Urbano VI. confirmatæque à Bonifacio IX. de anno 1389, ad favorem Capituli Sacroſanctæ Baſilicæ Vaticanæ pinguioribus tunc indigentis proventibus propter bella, licet in unionis literis injungeretur primæva hoſpitalitas, immò unio eſſet ad tempus tantùm, donec nimirùm Canonici Vaticani conſimili, vel majori non potirentur redditu, nihilominùs memoratam Eccleſiam continuant poſſidere, ut refert *P. Joſeph à Jeſu Maria in Schol. ad Bullam IV. Innocentii III. num. 4. in fine, in Bullar. Ordin.* qua de cauſa P. Magiſter Vin- 44
centius Copola olim Procurator Generalis totius Ord. Trinitarii, vir ſingularis pietatis, invigilans reintegrationi præfatæ Eccleſiæ ſui Ordidinis, intendit inſtaurare antiquam inſtantiam aliàs pro parte Religionis intentatam uſque de anno 1588. prout videre eſt ex *dec. coram Card. Cavalerio 328. & 384. Reboldo dec. 95. Scotto apud Marcheſan. de commiſſion. par. 1. fol. 275. Coccino dec. 130. quæ eſt penès dictum Marcheſan. de commiſſion. par 2. fol. 155. & 208. eod. Coccino in deciſ. 214. quæ eſt apud Marcheſan. par. 2. fol. 156. eod. Coccino dec. 274. & dec. 361. quæ eſt in recen. dec. 208. par. 2. dec. 163. poſt Fenzon. ad Statut. Urb. dec. 751. part. 3. recen.*

Tantaque in Urbe incaluit pietas, ut præter Hoſpitale ad ægros curandos in eodem Hoſpitali penès Eccleſiam S. Spiritus in Saxia adeſt etiam alius locus peculiaris ad recipiendos ex- 45
poſitos, nè aliter, ut ſæpè accidere ſolet, fætus à matre non ampliùs matre interimatur, & hujuſmodi loca ad expoſitos alendos vocantur 46
Xenones *l. unica §. Sed ſcimus 3. C. de Latina Libert. tollend.* quod quidem Hoſpitale olim primas radices egit ſub ordine Laycorum à prima 47
inſtitutione *Contelor. de præcedent. qu. 1. num. 15. cum ſeq.* prout ab initio reſtitutus fuit Ordo Hoſpitalarius S. Joannis Dei ex laycis, & talis per- 48
manet uſque ad præſens, ex quorum numeroſa Hoſpitalium inſtitutione apparet, quantùm vigeret, & arderet ergà proximum charitas olim hodiè in caritatem verſa, adeòut in angulis Monaſteriorum adeſſet Hoſpitale pro charita- 49
tivo egenorum receptaculo *Giballin. de Clauſura Sanctimonial. diſquiſit. 1. cap. 2. §. 10. num. 18.*

Prætereà Hoſpitalia alio nomine dicuntur Brephotrohium, Orphanotrophium, Prochotrophium, Gerontocomium, Grorophonium, 50
Noſocomium, ſeu Noſcomium, Xenodochium, *Macri in Hierolexico verbo Hoſpitale*, propriè autem loquendo juxtà literalem ſenſum Hoſpitalia primitùs fuerunt olim erecta, ut peregrini inibi hoſpitarentur, de quibus fusè *Thomaſin. de* 51
Benefic. tom. 3. par. 3. li. 3. cap. 47. cum duob. ſeqq. & primus eorum fundator fuit Zoticus, vel, ut 52
alii dicunt, Joticus, ſeu Loticus, veluti habetur in *l. omnia privilegia 33. vel ut alibi 34. aut 35. C. de Epiſcop. & Cleric. ubi Barboſa num. 4. Tholoſan. ſyntag. Jur. tom. 1. part. 2. li. 15. cap. 28. num. 34. Lapus de hoſpitalitate num. 1. Craſſus in cap.*

cap. cùm ad Sedem 15. num. 18. de reſtitut ſpoliat. ubi tenet, fuiſſe primum in Conſtantinopolitana Civitate, Pancirol. var. lection. li. 2. cap. 171.
53 poſt liter. E. refert Fabiolam prima Romæ Noſo-
54 comia inveniſſe, erat autem Fabiola nobiliſſima Romana à viro tamen ob adulterium ſeparata, alterique poſteà temerè nupta, ſaltem in hoc pia, licet in reliquis impia, & flagitioſa, forſitan errore comperto publica pænitentia crimen diluit erogatis divitiis in pauperes, Gonzalez in cap. licet ad ea 4. num. 4. in med. de religioſ. domib. Annæus Robertus rer. judicat. li. 4. cap. 2. pag. mihi 733. in princip. Xenodochium ab alio Græco vocabulo Xenon, loco, ubi pe-
55 regrini gratis ſuſcipiuntur cap. de Xenodochiis 3. de religioſ. domib. Barboſa de Jure Eccleſ. li. 2. cap. 11. num. 2. Gonzal. in cap. licet ad ea 4. n. 4. in princ. verſ. Xenodochium de religioſ. domib. at
56 vulgò Hoſpitalia ſumuntur pro loco, in quo quaſi hoſpites curantur ægroti egeni, & à voce Græca noſos, ideſt morbus, & xomao, ideſt curo, & nutrio, undè noſocomia, ægritudinis, vel ægrotorum cura Noſocomia, ſeu Noſconia dicta l. ſancimus 22. C. de Sacroſact. Eccleſ. & loquendo in proprietate recti ſermonis, mox recitata nomina inter ſe contradiſtinguuntur, etenim Brephotrophium eſt locus, ubi in-
57 fantes expoſiti aluntur l. illud 19. C. de Sacroſanct. Eccleſ. Prochotrophium, in quo mendici
58 invalidi, ac debiles nutriuntur dic. l. illud 19. & dic. l. ſancimus 22. C. de Sacroſanct. Eccleſ. l. ſiquis ad declinandam 48. §. ubi autem & §. ſin autem 5. C. de Epiſcop. & Cleric. toto tit. C. de mendic. invalid. li. 11. Barboſa de Jure Eccleſ. li. 2. cap. 11. num. 6. Cotta memorabil. verbo Prochotrophium, ubi quod etiam pro Hoſpitali in communi ſumi-
59 tur, qui quidem locus reſpondet loco invalidorum penès Sacroſanctã Lateranenſem Baſilicam S. Joannis de Urbe, nuper à ſa. me. Innocentio XII. immortali pauperum patre munificentiſſimè extructo, eidem pro ſuſtentatione aſſignatis penſionibus magnifici Palatii ab eodem ſummo Pontifice extructi ad commodum Romanæ Curiæ, indè Innocentianæ dictæ, Jus, ac Cauſas dicentium, in Monte Citatorio vulgò Citorio, ad inſtar Magnæ Neapolitanæ Vicariæ, dum à Neapolitano Regno ille Chriſti Vicarius ſuam trahebat originem, in hoc juſtitiæ, & pietatis
60 ſpecimen exhibens, prout ſimile extat in Urbe
61 Hoſpitale dictum S. Siſto à Ponte Siſto pro mendicis à Sixto V. juſtitiæ, & charitatis cultore fundatum cum annuo pinguiſſimo proventu ſcutorum novem millium monetæ Romanæ juxta illius Conſtitutionem in ordine la 57. §. 3. in no-
62 vo Bullario Romano tom. 2. quod hodiè translatum fuit à Sanctiſſimo ad Locum Pium vulgò S. Michele; ſumitur etiam Prochotrophium pro Collegio ad erudiendos, & alendos inopes ſtudioſos l. illud, quod 19. ubi Barboſa num. 8. C. de Sacroſanct. Eccleſ. Coſta de facti ſcient. & ignorant. poſt inſpect. 98. conſ. unic. num. 13.

Orphanotrophium, ubi (ut nomen de per ſe
63 ſonat) Orphani aluntur, ad text. in l. Orphanotrophos 30. Cod. de Epiſcop. & Cleric. Barboſa in l. illud, quod 19. num. 7. C. de Sacroſanct. Eccleſ. & in dicta l. Orphanotrophos 30. nu. 5. & de Jure Eccl. lib. 2. cap. 11. nu. 7. Gonzalez in cap. licet ad ea 4. num. 4. in princ. de religioſ. domib. Pancirol. in theſaur. var. lect. lib. 2. cap. 171. ubi litera E. tradit, Zoticum fuiſſe primum Orphanotro- 64
phiorum Conſtantinopoli inſtitutorem, qua occaſione monemus in hujuſmodi Orphano- 65
trophiis orbatos tantùm patre ſecundùm veriorem recipi poſſe, quia hoc derivat à Græco, quod ſignificat nutrio, & à pupillo, Gratian. diſc. 666. num. 13. cum ſeqq. ubi paſſim Orphanotrophium accipi pro loco parato alendis pueris, deciſ. 29. num. 14. cum ſeq. poſt Novar. de elect. fori par. 2. prout Romæ inter alia extat unum a pientiſſimo Cardinali Antonio Maria 66
Salviato conſtructum in Parochiali Eccleſia S. Mariæ in Aquirio vulgò dell'Orfanelli à Piazza Capranica, qui ad augenda pietatis opera, nec non ad oſtendendum, quòd præcipuè Eccleſiaſtici divites teneantur ſuperflua bona in 67
pauperes erogare, ut à Domino miſericordiam conſequantur, aliud quoque Hoſpitale, ſeu ma- 68
vis Archihoſpitale Incurabilium nuncupatum penès Eccleſiam S. Jacobi ad viam Hypodromi vulgò Corſo, opulentiſſimè extruxit, neſcio, 69
cur per Pontifices appellatum in, ſeu de Auguſta, ut per Leonem X. in ſua Conſtitutione 15. §. 1. & in conceſſione Privilegiorum in princip. & §. 1. per Paulum III. Conſtitut. 37. §. 4. circà fin. verſic. & ſi pro tempore, juncto §. 5. in nov. Bullar. Roman. tom. 1. & per Pium IV. Conſtitut. 2. in princ. in eod. Bullar. tom. 2. omitto, ſingulari privilegio Archihoſpitale hujuſmodi fuiſſe decoratum per Paulum III. in dicta Conſt. 37. §. 4. circà fin. verſic. & ſi pro tempore, ut nempè caſu, quo Domo, ac Hoſpitali Neophytorum, & Cathecumeno- 70
rum de Urbe in Regione Montium in Eccleſia S. Mariæ ad Montes exiſtente, charitatis opera non exerceantur, illorum fructus eo ipſo applicati ſint favore Archihoſpitalis hujuſmodi Incurabilium, qua occaſione, ſingulariori inſignitur Privilegio Regium Hoſpitale antiquiſſimæ, ac nobiliſſimę Archiconfraternitatis S. Domus Mi- 71
ſericordiæ Patriæ meæ Ulyſſipponis in Luſita- 72
nia, uſque de anno 1488. per Leonoram Reginam Regis Joannis II. conjugem, vel ſecundùm alios, Emmanuelis I. inſtitutum ad inſtantiam Magiſtri Fr. Michaelis de Contreras Ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum, & Confeſſarii prædictæ Reginæ, de quo Cabedo de Patronatu Regiæ Coronæ cap. 39. & 46. & deciſ. Portugalliæ 51. num. 2. & 9. par. 1. Benedict. Ægidius in l. 1. par. 1. à nu. 34. C. de Sacroſanct. Eccleſ. Hieronym. Roman. de Republ. Chriſt. lib. 5. cap. 22. per tot. ac ſignanter verſ. privilegio, Barboſa de Epiſcop. par. 3. alleg. 76. num. 17. cum ſeq. & in collectan. Apoſtol. deciſ. 387. num. 7. Themudo deciſ. Ulyxbon. 12. & 13. per tot. par. 1. & nuncupatur Hoſpitale omnium Sanctorum, immò uti toto Orbe celeberrimum Ordinatio Regia Portugalliæ illud per antonomaſiam nuncupat, o grande Hoſpital, ſeu o Hoſpital o 73
grande, teſte Barboſa d. alleg. 75. num. 18. inſignitur inquam privilegio nempè, quòd redditus piorum Legatorum ſtatuto tempore non adimpletorum, applicentur prædicto Regio Hoſpitali Ulyxbonen. Civitatis Pereyra de Caſtro deciſ. Luſitan. 57. in princ. ubi teſtatur, tale privilegium fuiſſe impertitum per Officium S. Pœnitentiariæ Apoſtolicæ, de quo valdè miror, & intelligo, quanta olim polleret auctoritate 74

S. Pœni-

S.Pœnitentiaria, & quanta hodiè careat, quam
75 in dies ſemper experior diminutam, adeò ut
olim commutare poterat ultimas defunctorum
voluntates, prout tempore Pontificatus Pauli
III. de anno 1542. cùm tunc eſſet Major Pœni-
tentiarius Cardinalis Epiſcopus Albanen. com-
76 mutavit Sac. Pœnitentiaria quandam Admini-
ſtrationem Hoſpitalis in Eccleſia S.Blaſii Oppi-
di de Aveyro Colimbrien. Diœceſis in Portu-
galliæ Regno uſque de anno 1457. à Ferdinando
Vaz de Arganide erecti, ut per ſucceſſionem
deputaretur Adminiſtrator pro tempore, non
autem ampliùs per nominationem, prout man-
daverat teſtator, prout ad Pœnitentiariam Pa-
77 pa remittebat derogationes Regulæ, & Statu-
torum Montium, & derogabat, ut videre eſt
apud *Tamburin.de Jure Abbatiſſ.diſput.15. quæ-*
ſito 3. num.6. in med. verſ. confirmatur.

Præterea ſingulare quoque privilegium præ-
dicatur illud ab Apoſtolica Sede conceſſum
Hoſpitali appellato Magno Mediolanen. Civi-
78 tatis uſque de anno 1458. & à Franciſco Sfor-
tia, ac Blanca Maria tunc Ducibus Mediolani
approbatum, quòd videlicet omnia Civitatis
prædictæ, & Diœceſis Hoſpitalia tàm præſen-
tia, quàm futura cenſerentur unita ipſi Hoſpi-
tali Magno, *Menoch. conſil.* 1025. *in princip. ad*
primam dubitationem, prout etiam ſingulare pa-
riter eſt privilegium inter alia illud tributum
79 Hoſpitali S.Mariæ de Miſericordia Civitatis Pe-
ruſiæ uſque de anno 1305. extructo à Grego-
rio XI. de anno 1469. confirmato, quòd me-
dietas bonorum Homicidæ confiſcandorum,
non exiſtentibus hæredibus occiſi, applicentur
dicto Hoſpitali, eodem modo applicetur pœna
blaſphemantium, *Gilian. ad Statut.Peruſ.verbo*
Hoſpitale lit.A. §.Homicidarum bona, & verbo
homicidium §.Confiſcantur bona, & verbo Hoſpi-
tale Miſericordiæ §. Gabellas in med. verſic. dan-
tur, ubi meminit alteriùs privilegii, quòd in
compenſationem exemptionis, qua olim gau-
debant ejuſdem Hoſpitalis Cauponæ ex Bulla
Clementis VIII. de anno 1592. Camera Apo-
ſtolica eidem Hoſpitali præſtat annua ſcuta
centum quinquaginta.

In gratiam autem curioſorum nolo præter-
80 mittere,quod ſuprà enunciatum Archihoſpitale
Incurabilium de Urbe antiquitùs exiſtebat in
Eccleſia Parochiali B. Mariæ de Populo de Ur-
be Ordinis Fratrum Eremitarum S. Auguſtini
Calceatorum Reformatorum Congregationis
Lombardiæ, ut conſtat ex *Conſtitut.*15. §.1.*Leo-*
*nis X. in Bullar. Rom. tom.*1. ideò puto in more
81 poſtà poſitum fuiſſe, ut Patres Conventus ejuſ-
dem S. Mariæ de Populo proceſſionaliter ſe
conferrent ad Eccleſiam, & Archihoſpitale ejuſ-
dem S.Jacobi Incurabilium, & illinc proceſſio-
naliter unà cum Cuſtodibus, & Confratribus
dicti Hoſpitalis ad eandem Eccleſiam S. Mariæ
accederent bis in anno,feria nempè quinta poſt
tertiam Dominicam Quadrageſimæ tempore,
quo Sacratiſſima Deiparæ Imago à S. Luca
Evangeliſta depicta aperitur decantatis toto
tempore Completis cum muſica,& Feria tertia
poſt Dominicam in Albis tempore, quo eadem
clauditur; Undè in S. Rotæ Romanæ Audito-
82 rio occaſione præfatæ Proceſſionis diſputatum
fuit Dubium, an Societas S. Jacobi Incurabi-
lium eſſet in poſſeſſione ingrediendi cancellos
Altaris Majoris vulgò Presbyterium dictæ Ec-
cleſiæ S. Mariæ de Populo, & Patribus tantùm
informantibus negativè concluſum, ut ex *de-*
*ciſ.*433. *per tot. coram Innocentio X.* Et ſimile
extat Hoſpitale Incurabilium in Neapolitana
Civitate, ubi illius Corrector pro tempore, ex
Indulto Gregorii Papæ XV. Mithra, & Baculo, 83
Paſtoralibus, nec non Chyrotecis, Annulo,
Sandaliis, Mantello, ſeu Mozzetta, Pileo, Roc-
chetto, Habitu, coloribus, cœteriſque inſigniis
Pontificalibus uti, illaque induere, deferre, ac
geſtare, ac etiam Miſſas, & alia Divina Officia
pontificaliter more Epiſcoporum celebrare, nec
non poſt ipſorum Divinorum Officiorum ſo-
lemnia, populo ibi intereſſente benedictionem
ſolemnem, dummodò aliquis Antiſtes, ſeu Se-
dis Apoſtolicæ Legatus ibidem præſens non ſit,
vel ſi adſit, ejus ad hoc expreſſus accedat aſſen-
ſus, impartiri liberè, & licitè valet, *Corrad. in*
prax. diſpenſ. Apoſtol. lib.7. cap.4. n.64. in princ.
verſiculo exemplum erit, & num.65. ſimile opi-
parum, & redditibus abundans Hoſpitale in 84
Albernia, in Montibus Albracci, de quo *Tho-*
loſan. ſyntagm. Jur. tom.1. par.2. lib.15. cap.28.
num.33. in fine.

Gerontocomium inſuper eſt, ubi ſenes ægri
curantur *l.illud, quod 19. l.ſancimus 22. Cod. de* 85
Sacroſanct.Eccleſ. Barboſa ad d. l.illud num.9. &
de Jur. Eccl. lib.2. cap.11. num.8. Gonzalez in
cap.licet ad ea 4. num.4. in fine de religioſ.domib.
Pelagium Papam II. anno Chriſti 590. Domum 86
ſuam Gerontocomium pauperum ſenum fe
ciſſe, quod Grecè dicitur chimiziria.

Grorophonium denique, ubi fœminæ debi- 87
lium ſuſtentatrices degunt, *Barboſa de Jur.Ec-*
cleſ. lib.2. cap.11. num.9. ideoque ſubeſt juriſdi-
ctioni Ordinarii, qui illud tanquàm Locum 88
Pium, & ſic tanquàm Locum perpetuum viſi-
tare, ac reformare poteſt, recognoſcendo, an
omnia in Hoſpitali procedant juxta mentem
fundatoris, *Barboſa de Epiſc.par.3. alleg.75.n.6.*
cum ſeqq. & in cap. ad hæc 4. num.3. de religioſ.
domib. Amoſtazo de cauſ.piis lib.4. cap.11. n.35.
ac ità ſancitum eſt in noſtra Luſitania ex *Regia* 89
Ordinatione lib.1. tit.62. §.39. in fine, ibi: *porem*
neſtes caſos podem os Prelados viſitando prover,
ſe ſe cumprem as cauſas pias, que os Inſtituidores
mandaraom, ideſt in his verò caſibus Superiores
viſitando recognoſcere poſſunt, utrùm pia ope-
ra adimpleantur, quæ fundatores reliquerunt.
Indè alia Hoſpitalia quoque ad peculiarem
morbum contagioſum, ubi Leproſi ob pericu-
culum contagii ſegregati congregantur, con-
ſtrui cœperunt, & appellari Leproſaria, ſeu 90
Leproſariæ, *cap. cùm dicat 2. de Eccleſ. ædific.*
Clem. per literas 2. de Præbend.Clem. quia contin-
git 2. de religioſ. domib. Barboſa de Jure Eccleſ.
lib.2. cap.11. num.10. & noſtro idiomate Luſi-
tano, teſte *Valaſco conſult. deciſ. tom.1. conſult.*
105. per tot. dictæ *Gafariæ*, ſeu *Albergariæ*; 91
Hoſpitale autem, in quo Leproſi inſimul cum
aliis infirmis curantur, etiamſi in eodem Hoſpi-
tali Leproſi retineantur ſeorſim ab aliis, cùm
non exindè videantur conſtituere corpus ſepa-
ratum; ſed ea ſeparatio fiat ad evitandum con- 92
tagium, non eximitur à ſolutione Decimarum
de hortis, & pratis ad nutrimentum illius ani-

malium

malium, Tamburin. de Jure Abbatiſſ. tom. 1.
diſput.15. quæſito 18. num.47. cum ſeq. Rota poſt
eund tom.3.deciſ.94. num.5.
Tandemque extant eleæmoſynariæ, ubi eleæ-
93 moſynæ elargiuntur, de quibus, & de aliis ſu-
prà recenſitis varia nomina, & ſpecies habentur
in cap. cum quolibet §. Sancimus 23. quæſt.8. cap.
ſi quis omnem ad fin. 1. quæſt 7. Clem. per literas 2.
de Præbend. Clem. quia contingit 2. de religioſ. do-
mib l.illud, quod 19. & l.ſancimus 22. C. de Sa-
croſanct. Eccleſ. Novella de alien. & emphyteuſ. in
princ. & de Eccleſiaſtic. titul. § finali, latè Amo-
ſtazo de cauſis piis lib.4. cap.11. num.2. cum ſeq.
Gonzal. in cap. licet ad ea 4. num. 4. de religioſ.
domib. Vallenſ. Paratitl. Jur.Canon. lib.3.tit.36.
§.1. num. 1. Sebaſtian. Cæſar de Menezes de Hie-
rarch. Eccleſ. quæſt. 2. §. Prohœm. §.5. nu.28. An-
ſald. de Juriſdict. part. 2. tit. 11. caſ.13. num.1.
Tholoſan. ſyntagm. Jur. to.1. par.2. lib.15. cap.28.
num. 7. cum ſeqq. & in Jus Canon. tom.1. lib.1.
tit.16. cap.1. num.1.
94 Habentur etiam operaria, & ſimilia, quæ
omnia veniunt appellatione Hoſpitalis, licet
diverſis nominibus nuncupentur juxta uſum
diverſarum regionum ad Clem. per literas 2. de
Præbend. Corrad. in prax. diſpenſat. Apoſtol. lib.8.
95 cap.6. num. 29. Miniſtri autem curam habentes
ægrotorum dicti ſunt Parabolani l. Parabolani
18. l. placet 17. C. de Epiſcop. & Clerid. Gonzalez
in cap. licet ad ea 4. n.4. circà fin. de religioſ. domib.
Quibus ad ſatietatem præmiſſis, firmatur
in præſenti, quòd Hoſpitalia, retinendo emphy-
teuſim, teneantur ad quindennia tàm ob Hoſpi-
96 talium perpetuitatem, quàm quia Hoſpitalia
ſunt Loca Pia, & emphyteuſis non revertitur
ad Dominum directum, Amoſtazo de cauſ. piis
lib.4. cap.11. n.7. & 10. juncto nu.14. proindeque
uti de prohibitis, non ſunt capacia retinendi
emphyteuſim, ſed illam tenentur infrà annum
97 vendere privato, & perſonæ capaci, Manent.
conſ.19. nu.3. Riminald ſen. conſ.422. nu.3. cum ſeq.
Riminald. jun. conſil.698. nu.26. cum ſeqq. lib.6. ex
viva ratione, quia Hoſpitalia ob identitatem
rationis æquiparantur Eccleſiæ, quæ nunquam
moritur, & tàm illa, quæ erecta ſunt aucto-
ritate Epiſcopi, quàm quæ ſine auctoritate,
98 cùm in ſe ſint perpetua, militat ſemper eadem
ratio prohibitiva, præterquamquòd ambigi
nequit, Hoſpitale procul dubio eſſe pium, ſa-
crum, religioſumque locum, in quò opera pie-
tatis exercentur, Moneta de commut. ultim. vo-
lunt. cap.4. à num.25.
Ad probandam autem perpetuitatem Hoſpi-
talis, quæ eſt fundamentum intentionis Do-
mini directi pro conſequutione quindenniorum,
99 ſufficit ſola præſumptio, quòd pientiſſimus
fundator voluerit bona ſua perpetuò in dubio
dicare pro animæ ſuffragio, quouſque ex adver-
ſo in contrarium doceatur Amoſtazo de cauſis
piis lib. 4. cap. 11. num.14.
Si tamen Hoſpitale non fuerit formatum, ſed
100 tantùm aliquis privatus peregrinos, aut pau-
peres hoſpitatur, ea voluntate, ut poſſit Ho-
ſpitale ad alios uſus divertere, prout ſibi pla-
cuerit, cùm tunc Hoſpitale ſit merè profanum,
& privatum, quantumvis ibi de facto ſervetur
Hoſpitalitas, nec ullam adhùc habere dicatur
deputationem perpetuam ad opera pietatis,
cùm poſſit fundatorem pænitere, illudque de-
ſtruere, & reducere ad uſus profanos, non te-
nebitur tale Hoſpitale ad ſolutionem quinden-
nii ob defectum perpetuitatis, Valaſco conſult.
deciſ. tom. 2. conſult. 105. num.8. cum ſeq. Amo-
ſtazo de cauſ. piis lib.1. cap.1. num 34. & ad effe-
ctum exemptionis à quindenniis temporalitas
Hoſpitalis remanet ſatis comprobata, ſi illud 101
erectum fuerit abſque auctoritate Ordinaria, &
adhùc vivat fundator, quem poteſt pænitere
fundationis, Valaſco dic. conſult. 105. num.11.
poſt obitum autem fundatoris Hoſpitale
quantumvis in ejus vita erectum abſque aſſenſu
Apoſtolico, aut Ordinario, cùm tamen funda-
tor uti jam ampliùs in humanis non degens, 102
non poſſit revocare ſuam fundationem, verè
remanet locus perpetuus, ac pius, & ſic ſub-
jectus quindenii ſolutioni, ex l. Ornotrophos 30.
ubi Barboſa num.11. C. de Epiſcop. & Cleric.
Nec refragatur, quòd in dubio capienda eſt
interpretatio, per quam faveatur loco pio l. 103
ſunt perſonæ 43. in fin. ff. de religioſ. & ſumpt. fu-
ner. ubi acutiſſimus Juriſconſultus Papinianus, 104
quanquam Ethnicus non protulit minùs pium
dictum, quàm proferret Catholicus, in verbis,
ibi: *Summam eſſe rationem, quæ pro religione
facit*, quia id militat, quando per hujuſmodi
favorabilem interpretationem nullum infertur
tertio præjudicium, nè aliter contra Juris tra-
mites locus pius in hoc impius locupletetur 105
cum aliena jactura cap. locupletari 47. de regul.
Jur. in 6. l. jure naturæ 206. ff. eod. l. bona fides 50.
ff. de action. empt. l. naturaliter 13. § unico, l. nam
hoc natura 14. l. hæc condictio 66. ff. de condict. in-
debit. Barboſa axiom. 139. num.1. prout facilè
eveniret quindennia non ſolvendo proprietario
deſtituto omni ſpe caducitatis ſuorum bono-
rum ſui favore.
Inſuper æquitas, & ratio naturalis videntur
ſuadere, ut Hoſpitalia, quæ tanquàm loca pia 106
participant de privilegiis Eccleſiarum quoad
eorum bona, Fulgin. de Jure emphyt. tit. de con-
tract. emphyt. qu. 16. num.11. Amoſtazo de cauſis
piis li.4. cap. 11. num.26. Gratian. diſc. 34. nu.1. 107
Cyriac. controv. 530. num.23. Conciol. alleg. 35.
num.5. & optima quidem ratione, quia cùm
bona Hoſpitalis deputata ſint ad uſum paupe-
rum, videtur favore pauperum mereri privile-
gium Eccleſiarum in alienatione ad evitandam
diſſipationem eleæmoſynæ ipſorum pauperum,
Leoncill. de privileg. pauper. par. 2. privileg.13.
num.3. participent etiam de oneribus Eccleſia-
rum, qualia ſunt ſolutiones quindenniorum
ad ſublevandos Dominos directos ab incom-
modis, & damnis ex amiſſione, vel non per-
ceptione laudemiorum derivatis, maximè cùm
Hoſpitale Pontificia, aut Epiſcopali auctorita-
te erectum, ſit, ac dicatur locus Eccleſiaſticus, 108
& religioſus ad text. in cap. ad hæc 4. de religioſ.
Domib. Conciol. alleg.35. n.4. Gratian. diſcept.481.
nu.11. cum ſeq. & diſc.517. nu.7. cum ſeq. Cyriac.
contr. 530. num.5. cum ſeq. Valaſco conſult. deciſ.
tom.2. conſult. 105. num.34. Maſcard. de generali
Statut. interpret. concl.1. nu.164. cum ſeq. Lapus
de Caſtelliono de hoſpitalitate num.70. ubi ità ſer-
vare Hoſpitale S. Mariæ Novæ de Florentia,
Barboſa in l. Orphanotrophos 30. num.9. C. de Epi- 109
ſcop. & Cleric. & de Epiſc. par.3. alleg.75. à n.32.

Marta de juriſdict. par.4.caſu 113.*num.*27. *Leon-*
*cill. de privileg. pauper. par.*2.*privileg.*13 *nu.*11.
Felin. in cap. de quarta 4. *num.*3. *in princip. verſ.*
ſecundò in alienatione, de præſcript. ubi Addiona-
*tor. liter. A. Redoan. de reb. Eccleſ. non alien. qu.*41.
*num.*27.*cum ſeq. & qu.*49. *num.*7. *& qu.*51. *n.*1.
& quidem amiſſio, ſeu non acquiſitio laudemio-
rum ſatis patet ex eo, quòd bona Hoſpitalis,
tanquàm bona verè Eccleſiaſtica, non niſi raró,
110 magnaque cum difficultate accedentibus eiſ-
dem ſolemnitatibus in bonorum Eccleſiæ alie-
natione requiſitis alienari poſſunt, & ſic deberi
deſinunt laudemia *Nonius conſ.*18. *num.*1. *Buc-*
*caferr.conſ.*82. *num.*11. ubi tamen diſtinctionis
fœdere meritò aſſerit, Hoſpitale merè Laycale
non ſubjacere *Extravag. ambitioſæ de reb. Eccleſ.*
non alien. ſed ſolùm illud, quòd Ordinaria au-
ctoritate erectum fuerit, *Eugenius conſ.*88. *n.*9.
*tom.*2. *Caball. conſ.*73. *n.*4. *lib.*2. *Imola conſ.*179.
*num.*1. *Valaſco conſult. dec. to.*2.*conſult.*105. *n.*34.
*Coſta de facti ſcient. & ignorant. diſt.*56. *num.*7.
*Ciarlin. contr.*116. *n.*20.*verſ. non obſtat, & n.*21.
*lib.*1. *Pignatell. conſult. Canon. tom.*4. *conſult.*21.
*num.*1. *Borell. in ſumma dec. tom* 1. *tit.*15. *nu.*74.
Thomaſius tract. var. decade 3. *tract.*7. *tit.* 19.
*num.*3393. *Subam.*52. *& tract.*10. *tit.*1. *cap.*3.
*num.*22. *Tondut. de Penſion. cap.*65. *num.*14. *cum*
*ſeqq. Lezzana quæſt. regular. tom.*2. *cap.*6. *n.*16.
*Amoſtazo de cauſis piis lib.*4.*cap.*11.*num.*29.*Ni-*
*ger de ſubhaſtat. cap.*4. §. 3. *cum ſeqq. Riccius in*
*prax. Eccleſ. tom.*1. *reſol.*37. *num.*4. *Naldus in*
*ſumma caſuum conſcient. verbo Hoſpitale num.*5.
*Nicolius lucub. tom.*2. *lib.*2. *tit.*1. §.*Sacr. n.*23.
ubi ità reſolutum per S. Congregationem Epi-
ſcoporum, & Regularium, *Fabian. de Monte de*
*empt. & vendit.*3. *qu. princip. n.*35. *Card. Mantica*
111 *de tacit. & ambig. conv. tom.*2. *lib.*25. *tit.*6. *n.*69.
licet Epiſcopus tanquàm pater pauperum alie-
nare poſſit ſine aliquo decreto bona hoſpitalis
liberè, *Felin. in cap. de quarta* 4. *num.*3. *in princ.*
de præſcript. adeò ut in nonnullis Hoſpitalibus
adſit ſalutare ſtatutum de non alienando eorum
bona, niſi ſub certis ſolemnibus, ut de Hoſpi-
tali B.M.V. Scalarum *Caball. conſ.*73. *nu.*8. *par.*2.
quo caſu videtur magis de Eccleſiaſticitate par-
ticipare, cùm præter prohibitionem juris adſit
etiam illa Statuti, ſicque Juris particularis, *Gon-*
galez in cap. licet ad ea 4 *num.*5. *antè med. de*
religioſ. domib. Gypſius in addit. ad dec. Rotæ Bo-
non. 92.*in fine, verſ. & quod quantum ad bona,*
*Gama noſter dec. Luſitan.*390.*n.*60. *Rota Romana*
*dec.*368. *num.*1. *part.*1.*rec. dec.*248. *n.*24.*part.*11.
Minùſque Hoſpitali tollit Eccleſiaſticitatem,
& per conſequens perpetuitatem, motivum,
quòd regatur à Laycis, prout ferè omnia Urbis,
112 & Orbis Hoſpitalia à talibus perſonis reguntur,
Capra in Clement. diſpendioſam 2. *nu.*12. *de judic.*
cùm in Laycis magis attendatur ſollicitudo, &
113 ſolertia adminiſtrandæ rei familiaris, quàm di-
vinorum Officiorum celebratio, *Craſſus in cap.*
cùm ad ſedem 15. *n.*27. *de reſtitut. ſpoliat. Ama-*
*yden. de ſtyl. Datar. lib.*1. *cap.*15. *quæſt.*11. §.5.
*num.*39. *cum ſeq.* quia ſufficit, quòd Hoſpitale
ſit fundatum Papali, aut Epiſcopali auctorita-
te, licet per accidens regatur, & adminiſtretur à
Laycis, cùm etiam Hoſpitale Eccleſiaſticum,
114 ac religioſum à Laycis adminiſtrari valeat, quin
deſinat eſſe talis naturæ, & habere perpetuita-
tem, *Mareſcot. var. reſol. lib.*2. *cap.*3. *num.*14.
*Concioll. alleg.*35. *num.*15. *lib.*1. ubi de Hoſpita-
li S. Maria Miſericordiæ Plani Mercati Urbina-
ten. Civitatis, de qua ortus eſt SS.D.N. Sapien- 115
tiſſimus, & clementiſſimus Clemens Papa XI. 116
quem Deus incolumem ſervet ad beneficium,
& gloriam univerſalis Eccleſiæ, *Rota dec.*275.
*num.*6. *par.*1.*diverſ.* immò Hoſpitale adeò æqui-
paratur Eccleſiæ, ut Eccleſiæ appellatione ve- 117
niat *Concioll. alleg.*35. *num.*8.

Ad tollendam autem præſumptionem ſæcula-
ritatis ob Laycorum gubernium, comprobanda 118
eſt interpoſitio auctoritatis Ordinariæ, *Cyriac.*
*contr.*530. *num.*1.*cum ſeqq.* quæ quidem Hoſpi-
talis Eccleſiaſticitas, & publicitas deſcendit
ex immemoriali fundatione, ad hoc, ut Hoſpi-
tale dici valeat publicum, auctoritate nempè 119
publica Diœceſani inſtitutum, quod Doctores 120
appellant *formatum, ſeu formale*, quaſi formam
recipiat à præſtante auctoritatem, indèque (ut
ità dicam) ſpiritualitatum, *Curt. Jun. conſil.*20.
*num.*4.*cum ſeqq. part.*1. ſicuti è contrario argui-
tur Hoſpitale ſæculare, ſi per longum tempus à 121
ſolis ſæcularibus abſque mixtura Eccleſiaſtico-
rum fuerit poſſeſſum, *Buccaferr. conſ.*81. *num.*22.
quale eſt illud B.M.V. Conſolationis de Urbe,
& aliud celebre apud Eccleſiam Patriarchalem 122
S. Joannis Lateranenſis, ſeu Sanctiſſimi Salvato-
ris ad Sancta Sanctorum, de quo *Rota deciſ.*44.
poſt Antonell. de Jurib. & oner. Cleric.

Sed quando adhuc ſæculare eſſet, cùm non
indè deſinat eſſe perpetuum, nec amittat natu-
ram loci pii, ſi in perpetuum fundetur per ulti-
mam voluntatem, aut per contractum inter vi- 123
vos, aut quomodocumque, ideòque uno, vel
altero modo ſemper tenebitur ad quindennia,
*Amoſtazo de cauſis piis lib.*4.*cap.*11.*num.*7. quod
fortiùs habebit locum, ſi Hoſpitale ſit fundatum
in loco ſacro, ut eſt Eccleſia, quia tunc militat
præſumptio pro religioſitate Hoſpitalis, *Merlin.* 124
*Pignatell. controv. forenſ. cap.*65. *num.*6.*cum ſeq.*
*Gutierrez. canon. lib.*1. *cap.*35. *num.*20. & natu-
rale eſt, ut Hoſpitale in Eccleſia fundatum, de 125
ipſius Eccleſiæ Eccleſiaſticitate participet, *Fran-*
*ces de Eccleſ. Cathedral. cap.*27.*num.*133. *&* 160.
& plura Eccleſiaſticitatis ſigna affert *Barboſa de* 126
*Jure Eccleſ. lib.*2. *cap.*11. *num.*15. quidquid ſit,
ſi aliquis privatus propria auctoritate Hoſpitale
erigat, ibique peregrinos, aut pauperes excipiat
abſque aliqua deputatione perpetua, ſed ex pla-
cito miſericordiæ id agat, tunc enim tale Ho-
ſpitale non tenebitur ad quindennia, ex defectu
perpetuæ deputationis, quia nullibi apparet Ec- 127
cleſiaſticum, religioſum, aut propriè pium,
ſed magis ſæculare, & profanum, ac uti tale ex
erigentis voluntate ad profanos uſus converti-
bile, licet per accidens ibidem pia opera exer-
ceantur, *Valaſco conſult. dec.*105. *num.*8. *part.*2.
*Amoſtazo de cauſis piis lib.*4. *cap.*11. *num.*8. &
hujuſmodi ſæcularitas adhùc exiſtit, licet Ho- 128
ſpitale habeat Eccleſiam cum Campana, niſi
ſit annexum Eccleſiæ, ut Eccleſia eſſet principa-
lis, & Hoſpitale acceſſorium, ſecùs quando Ec-
cleſia acceſſoria Hoſpitali, vel quando æquè
principaliter conſiderarentur Eccleſia, ac Ho-
ſpitale; *Valenzuola Velazquez conſ.*18. *num.*69.
*vol.*1.*Buccaferr. conſ.*81. *nu.*22.*Cyriac. contr.*530.
*nu.*7. *Maſcard. de generali Statut. interpret. cap.*1.
ſub

ſub n.166. cum ſeqq. Craſſus in cap.cum ad Sedem 15. n.24. de reſtitut.ſpoliat.Fontanella dec.Cathalon.331.n.13.cum ſeqq. par.2.Rota Rom. dec.106. ſub n.1. & dec.114. n.6. cum ſeqq. par.2.diverſ. aliàs nec pro tempore, quo durat hoſpitalitas, dicendum eſt, interim Hoſpitale hujuſmodi merè profanum teneri ad quindennia, cùm ſicuti interim habendum non eſt pro loco pio ad effectum gaudendi privilegiis Eccleſiæ, ſeu loco pio competentibus, nè aliter utilitas privilegio-
129 rum non cedens in utilitatem cauſæ piæ, quæ ibidem ad tempus exercetur, cederet in utilitatem illius perſonæ, quæ ad ſui beneplacitum Hoſpitale poteſt revocare, Amoſtazo de cauſis piis lib.4. cap.11. n.9. ubi contraria rejiciuntur, Cyriac.contr.530. n.57. quidquid inferiùs ſui im-
130 memor Amoſtazo num.24. contrarium ſenſerit.

Præterquamquod in materia ſolutionis quindenniorum neſcio videre, quomodò intrare poſſit diſtinctio illa per Doctores, in aliis materiis potiſſimùm, ut plurimùm beneficialibus, & juriſdictionalibus pertractata ſuper inſpectione, an Hoſpitale ſit Eccleſiaſticum, & conferri ſo-
131 leat in titulum perpetuum, indèque dictum collativum, aut per electionem, adminiſtrationem, aut commendam, quæ valdè ſimilis eſt titulo, dicendum eſt Beneficium Eccleſiaſticum Clem. quia contingit 2. §. Ut autem de religioſ. domibus, Amoſtazo de cauſis piis lib.4. cap.11.
132 num.5. ac uti tale cadens ſub reſervatione, Gonzalez in Regul.8. hodiè 9. Cancellar. de Menſibus gloſa 5. §.4. num.14. Amoſtazo de cauſiis piis lib.4. cap.11. num.17. ubi carpit Lotterium pu-
133 tantem, Hoſpitale reſpectu collationis, non quidem deſinere eſſe Hoſpitale, nec videri ſubjectum diverſæ naturæ, ſed loco tantùm Beneficii haberi, & eum redarguit, quòd ejus modus loquendi videatur incivilis, defendens propriè
134 eſſe Beneficium, & quia includit curam pauperum, Hoſpitale dici, & materiam fusè proſequitur Amoſtazo de cauſis piis lib.4. cap.11. à num.15. uſque ad num.21. incluſivè, aliàs verò Hoſpitale non venit in generali Beneficiorum
135 reſervatione, Simoneta de Benefic. reſervat. qu.7. per tot. niſi probetur, illud ſolitum eſſe dari in
136 titulum, Granucc. in appendice ad dictum Simonet. num.6. prout pariter inſpectio Eccleſiaſticitatis, & ſæcularitatis Hoſpitalis inſervire poteſt
137 ad definiendum, an teneatur ad collectas, ad quartam Canonicam, & ad ſimilia, de quibus latè Amoſtazo de cauſis piis lib.4. cap.11. à n.32.
138 vel etiam ad decidendum, an Hoſpitale ſit impetrabile à Papa, ut forſitan impetranti conferatur in Rectoriam, ſeu adminiſtrationem, de qua quæſtione pulchrè Curtius junior. conſ.20. per tot. par.1. Maſcard. de generali Statut. interpret. conc.1. num. 169. Padilla in l. Si aquam 4. nu.47. C. de ſervit. & aqua, Thomaſius tract.var. tract.10. tit.1. cap.3. num.41. & 50. Gilian. ad Jus Municipale, ſeu Statut.Peruſ.verbo Hoſpitale poſt liter. A. §.Eccleſiam S. Ægidii de Colle, ubi refert Hoſpitale S.Mariæ de Miſericordia Peruſi-
139 næ Civitatis, ex Indulto Martini V. eſſe impetrabile, cui Hoſpitali fuit unitum aliud Hoſpitale S. Ægidii de Colle per Clementem VII. & S. Pium V. ut in §. De Hoſpitali Collis, de quo Hoſpitali S.Mariæ Miſericordiæ Nonius conſ.58. Franciſcus Baldus int.conſil.Baldi conſ.253.vol.5. Bartol.in l. in Sacris 12. num.2. C.de proxim.Sacr. Scrin. lib.12. Gilian. loc.cit. in annot. num.2.cum ſeqq. Joſeph Ludovic. dec.Peruſin.30.nu.6.verſic. circà ſecundum cum ſeqq. qui tamen Curtius jun. refellitur per Valaſ.conſult.dec.par.2.conſult.105. nu.30. tenentem non poſſe impetrari à Papa per Clericum Hoſpitale Laycale ob negligentiam adminiſtratorum ſæcularium, ſed hujuſmodi impetrationem unicè faciendam à Principe ſæculari, in hoc nihilominùs non exiſtimo, benè 140
carpi Curtium juniorem, quia ſi Ordinarius uti exequutor ultimarum piarum voluntatum poteſt in caſu negligentiæ adminiſtratorum Lay- 141
corum ſe intromittere in regimine, Coſta conſ.4. num.22.cum ſeqq.lib.1. & in ſpecie Hoſpitalis ſæcularis tenet idem Valaſco dicta conſult.105.n.55. cum ſeqq. tom.2. auctoritate Duardi in Bullam Cœnæ Domini lib.2. can.5. qu.7. num.2. in med. multò magis id facere poteſt Papa Ordinarius Ordinariorum prout etiam ad effectum videndi, 142
quis ſit Judex competens in cauſa Hoſpitalis, de quo luculenter Cyriacus controv.530. per tot. de Graſſis de effect. Clericat. effect.1. num.122.cum ſeqq. & quando ad Principem Eccleſiaſticum, & quando ad Principem ſæcularem ſpectet com- 143
mutatio Hoſpitalis, de quo fuſiſſimè Valaſc.laudata conſult.dec.105.per tot. parte 2. ac ſignanter num.55. cum ſeqq.

Eſt benè verum, quòd ſi Hoſpitale fuerit extructum in propria domo ad recipiendum ægrotos, cum declaratione, quòd poſſet totiès quotiès vellet inſtitutor illud claudere, & extinguere hoſpitalitatem, etiamſi habeat Oratorium, 144
in quo tamen ſacrum non fiat, non ſubjacebit hoc caſu ſolutioni quindenniorum, quia ibidem propriè nec adeſt locus religioſus, nec conſiderari poteſt aliqua perpetuitas ob dependentiam ab arbitrio conſtructoris circà Hoſpitalis durationem, Felin. in cap. de quarta 4. nu.11. de præſcript.Merlin.Pignatell. controv.forenſ. c.65. n.25. Granañeto in cap. ad hæc 4. num 2. de religioſ. Domib. Quiſquis enim Chriſtianus ob privatæ devotionis fervorem ad libitum ſuæ voluntatis 145
poteſt Hoſpitale duraturum erigere abſque ulla participatione Ordinarii in domo ſua, vel alibi, dummodò non habeat formam Eccleſiæ can unicuique 33. de conſecrat.diſtinct.1. can. quidam 18. q.2. cap. inter dilectos 8.de donation.Novella Juſtiniani 58. Eugen. conſ.88. num.13.cum ſeqq. & num.54. tom.2. Gratus conſ.142. num.11. tom.2. Maranta controv. par.3. reſp.89. num.7. Anſald. de Juriſdict.par.2.tit.11. caſ.13.num.2.cum ſeqq. Lotter. de re benef. lib.3. qu.6. num.19. cum ſeqq. Guidobon. advocat.107. num.1. cum ſeqq. Cabedo de Patronatu Reg.Coron. cap.38.num.1. Antonell. de loc.legal. lib.1. cap.2. num 5. Valaſc. conſult. dec.par.2. conſult.105. num.1. Niger de ſubhaſtat. cap.4. §.3. n.26. Marta de juriſdict.par.2.cap.23. num.21. Cyriac. contr.530. nu.2. Ciron.in Jus Canon. tit.36. circà fin. fol.mihi 259. Barboſa de Jure Eccleſ. lib.2. cap.11. num.20. Graff. dec. aur. par.2.lib.3.cap.27.nu.55.Marc.dec.Delphin.908. in princ. & deciſ.1018. num.1.cum ſeqq. parte 1. Exemplum habemus in Loth, & Abraham, qui 146
indiſtinctè in eorum domibus pauperes recipiebant juxtà Geneſ.cap.18.& 19.etenim licet olim Eccleſiarum dedicationes fierent per Imperatorem, ſivè ejus juſſu, cùm tunc temporis Ec-

cleſia valdè oppreſſa eſſet, tamen Cæſares poſt-
quàm Chriſtianam colere Religionem cæpe-
runt, ſola Epiſcopi auctoritate fieri potuerunt,
non privata, nec publica Populi auctoritate,
nè prætextu Religionis, ſuperſtitio, vel error
147 veniret in mentem hominum, ſi unuſquiſque
ſua auctoritate poſſet locum religioſum, vel ſa-
crum facere, *Grañanieto in cap. ad hæc 4. num.2.*
148 *de religioſ. Domib.* prout extat exemplum in Mi-
chæ idololatria *Judic.17. 5. & 10. & ſeqq. tulit
ducentos argenteos, & dedit eos argentario, ut fa-
ceret ex his ſculptile, atque conflatile, quod fuit
in domo Michæ. Qui ædiculam quoque in ea Deo
ſeparavit, & fecit Ephod, & Teraphim, ideſt veſtem
Sacerdotalem, & idola &c. & factus eſt ei Sacer-
dos &c. dixitque Michas, mane apud me, & eſto
mihi parens, ac Sacerdos, daboque tibi per annos
ſingulos decem argenteos, ac veſtem duplicem, &
quæ ad victum ſunt neceſſaria &c., implevitque
Michas manum ejus, & habuit puerum Sacerdo-
tem apud ſe. Nunc ſcio dicens, quòd benefaciet
mihi Deus habenti &c. Sacerdotem, & cap.18.
verſic.5. 19. 24. & 31. hic, & hæc præſtitit mihi
Michas, & me mercede conduxit, ut ſim ei Sacer-
dos &c. venique nobiſcum, ut habeamus te patrem,
ac Sacerdotem, Quid tibi melius eſt, ut ſis Sacer-
dos in domo unius viri, an in una tribu. & fami-
lia in Iſrael &c. Deos meos, quos mihi feci, tuli-
ſtis, & Sacerdotem &c. Manſitque apud eos ido-
lum Michæ omni tempore, quo fuit domus Dei in
Silo.* Non indè venit repræhendendus, immò
149 laudandus, qui devotione motus, ſuæ domus
partem deputet ad ſuſcipiendos peregrinos, &
ibi hoſpitalitatem ſervet etiam nulla interve-
niente conſecratione, nullaque Eccleſiaſtici ſu-
perioris auctoritate, *Duard. in Bulla Cæn. lib.2.
can.15. qu.7. num.2.* Sicuti quiſquis poteſt ad li-
bitum Eleæmoſynas elargiri, cæteraque pia
charitatis opera exercere, ob talem tamen tem-
150 poralitatem locus ille remanebit ſemper profa-
nus, nulla gaudebit Eccleſiaſtica immunitate,
nec Diœceſani juriſdictioni ſubiacebit, immò
poterit ad alios humanos, profanoſque uſus de-
putari, emi, vendi, obligari, & donari, *La-
pus de Caſtelliono de hoſpitalitate num.10. Selva
de Benef. qu.6. part.1. num.10. Guidobon. advo-
cat.* 107. *num.11. verſic. ex quibus, Anſaldus de
Juriſdict. par.1. tit.11. caſ.13. num.14. cum ſeqq.*
& in quantum hujuſmodi fundator vivit, Epi-
151 ſcopus ſe intromittere nequit, ſed fundator re-
manet dominus loci, habetque plenam admi-
niſtrationem rerum, *Selva de Benef. par.1. qu.6.
num.11.* & ordinans Hoſpitalis profani ponit ad
152 nutum, ac deponit, & removet, ſeu amovet
Rectorem, vel Cuſtodem propria auctoritate,
Coſta conſ.4. num.14. cum ſeq. vol.1. ubi talis
fundator laycus non dicitur patronus, ſed ab-
153 ſolutè dominus, *Ciarlin. controv. forenſ. lib.2.
cap.213. num.46. Lambertin. de Jurepatron. lib.1.
par.1. qu.11. principal. artic.11. num5. verſ. ſub-
dit etiam hoc, Anſald. de Juriſdict. part.2. tit.11.
cap.13. num.10. cum ſeq.* Diciturque tale Hoſpi-
tale manuale, & revocabile, in quo ſuccedunt
154 Hæredes inſtitutoris tanquàm in bonis hæredi-
tariis, *Ciarlin. contr. for. lib.1. cap.116. num.13.
verſic. hoc idem confirmatur*, adeò ut poteſt po-
155 ſteà hoſpitalem domum mutato conſilio clau-
dere, & ad libitum deſtruere, *Æmilian. conſ.153.
num.8. Novar. de elect. fori tom.1. qu.54. num.19.*
ubi hujuſmodi Hoſpitale dicit dici domum ho-
minis, & non Dei, *ChoKier de Juriſdict. in
exempt. qu.13. num.4. par.1. Piaſeg. prax. Epiſc.
part.2. cap.3. num.38. Ubald. de Canonica Epiſc.
cap.4. in princip. fol. mihi 252. Rota coram Co-
mitulo dec.94. num.2.* Eodem fermè pacto Hoſpi-
tale non habens dotem, nec Rectorem perpe-
tuum, licet fortè habeat Altare cum auctoritate
Ordinarii, in quo aliquandò celebratur in ma- 156
gnis feſtivitatibus, non tenebitur ad Quinden-
nia tanquàm locus non habens perpetuitatem,
nec religioſitatem, *Angel. à Gambilionibus de
teſtam. penes Roland. in ſumma tom.1. fol. mihi 250.
à tergo col.1. circà fin. verſ. & advertas, Selva
de Benef. part.1. cap.6. num.45.* hinc eſt, quòd
hoc Hſpitale privatum in ejus bonorum aliena-
tione non ſubjacet notiſſimæ *Extravag. ambi-* 157
tioſæ de reb. Eccleſ. non alien. Sed ad libitum illa
alienari poſſunt, *Menoch. conſ.635. num.5. Felin.
in cap. de quarta 4. num.3. in prin. verſ. videtur, de
præſcrption.* ubi rejicit contraria, *Anſald. de Ju-
riſdict. par.2. tit.11. cap.13. num.9.* ubi tamen
ejus bona dotalia inquit abſque ſolemnitatibus
non poſſe alienari, *Niger de ſubhaſt. cap.4. §.3.* 158
*n.28. Maſcard. de probat. vol.2. concl.869. n.16.
Duard. in Bull. Cænæ Domini lib.2. can 15. quæſt.7.
concl.1. n.5. Pacion. de locato, & conducto cap.14.
§.9. num.25. Tondut. de Penſion. cap.65. num.15.
cum ſeq.* ubi id intelligit procedere in bonis poſt
Hoſpitalis primam fundationem, non autem in
bonis ex primaria origine Hoſpitali relictis, quæ 159
citrà ſolemnitatem inalienabilia ſunt, *Lapus de
Caſtilliono de hoſpitalitate num.71. Redoan. de reb.
Eccleſ. non alien. qu.28. num.11. Pignatell. conſult.
canon. tom.4. conſult.21. num.4. Rota poſt Tondut.
de Penſion. dec.58. num.4. cum ſeq.* Ideòque Ho-
ſpitale hujuſcemodi habens facilitatem ad alie-
nandum, facilè alienare poteſt etiam bona ſibi
in emphyteuſim conceſſa, & ſic laudemia ſolve-
re, prout cùm de ſui natura ſit temporale, faci-
lèque deſtructibile, facilè quoque ad proprieta-
rium, ſeu dominum directum ejus bona deve-
nire poſſunt, immò licèt ad cautelam Hoſpita- 160
le laycale impetraverit Beneplacitum Apoſtoli-
cum, quod vocant *ſi in evidentem*, ad bonorum
alienationem, non hinc tamen remanet Eccle-
ſiaſticum, quia illud forſitan impetravit, qua-
tenùs opus ſit, *Barboſa de Jure Eccl. lib.2. cap.11.
num.17. verſic. nec Beneficium, Pignatell. con-
ſult. canon. tom.4. conſult.21. num.9.* in ſequelam
S. Concilii Tridentini ſeſſ.22. de Reform. cap.8. & 9.

Sicuti nec definit eſſe privatum, quantumvis
ab Ordinario viſitatum fuerit, quia & Hoſpita-
le privatum ab Ordinario tanquàm Apoſtolicæ
Sedis Delegato viſitari poteſt ſaltem ut obſer-
vare faciat voluntatem pii fundatoris, *Franc.
Anton. Coſta conſ. 4. num.19. vol. 1. Barboſa de* 161
*Jure Eccl. lib. 2. cap.11 num.49. & ad S. Concil.
Tridentin. ſeſſ. 22. de reform. cap. 8. num. 5. cum
ſeqq. Anſald. de Juriſdict. par. 2. tit. 11. cap.13.
nu.37. cum ſeqq. Merlin. Pignatell. contr.65. nu.11.
& 17. tom. 1. Chokier de Juriſdict. in exempt.
par.2. qu.45. num.77. Rota in recen. deciſ.30. nu.8.
par.2. & poſt. Tondut. de Penſion. dec. 58. num.7.*
adeò ut, etiamſi teſtator, Hoſpitalis fundator
prohibuiſſet, nè Epiſcopus in tali hoſpitali ſe
intromittat, adhùc quia non poteſt facere, ut 162
leges

leges locum non habeant in ſuo teſtamento,
Epiſcopus illud viſitare poteſt ſtante *Conciliari
Decreto ſeſſ. 7. de Reform. cap. fin.*
Eodem modo ſi conſtruatur Hoſpitale ab ali-
quo Collegio, ſeu Univerſitate abſque Diœce-
ſani aſſenſu, cùm iſti de Collegio, ſeu Univer-
ſitate ſemper vivant, & per conſequens ſemper
163 illud deſtruere poſſint ad libitum, non tenebi-
tur ad quindennia adinſtar Hoſpitalis à privato
adhùc vivente fundati pro tempore ad libitum,
Eugen. conſ. 88. *num.99 lib.* 2. ubi de Hoſpitali
Collegii Mercatorum, & Campſorum Peruſinæ
Civitatis; quidquid dicendum ſit in caſu ſolu-
164 tionis quartæ Canonicæ Epiſcopo debitæ de re-
lictis Hoſpitali fundato à Laycorum Uuiverſi-
tatibus, quia eo caſu illa non debetur, dum
eadem fermè in eo, quæ in privato Hoſpitali,
militat ratio, *Rota coram Comitulo dec.94. nu.8.
cum ſeq.& dec.*117. *num.*32. Si tamen Hoſpitale
conſtructum fuerit ad ægrotos in perpetuum
recipiendos, licet careat auctoritate Ordinarii,
165 adhùc uti locus pius,& tanquàm talis nunquam
moriturus, & pèrpetuus, ſubjectus *Extravagan-
ti ambitioſæ de reb. Eccleſ. non alienand.* ſolvet
quindennia, *Gonzalez in cap. licet ad ea 4.
num.7. de religioſ. Domib. Card. Mantica de coni.
ul. vol. lib.4. tit.5. artic.5. num.1. in fine*; Quod
autem hujuſmodi Hoſpitale abſque auctoritate
166 Ordinarii inſtitutum,ſit locus pius,immò etiam
religioſus, interque pias cauſas connumeran-
randum, eſt textus apertiſſimus in *l. Orphano-
trophos* 30. *C.de Epiſcop.& Cleric. ubi Barboſa
num.*11. *& de Epiſcop. part.*3. *alleg.*75. *num.*23.
*& de Jure Eccleſ. tom.*2. *lib.*3. *cap.*19. *num.*21.
*Florez Diaz de Mena var. reſol. lib.*2. *quæſt.*21.
*num.*176. *cum ſeqq.* Adeòut etiamsì ex aliquo
accidenti Hoſpitale extingueretur, adhùc ſolu-
tio quindenniorum non ceſſaret, cùm relictum
Hoſpitali quantumvis extincto nnnquàm defi-
167 cit, ſed convertendum eſt in alium pium uſum,
*Cardinal Mantica de coniect. ultim.volunt. lib.*4.
*tit.*5. *artic.*5. *num.*4. prout idem judicandum de
Hoſpitali poſt obitum fundatoris effecto perpe-
tuo, qua de cauſa puto incipere debere quin-
dennium, quamtumvis in vita fundatoris illud
non deberet, quippè mortuo fundatore ità ſit
168 perpetuum, ut ab ipſo deſtrui ampliùs non poſ-
ſit, niſi reſurgendo à mortuis, ideòque verè eſſe
locum pium, *Niger de Subbaſt. cap.*4. §.3. *n.*32.
*cum ſeq. Rota coram Comitulo dec.94. nu.6. verſ.
quòd autem, & dec.*117. *num.*16. *cum ſeqq.*
Nec ſequenda eſt ſententia contraria penès
169 *Innocent. X. dec.*318. *in annotat. poſt num.*27. ubi
de merè Laycalibus Hoſpitalibus Sanctiſſimi
Salvatoris ad Sancta Sanctorum in Sacroſancta
Lateranenſi Baſilica, & B.M. Conſolationis de
170 Urbe, ubi firmatur, talia Hoſpitalia uti laycalia
non ſubjacere *Extravag. ambitioſæ de reb.Eccleſ.*
171 *non alien.* de quo valdè dubito, quia ſunt qui-
dem laycalia quòad unam partem, nēpè quòad
eorum Cuſtodes, Guardianos, Priores, ſeu
Adminiſtratores, & Deputatos, qui ſnnt layci,
ac uxorati, ſicuti dicitur Hoſpitale Regulare ad
172 differentiam laycalis illud, quod regitur, &
adminiſtratur per virum Regularem,*Rota coram
Peña dec.*1466. *num* 3. *ac in recen. dec.*202. *nu.*3.
*part.*1. ſed Eccleſiaſtica, & religioſa quòad
aliam partem, dum habent Eccleſiam, eaque
credo eſſe fundata auctoritate Pontificis, ſive 173
Ordinarii, qualis eſt Eminentiſſimus Urbis Vi-
carius, prout Apoſtolica auctoritate fundatum
eſt Archihoſpitale S. Jacobi Incurabilium de Ur- 174
be *Rota poſt Pacific.de Salvian.interd.dec.*231.*n.*3.
Minùſque mihi arridet opinio *Æmiliani con-
ſil.*153. *num.9.* tenentis Hoſpitale privatum au- 175
ctoritate Ordinarii non fundatum non eſſe de
perſonis, in quas ſit prohibita alienatio rei em-
phyteuticæ, quia Hoſpitalis conſtructore jam
mortuo, & ſic Hoſpitale jam deſtruere ampliùs
non valente incipit Hoſpitale de ſui natura in
vita fundatoris temporale, eſſe perpetuum, nec 176
ampliùs ad profanos uſus convertibile, *Abb.in
cap.ad hæc* 4. *num.*4. *de religioſ. Domib.* ac uti ta-
le juxta regulam per nos ſuis locis abundanter
traditam incapax acquiſitionis emphyteuſis, ac 177
uti incapax, etiam ſubjectum quindenniis, eo-
dem modo rejiciendi veniunt *Alexand.conſ.*120. 178
*num.*3. *circà fin. verſ. non obſtat lib.*1. *Bertrand.
conſ.*244. *num.*3. *vol.*1. *par.*1. *Cyriac. contr.*530.
*num.*14. *cum ſeqq. Danza de pugna Doctor.tom.*1.
*tit.de legatis piis cap.*3. *num.*13. *cum ſeqq. Ruſti-
cus in l.cùm Avus* 102. *ff. de condition. & demon-
ſtrat. lib.*5. *cap.*5. *num.*34. idem tenentes, ac ad
ſummum diverſa, ſeu adverſa opinio ad eam
ſalvandam, intelligenda eſſet, & accipienda in
eum ſenſum, ut Hoſpitale citrà Ordinarii aucto-
tatem erectum, non ſit locus religioſus, ſacer,
vel Eccleſiaſticus, ad quod requiritur conſenſus
Diœceſani, adeòque ut talis non guadeat pri-
vilegio Eccleſiarum, ut utramque opinionem
conciliare conatur *Moneta de commut.ultim.vol.
cap.*4. *num.*26. optima quidem ratione, quia 179
nempè ut locus ſit, & dici poſſit pius, ſufficit,
quòd ſit deſtinatus, & diſpoſitus ad piarum re-
rum exercitium, nec eſt attendendus locus, an
ſit Eccleſiaſticus, vel ſæcularis, ſed cauſa, ob
quam relinquitur, ut ſit pius, vel quòd pietas 180
aliqua exerceatur in loco, cui ſit legatum, *No-
var.de elect.fori tom.*1. *qu.*54. *num.*12. *cum ſeqq.*
& quia defectus auctoritatis Ordinarii ad ſum- 181
mum efficit, nè Hoſpitale ſit religioſum, &
Eccleſiaſticum, non autem impedit, quominùs
non ſit pium, *Novar.loco cit. num.*15. *Tiraquel.
de cauſis piis in præfat. verſ. ſed alii,Florez Diez
de Mena var. reſol. lib.*2. *qu.*12. *num.*190. Aliàs
ſi ſecundùm contrariam opinionem Hoſpitale
abſque Ordinarii aſſenſu fundatum,non eſſet lo-
cus pius, ſanè ab Ordinario non viſitaretur; & 182
tamen viſitatur,*Naldus in ſumma caſ.conſ. verbo
Hoſpitale nu.*4. *Novar. de elect. fori tom.*1.*qu.*54.
*num.*14. ubi ità per S. Congregationem Concilii
reſolutum, ubi *nu.*15. ex eadem ratione inquit,
quòd quadragenaria præſcriptio Eccleſiæ com- 183
petens, competit etiam Hoſpitali carenti aucto-
ritate Diœceſani.
Contraria inſuper opinio tenens, Hoſpitale
carens aſſenſu Epiſcopi, non eſſe locum pium,
poteſt procedere circà probandum, quòd non
ſit locus religioſus, ſeu Eccleſiaſticus, ſed ſæcu-
laris, & profanus, & quòd non gaudeat multis
privilegiis, quibus gaudet Hoſpitale religioſum, 184
nempè Ordinaria auctoritate fundatum, ut de-
clarat *Duard. ad Bull.Cæn. lib.*2. *can.*15. *quæſt.*7.
*conc.*1. *num.*3. *cum ſeq.* ubi fatetur, & admittit,
quòd ſaltem dici poſſit quodammodò pium,*Va- 185
laſc. conſult.dec.*105. *num.*5. verùm licet conſide-
rato

rato ipſo Hoſpitali, in cujus fundatione non
interveniat auctoritas Epiſcopi pro ipſo ædifi-
cio, & muris ipſius Hoſpitalis, attamen conſi-
derato ipſo Hoſpitali in genere, & abſtracto
pro cauſa ipſius hoſpitalitatis, quæ procul du-
bio eſt cauſa pia, cùm ad hoc ſit inſtitutum, ut
in eo exerceantur opera pietatis, & charitatis,
locus iſte, quamvis non ſit propriè, & ſtrictè
ſacer, ſeu religioſus, eſt adhùc locus pius, &
186 gaudet privilegiis loci pii, *Magdalen. de numero*
teſtium in teſtam. part.2. cap.2. num.8. cum ſeqq.
ubi n.10. in med. aſſerit ex fine, & opere, eleæ-
moſynis, & pietate, ac uſu publico hujuſcemo-
di Collegia eſſe Sancta.

Nec poteſt negari, quòd in Hoſpitali hujuſ-
modi licet conſiderato muro, & ædificio locus
ſit profanus, & ſæcularis, quia tamen legatum
ei factum non videtur ratione loci, nec princi-
187 paliter loco, ſed ob cauſam, & uſum ipſius loci,
cui relinquitur pro anima, ac remiſsione pecca-
torum contemplatione Dei, & ſic ad pias cau-
ſas, *Magdalen. loc. cit. num.14. cum ſeq.* Hinc eſt,
quòd relictum Imagini Reparatoris Domini
Noſtri Jeſu Chriſti, ejuſque Glorioſiſsimæ Vir-
ginis Genitricis Mariæ, vel alicujus Sancti, di-
citur ad pias cauſas, ſive imago ſit depicta in
Eccleſia, ſive Altari, aut alio loco ſacro, ſive
in aliquo muro, & loco privato, ac domo pro-
188 fana, talis enim pictura, per quam repreſenta-
tur Salvator, Deipara, & ille Sanctus, dicitur
res ſacra, & religioſa, *Magdalen. loc. citato n.16.*
cum ſeqq. Hinc eſt, quòd Hoſpitale etiam
189 privatum non ſubjacet detractioni Trebelliani-
cæ, aut Falcidiæ, *Gabriel. de cauſa pia inter ſuas*
concl. lib.6. conc.2. num.15. ideóque contraria
ſententia exiſtimans, Hoſpitale carens in ere-
ctione aſſenſu Ordinarii non eſſe pium, mihi vi-
detur valdè impia, vel parum pia, immò Secta-
tores adverſæ, diverſæque opinionis fatentur,
190 Hoſpitale, licet non erectum auctoritate Ordi-
narii, ſi tamen ſit perpetuum (de quo eſt noſter
ſermo) tunc dici, & cenſeri locum pium, ut ex-
plicat *Gabriel. mox cit. conc.2. num.7. ubi n.28.*
hoc ampliat etiam ad caſum, quo fundator Ho-
ſpitalis hujuſcemodi non ſit ampliùs ſuperſtes.

Ad auctoritates autem in ſuprà memorata
dec 318. in annot. poſt num.7. coram Innocentio X.
191 congeſtas facilis ſeſe offert reſponſio, quòd
nempè *Barboſa de Epiſcop. par.3. alleg.75. nu.33.*
potiùs nobis faveat, dum ſupponit, religioſi-
tatem, ſeu Eccleſiaſticitatem Hoſpitalis conſi-
ſtere in auctoritate Diœceſani, qua erectum
fuit, quaſi quòd inferat, non conſiſtere in ad-
miniſtratore, quòd ſit Eccleſiaſticus, & *deciſio*
coram Durano nec per umbram quidem firmat,
Hoſpitale laycale non indigere ſolemnitatibus
in ejus bonorum alienatione, ſed reſolvit, Jus-
patronatus Confraternitatis laycalis, præſertim
Confratrum, ſeu Cuſtodum laycorum eſſe lay-
cale, quod nihil ad nos, immò in *dicta dec.* in
tantum ſupponitur, Confraternitatem Sanctiſ-
ſimi Salvatoris ad Sancta Sanctorum penès Ba-
ſilicam Lateranenſem de Urbe eſſe laycalem, &
per conſequens ejus Hoſpitale tale, in quantum
conſtat Confraternitas hujuſmodi Confratribus
laycis, ſed cùm illa verè ſit ex alia parte Eccle-
192 ſiaſtica uti erecta auctoritate Ordinaria, ſanè
ſubjacebit cenſuræ *Extravag. Ambitioſæ de reb.*
Eccl. non alien. aliter actū eſſet de bonis omnium
ferè Hoſpitalium Urbis, & Orbis, quorum Ad-
miniſtratores, ſeu Miniſtri, & Cuſtodes, ut plu-
rimùm ſunt layci, & quidem meliùs, quàm Cle-
rici Hoſpitalia gubernantes, teſte *Amayden. de* 193
ſtylo Datar. lib.1. cap.15. §. 5. num.39. cum ſeq.
qui quandocumque ſibi placuiſſet, ſæpiùſque
alienarent bona abſque illa circumſpectione, qua
uti ſolent Ordinarii locorum ex commiſſione
ſummi Pontificis mediante beneplacito Apo-
ſtolico, ſeu Brevi nuncupato *ſi in evidentem*,
Deciſio inſuper 192. *part.9. recen.* potiùs favet,
dum canonizat pro Eccleſiaſtico Hoſpitale
B. Mariæ Conſolationis de Urbe, ad effectum, 194
ut non intret Ægidiana, quod tamen, ut omni-
bus notum eſt, per laycos regitur, *deciſio* tan- 195
dem 248. *par.11. rec.* in tantum aſſerit, Hoſpi- 196
tale S. Spiritus Melevitanæ Civitatis eſſe layca-
le, in quantum non ſolùm regitur à laycis, ſed
& in quantum caret auctoritate Ordinaria in
erectione, in quo convenimus.

Præterquamquòd etiamſi ſuſtineretur con-
traria opinio, quòd Hoſpitalia laycalia in alio
ſenſu, carentia nempè auctoritate Ordinaria,
alienare poſint eorum bona abſque ſolemnitati-
bus, adhùc talia Hoſpitalia dubio procul tenen-
tur ad ſolutionem quindenniorum de bonis em-
phyteuticis, quantumvis ſecundùm dictam con-
trariam opinionem poſſint abſque ſolemnitati-
bus alienare, tamen ex alia parte ob eorum per-
petuitatem Dominus directus caret ſpe devolu-
tionis bonorum ſui favore ſequuturæ, quæ ſola
circumſtātia hujuſmodi graviſſimi damni mihi
videtur ſufficiens, ad hoc, ut, non obſtante aſ-
ſerta facilitate alienandi, teneantur Hoſpitalia
laycalia ad quindennia pro reparando in hac
parte damno Domini directi, quod facit dete- 197
riorem illius conditionem, *Rota dec.368. num.1.*
circà fin. par.1. recen.

Longè minùs obſtat *Carpzov. Reſp. Jur. Ele-*
ctoral. lib.5. tit.6. Reſp.52. per tot. quia ibi agit
de alienatione bonorum Hoſpitalis ſiti in Ger-
mania, ubi *Extravag. Ambitioſæ de reb. Eccleſ.* 198
non alien. alias dicta Paulina à Paulo Papa II.
ejus conditore, non eſt uſu recepta, ut per eum-
dem *Carpzov. num.25. 28. & 53.* ac teſtantur
Wezembech. conſ.59. num.23. Erneſt. Cothoman.
conſ.30. num 71. & 111. Aymon. Cravetta de an-
tiquitate tempor. par.3. in princ. Raudenſ. de Ana-
log. cap.38. num.98. & 112. Piagius de conſuet.
qu.11. num.11. cum ſeq. Turricell. de reb. Eccleſ.
non alien. cap.8. num.4. verſ. at ubi Paulina, Gui-
do Papa dec.156.157. & dec.594 num.1. omiſſo,
quòd auctoritates contrariæ fatentur, hujuſ-
modi Hoſpitale non erectum auctoritate Ordi-
narii, adhùc dici, & eſſe locum pium, quod
quidem negari nequit, cùm in omnibus Hoſpi-
talibus tàm erectis conſenſu, quàm ſine conſen- 199
ſu Ordinarii exercentur pietatis opera, ut in his
terminis Hoſpitalium Sanctiſſimæ Trinitatis
Convaleſcentium, & Peregrinorum de Urbe,
vulgò *di Ponte Siſto*, & S. Jacobi Incurabilium
pariter de Urbe *Pedroccha conſ.2. num.14. cum*
ſeq. vol.1. Ancharan. conſ.129. n.1. in fine verſ.
ſed iſtis non obſtantibus, & num.2. Riminald. ſen.
conſ.435. num.25. Staiban. conſ.98. num.6. cum
ſeqq. ubi de Hoſpitali S. Mariæ Annuntiatæ de
Neapoli, *Giballin. de Simon. qu.20. confectar. 9.*
in

in princip. Thomaſius tractat. var. tract. 10. tit. 1. cap. 3. nu. 24. & decade 3. tract. 7. tit. 19. n. 3393. ſubampl. 52. Ricc. in praxi Eccleſ. vol. ſeu par. 2.
200 reſol. 353. num. 1. cum ſeq. quidquid contrarium ſenſerit vol. ſeu par. 1. reſol 37. n. 1. verſic. ſecunda concluſio, & verſic. tertia ſit concluſio, Antoninus var. reſol. lib. 1. reſol. 14. num. 7. Mancin. de Jure ſacro controv. diſſert. 5. cap. 5. num. 16. & num. 22. cum ſeqq. proſequitur magis præciſam
201 concluſionem, quòd Hoſpitale non erectum auctoritate Ordinarii, uti non Eccleſiaſticum non ſubjaceat decantatæ Extravag. Ambitioſæ,
202 de quo tamen valdè dubito cum Gabriell. de pia cauſa int. ſuas concluſ. lib. 6. concl. 2. num. 11. ex quò omnia loca pia compræhenduntur ſub dicta Extravag. in qua eorum expreſſa mentio fit abſque aliqua diſtinctione, an ſint fundata aucto-
203 ritate Ordinarii, an ſine illa, quæ verba non cenſentur fruſtrà appoſita, ut in puris terminis loci pii ponderat Corrad. in praxi diſpenſ. Apoſtol. lib. 8. cap. 6. num. 29.

Undè cenſeo, quòd, dum Statutum Urbis li. 1. cap. 88. in fine jubet, cauſas Hoſpitalium uti privilegiatorum etiam diebus feſtivis, præterquàm
204 in honorem Dei indictis, extrajudicialiter agitari, intelligendum ſit tàm de Hoſpitalibus erectis Ordinaria auctoritate, quàm ſine ea, aliàs enim diſtingueret, & quando lex non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus, eſt tamen verum, quòd in favorabilibus tantùm pro loco pio habendum eſt Hoſpitale tàm fundatum Ordinaria auctoritate, quàm ſine ea, non autem in odioſis, & pœnalibus, exempli gratia, ſi aliquod Breve derogaret quibuſcumque quorumcumque piorum locorum privilegiis etiam cum generaliſſimis, & prægnantiſſimis clauſulis, adhùc non compræhenderet Hoſpitale, quod uti ex
205 miſerationis cauſa favore pauperum habens privilegium non adinſtar aliorum locorum piorum, in quibus non cadit miſeratio, vel non tanta, illud non amittit abſque ſpeciali derogatione, ut in terminis Hoſpitalis S. Mariæ de Morte Bononien. Civitatis contra Fabricam S. Petronii Ruin. conſ. 226. num. 7. 8. & 12. in fin. vol. 1.

Præterea etiam Hoſpitale, in quo modica ſervatur hoſpitalitas, tenetur ad quindennia, etenim cùm id accidat cauſaliter de facto, vel ob loci paupertatem, vel ob peregrinorum exiguum concurſum, non deſinit eſſe perpetuum,
206 dum locus ſemper eſt paratus pro viribus ad recipiendum pauperes, ut in ſpecie Hoſpitalis S. Mariæ, & S. Georgii Saxolen advertit Ciarlin. controv. forenſ. lib. 1. cap. 116. num. 23. cum. ſeq. immò ſatis per Concilium ſeſſ. 25. de Reform. cap. 8. in princ. verſic. quod ſi Hoſpitalia,
207 proviſum remanet paucitati infirmorum, ut nempè hoc caſu Hoſpitalium fructus erogentur in ſimilem alium pium uſum utiliorem viſum Ordinariis locorum cum duobus de Capitulo per eoſdem Ordinarios deputandis ad prædictum effectum; Pari paſſu cenſeo, Hoſpitale, quantumvis demolitum, in quo hoſpitalitas ſit tota deformata, cum tamen vigore, & habitu, licet non actu, ſubſiſtat ob ſpem reparationis,
208 ideoque de facto, non de Jure reparabiliter, non irreparabiliter deſtructum, nec perditis bonis, & fructibus, teneri ad quindennia, Mandell. conſ. 177. num. 2. lib. 1. Fuſcbus de viſitat. et regim. Eccleſ. lib. 2. cap. 13. nu. 9. cumque dirutum Hoſpitale retineat adhuc ſua privilegia, æquum 209
eſt, ut etiam ad onera, ad quæ per prius tenebatur, teneatur, Cepolla conſ. 49. num. 6. lib. 2. Muta in Capitul. Regn. Sicil. tom. 1. cap. 40. n. 15. in princip. Albert. Brun. Aſten. de refectione n. 71. Medices de fortuit. caſ. par. 2. quæſt. 12. num. 20. ad inſtar Eccleſiæ, Civitatis, Populi, ſeu Ca- 210
ſtri everſi, poſteaque reædificati, quod retinet, conſervatque primæva Jura, quæ antè ſuam everſionem habebat, quaſi Jura realia ſemper duratura, Solorzan. Politic. lib. 2. cap. 24. verſ. lo ſegundo & ſeqq. fol. mihi 209., & lib. 4. cap. 23. verſic. y confirmo me, fol. 692. Muta in Capitul. Regni Sicil. tom. 1. cap. 40. nu. 13. cum ſeqq. Eſcalon. Gazophyl. lib. 1. cap. 25. num. 66. Vela diſſert. 33. num. 77. novum nanque Hoſpitale, ſivè mavis renovatum Hoſpitale, eſt ſubrogatum in locum deſtructi, & uti tale ſapit ejus naturam, ideoque ſicuti vetus tenebatur ad quindennia,
ita & recens, quod idem eſt, ac vetus, Ciarlin. 211
contr. 116. num. 17. tom. 1. aliàs iniquitatem ſaperet, ſi Hoſpitale, quantumvis deſtructum continuaret in poſſeſſione bonorum emphyteuticorum ſibi conceſſorum, ſeſeque eximi prætenderet à ſolutione quindenniorum ſub prætextu ſuæ deſtructionis, quæ obeſſe non debet Domino directo, dum ſemper remanet Hoſpitale formale in ſuis redditibus, licet deſtructo mate-
riali, quod reædificari poteſt, & reædificatum 212
ſemper eſt idem, Cepolla conſ. 49. num. 2. lib. 2. meliùs Albertus Brunus Aſtenſis de refectione num. 33. cum ſeqq. quidquid dicendum ſit in caſu, quo Hoſpitale deſtructum foret, ac penitùs
ſuppreſſum auctoritate ſuperioris ſine aliqua ſpe 213
refectionis, ſeu reædificationis, Muta in Capitul. Regni Sicil. tom. 1. cap. 40. num. 15. in principio, ita ut etiam in Hoſpitali tanquàm Collegio quodam ob delictum ejus miniſtrorum, ſeu Admi-
niſtratorum, poteſt dirui ipſum Hoſpitale, & 214
hac via capitis diminutionem pati, ad inſtar veræ perſonæ morti naturali ſubjectæ, morti civili tanquàm perſona ficta ſubiici, Oldrad. conſ. 65. num. 8.

Subinde etiam pro regula univerſali ſtatuenda eſt, quod Hoſpitale, cujus conſtructor obiit, uti irrevocabile, & ad uſus profanos jam non
convertibile, redditum perpetuum, tenebitur 215
ad quindennia, Staiban. conſ. 38. nu. 7. cum ſeq.

Qua occaſione eſt notatu dignus caſus, quando teſtator mandat conſtrui Hoſpitale, non tamen deſignat tempus, & aliqui tenent, illud in-
frà annum conſtruendum, freti forſitan aucto- 216
ritate Novellæ 131. de Eccleſiaſtic. titul. cap. 10. & alii, quorum ſententia mihi videtur probabilior, ac æquior, intrà tempus ab Ordinario ar-
bitrandum, cùm poſſit dari forma talis ædificii, 217
quod illud nè quidem intrà quinquennium, vel nec intrà prolixius tempus perfici poſſit, attentis locorum, & temporum qualitatibus, conditionibus, & extremitatibus, Fuſcbus de viſitat. et regim. Eccleſ. lib. 2. cap. 13. num. 16. undè exiſtimarem, Romæ, ubi ædificia celeriter fiunt ob optimam cementorum materiam, tempus arbitrio boni viri potiùs abbreviandum, quàm protrahendum, & ad contrariam opinionem fundatam in dic. Novella de Eccleſiaſtic. titul. 131. 218

poteſt

poteſt reſponderi, quòd illa hodiè non attendi-
tur, ſed pro ratione facultatum ædificatio pro-
cedit, ut inquit *Scharſchmid. in Jus Juſtinianeum,*
ſive in Novell. Juſtinian. exercit. 22. in dic. No-
vellam 131. *num.* 39. *in fine verſic. hodiè*: puto
tamen, non intrà brevius tempus anni poſſe co-
gi hæredes teſtatoris ad Hoſpitalis extructio-
219 nem, quantumvis forſitan illud intrà breviorem
periodum abſolvi valeat, nè anguſtiari videan-
tur, annus enim non dicitur brevis terminus,
nec longior æquo, *Antonell. de temp. legal. lib.* 2.
cap. 30. *num.* 5.

Denique quamplura Hoſpitalia poſſem re-
cenſere, quæ omnia ſubjacent quindennis, ſed
illa conſultò omitti, nè in longius abeat oratio,
nolo tamen præterire celebre Hoſpitale B.M.V.
220 Annunciatæ Neapoli, de quo extat *Conſtit.* 85.
Sixti V. in Bullar. Rom. tom. 2. inque eo ad ma-
jorem Dei gloriam inter alia præclara pietatis
221 opera aluntur expoſiti, pro quorum nutricibus
erogari ſolent annua ducata ſexdecim mille, ac
ultrà monetæ illarum partium, aſcendente quo-
libet ducato Neapolitano ad valorem ſeptem
juliorum Romanorum cum dimidio, *Ponte*
conſ. 18. *parte* 1. *Staiban. conſ.* 98. *Caypic. Latro*
conſult. 99. *num.* 37. *lib.* 2. *Molfeſ. ad conſuetud.*
Neapolitan. part. 5. *cap.* 3. *num.* 25. *Paſchal. de*
patr. poteſt. par. 2. *cap.* 1. *num.* 72. & ſanè domus
Hoſpitalis erit Soſpitalis, è contra in tanto odio
habita eſt inhoſpitalitas ergà pauperes, ut ad
222 exemplum S. Joannis Apoſtoli, qui juxtà ejus
Epiſtolam 3. excommunicavit Diotrephem pau-
peres non hoſpitantem, Epiſcopus excommuni-
223 care poteſt Clericos inhoſpitales, *Fuſch. de vi-*
ſitat. & regim. Eccleſ. lib. 2. *cap.* 13. *num.* 5. uſus
autem hoſpitandi amicos præſertim, uti facul-
224 tativus, & magis jure familiaritatis, quàm ſer-
vitutis introductus, etiam ex mille actibus ho-
ſpitationis, adhùc eſt impræſcriptibilis, *Fuſcus*
loc. cit. num. 14. *Menoch. de arbitr. judic. lib.* 2.
centur. 2. *caſ.* 160. *nu.* 19. *Fontanella de pact. tom.* 1.
clauſ. 4. *gloſ.* 27. *num.* 38. *cum ſeqq.*

Abuſivè etiam dicta fuit hoſpitalitas onus
225 hoſpitandi milites, *l. in quolibet* 2. *circà fin. &*
l. ab hoſpitalitatis 3. *l. in qualibet* 5. *circà finem*
l. de hoſpitalitate 11. *l. hoc proſpectum* 12. *C. Theo-*
doſiano de Salgamo Hoſpitibus non præſtando
l. unica Cod. eod. lib. 10. *l. hoc proſpectum* 6.
l. in qualibet 5. *Cod. de metatis, & epidemetic.*
lib. 12. *Gothofred. ad dic. l. in qualibet.* 5. eruditè
de more, quæ quidem bellica hoſpitalitas (ut
226 ingenioſè non minùs ſcientia, quàm purpura
227 eminentiſſimus *Pariſ. conſ.* 26. *n.* 9. *vol.* 1. ait) eſt
contraria nomini, non dicta ab hoſpitalitate, de
qua in *cap. volumus* 88. *diſtinct.* 1. *cap. quoniam* 16.
q. 1. *cap.* 1. 31. *q.* 1. *cap. de Monachis* 12. *de præbend.*
cap. cùm ſingula 32. *eod. in* 6. nam eſt ſpecies ſervi-
tutis, & non modicæ, ſed magnæ cum blando
nomine hoſpitalitatis ab invitis colonis, & pro
tota familia ampla, pro equis, & canibus, &
per plures dies exigens omnia neceſſaria aſcen-
dentia ad magnam ſummam, immò, & depau-
perationem dictorum colonorum.

In curioſorum autem gratiam notanda idio-
matum ſimilitudo in ipſa etiam diſſimilitudine,
dum quod latinè hoſpes dicitur, qui pro recep-
228 tore, & pro recepto ſumitur, quantumvis etiam
diſtinguatur hoſpes, & hoſpitator, *Cormerius*
Codic. Jur. Civil. Rom. Gall. lib. 19. *tit.* 3. *c.* 3. *par.* 2.
n. 12. *litera A. Eminentiſſimus Corradinus* olim
Sanctiſſimi Domini Noſtri Auditor, ac in Ro- 229
mana Curia inter primæ notæ Advocatos, *de*
Jure prælation. qu. 57. *num.* 16. Italicè vertitur,
aut prævertitur *Hoſte*, qui latinè ſonat inimi- 230
cum, ſeu hoſtem, qualis quandoque verè eſt 231
Hoſpes, hiſpanicè autem *Meſonero*, forſitan à
voce Gallica *Maiſon*, vel corrupto vocabulo à 232
Manſione, ſive ab alio vocabulo magis Latio
Hueſped, & *Hueſpedaje*, meliùſque in meo Idio-
mate Luſitano *Eſtalagem*, *Eſtalajadeiro*, quaſi
Stabularius, qui etiam hiſpanicè vocatur *Ven-* 233
tero, ac hoſpitium *Venta*, *Nunez de Avendano*
de exequend. mandat. par. 2. *cap.* 8. *num.* 1. *Solorzan.*
de Jure Ind. tom. 2. *lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 28. *Suarez*
de Paz. in praxi Eccleſ. & civil. tom. 1. *part.* 8.
cap. unico num. 13. *in principio*, non enim eſt no-
vum, quòd à Latina lingua nationes ſuum mu-
tuentur Idioma, ut de Hiſpanica, & Gallica ad- 234
vertit *Parlador. rer. quotidian. lib.* 1. *cap.* 3. *n.* 24.
cum ſeqq. Hoſpitium quoque accipitur pro do-
mo, & habitatione, *ut Geneſ. cap.* 24. *verſ.* 23. 235
25. & 32. *Judith.* 14. 1. & *Judic. cap.* 19. *verſ.* 19.
& 20. Quando autem hujuſmodi hoſpites, cau-
pones, tabernarii, ſeu Albergatores, qui pro-
miſcuè ſumuntur, ut obſervat eruditiſſimus vir 236
R. P. D. Petra olim Auditoris Cameræ Locum-
tenens, & hodiè Secretarius S. Congreg. Epiſc.
& Regul. in ſuis aureis *Commentariis ad Conſtitut.*
Apoſtolic. to. 2. *in Conſtit. I. Honorii III. ſect.* 3. *n.* 9.
in Urbe teneantur, vel non teneantur de furtis in
eorum cauponis, ſeu hoſpitiis, videnda pientiſſi-
ma in hac parte *Conſtit. Pii IV. in ordine la* 71. *in*
Bullar. Roman. tom. 2. quorum Societas reperitur
erecta in Eccleſia olim S. Juliani hodiè S. Marti- 237
ni, & Juliani juxtà Breve, ſeu *Bullam Alexan. VII.*
in ordine la 52. *in eod. Bullar. to.* 6. Et circà hujuſ-
modi furta quid practicetur in Hiſpaniis, habe-
tur in *l. Regia* 26. *cum ſeq. tit.* 8. *par.* 5. *l.* 7. *tit.* 14.
par. 7. latèque *Bobadilla Politic. lib.* 3. *cap.* 4. *n.* 91.
cum ſeq. Caſteyon in Alphabet. Juridic. verbo
caupones num. 1. *verſ. & an teneantur*. Ad quod
propoſitum conſulendo vini ubertati, & nau-
tarum, ac mercatorum, ut plurimùm forenſium
indemnitati, ſciendum, quòd Pius Papa IV. 238
in hoc verè pientiſſimus per ſuam *Conſtitutionem*
la 42. *in Bullar. Rom. tom.* 2. decrevit, ut Proxe-
netæ vulgò *Senſali* Ripæ Almæ Urbis (quibus 239
mediantibus vinum venditur cauponibus, ho-
ſpitibus, ſeu tabernariis) teneantur ad pretium,
quod emptores ſolvere recuſant, niſi per dictos
Nautas vini venditores concedatur emptoribus
dilatio viginti dierum ad ſolvendum pretium
vini, ſalva remanente, prout æquum eſt, actio-
ne contra emptores favore Proxenetarum ſol-
ventium, immò pro majori cautela hujuſmodi
hoſpites, caupones, ſeu tabernarii ſinguli pro
ſcutis centum cautiones in fine anni renovare
tenentur coram Ripæ Camerario de ſtando juri,
& judicatum ſolvendo coram eodem Camera-
rio, aliiſque Judicibus occaſione empti vini Ri-
palis, ſub pœna in caſu contraventionis de
claudendo hoſpitia, & ſanè tabernarii hujuſmo-
di omnem merentur rigorem, quorum divitiæ 240
caducæ, & fluxæ ſunt, tamquàm partæ, aut
ſubtractæ à fluendo, & influendo vinum in
aquam, aut aquam in vinum, *Rebuff. in l. taber-*
næ 183.

næ 183. circà fin. verſic. rapaces in princip. ff. de
241 verb.ſign. Undè cum hoſpites ſint, vel eſſe ſo-
leant rapaces, pauci reperiuntur divites, quo-
rum divitiæ durent, quia in mendaciis ſuis non
juſtificabuntur, Coler. de exequut. part.1. cap.2.
num.253. olim quidem officinæ publicæ fuerunt
etiam tabernæ Sacroſanctæ Majoris Eccleſiæ
Conſtantinopolitanæ diſtinctæ in officinas cu-
pri, ferri, vitrorum, papyri, laterum, & mo-
242 netarum, in quibus cudebatur moneta, quas
tabernas ſolebat Eccleſia locare, & inter eas
mille, ac centum liberæ erant ab omni vectigali
juxtà Novell.43. de officin. ſive tabern. Conſtan-
tinopolit. Urb. cap.1. Pacichell. de diſtant. cap.6.
243 memb.3. num.6. in princip. & tabernæ dicuntur
quoque ergaſteria l. Eudoxiopolitanæ 42. C.Theo-
doſ. de Ergaſteriis l.comperimus 9. eod. C. Theodoſ.
de oper.public. l.in qualibet 5. eod. C.Theodoſ. de me-
tatis, l.exigua 3. eod. C.Theodoſ. de collatione dona-
tar. Gothofred. in dic. l. Eudoxipolitanæ 42. eod.
C.Theodoſ. de Ergaſter.

Interim miror, qua licentia uſus fuerit lati-
244 nizandi Novar. de gravam. Vaſſall tom. 1. gra-
vam.72. num.1. in creando ex ſuo capite novum
verbum Latinum Hoſteria, quod nullibi reperio,
ſed benè verbum Hoſtiaria apud Macr. in hiero-
lexico, quæ eſt techa, in qua Hoſtiæ conſecrandæ
aſſervantur.

Omitto, quòd Imperator Federicus II. in
ſua Conſtitutione de ſtat. & conſuet. poſt duos
feud. libros edita, & regiſtrata, ſeu extracta in
Auth. omnes peregrini C.commun. de ſucceſſ. bar-
barum uſum, ſeu mavis abuſum abolet, quo
hoſpites, ſeu caupones bona in hoſpitiis, ſeu
cauponis decedentium, ſibi arrogabant, & uſur-
pabant Jure Succeſſionis ab inteſtato, ſeu anti-
quo applicationis Jure dicto, quæ prava, ac
245 irrationabilis conſuetudo ex Athenienſi Repu-
blica ad Romanam commigrarat, Alvarez
Valaſco de privileg. miſerabil. perſon. qu.15. n.28.
& 31. in fine, Annæus Robertus rer. judicatar.
lib.4. cap.11. §. pro reo in princip. verſic. quin &
246 antiquo, ac in Hiſpaniis ad hoc propoſitum ex-
tant ſimiles leges Regiæ, lib.1. tit.12. nov. Reg.
Collection. de los Romeros, Peregrinos, y Pobres,
l.30. tit.1. part.6. ibi aya libre poder, ubi Gregor.
Lopez gloſ. 1. l. 31. & 32. tit. 2. part. 6. l. 2. &
247 l.3. tit. 24. lib.4. fori l.2. tit. 12. lib.1. Recopilat.
l.2. lib.1. tit.9. Ordinat. Regni Caſtellæ, ubi Perez
verſ. diſponer, Idem ſervandum in decedente
ab inteſtato in Hoſpitali, Gomez in l. Tauri 8.
num.25. in princip. nec audiendus eſt Felicius de
248 ſocietate in probæm. num.15. putans, talem mo-
rem ſuccedendi hoſpitatis viguiſſe in hoſpitiis
privatarum domorum, quas amici deſtinabant,
quaſi quòd hoſpites ſuccederent in advenarum
bonis ob hoſpitalitatis benignitatem, poſteàque
correctum fuerit, quia forſan hoſpitandi beni-
gnitas in malitiam converſa fuerit, etenim dicta
249 Auth. omnes peregrini clarè de hoſpitibus, ſeu
Cauponibus publicis loquitur, & ità illam in-
telligit Brunnemannus ad eand. num. 2. & antè
eum Salycett. ibid. nu.1. Corneus ibid. num.1. cum
ſeqq. Fulgoſius per tot. Bald. ibid. in princip. An-
gel. num.3. Caſtrenſ. in l. nutritoribus 10. num.3.
250 C. commun. de ſucceſſion. ubi Romæ contrarium
ſervabatur, & maximè in anno Jubilæi, Cynus
in dic. Auth. omnes peregrini num.2. cum ſeq. nec
Azo in dic. l. nutritoribus 10. advertit ad dict.
Auth. omnes peregrini, dum ſenſit, per conſuetu- 251
dinem pluribus in locis vigentem poſſe hoſpites
ab inteſtato ſuccedere conſuetudine in contra-
rium, poſteà verò idem Azo in ſua ſumma Codic.
quaſi in ſe reverſus ad citat. Rubr. C. commun. de
ſucceſſion. num.4. tenet, hoſpitem non poſſe ſuc-
cedere, quantumvis adſit in contrarium conſue-
tudo, & loquitur in fortiori caſu, nempè quo
pauperes hoſpitarentur, ac ità de facto ſe vidiſſe
teſtatur, vel dictum Felicii poſſet ſalvari, dicendo, 252
quòd dicta Auth. omnes peregrini extendenda ſit
etiam ad privatum hoſpitatorem, ut nec is ho-
ſpiti, ſeu hoſpitato ſuccedere poſſit ex identita-
te rationis, Gomez in l.Tauri 8. num.25. in prin.
& ſuper hoc adeſt in Hiſpaniis ſimilis lex Re-
gia 30. cum ſeqq. tit.1. par.6. l.2. & 5. tit.12. lib.1. 253
Recopilation. latè Luſitanus noſter Antunez de
Donation. Regiis lib.1. par.3. cap.20. per tot.

Præterea ſanè laudanda eſt, uti divino cultui
favens Conſtitutio Synodalis in Archiepiſcopa- 254
tu Patriæ meæ Ulixbonen. dulciſſimæ, Portugal-
liæque Regni capitis, ex qua, quamvis adhùc
puer ad Romanum Cœlum translatus, ibique
quaſi natus, tamen erga eam ſemper ſummo te-
neor, & tenebor à natura inſito deſiderio, nec
unquam illam deſinam commendare, ut facit
pro Patria ſua magis uti Panegyriſta, quàm uti 255
Juriſta, Juriſconſultus Ulpian. in l.1. ff. de cenſib.
ibi in Syria Phœnice ſplendidiſſima Tyriorum colo-
nia (undè mihi origo eſt) nobilis regionibus, ſerie
ſæculorum antiquiſſima, armipotens, fæderis, quod
cum Romanis percuſſit, tenaciſſima &c. laudanda
inquam Conſtitutio Synodalis Civitatis Ulix-
bonen., ejuſque Diœceſis ab anno 1536. ſerva- 256
ri cæpta, mandans Hoſpitibus, Cauponibus,
ſeu in illis partibus forſitan à Latino ſermone
Taverneiros, & Tendeiros nuncupatis (propriè
verò Tenderii, ſeu Tendarii vulgò Tendeiros reſ-
pondet noſtris artificibus artis albæ vulgò arte
bianca, ut inquit Rota cor. Card. Ubald. dec.265.
num.4. & iſti artifices arte bianche ſunt perſonæ
minutas merces vendentes, teſte Pacichell. de di-
ſtant. cap.6. membro 9. num.15. poſt med. verſic. 257
neque infringit) ne ſub pœna pecuniaria quin-
quaginta Regalium vulgò reis monetæ Luſita-
næ, nempè quinquaginta obolorum, ſeu bajoc-
chorum Romanorum plus, minuſvè applican-
dorum Baroncello vulgò Barrigello in illis Par-
tibus Meirinho nuncupato, audeant Dominicis, 258
diebuſque feſtivis vendere panem, vinum, ac
reliqua hujuſcemodi uſque ad finem ſacræ Con-
cionis in Civitate præfata Ulyſſipponen. & in re-
liquis locis Diœceſis uſque ad elevationem San-
ctiſſimi Sacramenti in Miſſa Majori, de cujus
Conſtitutionis juſtitia videre eſt apud Rot. co-
ram Peña dec.1583. & 1669. repet. pen. Farinacc.
tom.2. conſil. dec.327. & 360. ac cor. Card. Ubaldo
dec.265. & 293. repet. part.2. recen. dec.757. &
coram Dunozet. ſen. dec.33. Eſt verum, quòd tra-
ctu temporis docente experientia, aliquantulùm
rigidam eſſe memoratam Conſtitutionem Sy-
nodalem ob maximam populi frequentiam præ-
ſertim alienigenarum ex omnibus Orbis parti-
bus quotidiè ad Civitatem Ulyſſipponis con-
fluentium, illam moderatus fuit pro ſui pru-
dentia Nuncius Apoſtolicus Portugalliæ, ut 259
omnia ad victum neceſſaria vendi poſſint omni

tempore etiam Dominicis, ac feſtis diebus,
dummodò aliquo velamine tabernæ, ſeu officinæ
conteguntur, in cujus moderationis exequutionem
Sacra Congregatio Rituum de anno 1621. mandavit, omnes deſuper lites extinguendas
eſſe, perpetuumque imponendum ſilentium. Cumque juxta *Pacichell. de diſtant.
cap.6. membro 3 num.5. in fine verſic. priori autem*, in Jure, quemadmodùm in aliis ſcientiis
nominis ætymon faciendum eſt, etenim priſci
Juriſconſulti ex diſciplina Stoicorum ſatis cu-
260 rioſi fuerunt æthimologiarum, ut *ex l.1.ff. de*
offic. quæſt. l.1. §.1.ff. de pact. l.1.ff. de furtis l.Senatus 35. §. 1.ff. de Donation. cauſ. mort. ità ut
261 Grammaticis palmam ſæpè præripuerint, ut ait
Gryphiand. de Inſul. cap.1. num.2. nec ſemper eſt
262 verum id, ut inquit *Baldus conſ.33. nu.2. vol.1.*
leges noſtræ Priſciano non ſubjacent, dicimus,
263 tabernarios à tabernis dictos, tabernas autem
multiplicem habere ſignificatum, forſitan à tabulis, olim enim taberna dicebatur locus tantùm, ſeu ædicula, & ædificium ligneis tabulis
264 clauſum, vel non clauſum, conſtructumque, ut
Romæ in acie Campi Floræ vulgò *Campo di Fiore*, in conſpectu Palatii Eminentiſſimi S.R.E.
Vicecancellarii, in foro Pantheon S. Mariæ ad
Martyres vulgò *alla Rotonda*, & alibi ad *l.tabernæ 183. l.inſtructam 85.ff. de verb.ſign. l.cùm quæratur 23.ff. de fund. inſtruct. legat. l. qui tabernas
32.ff. de contrah. empt.l. cùm tabernam 34.ff. de*
pignor. ſed poſteà generaliter ſumpta pro apo-
265 theca, ſeu officina ad merces vendendas, ideò-
que in Jure Romano appellata officina Pergula,
Ergaſteria, & quandoque horrea, & à quibuſdam ſtatio, ac ſtationes, *Alciat. & Rebuff. ad
dic.l.tabernæ 183. ff. de verb.ſignif. num.308. Pacichell. de diſtantiis cap.6. membr.3. num.3. ubi
num.4.* hinc lanionis taberna, in qua carnes la-
266 niatorum pecorum vendebantur, hinc Argentariorum tabernæ, quæ circà forum erant ibi à Rege Tarquinio conſtitutæ juxtà *l. qui tabernas*
267 *32.ff. de contrh.empt.* hinc taberna cauponia, ſeu
cauponaria, caſcaria, ferraria, meritoria, negotiatoria, ſutrina, lavaria, & purpuraria, vinaria, *l. tabernam 8. l.tabernæ cauponiæ 13.ff.de
fundo inſtr. leg. l. prædiis 91. §. Pater 2.ff. de legat.3.l.inſtitor.18.ff.de inſtitor. act. l. palam 43.ff.
de ritu nupt.* hinc taberna Bibliopolarum *l. quæſitum 12.§. inſtructo 34. ff. de fund.inſtruct. legat.*
268 *Pacichell. de diſtant. cap.6. memb.3.num.4.* & verè hodiè taberna eſt, vel eſſe videtur apotheca
Bibliopolarum, dum in ea detinentur homines
otioſi, ut ego expertus loquor, qui vel alienæ
269 famæ detrahunt, vel nuncios diſſeminant, tanquàm confabulatores, hinc tabernacula, & contubernales pro habitaculis, & habitatoribus, *Rebuff.ad l.indè tabdrnacula 184. ff. de verb.ſign.* ſed
res miranda, quòd caupo ſumatur pro Rhetore,
ut probant *Fratres de Macris verbo caupona, &
verbo Pandoxo in Hierolexico*.

Nec mirandum, quòd cùm taberna propriè
ſit officina ad vinum vendendum, undè dicun-
270 tur Oenepolia, & cellæ vinariæ, *Pacichell. loc.
mox citat. n.5. antè med. verſic. verùm*, quia taberna in ſe eſt officina ad res ſervandas, ſed vul-
271 gus vini amantiſſimum uti crapulis indulgens
pro officina vinaria cæpit uſurpare, Qua occa-
272 ſione etiam accidentaliter ſtipendia Lectorum
Archigymnaſii vulgò Sapientiæ de Urbe ſolvuntur ex gabella vini forenſis in tabernis, ſeu cauponis vendi ſoliti, ut ex Conſtitutionibus Eugenii Papæ IV.& Leonis Papæ X.regiſtratis poſt *Galganet.ad Statut. Urb.fol.3.& 30. ac in Bullar. Rom.tom.1. int. Conſtit.Leon.X. in ordine la 1.*

ARGUMENTUM.

Manus mortua tenetur ad quindennium etiam in caſu, quo Emphyteuſim acquirat ab altera manu mortua.

SUMMARIUM.

1 *Manus mortua tenetur ad quindennium etiam in caſu, quo emphyteuſim acquirat ab altera manu mortua.*
2 *Mentio honorifica* Eminentiſſimi D. Cardinalis Petri Marcellini Corradini.
3 *Quindennium debetur à manu mortua.*
4 *Manus mortua, maximè Eccleſiaſtica, vel melioris conditionis, vel ſaltem non deterioris eſſe debet, quàm privatus.*
5 *Privatus habens fundum in emphyteuſim, non ſolvens Canones per triennium, incidit in commiſſum, ac emphyteuſi privari poteſt.*
6 *Dici nequit prohibita translatio emphyteuſis in æquè potentem; ac æquè perpetuò durabilem, qualis eſt altera manus mortua.*
7 Jaſon in l.fin. num.99. C. de jure emphyt. *nec figit pedes, & loquitur contrà communem.*
8 *Manus mortua adhùc eſt incapax emphyteuſis etiam alterius manus mortuæ.*
9 *Eccleſia habens in emphyteuſim ab alia Eccleſia, non ſolvens Canones, incurrit quoque caducitatem.*
10 *Conſultum non remanet damnis reſultantibus ex translatione emphyteuſis in manum mortuam ob ſolam circumſtantiam ejuſdem qualitatis concurrentis in Domino directo, ſeu concedente.*
11 *Eccleſia, quæ manus mortua eſt, ſi tenetur quindennium ſolvere privato, quantò magis viceverſa illud ſolvere tenebitur alteri Eccleſiæ, ſeu manui mortuæ.*
12 *Non repugnat, quòd una Eccleſia ſit cenſuaria, ſeu tributaria alterius onere reali, quale eſt ipſum quindennium.*
13 *Eccleſia pluribus gaudens privilegiis, iis non utitur, ſi non ſint expreſſa in corpore Juris, privilegium autem non ſolvendi quindennium alteri Eccleſiæ Dominæ directæ, nullibi reperitur.*

CAPITULUM VII.

EXperientia docet ſæpè poſſe cōtingere, quod ſicuti datur manus mortua emphyteuta, ſeu Domina utilis, ità & detur altera manus mortua Domina directa, ſeu proprietaria, indèque oriatur contentio inter duas manus mortuas, nempè inter manum mortuam Dominam directam, ſuper prætenſione quindennii, ac inter alteram manum mortuam emphyteutam, ſeu Dominam utilem ſoper non ſolutione quindennii ſub prætextu forſitan, quòd conſuetudo generalis ſolvendi in genere quindennia Domino directo, uti odioſa, non videatur extendenda

da etiam favore alterius manus mortuæ, quæ ſit Domina directa, undè ad tollendam omnem, dubitationem, ſubdimus, quòd manus mortua
1 tenetur ad quindennium etiam in caſu, quo emphyteuſim acquirat ab altera manu mortua, prout etiam in eodem caſu teneretur ad laudemium, ſi rem emphyteuſim habitam alienaret, *Corbul. de cauſ. privation. emphyteuſ. tit. de cauſ. privation. ob alienation. ampl.*44. *num.*1. *Fulgin. de Jure emphyt. tit. de alienat. qu.*1. *num.*101. *Eminentiſſimus Corradinus* olim Sanctiſſimi Do-
2 mini Noſtri Auditor meritiſſimus, pridiè Romanæ Curiæ Advocatorum præclariſſimus, *de Jure prælation. quæſt.*31. *num.*26. ac in terminis quindennii *Novar. in ſumma Bullar. par.*1. *commentar.*145. *nu.*26. *ampl.*6. *repetit. poſt Tract. litera P.* Non enim major ratio militat, quòd manus mortua quindennia ſolvat privato, quàm quòd quindennia ſolvat alteri manui mortuæ, cùm inſpiciendum non ſit, cui ſolvitur, ſed à quo ſolvitur, nec cui debetur, ſed à quo debetur ex eo, quòd quindennium debetur à manu
3 mortua ad latè per nos tradita in *Cap.*1. & per accidens ſolvitur alteri manui mortuæ, aliàs deterioris conditionis eſſet manus mortua Domina directa, quàm privatus, pariter Dominus directus, cui debentur quindennia, quando è contra manus mortua maximè Eccleſiaſtica vel
4 melioris conditionis, vel ſaltem non deterioris eſſe debet, quàm privatus, & æquè privilegiata, prout in materia quindennii talis eſt, & talis eſſe debet, veluti in ſpecie quindennii notat *Rota in recentior. dec.*494. *num.*3. *in principio verſic. & meritò quidem, parte* 9. *tom.*2. quamobrem videmus, quod ſicuti privatus habens fundum in emphyteuſim, ſi non ſolvit Canones per trien-
5 nium, incidit in commiſſum, ac emphyteuſi privari poteſt ad vulgatiſſimum *text. in l. in emphyteuticariis* 2. *C. de Jur. emphyt. Antonell. de temp. legal. lib.*2. *cap.*55. *num.*1. *Amic. de Jure emphyt. qu.* 26. *cum plur. ſeqq. Fulgin. eod. tract. tit. de var. caducit. quæſt.*1. *num.*45. *& tit. de ſolut. Canon. qu.*1. *num.*1. *cum ſeqq. Valaſc. eod. tract. qu.*39. *num.*6. *Corbul. de cauſ. privation. emphyt. tit. de cauſ. privation. ob non ſolut. Canon. cum plur. ampliation. Niger de laudem. tom.* 1. *quæſt.*22. *num.*10. *cum ſeqq.*

Non refragatur, quòd hoc caſu manus mortua acquirens, videatur evadere capax emphyteuſis, cùm ſit ejuſdem naturæ, cujus eſt altera manus mortua concedens, ſeu Domina directa,
6 & ſic dici nequit prohibita translatio emphyteuſis in æquè potentem, ac æquè perpetuò durabilem *Jaſon. in l. fin. num.*99. *C. de Jure emphyt.* undè ſi pronunciandum eſſet, hoc caſu manum mortuam æquè potentem, fieri capacem retinendi emphyteuſim, benè ſequeretur, quòd ſublato incapacitatis obſtaculo, non teneretur ſolvere quindennia ad inſtar privati, qui uti capax acquirendi, & retinendi emphyteuſim, non
7 tenetur ſolvere quindennia, quia nec *Jaſon.* figit pedes, & loquitur contra communem, quæ potiùs habet, manum mortuam adhùc eſſe incapa-
8 cem emphyteuſis etiam alterius manus mortuæ, veluti egregiè ponderant *Pacion. alleg. Canonic. & civil. alleg.*84. *num.*2. *cum ſeqq. alleg.*85. *n.*1. *cum ſeqq. & alleg.*86. *num.*6. *cum ſeqq. Adden. ad Gregor. XV. dec.*520. *num.*14. *in med. verſic. ampliatur, & Rota coram eodem Gregor. dec.*529. *num.*15. ac in puris terminis quindennii in *recentior. dec.*494. *num.*3. *in princip. par.*9. *tom.*2. eodem fermè modo, quo Eccleſia habens in em- 9
phyteuſim ab alia Eccleſia, non ſolvens Canones, incurrit quoque caducitatem ex celebri *textu in cap. potuit* 4. *de locat. Antonell. de tempore legali lib.*2. *cap.*55. *Corbul. de cauſ. privation. emphyteuſ. tit. de cauſ. privation. emphyteuſ. ob non ſolut. Canon. ampl.* 27. *num.*1.

Minimèque negari poteſt, quòd, quantumvis Dominus directus, & utilis in præſenti hypotheſi ſint æquè manus mortuæ, æquèque potentes, ſemper efficiatur conditio deterior concedentis, cùm tàm uno modo, quàm alio ſemper Dominus directus ſentiat jacturam laudemiorum, & 10
amittat ſpem devolutionis, proindèque conſultum non remaneat damnis reſultantibus ex translatione emphyteuſis in manum mortuam ob ſolam circũſtantiam ejuſdem qualitatis concurrentis in Domino directo, ſeu concedente, *Natta conſ.*491. *nu.*9. *circà fin. vol.*3. ac in puncto quindennii *Rota deciſ.*494. *num.*2. *part.*9. *tom.*2. *recentior.* immò ſi Eccleſia, quæ manus mortua eſt, tenetur quindennium ſolvere pri- 11
vato ex luculenter per nos congeſtis ſuprà in *Cap.*1. quanto magis vice verſa illud ſolvere tenebitur alteri Eccleſiæ, ſeu manui mortuæ, inter quas non repugnat, quòd una ſit cenſuaria, ſeu tributaria (ut ità dicam) alterius onere reali, 12
quale eſt ipſum quindennium, veluti in puncto quindennii advertit *Rota recentior. dec.*474. *n.*28. *part.*9. *tom.*2.

Denique cũm Eccleſia gaudeat pluribus privilegiis, iis non utitur, ſi non ſint expreſſa in 13
corpore juris, *Tiraquell. de privileg. piæ cauſæ privileg.*140. & 142. hoc autem privilegium non ſolvendi quindennium alteri Eccleſiæ Dominæ directæ nullibi reperitur.

ARGUMENTUM.

Manus mortua donataria rei emphyteuticæ tenetur ad ſolutionem quindenniorum.

SUMMARIUM.

1 *Emphyteuta donare poteſt emphyteuſim, conſulto Domino directo.*
2 *Manus mortua incapax eſt acquirendi emphyteuſim.*
3 *Emphyteuſis donari non poteſt manui mortuæ.*
4 *Donatarius tenetur ad ſolutionem laudemiorum.*
5 *Idem ſervatur in Portugallia.*
6 *Declaratur* Ord. Reg. Portugall. lib. 1. tit. 62. §. 48.
7 *Eccleſia, & quæcumque manus mortua tenetur ſolvere laudemia ex donatione emphyteuſis ipſi facta.*
8 *Laudemium debetur ex donata emphyteuſi.*
9 *Reprobantur contrarium ſentientes* Valaſc. de jure emphyt. q. 54. num. 10. Burg. de laudem. parte 2. inſpect. 30. num. 2. & Staiban. reſolut. for. 49. num. 4. cum ſeq.
10 *Laudemium ſi taxari non poteſt, ſaltem æſtimari poteſt, & debet.*
11 *Faciliùs intrat concluſio, ſi donatio fuerit modalis, & ſub certa lege.*

H 2 12 *Quin-*

12 *Quindennium nihil aliud eſt, quàm reiteratum laudemium quindennale, quod ſingulis quindecim annis ſolvitur.*

13 *Si donatio fiat manui mortuæ, reſervato uſufructu favore donatoris vita durante, tunc manus mortua donataria non tenetur ſolvere quindennium, donec duret uſusfructus.*

14 *Conſuetudo non ſolvendi laudemium ex donatione, valet.*

15 *Conſuetudo uti ſtricti juris, non extendenda ad quindennia, quantumvis ſuccedentia in locum laudemiorum.*

16 *Statutum ſtricti juris eſt.*

17 *Conſuetudo uti odioſa, ac damnoſa Domino directo, potiùs reſtringenda, quàm amplianda.*

18 *Conſuetudo ex rationis identitate potiùs ad ſimilem caſum venit extendenda.*

19 *Conſuetudo non ſolvendi laudemium, uti contraria Juri, non eſt extendibilis etiam ob identitatem rationis.*

20 *Talis conſuetudo tamquàm contrà Jus, dicitur quoque odium continere, proindèque minùs adaptabilis alteri caſui quantumvis ſimili.*

21 *Gravatus in uno ſublevari debet in alio.*

22 *Nemo debet ſentire duplex gravamen, duplexque incommodum ex eadem re.*

CAPITULUM VIII.

EAdem forma, qua emphyteuta alienare po-
teſt emphyteuſim conſulto Domino directo,
1 longè magis donare poteſt conſulto eodem Do-
mino, *Fulgin. de Jure Emphyt. tit. de alienat.*
quæſt.1. num.227. Caldas Pereyra eod.tract. lib.4.
cap.10. num.3. cum ſeqq. Amic.eod.tract. qu.12.
num 12. cum ſeqq. Rota dec.198. num.9. in fine
verſic. quinimmò, & num.12. par.19. recentior.
repet. poſt Tract. in ordine la VI. int. deciſ.S.Rotæ
Rom. cùmque ſæpiùs(ut Catholica pietas docet,
& ſervat) ob peculiarem devotionem ergà Pia
Loca, vel Dei amore donationes fieri ſoleant
etiam bonorum emphyteuticorum Locis Piis,
harum cauſa occaſio jurgiorum ſæpiſſimè oriri
poteſt inter Dominos directos, ac Loca Pia do-
nataria, ſuper ſolutione, vel non ſolutione quin-
denniorum ſub prætextu acquiſitionis rei em-
phyteuticæ per viam donationis, & ſub prætex-
tu translationis emphyteuſis factæ in perſonam
prohibitam,qualis eſt manus mortua ob ejus in-
2 capacitatem acquirendi emphyteuſim ex abun-
danter ſuprà cumulatis in *Cap* 1. adeòut nec
ipſi donari poteſt ob eandem rationem, *Caldas*
3 *Pereyra de Jure emphyt. lib 4. cap.10. num.11.*
Amicus eod. tract. quæſt.12. num.15. & qu.22.
nu.28. Fulgineus eod.tract. tit. de alienation.qu.1.
nu.221. ideò proponimus in præſenti articulum
valdè ſingularem, valdèque utilem, ac in foro
quotidiè diſcutiendum, vel per nos modò di-
ſcuſſum, & ſubdimus, quòd manus mortua
donataria rei emphyteuticæ teneatur ad ſolu-
tionem quindenniorum, prout quilibet donata-
4 rius privatus, rei pariter emphyteuticæ tenere-
tur ad ſolutionem laudemiorum, cùm donatio
quodammodò ſit ſpecies alienationis, immò ſit
perditio, ac prodigalitas, in puncto *Faber in*
Codic. tit. de Jure emphyt. definit.29. per tot. &
de errorib. Pragmatic.tom.2. Decade 100. error.1.
in med. verſic. quid ſi donatum ſit Eccleſiæ, Bur-
gius de laudem.par.2. inſpect.30. num.4.cum ſeqq.
ac per tot. & in addit. num.23. verſic. num.4.jun-
ctis n n ſeqq. Amadæus à Ponte eod.tract. qu.30.
num.1. in principio verſic. contrarium, ubi Blan-
card. in notis num.1. & 4. Solzoña eod.tract. qu.1.
principal. num.1. Niger eod.tract.tom.2. quæſt.19.
artic.1.num.19 cum ſeq.& qu.30.artic.2.num.11.
cum ſeqq. Amic de Jure emphyt. qu.12. num.10.
Fulgin.eod.tract. tit.de laudem.quæſt.6 num.2.cum
ſeqq. Caldas Pereyra eod.tract.tit. de emphyt.
extinct. lib.4. cap.16. num.20. Rota in recentior.
dec.198. in principio, & per tot. par.19. repet.poſt
Tract. in ordine la VI. idemque ſervari in noſtro 5
Portugalliæ Regno juxtà veriorem teſtatur *Cal-*
das loco mox citato num.72. in fine verſic. contra-
rium, in nihilum turbante Regia Ordinatione 6
illius Regni *lib.1.titul.62. §.48. ibi - Do preço pa-*
garà a corentena, ideſt ex pretio ſolvet quadra-
geſimam, in illo enim Regno non centeſima,
ſed quadrageſima pars pretii eſt laudemium,
quaſi quòd in vim verbi *do preço*, hoc eſt ex pre-
tio, inferatur ex contractu lucrativo, qualis eſt
donatio, non interveniente pretio, ſeu pecunia
non debeatur landemium, immò Eccleſia, &
quæcumque manus mortua etiam tenetur ad 7
ſolvendum laudemia ex donatione emphyteuſis
ipſi facta *Blancard.ad Amadæum à Ponte de Lau-*
dem. nota 30.n.7. antè med.verſic.de donationibus,
Burgius eod. tract.par.2. inſpect.30.num.4. Rota
coram Ludoviſ.dec.320. num.2.& per tot. Beltra-
min. in addit. ad eund. dec.520. litera B. æquum
ſiquidem eſt, ut quindennium debeatur ex do- 8
nata emphyteuſi, *à Ponte de laudem. qu.30.n.1.*
cum ſeqq. ubi Adden. Caldas de Jure emphyt. tit.
de emphyteuſ. extinct. lib.4. cap.10. num.18. antè
med. verſic. præſertim, quia, ubi de communi,
Fulgin.eodem tract. tit. de alienat. qu.1. num.228.
& tit. de laudem. qu 6. num 2. Solſona eod. tract.
qu.1. num.1. Corbul. de cauſ.privation.emphyteuſ.
tit.de cauſ. privat. emphyteuſ. ob alienat. limit.7.
num 6. in fine, Faber de error. Pragmatic. tom.2.
decad.10. error.1. per tot. de Franc. dec.201. per
tot. ubi de Luca Melphicten. in obſerv. nu.5. Lau-
rent. dec. Avenion.143. per tot. quidquid in con-
trarium inclinent *Valaſc.de Jure emphyt. qu.14.* 9
nu.10. Burgius de laudem. par.2. inſpect.30. nu.2.
Staiban. reſol. forenſ. reſolut 49. num.4. cum ſeq.
moti ex *l. fin. C.de Jur.emphyteutic.* loquente de
translatione emphyteuſis ex titulo tantùm one-
roſo, veluti eſt alienatio, non autem de transla-
tione ex titulo lucrativo, veluti eſt donatio, in
qua cùm non interveniat pretium, liquidari,
taxarique nequit laudemium, quia non benè
fundantur, dum ex *dic.l.fin. verſic. & nè avari-*
tia apparet,quòd ſi laudemium non poſſit taxa- 10
ri, ſaltem æſtimari poſſit, & debeat, ut notant
Fulgin.loc.mox cit.tit. de laudem.quæſt.6. n.2. poſt
med.verſic.nec huic opinioni, & q.7.n.2.in princip.
de Franch. dec.201. num.2. in fine.

Faciliùſque locus erit noſtræ reſolutioni, ſi
donatio modalis fuerit, & ſub certa lege, ut 11
nempè manus mortua donataria alimenta præ-
ſtare teneatur donatori, vel ejus creditoribus
ſatisfacere, quaſi tunc pretii cujuſdam, aut
ſaltem permutationis figura interveniat, & ti-
tulo oneroſo emphyteuſis in manum mortuam
quodammodò magis emptricem, ſeu permu-
tatariam, quàm donatariam transferatur, ve-
luti

luti de laudemio inquiunt *Faber de error. Pragmatic. tom.2. decad. 100. err. 1. in princip. verſic. hinc verò fit*, *Fulgin. de Jur. emphyteut. tit. de laudem.qu.6.num.3.*prout fortiùs, ſi manus mortua in actu donationis ſibi factæ ſe obligavit ad ſolvendum laudemium, vel cum effectu illud ſolvit Domino directo, quaſi hinc ſe obligaverit etiam ad ſolutionem quindennii, quod nihil aliud eſt, quàm reiteratum laudemium quin-
12 denniale, quod ſingulis quindecim annis ſolvitur, ut tacitè videtur innuere *Rota dec.198 n.9. in princip. junctis nu.10. & 15. par.19. recentior. repet. poſt Tract. in ordine la VI. inter Deciſion.Sacræ Rotæ Romanæ.*

Si tamen donatio fiat manui mortuæ, reſer-
13 vato uſufructu favore donatoris vita durante, putarem hoc caſu, manum mortuam donatariã non teneri ſolvere quindennium,donec,& quouſque duret uſusfructus, cùm antè finitum uſumfructum donator quodammodò videatur adhùc perſiſtere in fundo emphyteutico., nec juſtum ſit condemnare ad quindennia manum mortuam nondùm fructus ex emphyteuſi percipientem, & antequàm donatio ſuum finalem, ac plenarium ſortiatur effectum, veluti in laudemio firmant *Fulgin. de Jure emphyteut.tit. de laudem. qu.6. nu.12. Burgius de laudem. par.1. inſpect.7. num.28. in addit. Staiban. reſolut. forenſ. reſol.49. num.11.in med.verſic.tertiò quia cum nn.ſeqq.Coſta de rata qu. 112. num. 11.*

Cogitandum denique relinquo, quid dicendum in caſu, quo adſit in loco peculiaris conſuetudo non ſolvendi laudemium ex donatione
14 emphyteuſis,quam pluribus in locis vigere, eamque valere teſtantur *Staiban. reſol.49. num.6.cum ſeqq.Fulgin. de Jure emphyteut.tit. de laudem.q.6. nu.11.de Luca Melphiten. in obſerv.ad de Franch. dec.201.nu.7.* an nimirùm conſuetudo hujuſmodi extendatur ad quindennium, nihilominùs exiſtimarem, non obſtante hujuſmodi contraria conſuetudine, adhùc manum mortuam ſolvere
15 teneri quindennia ex emphyteuſi donata,etenim conſuetudo uti ſtricti Juris non extendenda ad quindennia quantumvis ſuccedentia in locum laudemiorum, ejuſdemque ferè naturæ *Piagius de conſuetud. qu. 12. num. 1.* ad inſtar ſtatuti,
16 quod pariter ſtricti Juris eſt *l. Conſtitutionibus 24.ff. ad Municipalem,*& uti odioſa, ac damnoſa Domino directo, potiùs reſtringenda, quàm
17 amplianda ad *text.in cap. odia 15.de regul.Juris in 6.Barboſa axiom.166.num.1. cum ſeqq.* in nihi-
18 lum relevante, quòd conſuetudo ex rationis identitate potiùs ad ſimilem caſum quindennii venit extendenda *l. de quibus 32. in princip. ff.:de legibus l. 1. C.quæ ſit longa conſuetudo, Rochus de Curte de conſuetud. cap.fin. num.310.Aymon Cravetta de antiquit.tempor. par.4. in princip.nu.41.*
19 quippè cùm conſuetudo non ſolvendi laudemium ſit contraria Juri, ſequitur in tali caſu illam non eſſe extendibilem etiam ob identitatem rationis per *text.* in *l. quod verò contrà 14. l.in his 15. & l. quod non ratione 39. ff. de legib. Balbus de præſcript. par.2. principal. qu. 2. nu.29. Craveta de antiquit.tempor. part.4. num.42. cum ſeqq. Piagius de conſuetud. quæſt.12.num.27.cum*
20 *ſeqq.*non omiſſo,quòd talis conſuetudo tanquàm contra Jus, dicitur quoque odium continere, proindèque minùs adaptabilem fieri alteri quãtumvis ſimili caſui, præſertim in materia quindenniali ipſi Juri penitus ignota, *Piagius loc.cit. nu.28.30. & 33.* Præterea magna eſt differentia hoc caſu inter laudemia, & quindennia ob majus, vel minus præjudicium, hinc indè Domino reſultans, etenim ex conſuetudine non ſolvendi laudemium pro emphyteuſi donata, unicum tantùm præjudicium infertur Domino; pro illa nimirùm tantum vice,qua per donationem transfertur emphyteuſis, ex non ſolutione autem quindenniorum inferuntur plura, & reiterata præjudicia,& quidem notabilia ob tractum ſucceſſivum, cùm quindennia non unica tantùm vice debeantur, ſed pluribus vicibus, ſingulis videlicet quindecim annis, aliàs prætextu conſuetudinis Dominus directus remaneret defraudatus tàm laudemio, quàm quindennio, undè juſtius videtur, quòd privatus laudemio, ſaltem non privetur quindennio habente tractum ſucceſſivum, nec conſuetudo auferens utilitatem in certo genere rei, quale eſt laudemium, intelligitur, auferre velle etiam utilitatem in alia re, quale eſt quindennium, immò damnum paſſus ex facto, ac liberalitate donatoris, vel ex ipſa conſuetudine illud reparare, ac reſarcire debet ob qualitatem donatarii, qualis eſt manus mortua nunquam, vel difficiliùs, vel non niſi rarò
alienatura emphyteuſim, ut hac via quis grava- 21
tus in uno, vel ab uno, ſublevetur, ſeu relevetur in alio, vel ab alio *Barboſa axiom.93.nu.21. cum ſeq. & axiom.108.nu.5.*;nè aliàs contra Juris tra-
mites duplex gravamen ex eadem re,duplexque 22
incommodum ſentiat, *l.navis 4. la 1. §. cùm autem 2. circà fin. verſiculo quid ergo ff.ad leg. Rhod. de jactu, l.Titia 34. §. qui in vita 5. ff. de legat.2. l. privatæ 10. C. de excuſat. muner. lib.10. l. fin. C. de fund. Limitroph. l. patrimoniales 2. Cod. de collat.fund.patrimonial.lib.11.Marta de Juriſdict. par.4. cent.2.caſ.173.num.12. Barboſ. axiom.169. num.1.*

ARGUMENTUM.

Manus mortua legataria rei Emphiteuticæ regulariter tenetur ad ſolutionem Quindenniorum.

SUMMARIUM.

1 *Homines legant,quod ampliùs poſſidere non poſſunt.*
2 *Legatum, alienationis verbo continetur.*
3 *Legatum pari paſſu ambulat cum donatione.*
4 *Ad effectum ſolvendi Laudemium videtur comprahenſa ſub* l.fin. C.de jure Emphyt. *ſola alienatio ex cauſa oneroſa.*
5 *Pretium concernit venditionem, vel alium quemcumque contractum.*
6 *Æſtimatio reſpicit legatum, vel aliam quamcumque tàm inter vivos, quàm cauſa mortis translationem.*
7 *Tenet conſuetudo non ſolvendi laudemium ex legata Emphyteuſi.*
8 *Adhùc eſt locus Quindennio, non obſtante tali conſuetudine.*

CA-

CAPITULUM IX.

NOn minùs ſingularis, utilis', ac practicabi-
lis]eſt præſens Articulus,quàm præcedens
in ſuperiori Capit. examinatus, immò uterque
ſimillimus,cùm tàm ille,quàm iſte verſetur circà
titulum lucrativum, hoc tantùm inter unum', &
alium intercedente diſcrimine, quòd ille;practi-
cari poſſit inter vivos, dum de donatione Em-
phyteuſis agitur, & iſte cauſa mortis, ac in ul-
timis voluntatibus, dum de legato Emphyteuſis
agitur, ſanèque iſte magis practicabilis eſt, vel
eſſe poteſt, quàm ille, ex eo, quòd faciliùs ho-
1 mines ad legandum, quàm ad donandum proni
ſunt, legant enim quod ampliùs poſſidere non
poſſunt §.1. *in fine Inſtit. de donation. l.*1. *l. Senatus* 35. §.*Sed mortis cauſa* 2.*ff.de mort.cauſ. donation.* Undè citò me expediam, quaſi ex una re-
ſolutione, nempè præterita inferri poſſit ad
aliam, nempè præſentem, in qua habetur, quòd
manus mortua legatoria rei Emphyteuticæ re-
gulariter teneatur ad ſolutionem quindennio-
2 rum, ſicuti teneretur ad ſolutionem laudemio-
rum, cùm legatum alienationis verbo contineatur, *Burgius de laudem. par.*2. *inſpect.*48. *num.*5. *cum ſeqq. ubi in addit. num.* 14. *circà fin. verſic. num.*5. *Solſona eod.tract. qu.*1. *princip. n.*1. *Faber de errorib. Pragmatic. tom.*2. *decad.* 100. *error.*3. *per tot. Fulgin. de Jur. Emphyt. tit. de laudem. qu.*19.*num.*1.*in fine, de Franch.deciſ. Neapol.*201. *nu.*2.*in princip. ubi de Luca Melphicten. in obſerv.*
3 *num.*5. jure quidem merito, cùm legatum quo-
que à pari paſſu ambulet cum donatione, ſitque quædam donatio à defuncto relicta, ab hærede præſtanda §.1. *Inſtitution. de Legatis*.

Neque obſtare poteſt, quòd ſicuti ex *l. fin. C.*
4 *de Jure emphyteut.* videtur compræhenſa ſola
translatio Emphyteuſis inter vivos, & per viam cauſæ tantùm onerosæ, qualis eſt alienatio, ad affectum ſolvendi laudemium, ità argumento ejuſdem *leg.* videretur à contrario ſenſu non compreheníà, ſed potiùs excluſa translatio emphyteuſis ex cauſa mortis, & per viam cauſæ tantùm lucrativæ, qualis eſt legatum, tàm ad effectum ſolvendi laudemium, quàm quinden-
5 nium, quia cùm in *dic. l. fin. verſiculo & nè avaritia* fiat mentio tàm pretii, quàm æſtimationis,
pretium concernit venditionem,vel alium quem-
6 cumque contractum habentem titulum onero-
ſum, æſtimatio autem reſpicit legatum, vel aliam quamcumque tàm inter vivos, quàm cauſa mortis translationem habentem titulum lucrativum, ut benè explicat *Fulgin.de Jure emphyteut. tit.de laudem. qu.*19. *n.*2. *in principio*.

In eodem autem caſu ſuprà in donatione
propoſito, ſi nimirùm adſit in loco conſuetudo
7 non ſolvendi laudemium ex legata Emphyteuſi,
quam ſuſtineri tenet *Fulgin. de Jure Emphyt. tit. de laudem. qu.*19. *num.*4. cenſerem adhùc, non ſuffragante conſuetudine hujuſmodi, eſſe locum ſolutioni Quindennii ex ſuprà traditis.

ARGUMENTUM.

Legata manui mortuæ re emphyteutica, hæres legantis, non autem manus mortua tenetur ad quindennia,ſi ex teſtamento talem fuiſſe mentem defuncti eliciatur.

SUMMARIUM.

1 *Manus mortua prohibita eſt acquirere, & retinere emphyteuſim.*
2 *Controvertitur, an ex legata emphyteuſi manui mortuæ, debeatur illius æſtimatio ab hærede.*
3 *Coutrovertitur etiam, an ex legata re fideicommiſſaria debeatur legatario æſtimatio.*
4 *Hæres tenetur ſolvere quindennium, non verò manus mortua legataria.*
5 *Legato fundo gravato annuo cenſu, ſpectat ſolutio cenſus ad hæredem legantis.*
6 *Mentio R. P. D. Anſaldi* de Anſaldis.
7 *Cenſetur legata res piæ cauſæ immunis ab omni onere.*
8 *Ex quindenniis ſolvendis detrahitur quinquageſima ſingulis quindecim annis.*
9 *In dubio capienda eſt interpretatio pro legato pio, ut illud liberum præſtetur.*
10 *Ad hæredem, non ad legatarium ſpectat onus ſolvendi fructus cenſus rei legatæ.*
11 *Hæres, non legatarius tenetur rem legatam luere.*
12 *Mentio* Advocati Pacioni.
13 *Omnis difficultas debitoris incommodo eſſe ſolet.*
14 *Sine actione nemo experitur.*
15 *Mandato conſequenti, videtur mandatum quoque antecedens.*
16 *Reprobatur* Peckius de amortizat cap. 33. nu.3 in med. antè verſ. verùm enim verùm.
17 *Hæredi incumbit onus ſolvendi quidquid ſolvendum ſit pro inveſtitura, non autem legatario.*
18 *Si ad legatarium ſpectaret quindennia ſolvere, magis videretur emiſſe, quàm ex cauſa legati accepiſſe.*
19 *Manus mortua agit de lucro quærendo.*
20 *Legatarius in re legata cenſetur prædilectus.*
21 *Qualitas legatarii valdè juvat pro ſumenda interpretatione eidem favorabili.*
22 *Potiùs gravandus hæres, quàm legatarius.*
23 *Hæres, uti magis dilectus, in dubio cenſetur minùs gravatus.*
24 *Ex minori donatione, minorique liberalitate minor judicanda eſt dilectio.*
25 *In eo, quod relictum eſt, magis cenſetur dilectu legatarius, quàm hæres.*
26 *Non ſpectat ad hæredem habilitari facere legatarium incapacem, ſed legatum applicatur fiſco.*
27 *Legatarius ex culpa propria non debet commodum reportare in præjudicium fiſci.*
28 *Magna eſt differentia inter incapacitatem, & indignitatem.*
29 *Legari poteſt incapaci, cùm capax erit.*
30 *Superveniente Legatarii capacitate per conſenſum Domini, legatum convalidatur, non habente locum regula Catoniana.*
31 *Quindennium uti in locum Laudemii ſubrogatum eſt onus reale, ſeu mixtum, ſempèrque tranſit cum re legata.*
32 *Uſufructuarius tenetur ad omnia onera collectarum,*

rum, gabellarum, cenſuum, penſionum, tributorum, & ſimilium præſtationum.

33 *Relevium ſimile eſt Laudemio.*

34 *Contraria opinio, de qua* num.32. *eſt verior, & communior.*

35 *Auctoritates ſupponunt, onera rei legatæ ſolvenda eſſe à Legatario ſub ſuppoſito, quòd talia onera ſolvantur ratione fructuum ex re legata perceptorum.*

36 *Quindennium ſolvitur ob præjudicium Domini.*

37 *Canones ſolvuntur ratione fructuum ex Emphyteuſi perceptorum.*

38 *Non benè arguitur ab oneribus intrinſecis ad onera extrinſeca.*

39 *Refellitur* Cortiad. deciſ.Cathalon.284.num.52. in princ. verſ. ſed meo, parte 5.

40 *Valor rei conſiderari ſolet de oneribus, ſicque detractis quindenniis.*

41 *Sumi debet interpretatio, ut potiùs hæres, quàm legatarius gravetur.*

42 *Manus mortua legataria Emphyteuſis, relicta ab omni onere libera, cenſetur etiam liberata à Quindennio.*

43 *Auctor tenet, manum mortuam legatariam, non verò hæredem teneri ad Quindennia, ſi circumſtantiæ, & verba legati ità ſuadeant.*

44 *Laus* Tondut.

CAPITULUM X.

PRo meliùs dilucidanda præſenti concluſione omittendum, excitari nempè graviſſimum inter Doctores diſſidium ſuper facultate Teſtatoris circà legandam emphyteuſim maximè manui mortuæ, ex motivo, quòd manus mortua ſit ex prohibitis acquirere emphyteu-
1 ſim, eamque retinere ad tradita per *Fulgin. de Jure emphyteut. tit.de ſucceſſion.in bon.emphyteutic. qu.13. num.1. in fine*, perque nos in ſuis locis, ac præſertim in *Cap.1.* nec levius ſuſcitari
2 jurgium, an ſaltem ex legata emphyteuſi manui mortuæ, debeatur illius æſtimatio ab hærede ex deductis per *Fulgin. citat. tit. qu.8. num.9. cum ſeq. & tit. de alienat. qu.1. num.222. PecK. de teſtam. conjug. lib.4. cap.32. num.2. Ponte de poteſt. Proreg. tit.7. §.8. num.8. cum ſeq. de Pret. de interpret. ultim. volunt. lib.5. dubit.1. num.151.* prout controvertitur etiam inter DD. an ex le-
3 gata re fideicommiſſaria uti aliena debeatur legatario æſtimatio, de quo *Cenſal. ad Peregrin. de fideicom. artic.33. ad num.17. verſic.13. declaratur in princip.* noſtra igitur concluſio ſe habet, quòd legata manui mortuæ re emphyteutica, hæres legantis, non autem manus mortua legataria teneatur ad quindennia, ſi ex teſtamento talem fuiſſe mentem defuncti eliciatur, quia teſtator legans manui mortuæ emphyteuſim, & ſic incapaci illam retinendi, ſciebat, vel ſcire debebat, vel ſaltem ſcire præſumitur, per manum mortuam non poſſe retineri emphyteuſim, niſi mediante quindenniorum ſolutione, adeòque intelligitur gravare voluiſſe hæredem ad præſtandum fundum emphyteuticum legatum, omni onere, ac impenſa liberum favore manus
4 mortuæ legatariæ, & ad quindennia obligatum iri hæredem, ut in his terminis *Belluga Specul. Princip.Rubr.14.de Amortizat.verſic.reſtat.n.11. cum ſeq. in princip. Niger de laudem.tom.1.qu.15. nu.20. in fine Duard. de cenſib. tom.1. qu.11.§.3. n.7. cum ſeq. & tom.2. q.14. §.6.num.5. Roderic. de ann.reddit. lib.2. qu.1. nu.6. in princip. verſic. adde tertium caſum, Gomez var. reſolut. lib.1. cap.12.num.39.* quidquid contrarium ſubdubius ſentiat *Pechius de amortizat. bon.cap.33. num.3. in med. verſic. verum enim verò cum num.ſeq.* eo
modo, quo legato fundo gravato annuo cenſu, 5
ſpectat ſolutio cenſus ad hæredem legantis, non ad legatarium, *Coſta conſ.9. per tot. & de rata qu.72. in princip. Merlin. de pignor. lib.4. tit.15. qu.157. per tot. Capon.diſcept.336. nu.14.cum ſeq. & nu.23.de Luca Melphiten.ad Gratian. diſc.611. num.2. & 3. Ciroch.diſc.52. num.63.cum ſeq.Conciol. alleg.69. num.1. cum ſeqq. & num.19.par.2. & de hæred. artic.1. num.146. cum ſeqq. Card. de Luca de legat. diſc.26. num.2. Rota coram R.P.D.
Anſaldo olim in Romana Curia egregio Advoca- 6
to, dec.63. num.2. & 7.* aſſiſtitque manui mor-
tuæ viva ratio, quòd de æquitate cenſeatur le- 7
gata res piæ cauſæ immunis ab omni onere, *Capon. diſc.336.num.8. tom.5.*

Præterquamquòd adſtipulatur legatario præſumptio voluntatis teſtatoris, quòd legatarius habeat integrum fundum emphyteuticum omni gravamine immunem, quem talem non haberet, ſi quindennia Domino directo ſolvere deberet,
dum ex jure amortizationis bonorum, ſeu ex 8
quindenniis ſolvendis, auferretur à legatario quinquageſima pro quindennii præſtatione ſingulis quindecim annis facienda, *Belluga Specul. Princip.Rubr.14. verſic. reſtat. num.13. cum ſeqq. ubi num.16. in principio* ità communiter practicari. Porrò dum agitur de legato pio, pro eo
adhùc in dubio capienda eſt interpretatio, ut li- 9
berum præſtetur, reſque legata ab omni onere per hæredem eximatur, *Cenc. de cenſib.quæſt.79. num.19.cum ſeqq.& num.45.Gratian.diſcept.256. num.29. & diſc.635. num.7. cum ſeqq.* & in terminis quindennii *Rota dec.324. in princip. juncto num.1. & 7. par.19. recentior. repetit. poſt Tract. inter deciſ.S.Rotæ Rom.in ordine la I. inter additas,
ſeu prætermiſſas*, ſicuti ad hæredem, non ad le- 10
gatarium ſpectat onus ſolvendi fructus cenſus rei legatæ, *Conciol. de hæred. artic.1. num.159. cum ſeqq.* ubi de veriori, communiori, & magis practicata, & *artic.4. n.27. Gratian. diſcept.955. num.23. cum ſeq. Card. de Luca de legat. diſc.26.
n.4.* indèque eſt, quòd hæres, non legatarius te- 11
netur rem legatam luere ad *text.in l.ſi res obligata 6. ff. de legat.1. l.licet.5.ff. de dot. prælegat. l. qui poſt 3. C. de legat. Padilla in l. prædia 6. num.1.& per tot. C.de fideicommiſ. Conciol.de hærede artic.1.
num.164. Petrus Pacionus* in alma Urbe famige- 12
ratus Advocatus, *de locat. & conduct. cap.61.
nu.169.* Indè omnis difficultas debitoris incom- 13
modo eſſe ſolet *l.ſtipulationum 2. §.ex his 2. l.continuus 137. §. illud. 4. ff.de verb.oblig.Pechius de amortizat. cap.33.num.3. in princip. verſic. addo*, licet ipſe *in fine antè num.4.* de hac concluſione dubitet, & ſicut hæres debet legatario jura cedere cum effectu, ut nulla ei exceptio obſiſtere
poſſit, ità quoque ad ejus onus referri videtur, 14
ut manui mortuæ legatariæ rem legatam, cum effectu præſtet, & exhibeat; ac quia Dominus directus cum manu mortua legataria nihil habet ex quo obligatio, aut actio (ſine qua nemo experitur *l.fin.C.de rei vindic.*) nata videri poteſt,

poteſt, egit, aut contraxit, tacitè à defuncto
15 mandata ſolutio videtur, etenim mandato con-
ſequenti videtur quoque mandatum antecedens,
ſine quo id, quod mandatur, explicari non po-
teſt mandatum l.fin.ff. de offic ejus, cui mandata
eſt juriſdict. l.ad rem mobilem 56. ff. de Procura-
tor. l.namque acceſſionum 2. ff. de pecul. legat. ar-
guit Pechius de amortizat. cap.23. num3. in med.
16 antè verſic. verùm enim verò, quidquid in con-
trarium ſubdubins inclinet, Inſuper in Jure
17 non eſt novum, incumbere onus hæredi ſolvendi
quidquid ſolvendum ſit pro inveſtitura, non
autem legatario, Gratian. diſcept.284. num.39.

Quibus accedit, quòd ſi ad legatarium ſpe-
18 ctaret quindennia ſolvere, magis videretur emiſ-
ſe, & quodammodò emphyteuſim propria pe-
cunia conduxiſſe, quàm ex cauſa legati acce-
piſſe, Garzias de expenſ. cap.17. num.4. in med.
verſiculo contrà autèm.

In nihilum refragante, quòd cùm commo-
dum ex legata Emphyteuſi cedat legatario,
ipſique totum applicetur, videatur ipſe teneri
in ſe aſſumere onus ſolvendi Quindennia, non
verò hæres, qui nullum hinc ſentit commodum
ex notiſſima regula, quòd qui ſentit commo-
dum, debet & incommodum, ac onus ſentire,
19 præſertim cùm manus mortua agat de lucro
quærendo, ut per modum arguendi, & dubi-
tandi notat Belluga in ſpeculo Princip. Rubr.14.
verſic. reſtat nu.12. in principio verſ. ſed videtur
contrarium, Pech. de amortizat. bon. cap.33. n.2.
in med. verſic. accedit ad hæc, quia immò Lega-
tarius ſentiens hujuſmodi commodum ex facto
teſtatoris, cenſeri debet in hac parte prædile-
20 ctus nempè in re legata, ad text. in l. ſi quis eum
37. ff. de condit. & demouſtrat. l. ſi quis Titio 22.
ff. de legat. 2. l. ſi fideicommiſſorum 11. ff. ut in
poſſeſſ. legat. l. Publius Mævius 36. §. Titia codi-
cillis 1. ff. de condit. & demonſtrat. Joan. Bapt.
Coſta conſ.9. nu.8. Surd. de alim. tit.9. q.40.n.31.
& qu.41. num.10. Marta de ſucceſſ. legal. part.4.
q.10. artic.1.num.20. Gratian. diſcept.611.nu.36.
& deciſ. March.53. num.23. Calvin. de æquit.
lib.2. càp.145. num.20. Maranta controv.tom.1.
reſp 31.num.30. reſp.48. n.46. & tom 4. reſp.15.
num.70. & reſp.41. num 32. Palma ſen. conſ.89.
num.8. Palma jun. aliàs Nepos alleg.39.nu.9.to.1.
de Prætis de interpr. ultim. vol. lib.4. interpret.1.
dubit.2.n.7. Rota in recent. deciſ.208.n.8. par.19.
præſertim valdè juvante qualitate Legatarii
21 pro ſumenda eidem Legatario favorabili inter-
pretatione, eſt enìm cauſa pia legataria ad inſi-
gnes text. in l. ſunt perſonæ 43.in fine ff.de religioſ.
& ſumpt. funer., ibi -- Summam eſſe rationem,
quæ pro religione facit, l. plenum 12. §. Equitii 4.
ff. de uſu, & habitat. Rota recentior.dec.260.n.8.
par.9. tom.1. indeque potiùs gravandus hæres,
22 quam legatarius, ut obſervant de Montesperello
conſ.105.num.6. in fine, Camarella de legat.lib.14.
qu.5.num.4. Novar. de privileg. miſerab. perſon.
privil. 102. num.8. de Prætis de interpret. ultim.
vol. interpretat. 1. circà legata, dubit.2. num.7.
Gratian. diſc.611. nu.36. Barzius deciſ.Bonon.80.
num.18. Rota Bononien. dec.6. num.78. & coram
Card. Millino deciſ.19. num.22.

Indè non ſuffragatur hæredi, quòd potiùs
23 hæres, uti magis dilectus, cui univerſa bona
relicta ſunt, cenſeatur minùs gravatus in dubio
l.unum ex familia 67.§.Si rem 8. ff.de legat.2.l.qui
concubinam 29. §. Cùm ità, & l.nummis 75. ff. de
legat: 3. & hinc in dubio pro hærede facienda
interpretatio, ut in dubio non intelligatur dam-
nificatus ad beneficium, & commodum legatarii
particularis, ergà quem ex minori donatione, 24
minorique liberalitate minor judicanda eſt dile-
ctio l.idem Julianus aliàs cùm ſervus 39.§.Scio 6.
ff. de legat.1.quando enim ſumus in claris, dum
conſtat, aliquid eſſe relictum, tunc in eo, quod
relictum eſt, magis cenſetur dilectus legatarius, 25
quàm hæres, ut per capitalem text. in l. 1. ff. de
donation. cauſ. mort. reſpondet Theodor. alleg.38.
num. 17. cum ſeqq.

Minùſque favet hæredi ad eum ſublevandum
à quindenniis ſolvendis loco legatarii, incapa-
citas ipſius legatarii, qualis eſt in caſu manus
mortua, dum non ſpectat ad hæredem habilitari 26
facere legatarium incapacem, ſed legatum appli-
catur Fiſco, ut etiam per modum dubitandi in-
quit Belluga in Speculo Princip. Rubr. 14. verſic.
reſtat num. 12. in fine etenim hujuſmodi incapa-
citas manus mortuæ eſt de ſui natura, ut ità
dicam capacitabilis, & habilitabilis, ſeu ſana-
bilis mediante quindennio, nec legatum ex cau-
ſa talis inhabilitatis devolvitur ad fiſcum, & ſic
non applicantur termini incapacitatis culpoſæ
cum incapacitate non culpoſa reſpectu manus
mortuæ, dum in caſu incapacitatis culpoſæ, ſi
hæres teneretur procurare habilitationem lega-
tarii, ſequeretur, quòd in præjudicium fiſci ex
culpa ſua legatarius commodum retraheret, quo 27
nihil abſurdius contrà totum tit. ff. de his, quibus
ut indign. & magna adeſt inter incapacitatem,
ac inter indignitatem differentia, Ponte de poteſt. 28
Proteg. tit. 8. §. 9. num.7. cum ſeqq.

Prætereà non implicat, quòd non poſſit lega-
ri etiam incapaci, cùm capax erit, Rota coram 29
Coccino dec. 2222. nu.13. & 39. prout mediante
amortizatione, & quindenniorum ſolutione
manus mortua evadit capax, hujuſcemodi enim
incapacitas dependet à ſola voluntate Domini
directi, ità ut ſuperveniente legatarii capacitate 30
per conſenſum Domini, legatum convalidetur,
non habente locum regula Catoniana ad l.inter-
venit 24. ff.de legat. præſtand.Peregrin. de jur.fiſc.
lib. 3. tit. 19. num. 19.

Eodem fermè pacto nihil juvat hæredem,
quòd, cùm quindennium uti loco laudemii 31
ſubrogatum, ſit onus reale, ſeu mixtum, ſemper
tranſeat cum re legata in legatarium l. fin.C. ſine
cenſu, vel reliq. adinſtar uſufructuarii, qui tene-
tur ad omnia onera collectarum, gabellarum, 32
cenſuum, penſionum, tributorum, & ſimilium
præſtationum, Gratian. diſcept. 611. num.3. cum
ſeqq. prout ad onus relevii, quod ſolvitur pro
Inveſtitura feudali, eſtque ſimile laudemio, 33
Medices conſ.18. num.3. ac per tot. Capan.de Jure
Relevii par.4. qu.10. nu.28. quia contraria opi-
nio eſt verior, ac communior, de qua Cancer. 34
var.reſol. par.3. cap.20. nu.1. cum ſeqq. Garzias
de expenſ. cap.17. num.24. Conciol. de hærede ar-
tic.1. num.146. cum plurib.ſeqq. & dictum Me-
dices refellit Pelliccion. illuſtr. quæſtion. qu.36.
verſiculo & in hoc differt, ac etiam quia auctori- 35
tates contrariæ ſupponunt, onera rei legatæ
ſolvenda eſſe à legatario ſub ſuppoſito caſui no-
ſtro non applicabili, quòd nempè talia onera
ſolvan-

ſolvantur ratione fructuum ex re legata perceptorum, ut explicant *Calvin. de æquit. lib.* 2. *cap.* 145. *num.* 8. *Caſtill. de uſufruct. cap.* 57. *n.* 14. *cum ſeq. Garzias de expenſ. cap.* 11. *num.* 45. *cum pluribus ſeqq.* Verùm ex Emphyteuſi nec laudemium, nec quindennium ſolvitur ratione fructuum, ſed laudemium in recognitionem directi
36 dominii, & quindennium ob præjudicium ejuſdem per nos ſuis in locis, ac præſertim in *Cap.* 1. uberiori calamo conſideratum, dum
37 Canones ſolvuntur ratione fructuum ex Emphyteuſi perceptorum, *Felician. de cenſib. tom.* 2. *lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 7. *verſic. libenter tamen*, undè non argui Jure valet ab oneribus intrinſecis ad
38 onera extrinſeca, qualia verè ſunt laudemia, & eorum loco quindennia, ut in fortioribus terminis cenſus pro legatario advertit *Felician. de cenſib. tom.* 2. *lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 6. *in principio verſiculo neque etiam obeſt.*

Cæterùm non amplector diſtinctionem per
39 *Cortiad. allatam dec.* 284. *num.* 52. *in princip. verſic. ſed meo parvo judicio, par.* 5. *repet. poſt Tract. in ordine la IV. inter deciſion. exteras*, quòd nempè ſi legatum rei emphyteuticæ fiat manui mortuæ intuitu tantùm pietatis, tunc teneatur ipſa manus mortua in ſe aſſumere onus amortizationis, & ſolutionis quindenniorum, cùm lucretur in re legata, nec dici poſſit, quòd lædatur ex eo, quòd in non acquirendo non dicitur lædi, ſi verò legatum rei emphyteuticæ fiat in recompenſationem celebrationis Miſſarum, vel Anniverſariorum, vel piorum ſuffragiorum per manum mortuam adimplendorum, tunc teneatur hæres teſtatoris pretium amortizationis, ſeu quindenniorum reficere, nam tunc manus mortua legataria evidenter læderetur, quia diminueret rei valorem reſpectu oneris celebrandi, & peragendi divina obſequia id, quod augeretur in onere ſolvendi laudemium pro amortizatione; adducens in confirmationem ſuæ diſtinctionis, auctoritatem *Ripol. var. reſol. cap.* 7. *à num.* 122. *uſque ad num.* 131. ad quod faciunt in propoſito deducta per *Gratian. diſcept.* 611. *num.* 7. *cum ſeqq. Calvin. de æquit. lib.* 2. *cap.* 145. *num.* 18. *Menoch. de præſumpt. lib.* 4. *præſ.* 116. *num.* 27. *Covarruv. in cap. filius noſter* 5. *num.* 2. *verſic. hæc tamen ſententia, de teſtam.* ſed ego indiſtinctè teneo, hæredem, non manum mortuam legatariam teneri ad quindennia, ea ductus ratione, ſi enim verius eſt, quòd in caſu, quo Dominus directus nolit conſentire amortizationi, ſeu per manum mortuam legatariam retineri emphyteuſim, teneatur hæres præſtare manui mortuæ æſtimationem emphyteuſis, ergo à fortiori, in caſu, quo Dominus conſentit amortizationi bonorum, tenetur hæres loco eorum æſtimationis, ad quam teneretur, ſi Dominus non conſentiret eorum amortizationi, ſolvere quindennia.

Neque urget ratio diſparitatis conſiderata per *Cortiad. loc. citat.* inter unum caſum, & alium, etenim non ſtringit ratio per eum adducta in legato emphyteuſis pro animæ ſuffragio ob diminutionem valoris rei ex quindenniorum ſolutione, dum immò contrà ipſum militaret alia ra-
40 tio, quòd valor rei conſiderari ſolet de prædictis oneribus, & ſic detractis quindenniis, *Rota dec.* 478. *n.* 7. *par.* 19. *recentior. tom.* 2. & ſu-
mi debet favorabilis interpretatio, ut potiùs hæres, quàm legatarius gravetur, *Surd. de ali-* 41
ment. tit. 9. *qu.* 16. *nu.* 7. *Sperell. dec. for. Eccleſ.* 576. *num.* 33. *cum ſeq. tom.* 2.

Si autem legata ſit emphyteuſis manui mortuæ ſub expreſſa conditione, quòd eadem ma- 42
nus mortua legataria habeat emphyteuſim ab omni onere liberam, tunc ſublata eſt omnis alea dubitandi, cùm non cenſeatur ſolùm liberata à Canone, ſed & à quindennio, injuncta hæredi obligatione illud ſolvendi, veluti in puncto ponderat *Rota in recentior. dec.* 224. *num.* 2. *cum ſeqq. par.* 19. *repet. poſt Tract. in ordine la I. inter deciſ. addit. ſeu prætermiſ. S. Rot. Rom.* Attamen ingenuè, libenterque amplecterer contrariam opinionem, 43
quòd nempè manus mortua legataria, non verò hæres teneatur ad ſolutionem quindenniorum, ſi ex circumſtantiis, & verbis legati hujuſmodi mens legantis conjiciatur, ut in ſimilibus terminis *Pedrocha conſ.* 2. *num.* 23. *cum plurib. ſeqq. & per tot. vol.* 1. *Merenda controv. Jur. lib.* 11. *cap.* 8. *num.* 15. licet etiam contrarium forſitan ſuſtineri poſſit ex fusè, & aliquantulùm confusè deductis per *Tondut.* cæterùm virum graviſſi- 44
mum, *reſol. civil. par.* 2. *cap.* 61. *per tot. ubi n.* 14. *in fine* rejicit *Pedroccham*, ejuſque fundamenta redarguit uti erronea, ad omne pejus, prædictum aureum *conſilium Pedroccha* 2. venit declarandum, ut ſolummodò locum habeat in caſu tot, & tantarum circumſtantiarum, de quibus ibidem, juxtà optimum intellectum ejuſdem *Tondut. loc. cit. num.* 14.

ARGUMENTUM.

Manus mortua, licet mutata forma fundi emphyteutici, eaque deteriorata, adhùc tenetur ad quindennia in ſumma conventa, vel ſolui conſueta, nec eſt locus reductioni quindenniorum.

SUMMARIUM.

1 *Tàm quindennia, quàm laudemia, & Canones debentur in recognitionem directi dominii, non autem in fructuum compenſationem.*
2 *Mentio* Advocati Pacioni.
3 *Non eſt locus reductioni quindenniorum ob ſolam ſterilitatem quandoque contingentem.*
4 *In locatione fit remiſſio penſionis.*
5 *Non percepto fructu in re locata, eſt locus defalco; ſeu remiſſioni.*
6 *Quindennium debetur ob ſolam dominii recognitionem, quæ dependere non debet à fertilitate.*

CAPITULUM XI.

PRæſens *Cap.* fraternizat cum *Cap.* 65. de quo infrà, eſtque profectò inſpectio haud parùm neceſſaria, ſæpiſſimè enim contingere ſolet deterioratio fundi Emphyteutici ſivè ex culpa Emphyteutæ, ſivè ex culpa temporis ob ſterilitatem, ſivè ex alio caſu fortuito, ob caſma, ob fluminis inundationem, corroſionem, & ſimilia, indeque oriri jurgia ſuper reductione Quindenniorum, ſi autem deterioratio ſequuta fuerit ex culpa, & facto ipſius manus mortuæ Emphyteutæ,

teutæ, quæ in colendo fundo negligens extiterit, minorem difficultatem continet controverſia, cùm ſibi imputare debeat, nec generare ſuo facto poteſt præjudicium Domino directo, immò ex propria obligatione vigore contractus tenetur fundum meliorem reddere, ſi tamen deterioratio proveniat ex culpa, ſeu accidenti temporis, videretur tunc parum difficultatis habere, undè in præſenti monemus, quòd manus mortua, licet mutata forma fundi Emphyteutici, eaque deteriorata, adhùc tenetur ad quindennia in ſumma conventa, vel ſolvi conſueta, nec eſt locus reductioni quindenniorum, prout in materia canonum, ſi Emphyteuſis fuerit perpetua, nec fit remiſſio ob ſterilitatem in fructibus con-
1 tingentem, cùm tàm quindennia, quàm laudemia, & canones debeantur in recognitionem directi Dominii, non autem in fructuum compenſationem, quidquid ſit, quando Emphyteutica res in totum periiſſet ad *Text. in l. fin. C. de Jur. emphyt. Fulgineus de Jur. emphyteut. tit. de ſolut. Canon. qu.* 1. *num.* 91. *cum ſeqq.* egregius in
2 alma Urbe olim Advocatus *Petrus Pacionus de locato, & conducto cap.* 45. *num.* 32. *Advocatus Conſtantin. ad Stat. Urb. to.* 2. *annot.* 46. *art.* 2. *n.* 168. *cum ſeqq. Burgius de laudem. par.* 1. *inſpect.* 5. *n.* 1. *cum ſeqq. ac per tot. Niger cod. tract. tom.* 1. *qu.* 7. *artic.* 9. *num.* 17. *cum ſeqq. Rota coram Card. Celſo dec.* 328. *per tot. Burat. dec.* 334. *nu.* 12. *& in recen. dec.* 338. *n.* 1. *cum ſeqq. ac per tot. par.* 14. *dec.* 221. *num.* 19. *par.* 17. *& poſt Advocatum Conſtantinum ad Statut. Urb. dec.* 66. *num.* 10. ſemper enim ſupereſt ſpes futuræ fertilitatis, ac emendationis damni in emphyteuſi per manum mortuam acquiſita tanquàm perpetua, ideòque non eſt lo-
3 cus reductioni quindenniorum ob ſolam ſterilitatem quandoque contingentem, ſemperque emendabilem tractu temporis, *Pacion. de locat. cap.* 45. *nu.* 32. *verſiculo & comprobari, & n.* 38.

Neque obſtat, quòd in locatione fiat remiſſio penſionis *cap. propter ſterilitatem* 3. *de locat. l. ſi merces* 251. §. *Vis major* 6. *ff. locat. l. licet* 8. *Cod.*
4 *eod. Pacion. de locato, & conducto cap.* 45. *num.* 1. *cum ſeqq.* quia penſio, ſeu affictus ſolvitur ob perceptionem fructus, qui percipitur ex re loca-
5 ra, proindèque eo non percepto ob damnum in ipſa re reſultans, eſt locus defalco, ſeu remiſſioni, quæ ratio non militat, ſed potiùs diſpar, in quindennio tanquàm non debito ob perceptionem fructuum ex re emphyteutica, ſed ob
6 ſolam dominii recognitionem, quæ dependere non debet à fertilitate, nec pati diminutionem ob ſolam ſterilitatem.

ARGUMENTUM.

Tertius poſſeſſor quomodocumque habens cauſam à manu mortua, adhùc conveniri poteſt à Domino directo pro conſequutione tàm præteritorum, quàm futurorum quindenniorum.

SUMMARIUM.

1 *Tertius poſſeſſor quomodocumque habens cauſam à manu mortua, adhùc conveniri poteſt à Domino directo pro conſequutione tàm præteritorum, quàm futurorum quindenniorum.*

2 *Ratio exigendi quindennia proſequitur emphyteuſis poſſeſſorem, in quemcumque detentorem illa vadat.*

3 *Poſſeſſor emphyteuſis pulſandus eſt pro laudemiis.*

4 *Tertius poſſeſſor cenſus tenetur ad illius fructus.*

5 *Contra tertium poſſeſſorem rectè agitur pro exactione gabellæ.*

6 *Etiamſi Dominus directus commodè per prius exigere potuiſſet quindennium à manu mortua, adhùc tertius poſſeſſor tenetur pro decurſo quindennio.*

7 *Rejicitur contrarium tenens* Fulgin. de Jure emphyt. tit. de contract. qu. 31. num 6. & 12.

8 *Tertius poſſeſſor ſolvere renuens quindennia, debet emphyteuſim dimittere.*

9 *Exactio per partes plura incommoda afferre ſolet.*

10 *Etiam ratione individuitatis.*

11 *Pluribus prædiis emphyteuticis devenientibus ad plures tertios ſingulares poſſeſſores, quilibet eorum poſſeſſor tenetur pro rata ad quindennium.*

12 *Etiam Eccleſia tertia poſſeditrix emphyteuſis, convenienda eſt pro quindennio.*

13 *Hæredes conventi actione perſonali, quilibet tenentur pro rata.*

CAPITULUM XII.

Videndum eſt, quòd in caſu, quo tertius poſſeſſor vigore Salviani, aſſociationis, aut alterius ſimilis judicii, vel etiam vigore contractus, puta venditionis, ſeu ſimilis, immiſſus eſt in poſſeſſionem fundi emphyteutici per manum mortuam per prius acquiſiti quomodocumque cauſam habens ab ipſa manu mortua, nè aliàs Domino directo præjudicetur, conveniendus eſt tàm pro præteritis, quàm pro futuris quindenniis, undè firmatur in præſenti, quòd tertius 1
poſſeſſor quomodocumque habens cauſam à manu mortua, adhùc conveniri poteſt à Domino directo pro conſequutione tàm præteritorum, quàm futurorum quindenniorum, *Scoppa ad Merlin. controv. ad cap.* 36. *&* 37. *per tot. Muta ad Conſuetudin. Panhorm cap.* 26. *num.* 192. *cum ſeqq.* etenim ratio exigendi quindennia ad inſtar alterius ſimilis actionis exigendi laudemia, tanquàm realis, ideſt annexa rei emphyteuticæ, tranſit cum ipſa emphyteuſi, rem ipſam afficiendo, & conſequitur, ſivè manus proſequitur illius poſſeſſorem, in quemcumque detentorem 2
ad *tex. in l. poſſeſſores* 12. *C. de fund. patrimon. li.* 11. *Ricc. in addit. ad dec. Neapol. de Franch.* 430. *ubi Carol. Anton. de Luca in obſerv. num.* 1. *circà fin.* proindè pulſandus eſt pro laudemiis, *Ricc. col-* 3
lect. 1538. *in princip. ampl.* 2. *par.* 5. undè fit, quòd tertius poſſeſſor cenſus, tenetur ad illius fructus, 4
l. cum poſſeſſor 5. §. *fin. ff. de cenſib. l. apud Julianum aliàs cum ſervus* 39. §. *Hæres* 5. *ff. de legat.* 1. *Cenc. de cenſib. qu.* 92. *num.* 29. & contra tertium 5
poſſeſſorem rectè agitur pro exactione gabellæ, *Burg. de laudem. par.* 1. *inſpect.* 9. *nu.* 24. *in addit.*

Adeòque vera eſt præſens reſolutio, ut, etiamſi Dominus directus commodè per prius exigere potuiſſet quindenninm ab eadem manu mortua, adhùc tertius poſſeſſor tenetur pro præterito, ſeu decurſo quindennio, veluti de laudemio, 6
& canone inqnit *Riccius in addit. ad de Franch. dec.* 430. *in principio, & collectan.* 1538. *in principio par.* 5. quidquid tàm in canone præterito, 7
quàm

quàm in futuro ſentiat, *Fulgin. de Jure emphyt. tit. de contract. emphyteutic. qu.31. num.6. & 12.*
8 aliàs ſi tertius poſſeſſor nolit ſolvere decurſa
quindennia tempore ſui auctoris, debet emphy-
teuſim dimittere, *Burgius de laudem. in addit. par.1. inſpect.9. num.23.*

Præterea ſi plures fuerint compoſſeſſores fundi emphyteutici, Dominus directus poterit agere contrà quemlibet inſolidum ad integram quindennii ſolutionem, non autem pro rata,
9 cùm exactio per partes plura afferre ſoleat in-
commoda, *Valaſc. de Jure emphyteut. quæſt.32. num.15. in principio, & medio*, ac etiam ratione
10 individuitatis *l. ſi prior aliàs creditor 12. §. Scien-
dum 6. ff. qui potior. in pign. hab. l.1. §. Item quæritur 10. ff. de aqua quotid. & æſtiva, l. ſi commune 42. ff. de negoc. geſt. l. hæredes 25. §. Si unus ex cohæredibus 15. ff. famil. erciſc. l. his conſequenter 18. §. Celſus 4. ff. eod. l. ſed & loci 4. §. Si alter 5. ff. fin. regund. l. quæſitum 30. §. 1. ff. de pecul.* l.1. C. ſi unus ex *plurib. appellaverit, Coſta de rata*
11 *qu.122. num.9.* è contra pluribus prædiis emphy-
teuticis devenientibus ad plures tertios ſingulares poſſeſſores, quilibet eorum poſſeſſor tenetur pro rata ad quindennium, *Valaſco de Jure emphyteut. qu.32. num.15. in principio, Coſta de facti ſcientia, & ignorantia centur.1. diſtinct.11. num.17. & de rata qu.81. num.1. Caſtillo dec. Sicil.41. n.5. ac in additione in principio, par.1.*

His accedit, quòd, etiamsi Eccleſia fuerit poſ-
12 ſeditrix emphyteuſis, nihilominùs ipſa pro
quindennio venit convenienda, ut de canone obſervat *Gratian. diſceptat.36. num.37.* hoc tamen venit intelligendum, in actione perſonali, nam ſi creditor quindenniorum voluerit uti hypothecaria, poterit ſolidum à quocumque poſſeſſore exigere quindennium propter hypothecæ efficaciam, *Roderic. de annuis reddit. lib.2. qu.9. num.48. verſic. ſed cum hypothecaria, cum nn. ſeqq. Rota deciſ.247. n.36. poſt Poſthium de ſubhaſtatione in addit.* ad inſtar hæredum, qui conventi actione perſonali, quilibet tenentur pro rata,
13 pro qua hæredes ſunt, ſed ſi conveniantur actio-
ne reali, hujuſmodi exceptio non impedit immiſſionem, *Coſta de rata qu.189. num.1. cum ſeq. Noguerol. alleg.2. num.112. & alleg.3. à nu.44. Guzman. de evictjon. quæſt. 13. num.7. Salgad. laby. credit. par.2. cap.1. à num.7. & cap.9. à num.41. & cap.11. à num.41. Olea de ceſſion. jur. & action. tit.4. qu.12. num.2.* Eo modo, quo hæredes non poſſunt agere ſinguli, niſi pro rata *l. planè 3. ff. famil. erciſc. l. ea, quæ 6. C. eod.*

ARGUMENTUM.

Ex bonis emphyteuticis redactis in nonnullis locis ad inſtar allodialium per manum mortuam acquiſitis, adhùc debentur quindennia.

SUMMARIUM.

1 *In pluribus locis bona emphyteutica redacta ſunt ad inſtar allodialium.*
2 *Ut in ditione Argentana.*
2 *Et in ditione Mantuana.*
4 *In ditione Ferrarien.*
5 *In ditione Urbinaten.*
6 *Mentio R. P. D.* Vincentii Petræ.
7 *In ditione Fulginaten.*
8 *In Civitate Caſtelli, in Abbatia Nonantulæ.*
9 *In Abbatia trium Fontium Terræ Pontiani in Sabinis.*
10 *Mentio R. P. D.* Anſaldi de Anſaldis.
11 *In ditione Ravennaten.*
12 *In Abbatia Farfen.*
13 *In Civitate Cæſenaten.*
14 *In ditione Avenionen. & Comitatu Venuſino.*
15 *In Cathalonia.*
16 *Bona emphyteutica redacta ad inſtar allodialium, & perventa ad manus mortuas, quoad effectum quindenniorum retinent ſuam naturam.*
17 *Manus mortuæ in Ducatu Ferrariæ ex Bullis Bonifacii VIII. & Pauli V. inhabilitantur ad acquirendum emphyteuſim, nec niſi quindennii oblatione eaſdem rehabilitari poſſe videtur.*
18 *Bona emphyteutica redacta ad inſtar allodialium tranſitoria ſunt ad hæredes extraneos.*
19 *Talis emphyteuſis perventa etiam ad privatum, non ſubjacet laudemio.*
20 *Damnum Domini directi ob deſperatam devolutionem, reſarciendum quindennio.*
21 *Bona emphyteutica ad inſtar allodialium poſſunt effici tranſitoria ad manus mortuas circà acquiſitionem, non verò circà retentionem.*
22 *Ex ſuprà dictis Bullis Bonifacianæ, & Paulinæ manus mortua nec mediante quindennio habilitari valet ad emphyteuſim.*
23 *Ex tali emphyteuſi etiam ſolvitur laudemium.*
24 *Ideoque etiam ex illa ſolvendum quindennium.*

CAPITULUM XIII.

PLura extant loca, in quibus de conſuetudi-
ne, ſivè vigore Indulti Pontificii emphyteu- 1
tica bona redacta ſunt adinſtar allodialium, ve- 2
luti in ſtatu Argentano *Rodulphin. alleg.167. n.13.*
in Mantuana Ditione *Gobius conſult. dec.10. per*
tot. & de permiſ. feud. & emphyteuſ. alien. in prælud. 3
num.35. & qu.1. per tot. qu.2. per tot. & quæſt.6.
per tot. Palm. Nep. alleg.101. per tot. tom.2. Rodul-
phin. alleg.48. nu.8. in Ferrarien. Ditione vigore 4
Conſtitutionum Bonifacianæ & Paulinæ, *Pacion. de locato, & conducto cap.53. n.119. & alleg. civil. & canonic. alleg.84. per tot. Fulgin. de jure emphyteut. tit. de ſucceſſion. in bon. emphyteutic. qu.3. num.13. & tit. de alienat. qu.1. n.336. in principio limit. ultim. Rota coram Durano dec.254. n.5. Burat. dec. 87. per tot. & poſt Merlin. de legitima dec.94. per tot. ac in recentior. dec.358. n.10. par.4. tom.2. dec.319. nu.1. & dec.371. n.5. par.5. Amat.*
dec. Ferrar. 10. per tot. in Urbinaten. ſtatu ex In- 5
dulto Urbani VIII. *Pacion. de locat. cap.53. n.118.*
R. P. D. Petra egregius Juriſconſultus, ac digniſſi-
mus S. Congregationis Concilii, ac hodiè Sacræ 6
Cong. Epiſc. & Regul. Secretarius, majora promeritus, in aureis ſuis *commentar. ad Conſtitution. Apoſtolic. tom. 2. in Conſtitut. X. Innocentii III. ſect.2. num.21. Card. de Luca de emphyt. diſc.7. per tot. & poſt eund. ad eund. tit. de emphyt. Rota dec.8. num. 4. & per tot. & poſt Gobium tract. var. dec.38. nu.5. & coram Card. Celſo dec. 192. nu.1.*
cum ſeq. in Fulginaten. ditione, in Civitate Ca- 7
ſtelli, in Abbatia Nonantulæ, *R. P. D. Petra loc.* 8
cit. Card. de Luca de emphyt. diſc.1. nu.1. diſc.15. per tot. diſc. 23. nu.5. cum ſeqq. diſc. 20. nu.7. &

9 diſc.27. nu.2. Pacion. de locat. cap.53. nu.121. in Abbatia trium Fontium Terræ Pontiani in Sabinis, Rota coram Ninot. dec.40.n.6.& in Nullius, ſeu Terræ Pontiani Immiſſionis 26. Junii 1709. §. Verùm & huic fundamento, coram R.P.D. Anſal-
10 do, olim in Romana Curia eloquentiſſimo Advocato, me ſcribente in eadem Cauſa pro DD. Petro, & Joſepho de Corillis Colleonibus con-
11 trà D. Canonicum Joannem Baptiſtam Sanctolinum, in Ravennaten. Statu, Fulgin. de jure emphyteut.tit.de ſucceſſion.in bon.emphyt.q.3.n.13. R.P.D. Petra loco mox allegato, in Farfen. Abba-
12 tia Pacion. de locato, & conducto cap. 53. nu.20. Rota coram Pena dec. 1192. & 1121. n.2. in Cæ-
13 ſenaten. Civitate ex Indulto Innocentii VIII. Pacion. loco citato nu. 22. Rota poſt Salgad. labyr. credit. deciſ. 38. num.10. & coram Dunoz. Jun. dec.607. nu.16. cum ſeqq. ac in recentior. dec.377. num.4. par. 14. dec. 65. per tot. par. 17. & in Cæſenaten. legitimæ ſuper bonis emphyteuticis 16. Maii 1704. ac 16. Februarii 1705. coram Eminen-
14 tiſſimo Priolo, in Avenionen. Statu, & Venuſino Comitatu Bellus conſ.3. num.64. & conſ.4. nu.1. & 81. Bertrand. conſ. 237. nu.1. vol.6. Tondut. de prævent. judicial. par.1. cap.14. nu.5. Rota dec.38. num.4. par. 11. recentior. in Gallia Tondut. reſol. civil. par.1. cap.39. nu.8. & per tot. & de præventione judiciali par.1. cap.14. nu.5. Valaſco de jure
15 emphyteut. qu. 18. nu. 26. in Cathalonia Fontanella dec. Cathalon. 484. nu.14. & dec. 485. nu.1. tom.2. Undè in præſenti monemus, quòd ex bonis emphyteuticis in nonnullis locis adinſtar allodialium per manum mortuam acquiſitis, adhùc debeantur quindennia, quippè bona hujuſmodi
16 ad manus mortuas perventa, quoad effectum quindenniorum retinent ſuam naturam, prout illam retinent in ſimili quoad effectum laudemiorum Bellus conſ.1. nu.34. & 60. Tondut. reſol. civil. par. 1. cap. 39. num. 11.

Supradictaque reſolutio meliùs intrabit in Ducatu Ferrariæ, ubi quantumvis emphyteutica bona ſint redacta ad inſtar allodialium, attamen ex peculiaribus Bullis Bonifacii VIII. & Pauli V. hinc indè Bonifaciana, ac Paulina dictis inhabilitantur manus mortuæ etiam ad acqui-
17 rendum emphyteuſim, nec niſi quindennii oblatione videtur, eaſdem manus mortuas rehabilitari poſſe Bordon. conſ. 4. per tot. Paulut. diſſertat.62. nu.154. cum ſeqq. ac ſignanter nu.167. cum ſeqq. tom.2. & ferè per tot. Pigant. ad Statut. Ferrar. lib.3. Rubr.127. nu.116. Contrius diſceptat. forenſ. cauſ.99. nu.8. tom.1. Torre de Majorat. Ital. par.2. qu.52. nu.1. Pacion. alleg. civil. & canon. alleg.84. nu.22. cum ſeqq. Bonden. collectation. legal. lib.1. collect.35. nu.122. & lib.2. collect.9. nu.33. cum ſeqq. Palma Junior inter collect. deciſion. Rotæ Lucenſis tom.4. dec.376. nu.1. & dec.377. nu.23. & 29. cum ſeqq. Rota Romana ad Card. de Luca de emphyteuſi dec. 8. per tot. & poſt Paulut. in diſſertat. legal. tom. 2. dec. 2. 4. & 5.

Sed bina ſeſe offerunt objecta.

I. Quia bona emphyteutica adinſtar allo-
18 dialium, ſeu patrimonialium redacta, hæreditaria ſunt, tranſitoria etiam ad hæredes extraneos, proindeque ad manus mortuas, & hinc confiſcabilia ſublato penitùs obſtaculo incapacitatis, Fontanella dec. Cathaloniæ 484. nu. 14. & 18. & dec.485. num. 1. tom. 2. Rota poſt Gobium tractat. var. dec. 38. num. 5:

II. quia hujuſmodi emphyteuſis tanquàm participans de natura bonorũ liberorum quoad illius alienationum, non indiget conſenſu Domini, perque conſequens in ea conſiderari non poteſt amiſſio laudemiorum, ſi perveniat ad manus mortuas, cùm, etiamſi perveniat ad privatum, Dominus directus non videtur poſſe 19
laudemium prætendere ob illius conſenſum non requirendum in alienatione, Tondut. reſol. civil. par.1. cap.39. nu.10. in terminis R.P.D. Petra in ſuis doctiſſimis Commentar. ad Conſtitution. Apoſtolic. tom.2. in Conſtitut. X. Innocentii III. ſect. 2. nu.21. undè ceſſat finis, propter quem introducta ſunt quindennia.

In nihilum tamen ſuffragantibus, aut refragantibus enunciatis objectis, firmiſſima remanet firmata reſolutio.

Non quidem obſtat I. objectum, quia emphyteuſis adinſtar allodialium redacta, ſivè tranſibilis evadat, ſivè non ad extraneos, ac per conſequens ad manus mortuas, ſemper eundem operatur effectum inalienabilitatis, ac deſperatæ devolutionis, ſicque hoc damnum Domini directi ſemper contingibile, meritò reſarciendum 20
venit per viam ſolutionis quindennii, dum aliter illud reſarciri nequit ex ſuperiùs per nos traditis in Capit. I. omiſſo, quòd non eſt adeò conſtans, ut quia emphyteuſis redacta adinſtar allodii, eſt tranſitoria ad extraneos, ſit quoque tranſitoria ad manus mortuas, vel quòd ſaltem ſit tranſitoria abſque onere ſolvendi quindennia, cùm aliud ſit fieri emphyteuſim ad extraneos tranſitoriam, & aliud ſolvi, vel non ſolvi laudemium, aut quindennium; immò bona emphyteutica adinſtar allodialium ad alium effectum 21
poſſunt effici tranſitoria ad manus mortuas, nempè quoad earũ habilitationem circa acquiſitionem, non verò circà retentionem, & ſic ut hujuſmodi emphyteuſim acquiſitam intrà annum vendant, ponantque in manus privati retracto illius pretio, non tamen ut illam retineant, veluti declarant Card. de Luca de emphyteuſi diſc.7. per tot. & ad eund. ſuper eod. tit. Rota dec.8. n.4. & per tot. Fontanella dec. Cathalon. 485. n.3. cum ſeqq. & per tot. tom.2. Rota coram Innocentio X. dec.545. num.8. cum ſeq. & dec. 680. nu.14. cum ſeq. ac in recentior. dec.118. per tot. par.4. tom.2. dec.38. n.4. par.11. dec.65. n.10. par.17. dec.249. n.3. par.19. & dec.593. nu.8. par. 19. tom. 2. adeò ut in Ducatu Ferrarien. ob reſiſtentiam Bullarum Bonifacianæ, & Paulinæ, cum verbis prægnantiſſimis, per quas inhabilitatur manus mortua etiam ad vendendum emphyteuſim, nec mediante 22
quindennio illa habilitari valet, tanta eſt ipſius incapacitas, ut ait R.P.D. Petra in ſuis elaboratiſſimis, ac eruditiſſimis commentar. ad Conſtitution. Apoſtolic. tom. 2. in Conſtitution. X. Innocentii III. ſect. 2. num.32. Riccius collectan. 3179. circà fin. declarat. 2. Beltramin. ad Gregor. XV. dec.520. nu.14. in principio, & in fine, Rota in Ferrarien. ſeu Imolen. Bonorum 1. Julii, & 2. Decembris 1699. coram Reverendiſs. P.D. Molines Decano.

Non obſtat II. objectum, quia quoad alienationem etiam emphyteuſis hujuſmodi ſubja- 23
cet ſolutioni laudemiorum, Bellus conſ.1. nu.39. & 60. Tondut. reſolut. civil. par.1. cap.39. nu.11.

quamo-

quamobrem æquum eſt, quòd etiam ipſa manus mortua ſubjaceat ſolutioni quindenniorum, nè aliàs ſub irrelevanti prætextu Dominus directus remaneat defraudatus tàm laudemiis, quàm quindenniis, quod ex diametro repugnat gene-
24 rali conſuetudini ſolvendi quindennia in locum laudemiorum ad per me tradita ſuprà in Cap. I.

ARGUMENTUM.

Relicta Emphyteuſi per contractum, vel teſtamentum in proprietate manui mortuæ, & certæ perſonæ in uſufructu, illius vita durante, manus mortua proprietaria tenetur ad quindennium, non autem uſufructuarius.

SUMMARIUM.

1 *Relicta emphyteuſi per contractum, vel teſtamentum in proprietate manui mortuæ, & certæ perſonæ in uſufructu, illius vita durante, manus mortua tenetur ad quindennium, non autem uſufructuarius.*
2 *Uſufructuarius obligatur ad onera temporalia, expenſaſque rei conſervandæ gratia tantùm.*
3 *Manus mortua proprietaria acquirit utilia jura emphyteutica in perpetuum.*
4 *Inducta in favorem, non debent in odium retorqueri.*
5 *Quiſquis in rebus ſuis legem ſibi benè viſam adiicere poteſt.*
6 *Veriſimilius eſt, relinquentem uſumfructum voluiſſe ſublevare uſumfructuarium in uno, non ſolvendi nimirum quindennia, qui illum voluit pergravare in altero, ſcilicet reſtituendi uſumfructum poſt mortem proprietario.*
7 *Proprietarius tenetur ſolvere laudemium.*
8 *Refellitur contrarium tenens* Capan. de jure relev. parte 1. quæſt. 15. num. 18. in fine, & nu. 19. tom. 1.
9 *Emphyteuta ſolvere tenetur laudemium potiùs uſufructuario, quàm proprietario.*
10 *Emolumentum laudemiale, aut quindenniale non tangit rei ſubſtantiam, vel proprietatem, neque illam, vel illius fructus percipiendos diminuit.*
11 *Incommoda ſequi debent, quem conſequuntur commoda.*
12 *Potiùs uſufructuarius, quàm proprietarius videtur ſolvere teneri laudemium, inque illius locum quindennium.*
13 *Uſufructuarius tenetur ad onerum ſolutiones, puta ad collectas, cenſus, & ſimiles præſtationes.*
14 *Proprietarius, durante uſufructu, nondùm Dominus utilis dici poteſt, niſi in ſpe, & certitudine.*
15 *Laudemium ſolutum uſufructuario, finito uſufructu reſtituendum venit proprietario.*
16 *Ad uſufructuarium ſpectat ſolvere canones.*
17 *Proprietarius percipere nequit fructus durante uſufructu, contrà voluntatem uſufructuarii.*
18 *Non deſunt Doctores tenentes, laudemium potiùs ſolvendum eſſe proprietario, quàm uſufructuario.*
19 *A Jurepatronatus activo non benè arguitur ad Juſpatronatus paſſivum.*
20 *Laudemium eſt quinquageſima pars.*
21 *Uſufructuarius non tàm propriè, quàm proprietarius dici poteſt Dominus utilis.*
22 *Habetque jus temporale finiendum finito tempore uſusfructus.*
23 *Finiti ad infinitum nulla eſt proportio.*
24 *Uſufructuarius dicitur etiam Dominus rei, in qua habet uſumfructum.*
25 *Uſusfructus eſt ad inſtar dominii, non autem eſt vera ſpecies dominii.*
26 *Laudemium ſolutum uſufructuario, etiam finito uſufructu, non eſt reſtituendum proprietario.*
27 *Quindennium non ſolvitur ratione fructuum, ſed ratione recognitionis dominii.*
28 *Innocens puniendus non eſt.*
29 *Laudemium non præſtandum ab uſufructuario alimentario.*
30 *Ad uſufructuarium ſpectat ſolvere quindennium, ſi ex peculiari conſuetudine regionis quindennium ſolvi ſoleat ex fructibus emphyteuſis.*
31 *Eodem modo, ſi ex verbis contractus, vel teſtamenti conſtet, quòd onus ſolvendi quindennium ſpectaret ad uſufructuarium.*
32 *Uſufructuarius non tenetur ad quindennium, ſi uſusfructus remaneat inutilis.*

CAPITULUM XIV.

Haud raró contingere poteſt, quòd alicui inter vivos, ſivè in ultima voluntate relinquatur emphyteuſis in uſufructu, quoad vixerit, manui autem mortuæ in proprietate, proindeque oriri facile eſt controverſiam inter uſufructuarium, & manum mortuam proprietariam, cuinam ex his incumbat onus ſolvendi quindennium, qua de cauſa aſſerimus in præſenti, quòd relicta emphiteuſi per contractum, vel te- 1
ſtamentum in proprietate manui mortuæ, & certæ perſonæ in uſufructu, illius vita durante, manus mortua teneatur ad quindennium, non autem uſufructuarius, eo fermè pacto, quo proprietarius tenetur ad laudemium, non verò uſufructuarius, *Niger de laudem. tom.* 1. *qu.* 15. *num.* 9. *cum ſeqq. Gulielm. de Benedict. in cap. Raynutius* 16. *verbo cætera bona num.* 33. *de teſtam. Guidopapa deciſ.* 477. *num.* 2. *ubi Ranchin. in not. in princip. Boneton. ibidem in princip. & Baro in princip.* etenim uſufructuarius obligatur ad one- 2
ra temporalia, expenſaſque, rei conſervandæ gratia tantùm, ad ea autem, quæ perpetuam rei utilitatem concernunt, ſicque duraturam ultrà terminos uſusfructus, obligatur proprietarius, *Gratian. diſcept.* 778. *num.* 1. *Niger de laudem. qu.* 15. *num.* 14. *cum ſeq. tom.* 1. undè æquum videtur, ut manus mortua proprietaria, cui tan- 3
quàm tali proprietariæ acquiruntur eadem utilia Jura Emphyteutica in perpetuum per prius penès uſufructuarium ad tempus tantùm vitæ exiſtentia, teneatur ſolvere quindennium, *Niger de laudem. tom.* 1. *qu.* 15. *num.* 15. *in fine, & num.* 16. *in principio.*

Alias ſequeretur abſurdum, quòd uſufructuarius, licet perſona privata, & tanquàm talis capax emphyteuſis, haberetur pro incapaci ob incapacitatem alterius, nempè ipſius manus mortuæ, ſi condemnandus eſſet ad ſolutionem quindennii debiti ex culpa, vel quaſi culpa, & facto alieno, nempè proprietarii, qualis eſt manus mortua, & inalienabilitas Emphyteuſis penès uſufructuarium ob jus proprietarii, quod habet in uſufructu poſt obitum uſufructuarii ad

ſe con-

ſe conſolidando, non debet obeſſe eidem uſufructuario, illum cogendo ad ſolutionem quindennii, nè aliter uſusfructus in favorem uſufructuarii inductus, in illius odium retorqueatur,
4 maximè ex facto, & quaſi culpa proprietarii, ſcilicet manus mortuæ contra regulam Juris in *cap. quod ob gratiam 61 de regul. Jur. in 6. l. nulla Juris ratio* 24. *ff de legib l. quod favore 6. C. eod. Barboſa axiom.96. num.*1. neque juſtum videretur gravari onere quindennii uſufructuarium, qui ſtatim poſt obitum reſtituturus eſt uſumfructum proprietario, è contra verò ſublevari hoc onere proprietarium, qui tanquàm manus mortua in perpetuum habiturus eſt uſumfructum unà cum proprietate.

Inalienabilitas inſuper uſusfructus non eſt de per ſe ſufficiens ad inducendum obligationem ſolutionis quindennii ex perſona uſufructuarii, cùm inalienabilitas hujuſmodi non proveniat ex culpà, & facto ipſius uſufructuarii, ſed benè ex culpa, ſeu quaſi culpa, & facto alieno, nempè relinquentis uſumfructum, qui rebus ſuis le-
5 gem ſibi benè viſam adjicere poteſt, ſicque alteri proprietatem relinquere *l. in traditionibus* 48. *ff. de pact. l. in re mandata* 21. *C. mandat. Barboſa axiom.*199. *num.*1. omiſſo, quòd veriſimilius eſt, relinquentem uſumfructum voluiſſe
6 ſublevare uſufructuarium in uno, non ſolvendi nimirùm quindennia, qui illum voluit pergravare in altero, ſcilicet reſtitueudi uſumfructum poſt mortẽ proprietario *l. eum qui* 30 *ff. de jurejur.* cùm nemo duplici onere, niſi exprimatur, gravandus veniat, *cap. at ſi Clerici* 4. §. *fin. in fine de judic. l. jure ſuccurſum* 7. *ff. de jure dotium l. navis* 4 §. *Cum autem* 2. *ff. ad leg Rhod. de jact. Carleval. de judic. tom.*1. *lib.*1. *tit.*1. *diſput.*4. *num.*24. immò magis naturale eſt, quòd manus mortua proprietaria, quæ poſt uſusfructus conſolidationem tanquàm manus mortua procul dubio ſolutura eſt quindennium, ſtatim interim quo durat uſusfructus ſolvere incipiat quindennium, quàm quòd uſufructuarius, qui vita tantùm durante emphyteuſim in uſufructu acquirit, illumque in morte reſtituturus eſt, interim ſolvere teneatur quindennium de re poſt ejus obitum ad alium perventura.

Propemodùm aliter intolerabilis ſequeretur injuſtitia, quòd uſufructuarius forſitan per primos quindecim annos ob eorum ſterilitatem vel paucos, vel nullos intrà prædictos quindecim annos, vel intrà nonnullos ex quindecim annis fructus ex fundo emphyteutico perciperet, ſolvendo autem illud primum quindennium, caſus ferre poteſt, eumdem uſufructuarium ſtatim decedere abſque eo, quòd poſſit compenſare ſequentes annos fertiles, ſeu penitùs fructiferos cum præcedentibus ſterilibus, vel penitùs infructiferis, cùmque relevium ex feudo ſolvi ſolitum loco laudemii, & quindennii ſit ſimile laudemio, & quindennio, attamen illud
7 ſolvere teneatur proprietarius, *Niger de laudem. qu.*15. *num.*18. *in fine, & n.*19. *tom.*1. quidquid
8 inclinet in contrarium *Capanus de jure relevii parte* 4. *quæſt.*11. *num.*16. *& qu.*13. *num.*1. benè ſequitur, quòd & quindennium ſimile relevio ſolvere teneatur proprietarius.

Quantumvis autem ſtabilita ſatis videatur noſtra reſolutio, non deſinit tamen ſequentibus impugnari, non autem expugnari objectis.

I. Quia ſicuti, ſi emphyteuſis duos habeat Dominos activos, ſeu directos, nempè uſufructuarium, & proprietarium, emphyteuta, alienando tenetur ſolvere laudemium potius uſu- 9
fructuario, quàm proprietario ad *text. in l. fructus* 72. *ff. de regul. Jur. l. uxori* 24. *ff. de uſufructu legato, Oldrad. conſ.*24. *per tot. Niger de laudem. tom.*1. *qu.*13. *num.*43. *cum ſeqq & qu.*15. *num.*1. *in fine verſiculo primò quia, Burgius eodem tract. par.*1. *inſpect.*4. *num.*8. *cum plurib. ſeqq. & n.*23. *& in additione num.*83. *cum ſeqq. Solſona eodem tract. cellula* 2. *num.*13. *Fulgin de Jure emphyteut. tit. de laudem. qu.*21. *num.*1. *cum ſeqq. Amicus eod tract. qu.*90. *n.*5. *cum ſeqq Valaſco eod tract. qu.*38. *num.*28. *Gutierrez de tutel. part.*3. *cap.*24. *num.*10. *Cyriac. contr.*397. *num.*7. *Caſtillo de uſufructu cap.*36. *num.*45. *Gratian diſcept.*615. *n.*12. *Barbat. de diviſione fruct par.*1. *cap.*14. *num.*4.6. *& ſeqq. & num.*37. *& par.*2 *cap.*1. *num* 90. *circà fin. verſiculo tertiò habet exactionem, Camarela de legat. lib.*3. *qu.*32. *num.*2. *Card. de Luca de emphyteuſi diſc.*76. *num.*3. *in ſupplemento, Gobius de perpetua feudi, & emphyteuſis alienatione quæſt.*11. *num.*36. *Riccius dec Cur. Archiep. Neapol* 23. *n.*3. *in princip. par.*1. *Rota coram Card. Seraphino deciſione* 222. *num.*3. & in terminis, quod quindennium ſit ſolvendum uſufructuario, tenet *Card. de Luca de emphyteuſi diſc.*76. *num.*4. *in princip. verſic. ſivè ſunt quindennia in ſupplemento*, emolumentum namque hujuſmodi laudemiale, vel 10
quindenniale non tangit rei ſubſtantiam, vel proprietatem, neque illam, vel illius fructus percipiendos minuit, *Card. de Luca loco mox citato num.*3. *circà fin. verſiculo idque*, ità in contrario, & præſenti caſu, ad ſervandam æquitatem, & æqualitatem, quæ ſuadet, ut qui in honore admittitur, ſubſtituatur etiam in onere, incommodaque eum ſequantur, quem conſequuntur 11
commoda ad *text in l. ſecundùm naturam* 10. *ff. de regul. Jur.* Si emphyteuſis duos habeat Dominos paſſivos, ſeu utiles, videlicet uſufructuarium, & proprietarium, ſitque proprietarius manus mortua, videretur ex identitate rationis potiùs uſufructuarius, quàm proprietarius ſolvere 12
teneri laudemium, inque illius locum quindennium ex deductis per *Nigrum de laudem. qu.*15. *num.*2. *cum ſeqq. tom.*1.

II. Quia uſufructuarius, uti fructus percipiens tenetur ad onerum ſolutiones, puta ad collectas, 13
cenſus, & ſimiles præſtationes, ſeu onera realia, nec ab illis excuſatur, etiamſi proprietarius ratione privilegii ſibi conceſſi ab eiſdem eſſet exemptus, exempli cauſa, laycus bona Eccleſiæ poſſidens, ut non ideò illorum ratione ab oneribus ſit immunis ad *text. in l uſufructu legato* 7. *l. hactenùs* 8. *verſiculo, vel tributum, l. ſi pendentes* 34 §. *ſi quid cloacarii* 3. *l. arbores* 59 *ff. de uſufructu, l. quæro* 28. *l. generali* 33. §. *fin. ff. de uſufructu legato, l. apud Julianum, aliàs cùm Servus* 39. §. *Hæres* 5 *ff. de legat.* 1. *Marott. de collectis cap.*7. *num* 11. *cum ſeqq. Balmoſeda eod. tract. qu.*77. *per tot. Fulgin. de Jure emphyt. tit. de melioram. qu.*10. *num.*2. *cum ſeqq. & num.*32. *cum ſeq. Valaſco eod. tract. qu.*17. *per tot. ſignanter num.*1. *cum ſeq. & conſult. dec tom.*2. *conſult.*116. *num.*2. *Barbat. de diviſ. fruct. par.*1. *cap.*14. *num.*40. *& par.*2. *cap.*1. *num.*93. *&* 109. *Cavalcan. de uſufruct. mulieri relicto*

*licto n.160. cum ſeqq. Capan. de jure Adoæ qu.57.
per tot. & de jure relevii part.3. qu.13. num 19.
Garzias de expenſ. & melioration. cap.11. nu.45.
cum ſeqq. Caſtillo de uſufructu cap.20. per tot. cum
ſeqq. junctis cap.56. & 57. num.14. cum ſeq. &
cap.58. nu.11. cum ſeq. Coſta de rata qu.145. n.13.
Gratian. diſc.128. num.4. diſc.294. n.19. cum ſeqq.
& diſc.611. num.5. cum ſeq. Avendan. de cenſib.
cap.99. num.10. Cenc. eod. tract. qu.79. nu.1. cum
ſeq. Ripa obſerv.278. nu.6. Ciarlin. controv. forenſ.
cap.209. nu.11. cum ſeqq Zacchias de Salar. qu.8.
n.6. cum ſeq. Parlador. rer. quotid. differ.29. n.16.
Niger de except. cap.8. §. 20. num.17. Feſtas de
æſtim. & collect. lib.2. cap.4. num.26. Nunez de
Avendano de exeq. mand. part.2. cap.14. num.15.
Gulielm. de Benedictis in cap. Raynutius 16. verbo
cætera bona num.45. de teſtam. Mauſonius de cauſ.
exequutiv. lib.1. ampl.29. num.15. cum ſeqq. Calvin.
de æquitate lib.3. cap.233. num.1. cum ſeqq.
Pelliccion. illuſtr. jur. qu.36. antè med. verſic. &
quia, Camarela de legat. lib.3. qu.38. num.1. Bellett.
diſquiſition. Clerical. part. 1. tit. de exempt. Cleric.
& eor. bon. §.5. num.10. Niger de laudem. tom.1.
qu.15. num.4. cum ſeq. Altograd. Jun. conſult. forenſ.
39. num.19. Tancredin. conſult. forenſ. tom.1.
conſult.93. num.12. Hartman. Piſtor qu.46. n.33.
& in additione verbo collectarum onus liiera G.
lib.1. & obſerv.5. num.1. poſt qu. lib.4. Hodierna
ad Surd. dec.193. n 2.4.5. & 23. cum ſeqq. Riccius
dec. Cur. Archiep. Neapol. 23. n.3. in princip. verſic.
& quamvis non ſit Dominus, par.3. Chriſtin. dec.
Belgic.250. num.12. vol.1. dec.116. n.20. vol.2.*

III. Quia, cùm quindennium ſit onus intrinſecum
rei emphyteuticæ ex generali conſuetudine
longè antè uſumfructum inductum, proindeque
debitum quindenniale ſit ex naturalibus contractus
emphyteutici, illiuſque ſolutio reſpiciat
commodum ejus, cui jura utilia, & fructus rei
emphyteuticæ acquiruntur, videtur, non poſſe
inficias iri, ab uſufructuario deberi quindennium,
non autem à proprietario, qui durante
14 uſufructu, fructus non percipit, undè nondùm
Dominus utilis dici poteſt, niſi in ſpe, & certitudine,
quòd futurus ſit dominus poſt terminatum
uſumfructum, ut ex congeſtis per *Nigrum
de laudem. qu. 15. num.6. tom.1.*

IV. Quia ſicuti laudemium ſolutum uſufru-
15 ctuario, finito uſufructu, reſtituendum venit proprietario,
*Benedict. in cap. Raynutius 16. §. Cætera
bona num.33. circà med. de teſtam.* ita & quindennium
in contrario caſu vice verſa à proprietario
ſolutum, durante uſufructu, reſtituendum eſt, illo
finito, uſufructuario.

V. Quia ſicuti ad uſufructuarium ſpectat
16 ſolvere Canones, *Barbat. de diviſ. fruct. par. 2.
cap.1. num.93. & 109.* ità & ad uſufructuarium
ſpectare debet ſolvere quindennia, quæ ſunt
quodamodò canones debiti ſingulis quindecim
annis in recognitionem directi dominii.

VI. & ultimò, Quia, tenendo mediam viam,
quæ tutior, ac æquior eſt, videretur, quindennium
nec eſſe ſolvendum ab uſufructuario, nec
à proprietario durante uſufructu, non ab uſufructuario,
quia ipſe eſt privatus, perque conſequens
utpote capax emphyteuſis, injuſtum eſt,
quòd teneatur ad quindennium, non à proprietario,
quia quantumvis uti manus mortua teneatur
ad quindennium ex ſuprà per me cumulatis
in *Capit. II.* attamen juſtum nequaquam
eſt, quod intempeſtivè, ac anticipatè teneatur
ad quindennium, ſicque antè finitum
uſumfructum, ſeu antequàm per uſufructus conſolidationem
poſſideat emphyteuſim, fructuſque
ex ea percipiat, quos ſanè percipere nequit durante
uſufructu, contrà voluntatem uſufructua- 17
rii *l. fin. ff. de uſu, & habitatione.*

Nihilominùs in nihilum turbantibus recenſitis
objectis, firmiſſima perſiſtit noſtra reſolutio.

Non equidem obſtat I. objectum, arguendo
à contrario caſu in emphyteuſi activa penès
duos Dominos, unum uſufructuarium, & alterum
proprietarium ſuper debito laudemio,
ſeu quindennio ab uſufructuario, non autem à
proprietario, quia ultra quàm, quòd opinio
favens uſufructuario in emphyteuſi activa, non
eſt adeò certa, cùm non deſint contradictores
tenentes, laudemium potiùs ſolvendum eſſe proprietario,
quàm uſufructuario ex allatis per eun- 18
dem *Nigrum de laudem. to.1. q.13. n.1.2.12.20.22.
30.33. cum ſeq. & 39. cum ſeq. & 41. cum ſeq.
Cyriac. controv. 397. nu. 17. cum ſeqq. & nu.36.
cum ſeqq. & nu.43. cum ſeqq.* verùm etiam ſuppoſita
pro veriſſima, communiſſima, ac probabiliſſima
præfata opinione favorabili uſufructuario,
non puto, benè argui ab emphyteuſi
activa, ſeu dominante ad emphyteuſim paſſivam,
ſeu ſervientem, prout à Jurepatronatus 19
activo non benè arguitur ad paſſivum *Lotter. de
re benef. lib.2. qu.11. num.151. Card. de Luca de
Jurepatronat. diſc.28. num. 12.* immò diverſa
militat ratio, laudemium enim, & quindennium
tanquàm fructus, ſeu acceſſio quædam
Emphyteuſis, benè poteſt deberi uſufructuario,
cui ratione ſui uſufructus benè omnes fructus,
emolumenta, & obventiones quæruntur, ſed in
contrario caſu laudemium, & quindennium non
benè proindè debetur ab uſufructuario potiùs,
quàm à Proprietario ratione fructuum, quos ex
cauſa ſui uſusfructus colligit uſufructuarius,
cùm laudemium, & quindennium non debeatur
ob fructuum perceptionem, ſed in recognitionem
dominii, quod tàm proprietarius, quàm
uſufructuarius recognoſcit, quanvis laudemium,
& quindennium in ſe activè conſideratum, verè
ſit fructus, vel in fructu, vel de fructu, ſed non
ex fructu.

Non obſtat II. objectum, quia inane pariter
eſt argumentum à ſolutione collectarum, &
tributorum, ſimiliumque onerum, quibus obnoxius
eſt uſufructuarius, ad ſolutionem quindenniorum,
cùm collectæ debeantur ob perceptionem
fructuum, proindeque ab uſufructuario,
non autem à proprietario ſolvendæ veniant,
ſed quindennia è contra debentur in recognitionem
directi dominii, non ob perceptionem fru-
ctuum, quæ ſemper ſolvuntur in certa taxa, 20
nempè in quinquageſima ad inſtar laudemiorum
ex *l. fin. C. de jure Emphyt.* ſivè colligantur
plures, ſivè modici fructus, undè cùm ſolutio
quindennialis non habet ſuam cauſam, principium,
ſeu originem à collectione fructuum, nulla
major ratio militat, quòd quindennium ſolvat
uſufructuarius potiùs, quàm proprietarius,
quando uterque recognoſcit in dominum concedentem.

Non obſtat III. objectum, quia immò pro-
prie-

prietarius magis eſt Dominus Emphyteuſis , quàm uſufructuarius, dum ille ſolum uſumfructum habet, iſte verò proprietatem, ut utriuſque vox ſonat, & dominium, ſi quod habet uſufructuarius ſuper fructibus , ſeu ſuper jure utendi fruendi, tenetur reſtituere poſt mortem proprietario , ità ut manus mortua ob infallibilem, ut ità dicam, ſpem ad ſe aliquando conſolidandi uſumfructum per mortem uſufructuarii, antequàm illa ſequatur, videtur poſſe dici jam Domina utilis , licet fructuum perceptio per accidens ſit in ſuſpenſo, donec moriatur uſufructuarius , perque conſequens tanquàm Domina utilis, teneatur potiùs ad quindennia,
21 quam uſufructuarius , qui non tàm propriè dici poteſt Dominus utilis ad *text. in l.* 1. §. *Qui ſervum* 2. *ff. ad Senatuſconſult. Syllian. l. locum* 2. *ff. de religioſ. & ſumpt. funer. l. falſus* 43. §. *fin. ff. de*
22 *furt.* habetque jus temporale finiendum finito tempore conſtituti uſusfructus *l. ſi uſusfructus* 6. *ff. de uſufructu legato* , *l. ſicut* 3. §. *Morte* 3. *ff. quib. mod. uſusfruct. amitt.* manus verò mortua
23 proprietaria habet jus perpetuum , adeò ut finiti ad infinitum nulla ſit proportio *l. filius familias* 115. §. *Sed ſi Filii* 4. *ff. de legat.* 1. omiſſo, quòd uſufructuarius longè debilius jus habet in Emphyteuſi etiam ex alio capite, illud enim , quod habet , eſt tantùm perſonale, iſtud verò proproprietarii eſt reale, cum perpetuo juris hujuſmodi exercitio ſuſpenſo tamen uſque ad obitum uſufructuarii, in nihilum refragante, quòd etiam uſufructuarius dicatur dominus rei, in qua ha-
24 bet uſumfructum , & veniat appellatione Domini *l. in venditione* 8. *ff. de bon. authorit. Judic. poſſeſſ. l. cùm filius* 76. §. *Dominus* 2. *ff. de legat.* 2. *l. liber homo* 118. *la* 2. *poſt princip. ff. de verb. oblig. l. donationes* 31. §. *ſpecies* 1. *ff. de donation. l. qui uſumfructum* 3. *in fine ff. ſi uſusfruct. petat. l. uſusfructus* 4. *ff. de uſufructu*, *l. ſpecies* 15 *ff. de aur. & argent. legat. l. fin. ff. de uſufructu ear. rer. quæ uſu conſum* , quia in dictis legibus ver-
25 bum dominii ſumendum eſt in ſenſu proportionato rei , nempe pro ipſa commoditate , ac emolumento , quod percipit uſufructuarius ex ipſo uſufructu, ità ut uſusfructus ſit ad inſtar dominii, impropriè tamen, non autem quòd ſit vera ſpecies dominii, ut habetur in *l. rectè* 25. *ff. de verb. ſign.*

Non obſtat IV. objectum , quia immò communis opinio eſt in contrarium , quòd videlicet
26 laudemium ſolutum uſufructuario, etiam finito uſufructu, non ſit reſtituendum proprietario , ut advertit *Niger de laudem. qu.* 13. *num.* 72. *circà fin. verſiculo quia quò ad reſtitutionem tom.* 1.

Non obſtat V. objectum, quia in tantum ad uſufructuarium ſpectat ſolvere canones , non autem ad proprietarium, in quantum canon , tanquàm onus particulare rei, non ſolùm ſolvitur in recognitionem directi dominii , ſed etiam ratione perceptionis fructuum ex fundo Emphyteutico, verumtamen quindennium è contra non ſolvitur ratione fructuum , ſed ratione
27 ſolius recognitionis dominii , ut latè per nos comprobatum in *Cap. I.* & alibi paſſim .

Non obſtat VI. & ultimum objectum , quia ſi media via aliàs tutior amplectenda eſſet, quòd nempè nec uſufructuarius , nec proprietarius teneretur ad quindennium quouſque duret uſuſfructus , ſicque quouſque conſolidetur proprietario , ac Emphyteuſis unà cum uſufructu transferatur in ipſam manum mortuam proprietariam , interim Dominus directus hoc caſu privaretur ſpe laudemiorum , cùm etiam durante uſufructu in caſu , quo proprietas relicta eſſet perſonæ capaci Emphyteuſis, non autem manui mortuæ, ut in caſu noſtro, procul dubio proprietarius accedente conſenſu uſufructuarii alienare poſſet Emphyteuſim , hocque modo non defraudare laudemiis dominum directum , verùm quia proprietas relicta legitur manui mortuæ , quæ raro, vel difficulter alienare ſolet, ſemper Dominus directus defraudaretur ſuis Juribus dominicalibus , ſeu laudemialibus ex facto proprietarii, quod ideò nocere non debet Domino directo, nec uſufructuario , ſed aliquâ viâ magis proportionatâ , & æquâ conſuli Domini indemnitati, nec æquior , magiſque proportionata videtur, quàm illa, quòd potiùs, qui in culpa eſt, damnum reſarciat, videlicet ipſa manus mortua proprietaria, quàm qui in culpa non eſt, qualis eſt uſufructuarius, nè aliàs innocens puniatur contra *textum in l. ſancimus* 28
22. *C. de pœnis*.

Vindicata itaque ab aſſertis objectis noſtra reſolutio , meliùs locum vindicabit, ſi uſufructuarius acquiſierit uſumfructum ex cauſa alimentorum, vel alia æquè favorabili, qui ideò tantò magis excuſandus à ſolutione quindennii, cùm ex illa alimentarius minora habiturus ſit alimenta, ut in ſimili de laudemio ab uſufructua- 29
rio alimentario non præſtando notat *Niger de laudem. qu.* 15. *ampl.* 5. *num.* 42. *tom.* 1.

Eſt benè verum , quòd poſſunt dari aliqui caſus, in quibus onus ſolvendi quindennia incumbat potiùs uſufructuario , quàm proprietario , inter quos unus annumerari poterit , ſi nempè ex peculiari conſuetudine regionis quindennium 30
ſolvi ſoleat ex fructibus Emphyteuſis pro illo tradi certa fructuum portio, tunc enim ad uſufructuarium , non ad proprietarium ſpectat ſolvere quindennium , veluti in ſpecie laudemii ponderat *Niger de laudem tom.* 1. *qu.* 14. *num.* 45. quippè eo caſu quindennium duplici ex capite debetur tàm ſcilicet in recognitionem dominii , quàm ratione fructuum , quos non colligendo manus mortua proprietaria , ſtante uſufructu , iniquum eſſet , quòd quindennium ſolveret , proindeque uſufructuarius, qui fructus percipit, tenetur ad quindennia eo ipſo, quòd hoc caſu quindennium magis eſt onus reale, quàm perſonale ſaltem ex voluntate relinquentis uſumfructum, adeoque ipſi Emphyteuſi, ipſiuſque fructibus annexum.

Prout alius caſus ſubdi valet , ſi ex verbis contractus , vel teſtamenti, in quo relinquitur 31
uſusfructus, depræhendatur, mentem relinquentis fuiſſe, quòd onus ſolvendi quindennia ſpectaret ad uſufructuarium, ut de laudemio inquit *Niger de laudem. qu.* 15. *num.* 44. *tom.* 1. talis autem mens ſatis comprobata remanebit, ſi relinquens uſumfructum , aſſerat, velle proprietatem eſſe liberam, ac immunē ab omnibus, & quibuſcumque oneribus, tunc enim ſenſiſſe videtur de libertate quindennii reſpectu proprietarii , ipſiuſque quindennii ſervitutem injunxiſſe uſufructuario , nè alias Domino directo præjudi-

cium inferretur (quod facere non poteſt relinquens uſumfructum (ex conditione Proprietarii ob indicatam exemptionem proprietarii à quindennio ex peculiari affectione ergà proprietarium, uſufructuarius non intelligeretur obnoxius quindennio, ſiquidem relinquens proprietatem liberam ab omnibus oneribus, optimè ſciebat non poſſe præjudicare in quindenniis Domino directo etiam per indirectum, proindeque præſumendos eſt eo caſu voluiſſe onus hujuſmodi imponere uſufructuario, quando illud prohibere nequit.

Eodem modo cenſerem procul dubio ſolvendum eſſe quindennium ab uſufructuario, ſi è contrà relinquens uſumfructum, exprimat, illum relinquere cum omnibus ſuis oneribus, & ſervitutibus; Neque obſtare poteſt, quod onera, & ſervitutes uſuſfructus Emphyteuſis videantur reſtringi ad ſolos Canones, quos ratione fructuum per uſufructuarium percipiendorum ex emphyteuſi ipſe uſufructuarius ſolvere tenetur, ut ſuprà inuimus in V. objecto, non autem extendi ad quindennia, quæ tanquàm onera potiùs extraordinaria, quàm ordinaria Emphyteuſis videntur ſemper infixa eſſe oſſibus manus mortuæ proprietariæ tanquàm unicè incapacis acquirendi, ac retinendi Emphyteuſim, quia relinquens uſumfructum, ſi ſentiret de ſubiiciendo uſufructuario ſoli ſolutioni canonum per expreſſionem onerum, ac ſervitutum, non autem etiam ſolutioni quindenniorum, hoc non expreſſiſſet, cùm ſciret, vel ſcire præſumeretur, quòd uſufructuarius ratione fructuum, quos percepturus eſſet ex Emphyteuſi, teneretur ad cànones, qui ſunt onera ordinaria Emphyteuſis, undè exprimens, ſe uſumfructum Emphyteuſis relinquere omnibus ſuis oneribus, nec non ſervitutibus obnoxium, intelligendus venit etiam de onere quindennii, ad quod aliàs uſufructuarius de Jure, ut hùc uſque demonſtravimus, non teneretur.

Non deſunt tamen alii caſus ex diametro in quibus uſufructuarius excuſabitur à ſolutione quindennii, inter quos potiſſimus eſt ille, ſi uſusfructus Emphyteuſis ob onera canonum, & quindenniorum adeò inutilis fieret, ut totaliter
32 abſorberet omnes fructus, vel majorem illorum partem exindè percipiendorum, nihilque commodi, vel parum uſufructuario remaneret, veluti in genere de oneribus extenuantibus Emphyteuſim *Gratian. diſcept.* 128. *num.* 4. *& diſc.* 294. *num.* 19. *Surd. de aliment. tit.* 4. *quæſt.* 16. *nu.*13. *Barbatus de diviſ. fruct. par.*2. *cap.*1. *nu.*93. *in fine verſic. benè verùm, & num.*110. & in terminis generalioribus *Gratian. diſcept.*129. *num.*4. *diſcept.* 294. *Surd. de aliment. tit.*2. *qu.*15. *n.*251. *& tit.* 4. *qu.* 16. *num.*13. *Zacch. de ſalar. quæſt.*8. *num.*16.

ARGVMENTVM.

Manus mortua creditrix Emphyteutæ, victrix in utili Salviano, agendo contrà ipſum Emphyteutam, ſivè contrà tertium ab illo cauſam habentem, à Judice immiſſa in poſſeſſionem, quod dicunt in Salviano ſuper fundo Emphyteutico donec, & quouſque ſatisfacta fuerit de ſuo credito, etiamſi ultrà quindecim annos perſiſtat in poſſeſſione fundi, quia intrà dictos quindecim annos ſatisfieri non potuerit ex fructibus, adhùc non tenetur ad quindennium Domino directo.

SUMMARIUM.

1 *Salvianum intentari poteſt etiam ſuper bonis emphyteuticis per debitorem poſſeſſis.*
2 *Prohibitio alienationis adiecta in emphyteuſi non impedit facultatem oppignorandi commoditatem fructuum.*
3 *Mentio* R. P. D. Anſaldi de Anſaldis.
4 *Salvianum datur pro melioramentis in re emphyteutica.*
5 *Salvianum competit ſuper fundo cenſito.*
6 *Immò etiam hodiè competit ſuper locis Montium in locum fundi cenſiti, vel in locum aliorum bonorum hypotheca affectorum.*
7 *Mentio* Advocati Conſtantini.
8 *Salvianum datur ſuper re ſubrogatâ.*
9 *Et ſuper officiis, ſeu fructibus Officiorum vacabilium Cancellariæ Apoſtolicæ.*
10 *Etiam ſuper bonis fideicommiſſariis, vivente tamen principali debitore.*
11 *Loca Montium non recipiunt hypothecam.*
12 *Ceſſante hypotheca ceſſare debet Salvianum.*
13 *Vulgatiſſima Bulla Vrbana impedire nequit Salvianum ſub prætextu libertatis locorum Montium.*
14 *Refellitur* Cenc. de cenſib. qu. 29. num. 13. *contrarium ſentiens.*
15 *Salvianiſta ſatisfieri debet ex fructibus rei, ſuper qua detentionem obtinet.*
16 *Et quando ſatisfieri nequit, ſubhaſtari facit corpus ipſius rei.*
17 *Non dicitur mutata manus, ſi percipiantur fructus potiùs à creditore emphyteutæ, quàm ab ipſo emphyteuta.*
18 *Fructus emphyteuſis ſpectant ad emphyteutam.*
19 *Favor non debet retorqueri in odium.*
20 *Laudemium debetur ex alienatione rei emphyteuticæ.*
21 *Dominium emphyteuſis perpetuò, & irrevocabiliter alienatur.*
22 *Salvianiſta acquirit meram rei detentationem in bonis ſui debitoris, remanente eorum dominio utili, & poſſeſſione penès debitorem.*
23 *Ex venditione fructuum voluntaria nullum debetur laudemium.*
24 *Non benè arguitur à locatione ad Salvianum.*
25 *Nihil commune habet conductor cum Salvianiſta.*
26 *A diverſis non benè fit illatio.*
27 *Per locationem ad longum tempus transfertur jus in re, & utilis in rem actio acquiritur unà cum utili dominio, eſtque ſpecies alienationis.*
28 *Ex locatione ad longum tempus non debetur laudemium.*
29 *Factum emphyteutæ ob contracta debita nocere non debet Domino directo.*
30 *Creditor ſubhaſtare poteſt fundum debitoris.*

CAPITULUM XV.

SUpereſt in præſenti *Cap.* videre, ex Salviano conceſſo manui mortuæ non deberi quindennium. Pro dicendorum autem intelligentia

 præmit-

præmittendum puto, quòd Salvianum intentari
1 ri poteſt etiam ſuper bonis emphyteuticis per
debitorem poſſeſſis, tanquàm ſuper bonis ipſius
debitoris, qualia ſunt etiam emphyteutica, vigore
generalis obligationis, & hypothecationis
bonorum per emphyteutam factæ favore ſui debitoris,
Pacific. de Salviano Interdict. inſpect. 3. *c.* 2.
n. 24. *cum ſeqq.* & *n.* 81. *Corbul. de cauſ. privation.
emphyteuſ. tit. de cauſ. privat ob alienation. limit.* 33.
num. 1. *cum ſeq. Niger de laudem. qu.* 19. *artic.* 2.
num. 3. *tom.* 2. *Rota poſt Cenc. de cenſib. dec.* 40. *n.* 4.
ex eo, quòd ſicuti prohibitio alienationis adjecta
in conceſſione emphyteutica non impedit
2 facultatem oppignorandi commoditatem, fructuum,
quidquid ſi ageretur de oppignoranda
ipſa emphyteuſi, *Caldas de extinct. emphyteuſ. lib.* 4.
cap. 5. *num.* 18. *Pacific. de Salviano interdicto inſpect.*
3. *cap.* 2. *num.* 72. *cum ſeqq. Salgad. labyr.
credit. par.* 3. *cap.* 3. *num.* 47. *cum ſeqq.* & *cap.* 15.
n. 9. *cum ſeqq. Merlin. de pignor. lib.* 2. *qu.* 8. *n* 61.
*cum ſeqq. Rota poſt Torr. de pact. fut. ſucceſſion.
dec.* 188. *per tot. Cenſ. dec. Lucen.* 16. *n.* 32. *cum ſeqq.*
3 *Rota Romana coram bon. me. R. P. D. Anſaldo Decano
olim, in Romana Curia magni nominis Advocato
& ſan. me. Innocentii XII. Auditore ſolertiſſimo, dec.*
50. *n.* 10. *circà fin. verſiculo ſed & propriùs, & n.* 18.
ità quæcumque prohibitio alienandi impedire
nequit immiſsionem in Salviano ad effectum ſibi
ſatisfaciendi de fructibus emphyteuſis, etenim
4 in fortioribus datur Salvianum pro meliorамentis
in re emphyteutica tanquàm in bonis
propriis ipſius meliorantis, ſeu emphyteutæ, *Pacific.
de Salviano interdicto inſpect.* 3. *cap.* 2. *nu.* 51.
5 *cum ſeqq.* prout videmus, Salvianum competere
ſuper fundo cenſito, *Cenc. de cenſib. qu.* 94. *nu.* 13.
& *qu.* 98. *n.* 43. *in princip. Mauſon. de cauſ. exequut.
lib.* 1. *ampl.* 6. *num.* 86. *Pacific. de Salvian. interd.
inſpect.* 3. *cap.* 2. *num.* 210. *cum ſeqq. Duardus in
Bull. S. Pii V. de Cenſib. tom.* 1. §. 3. *qu.* 25. *conc.* 3.
num. 64. *cum ſeqq. Rota poſt Salgad. laby. credit.
dec.* 16. *nu.* 3. 14. & *ſeq.* immo competere etiam
6 hodiè ſuper locis Montium in locum fundi cenſiti,
vel in locum aliorum bonorum hypotheca
affectorum, quæ ratione ſubrogationis ſunt hypothecæ
obnoxia, etenim uti ſubrogata loco alicujus
certi oneris aſſumunt in omnibus naturam
illius, in cujus locum fuerunt ſubrogata, *Cobell. ad
Bull. bon. regim. cap.* 32. *art.* 28. *n.* 14. *cum ſeq. Pacific.
de Salviano interdicto inſpect.* 3. *cap.* 2. *n.* 649.
cum ſeqq. Gratian. diſcep. 943. *num.* 22. *cum ſeqq.
Card. de Luca de Regal. diſc.* 38. *num.* 4. & 14 *cum
ſeq.* & *diſc.* 43. *n.* 3. & *de credit. diſc.* 13. *num* 18.
7 Advocatus Franciſcus Maria *Conſtantinus* inter
melioris notæ Juriſconſultos, doctrina, ingeniique
perſpicacia eximius, ob illius integritatem
apprimè charus ſan. me. Innocentio XI.
multiplici Prætura olim condecoratus, Cameræ
Capitolii Fiſcalis, ob cujus ſingulares virtutes
in ſumma æſtimatione habitus apud Sanctiſsimum
Dominum Noſtrum Clementem XI. ſublimioris
gradus aſcenſum (prout auſpicabar) promerens,
niſi ad Superos evolaſſet propè finem
Novembris 1713. *ad Statut. Urb. tom.* 1. *diſcurſu
unico de locis Montium artic.* 1. *ſect.* 2. *num.* 108.
Poſthius dec. Bonon. 62. *num.* 20. *cum ſeq. Palma
dec. Lucen.* 283. *num.* 6. *tom.* 3. *Rota poſt Pacific. de
Salviano interdicto deciſ.* 29. *per tot.* & *poſt Salgad.*
8 *labyr. credit. dec.* 16. *num.* 18. cùm ſuper re ſubrogata
detur Salvianum, *Paulut. diſert. legal. diſert.* 25. *num.* 5. & ſuper Officiis, ſeu fructibus Officiorum
vacabilium Cancellariæ Apoſtolicæ 9
Pacific. de Salviano interd. inſpect. 3. *cap.* 2. *n.* 647.
cum ſeq. & (quod plus eſt) etiam ſuper bonis fidei- 10
commiſſariis vivente tamen principali debitore,
ac poſſidente, quippè Salvianum datur ſolummodò
ad avocandam poſſeſſionem, ut de fructibus
creditor ſatisfieri poſſit, deq; fructibus fideicommiſſi
uti propriis, nec reſtitutioni obnoxiis
diſponere poſſit hæres gravatus, illos hypothecando,
ac obligando favore ſui debitoris, *Pacific.
de Salviano interdicto inſpect.* 3. *c.* 2. *n.* 90. *cum ſeq.*

In nihilum quoad loca Montium refragante
in contrarium *Conſtitutione* 44. *ſeu aliàs* 154. *Urbani
VIII. in Appendice Bullar. Rom. tom.* 4. per
quam cavetur, quòd loca Montium non reci- 11
piant hypothecam citrà expreſſam Principis auctoritatem
mediante Secretario Montium Officiali
publico, qui hypothecas ſuper illis de voluntate
partium conſtituat, vel in corpore literarum
parentium, vel per atergationem, nè cadant
in commercio, & deterreant emptores,
undè ceſſante hypotheca, quæ eſt mater Salvia- 12
ni, videretur ceſſare debere quoque immiſſionem
in Salviano, quæ eſt effectus hypothecæ, *Card.
de Luca de Regal. diſc.* 38. *per tot. Advocatus
Conſtantinus ad Statutum Urbis tom.* 1. *diſcurſu
unico de locis Montium artic.* 1. *ſect.* 2. *num.* 109.
cum ſeq. Bulla enim non cenſetur velle auferre
vigorem immiſſionis in Salviano commoditatem
percipiendi fructus ex locis Montium donec,
& quouſque creditori in Salviano immiſſo ſatisfiat,
cum benè fructus cadere poſſint ſub commercio,
& hypotheca, quouſque non retignentur
in tertium, non autem ſuper ipſa ſorte, ſeu
capitali, cùm videamus paſſim fructus locorum
Montium ſequeſtrari pro debitis, & in concurſu
conſignari creditoribus anterioribus ratione
anterioritatis hypothecæ, proindèque Conſti- 13
tutionem Urbanam non intrare in tali caſu ad
impediendum Salvianum ſub ſolo prætextu libertatis
locorum Montium, *Advocatus Conſtantinus
ad Statut. Urb. tom.* 1. *diſcurſu unico de loc.
Mont. artic.* 1. *ſect.* 2. *num.* 109. quidquid ſentiat
Cencius de cenſibus qu. 29. *num.* 13. putans poſt 14
Conſtitutiones Apoſtolicas ſuper libertate Locorum
Montium emanatas non poſſe exerceri Salvianum,
niſi Montiſtæ ſpecificè hypothecarent
etiam loca Montium, cùm tunc videantur renunciaſſe
privilegiis à Conſtitutionibus Apoſtolicis
impertitis. Adeò, ut Salvianiſta (ut pro- 15
pria phraſi dicunt practici) immiſſus nempè in
Salviano, quando non poteſt per longum tempus
ſatisfieri ex fructibus cujuſcumque rei, ſuper
qua detentionem obtinet, facit ſubaltari ipſum 16
corpus, *Rota deciſione unica num.* 2. *poſt Paulutium
diſertat. legal. diſertat.* 20.

Quibus pro majori, immò neceſſaria dilucidatione
præhabitis firmatur in præſenti, quòd
manus mortua creditrix emphyteutæ, victrix in
utili Salviano, agendo contrà ipſum emphyteutam,
ſivè contrà tertium ab illo cauſam habentem,
à Judice immiſſa in poſſeſſionem, quòd
dicunt in Salviano (ſuper fundo emphyteutico
donec, & quouſque ſatisfacta fuerit de ſuo credito,
etiamsì ultrà quindecim annos ſatisfieri
non potuerit ex fructibus, adhùc non tenetur ad
quinden-

quindennium eo modo, quo quilibet privatus Salvianiſta non teneretur ad laudemiũ ob ſimplicem immiſſionẽ in Salviano obtentam, cùm reputetur merus detentor, nec ſibi, ſed ſuo debitori poſſideat, cujus proindè perſona non eſt conſiderabilis ad effectum ſolvendi laudemium, ſed ſolummodò illa vera ſucceſſoris, ac translatarii utilis dominii, nec Domini directi interſit, nec illi officiat, ſi fructus per hanc, vel illam manum percipiantur, & colligantur, donec durat conceſſio emphyteutica, dum ſubſtantia
17 emphyteuſis ſemper ſalva remanet, nec dici poteſt mutata manus, ſi percipiantur fructus potiùs à creditore emphyteutæ, quàm ab ipſo emphyteuta, & poſſeſſore obligato, cùm in nihilo gravetur Dominus, nec illius jus auferatur, *Manent de Jure contract. livellar. pacto 9. num. 11. cum ſeqq. juncto num. 21. Fontanella dec. Cathalon. 281. nu. 15. Dexart. dec. Sardin. 15. n. 2. Rota Romana corã bo. me. R. P. D. Anſaldo Decano dec. 15. in fine, & num. 17. in principio, verſiculo, & ob id, & dec. 75. num. 20.* cui viva ratio adſtipulator ex eo, quòd, cùm in manum mortuam creditricem Salvianiſtam non transferatur utile dominium, ſed illud remaneat penès emphyteutam debitorem, ſicque ipſa emphyteuſis vigore immiſſionis in utili Salviano pignorata, verè remaneat, prout anteà erat, in bonis ipſius emphyteutæ quoad utile dominium, iniquum eſſet condemnare manum mortuam non effectam ex Salviano Dominam utilem ad ſolvendum quindennium Domino directo, quem non recognoſcit, & à quo nihil conſequuta fuit, ſed
18 à Judice quoàd ſolam perceptionem fructuum emphyteuſis, qui ad emphyteutam ſuum debitorem tanquàm propria, non autem ad Dominum directum ſpectant, undè nulla intervenit mutatio manus *l. neque pignus 45. ff. de regul. Jur. l. ex Sextante 30 in fin. ff. de except. rei judic.*

Præterquamquòd inhumanam videretur, manum mortuam creditricem, emphyteutæ, ex facto, & culpa ipſius in Salviano immiſſam ad effectum ſibi ſatisfacendi de ſuo credito, per-
19 gravari ſolutione quindennii favore perſonæ, cùm qua non contraxit, aliàs favor Salviani, in odium Salvianiſtæ retorqueretur, quòd non eſt ferendum *cap. quod ob gratiam 61. de regul. Jur. in 6. l. nulla Juris ratio 24. ff. de legib. l. quod favore 5. C. eod. Barboſa axiom. 96. num. 1.* Immò
20 ſi in tantum debetur laudemium ex alienatione rei emphyteuticæ juxtà *l. fin. C. de Jure emphyteu-*
21 *tico*, in quantum illius dominium, & poſſeſſio penitùs perpetuò, & irrevocabiliter alienatur, *Burgius de laudem. part. 2. inſpect. 41. num. 2. in fin. verſiculo at lex finalis*, quantò minùs debebitur quindennium ex immiſſione in Salviano, per quam non inducitur perpetua, ac irrevocabilis translatio, cùm poſtquàm manus mortua immiſſa, fuerit ſatisfacta de ſuo credito, amittit illicò omne jus in fundo emphyteutico, aliàs perſiſtens in fundo ſpolium committeret, in ſimili praxis docet, quòd immiſſus vigore primi decreti in poſſeſſionem rei emphyteuticæ ob contumaciam conventi, quandò Judex timet, nè rixa, vel ſcandalum oriatur inter colligantes, cùm indè nullum acquirat dominium taliter
22 immiſſus, nec poſſeſſionem, ſed meram rei detentationem, ac cuſtodiam in bonis ſui debitoris, remanente eorum dominio utili, & poſſeſſione penès eumdem debitorem nullum ſolvit laudemium, *Burgius de laudem. parte 2. inſpectione 41. num. 2. cum ſeqq. & per tot.*

Hinc eſt, quòd in fortioribus terminis ex mera venditione fructuum etiam voluntaria nul- 23
lum debetur laudemium ex eo, quòd nullum jus in re, nec ad rem transferatur, *Faber de laudem. decad. 4. error. 11. num. 3. cum ſeqq. & nu. 31. à Ponte eodem tractatu quæſtione 34. num. 11. & 13.*

Et puto, contrariam ſententiam *Nigri de laudem. tom. 2. quæſt. 19. artic. 2. num. 9.* tenentis, laudemium deberi à Salvianiſta, allegando exemplum de locatione per emphyteutam facta, quo cùm conductor, quantumvis non ſibi, ſed locatoris nomine poſſideat, eſſe contrà communem, ultrà quòd exemplum locationis non bene applicatur caſui noſtro immiſſionis in Salvia- 24
no, qui eſt longè diverſus, cùm conductor ex facto, ac voluntate emphyteutæ utatur re emphyteutica, & ſolvat penſiones ipſi emphyteutæ tanquàm locatori, ſicque verè manus mutetur. Undè videretur poſſe ſuſtineri opinio, quòd conductor emphyteutæ teneatur ad laudemium, Salvianiſta autem nec ex facto emphyteutæ, ſed ex facto Judicis, ſicque ipſo emphyteuta invito immittitur in poſſeſſionem, nec aliquam affert utilitatem emphyteutæ, ut affert conductor, immò notabile damnum infert, dùm fructus percipit, ità, ut cùm nihil commune habeat conductor cum Salvianiſta, immò ex diametro ſint 25
inter ſe contrarii, à diverſis non benè fiat illatio 26
l. Papinianus 20. ff. de minor. Barboſa axiom. 114. num. unico.

Immò opinio, quòd etiam ex locatione debeatur laudemium, non tranſit abſque contradictore, vel procedit in locatione ad longum tem- 27
pus, per quam transfertur jus in re, & utilis in rem actio acquiritur unà cum utili dominio; eſtque ſpecies alienationis, *Caldas de jure emphyt. tit. de renovat. emphyt. quæſt. 13. num. 10. & qu. 16. num. 10. Valaſc. eod. tract. qu. 13. num. 11. & qu. 29. num. 16. Fulgin. eod. tract. tit. de laudem. qu. 16. num. 1. cum ſeqq. Amadæus à Ponte de laudem. qu. 34. num. 1. ac per tot. ubi Blancard. in notis, Burgius eod. tract. par. 2. inſpect. 58. cum ſeqq. Faber eod. tract. decade 4. error. 10. nu. 9. 22. & 23.* adeò ut etiam attenta ſtricta diſputatione, nec ex locatione ad longum tempus debeatur lau- 28
demium, ut ſentit *Valaſc. de Jure emphyteutico quæſtione 29. num. 16.*

Si autem manus mortua, mutata figura Salvianiſtæ ob diutinum tempus ad ſatisfaciendum ſibi de credito, obtineret ſibi judicialiter adjudicari fundum emphyteuticum, perque conſequens non jam Salvianiſta, ſed adjudicataria, ſeu deliberataria eſſe incipiens, tunc ſanè ad quindennium teneretur, prout ad laudemium quicumque adjudicatarius, ſeu deliberatarius tenetur, cùm tunc fiat emptor judicalis, ſeu ſubhaſta, nec culpa, & factum emphyteutæ ob contracta debita nocere debet Domino directo, 29
fingiturque debitor alienaſſe, aliàs aperiretur via fraudibus, dum homines ad evitandam ſolutionem laudemii fingerent ſe debitores ex aliqua cauſa, patiendo eorum bona ſubhaſtari, quidquid ſi deliberatio non haberet ſuum principium, & originem voluntariam, ut contingit

in debitis, ſed præcisè neceſſariam *Poſthius de Subhaſtat. inſpect. 48. num. 1. cum ſeqq. ac per tot. Mangilius eod. tract. qu. 143. nu. 3. cum ſeqq. Fulgin. de jure emphyt. tit. de laudem. qu. 28. n. 18. & 48. Tiraquell. de retractu lignag. §. 1. gloſ. 14. nu. 14. Maynard. dec. 30. 42. & 51. per tot. lib. 4. Fontanella dec. Cathalon. 278. cum ſeqq. de Frách. dec. Neapol. 277. ubi Carol. Anton. de Luca Melphyten. Rota Romana coram bon. mem. R. P. D. Anſaldo Decano*
30 *dec. 75. n. 22.* creditor enim hoc facere poteſt, *Rota dec. unica n. 2. cũ ſeqq. poſt Paulut. diſertat. legal. 20.*

ARGUMENTUM.

Eccleſia, ſeu quicumque Locus Pius poſſidens fundum emphyteuticum ruinoſum, infructuoſum, vel ſaltem parùm fructuoſum, ſivè modici valoris, non tenetur ad quindennium Domino directo.

SUMMARIUM.

1 *Eccleſia abſque beneplacito Apoſtolico alienare popoteſt bona infructuoſa, exiguique valoris.*
2 *In prohibitione alienationis rerum Eccleſiæ datur parvitas materiæ.*
3 *Ceſſante cauſa, ceſſare debet effectus.*
4 *Eccleſia non tenetur ad quindennium, quando alienare poteſt.*
5 *Laudemium, aut relevium non debetur ex alienatione feudi, & emphyteuſis modici valoris.*
6 *Tenens modicum feudum, non adeò præcisè tenetur ad ſervitia.*
7 *Quindennium ſubrogatum in locum laudemii, debet eſſe ejuſdem naturæ.*
8 *Nemo gravari debet duplici onere pre eadem re.*
9 *Jurari non ſolet de fidelitate in modico feudo.*
10 *De modica emphyteuſi non eſt ſolvendum quindennium.*
11 *Emphyteuſis retenta per Eccleſiam, quanvis modica, propè tamen ipſam Eccleſiam ſita, erit inalienabilis, proindèque obnoxia quindennio.*
12 *Per conſuetudinem ſolvendi quindennia, ipſa non reperiuntur remiſſa in caſu prædii modici per manum mortuam poſſeſſi.*
13 *Caſus omiſſus à conſuetudine, regulandus juxta cenſuram Juris.*
14 *Conſuetudo ſolvendi quindennia, uti Juri ignota, eſt odioſa, ideoque reſtringibilis.*
15 *Soli fundi ruinoſi, ac infructuoſi concedi ſolent in emphyteuſim ad meliorandum.*
16 *Olim concedebantur in emphyteuſim loca ſterilia, hodiè autem etiam fertilia.*
17 *Eccleſia prohibita alienare, cenſetur quoque prohibita confiteri.*
18 *Nemo poteſt eſſe teſtis in cauſa propria.*
19 *Res dicitur modici valoris, ſi ſit redditus unius unciæ.*
20 *Vel ſi ſit valoris viginti quinque Ducatorum auri de Camera.*
21 *Vel ſi ſit valoris ſcutorum centum, vel reddat annua ſcuta quinque.*
22 *Vel ſi ſit valoris viginti, vel quinquaginta ſolidorum, decem librarum auri, Vel viginti marcharum, vel duorum aureorum, vel ſi non excedat valorem ſcutorum quadraginta Romanorum.*
23 *Vel attenditur conſuetudo localis, & Decreta Synodorum Provincialium.*
24 *Vel attendendum modernum tempus.*
25 *Dos mille aureorum olim magna dicebatur, nunc parva dicitur.*
26 *Auctori videtur probabilius, ac tutius, ut remittatur arbitrio judicis, an res ſit modici valoris, nec nè.*
27 *Modica res uni Eccleſiæ diviti, poteſt eſſe modica, & alteri pauperi magna.*
28 *Homo tenuis fortunæ ſervat porcellum veluti oculum, & rem magnam.*
29 *Summa magna ratione donantis dicitur modica.*
30 *Infructuoſitas rei ſatis probatur per peritos.*
31 *Vel per confrontationem vicinorum locorum.*
32 *Non obſtante juramento de non alienando, alienari poteſt, quando alienari permittitur.*
33 *Eſt de contingibilibus, quòd Papa velit abſolvere à juramento.*
34 *Succeſſor Prælatus non habet cauſam à jurante, ſicque non tenetur juramento.*

CAPITULUM XVI.

CUm aliquandò contingere poſſit, quòd ſitus aliquis emphyteuticus ruinoſus, infructuoſus, vel ſaltem parùm fructuoſus, ſivè modici valoris perveniat ad Eccleſiam, ſeu ad quemcumque Locum Pium, non incongruè datur anſa hæſitandi ſuper ſolutione quindennii ex hujuſmodi ſitu facienda, vel non Domino directo, proindeque reſolvimus, quòd Eccleſia, ſeu quicumque Locus Pius poſſidens fundum emphyteuticum ruinoſum, infructuoſum, vel ſaltem parum fructuoſum, ſive modici valoris non tenetur ad quindennium Domino directo, quippè bona ruinoſa, infructuoſa, vel parùm frnctuoſa, exiguique valoris Eccleſia abſque beneplacito Apoſtolico facilè, ac de plano aliena- 1
re poteſt, ſicque adhùc remanet ſpes Domino directo percipiendi laudemium ex alienatione de facili ſequutura ad capitales textus in *cap. ea enim 2. §. perpetua quoque emphyteuſis 7. & §. Si quas verò ruinas 9. 10. qu. 2. cap. terrulas 53. 12. qu. 2. Auth. perpetua, & Auth. ſi quas ruinas C. de Sacroſanct. Eccleſ. Berojus conſ. 93. num. 12. lib. 1. Caſtrenſ. conſ. 142. per tot. lib. 2. Barboſa de Epiſcop. par. 3. alleg. 95. num. 50. Pellicion. illuſtr. quæſt. cap. 16. in principio, Antonell. de temp. legal. lib. 2. cap. 55. num. 64. Calvin. de æquitate lib. 2. cap. 151. num. 5. cum ſeqq. Fulgin. de jure emphyt. tit. de contract. emphyteutic. qu. 5. nu. 15. Caldas eod. tract. lib. 2. qu. 23. num. 53. circà med. Card. Mantica de tacit. & ambig. convention. lib. 22. tit. 19. num. 30. & tit. 24. num. 16. Turricell. de reb. Eccleſ. non alienand. cap. 15. §. 3. nu. 2. cum ſeqq. Pacion. de locato, & conducto cap. 14. §. 3. num. 51. cum ſeqq. Card. de Luca de alienatione diſc. 1. num. 115. Gama deciſ. Luſitan. 323. à num. 1. Thomat. deciſ. Macerat. 267. num. 15. tom. 2. Rota coram Alexandro VIII. deciſ. 210. n. 1. & poſt Pacichell. de diſtant. deciſ. 14. num. 10. & deciſ. 19. num. 5. ac in recentior. deciſ. 225. num. 5. cum ſeq. deciſ. 236. num. 7. par. 17.* adeò ut in prohibitione alienationis rerum Eccleſiæ detur (ut 2
ajunt Moraliſtæ) parvitas materiæ, *Diana reſolution. moral. par. 5. tract. 5. reſol. 57. in principio, Rota poſt Pacichel. de diſtantiis deciſ. 19. num. 5. circà fin. verſiculo adeoque inprohibitione antè §.*

Præte-

Præterea; Undè ceſſante cauſa ſolvendi quindennium mediante poſſibili, & de facto contingibili alienatione emphyteuſis ex parte Eccleſiæ
3 emphyteutæ, Dominæque utilis ceſſare debet effectus ad tradita per *Tiraquell. in tract. ceſſante cauſa ceſſat effectus*, *Barboſ. axiom*. 80. *nu*. 2. quia hoc caſu habetur, perindè ac ſi eſſet emphyteuſis apud laycum, qui ſi non tenetur ad quin-
4 dennium, ex quò poteſt alienare, ità quoque Eccleſia non tenebitur ob eandem rationem, *Barboſa axiom*. 197. *nu*. 3. immò ſicuti feudum, & emphyteuſis modici valoris, etiamſi eſſent penès privatum, procul dubio alienari poſſent
5 abſque conſenſu Domini, nec laudemium, nec relevium per emptorem eo caſu ſolvendum eſſet, *Rendella de vinea, vindemia, & vino cap*. 2. *circà fin. verſiculo ideò inter modica*, *Addens ad Afflict. deciſ. Neapolit*. 129. *num*. 13. *cum ſeqq*. indè
6 fit, quòd tenens modicum feudum, non adeò præcisè tenetur ad ſervitia, *Schrader. de feud. tom*. 1. *parte* 6. *cap*. 6. *num*. 69. ità emphyteuſis modici valoris exiſtens penès Eccleſiam, alienabilis reddita abſque beneplacito Apoſtolico, & per neceſſarium conſequens etiam abſque conſenſu Domini, non debet ſubjacere quindennio, dum non ſubjacet laudemio, nè aliàs contra Juris regulam quindennium ſubrogatum in lo-
7 cum laudemii, eſſet diverſæ naturæ laudemii, in cujus locum ſubrogatum eſt ad *text. in l. ſi eum* 10. §. *qui injuriarum* 2. *ff. ſi quis caution*. & aliàs reciperet Dominus directus duplex lucrum, unum ex laudemiis in caſu alienationis, & alte-
8 rum ex quindenniis, quando nemo debet gravari duplici onere pro eadem re, *Barboſa axiom*. 169. *num*. 1. *cum ſeq. & per tot*. eodemque modo, quo non ſolet jurari de fidelitate in modico feudo,
9 cùm veriſimile non ſit, tali caſu partes cogitare de fidelitate, *Roſental. in Synopſi feudali tom*. 1. *cap*. 6. *concl*. 32. *littera B*. nec videtur ſolvendum
10 eſſe quindennium de modica emphyteuſi, quaſi inveriſimile ſit, Dominum directum tali caſu, & in tali emphyteuſi cogitaſſe de quindennio, *Barboſa axiom*. 150. *num*. 1. & *axiom*. 151. *nu*. 2.

Advertendum tamen eſt, quòd ſola modicitas valoris de per ſe non ſufficit ad alienabilitatem bonorum Eccleſiæ, perque conſequens ad exemptionem à quindenniis, niſi concurrat etiam conſiderabilis diſtantia ab ipſa Eccleſia,
11 aliàs ſi emphyteuſis retenta per Eccleſiam, quantumvis modica, propè tamen ipſam Eccleſiam ſita, erit inalienabilis, proindeque obnoxia quindennio, *Pelliccion. illuſt. Jur. qu*. 41. *cap*. 16. *in fine verſiculo ſumpta autem*, *Rota poſt Pacichellum de diſtantiis dec*. 6. *n*. 1. *in principio*.

In nihilum refragante, quòd potiùs tàm Dominus directus, quàm Eccleſia Domina utilis non præſumantur non cogitaſſe de naturalibus emphyteuſis, penès manum mortuam, qualia ſunt ipſa quindennia ratione poſſeſſoris, ſubindeque præſumitur, ſe conformare voluiſſe cum
12 generali conſuetudine ſolvendi quindennia, per quam non reperiuntur remiſſa in caſu prædii modici per manum mortuam poſſeſſi, veluti ad aliud propoſitum in ſimili de feudo ponderat, *Roſental. Synopſi feudali cap*. 6. *concluſ*. 32. *litera B. in fine to*. 1. quia quindennia non ſunt quidem naturalia contractus emphyteutici, ſed accidentalia tantùm ratione poſſeſſoris, ac uti onera magis extraordinaria, magis incogitabilia evadunt in propoſita hypotheſi, cùm quindennia ſint ſubſtituta in locum laudemiorum, undè quando, prout in caſu, ſperantur laudemia, ceſſare debet quindenniorum ſubſtitutio, alioquin ſequeretur abſurdum duplicis lucri ſuprà ponderati. Adeò, ut hic caſus uti omiſſus à 13
conſuetudine, regulandus veniat juxtà Juris cenſuram, *Barboſa axiom*. 39. *num*. 6. *cum ſeq*. maximè cùm conſuetudo hujuſmodi tanquàm Juri 14
ignota, ſit odioſa, ſicque reſtringibilis, *cap. odia* 15. *de regul. Jur. in* 6.

Neque obſtat, quòd ſicuti ex emphyteutico fundo etiam ruinoſo, infructuoſo, vel modici valoris ſolvendus eſt annuus canon, cùm regulariter ſoli fundi ruinoſi, ac infructuoſi, patientesque alia incommoda ſoleant concedi in emphy- 15
teuſim ad effectum eos meliorandi juxtà naturam ipſiuſmet contractus emphyteutici *cap. potuit*. 4. *de locato, l. fin. C. de Jure emphyteut. Auth. qui rem C. de Sacroſanct. Eccleſ. Amic. de jure emphyteut. qu*. 37. *num* 6. *cum ſeq. Valaſc. eod. tract. qu*. 2. *n*. 2. *Caldas Pereyra eod. tract. lib*. 2. *qu*. 18. *n*. 39. quia præterquamquòd quidquid ſit, quòd olim concedebantur loca ſterilia in emphyteu- 16
ſim ad meliorandum, hodiè conceduntur etiam fertilia, *Fulgineus de Jure emphyt. in prælud. q*. 2. *num*. 2. *cum ſeq*. diverſa eſt ratio Canonum, cùm iſti tribuantur in ſignum annuæ recognitionis, quæ omninò debetur nulla habita ratione utilitatis fundi, quindennia verò non debentur, niſi in caſu impoſſibilitatis alienationis, quæ in prædio ruinoſo, vel ſimili non adeſt, ut patet ad ſenſum, ità ſolvendum venit quindennium, prout ſolveretur laudemium, ſi res eſſet penès privatum, qui facilè illam alienaret, quia in tantum canon etiam hoc caſu ſolvitur, in quantum ille ſolvendus eſt ex natura contractus, dummodò res in totum non pereat, prout quoque in tantum laudemium ſolvitur, in quantum emphyteuſis alienatur, è contrà verò non eſt ſolvendum quindennium ex hujuſmodi emphyteuſi, ex quò in illa ceſſat omnis difficultas alienandi, cùm facilè Eccleſia eam alienare poſſit abſque ſolemnitatibus, ſicque non applicantur exempla Canonis, & laudemii, nec dicimus in hoc caſu non deberi quindennium, quia res ſit ruinoſa, infructuoſa, aut modici valoris, ſed quia de ſui natura ſit facilè alienabilis, proindèque ob commercii facilitatem quaſi eſſet apud privatum, qui illam ſine ſolemnitatibus alienare valet.

Quibus ſic ſtantibus, vel non obſtantibus, trinæ occurunt Difficultates.

I. Difficultas, quomodò ſciatur, quando ſitus ſit, vel reputetur ruinoſus, quando infructuoſus, vel parùm fructuoſus, & quando modici valoris, ut indè ſciatur, quando non ſit locus ſolutioni quindennii, cùm non ſit ſtandum ſimplici aſſertioni Eccleſiæ ſuper ruinoſitate, infructuoſitate, vel parva fructuoſitate, & modicitate valoris ad effugiendam hac via ſolutionem quindennii, etenim Eccleſia prohibita 17
alienare, cenſetur quoque prohibita confiteri, *Angel. de confeſſion. lib*. 2. *quæſt*. 23. *num*. 22. nè in utilitatem propriam teſtimonium ferat contrà *text. in l. nullus* 10. *ff. de teſtib*. quoad modi- 18
citatem valoris, ſi res ſit redditus unius unciæ,

Roſen-

19 Roſental. de feud. tom.1. concluſ.32. cap.6. circà
ſin.litera E. vel ſecundùm alios ſupponentes ſu-
per hoc adeſſe quandam declarationem Sacræ
Congregationis Epiſcoporum, & Regularium,
20 ſi res ſit valoris viginti quinque Ducatorum
auri de Camera, Pacionus de locato,& conducto
cap.14.§.3.num.8. Secundùm alios,ſi ſit valoris
ſcutorum centum, vel reddat annua ſcuta quin-
21 que, Zerola in prax.verbo alienatio rerum Eccleſ.
verſiculo ad Sextum,Secundùm alios,ſi ſit valo-
22 ris viginti, vel quinquaginta ſolidorum,decem
librarum auri, vel viginti marcharum,vel duo-
rum aureorum, vel ſi non excedat valorem ſcu-
torum quadraginta Romanorum, Riccius in
prax.for. Eccleſ. par. 1. reſol. 36. poſt num. 8. in
princip.verſic. ſed quæſtionis, Barboſa de Epiſcop.
par.3. alleg.95.num.51.antè med verſic.undè mo-
dicum, Pelliccion. illuſtr.quæſtion.qu.41. cap.16.
in princip.verſic.quæ autem, Jovius de contract.
minor.gloſ.3.num.188.& gloſ.22.§.17.nu.105.in
fine, Rota deciſ.6.nu, 6.in princip. poſt Pacichell.
de diſtantiis, Secundùm alios attenditur conſue-
23 tudo localis,& Decreta Synodorum Provincia-
lium, Leo in Theſaur. for. Eccleſ. par.1.cap.15.
24 nu.7.Secundùm alios attendendum modernum
tempus, cùm id, quod olim viginti aureis eme-
batur, hodiè non emitur etiam quadraginta
aureis, adaucto ultrà medietatem pretio ad in-
25 ſtar dotis, quæ olim mille aureorum magna di-
cebatur, nunc parva dicitur, Cyril. quæſtion.
Juris cap.60.nu.5.in fine verſic.Genuenſis, & ſe-
cundùm alios denique(quod mihi videtur pro-
26 babilius, ac tutius) remittendum hoc arbitrio
Judicis, qui conſuetudinem locorum, & tem-
porum, eorumque qualitatem attendere debet,
ac inſpicere conditionem Eccleſiæ, ſi indigeat,
vel abundet bonis, Barboſa in cap.terrulas53.12.
qu.2.num.3.in med.verſic. ſed probabilius, & de
Epiſcop.par.3.alleg.95.nu.51.in princip.Redoan.
de reb.Eccleſ.non alien.Rubrica quid, & quomodò
dicatur modicum nu.11.fol.mihi 72.col.1.& n.14.
& 18. Pelliccion. illuſtr. Jur. quæſtion. qu.41.
cap.16.in princip.§.Quæ autem in princip.verſic.
vera tamen, Diana reſolut.moral. par.5. tract.5.
reſol.57.in fine verſic.ſed difficultas, Card.de Luca
de alienatione diſc.1.nu.117. cùm modica res uni
27 Eccleſiæ diviti,poteſt eſſe magna alteri pauperi,
Redoan. de reb. Eccleſ. non alien. Rubr. quid, &
quomodò dicatur modicum nu.2.fol.mih.71.col.2.
Pelliccion. illuſt. quæſt. qu.51. cap.16. poſt med.
§.Quæ autem dicantur,poſt med.verſic.nam reſpe-
28 ctu.Hinc homo tenuis fortunæ ſervat porcellum
29 veluti oculum, & rem magnam, Comitiſſa au-
tem Mathilda concedente Eccleſiæ aliquantu-
lum terræ, illa tamen extendebatur ad triginta
milliaria, quæ ſumma ratione perſonæ donan-
tis erat modica, Redoan. loco mox allegato n.2.
cum ſeqq.

Quoàd ruinoſitatem autem putarem illam
30 ſatis probari per peritos in arte, quibus ſtandũ
juxta inſignem textum in l.ſeptimo menſe 12.ff.de
ſtat.homin.Cepolla de edilit.edict.in Rubrica n.11.
quoad infructuoſitatem tandem, vel parvam
fructuoſitatem,illa probari poterit per confron-
tationem fructuum colligi conſuetorum ex aliis
31 ſitibus circumvicinorum locorum, ubi adjacen-
tia prædia exiſtunt,Card.de Luc.de judic.diſc.33.
nu.58.in fine verſiculo ſivè ad id, quod fructave-
rint, Rota coram Buratto dec.173. ubi Adden.
Alexandro VIII.dec.66. num.1.

II. Difficultas, quid dicendum,ſi Prælatus
Eccleſiæ retinentis emphyteuſim juraverit de
non alienando inconſulto Pontifice, an ſaltem
hoc caſu ſolvendum ſit quindennium, quaſi
quòd ſtante juramento de non alienando, em-
phyteuſis ruinoſa, infructuoſa, vel parùm fru-
ctuoſa, ſivè modici valoris, aliàs de ſui natura
alienabilis,evaſerit inalienabilis,attamen adhùc
putarem non eſſe locum quindennio, juramen-
tum enim ſolummodò cadit ſuper illicita, &
prohibita alienatione, non autem ſuper licita,&
permiſſa,de qua eſt ſermo;ità,ut,eo non obſtan-
te,benè alienari poſſit etiam citrà beneplacitum 32
Apoſtolicum, ut punctualiter advertit Pellic-
cion. illuſtr.Jur.quæſtion.qu.41. cap.16.in princi-
pio antè §.Quæ autem.

III. Difficultas,quid dicendum,ſi Prælatus
juraverit in ſpecie, & concreto de non alienan-
do emphyteuſim,licet efficeretur ruinoſa, & in-
fructifera,videretur,quòd ſic, quia poteſt petere
abſolutionem, & relaxationem juramenti, ſed
videretur, quòd non, quia eſt de contingibili- 33
bus, quòd Papa velit abſolvere, & ex alia parte
in ſucceſſore, cùm iſte non habeat cauſam à ju- 34
rante, ſicque non teneatur juramento, ſed
poſſit alienare.

ARGUMENTUM.

Inſtituta hærede Anima in Emphyteuſi, debetur quindennium Domino directo.

SUMMARIUM.

1 *Eccleſia, quæ etiam immortalis eſt, manusmortua dicitur.*
2 *Anima quandoque pro corpore accipitur.*
3 *Anima pro cadavere quandoque ſumitur.*
4 *In caſu anima non ſumitur pro vita corporea.*
5 *Anima in materia emphyteutica in Portugallia accipitur pro vita, ſeu perſona nominanda.*
6 *Nemo nominare poteſt ſe ipſum in emphyteuſi.*
7 *Anima hæres inſtitui poteſt in emphyteuſi.*
8 *Animam hæredem inſtituere nihil aliud eſt, quàm diſtributio bonorum in pia opera pro anima defuncti.*
9 Statutum Urbis lib.1. cap.134. *permittit Uxori teſtari de Dote pro anima uſque ad decimam tantùm partem.*
10 *Tertio relinqui poteſt intuitu animæ alicujus,multòque magis eidem animæ.*
11 *Inſtituta, aut ſubſtituta Anima teſtatoris, talis diſpoſitio tanquàm in animam directa, æquipollet inſtitutioni cauſæ piæ, ſivè piorum operum.*
12 *Præſertim, quando teſtator ſubdit,& pro Anima ſe inſtituere, & ſubſtituere Dominum Noſtrum Jeſum Chriſtum.*
13 *Fictitii Dii olim hæredes inſtituebantur.*
14 *Verus Deus,eiuſqueSancti hæredes inſtitui poſſunt.*
15 *Mentio celebris cauſæ Majoricen. ſucceſſionis.*
16 *Non eſt favendum piæ cauſæ, quando illa non reperitur expreſsè privilegiata.*
17 *Jure noviſsimo ex legato pio non debetur Falcidia.*
18 *Idem ſtatuitur apud Hiſpanos ex* l.4.tit.11.partita 6.

19. De

19 *De legato pro pauperibus non detrahitur quarta Parochialis, nec quarta Canonica,*
20 *Ex fideicommiſſo univerſali cum ſubſtitutione piæ cauſæ, non detrahitur quarta Trebellianica.*
21 *R*eiicitur Carvalh. de utraqu. quart. parte 2. num. 142. cum ſeqq. *contrarium tenens.*
22 *Gabella non ſolvitur de venditione bonorum defuncti pro anima.*
23 *A gabella, & laudemio arguitur ad quindennium.*
24 *Cauſa dotis in Jure eſt privilegiata.*
25 *Anima cunctis rebus præferenda eſt.*
26 *Æquiparatum non poteſt eſſe majoris roboris, quàm eſt id, cui æquiparatur.*
27 *A falcida ad quindennium non benè arguitur.*
28 *Jus tertii ſemper cenſetur ſalvum.*
29 *Semper debetur quarta, etiamſi per Teſtatorem prohibeatur.*
30 *Fideicommittens de bonis in forma ſibi benè viſa diſponere poteſt.*
31 *Nemo diſponere poteſt de re aliena.*
32 *Manus mortua tenetur ad quindennium.*
33 *Solutio gabellæ cedere debet damno hæredis, non verò privilegiati, ideò hæres tenetur ad gabellam, nè gabellarius juribus ſuis defraudetur.*
34 *Præſumendum eſt, quòd quis potiùs voluerit, quòd debeatur pingujus ſuffragium animæ, quàm quòd illud minuatur.*
35 *Cauſa pia, ſeu anima eſt privilegiata in expreſſis tantùm.*
36 *Privilegium tanquàm ſtricti juris, & odioſum, non venit extendendum extrà caſus expreſſos.*
37 *Anima pro ſolutione quindennii convenienda eſt coràm Judice Eccleſiaſtico.*
38 *Data negligentia exequutorum, etiam in cauſa prophana Judex Eccleſiaſticus poteſt ex officio per cenſuras demandare exequutionem ultimarum voluntatum.*
39 *Exequutio teſtamentorum eſt mixti fori.*
40 *Judex Sæcularis non cognoſcit Clericum.*
41 *Gravato fundo legato annuo cenſu, ſolutio cenſus ſpectat ad hæredem, non ad legatarium.*
42 *Onus collectarum ſpectat ad legatarium fructus percipientem, non autem ad hæredem.*
43 *In cauſis mixti fori eſt locus præventioni.*
44 *Mulier pauper, & dotis legataria tenetur ſuam probare paupertatem uti fundamentum ſuæ intentionis.*

CAPITULUM XVII.

NEquaquam paradoxicũ videtur inter manus mortuas animã, quæ immortalis eſt,
1 connumerare eo modo, quo Eccleſia, quæ etiã immortalis eſt, manus mortua dicatur ex rationibus ſuo loco deductis ſuprà in *Cap. I. & II.*
2 quando anima in ſacris literis pro corpore, quandoque accipitur, ut *Geneſi cap.37. ver.22. ibi non interficiatis animam ejus, Ezechiel. c.16. verſic.5. ibi -- projecta es in abjectione ſuper faciem terræ in abjectione animæ tuæ, Jerem. c.*40. *ver.*14. immò (quod notabilius eſt) in eiſdem
3 ſacris literis anima, quantumvis immortalis pro mortuo, ſeu cadavere quandoque ſumitur per antiphraſim, agendo de immunditie, ſeu pollutione per contactum cadaveris, ut *Numeror. cap.9. verſic.6. 7. & 10. ibi -- quidam immundi ſuper anima hominis &c. homo, qui fuerit immundus ſuper anima &c. & cap.19. verſic.13. ibi -- omnis, qui tetigerit humanæ animæ morticinum &c.* ut benè explicant *à Lapide ad dict. verſic.7. & 13. & Tirin. ad dict. verſic.10.* Cùm igitur quandoque ſicuti quis in bonis allodialibus, ſeu liberis inſtituere ſolet hæredem animã ſuam, ità & eandem inſtituere ſolet in bonis emphyteuticis, indè dubitari valet, an in tali caſu debeatur quindennium, præmittendum autem puto pro intelligentia quædam notabilia.

I. Quidem notabile eſt, animam tamquàm cauſam formalem, & potiorem partem eſſentialem perſonæ hominis, *in præſenti Cap.* non eſſe accipiendam pro vita, ſeu perſona corporea, ac 4
mortali, quæ moritur, quæque contraria eſt ſpiritui incorporeo immortali, qui nunquam moritur, in quo ſenſu Sacra Pagina nominat numerum perſonarum per tot animas, ut in *Geneſi c.12. verſ.5. ibi -- animas, quas fecerant in Haram &c. cap.14. verſ.21. ibi -- da mihi animas, cæteraque tolle tibi & cap.46. verſ.15.19. 22. 26. & 27. Exod. cap.21. verſ.23. ibi -- reddet animam pro anima, Levitic. cap.2. verſic.1. cap.4. verſic.2. cap.5. verſic.1. 2. 4. 15. & 17. cap.17. verſic.12. & 15. & cap.13. verſ.27. 29. & 32. Numeror. cap.9. verſic.13. cap.19. verſic.20. & 22. cap.23. verſic.19. ibi -- moriatur anima mea morte juſtorum, & fiant noviſſima mea horum ſimilia & cap.29. verſic.7. ibi -- miſit &c. percutere animam tuam, & ver.15. ibi -- nè interficiat animam meam 3. Reg. cap.19. verſ.4. ibi -- petivit animæ ſuæ, ut moreretur, & ver.11. & 15. Joſue cap.20. verſic.3. ibi -- quicumque animam percuſſerit, Judic. cap.16. verſic.32. ibi moriatur anima mea cum Phyliſtim, Job cap.36. verſic.14. ibi -- morietur in tempeſtate anima eorum, Numer. cap.23. verſic. 10. ibi -- moriatur anima mea morte juſtorum, 3. Reg. cap.1. verſiculo 11.* ibi -- *Salva animam tuam, 1. Eſther. cap.9. ver.16. Pſalm.32. ver.19. 3. Reg. cap.1. verſic.11. ibi -- ſalva animam tuam 1. Machab. cap.2. verſic.38. ibi -- percuſſerunt mille animas, Iſai. cap.18. ver.5. Aggæi cap.2. verſic.14.*

II Autem notabile eſt, animam maximè in materia emphyteutica, & in noſtro Portugalliæ 5
Regno accipi pro vita, ſeu perſona nominãda, nec in hoc ſenſu accipienda venit, ridiculum enim eſſet deberi quindennium ex emphyteuſi duratura in una vita, ſeu perſona, ſub prætextu cujuſdam perpetuitatis, vel ſaltem longæ durationis hominis uſque ad centum annos, quod grave eſt, quando hominum vitæ noſtris potiſſimùm temporibus breviores eſſe ſolent, quæ eſſe poſſunt viginti, vel triginta annorum, ac ſæpiſſimè etiam longè breviores, immò ſequeretur abſurdum, quòd una perſona duas vitas haberet, unam vivens, alteram moriens, & quis nominaret ſe ipſum, veluti ad aliud propoſitum 6
advertit *Valaſc. conſultat. deciſ. 193. per tot. tom.2.*

III. Denique Notabile eſt, poſſe animam, hęredem inſtitui in emphyteuſi, *Niger de laudem.* 7
q.36. n.11. cum ſeqq. t.2. Caldas de Jure emphyteut. parte 4. cap.10. n.20. cum ſeqq. Caſtill. controv. lib.4. c.13. nu.11. & per tot., omitto inſuper, animam hæredem inſtituere nihil aliud eſſe, quàm diſtributionem quandam bonorum 8
omnium in pia opera pro anima defuncti *Galceran. Theatr. Juriſprud. par.1. c.30. n.196. Fagundes*

gundes de inſtitution.lib.6.cap.1.num.22. Leo dec. Valent. 10. per tot. tom.1. & in hoc ſenſu *Statut.*
9 *Vrb. lib.1. cap.134.* permittit uxori teſtari de dote pro anima uſque ad decimam tantùm partem, proſequitur *Roſa conſul.36. n.31. Epiſc. Rocca ſelect. jur. interpret. cap.36. num.6. Nicol. Floſcul. verbo teſtamentum n.7. cum ſeq. Maranta controv. part.1. reſp.4. per tot. Card. de Luca de teſtament. diſc.24 per tot. Raynald. obſervat. criminal. tom.1. ad cap.1. ſupplet.5. nu.* 458. apprimè doctus *D. Advocatus Dominicus Vrſaya inſtitution. criminal. lib.2. tit.8. n.90. & 95. Rota in recentior. dec.69 num.21. parte 16. & in Romana funeralium 15. Junii 1696. §. Quæ omnia coram bon. me. R.mo P. D. Molines Decano*, non tamen hinc intrarent facultates R. Fabricæ S. Petri ſub prætextu incertitudinis, aut incapacitatis hæredis, cùm immò anima teſtatoris non poſſit
10 eſſe magis certa, & ſicuti tertio poteſt relinqui intuitu, ſeu ad favorem animæ alicujus, multò magis] directè relinqui poteſt eidem animæ ad uſus verè pios, *Roſa, Rocca, Maranta locis mox citatis, & D. Advoc. Vrſaya loco paritèr mox cit. n.95. cum ſeqq.* ubi refert, ità ſe reſpondiſſe de anno 1705. in una Mantuana, communicato ejus reſponſo cum Miniſtris ejuſdem Reverendæ Fabricæ.

11 Hinc eſt, quòd inſtituta, aut ſubſtituta Anima teſtatoris, talis diſpoſitio tamquàm in animam directa, æquipollet inſtitutioni cauſæ piæ, ſivè piorum operum, adeò, ut integrùm patrimonium veniat erogandum in piis operibus, in levamen, & ſuffragium animæ defuncti ceſſuris, *Carp. de exequut. teſtam. lib.3. cap.9. nu.6. &* 15. *Perez de Lara de Anniverſar. cap.10. n. fin lib.1. Roſa conſult.36. nu.26. Molin. de Juſtit. & Jur. tom.2. diſp.154. num. 3. Rub. pract. reſ. de teſtam.*
12 *cap.50. num.17. &* 18. præſertim quando teſtator ſubdit, & pro Anima ſe inſtituere, & ſubſtituere Dominum Noſtrum Jeſum Chriſtum.

Eo modo cæca antiquitas (in reliquis benè oculata) ſinebat ſuos fictitios Deos hæredes in-
13 ſtitui, *Vlpian. tit.22. §. Deos hæredes 6. Paul. ſentent. lib.4. tit.3. §.3. l. ſi ſponſus 5. §. Proindè 12. ff. de donation. int. vir. & uxor. l.1. §. Ad municipium 5. ff. ad leg. Falcid. Pignatell. conſultat. canonic. tom. 3. conſultat. 6. num.22.* poſteàque à fortiori licuit in noſtra Orthodoxa Religione
14 verum Deum, ejuſque Sanctos inſtituere *§. Si quis in nomine Magni Dei 9. Novella 131. de Eccleſiaſtic. titul. in principio, & verſiculo ſi quis autem Sanctorum, l. quoniam 26. C. de Sacroſanct. Eccleſ. Amoſtazz. de cauſ. piis tom.1. lib.4. cap.1. num.1.* qua occaſione inſtitutionis factæ Domi-
15 ni Noſtri Jeſu Chriſti favore animę nuper acerrimè diſputatum fuit in Tribunali Auditoris Cameræ in celebri Majoricen. ſucceſſionis inter Parochialem Eccleſiam S. Jacobi, & Regium Monaſterium S. Dominici, ubi Teſtator ſepulturam elegerat, ſcribentibus pro Parochiali D. Advocato Conſiſtoriali Petro Pomponio de Vecchis, & D. Advocato Franciſco Maria Pitonio pro Monaſterio, indeque audivi reſolutum fuiſſe ad favorem Parochialis, interpoſita appellatio ad Rotam coram R. P. D. Aldrovando, ut ex deciſionibus editis 16, Junii 1710. & 23. Februarii 1711.

Quibus omnibus ad ſatietatem præmiſſis, reſolvimus in præſenti, quòd inſtituta hærede anima in emphyteuſi, debetur quindennium Domino directo, nè aliàs iſte amittens ſpem reverſionis ad ſe emphyteuſis, utiliſque dominii conſolidationis cum directo, defraudatus maneat tàm laudemiis ob inalienabilitatem, quàm quindenniis ſub ſolo prætextu inſtitutæ cauſæ piæ, quando etiam pia cauſa nullo ſuper hoc conſiderato religionis favore ſubjacet laudemio, cùm illud ſit (quale etiam eſt quindennium in illius locum ſubrogatum) emolumentum directi Domini, quo privandus non eſt ſine ſuo facto, nec contra regulas Juris favendum piæ cauſæ, quando (ut in caſu) non reperitur ex- 16
preſsè privilegiata, ad *text. in l.1. §. Si quis debitori 10. ff. ad leg. Falcid. Niger de laudem. qu.36. num.13. cum ſeqq. tom.2.*

Sed ſequentia videntur obſiſtere.

I. Sicuti Jure noviſſimo ex legato pio (quidquid eſſet de jure antiquo) quo Ethnici Juriſ- 17
conſulti parùm de bono animæ curabant, non debetur falcidia, nè cauſa pia aliquam patiatur diminutionem, per *text. in Auth. ſimiliter C. ad leg. Falcid. §. Si autem hæres, Novella 131. de Eccleſiaſtic. titul Tondut. reſolution. civil. parte 2. cap.73. num.1. Mareſcott. var. reſol. lib.3. cap.72. nu.11. cum ſeqq. Tiraquell. de privileg. piæ cauſæ privileg.26. per tot. Amoſtazz. de cauſ. piis lib.1. cap.11. num.32. cum ſeqq. Rubeus practic. reſolution. cap.63. num. 283. Caſtill. de aliment. cap. 9. num.9. & per tot. & cap.35. per tot. Cyriac. contr. 373. num.9. Novar. de privileg. miſerabil. perſon. privileg.46, nu.5. cum ſeqq. Florez Diez de Mena var. reſolution. lib 2. cap.21. num.190. Genuenſ. practicabil. Eccleſiaſtic. quæſt.401. per tot. Mangil. de imputation. quæſt. 118. cum ſeq. Surd. de aliment. tit 8 privileg.18. nu.3. Moneta de commut. ultim. volunt. cap.9. n.334. Barboſa de Epiſc. p.3. alleg.74. num.50. cum ſeqq. Leoncill. de privileg.* 18
pauper. par.2. privileg.149. nu.3. & per tot. Camarel. de legat. lib.7. tit.1. n.23. cum ſeqq. idemque expreſsè ſtatuitur apud Hiſpanos ex *l.4. tit. 11. partita 6.* ità videretur dicendum in caſu, ex legato pio non deberi quindennium, nè cauſa pia ſentiat hoc onus habens tractum ſucceſſivum.

II. Sicuti de legato facto pauperibus tanquàm in cauſam piam non detrahitur quarta 19
Parochialis, ſeu funeralis, nec quarta Canonica debita Epiſcopo, ad *text. in l. ſi quis ad declinandum 37. C. de Epiſcop. & Cleric. Leoncill. de privileg. pauper. privileg.346. n.1. cum ſeqq.* ità de legato rei emphyteuticæ pro anima emphyteuta non videretur detrahenda quinquageſima pars pretii, ſeu æſtimationis, nempè quindennium ipſum.

III. Sicuti ex univerſali fideicommiſſo, ubi 20
ſubſtituta legitur pia cauſa, non detrahitur quarta Trebellianica *Peregrin. de fideicommiſs. art.3. n.73. de Pretis de interpr. ultim. volunt. lib.4. interpret.1. dub.12. nu.5. Mangil. de imputation. q.120. n.3. cũ ſeqq. Tiraquell. de privileg. piæ cauſæ privileg. 27. Barboſa in l. ſi quis ad declinandum 37. n.23. C. de Epiſc. & Cleric. Peregrin. de fideicommiſs. artic.3. n.62. cum ſeq. Rota coram Coccino dec.210. n.2. dec.271. n.2. dec.717. n.1. dec.1764. n.3. & dec.1970. n.5.* quidquid contrariũ teneat 21
Carvalh. de utraque quarta par.2. n.142. cum ſeq. ità

ità nec videretur detrahenda quinquageſima pretii in prætenſo quindennio, ubi inſtituta eſt cauſa pia.

IV. Quia ſicuti gabella non ſolvitur de ven-
22 ditione bonorum defuncti pro anima, *Laſſarte de decim. vendit. cap.20. n.63. Gutierrez de gabell. qu.74. per tot. Amoſtazo de cauſ. piis lib.2. cap.7. n.12.* ità nec videretur ſolvendum eſſe quindennium de inſtitutione animæ, ſeu cauſæ piæ, ar-
23 guendo à gabella ad laudemium, & quindennium ex traditis per *Nigrum de laudem. quæſt.5. articulo 26. tom.2.*

V. Denique ſicuti cauſa dotis in Jure eſt pri-
24 vilegiata *l.fin.verſiculo ſancimus C de jure dotium,* ità cauſa pia fortiori ratione privilegiata eſſe debet, proindeque exempta à quindennio, cùm dos nequeat eſſe magis pia cauſa, quàm ipſa pia
25 cauſa, qualis eſt anima, quæ uti teſtatori magis conjuncta, cunctis rebus præferenda *l.ſancimus 21. C.de Sacroſanct.Eccleſ. cap. cùm infi mitas 13. in fine de pœnitent. Novar.de privileg. miſerabil. perſon. privileg.20. n.8. & privileg. 68. n.4. & de incert. & malè ablat. privileg.41. num.5. Ciarlin. controv.forenſ. lib.1. cap.7. n.10. Gratian. diſceptat.611. n.14. & 35.* æquiparatum enim non po-
26 teſt eſſe majoris roboris, quàm eſt id, cui æquiparatur, *Barboſa axiom.14. n.1.*

Nihilominùs in nihilum turbantibus recitatis objectis veriſſima remanet noſtra principalis reſolutio.

Non equidem obſtat I. objectum, quia maxima intercedit differentia inter falcidiam, & quindennium, ità ut ab illa ad hoc non benè
27 arguatur ob rationis diſparitatem ad *text. in l. Papinianus 20.ff. de minor.* quippè benè poteſt lex in caſu ſibi benè viſo prohibere falcidiam in bonis teſtatoris, hocque modo diminuere hæreditatem in præjudicium hæredis, ſed non poteſt tollere quindennium in præjudicium tertii, qualis eſt Dominus directus, ſub ſolo prætextu
28 cauſæ piæ, immò ſemper cenſetur jus tertii ſalvum, *Menoch.de præſump. lib.2. præſump.9.n.16. cum ſeq.*

Non obſtat II. objectum, quia eſt ſpeciale in cauſa pauperum, ſed contrarium procedit generaliter in cauſa pia, dum extrà pauperes de aliis legatis piis etiam pro anima, ſeu in cauſam animæ, immò etiamſi quarta per teſtatorem prohi-
29 beatur, ſemper debetur quarta, veluti diſtinguendo notat, *Leoncill. de privileg. pauper. parte 2. privileg. 346. n.5. cum ſeqq.*

Non obſtat III. objectum, quia nec benè arguitur à fideicommiſſo ad emphyteuſim, ſivè à bonis fideicommiſſariis ad emphyteutica, in bonis enim fideicommiſſariis non detrahendo quartam Trebellianicam agitur de præjudicio hæredis gravati, cui teſtator, & lex benè præjudicare poſſunt in caſu ſubſtitiutonis cauſæ piæ, ſaltem attento jure novo, quidquid eſſet de jure antiquo, cùm agatur de imponenda lege in bonis ipſius fideicommittentis, qui tanquàm illo-
30 rum Dominus de illis in forma ſibi benè viſa diſponere poteſt, argumento *text.in Auth. ſed cùm teſtator C. ad leg. Falcid. Novella de hæred. & Falcid. §. Si verò expreſſim, Peregrin.de fideicommiſsis, artic.3.n.85. cum ſeqq. Petra eod.tract. qu.15.n.151. antè med. verſic. contrariam ſententiam cum numer.ſeqq.* in bonis autem emphyteuticis non acquirendo quindennium agitur de præjudicio tertii in re propria quoad directum dominium, cui nec emphyteuta, nec cauſa pia præjudicare poteſt, non quidem emphyteuta, quia diſponeret de re aliena ſaltem quoad directum dominium, pro quo Dominus prætendit 31
quindennium a manu mortua, contra deducta per *Barboſ.axiom.73. n.1.* non cauſa pia, quia inferret hac via præjudicium non ſolvendo quindennium, ad quod tanquàm manus mortua 32
procul dubio tenetur ex ſuprà deductis *Cap.I. & II.*

Non obſtat IV. objectum, quia ſi cauſa pia non tenetur ad gabellam, ſaltem, nè gabellarius juribus ſuis defraudetur, hæres ad illam tenebitur, quaſi quòd damno hæredis, non verò pri- 33
vilegiati cedere debeat ſolutio gabellæ, ut explicat *Gutier. de Gabell. qu.74. n.2. in principio, & n.10. circà fin.* in bonis igitur emphyteuticis, in quibus inſtituta eſt cauſa pia, ſeu anima æquum eſt, quòd ipſa ſolvat quindennium tanquàm hæres, vel in omni caſu, ſi cauſa pia ſit legataria tantùm, ex quò alius ſit hæres univerſalis, tunc quindennium ſolvet hæres pro cauſa pia, ſeu anima legataria bonorum emphyteuticorum, ut uno, vel alio ſolvente ſemper conſulatur indemnitati Domini directi, cùm in hoc caſu præſumendum ſit ob benigniorem, & latiorem interpræetationem favore piæ cauſæ, ſeu animæ faciendam, quòd teſtator noluerit diminui legatum pro anima ſub pretextu ſolvendi quindennium, ſed potiùs voluerit, quòd debeatur 34
pinguius ſuffragium animæ, quàm minuatur, *Card. de Luca de legat. diſcurſu 26. n.8.*

Non obſtat denique V. objectum, quia ſicuti dos in expreſſis tantùm eſt privilegiata in reliquis minimè, ità cauſa pia, ſeu anima eſt privi- 35
legiata etiam in expreſſis tantùm ad *textum in l. fraudem 15. in fine ff. de milit. teſtam.* proindèque in materia quindennii, in qua non reperitur expreſſe privilegiata, non debet eſſe privilegiata, cùm privilegium tanquàm ſtricti Juris, 36
& odioſum, non veniat extendendum extrà caſus expreſſos *Carleval. de judic. tit.1. diſp.8.n.6. & til.3. diſp.23.n.41. Pareja de inſtrum. edit.tit.2. reſ.6. n.28. & 350. Garcia de nobilit.gl.6. nu.41. verſic. prætereà.*

Quibus diſſolutis quatuor oriunrut peregrinæ difficultates.

I. difficultas verſatur circà modum conveniendi animam pro ſolutione quindennii, coram quo nempè Judice, & crederem, illam eſſe con- 37
veniendam coram Judice Eccleſiaſtico, ut in proximis terminis, *Ferro Manrique quæſt.moral. & Vicarial. par.1. qu.22. n.22 ac per tot.* in nihilum relevante, quòd Index Eccleſiaſticus poteſt quidem ex officio per cenſuras demandare exequutionem ultimarum voluntatum tanquàm defuncti animæ conſulens, etiam in cauſa propha- 38
na, data negligentia exequutorum, *cap. nos quidem 3. cap. tua 7. & cap. Joannes 19. de teſtam. S. Concil.Trident. ſeſſ.22. de Reform.cap.8.* uterque enim Judex tàm Eccleſiaſticus, quàm ſæcularis eſt competens circà exequendas ultimas volun- 39
tates, cui communis eſt teſtamentorum exequutio, & mixti fori, *Gutierez practic. quæſt. lib.3. qu.29. n.14. Suarez de Paz in praxi Eccleſ. & Sæcul. par.2. tom.2. in præfat. n.64. Aufrer.de poteſt.*

*Sæcular. in Eccleſiaſtic. limit.*55. non autem videretur poſſe judicare Judex Eccleſiaſticus animam hæredem inſtitutam, aliud namque eſt procurare exequutionem ultimarum voluntatum tàm in piis, quàm in profanis legatis, & aliud convenire animam, ſeu cauſam piam, quia immò ſatis eſt ad hoc, ut anima, ſeu cauſa pia convenienda ſit coram Judice Eccleſiaſtico, quòd ipſa uti conventa ad ſolvendum quindennium, rea efficiatur, aliàs ſi ſæcularis Iudex poſſet animam judicare, illam abſolvendo à ſolutione quindenniorum, vel illam condemnando ad illorum ſolutionem, utique etiam judicare poſſet Clericum hæredem relictum, præcipuè in lite nova, quòd cùm tamen prohibeatur, per eandem rationem illud venit prohibendum ex
40 eo, quòd in foro animæ ſæcularem Judicem cognitionem, & juriſdictionem ſpiritualem ad judicandam animam, ſicut & Clericum habere nullus fatetur, veluti ad aliud propoſitum in puncto conventionis animæ animadvertit *Ferro Manrique quæſt.moral. & Vicarial.par.*1. *qu.*22. *n.*5. *in principio verſiculo aliàs enim.*

II. Difficultas in eo conſiſtit, an præſumendum ſit, quòd teſtator voluerit inſtituere animam in bonis emphyteuticis abſque onere ſolvendi quindennium, ſed voluerit favore cauſæ piæ condemnare potiùs hæredem univerſalem ex aliis bonis, ut tale onus quindennii in ſe aſſamat, ad hoc, ut ſuffragium animæ pingujus evadat, & putarem, non intrare hujuſmodi præſumptionem ex eo, quòd res tranſit cum ſuo onere, præſertim cum iſto quindenniorum intrinſeco ex natura rei, affixoque ipſi rei, quidquid ſi eſſet extrinſecum, exempli gratia, ſi age-
41 retur de legato fundo gravato annuo cenſu, cùm tunc ad hæredem, non ad legatarium ſpectet ſolutio cenſus, *Coſta de rata qu.*72. *in principio Card.de Luc.de legat.diſc.*26.*n.*2.*Rota cor.R.P.D.*
42 *Anſaldo dec.*63.*n.*1.*cum ſeqq.& per tot.* Hinc fit, quòd è contra onus collectarum, uti reale, ſeu rei annexum ad legatarium fructus percipientem, non autem ad hæredem ſpectat, *l. quæro* 28.*ff.de uſufructu legato,Camarella de legat li.*14. *qu.*1. *n.*9.

III. Difficultas, quid dicendum, ſi fundus emphyteuticus eſſet legatus in cauſam piam, puta pro dote pauperis puellæ, ea lege, ut inalienabilis ſit, ſuppoſito ex deductis infrà *Cap.*53. quòd debeatur quindennium ex re prohibita alienari, coram quo Judice illud peti debeat, an coram Eccleſiaſtico, ratione cauſæ piæ privativè quoad alios Judices, an coram Judice Sæcu-
43 lari, an coram utroque, ità ut ſit locus præventioni, crederem, quòd ſit locus præventioni tanquàm mixti fori, *Cap. propoſuiſti* 19. *de for. compet.cap. ut debitus* 59. *de appellation. cap. cùm pluref.*8. *de offic. Deleg.in* 6. *l. Si quis poſtea* 7.*ff.de judic.Barboſa in l.hæres abſens* 19. *in princ.n.*191. *ff.eod.Scaccia de judic.tom.*1. *cap.*12.*n.*57.*Tondut. de prævent. part.*2. *cap.*28. *per tot. Sperell. dec.*3. *num.*7. *tom.*1. *& dec.*134.*num.*24. *tom.*2.

IV. Tandem difficultas, an ſtandum ſit teſtatori aſſerenti ſe dotem legare certæ pauperi mulieri, & pro anima, an verò non obſtante tali aſſertione adhùc aliundè formitèr probanda ſit paupertas, & cenſerem, illam eſſe proban-
44 dam à muliere uti fundamentum ſuæ intentionis, *Boſſius moral.tom.*1.*tit.*12. §.4. *n.*254. Judex autem pro arbitrio ſuo examinabit, an mulier, ſit pauper, nec nè, *Boſſius loco citato num.*261. *cum ſeqq.*,

ARGUMENTUM.

Manus mortua Eccleſiaſtica translataria, & poſſeditrix fundi emphyteutici, nullo indiget Beneplacito Apoſtolico pro ſe obligando ad quindennium.

SUMMARIUM.

1 *Solemnitates ſolummodò requiruntur in bonis jam incorporatis Eccleſiæ.*
2 *Mentio* R. P. D. Cyriaci Lancettæ.
3 *Quilibet contractus de ſui natura eſt individuus.*
4 *Obligatio ſolvendi quindennium potiùs ad cautelam, quàm ad neceſſitatem ſit.*
5 *Aliàs fieret deterior conditio Domini directi, ſi obligatio ad quindennium corrueret ſub ſolo prætextu defectus Beneplaciti Apoſtolici.*
6 *Obligatio ad ſolvendum quindennium tanquàm neceſſaria, & proveniens ex generali conſuetudine, non ſubjacet ullis ſolemnitatibus.*
7 *Eccleſia nullo alio modo emphyteuſim acquirere, ac retinere poteſt, niſi mediante ſolutione quindennii.*
8 *Solutio quindennii etiam abſque ſpeciali Procuræ mandato conſtituit in quaſi poſſeſſione exigendi.*
9 *Fortiùs ſi appareat, quòd poſteà à Procuratore Eccleſiæ fuerint ſoluti Canones, aliique geſti actus tendentes in comprobationem præhabitæ obligationis ſolutionis quindennii.*
10 *Rejicitur* Niger de laudem. qu.12. num.145. in fine cum num.ſeq. tom.1. *putans, Eccleſiam non poſſe obligari ad quindennium, niſi cum ſolemnitatibus.*
11 Nigri *opinio ad ſummum procederet, ſi evidentiſſimè de damno Eccleſiæ doceretur.*
12 Text.in cap.1. de reb.Eccleſ. non alien. in 6.*declaratur, ut procedat in alienatione rei Eccleſiæ ex integro facta, non autem in alienatione rei alienari ſolitæ.*
13 I*n rebus alienari ſolitis nullæ requiruntur ſolemnitates.*
14 *Nullæ requiruntur ſolemnitates in obligatione ſolvendi quindennium, quod venit ex natura contractus.*

CAPITULUM XVIII.

Eccleſia, quæ eſt cultrix juſtitiæ, retinens emphyteuſim, contrà omnem juſtitiam, videretur prætendere poſſe emphyteuſis retentionem nulla prævia quindenniorum ſolutione ſub ſolo ſpecioſo, ac colorato prætextu, quòd ſe obligaverit ad illorum ſolutionem abſque beneplacito Apoſtolico, ſicque quòd ob defectum beneplaciti nulliter ſe obligaverit, cùm vel eſt neceſſarium beneplacitum, & hoc caſu Dominus directus cogere poteſt Eccleſiam ad illud impetrandum propriis ſumptibus prævia ſanatione quatenùs opus ſit, pro tempore præterito à die tranſitus emphyteuſis in Eccleſiam, unà cum opportuna abſolutione à cenſuris forſitan incurſis, vel beneplacitum

neplacitum non eſt neceſſarium, & hoc caſu procul dubio ſolvendum venit quindennium per Eccleſiam, ſi retinere intendat emphyteuſim, proindeque reſolvimus in præſenti, quòd manus mortua Eccleſiaſtica translataria, & poſſeditrix fundi emphyteutici nullo indiget beneplacito Apoſtolico pro ſe obligando ad quindennium, etenim cùm in translatione emphyteuſis in Eccleſiaſticum corpus agatur de jure quærendo, non autem de jure quæſito, immò de cauſa lu-
1 crativa, qualis eſt ipſa translatio, non ſunt neceſſariæ ſolemnitates, quæ requiruntur ſolummodò in bonis jam incorporatis Eccleſiæ, non de incorporandis, qualia conſiderantur bona emphyteutica translata de tempore factæ obligationis ad ſolvendum quindennium, *Riccius dec. Cur. Archiep. Neapol. 134. num. 13. parte 1. Rota in recentior. dec. 209. num. 5. parte 14.* & in ſpecie quindennii *Panimolla dec. 4. n. 8. cum ſeqq. tom. 1. repetit. poſt Tract. int. dec. exter. in ordine la V. Rota dec. 198. n. 12. cum ſeqq. parte 19. recentior. repetit. poſt Tract. inter dec. S. Rotæ Romanæ in ordine la VI. in Romana Quindenniorum, & in Neapolitana quindennii ſuper bono jure 13. Januarii 1702. §. Nec quidquam turbat, & ſuper manutentione eadem die §. Nullatenùs coram Muto, registrata poſt Tract. in ordine la XIX. n. 26. & XX. n. 9. inter eaſdem deciſ. S. Rot. Rom. ac in Romana quindenniorum 16. Decembris 1707. coram R. P. D.*
2 *Lancetta olim in Romana Curia Primario Advocato, §. Juſtitia verò, regiſtrata poſt Tract. in ordine la XXII. num. 5.* Eccleſia enim acceptare debet emphyteuſim cum ſuo onere, quod conſiſtit in ſolvendo quindennio, ex facto, & qualitate poſſeſſoris, non autem poreſt partem contractus emphyteutici, prout ſibi magis expedit, approbare, & partem improbare, quando quilibet contractus de ſui natura quoad approba-
3 tionem eſt individuus, inſeparabilis, ſeu inſcindibilis, ſicque totus acceptari cum ſuis qualitatibus, & oneribus, quoad obligationem ſolutionis quindennii, vel totus repudiari debet, *Cap. officii 14. de teſtam. l. nam abſurdum 7. ff. de bon. libert. l. cùm quæritur 16. ff. de adminiſtrat. tut. l. quòd ſi uno pretio 13. ff. de in diem addict. l. Siquis aliam 46. ff. de ſolution. l. ſi legatario 22. ff. de fideicommiſ. libert. l. qui tutelam 28. ff. de teſtam. tutel. l. neminem 4. l. ſed duobus 5. l. cùm ab uno 53. ff. de legat. 1. l. ſi compenſandi 6. C. de hæred. inſtit. Barboſa axiom. 57. num. 5. Salgad. labyr. credit. parte 1. cap. 34. num. 14. & part. 2. cap. 6. n. 16. Turricell. de reb. Eccleſ. non alien. cap. 22. num. 8.* immò obligatio ad quindennium tanquàm pars contractus, adeò dicitur correſpectiva ipſi contractui, eique ineſſe, ut unum ſine alio eſſe non poſſit,
4 quaſi quòd obligatio hujuſmodi potiùs ad cautelam, quàm ad neceſſitatem inita ſit, *l. fundi partem 79. ff. de contrah. empt. Rota coram Card. Seraphino dec. 540. num. 4. cum ſeqq. tom. 1.* cùm ſicuti Dominus directus, ſi bona non tranſiiſſent ad manus mortuas, potuiſſet liberè laudemium exigere, ità liberè poſſit exigere quindennium poſt dictum tranſitum, ne aliàs fiat deterior conditio Domini directi ex mutatione perſonæ,
5 nempè ipſius manus mortuæ, ſi obligatio ad quindennium corrueret ſub ſolo prætextu defectus beneplaciti Apoſtolici, *Rota in Neapolitana quindennii ſuper manutentione 13. Januarii 1702. §. Undè ſicut, cor. Muto, regiſtrata poſt Tract. inter deciſ. S. Rot. Rom. in ordine la XX. n. 4. cum ſeq.*

Præterquamquòd cùm obligatio ad ſolvendum quindennium non ſit voluntaria, ſed neceſſaria tanquàm proveniens ex generali conſuetu- 6
dine, non ſubjacet ullis ſolemnitatibus, nec exigit aſſenſum Apoſtolicum, veluti advertit *Rota in Romana quindenniorum 16. Decembris 1707. cor. R. P. D. Lancetta §. Juſtitia verò, regiſtrata poſt Tract. inter dec. S. Rot. Rom. in ordine la XXII. n. 5.*

Adeò ut etiamſi prætendatur ab Eccleſia, evitari ſolutionem quindenni ſub alio prætextu non interventæ ratificationis ipſius Eccleſiæ in actu memoratæ obligationis pro ſolvendo quindennio factæ à Prælato tantùm, ſeu Adminiſtratore Eccleſiæ, adhùc quoque exceptione in nihilum relevante tenebitur ad quindennium ex ſolo facto Prælati, ſeu Adminiſtratoris, qui geſſit actum omninò neceſſarium, ac connexum acquiſitioni emphyteuſis, qualis eſt ipſa obligatio
ad quindennium, dum Eccleſia nullo alio modo 7
emphyteuſim acquirere, ac retinere poſſit, niſi mediante ſolutione quindennii, ut latè ſuo loco ſuprà in *Cap. I. & II.* diſſeruimus, quandoquidem ſi Prælatus non ſe obligaret ad quindennium, ipſa Eccleſia, ſi vellet poſteà emphyteu-
ſim retinere, ad illud de jure, ſive de generali 8
conſuetudine obligata remanebat, ſolutio enim quindennii etiam abſque ſpeciali Procuræ mandato conſtituit in quaſi poſſeſſione exigendi, *Rota in Rom. quindenniorum 16. Decembris 1707. coram R. P. D. Lancetta verſiculo non attento, regiſtrata poſt Tract. int. deciſ. S. Rot. Rom. in ordine la XXII. n. 6. in fin.* Fortiùs ſi appareat, quòd tractu temporis poſteà à legitimo Procuratore
Eccleſiæ fuerint ſoluti Canones, aliique geſti 9
actus tenentes in comprobationem præhabitæ obligationis ſolutionis quindennii, veluti firmat in puncto, *Rota in Romana quindenniorum deciſion. 197. n. 15. par. 19. recentior. repet. poſt Tract. int. dec. S. Rot. Rom. in ordine la VI. & in Neapolitana quindennii ſuper bono Jure 13. Januarii 1702. §. Quinimmò, & ſuper manutentione eadem die §. Mullatenùs coram Muto, regiſtrata in ordine la XIX. num. 9.*

Nec turbat *Niger de laudem. quæſt. 12. art. 3.*
num. 145. in fine cum num. ſeq. tom. 1. putans, Ec- 10
cleſiam non poſſe obligari ad ſolutionem quindennii, niſi cum ſolemnitatibus juxtà *cap. 1. de reb. Eccleſ. non alien. in 6.* ſub prætextu, quòd temporum varietate prætia rerum varientur, proindeque damnoſa videatur Eccleſiæ obliga-
tio hujuſmodi in certa quantitate, quia *Nigri* 11
opinio ad ſummum procederet, ſi evidentiſſimè
de damno Eccleſiæ doceretur, & relatus *text. in* 12
dic. cap. 1. procedit in alienatione rei Eccleſiæ ex integro facta, non autem in alienatione rei alienari ſolitæ juxtà diſpoſitionem famigeratæ *Extravag. ambitioſæ 2. de reb. Eccleſ. non alien.* unde
ſi in rebus alienari ſolitis nullæ requiruntur ſo- 13
lemnitates, *Turricell. de reb. Eccleſ. non alienand. cap. 5. §. 2. nu. 14. cum plurib. ſeqq.* longè minùs
requiruntur in obligatione ſolvendi quinden- 14
nium, quod venit ex natura contractus, ut egregiè reſpondet *Panimolla deciſ. 4. num 8. verſiculo non eſt tamen recedendum, cum pluribus numer. ſeqq. tom. 1. repetit. poſt Tract. inter deciſion. exter. in ordine la V.*

ARGUMENTUM.

Non ſolùm ex emphyteuſi, ſed etiam ex precaria debentur quindennia.

SUMMARIUM.

1 *Precarium eſt ad inſtar commodati, quando aliquid utendum conceditur gratia petentis ad beneplacitum concedentis duraturum.*
2 *Precaria dicitur, quando bona Eccleſiaſtica conceduntur cum annua penſione, eaque renovanda venit de quinquennio in quinquennium, vel de novennio in novennium, vel in perpetuum.*
3 *Non tamen ad libitum revocanda, niſi ex legitima cauſa.*
4 *Precariæ contractus eſt antiquiſſimus.*
5 *Erroneum eſt putare, precariam quinquennio tantùm durare.*
6 *Precariæ contractus de Jure civili non eſt cognitus.*
7 *Aliquod precarii veſtigium extare videtur, vel ſaltem locationis de quinquennio in quinquennium.*
8 *Quoad ſubſtantiam contractus precariæ etiam de Jure civili fuit cognitus.*
9 *Reprobatur* Gonzalez in cap.1. num.4. in med. verſ. at precariæ, de precar.
10 *Eccleſia precariò concedere valet bona Layco, Clerico, Monacho. & alteri Eccleſiæ.*
11 *Non ſolùm ex emphyteuſi, ſed etiam ex precaria debentur quindennia.*
12 *Precaria renovari ſolet de quinquennio in quinquennium, vel de novennio in novennium, vel in aliud majus tempus.*
13 *Precaria, & emphyteuſis quoad ſubſtantiam non differunt.*
14 *Emphyteuſis perpetua Eccleſiaſtica renovanda eſt de viginti novem in viginti novem annos.*
15 *Talis renovatio inſervit pro conſervatione memoriæ directi dominii.*
16 *In hujuſmodi renovatione non requiruntur ſolemnitates, quæ requiruntur in alienatione rerum Eccleſiæ.*
17 *Renovationem non petens intrà quinquennium, incidit in commiſſum.*
18 *Nemo gravandus eſt duplici onere, ideò precario recipiens gravari non debet pro renovatione quolibet quinto anno, & quolibet decimo quinto.*
19 *Præponderare debet, quòd nec ex precaria ſolvitur annuus canon ex præciſa neceſſitate, prout ſolvitur ex Emphyteuſi, ſed quandoque aliqua penſio, & quandoque nulla.*
20 *Non ſemper renovanda eſt precaria, dum per conventionem fieri poteſt, quòd abſque alia renovatione concedatur in perpetuum.*
21 *Precaria eſſe non poteſt perpetua juxta prohibitionem in Synodo Ravennaten, & in Concilio Turonen.*
22 *Precaria de quinquennio in quinquennium renovanda eſt ad evitandam omnem exoſam perpetuitatem.*

CAPITULUM XIX.

Vidimus in ſuperioribus *Cap.* quòd ex emphyteuſi per manum mortuam retenta debeantur quindennia loco laudemiorum, modò in præſenti *Cap.* ſupereſt videndum, quòd etiam ex precariæ contractu cum manu mortua inito debeantur quindennia; Pro dicendorum autem notitia præmittendum, quid ſit contractus precariæ, & in quo differat à precario, dicimus igitur precarium eſſe ad inſtar commodati, quando aliquid utendum conceditur gratia pe- 1
tentis ad beneplacitum tamen concedentis duraturum, *cap. fin. de precario, l.1. l. ait Prætor 2. verſiculo eſt enim, l. quæſitum 8. §. Quod à Titio 1. l. cum precario 12. ff. eod. l. ſi ſervus 22. §.1. ff. de noxal. action. Paul. ſentent. lib.5. tit.6. Rebuff. in l. latæ culpæ 223. circà fin. verſiculo precarium autem cum verſiculis ſeqq. Covarruvias var. reſol. lib.3. cap.15. per tot. Gibalin. de uſur. lib.1. cap.5. antic.1. per tot. Leotard. eod. tract. quæ l.52. n.23. cum ſeqq. Amic. de Jure emphyt. in præfat. nu.12.* precariam verò in genere fœminino ad differen- 2
tiam precarii in genere neutro toto cœlo diverſam dicimus, quamtumvis nomine ſimilem, quando bona Eccleſiaſtica conceduntur ſub annua penſione, eaque renovanda venit de quinquennio in quinquennium, vel de novennio in novennium, vel ad majus tempus, vel in per- 3
petuum, vel ad longiſſimum tempus, *Fulgin. eod. tr. in prælud. qu.11. num.1. cum ſeqq.* non tamen ad libitum revocanda, niſi ex legitima cauſa, ob tardiùs nempè ſolutam penſionem, vel ob ſimilem, *cap. præcariæ 10. qu.2. cap.1. & 2. de precar. Amic de Jure emphyt in præfat. num.13. Gibalin. de uſur. qu.52. num.23. in med.* Præcariæ inſuper contractus eſt antiquiſſimus uſque de 4
anno 506. juxta Concilium Agathenſe, & 517. juxta Cancilium Epaonenſe *Dartis in Decret. ad cauſ. 10. qu.2. col.2. litera E. in principio fol. mih.203.* erroneum autem eſt putare, precariam 5
quinquennio tantùm durare, veluti benè advertit *Valaſc. de Jure emphyt. qu.34. num.10. in principio*, aliàs ſuperfluus eſſet præſens articulus, præterea Precariæ contractus de Jure civili in 6
genere fœminino non eſt cognitus, prout cognitus eſt precarii contractus in genere neutro, *Amic. de Jure emphyt. in præfat. num.13. in principio, & 28. in med. Valaſc. eod. tract. qu. 34. num.13. Fulgin. eod. tract. in prælud. qu.11. nu.3. Gonzalez in cap.1. num.4. in princip. de precar. ad quem titul. Barboſa num.7.* licet aliquod precarii veſtigium extare videatur, vel ſaltem locationis de quinquennio in quinquennium, *Valenſ. Paratitl. Jur. Canon. lib.3. tit.14. de precariis n.10.* 7
in fine verſiculo denique licet, in Novella nempè 120. de alienat. & emphyteuſi §. Si verò aliquis, l. ſi quis 9. §.1. l. item 13. §. fin. l. ſi in ea lege 24. §.1. ff. locat. l. ſi quis 4. §. fin. ff. de rebus credit. l. ſi quis 49. ff. de action. empt. l. ſi filio 6. §. fin. ff. ſolut. matrim. l. qui quatuor 30. §.1. ff. de legat.3. l. ei, cui 28. ff. de liberat. legat. l. ſi ſervus 18. §. fin. ff. de ſtipul. ſerv. l. ſi à colono 89. ff. de verb. oblig. l. inficiando 87. § fin. ff. de furt. l. curatores 3. §.1. ff. de adminiſtr. rer. ad Civit. pertin. l. non intelligitur 3. §. Cùm quinquennium 6. ff de Jure fiſci. undè putarem quoad ſubſtantiam contractum precariæ etiam de Jure civili fuiſſe cogni- 8
tum ex *l. jubemus 14. la 2. §. Sanè 1. C. de Sacroſanct. Eccleſ.*

Cavendum quoque puto à *Gonzalez* putante 9
in *cap.1. num.4. in med. verſiculo at precariæ, de precariis*, precariam ſolummodò quinquennalem

ſem eſſe, cùm ex ſuprà congeſtis auctoritatibus contrarium appareat, non enim neceſſitas renovationis quinquennalis tollit, quòd precaria eſſe poſſit perpetua, niſi à partibus ad certum tempus limitetur.

Quibus præhabitis, cùm Eccleſia precariò
10 concedere valeat bona non ſolùm layco, ſed Clerico, vel Monacho, vel alteri Eccleſiæ, & ſic manui mortuæ, *cap. ſi Epiſcopus 12.16. qu.2. Gonzalez in cap.1. num.6. in principio de precariis*, ideò in præſenti monemus, quòd non ſo-
11 lùm ex emphyteuſi, ſed etiam ex precaria debentur quindennia, prout ex ipſa emphyteuſi, cui precaria ſimilis eſt, per manum mortuam retenta illa debentur, *Fulgin. de jur. emphyt. in prælud. qu.11. num 6. Valaſc. eod. tract. qu.34. num.16.* militat nanque eadem ratio debendi quindennia in precaria, dum idem præjudicium Domino directo in laudemii amiſſione infertur ex eo, quòd fundo precariò per manum mortuam, ſivè Eccleſiam acquiſito raro, vel difficilè evenire poteſt alienatio.

In nihilum refragante, quòd precaria in pluribus ab emphyteuſi differat maximè in eo, quòd
12 renovari ſolet de quinquennio in quinquennium, vel de novennio in novennium, vel in aliud majus tempus, quod in emphyteuſi non accidit, *Fulgin. de jur. emph. in prælud. qu.11. num.7. cum*
13 *ſeqq.* quippè differentia hujuſmodi non verſatur circà ſubſtantialia, ſicuti differentia in reliquis nec eſt quoad ſubſtantiam, *Valaſc. de jur. emph. qu.34. num.14. in principio*, immò etiam in emphyteuſi perpetua, ſignanter Eccleſiaſtica cade-
14 re poteſt renovatio de viginti novem in viginti novem annos, nè temporis longitudine pereat memoria contractus, directique dominii, cùm alias Eccleſia precariò habens bona alterius Eccleſiæ poſſet illa tractu temporis uti propria prætendere. *Corrad. in prax. diſpenſ. Apoſtol. lib.9. cap 4. n.59. cum ſeqq. Rota in recentior. deciſ.438. num.3. parte 1.*

Minoris quoque relevantiæ eſt aſſerere, contractum hujuſmodi precariæ non eſſe perpetuum, ſicque non eſſe locum quindennio ex eo, quòd vigore faciendæ renovationis de quinquennio in quinquennium, vel de novennio in novennium, vel de ſimili in ſimile tempus, quaſi quòd quolibet tempore ſit novus contractus, quia vere hic contractus de ſui natura eſt perpetuus, ac uti talis obnoxius quindenniis, illius autem renovatio non fit, quaſi per ſingula luſtra renaſcatur novus contractus, eſſet enim tunc opus nova conceſ-
15 ſione, nec ſufficeret ſola renovatio, quæ ad majorem cautelam inſervit pro conſervatione memoriæ directi dominii, *Valaſc. de jure emphyteutico quæſtione 34. num.10.* Hinc eſt, quòd in
16 hujuſmodi renovatione non requiruntur ſolemnitates, quæ requiruntur in alienatione rerum Eccleſiæ, quippè renovatio novus contractus non eſt, *Gonzalez in cap.1. num.7. in principio, de precariis.*

Eodem fermè pacto irrelevantiſſimum eſt objectum, quòd quantumvis ob retentionem bonorum precariò conceſſorum penès Eccleſiam reſultet damnum amiſſionis laudemiorum, prout reſultat ob retentionem bonorum in emphyteuſim conceſſorum, attamen iſtud ſatis, immò abundanter compenſatum remanet per renovationem in precariæ contractu fieri conſuetam de quinquennio in quinquennium, ob quam renovationem quolibet quinquennio ſolvitur Eccleſiæ precariò concedenti emolumentum quoddam nuncupatum Caſellum, ſeu laudemium, adeò ut intrà quinquennium renovationem non petens, incidit in commiſſum, argum. *text. in l.* 17
Domini prædiorum 5.C. de agricol. & cenſit. lib.11. Jacobin. in Auth. qui rem n.132. in fine, C. de Sacroſanc. Eccleſ. Valaſc. de jure emphyt. qu.34.n.10. in fine, & 11. in principio, Ciron. in jus Canon. Paratitl. in V. lib. Decretal. tit.14. de precariis in principio verſiculo aliquandò cenſus, quaſi, quòd durum videatur duplici onere gravari precariò recipientem, ut nempè quolibet quinto pro re- 18
novatione, & quolibet decimo quinto anno pro quindennio, *Marta de juriſdict. part.4. centur.2. caſu 173. num.11.* quoniam quantumvis ſingulis quinque annis occaſione renovationis tunc faciendæ quid ſolvatur, proindeque conſultum remaneat indemnitati concedentis, hoc non tollit, quòd ſingulis quindecim annis etiam ſolvatur quindennium, cùm præponderare debeat, quòd 19
nec ex precaria ſolvitur annuus canon ex præciſa neceſſitate, prout ſolvitur ex emphyteuſi, ſed quandoque aliqua penſio, & quandoque nulla, ut notat *Gonzalez in cap.1. num.4. poſt medium verſiculò precaria verò de precariis*, undè non mirum, ſi ſolvendum ſit quindennium; omiſſo, quòd nec ſemper renovanda eſt precaria, dum 20
per conventionem fieri poteſt, quòd abſque alia renovatione concedatur in perpetuum, *Dartis in Decret. Gratian. ad cauſ.10. quæſtione 2. litera D. col.2. folio mihi 203.*

Nec minoris ponderis eſt circumſtantia, quòd cùm immò precaria eſſe non poſſit perpetua juxta prohibitionem in Ravennaten. Synodo de an- 21
no 904. à Joanne IX. factam, & à Gregorio VII. tandemque ab Urbano II. de anno 1096. in Concilio Turonen, indeque de quinquennio in 22
quinquennium renovanda ad evitandam omnem exoſam perpetuitatem, *Gonzalez in cap.1. nu.10. in principio de precariis*, ceſſat cauſa ſolvendi quindennium, ex eo, quòd non ceſſat ſpes devolutionis ad concedentem, quia potiùs in alio ſenſu perpetuatur, dum de ſui natura de quinquennio in quinquennium renovatur,

ARGUMENTUM.

Ex emphyteuſi hæreditaria conceſſa pro quibuſcumque, quibus dederit, & quomodocumque tranſitoria ad extraneos, ac per conſequens ad manus mortuas, adhùc debetur quindennium.

SUMMARIUM.

1 *Pluribus in locis viget conſuetudo, quòd emphyteuſis tranſitoria ſit ad extraneos.*
2 *In Portugalliæ Regno eadem viget conſuetudo.*
3. *Prout in ditione Mantuana.*
4 *Emphyteuſis dicitur tranſitoria ad extraneos vigore clauſulæ* in perpetuum, ad habendum, quibus dederit, quibuſcumque, *& ſimilis.*
5 *Limitatur in emphyteuſi Eccleſiaſtica.*
6 *Ex emphyteuſi hæreditaria conceſſa pro quibuſcumque, quibus dederit, & quomodocumque tranſitoria*

ſitoria ad extraneos,adhùc debetur quindennium.

7 *Mentio* Advocati Ronconii.

8 *Manus mortua non eſt capax retentionis emphyteuſis, niſi prævio quindennio.*

9 *Iterùm mentio* Advocati Ronconii.

10 *Conſuetudo ſuper emphyteuſi tranſitoria ad extraneos non procedit favore incapacium, quales ſunt manus mortuæ.*

11 *Non ex eo, quòd emphyteuſis ſit tranſitoria ad extraneos, ſequitur, illam eſſe quoque tranſitoriam ad manum mortuam.*

12 *Poteſt dari, quòd in hujuſmodi inveſtitura adſit pactum, quòd non tranſeat emphyteuſis in manum mortuam.*

13 *Manus mortua capax eſt emphyteuſis tranſitoriæ ad extraneos.*

14 *Tali caſu concedens prævidere poteſt, quòd per talem conceſſionem veniebat etiam manus mortua.*

15 *Manus mortua eſt capax retinendi emphyteuſim tranſitoriam ad extraneos, ſolutione tamen quindenniorum.*

16 *Manus mortua raró alienat.*

17 *Manus mortua eſt capax emphyteuſis ad effectum illam vendendi capaci.*

CAPITULUM XX.

PRo intelligentia præſentis articuli præmittendum, pluribus in locis vigere conſuetu-
1 dinem, quòd emphyteuſis tranſitoria ſit ad extraneos, prout illa viget in noſtro Portugalliæ
2 Regno ex *Pereyra dec.Luſitan.26.num.*4. *in fine verſic.prout in hoc Regno, Gama dec. Luſitan.*50.
3 *n.6.* in Mantuana ditione *Gobius de permiſſa feudi, & emphyteuſis alienatione in prælud. num.*35. *qu.*1. *n.*5.8.*& ſeqq.qu.*2.*n.*1.*cum ſeqq.n.*41.*&* 73. *qu.*5. *num.*57. *cum ſeqq. & qu.6. n.*51. *cum ſeqq. Rodulphin.alleg.*48. *num.*1. *& per tot. Manent. conſ.*106.*per tot.& de jure contract.livellar.pact.*7. *num.*5. *& pact.*14. *num.*7. *& dec.*2.*per tot.Palm. Nep. alleg.*101. *n.*30. *cum ſeqq. parte* 2. præmit-
4 tendum quoque,dici emphyteuſim tranſitoriam ad extraneos vigore clauſulæ *in perpetuum, ad habendum, quibus dederit; quibuſcumque*, & ſimilis, *Niger de laudem. tom.*1. *quæſt.*12. *artic.*3. *num.*97. *Gratian.diſcept.*481.*num.*54.*cum ſeqq.& diſcept.*533.*num.*33. Si tamen emphyteuſis fuerit
5 Eccleſiaſtica, non erit tranſitoria ad extraneos ex ſola Clauſula *in perpetuum, Rota in recentior. dec.*26. *num.*1. *cum ſeqq. parte* 17.

Quibus præhabitis firmatur in præſenti, quòd
6 ex emphyteuſi hæreditaria conceſſa pro quibuſcumque, quibus dederit, & quomodocumque tranſitoria ad extraneos, adhùc debetur quindennium, *Card.de Luca de emphyteuſi diſc.*49.*n.*4.
7 *Hercules Ronconius* in Urbe præterito ſæculo magni nominis Advocatus, *penès Capon.contr. for. contr.*30. *num.*33. *in principio. verſiculo nec ad rem facit, repetit.poſt Tract. inter Doctores litera E. & X. Hodiern. contr.*1. *n.*2. *cum ſeq. & ad Surd. dec.*93. *num.*18. *in med. &* 38. *Coſta de rata qu.*112. *n.*21. *Paitell.cauſ. civil. annot.*10. *n.*81. *Tranchedin.conſult.forenſ.tom.*2.*conſult.*103.*n.*33. etenim manus mortua evadit quidem capax emphyteuſis tranſitoriæ ad extraneos quoad illius acquiſitionem, & ſic quoad illam poſteà intrà annum vendendam, & ponendam in caput pri-
8 vati ad effectum conſequendi æſtimationem, non quoad illius retentionem, niſi mediante quindennio, ut advertit eximius olim in Urbe Advocatus *Hercul.Ronconius poſt.cont.Capon.*30. 9
*num.*33. *repetit.poſt Tract. inter Doctores litera X.* ita ut imperfecta hujuſmodi capacitas obeſſe non debet Domino directo, nec conſuetudo ſuper emphyteuſi tranſitoria ad extraneos proce- 10
dit favore incapacium, quales ſunt manus mortuæ, veluti benè notat, *Gobius de permiſs.feud. & emphyteuſ.alien. qu.*1. *num.*24. *& qu.*6. *n.*92. *cum ſeqq.* Nec ex eo, quòd emphyteuſis ſit tran- 11
ſitoria ad extraneos, benè ſequitur, illam eſſe quoque tranſitoriam ad manum mortuam, cùm dari poſſit caſus, quòd in hujuſmodi inveſtitu- 12
ra adſit pactum, quòd non tranſeat emphyteuſis in manum mortuam, *Rota coram Gregor.XV. dec.*529.*num.*10.

Firmata autem reſolutio, ex inferius deducendis videtur aliquantulùm vacillare.

I. Quia eo ipſo, quòd emphyteuſis eſt tranſitoria ad extraneos, videtur manus mortua il- 13
lius capax eſſe, immo verè capax eſt, *Monach. de feud.interpret. cap.*38. *num.*93.*in fine verſiculo undè poſſit, Cenſal. poſt dec. Lucen. conſ.*1. *fol. mihi* 422. *Adden.ad Ludoviſ. dec.*529.*num.*14. *in medio limit.*1. *Rota coram Buratto dec.*394.*num.*5.

II. Quia cùm emphyteuſis fuerit conceſſa etiam pro extraneis, poterat concedens ſcire, & prævidere, quòd per talem conceſſionem ve- 14
niebat etiam manus mortua, undè ſibi imputet, quòd non reſervaverit hanc translationem, illamque in manum mortuam non prohibuerit, prout ſi voluiſſet, facere potuiſſet, *Gratian. diſceptat.*481. *num.66.*

Nihilominùs in nihilum turbant recitata objecta.

Non I. quia manus mortua eſt quidem capax emphyteuſis tranſitoriæ ad extraneos quoad unum tantùm effectum,illam nimirùm retinendi 15
penès ſe, non tamen abſque ſucceſſiva quindenniorum ſolutione, *Gratian. dic.diſcept.*481. *n.66. cum ſeq.* omiſſo, quòd diverſa militat ratio in manu mortua, & in extraneo, in extraneum enim tranſeunte emphyteuſi non amittitur ſpes devolutionis, nec illa laudemiorum, cùm extraneus alienare poſsit tractu temporis emphyteuſim, vel illa devolvi ad Dominum directum ex culpa, ſeu morte ultimi emphyteutæ, vel alio modo, ſed è contrà in manum mortuam ſemel translata emphyteuſi, penitùs reſultat deſperatio laudemiorum, ac devolutionis, cùm non 16
poſsit, nec ſoleat, niſi raró alienare, nec moriatur, veluti in puncto ponderant *Fulgin.de Jure emphyteut.tit. de alienat.qu.*1. *num.*333.*in princ. limitat. ultim. Hodierna ad Surd. dec.*93.*num.*18. *in principio.*

Non obſtat II. quia non omnes ſciunt, quòd emphyteuſis tranſitoria ad extraneos, tranſire etiam poſsit ad manum mortuam, vel ſi ſciunt, 17
intelligunt, illam tranſire quoad effectum tantùm illam vendendi capaci, ut ponderavi in reſponſione ad I. objectum, vel in omni caſu putant, & quidem benè, manum mortuam evadere capacem etiam quoad retinendum hujuſmodi emphyteuſim oblato tamen quindennio.

ARGU-

ARGUMENTUM.

Ex meliorationibus in re emphyteutica per manum mortuam factis non debetur quindennium, proindeque illud venit calculandum detractis meliorationibus.

SUMMARIUM.

1 *Ex ipſa natura contractus emphyteutici tenetur Emphyteuta meliorare.*
2 *Quindennium venit calculandum detractis meliorationibus.*
3 *Intelligendo tamen de melioramentis extrinſecis ſeparabilibus.*
4 *Aqua ſurgens in fundo ab emphyteuta exquiſita, eſt melioramentum intrinſecum.*
5 *Melioratio donari, legari, & alienari poteſt ab emphyteuta.*
6 *Quindennium debetur, quia fingitur, ſequi alienationem emphyteuſis ſingulis quindecim annis.*
7 *Nè detur duplex fictio, non debetur quindennium.*
8 *Melioramenta ſunt diverſa à jure emphyteutico.*
9 *Melioranſ facit fructus melioramentorum ſuos.*
10 *Ex natura contractus emphyteuta tenetur meliorare.*
11 *Modicæ meliorationes acquiruntur Domino directo, nec repetuntur finita emphyteuſi ex propria culpa emphyteutæ.*
12 *Contrarium ſentiens reprobatur* Fulgin. de jure emphyt. tit. de melioram quæſt.9. num.1.
13 *Emphyteuta non tenetur facere meliorationes concernentes magnam impenſam.*
14 *Melioratio uti acceſſoria emphyteuſi, ſubjacere debet quindennio.*
15 *Melioramenta tamquàm diverſa à jure emphyteutico, non ſunt acceſſoria.*
16 *Dominus directus præfertur in venditione melioramentorum per emphyteutam facienda.*
17 *Mentio Eminentiſſimi* Petri Marcellini Corradini.
18 *Vicinus tenetur vendere domum vicino ad ædificandum pro ornatu Urbis.*
19 *Conſanguineus tenetur vendere potiùs conſanguineo, quàm extraneo.*
20 *Tàm vicinus, quàm conſanguineus, & conſors habent dominium fundi, quem vendunt.*
21 *Melioratio tamquàm ſuperficies cedere debet.*
22 *Auctori videtur perdurum, ac iniquum, quòd debeatur quindennium de ſuperficie ab emphyteuta introducta ſummis ſumptibus.*
23 *Meliorationes tanquàm in fundo emphiteutico exiſtentes, non poſſunt dici corpus ſeparatum.*
24 *Tanquàm annexa, & connexa, unum, & idem reputantur cum eo, cui annectuntur.*
25 *Pars eſt in toto, & totum integrale continet ſingulas partes.*
26 *Melioratio uti facta poſt conceſſionem fundi, eſt connexum remotum, ideoque compræhenſibile in ſuo principali.*
27 *Laudemium debetur ex meliorationibus.*
28 *Quindnnnii taxa nunquam variatur, quæ ſemel in principio contractus facta fuit.*

CAPITULUM XXI.

1 CUm ex ipſa natura contractus emphyteutici (prout etiam ſonat ipſa vox emphyteuſis) teneatur emphyteuta meliorare, ab Emponemate græco vocabulo, nempè meliorationem latinè, *Amic. de jure emphyt. in præfat. num.*20. *& antè qu.*1. *ad cap. potuit.*4.*n.*4.*de locat. Valaſc. eod. tract. qu.*39.*num.*13. *Fulgin. eod. tract. in prælud. qu.*2. *num.*11. *cum ſeqq.* Sæpiſsimè continget diſputare, an ex hujuſmodi meliorationibus etiam ſolvenda ſint quindennia, an verò ex ſola re emphyteutica, qui articulus valdè utilis, ac perneceſſarius eſt uti tangens commodum burſale ex eo, quòd ſi in ſolutione quindenniorum computanda ſunt melioramenta, quindennia debentur in longè majori quantitate, habita nempè ratione, & menſura ad ipſa melioramenta, ſi autem computanda non fuerint melioramenta, quindēnia in longè minori ſūma veniunt ſolvenda, habita ſolùm ratione ad ipſum fundum emphyteuticum, quapropter reſolvimus in præſenti, quòd ex meliorationibus in re emphyteutica per manum mortuam factis non debetur quindennium, proindèque illud venit calculan- 2
dum detractis meliorationibus, in puncto *Novar. in ſum. Bullar. parte* 1. *commentar.*145. *n.*29. *declarat.*2. *repetit. poſt Tract. inter Doctores litera* P.

Præſens tamen articulus de non ſolvendis quindenniis ex melioramentis velim, ut intellitur ex melioramentis extrinſecis ſeparabilibus, 3
veluti eſt derivatio aquæ ad fundum emphyteuticum, quidquid ſit de aqua ſurgente in fundo ab emphyteuta exquiſita *l. is, qui in puteum* 11.*ff. quod vi, aut clam*, cùm tunc conſideretur tanquàm pars fundi, ſicque melioramentum intrinſecum, & inſeparabile, *Gobius de aquis qu.*27. 4
*num.*32. *Rota in Romana laudemiorum* 23.*Aprilis* 1703. *&* 27.*Februarii* 1704. *coram Reverendiſſimo P. D. Molines Decano*, æquum namque eſt, ut non ſolvatur quindennium de re propria, qualis eſt melioratio, quæ acquiritur ipſi emphyteutæ, non autem Domino directo, immò ad ejuſdem emphyteutæ hæredes etiam extraneos transmittitur, & legari, donari, vel alienari poteſt, prout poſſunt legari, donari, vel 5
alienari reliqua bona libera, & allodialia ipſius emphyteutæ, *Amic. de jure emphyt. qu.*70. *n.*4. *verſic. ſed dicta melioramenta, Valaſco eod. tract. qu.*25. *n.*3. *& de partition. cap.*26. *n.*23. *Fulgin. de jure emphyt. tit. de melioramènt. qu.*2. *n.*2. *cum ſeqq. Molina de contract. diſput* 463. *n.*3. *tract.*2. *Amat. var. reſol. par.*1. *reſol.*14. *n.*1. *de Angel. de impenſ. & melioram. artic.*4. *n.*10. *&* 26. *artic.*7. *n.*28. *artic.*12. *n.*20. *cum ſeq. artic.*14. *n.*16. *&* 18. *& artic.*21. *n.*30. *cum ſeq.* nè aliàs rei alienæ, ad commodum ejus, qui nou eſt Dominus, imponeretur onus, quod abſurdum vitandum, nè etiam ſequatur aliud abſurdum, quòd plus importent melioramenta, quàm area fundi, ſicque quindennium ſit ſolvendum in maxima quantitate, quando ſolvendum eſſet in minima, habita ratione ad ſolam ſuperficiem.

Omiſſo, quòd in tantum debetur quindennium, in quantum fingitur, ſequi alienatio- 6
nem fundi emphyteutici ſingulis quindecim annis, ut latè in ſuo loco ſuprà diſſeruimus in *Cap. I. & II.* ac alibi paſsim, quæ fictio non poteſt adaptari ad melioramenta, cùm poſsit dari caſus, quòd emphyteuta nunquam alienet melioramenta, ſic fingi nequit, quòd ſingulis quindecim annis alienentur melioramenta, perque conſe-

7 conſequens ceſſante fictione, & nè detur duplex
fictio, non debetur quindennium ex meliora-
tionibus *l. ſi ſervus communis* 5. *ff. de ſtipulat. ſerv.*
l.1. C. de dot. promiſs. Altheſer. de fiction. jur. tract. 1.
cap.6. in princip. 10. Nevizan. Sylv. nuptial. par. 1.
ſub num 216. *Vela diſertat.* 31. *num.* 20.
Præterea ſolutio quindennii cadere nequit ſu-
8 per melioramentis, quæ ſunt diverſa à jure em-
phyteutico uti ex diverſis fontibus provenien-
tia, nempè ex labore, induſtria, & expenſis
emphyteutæ, jus verò emphyteuticum ex In-
veſtitura procedit, *Molina de contract. tract.* 2.
diſputat. 455. *num.* 1. *in principio verſiculo quippè*
cùm jus emphyteuticum, Valaſc. de jure emphyt.
*qu.*25. *n.*3. *verſiculo non tamen abſurdum, Ami-*
*cus eod tract. qu.*70. *nu.*7. Sicuti enim melioráns
facit fructus melioramentorum ſuos, *Eſcobar*
9 *Muñoz de ratiocin. computat.* 13. *num.* 2. *Valaſc.*
*de partition. cap.*26. *num.*23. ità etiam melioráns
lucratur quidquid provenit ex meliorationibus
abſque onere ſolvendi quindennia, prout æqui-
tas, & juſtitia contractus ſuadet, quòd quin-
dennium non ſolvatur etiam de melioramentis,
quæ uti parta labore, ac induſtria emphyteutæ,
propria ipſius emphyteutæ ſunt, nè aliàs Do-
minus directus non ſolùm ſuæ rei, ſed & alienæ
particeps ſit, qui in conceſſione nihil aliud de
ſuo ponit, quam locum gratis ab initio conceſ-
ſum, ideoque quindennium non venit ſolven-
dum de iis, quæ ſuprà faciem loci emphyteutici
ſunt poſita, qualia ſunt melioramenta, ſed de
loco tantùm emphyteutico, qui fuit ad melio-
randum datus.
Neque turbat, quòd, cùm ex natura contra-
10 ctus emphyteuta teneatur meliorare fundum,
hocque verè, ac propriè importet emphyteuſis,
*Caldas de jure emphyt. lib.*2. *qu.*18. *n.*39. *Valaſc.*
*eod. tract. qu.*2. *num.*3. *& qu.*4. *num.*4. *& de par-*
*tition. cap.*26. *num.*22. *Amic. de jur. emphyt. in*
*præfat. num.*20. *& qu.*70. *num.*9. *in princip. ver-*
ſiculo & ratio eſt, ſequitur potiùs, manum
mortuam emphyteutam teneri ad quindennia
etiam ex ipſis melioramentis, quæ facere tene-
tur, quidquid dici, & dubitari poſſet, ſi è con-
tra ex contractu melioramenta facere non tene-
retur, quia obligatio meliorandi ad ſummum
venit intelligenda de meliorationibus modico-
11 rum ſumptuum, & iſtæ dumtaxat acquiruntur
Domino directo, nec repetuntur finita emphy-
teuſi etiam ex propria culpa emphyteutæ, *Amic.*
*de jure emphyt. qu.*71. *num.*5. *&* 8. quidquid ri-
12 gorem ſequutus, contrarium ſenſerit *Fulgin.*
*de jure emphyt. tit. de melioram. qu.*9. *n.*1. quòd
nempè emphyteuta teneatur meliorare etiam
magnis impenſis ex eo, quòd emphyteuta tene-
tur quidem ex lege tacita, vel expreſſa conceſ-
ſionis meliorationes minimas facere ſolitam
13 culturam concernentes, ſed non illas magnam
impenſam requirentes, *Cyriac. contr.*268. *nu.*20.
*cum ſeq. Valaſc. de jure emphyt. qu.*25. *ſub n.*12.
*Caldas eod. tract. lib.*2. *qu.*18. *num.*40. *Amic. eod.*
*tract. qu.*73 *num.*11. *Molina de contract. tract.*2.
*diſput.*456. *num.*1. *cum ſeq. & diſputat.*463. *n.*4.
*Garzias de expenſ. cap.*14. *num.*12.
Minùs torquet, quòd melioratio uti acceſſo-
14 ria ipſi juri emphyteutico, quod principale eſt,
ſubjacere debet quindennio, *Amat. var. reſol.*
parte 1. *reſol.*14. *n.*9. *Amic. de jure emphyt. qu.*70.
*n.*10. *in principio*, quia melioramenta tanquàm
diverſa, ut ſuprà adnotavimus, à jure emphy- 15
teutico, non ſunt acceſſoria, ideòque ſequi non
debent naturam juris emphyteutici circà ſolu-
tionem quindennii.
Minùsque faceſſit, quòd ſi Dominus directus
præfertur in venditione melioramentorum per 16
emphyteutam facienda ad textum expreſſum in
l. fin. C. de jure emphyt. cap. potuit 4. *de locat. Tira-*
quell. de retract. §.1. *gloſ.*18. *n.*5. *Vela diſert.*17.
*num.*56. *Salgad. labyr. credit. par.*3. *cap.*3. *n.*53.
cum ſeq. noſter Pegas, noſtræ Luſitaniæ decus, *re-*
*ſol. forenſ. cap.*9. *n.*88. *Eminentiſſimus Corradinus*
olim meritiſſimus Sanctiſſimi Domini Noſtri 17
Clementis Papæ XI. Auditor, ſan. me. Innocen-
tii Papæ XII. Subdatarius, ac olim in Urbe Pri-
marius Advocatus, *de jure prælation. qu.*13. *n.*8.
cum ſeqq. ſignum evidens eſt, emphyteutam
nullum, aut modicum jus habere in meliora-
mentis, proindeque de illis non poſſe diſponere
tanquàm de propriis, dum potiùs Domino dire-
cto, quàm alteri illa vendere tenetur, quià non
hinc benè convincitur, dominium melioramen-
torum ad Dominum ſpectare, cùm etiam vici-
nus volens vendere domum contiguam, illam
teneatur potiùs vendere vicino, quàm alteri ad
ædificium pro ornatu Urbis vigore retractus 18
prælatitii, ſeu coactivi juxtà notiſſimam Bullam
Gregorii XIII. *la* 22. *Bullar. nov. Roman. tom.*2.
*Eminentiſſimus Corradinus de jur. prælation. qu.*33.
*n.*9. *cum plurib. ſeqq.* eodem modo, quo conſan-
guineus volens vendere, tenetur potiùs conſan-
guineo, quàm extraneo vendere ex *Levitico* 19
*cap.*25. *verſic.*25. *Ruth. cap.*4. *verſic.*4. *cum ſeqq.*
*Jerem. cap.*32. *verſic.*8. *Tiraquell. de retract. per*
tot. tract. idemque de conſorte, & conſocio ha-
bente fundum communem, *Eminentiſſimus Cor-*
*radin. de jure prælation. qu.*34. *num.*1. *cum ſeqq.* 20
& tamen tàm vicinùs, quàm conſanguineus, &
conſors habent dominium fundi, quem vendunt,
ut de per ſe patent.
Nihil inſuper urget, quòd melioratio tanquàm
ſuperficies, ſolo cedere debet ad *text. in l. qui res* 21
ſuas 98. *in fine ff. de ſolution. l. qui domum* 50. *ff.*
ad leg. Aquil. undè quindennium videretur ſol-
vendum quoque de melioratione, quæ eſt ſuper-
ficies ſoli, dum de ipſo ſolo, quod eſt princi-
pale, illud ſolvitur, quia de ſuperficie quidem
reperta tempore conceſſionis, & ſic de re ad Do-
minum directum ſpectante, vel etiam de ſuper-
ficie poſteà ab emphyteuta introducta minimis
refectionibus, modicíſque impenſis tanquàm
pariter ad Dominum directum ſpectante poſſet
ſuſtineri, ut ſuperiùs inſinuavi, quòd deberetur
quindennium, ſed de ſuperficie ab emphyteuta 22
introducta ſummis ſumptibus, & ſic de re ad
illum ſpectante, ſibique propria induſtria, ac
labore acquiſita deberi quindennium, mihi per-
durum, ac iniquum videtur.
Minoris quoque relevantiæ eſt, quòd melio-
rationes tanquàm in fundo emphyteutico exi- 23
ſtentes, non poſſunt dici corpus ſeparatum,
l. Quintus Mutius 40. *ff. de action. empt.* Sed ipſi
ſolo cohærent, ipſiuſque pars ſunt, & tanquàm
annexa, & connexa, unum, & idem reputan- 24
tur cum eo, cui annectuntur, deque illis idem
fit judicium, *Barboſa axiom.*29. *n.*1. *& axiom.*51.
*nu.*1. *cum ſeq.* undè de meliorationibus quoque
debe-

debetur quindennium tanquàm de parte ſoli, prout illud debetur de toto, cùm impoſſibile ſit deberi quindennium de toto, qualis eſt fundus, & non deberi quindennium de parte, qualis eſt melioratio, quando è contra pars eſt in toto,
25 & totum integrale continet ſingulas partes *l. in eo, quod plus* 111. *l. in toto* 114. *ff. de regul. jur. cap. plus* 35. *cap. in toto* 80. *eod. in 6. l. quæ de tota* 76. *ff. de rei vindic. Barboſa axiom.* 220. *num.* 1. quia quando totum eſt diviſibile in partes, tunc pars non continetur in toto, *Barboſa alleg. axiom.* 220. *num.* 2. & ſic non debetur quindennium de melioratione, quæ eſt pars, cùm fundus, qui eſt totum integrale, evadit diviſibile in partes, ſeu meliorationes, quæ dici non poſſunt cohærere ſolo, ſi verè ſunt ipſius emphyteutæ, & ſic ſi verè ſunt ſeparatæ, ac diſtinctæ à ſolo, prout re vera tales ſunt, idemque dico de connexis, & annexis, quòd nempè cùm ſint dividua, non ſit eo caſu idem judicium connexorum, & annexorum, vel quia agitur de connexo remoto, qualis eſt melioratio uti
26 facta poſt conceſſionem fundi, ideòque evadit incompræhenſibile in ſuo principali, *Card. Tuſc. practic. conc. litera C. conc.* 626. *n.* 24. *& conc.* 627. *num.* 9. *tom.* 2.

Minùs denique obſtat, quod ſicuti commu-
27 nis praxis ſervat, quòd laudemium debeatur ex meliorationibus, *Niger de laudem. quæſt.* 24. *artic.* 1. *nu.* 14. *cum ſeqq. & artic.* 2. *n.* 32. *tom.* 1. ità videretur deberi quindennium, quòd ſucceſſit in locum laudemii, & à laudemio benè arguitur ad quindennium, quia non militat eadem ratio, cùm in laudemio Dominus directus ſubjaceat lucro, & damno, augumento, vel decremento in caſu, quo tempore ſolutionis laudemii fundus minoris valeat, in quindennio verò ſemper idem eſt lucrum Domini, & nunquam
28 variatur illius taxa, quæ ſemel in principio contractus facta fuit, veluti firmatur per *Rotam in Romana quindenniorum* 20. *Martii* 1684. §. *Quantitatem coram Albergato Decano*, *regiſtrata poſt Tract. inter deciſ. S. Rot. Rom. in ordine la VIII. n.* 4. *& in eadem cauſa* 6. *Junii* 1687. §. *Sed extranea cum plurib.* §. §. *ſeqq. coram Benincaſa*, *regiſtrata poſt Card. de Luca ad titul. de ſervitut. in ordine la* 18. *& repetit. poſt Tract. in ordine la IX. num.* 4. *cum ſeqq. &* 13. *Maji* 1689. *per tot. coram eodem*, *regiſtr. ad dict. tit. de ſervitut. in ordine la* 19. *& repetit. poſt noſtrum Tract. in ordine la XI. & ſuper dubio affrancationis* 6. *Junii* 1687. *in eadem cauſa* §. *fin. coram eodem*, *regiſtr. poſt eund. Card. de Luca ad tit. de ſervitut. emphyteuſ. locat. & conduct. in ordine la* 32. *tom.* 1. *& repetit. poſt noſtrum Tract. in ordine la X. num.* 13.

ARGUMENTUM.

Quindennium debetur etiam ex emphyteuſi manui mortuæ ad tempus tantùm conceſſa, ſi illa ultrà 15. annos conceſſa legatur.

SUMMARIUM.

1 *Auctor conſcripturus eſt* alium Tractatum de quindenniis *debitis ex unione Beneficiorum manui mortuæ facta.*

2 *Emphyteuſis concedi poteſt manui mortuæ in perpetuum mediante ſolutione quindennii.*

3 *Exiſtente conceſſione emphyteuſis ad ſexdecim annos, manus mortua ſolvet unicum tantùm quindennium.*

4 *Quindennium debetur ex emphyteuſi ad manum mortuam translata.*

5 *Quindennium debetur etiam ex emphyteuſi manui mortuæ ad tempus tantùm conceſſa, ſi illa ultrà quindecim annos conceſſa legatur.*

6 *Singula quindennia ſingulis quindecim annis debentur.*

7 *Privatus, emphyteuſim acquirens, fingitur quolibet quindennio alienare.*

8 *Si manus mortua, inſtante lapſu quindecim annorum impetraret Beneplacitum Apoſtolicum, ut emphyteuſim alienaret, tunc debetur quindennium.*

9 *Reſignatio Beneficii non præjudicat expectanti.*

CAPITULUM XXII.

IN peregrinam incidimus tractationem, quæ prima facie paradoxum continere videtur, ſimiliſque eſt alteri circà unionem Beneficiorum manui mortuæ ad tempus tantùm conceſſam, ex 1
quibus debetur quindennium, ut ſuo loco, Deo dante, agemus. Præmittendum autem eſt, quòd ſicuti emphyteuſis in perpetuum concedi 2
poteſt manui mortuæ mediante ſolutione quindennii, ut ſuo loco ſuprà *Cap. I. & II.* ſatis docuimus, ità multò magis illa ad certum tempus concedi poterit, ſuſcitata tamen præſenti difficultate, an hoc caſu debeatur, nec nè quindennium, prout illud debetur ex perpetua conceſſione, quia verò affirmativam tenemus, com- 3
putatio quindenniorum facienda eſt hoc modo, ſi videlicet conceſſio eſt ad ſexdecim annos, manus mortua ſolvet unicum tantùm quindennium, ſi eſt ad triginta annos, ſolvet duo quindennia, ſi eſt ad quadraginta quinque annos, ſolvet tria quindennia, & ſic de ſingulis.

Cùm igitur ſuprà in *Cap. I. & II.* ſatis demonſtratum ſit, quindennium deberi ex emphyteu- 4
ſi ad manum mortuam translata ob ibidem ſuppoſitam ejus perpetuam translationem, modò toto Cœlo contraria exhibetur determinatio, in qua firmamus, quindennium deberi etiam 5
ex emphyteuſi manui mortuæ ad tempus tantùm conceſſa, ſi illa ultrà quindecim annos conceſſa legatur, veluti in puncto *Novar. in ſum. Bullar. par.* 1. *commentar.* 145. *ampliat.* 7. *num.* 27. *repetit. poſt Tract. inter Doctores litera P.* & etiam in puncto tacitè firmat *Rota coram Priolo deciſion.* 423. *num.* 15. *in principio*, *repetit. poſt Tract. inter deciſ. additas, ſeu prætermiſſas S. Rot. Roman. in ordine la II.* meritòque hæc videtur tenenda ſententia, etenim cùm manus mortua ex ſuprà deductis in *Cap. I. & II.* ſingulis quindecim annis quindennium ſolvere teneatur de emphyteuſi, benè ſequitur, quindennium etiam deberi ex conceſſione temporali, & ſic de emphyteuſi per manum mortuam ultrà quindecim annos retenta ob præjudicium, quod ſaltem pro illo tempore, quo durat emphyteuſis penès manum mortuam, ſentire incipit Dominus directus, primo illo laudemio privatus, eadem ſanè militat ratio in conceſſione temporali pro unico quin-

quindennio, vel pro nonnullis quindenniis juxtà conceſſionis durationem, quæ militat in conceſſione perpetua pro pluribus, ac perpetuis
6 quindenniis, dum ſingula quindennia ſingulis quindecim annis debentur, & ſic non ſolùm debentur ob perpetuitatem conceſſionis, ſed etiam ob annorum metam, & computationem de quindecim nempè in quindecim annos.

Neque obſtat, quòd ex conceſſione temporali non reſultet deſperatio totalis laudemiorum, quæ eſt cauſa productiva effectus ſolutionis quindenniorum, quæve ſolummodò conſiderari valet in conceſſione perpetua, lapſis enim primis quindecim annis jam deeſt ſpes laudemiorum ob adhùc recentam emphyteuſim per manum mortuam, quæ nec toto eo temporis curſu, nec unquam alienare ſolet bona, quan-
7 do è contra privatus emphyteuſim acquirens fingitur quolibet quindennio alienare emphyteuſim, & ità laudemiis ditare Dominum directum; Adeòque vera eſt reſolutio, ut, ſi ma-
8 nus mortua, inſtante lapſu quindecim annorum impetraret Beneplacitum Apoſtolicum, ut emphyteuſim alienaret, tunc deberetur quindennium, quia alienatio diceretur facta in fraudem, & non præjudicaret Domino directo, ſicuti in
9 ſimili dicitur de reſignatione Beneficii facta in fraudem literarum expectativarum, quæ non præjudicat expectanti, *Falcon. de expectativ. qu.2. princip. nu.31. Pariſ. de reſignat. benef. lib.2. qu.2. num.24. cum ſeqq. & qu.10. n.1. cum ſeqq. ac per tot. Rota coram Card. Puteo dec.273. in antiquis, & hodiè 276. per tot. lib.1.*

ARGUMENTUM.

Ex bonis ſubrogatis in locum aliorum bonorum emphyteuticorum affrancatorum, ſeu emptorum à vicino vigore Bullæ Gregorianæ ſuper retractu coactivo, debentur quindennia à manu mortua.

SUMMARIUM.

1 *Per Bullam Gregorianam permittitur vicino ad ornatum Urbis ædificare volenti retrahere bona contigua etiam emphyteutica, dummodò alia ſtabilia æquivalentis valoris paratus ſit cum effectu ſubrogare.*
2 *Satis eſt, quòd loco ſtabilium tradantur loca Montium.*
3 *Subrogatum debet eſſe ejuſdem conditionis cum eo, in cujus locum fit ſubrogatio.*
4 *Similiſque indolis eſt in re beneficiaria ſubrogatio in juribus defuncti.*
5 *Idem quoque operabatur res ſubrogata in Sacrificiis Hebræorum.*
6 *Refertur lepidum dictum* Card. Tayæ.
7 *Omnes qualitates ſubrogantis cenſentur repetitæ in ſubrogato.*
8 *Qui vult antecedens, vult & conſequens.*
9 *Manus mortua eſt incapax retinendi emphyteuſim, niſi mediante quindenniorum ſolutione.*
10 *Gregorius XIII. per ſuam Bullam retractus reparare voluit præjudicium tertii.*
11 *Bona ſubrogata in locum bonorum fideicommiſſariorum, reputantur uti fideicommiſſaria.*
12 *Salvianum concedendum ſuper re ſubrogata.*
13 *Pecunia per Judam recepta, quodam modò ſubrogata loco Jeſu Chriſti.*
14 *Bona ſubrogata in locum bonorum immunium, immunia ſunt.*
15 *Jus noſtrum ſine facto noſtro tolli nequit.*
16 *Factum unius non debet alteri nocere.*
17 *Non debet alteri per alteriꝰ iniqua conditio inferri.*
18 *Nemo debet locupletari cum aliena jactura.*
19 *Fictione Juris ſubrogatum ſapit naturam ejus, in cujus locum ſubrogatur.*
20 *Fictio idem operari debet, quod veritas.*

CAPITULUM XXIII.

IN præſenti *Cap.* haud inutile eſt firmare, quòd manus mortua emphyteuta ex Bonis ſubrogatis in locum aliorum Bonorum emphyteuticorum affrancatorum, ſeu emptorum à vicino vigore Bullæ Gregorianæ ſuper retractu coactivo teneatur quindennia ſolvere, ut autem meliùs percipiantur infrà dicenda, operæ prætium duxi, nonnulla neceſſaria ſuperficialiter ſaltem, ac breviſſimè præmittenda, & quidem primò extare nempè pro Romana Urbe, ejuſque diſtrictu vulgatiſſimam, ac ſaluberrimam *Conſtitutionem in ordine la 22. Gregorii XIII. in Bullar. nov. Roman. tom.2.* per quam permittitur vicino ad 1
ornatum Urbis ædificare volenti, retrahere Bona contigua etiam emphyteutica, dummodo alia ſtabilia æquivalentis valoris paratus ſit cum effectu ſubrogare, ad quod reſpexiſſe videtur *Menoch. in ſuo aureo conſ.1147. per tot.* nè aliter Dominus directus læſus in totum remaneat, ut ſignanter depræhenditur ex §. 11. *hodiè 13. memoratæ Conſtitutionis Gregorianæ*, ſecundò inſuper æquipollens ſatis eſſe, ut ſervetur forma Gre- 2
gorianæ, tradendo videlicet Loca Montium loco ſtabilium, ut reſolutum fuit in celebri Voto Cameræ regiſtrato in *ultima deciſione num.48. cum ſeqq. poſt Eminentiſſimum Corradinum* olim integerrimum, ac doctiſſimum Sanctiſſimi Auditorem, inque Urbe diſertiſſimum Advocatum, *de jure prælation.*

Quibus præmiſſis, deſcendendo ad concluſionem, aſſertio eſt veriſſima, quòd, quantunvis manus mortua emphyteuta ex Bonis ſubrogatis in locum aliorum Bonorum emphyteuticorum affrancatorum, ſeu emptorum à Vicino vigore Bullæ Gregorianæ ſuper Retractu coactivo, teneatur quindennia ſolvere, quia Bona cenſentur ſubrogata cum eodem onere quindenniorum, cui per prius obnoxia reperiebantur alia Bona poſteà empta in vim retractus, cum omnibus qualitatibus primordialibus, dum ejuſdem jure naturæ, & conditionis eſſe debet ſubrogatum cum eo, in cujus locum ſubrogatio fit 3
transfuſis omnibus illius obligationibus, *Gratian. diſc.446. num.30. & 56. diſc.557. n.60. diſc.765. num.67. diſc.776. num.37. diſc.791. nu.14. & 16. diſc.800. num.5. & diſc.989. num.23. Giurba in Conſuetud. Meſſanenſ. cap.12. gloſ.2. parte 1. n.9. Moneta de commutat. ultim. volunt. cap.8. n.467. Tiraquell. in l. boves 89. §. Hoc ſermone 1. limit.14. num.2. cum ſeqq. ff. de verb. ſignif. & de retractu tit.1. §.32. gloſſa 1. num.26. Novar. de elect. for. tom.1. ſect.3. qu.14. num.15. cum ſeqq. & qu. forenſ. parte 1. qu.48. num.6. cum ſeq. Prat. diſc. for. tom.4. cap.23. num.46. Gait. de credito cap.4. quæſt.11.*

qu.11. num.1376. 1399. 1479. & 1498. Molpheſ.
in Conſuetudin. Neapol. par.4. qu.63. nu.1. & per
tot. Intrigliol. deciſ 18. num.11. Larrea deciſ. Gra-
nat.20. num.20. cum ſeqq. parte 1. Urſil. in anno-
tat. ad Afflict. deciſ.395. num.8. Rota in recentior.
deciſ.272. num.1. parte 18. tom.1. deciſ.561. n.20.
eadem parte 18. tom.2. ſimiliſque indolis, & effe-
4 ctus eſt ſubrogatio in re beneficiaria favore col-
litigantis per Pontificem indulgeri ſolita, quam
dicunt in Juribus defuncti, de qua latè Argel. de
acquir. poſſeſſ. qu.18. artic. 1. uſque ad artic.5.
incluſivè, & qu.19. artic.1. Roſa de exequut. li-
ter. Apoſtol. part.1. cap.17. & in addit. ad id cap.
Lotter. de re benef. lib.2. qu.20. & lib.3. qu 13.
ac alibi paſſim, Amayden. de ſtylo Datar. lib.1.
cap.24. cum. §.1. & 2. Tondut. qq. Canon. & bene-
ficial. tom.1 cap.28. per tot. & tom.2. parte 2. cap.
4. §.5. per tot. Rota deciſ.23. poſt Zacch. qu. Me-
dicolegal. tom.3. ac in recentior. deciſ.719. par-
te 18. tom. 2. deciſ. 655. parte 19. Idem quo-
que operabatur res ſubrogata in ſacrificiis He-
5 bræorum juxta illud Levitic.27. 33. - & quod
mutatum eſt, & pro quo mutatum eſt, ſacrificabi-
tur Domino, qua occaſione non omittendum le-
pidum, ac modeſtum dictum acutiſſimi Card.
6 Tayæ tunc S. Rotæ Romanæ digniſſimi Audito-
ris, & ſubrogati in locum Caſtrilli, in deciſ.449.
in principio ibi -- cui me ſubrogatum profiteor diſſi-
millimum, & in deciſ.499. pariter in principio
ibi -- cujus ego ſubrogatus, non ità ſapio naturam,
parte 18. recentior. tom.2. ſimilèque ejuſdem
Card. Tayæ dictum de Emerix Juniore poſteà
ejuſdem Rotæ Decano, tunc ſubrogato in locum
alterius Emerix Senioris, ac Avunculi, in deciſ.
259. in principio ibi -- coram R.P.D. meo alio,
ſimilique Emerix ſubrogato, parte 16. Hinc, fit
7 quòd omnes qualitates ſubrogantis vel inſunt,
vel cenſentur repetitæ in ſubrogato, Gratian. diſc.
943. num.27.

Hùc accedit, quòd manus mortua recipiens,
ſeu (ut meliùs loquar) retinere continuans in
emphyteuſim alia bona ſubrogata in locum di-
miſſorum, intelligatur illa recipere, ſivè veriùs
illa retinere cum animo ſolvendi quindennia,
8 qui enim vult antecedens, quod eſt continuare in
emphyteuſi bonorum ſubrogatorum, vult &
conſequens, quod eſt ſolvere quindennia, Barboſa
axiom.30. per tot. & axiom.54. per tot. immò ma-
9 nus mortua ob alibi ſuo loco in Cap.I. & II. per
me ſatis abundè exageratam incapacitatem reti-
nendi emphyteuſim, niſi mediante quindennio-
rum ſolutione, per neceſſariam conſequentiam
non niſi ſolvendo quindennia videtur poſſe reti-
nere in emphyteuſi alia bona ſubrogata, ut patet
ad ſenſum.

Non omiſſo, quòd, cùm Pontifex religioſiſſi-
10 mus intenderit tertii, ſeu Domini directi præju-
dicium reparare, ac compenſare prævia deman-
data aliorum bonorum æquipollentium ſubro-
gatione, æquum eſt, ut in nihilo inferatur præ-
judicium, etiam bona ſubrogata iiſdem quin-
quindenniis eximendo, quod profiteri videtur
idem Pontifex §.13. ibi -- alia re ſtabili priùs con-
ſtituta &c. quæ loco illius liberata ſit quoad omnia
&c. cujuſque juris, & oneris eiſdem modo, &
forma pertineat, quibus illa pertinebat &c. & in
ſimili videmus, quòd bona ſubrogata in locum
11 aliorum bonorum fideicommiſſariorum quo-
modocumque à nexu, ac vinculo fideicommiſſi
liberatorum, reputantur uti fideicommiſſaria
cum eodem vinculo, Oldrad. de liter. & mandat.
Princip. parte 1. prælud.7. num.242. Gratian. diſc.
491. num.13. & diſc.765. nu.36. & 63. Amay-
den. de ſtyl. Datar. lib.1. cap.24. qu.31. §.3. nu.1.
& per tot. Oddus de fideicom. qu.23. artic.6. n.75.
cum ſeqq. & qu.33. artic.4. n.76. cum ſeq. Cyriac.
contr.160. ſub nu.40. circà med. verſic. præſertim
vigore ſubrogationis, & n.41. cum ſeq. Rodolphin.
alleg.180. n.32. cum ſeq. Ciarlin. contr.209. nu.6.
& contr.240. num.74. parte 3. Calvin. de æquit.
lib.3. cap.235. n.17. cum ſeqq. Bonden. collect. le-
gal.37. nu.137. Capyc. Latr. conſult.159. nu.48.
Palma Nepos allegat.147. num.6. cum ſeq. tom.2.
allegat.201. nu.28. tom.3. allegat.327. n.84. cum
ſeq. & allegat.337. nu.3. tom.4. Epiſcop. Rocc. ſe-
lect. Jur. diſput. cap.46. num.48. cum ſeq. Fonta-
nella deciſ. Cathalon.151. nu.13. cum ſeq. parte 1.
hinc Salvianum interdictum, quod competit ſu- 12
per aliqua re, concedendum venit ſuper alia,
quæ ejus loco ſubrogatur, Gratian. diſcept.943.
num.20.

Tanta enim eſt ſubrogationis efficacia, ut pe-
cunia per Judam, quantumvis turpiter, ac ſacri-
legè recepta in pretium pretioſiſſimi Domini
Noſtri Jeſu Chriſti, ſanguiniſque juſti, & loco
ejuſdem Domini quodammodò ſubrogata, 13
quouſque per proditorem detenta, detentorem
præſervaverit à Dæmonis incurſu, laqueo, & de-
ſperatione, ſolùmque cùm dimiſſa, ac abjecta
in Templo fuerit juxta Matth. 27. 4. & Act.
Apoſtol.1.18. in furcam, ac deſperationem con-
jiceret impœnitentem, quod ſingulariter, & no-
viter notat ex Nieremberg. Larrea deciſ. Granat.
20. num.23. poſt med. verſic. egoque, ut pecunia,
parte 1. ſicuti vice verſa immunia ſunt bona ſu- 14
brogata in locum aliorum bonorum immunium,
Giurba ad Conſuetud. Meſſan. cap.12. gloſ.2. par-
te 1. nu.10. Calvin. de æquit. lib.3. cap.235. nu.6.
cum ſeqq. & per tot.

Alias ſi quindennia ex bonis ſubrogatis non
ſolverentur, ſanè intolerabilia ſequerentur ab-
ſurda, quòd nempè ex facto tertii jure retractus
coactivi ementis bona emphyteutica Dominus
directus abſque culpa privaretur quindenniis à
manu mortua emphyteuta debitis, quando ta-
men habemus in Jure axioma, quòd jus no- 15
ſtrum ſine facto noſtro tolli non poteſt l. id quod
noſtrum 11. ff. de regul. jur. nec factum unius
debet alteri nocere, nec quis facto alterius per- 16
gravari, Barboſa axiom.93. n.21. cum ſeq. minùſ-
que alteri per alterum iniqua conditio inferri l. 17
non debet 74. ff. de regul. jur. ubi per quàm egre-
giè Gothofred. & emphyteuta hoc medio immu-
nis à quindenniorum ſolutione, locupletaretur 18
cum aliena jactura, quod Jura abhorrent l. nam
hoc natura 14. ff. de condict. indebit.

Neque obſtat, quòd fictione juris ſubrogatum 19
ſapit naturam ejus, in cujus locum ſubrogatur,
& rem ipſam repræſentat ex traditis per Alteſer-
ram de fiction. Jur. tract.2. cap.3. in principio,
quia fictio in hoc caſu idem debet operari, quod 20
veritas ad text. in l.1. ff. de adoption. l. cùm ex
oratione 44. ff. de excuſation. tutor. Barboſa axiom.
97. num.1.

ARGVMENTVM.

Ex Emphyteuſi manui mortuæ conceſſa cum pacto de affrancando, non debentur quindennia.

SUMMARIUM.

1 *Vocabula affrancatio, affrancare, francatio, & francare ſunt barbara.*
2 *Sunt vocabula Pragmaticorum.*
3 *Qui magis curant de energia vocum.*
4 *Realizare eſt inſinuare inſtrumenta.*
5 *Franchitare pro francare.*
6 *Affranchitare pro affrancare.*
7 *Affranchimentum pro affrancatione.*
8 *Affrancatio idem eſt, ac liberatio, & manumiſſio rei.*
9 *Sequuta affrancatione, fundus liber à canonibus.*
10 *Affrancatura dicitur de Epiſtola franca.*
11 *Franchitia eſt gabellæ exemptio.*
12 *Galliarum Rex indè Francorum Rex dictus.*
13 *Francum, ideſt liberum.*
14 *Feudum francum, ideſt liberum.*
15 *Feudum affrancare, ideſt ab homagio illud liberare.*
16 *In feudi affrancatione non requiritur aſſenſus Domini.*
17 *Ille tamen requiritur in affrancatione emphyteuſis.*
18 *Homines franci, ideſt liberi ab homagio.*
19 *Franci, & Francia à Francione, ſeu Franco.*
20 *Vel quia ab Imperatore Valentiniano Franci dicti.*
21 *Pecunia franca Gallicè dicitur* francs denier.
22 *Italicè* franco di gabella, *ideſt liber.*
23 *Franchitia, ideſt immunitas à gabellis.*
24 *Franchiſia Pedemonti eſt inhibitio Notariis, nè poſt quadriennium cogant ad recuperationem Inſtrumentorum.*
25 *Sumitur etiam pro Aſylo.*
26 *Jus Francorum in feudis quid.*
27 *Pactum de affrancando eſt licitum.*
28 *Cadens ab emphyteuſi, non cadit à jure affrancandi.*
29 *Ex pacto de affrancando appoſito in eodem Inſtrumento apparet, illud eſſe partem emphyteuſis.*
30 *Cadens ab emphyteuſi, non cadit à pacto de affrancando.*
31 *Emphyteutæ valdè utilis eſt affrancatio.*
32 *Pactum de affrancando tranſit ad ſingulares ſucceſſores.*
33 *Per tale pactum fit, ac ſi concedens habuiſſet fidem de pretio.*
34 *Affrancatio compatibilis eſt cum emphyteuſi.*
35 *Statuta loquentia de venditione habent locum in contractu cum pacto de affrancando.*
36 *Pendente termino ad affrancandum, venditor interim cogi nequit ad affrancandum.*
37 *Emptor pendente termino ad affrancandum poteſt cedere jura ſua alteri, transferendo dominium rei affrancandæ.*
38 *Bona affrancanda ſubjacent* Extravag. Ambitioſæ de reb. Eccl. non alien.
39 *In affrancatione requiritur Beneplacitum Apoſtolicum.*
40 *Affrancatio nec ſuſtinetur in vita Prælati.*
41 *Poſt centum annos præſumitur beneplacitum.*
42 *Datium non ſolvitur de rebus affrancandis.*
43 *Affrancatio debet eſſe valida ad liberandum fundum.*
44 *Inſtrumentum affrancationis debet eſſe in forma probanti.*
45 *In affrancatione facienda ad contracambium attendendus valor rei affrancandæ ſecundùm tempus Inveſtituræ.*
46 *Affrancatio ineffectuata non liberat rem.*
47 *Affrancationis ineffectuatio fit, ſi poſt affrancationem res in eodem ſtatu permaneat.*
48 *Affrancationis effectuatio dicitur, ſi in Cedula Depoſiti declaretur, emptionem fundi emphyteutici proceſſiſſe vigore Bullæ Gregorianæ.*
49 *Auctor ità inſinuavit in quadam Cauſa.*
50 *Eo fortiùs, ſi emphyteuta reperiatur in poſſeſſione ſitus, nunquam ſolvendo canones.*
51 *Illegitimus eſt capax emphyteuſis Eccleſiaſticæ, ſtante pacto de affrancando.*
52 *Etiam extranei admittuntur in emphyteuſi Eccleſiaſtica, cum pacto de affrancando.*
53 *Pactum de affrancando diminuit valorem in ſexta parte.*
54 *In tertia, aut quarta parte.*
55 *Recepto pretio cenſetur reſolutum pactum de affrancando.*
56 *Bona affrancata per fideicommittentem cadunt ſub ejus fideicommiſſo.*
57 *Pactum de affrancando, quando eſt de hæreditate fideicommittentis, cenſeri debet factum pro hæreditate.*
58 *Ex quibus dicatur facta francatio nomine hæreditario.*
59 *Pactum de affrancando eſt reiterabile.*
60 *Tempus adjectum locationi, non cenſetur repetitum in pacto francandi in eodem Inſtrumento.*
61 *Pactum de affrancando eſt etiam ceſſibile, & vendibile.*
62 *Præſcribitur per lapſum triginta annorum.*
63 *Non tamen deſunt caſus, in quibus competit reſtitutio in integrum adversùs talem præſcriptionem.*
64 *Refellitur* Menoch. conſil.1147. nu.1. cum ſeqq. *tenens, tale pactum eſſe impræſcriptibile.*
65 *Auctor editurus eſt Tractatum* de affrancatione.
66 *Quomodò, & quando læſio conſiderari poſſit in pacto affrancandi.*
67 *Quando facultas affrancandi conceſſa Patri, cenſeatur conceſſa etiam filiis.*
68 *Affrancatio facta de tempore, quo fratres vivunt in communione, præſumitur facta ex bonis communibus.*
69 *Nondùm ſequuta affrancatione præfertur Dominus directus emptori in emphyteuſi, non obſtante pacto de affrancando.*
70 *Ob lapſum longi temporis præſumitur affrancatio.*
71 *Poſt elapſum terminum ad affrancandum affrancatio petita nullius eſt momenti.*
72 *Facultas ad certum tempus permiſſa, poſt illud effluxum intelligitur prohibita.*
73 *Prorogata emphyteuſi ad aliud quinquennium, non remanet prorogatum ad aliud quinquennium pactum de affrancando.*
74 *Affrancatione ſequuta, illicò liberatur res à nexu emphyteuſis, & à canonum ſolutione in futurum.*
75 *Iniquum eſſet, quòd interim quindennia deberentur de re poſted affrancanda.*
76 *Bona conceſſa in emphyteuſim cum pacto de affrancando habentur pro liberis.*
77 *Non ſolvitur gabella de re data cum pacto luendi, aut retrovendendi.*

78 *In*

78 *In Hiſpania ex retrovenditione non debetur decima.*
79 *Nulla fit injuria Domino directo in non ſolvendo quindennio de re, ejus voluntate ab ejuſdem dominio liberanda.*
80 *Laudemium non debetur de emphyteuſi cum pacto de affrancando.*
81 *Gabella non ſolvitur de re redimibili.*
82 *Debitor non tenetur antè diem ſolvere.*
83 *Pactum in favorem unius adjectum, non debet in illius odium retorqueri.*
84 *Per venditionem dominium transfertur in emptorem.*
85 *Ex morte donantis acquiritur dominium.*
86 *Gabella non debetur ex venditione facta cum reſervatione dominii.*
87 *Quouſque non eſt facta francatio, Dominus eſt verus Dominus directus.*
88 *Argumentum à ſimili in Jure validiſſimum.*
89 *Dominium durat uſque ad ſequutam affrancationem.*
90 *Re integra, non obſtante pacto de affrancando, competit Domino directo prælatio in re emphyteutica.*
91 *Quindennia non debentur in recognitionem dominii.*
92 *Jus quindenniorum conſiſtit in perpetuitate emphyteuſis apud manum mortuam.*
93 *Pacta derogant legibus, & conſuetudini.*
94 *Pacta benè viſa poteſt quis rebus ſuis imponere.*
95 *Quiſquis in re propria eſt moderator, & arbiter.*
96 *Sumenda eſt interpretatio contrà illum, qui potuerat apertiùs loqui.*
97 *In dubio reſpondendum eſt pro libertate rei, ſicuti pro libertate perſonæ.*
98 *Servitus quindennialis debet per contrarium pactum probari.*

CAPITULUM XXIV.

POſtquàm ſuprà firmatum eſt, quòd manus mortua teneatur quindennia etiam ex bonis ſubrogatis in locum aliorum bonorum affrancatorum, ſeu emptorum à Vicino vigore Bnllæ Gregorianæ ſuper retractu coactivo, modò ſupereſt in præſenti firmari, quòd ex emphyteuſi manui mortuæ conceſſa cum pacto de affrancando, non debeantur quindennia, ad clariorem tamen, immò neceſſariam infrà dicendorum dilucidationem, plura cenſuimus fore præmittenda, & quidem imprimis à denominatione incipiendo, quòd hujuſmodi vocabula af-
1 *francatio, affrancare, & francare,* ſint (ut ſonant) barbara, ſed accommodata ad praxim, & pro-
2 priè ob ruditatem vocabula Pragmaticorum, ut obſervat *Coſta de rata qu.219.n.2.in principio,*
3 qui magis curant de energia, quàm de politia, ac ornatu vocum, veluti in ſimili apud Leo-
4 dienſes, quòd apud nos dicimus inſinuare inſtrumenta apud acta, dicitur realizare, & realizatio, *Mean.obſerv. 503. num.3. & 4. parte 4. Rota dec.479. num.4. parte 19. recentior. tom.2.* ſanèque longè magis barbarum eſt nomen *affranchitatio* idem ſonans, ac *affrancatio*, de quo *Theſaur.qu.forenſ. lib.1.qu.12. per tot.* prout *fran-*
5 *chitare* pro *francare*, *Brun. conſ. feudal.170. circà*
6 *fin.* & *affranchitare* pro *affrancare*, *Theſaur. deciſ.179. num.5. in fine verſiculo præſertim, francheſia* pro *francatione*, *Boer. dec.263. num.3. in principio*, affranchimentum, vel meo judicio 7
potiùs *affrancamentum* pro *affrancatione*, *Sola ad Decreta Sabaud. tit. de jure emphyt. 3. & ultim. parte num.24. cum ſeq.*

Deſcendendo ulteriùs ad ſignificatum, *affrancatio* idem eſt, ac liberatio, ſeu manumiſſio 8
rei, *Ciarlin. controverſ. tom.1. cap.92. n.10. Boer. dec.263. num.3. in principio Surd. dec.198. n.27. in fine, Rota coram Card. Cavalerio deciſ.58. & dec.70. ac in recentior. dec.586. n.3. par.1.* etenim ſequuta affrancatione remanet liber fundus à 9
canonibus, hinc *affrancatura*, ſeu *francatura*, 10
ſeu *franchitia* dicta, quando tranſmittitur epiſtola per Tabellarium libera, & franca a *portu*, ut ajunt, *Rota dec.763. n.8. cum ſeq. par.18. recentior. tom.2.* hinc *franchitia*, ideſt gabellæ exem- 11
ptio, *de Marin. quotid. reſol. lib.2. reſol.159. & ad Reverter. dec.314. Carol. Anton. de Luca labyrint. ceſſion. jur. & action. via 72. per tot olea de ceſſione tit.6. qu.3. num.5. Card. de Luca miſcellan. Eccleſ. diſc.5.* hinc Galliarum Rex in temporali- 12
bus neminem recognoſcens, *Francorum* Rex nuncupatur, *Niger de laudem. qu.55. num.2. in principio tom.2.* hinc *francum*, videlicet liberum, 13
excludens omne genus oneris, & ſervitii, *Chaſſanæus ad conſuetudin. Burgund. Rubr.9. §.5. in fine, Schrader. de feud. parte 2. cap.2. n.33. Coſta de clauſul. Conventional. par.2. clauſ.6. n.2. cum ſeq. Niger de laudem. tom.2. qu.55. num.1. Muta dec. Sicil.11. num.12. dec.57. n.36. & dec.83. n.2. Intrigliol. dec. Sicil.18. in principio*, hinc feudum *francum*, ideſt liberum à ſervitio, *Schrader. Sy-* 14
nopſ. feudal. tom.1. par.2. cap.2. nu.33. de Gregor. qu. feudal. par.5. qu.5. num.1. Amadæus à Ponte de laudem. quæſt.18. per tot. ubi Blancard. Card. Mantica de tacit. & ambig. convent. tom.2. lib.23. tit.15. n.38. cum ſeq. Tholoſan. ſyntagm. jur. lib.4. cap.3. n.1. cum ſeqq. par.1. Maſtrill. dec. Sicil.200. num.5. & 44. cum plurib. ſeqq. par.2. Marta vot. ſeu dec. Piſan. 32. per tot. hinc etiam dicitur feu- 15
dum *affrancare*, illud nempè ab homagio, & ſervitio liberare, *Bartol. conſil.189. num.9. Speculat. par.3. lib.4. tit. de feud. §.2. n.3. Theſaur. qu. forenſ. lib.4. qu.44. per tot. qu.45. num.1. & 3. & qu.46. num.1. cum ſeqq.* nec in hujuſmodi feudi 16
affrancatione requiritur aſſenſus Domini, *Theſaur. qu.23. n.30. lib.2.* benè verùm ille requiri- 17
tur in affrancatione emphyteuſis, *Sola ad Decreta Sabaud tit. de jure emphyt.* hinc homines franci, quia liberi ab homagio, *Chaſſan. ad Conſuetud.* 18
Burgund. Rubr. 9. §.5. in princip. & in med. hinc *Franci*, & *Francia*, vel à Francione, ſeu Fran- 19
co Hectoris filio, vel quia liberi, dum noluerunt ſubjici Imperatori, nec eidem tributa ſolvere, vel quia Imperator Valentinianus eos 20
francos appellavit, ideſt feroces, & fortes, *Chaſſanæus ubi mox in fine, Connan. commentar. Jur. civil. lib.2. cap.9. num.7. Chriſtophar. Philip. de Waldenfels. ſelect. antiquitat. lib.12. cap.1. cum ſeqq.* hinc gallicè pecunia franca, ſeu libera di- 21
citur *francs denier*, *Theloſan. ſyntagm. jur. par.3. lib.35. cap.16. num.2. cum ſeq.* hinc Italicè dicitur *franco di gabella*; ideſt liber, hinc *franchitia*, 22
ſeu *franquitia* ſecundùm alios, ideſt immunitas, 23
libertas, ſeu exemptio à gabellis, *Niger de laudem. tom.2. qu.55. num.12. Novar. quæſt. forenſ. parte 1. qu.43. n.1. & per tot. Bertazoll. de clauſul. inſtrumental. clauſ.30. gloſ.10. num.3. Capon.*

diſcept.

*diſcept.*27. *per tot. tom.*1. *& diſcept.*107. *per tot.*
*tom.*2 *Card. de Luca de alienation. diſc.*25. *n.*18.
*& de Regalib. diſc.*47. *diſc.*49. *diſc.*53. *diſc.*54. *&*
*diſc.*90. *Riccius dec Cur. Archiep. Neapol.*44. *per*
*tot. & dec.*84. *par.*3. *Ganaverr. dec. Neapol.*14.
*nu.*11. *cum ſeqq. Rota recent. dec.*33. *n.*5. 9. *&* 10.
24 *par.*19. & in Pedemontana ditione dicitur in
alio ſenſu *franchiſia*, nempè conſtitutio quædam,
qua inhibetur Notariis, nè poſt quadriennium
cogant ad recuperationem inſtrumentorum,
*Theſaur. qu. forenſ. lib.*2. *qu.*17. *per*
25 *tot.* & in alio ſenſu pro Asylo, *Cavalcan. de*
*brach. Reg. par.*2. *num.*31. *cum ſeqq.* de quo Ju-
26 lius III. in ſua *Conſtitut.*17. *Bullar. nov. Rom. tom.*1.
Hinc jus *Francorum* in feudis dictum ob antiquiſſimam
conſuetudinem in Regno *Franciæ*,
& etiam hodiè alibi, quòd major natu minori,
& maſculus fæminæ præferatur in ſucceſſione
feudi, *Intrigliol. de feud. centur.*1. *qu.*7. *per tot.*
*Tapia dec. Neapol.*2. *artic.*2. *num.*136.

Non omittendum, quòd pactum de affran-
27 cando eſt licitum, *Rota dec. Bonon.*119. *n.*73.

Præterea notandum eſt, quòd jus affrancandi
eſt quid ſeparatum ab ipſa emphyteuſi, ideò-
que quantumvis ob non ſolutum canonem, vel
ob alienationem, vel ob ſimile cadat emphyteu-
28 ta ab emphyteuſi, non tamen cadit à jure af-
francandi, maximè ſi ex intervallo, & in ſepa-
rato Inſtrumento inſit pactum de affrancando,
29 quidquid ſit, ſi in eodem Inſtrumento illud ad-
ſit, cùm tunc appareat, illud eſſe correſpecti-
vum, & partem, ſeu ſequelam emphyteuſis,
quo caſu ceſſat, & reſolvitur, ut acceſſorium, ve-
luti hoc diſtinctionis fædere conciliant, *Gratian.*
*diſcept.*745. *n.*72. *&* 73. *circa fin. de Luca Mel-*
*phiten. ad eund. Gratian. diſc.*477. *num.*4. *Card. de*
*Luca de emphyteuſi diſc.*39. *num.*8. *Fulgin. de jure*
*emphyt. tit. de var. caducit. qu.*1. *num.*30. *cum ſeq.*
*& tit. de ſolut. canon. qu.*5. *per tot. Corbul. de*
cauſ. privation. emphyteuſ. tit. de cauſ. privat. ob
*non ſolut. canon. limit.*38. *per tot. Hodierna con-*
*trov.*1. *num.*6. *Manent. de contract. livellar. qu.*4.
*num.*2. *Theſaur. qu. forenſ. lib.*1. *qu.*12. *n.*5. *Pere-*
*grin. tract. var. de pact. & convent. lib.*5. *verbo*
*pactum nu.*72. *fol. mihi* 107. *Coſta de clauſul. con-*
*vention. par.*2. *clauſul.*33. *nu.*6. *Galeot. controv.*
*lib.*2. *cap.*47. *num.*44. *Caren. reſol. pract.*102. *n.*31.
verſic. quinto, *Carocc. de locat. par.*5. *qu.*3. *tit. de*
*jure francandi n.*1. *Triviſan. dec. civil. lib.*1. *dec.*26.
*num.*14. *cum ſeq. Rota dec.*115. *per tot. par.*1. *di-*
*verſ. dec.*338. *per tot. par.*2. *diverſ.* licèt alii in-
diſtinctim teneant, non indè cadere emphyteu-
30 tam à pacto affrancandi, cadendo ab emphy-
teuſi, ex quò pœna legalis non ſit trahenda ad
hujuſmodi pactum, quid diverſum, ut ſequi vi-
dentur *Manent. de contract. livellar. qu.*4. *num.*8.
cum ſeqq. Carol. Anton. de Luca in obſerv. ad de
31 *Franch. dec. Neapol.*267. *num.*7. Valdèque utilis
eſt emphyteutæ affrancatio, dum eum liberat
à Canonibus, reliquiſque incommodis, *Sola ad*
*Decret. Sabaud. tit. de jur. emphyt.*3. *& ult. parte*
*gloſ.*1. *num.*25.

Prout nec prætereundum, quòd pactum de
32 affrancando eſt tranſitorium etiam ad ſingula-
res ſucceſſores, *Gratian. diſc.*745. *num.*31. & pa-
ctum hujuſmodi inducit venditionem, & domi-
nii translationem contractui emphyteuticario
33 penitùs repugnantem, cùm habeatur, ac ſi con-
cedens habuiſſet fidem de pretio, *Gratian. diſcep-*
tat 745. *num.*70. 74. *& ſeqq & diſc* 477. *num.*10.
*Carol. Anton. de Luca ad Gratian. diſc.*477. *nu.*1.
Card. de Luca de ſervitut. diſc 73. *num.*8. *de em-*
*phyteuſ. diſc.*59. *num.*15. *& de Regal. diſc.*49. *n.*2.
*Marcian. diſput.*63. *n.*24. *& diſput.*98. *num.*33.
*cum ſeqq. Pacion. de locat. & conduct. cap.*45. *n.*84.
*cum ſeq. Camuncula dec. Bonon.*9. *num.*1. *Rota co-*
*ram Merlino dec.*210. *n.*6. *&* 10. *tom.*1. *ac in re-*
*centior. dec.*54. *n.*33. *par.*16. ità tamen ut hujuſ-
modi pactum influat in venditionem ſequuta
demùm affrancatione, cùm aliter compatibilis 34
ſit cum emphyteuſi, *Cyriac. controv.*82. *num.*7.
*tom.*1. hinc eſt, quòd Statuta loquentia de ven- 35
ditione habent locum in contractu cum pacto
de affrancando, *Gratian. diſcept.*745. *num.*78.

Notabile etiam eſt, quòd emptor cum pacto
affrancandi, dum pendet terminus in contractu 36
præfixus, non poteſt interim cogere venditorem
ad affrancandum, *Mongeorg. de pact. francandi*
*par.*1. *cap.*12. *num.*3. & emptor pendente termi-
no ad affrancandum poteſt cedere jura ſua alte- 37
ri, transferendo dominium rei affrancandæ,
*Mangeorg. tractatu citato par.*2. *cap.*20. *num.*7.

Hinc eſt, quòd in affrancatione emphyteuſis
bonorum Eccleſiæ, cùm ſit ſpecies alienationis, 38
bona hujuſmodi affrancando ſubjacent notiſſi-
mæ, *Extravag. Ambitioſæ de reb. Eccleſ. non alie-* 39
nand. requiriturque Beneplacitum Apoſtolicum,
*Riccius collect.*2408. *par.*6. *& in praxi reſol.*66.
*par.*1. *Theſaur. qu. forenſ. lib.*1. *qu.*12. *per tot. &*
*lib.*4. *qu.*44. *num.*6. *cum ſeqq. qu.*45. *num.*2. *circà*
*fin. & qu.*46. *num.*5. *cum ſeqq. Genuenſ. practicab.*
*Eccleſ. tricenar.*4. *qu.*101. *num.*2. *Pellizzar. in*
*manual. Regular. tom.*2. *tract.*6. *cap.*8. *qu.*6. *n.*12.
cum ſeq. Galeſ. de reſtitut. in integ. ad Conſtitut. Ur-
*bani VIII. de præjudicialibus Eccleſ. n.*146. *verſi-*
culo affrancatio, *de Luca ad de Franch. dec.*267.
*num.*1. *& dec.*610. *num.*6. adeò ut nec ſuſtinea-
tur affrancatio in vita Prælati emphyteuſim 40
concedentis, *Rota dec.*13. *cum ſeq. per tot. par.*1.
diverſ. Si tamen affrancatio fuerit effectuata per
centenariam poſſeſſionem, tunc præſumitur in 41
affrancatione interveniſſe beneplacitum, *Rota co-*
*ram Bichio dec.*441. *per tot. tom.*2. Nec datium
ſolvitur de rebus affrancandis, *Cyriac. con-* 42
*trov.*646. *num.*5. *tom.*4.

Ad liberandum autem fundum emphyteuti-
cum debet eſſe omni ex parte valida affrancatio, 43
*Cyriac. controv.*329. *num.*81. *verſiculo ultimum*
fundamentum, *& nu. ſeqq. tom.*2. hinc fit, quòd
inſtrumentum affrancationis debet eſſe in forma 44
probanti, *Rota coram Card. Ubaldo dec.*130. *n.*5.
verſiculo non obſtat pratenſa affrancatio, *& de-*
*ciſ.*138. *num.*10. *verſiculo non obſtat*, *quod dici-*
*tur de affrancatione, par.*3. & in affrancatione fa- 45
cienda ad contracambium attendendus eſt va-
lor rei affrancandæ ſecundùm tempus inveſtitu-
ræ, *Coſta de rata qu.*219. *per tot. Manent. de con-*
*tract. livellar. qu.*4. *nu.*18. *cum ſeqq.* Affrancatio 46
autem ineffectuata non liberat rem, & quomo-
dò dicatur ineffectuata, ſi nempè res poſt præ- 47
tenſam affrancationem in eodem ſtatu perman-
manſerit, *Rota coram Ubaldo dec.*149. *num.*14.
*par.*3. *Bichio dec.*483. *nu.*31. *tom.*2. è contrà af-
francatio dicetur effectuata maximè ſi verſemur 48
in caſu retractus coactivi ad formam vulgatæ
Bullæ Gregorianæ, quando in Cedula depoſiti
declare-

declaratur emptionem fundi emphyteutici præ-
ceſſiſſe vigore Bullæ Gregorianæ, *Gratian. di-
ſcept.*451. *num.*22. *Bard.de jure Prothomiſ. not.*2.
*nu.*1. *Rota poſt Eminentiſſimum D.Card.Corradin.
de jure prælation. dec.*8. *num* 30. & ego ſæculo
49 tranſacto de anno 1699. ita inſinuavi in una
Romana pro Venerab. Hoſpitio S.Idelphonſi de
Urbe in Via felici PP.Auguſtinianis Excalceatis
Congregationis Hiſpaniarum contrà Michae-
lem Angelum de Marchis, eo fortiùs ſi emphy-
50 teuta reperiatur in poſſeſſione ſitus per plures
annos, nullos unquam ſolvendo canones, *Rota
coram Card. Seraph. dec.*1016. *num.*1. *& per tot.
quæ eſt repetit. in dec.*2. *poſt Lezzan. conſult.*37.

Tantæque potentiæ eſt pactum de affrancan-
51 do, ut illegitimus aliàs incapax emphyteuſis
Eccleſiaſticæ, ad illam attamen admittatur,
*Bardellon. conſ.*64. *num.*6. *cum ſeqq. ubi num.*8.
in fine verſiculo tandem, reſpondet ad Bullam
S.Pii V. in contrarium excludentem illegitimos
à ſucceſſione emphyteuſis Eccleſiaſticæ, *Gra-
tian. diſcept.*477. *num.*10. *cum ſeqq. Ciarlin. con-
trov. tom.*1.*cap.*6.*num.*10. *&* 58. hinc eſt, quòd
52 in emphyteuſi Eccleſiaſtica cum pacto de af-
francando conceſſa etiam extranei aliàs non ad-
mittendi admittuntur, *Rota dec.*268.*n.*5.*par.*12.
recentior.

Omitto, quòd pactũ de affrancando facit va-
53 lere rem minori pretio in ſexta parte æſtimabi-
lem, *Rot. in recentior.dec.*446.*n.*6.*par.*1. in tertia,
54 aut quarta parte, *Camuncula dec. Bonon.*13. *n.*2.
*Rota coram Buratto dec.*52. *num.*8. *ubi Adden. in
fine*, *& dec.*871. *num.*3. *& dec.*761. *num.*11. *cum
ſeqq. ac in recentior. dec.*94. *num.*59. *par.*7.

Ulteriùs ſi pretium recipiatur, cenſetur hoc
55 pactum reſolutum, *Pignatell. controv.*31. *n.*14.
*centur.*1. *Coſta de rata qu.*83. *num.*7. *Borgnin.Ca-
valcan. dec.*16. *num.*38. *par.*2.

Non prætereundum uti ſingulare, quòd bona
56 affrancata per fideicommittentem cadunt ſub
ejus fideicommiſſo, *Giurba dec.Sicil.*92. *nu.*11.
*cum ſeqq. Rota coram Peutinger. dec.*205. *num.*3.
57 & quòd pactum de affrancando, quando eſt de
hæreditate fideicommittentis, conſequenter ac-
quiſitio facta ab ejus hæredibus, cenſeri debet
factum pro hæreditate, *Rota coram Dunozet.
Jun.dec.*667.*num.*1. *tom.*1. *dec.*292. *nu.*8. *&* 10.
*par.*10. *recen.* Ex quibus verò dicatur facta af-
58 francatio nomine hæreditario, & non proprio,
videnda *Rota coram Peutinger. dec.*372.*num.*2.

Inſuper pactum de affrancando eſt reiterabile,
59 *Rota coram Peña dec.*1402 *num.*2. veruntamen
60 tempus adjectum locationi, non cenſetur repe-
titum in pacto francandi in eodem inſtrumento,
*Rota coram Bichio dec.*281. *nu.*23. *cum ſeqq.* eſt
61 etiam ceſſibile, & vendibile, *Merlin. de pignor.
lib.*2. *tit.*1. *qu.*31. *num.*3. *& lib.*5. *qu.*64. *nu.*17.
*cum ſeqq. Poſth.reſol.civil.*60. *nu.*2. *Carleval. de
judic. tit.*3.*diſp.*35.*num.*38. *Urceol.conſult.forenſ.
tom.*2. *cap.*59. *num.*11. *Camuncula dec.Bonon.*10.
62 *nu.*1. 3. *& ſeqq.* Pactum autem hujuſmodi præ-
ſcribitur per lapſum triginta annorum, quan-
tumvis conceptum legatur cum clauſula, *quan-
documque*, *Triviſan.dec.civil.*26. *n.*16.*lib.*1. non
tamen deſunt caſus, in quibus competit reſtitu-
63 tio in integrum adversùs talem præſcriptionem,
*Rota coram Duran. dec.*426.*per tot.* licet *Menoch.
conſ.*1147. *num.*1. *cum ſeqq.* teneat iſtud pactum

eſſe impræſcriptibile, ſuper quo non inſiſto, nec 64
figo pedem, ſed me remitto ad peculiarem Tra-
ctatum, favente Deo, de *affrancatione* edendum: 65
& quomodò, & quandò læſio conſiderari poſſit
in pacto affrancandi, *Rota coram Dunoz. Sen.* 66
*dec.*89. *num.*12. *verſiculo ad præcipuum verò fun-
damentum*, *& in recentioribus dec.*684.*n.*8.*par.*2.
Sicuti, & quando facultas affrancandi conceſſa 67
Patri, cenſeatur conceſſa etiam filiis, videnda,
*Rota coram Duran.magiſtrali dec.*410. *per tot.* &
affrancatio facta de tempore, quo fratres vi- 68
vunt in communione, & communiter negocium,
ac bona adminiſtrant, præſumitur facta ex pe-
cuniis communibus, *Rota dec.*308.*nu.*12.*par.*13.
recentior.

Nec omittendum, quòd re integra, nondùm
videlicet ſequuta affrancatione, præferatur Do- 69
minus directus emptori in re emphyteutica, non
obſtante pacto de affrancando, *Rota deciſ.*396.
*per tot. par.*4.*tom.*1. *recentior.*

Præterea ob temporis antiquitatem, licet
doceri non valeat de Inſtrumento affrancatio- 70
nis, illa tamen eo caſu præſumitur, *Riccius dec.
Cur. Archiep. Neapol.*404. *par.*3.

Poſt elapſum autem terminum ad affrancan-
dum affrancatio petita nullius eſt momenti, 71
*Scain.dec.*103. *num.*1. *Surd. dec.*39. *num.*6. *Rota
in recentior.dec.*63. *n.*4. *& per tot.par.*9.*to.*1. quia
facultas ad certum tempus permiſſa, poſt illud 72
effluxum intelligitur prohibita, *Rota Bonon. de-
ciſ.*80. *num.*13. hinc prorogata emphyteuſi, ſeu 73
locatione ad aliud quinquennium, nihilominùs
non remanet prorogatum ad aliud quinquen-
nium pactum de affrancando, cum tale pactum
inferat grave præjudicium, reſolutionis nempè
contractus, ac omiſſionis dominii, *Scain.dec.*80.
*num.*62. *deciſ.*88. *num.*29. *& per tot.* *& dec.*112.
*num.*17. *cum ſeqq.*

His ità prælibatis, deveniendo ad concluſio-
nem principalem ſuprà firmatam, dicimus, ex
emphyteuſi manui mortuæ conceſſa cum pacto
de affrancando, non deberi quindennia, etenim
cùm per conventam affrancationem, illa ſequu- 74
ta illicò liberetur res à nexu emphyteuſis, & à
Canonum ſolutione in futurum, *Manent. de jure
contract. livellar. qu.*5. *nu.*6. *cum ſeqq.* iniquum
eſſet, quòd interim quindennia deberentur de 75
re poſteà liberanda, & affrancanda, & ſic de re
poſteà non ampliùs emphyteutica, ſed jam al-
lodiali, ac libera, veluti in ſimilibus terminis lau-
demii *de Luca Melphiten labyrinth. ceſſion. jur. &
action. via* 82. *num.*4. undè bona conceſſa in em- 76
phyteuſim cum pacto de affrancando habentur
pro liberis, & allodialibus, nullo remanente do-
minio penès concedentem, *Poſth.deciſ. Bonon.*63.
*nu.*139. prout etiam in ſimili non ſolvitur gabel-
la de re data cum pacto luendi, aut retroven- 77
dendi, *Niger de laudem.tom.*2. *quæſt.*7. *artic.*2.
*num.*3. *cum ſeqq. Roderic. de annuis redditibus
lib.*2. *quæſt.*4. *nu.*9. *Gratian. diſc.*180. *nu.*9. *cum
ſeq. Guttier. de gabell. quæſt.*122. *num.*13. *Surd.
deciſ.*305. *nu.*21. *Hodiern. ad eund. deciſ.*321. *n.*1.
cum ſeq. eodem fermè pacto, quo in Hiſpania 78
ex retrovenditionis contractu non debetur deci-
ma, *Laſſart. de decim. vend. cap.*14. *num.*30.

Cùmque quindennia ſint introducta ob per-
petuationem emphyteuſis penès manum mor-
tuam, hincque præjudicium illatum domino
directo

directo non ampliùs habenti ſpem laudemio-
rum, aut devolutionis, niſi forſitan raro, ac
difficulter, ut ſuo loco probavimus, & vice
verſa emphyteuſis per affrancationem amiſſura
ſit naturam emphyteuſis, & aſſumptura natu-
ram emptionis, ut ſuprà oſtendimus, cum con-
ſolidatione etiam dominii directi apud manum
mortuam, ceſſant omnes prætenſiones Domini
directi ſuper re affrancabili, & ſic non ampliùs
ſua, ideoque minimè tributaria, ex quo nulla
79 fit injuria Domino directo in non ſolvendo
quindennia de re ejus voluntate ab ejuſdem do
80 minio liberanda, veluti ad propoſitum *Gratian.*
diſcept.396. nu.10. cum ſeqq. eo modo, quo lau-
demium non debetur de emphyteuſi cum pacto
de affrancando, *Staiban. Jun. reſol. forenſ. reſ.*
81 *49. nu.16. cum plur. ſeqq.*

Hinc fit, quòd gabella non ſolvitur de re re-
dimibili, *Guttierrez de gabell. qu.7. num.34. & qu.122. num.13.* aliter enim in emphyteuſi af-
francanda cum clauſula *ſemper, & quandocum-
que,* imponeretur ſervitus hujuſmodi ſolvendi
quindennia, nihilominùs manus mortua em-
phyteuta habens in facultate illam affrancandi
ad libitum, poſſet etiam antè lapſum quinde-
cim annorum, & ſic antè maturatum primum
quindennium, affrancare, indeque non ſolvere
quindennium, debitor enim non tenetur antè
82 diem ſolvere ad *text in l.1. §.dies autem 2. in fine ff. quando dies uſusfruct. legat ced. Antonell. de temp. legal. lib.4. cap.5. num.1.* Aliàs ſi ex em-
phyteuſi cum pacto de affrancando emphyteuta
ſolvere teneretur quindennia, ſequeretur contrà
Juris tramites, quòd pactum hujuſmodi in fa-
83 vorem illius adjectum, in ejuſdem odium re-
torqueretur, *Menoch. de præſumpt. lib.4. præſ.140. nu.13. Rota coram Gregor. deciſ.65. num.1. ac in recentior. deciſ.184. nu.4. parte 15. deciſ. 408. nu.79. parte 16.*

His accedit, quòd ex emphyteuſi, ut ſuprà
oſtenſum eſt, cum pacto de affrancando reſul-
tat venditio, undè ridiculum foret, ac inaudi-
tum firmare, quod ex venditione in manum
mortuam ſolvenda ſint quindennia, dum per
84 venditionem dominium transfertur in empto-
rem, nullaque ſuperioritatis jura remanent pe-
nès venditorem, *Caldas de empt. & vendit. cap. 18. num.25.* etenim ad dominii translationem
ſufficit ſola præexiſtentia cauſæ in ſpe, ut con-
tingit in donatione cauſa mortis, in qua titu-
lus de præſenti licet habilis non ſit, uti pen-
dens à futura morte donantis, attamen ex illa
85 benè acquiritur dominium, *Caldas cit. tract. cap.8. n.17. cum ſeq.* undè videmus in ſimili, ga-
86 bellam non deberi ex venditione facta cum re-
ſervatione dominii, donec ſolvatur pretium,
Niger de exception. rei cap.4. nu.6. Rota coram Coccino deciſ.2235. n.4. & in recentior. deciſ.128. num.3. parte 8.

Neque in contrarium urgere poteſt difficul-
tas, quæ prima facie videtur aliquantulùm præ-
ponderare, ſed non prævalere, quòd videlicet
ſicuti manus mortua non obſtante pacto de af-
francando, continuare debet in ſolutione Ca-
nonum, donec fundus affrancetur, & liberetur,
87 quia quouſque non eſt facta francatio, Domi-
nus eſt verus Dominus directus quoad omnes
Juris effectus, ideòque interim præfertur in ven-
ditione prædii emphyteutici, *Marcian. diſput.37. per tot. Eminentiſſimus D. Card. Corradin. de jure prælation. qu.31. num.107. de Luca ad dec. Neapol. de Franc.610. n.3.* ita continuare debeat in ſolu-
tione quindenniorum, donec idem fundus af-
francetur, arguendo à ſimili, quod in jure vali-
diſſimum argumentū eſt ex traditis per *Everard.* 88
in topic. legal. loc. à ſimil. n.7. Barboſ. loc.101. n.1. cum ſeqq. quia diverſa militat ratio in quinden-
niis, Canones namque interim debentur non
obſtante futura affrancatione, ſeu ſpe affranca-
tionis, in recognitionem dominii, quod durat 89
uſque ad ſequutam affrancationem, *Fulgin. de jure emphyteut. tit. de var. caducit. qu.1. num.31.*
quos quidem Canones etiam privatus pari paſ-
ſu ſolvere debet, quantumvis habeat pro ſe pa-
ctum de affrancando, ut patet ad ſenſum, hinc
eſt, quòd ante ſequutam affrancationem adhùc
re integra, non obſtante pacto de affrancando, 90
competit Domino directo prælatio in re em-
phyteutica omnibus dominii effectibus penès
ipſum remanentibus, *Rota in recentior. dec.396. num.10. cum ſeq. par.4. tom.1.* veruntamen cùm
quindennia non debeantur in recognitionem do- 91
minii, quæ aliàs etiam per privatum ſolvenda
eſſent, ſed ob deſperatum caſum devolutionis
emphyteuſis, ac ſolutionis laudemiorum, benè,
ſequitur, quindennia nec deberi interim, quo
non effectuatur affrancatio, dum emphyteuſis
voluntate Domini directi non eſt perpetuò per-
manſura in figura emphyteuſis penès manum
mortuam, & ſic ob ſolam temporalitatem em-
phyteuſis in forma emphyteuſis, durum eſſet
prætendere quindennia uſquequò ſequeretur af-
francatio, quando è contra jus illa prætendendi 92
fundatum exiſtit in ſola perpetuitate emphyteu-
ſis apud manum mortuam, ut ſuo loco ſæpiùs
docuimus.

Minùſque refragatur alia difficultas, quæ in-
ſurgere poteſt, quòd videlicet concepto pacto de
affrancando ſemper, & quandocumque in gra-
tiam manus mortuæ emphyteutæ, ipſa poſt lon-
gum tempus forſitan, vel nunquam affrancabit,
& interim in ejuſdem poteſtate erit non ſolvere
Domino directo quindennia contrà conſuetudi-
nem illa ſolvendi, quia hoc caſu nullam habet
anſam conquerendi Dominus directus, qui ità
cum emphyteuta convenit, dum pacta dero- 93
gant legibus, & conſuetudini, *Rota coram Bicbio dec.99. num.5. & in recentior. dec.414. n.52. cum ſeqq. par.12. dec.325. n.12. par.14. dec.774. n.4. par.18. tom.2.* poteſt enim quis pacta ſibi benè 94
viſa, dummodò licita, rebus ſuis imponere, *cap. verum 4. de condition. appoſit. l. videamus 4. §. Item videndum 3. ff. de in lit. jurand. l. legem 10. C. de pact. l. fin. C. de legat. l. quoties 3. C. de donation. quæ ſub mod.* & quiſquis in re propria eſt mode- 95
rator, & arbiter *l. in re mandata 21. C. mandat. Niger de laudem. tom.1. qu.3. n.44.* Si verò Do-
minus directus vellet, ut interim, quo affranca-
tio non ſequitur, illi ſolverentur quindennia,
hoc declararet, cùmque non declaraverit, con- 96
trà illum ſumenda eſt interpretatio, qui potue-
rat apertiùs loqui, *l. veteribus 39. ff. de pact. Perez de Lara de vit. homin. cap.15. num.43. cum ſeq.*
præſertim quia pro libertate rei, ſicuti pro liber- 97
tate perſonæ, in dubio reſpondendum, & præ- 98
tenſa ſervitus, ut ità dicam, quindennialis de-
bet per

bet per contrarium pactum clarum, ac expreſſum comprobari ad *text. in l. Imperatores* 14. *ff. de ſervitut. Urban. præd. l. fluminum* 24. §. *fin. l. Proculus* 26. *ff. de damn. infect. l. domum* 61. *ff. de regul. Jur. l. altiùs* 8. *C. de ſervitut. & aqu. Ciarlin. contr.* 182. *num.* 12. *Gratian. diſc.* 572. *num.* 58. & 61. *Andreol. contr.* 178. *num.* 2. *Novar. de gravamin. Vaſſal. tom.* 3. *gravam.* 3. *num.* 5. *Menoch. de præſumpt. lib.* 3. *præſ.* 89. *num.* 1. *Rota in recentior. dec.* 596. *n.* 1. *dec.* 611. *nu.* 2. *par.* 5. *tom.* 2. *dec.* 321. *n.* 43. *par.* 9. *tom.* 2. *dec.* 276. *n.* 2. *cum ſeq. par.* 14.

ARGUMENTUM.

Manus mortua habens rem in emphyteuſim ad gaudimentum vulgò *à godere*, non tenetur ad quindennium.

SUMMARIUM.

1 *Gaudimentum, ſi non eſt totaliter vox barbara, eſt minùs Latina.*
2 *Gaudimentum eſt, quando traditur res aliqua à debitore ad aliquod tempus pro illius fruitione.*
3 *Fraternizat cum pacto de retrovendendo.*
4 *Dicta antichriſis.*
5 *Dicitur etiam contrafruitio.*
6 *Sumitur etiam gaudimentum in alio ſenſu, quando quid legatur ad gaudendum, fruendum.*
7 *Verbum* gaudere *denotat quamcumque poſſeſſionem, & quemcumque uſum.*
8 *Contractus* à godere *eſt licitus, ac in Italia uſitatus.*
9 *Hujuſmodi contractus eſt licitus tàm de Jure civili, quàm Canonico.*
10 *Mentio* Benedicti de Omaña.
11 *Talis contractus frequenter, ac adamuſſim practicatur.*
12 *In Germania eſt frequens.*
13 *In Italia frequentatur.*
14 *In Germania, ac Neapolitano Regno.*
15 *Rejiciuntur Doctores tenentes, talem contractum eſſe illicitum de Jure Canonico.*
16 *Plures dantur contractus, qui prima facie videntur illiciti, attamen non ſunt illiciti.*
17 *Ut de contractu vulgò* alla metà, *de alio* ſtocco, *ſeu* Mohatra, *deque aliis.*
18 Ex Statuto Urbis lib. 1. cap. 153. *ſunt illiciti contractus* Stocco, *ſeu* Barocco, *& ſimiles.*
19 *Prout contractus vulgò* à tempo, e moglie.
20 *Quæſtio, an contractus* à godere à godere *rectè vocitetur, tanquàm verbalis, eſt inutilis.*
21 *Talis vox habet aliquid barbari, & caret bona latinitate.*
22 *Gaudimentum ſaltem dicendum gaudimonium.*
23 *Gaudimentum eſt perſonale, nec tranſit ad hæredes.*
24 *Talis contractus eſt prohibitus inter Agricolas.*
25 *Niſi Agricola plura poſſideat prædia.*
26 *Ex emphyteuſi ad gaudimentum conceſſa non ſolvitur laudemium.*
27 *Gaudimentum non eſt ſpecies alienationis.*
28 *Dicitur pignus conventionale ad differentiam pignoris Prætorii.*
29 *Eſt contractus cenſualis conſignativus redimibilis cum pignore, indèque non habens perennitatem, ac permanentiam.*
30 *Res data ad gaudendum perit periculo dantis, qui remanſit rei Dominus.*
31 *Verba denotantia translationem utilis dominii, intelligenda veniunt limitativè quoad commoditatem fructuum.*
32 *Antichreſis etiam perpetua, eſt revocabilis.*
33 *Quindennium debetur, quando inter partes conventum fuit, ut fundus perpetuò ſit apud manum mortuam, eaque libera remaneat à reſtituitione debitarum pecuniarum.*
34 *Si gaudimentum conceſſum fuerit in fraudem Domini directi, & partes intenderint de translatione dominii utilis in manum mortuam, tunc debetur quindennium.*
35 *Fundus ut plurimum dari ſolet ad gaudimentum pro modico tempore.*
36 *Non debetur quindennium, etiamſi gaudimentum concedatur ultrà* 15. *annos.*

CAPITULUM XXV.

IN præſenti incidit ſingularis, & notabilis articulus, pro cujus intelligentia præmittendum, quid ſit gaudimentum, & quòd ſit licitum, quodve ſi non ſit vox totaliter barbara,
ſaltem ſit minùs Latina, eſt autem gaudimen- 1
tum, ſeu contractus ad gaudimentum vulgò *à* 2
godere, vel, ut alii reduplicativè ajunt, *à godere à godere*, quando traditur res aliqua à debitore ſuo creditori ad aliquod tempus pro illius fruitione, ſeu mavis contrafruitione, fraternizans
cum pacto de retrovendendo, eſtque elegantio- 3
ri vocabulo condecorata, & Græciſmo epiloga-
ta antichreſis, ſeu antechriſis, olim Antipho- 4
na appellata, de qua ſunt *textus in l. Si pecunia* 33. *l. Gajus* 39. *ff. de pignorat. act. l. cùm debitor* 8. *ff. in quib. cauſ. pign. tacit. contrah. l.* 1. § *pacto* 3. *l. ſi is, qui bona* 11. § 1. *ff. de pignor. l. placuit* 29. *ff. de uſur. l. ſi ea pactione* 14. *l. ſi ea lege* 17. *C. eod. Ferrer. ad Conſtitution. Cathalon. incip. hac noſtra, temp.* 3. *declar.* 2. *num.* 22. *cum ſeqq. Forcatul. necyomant. dialog.* 113. *num.* 1. *cum ſeq. Berſan. de ultim. volunt. cap.* 2. *qu.* 15. *n.* 23. *cum ſeqq.* undè
talis contractus ad gaudendum dicitur contra- 5
fruitio, *Thorvot dec.* 72. *n.* 19. *tom.* 1. ſumitur etiam
gaudimentum in alio ſenſu, nempè quando 6
quid legatur ad gaudeudum, fruendum, *Natta conſ.* 311. *nu.* 17. *vol.* 1. *Borgnin. Cavalcan. de uſufructu n.* 78. *Surd. de alim. tit.* 2. *qu.* 1. *n.* 4. *cum ſeq.*
aliàs verbum *gaudere* denotat quamcumque poſ- 7
ſeſſionem, & quemcumque uſum, *Thorvot. dec.* 72. *nu.* 9. *cum ſeqq. tom.* 1. omitto, quòd contractus
à godere à godere eſt licitus, ac in Italia uſitatus, 8
Scaccia de commerc. § 1. *qu.* 1. *nu.* 470. *cum plurib. ſeqq. Mancin. de Jure ſacro controverſo diſertat.* 6. *cap.* 7. *Leotard. de uſur. qu.* 11. *Gibalin. eod. tract. lib.* 3. *cap.* 7. *artic.* 13. *conſect.* 1. *& ſeq. Brunneman. in l. Si is, qui bona* 11. *num.* 3. *ff. de pign. Duard. de cenſib. qu.* 24. *num.* 25. *tom.* 1. *& qu.* 43. *per tot. tom.* 2. *Arias de Meza var. reſol. lib.* 3. *cap.* 46. *nu.* 5. *& per tot. Bacchov. de pignor. lib.* 1. *cap.* 14. *& lib.* 3. *cap.* 19. *Balduin. eod. tract. cap.* 16. *Gaill. obſerv. lib.* 2. *obſerv.* 3. *Mynſinger. obſerv. centur.* 6. *obſerv.* 71. *Gonzalez in cap. cum contrà* 6. *num.* 11. *cum ſeqq. de pignor. Niger de laudem. qu.* 31. *n.* 1. *& per tot. tom.* 2. *Roderic. de annuis redditib. lib.* 2. *cap.* 11. *per tot. Azor. inſtit. moral. lib.* 9. *cap.* 20. *parte* 3. *Card. de Luca de uſur. diſcurſ.* 9. *per tot. & in conflict. legal. obſerv.* 167.

Quod igitur ſpectat ad honeſtatem hujuſmo-

di contractus, judicandus eſt licitus tàm de ju-
9 re civili, quàm Canonico, *Riccius var. reſol. parte* 2. *reſol*.48. *per tot*. & *collect*.2044. *per tot par*.5. *Niger de laudem. qu*.31. *num*.3. *cum ſeqq. tom* 2. *Duard. de cenſib. qu*.43. *n*.4. *tom*.2. *Arias de Meſa var. reſol. lib*.3. *cap* 43. *num*.5. *Tholoſan. de uſur. lib*.2. *cap*.10. *per tot Scaccia de Commerc*. §.1. *qu*.1. *num*.470. *cum ſeqq. Diana moral reſol. par*.1. *tract*.8. *reſol*.82. *D. Advocatus Dominic. Urſaya inſtitution. criminal. lib*.3. *tit*.7. *num*.70. *Sperell. dec. For. Eccleſ*.84. *num*.4. *tom*.2. *Rota in Romana cenſuum* §. *fin. in principio*, 16. *Maji* 1704. & *in eadem cauſa ſuper reſervatis in principio*, & § *pe-*
10 *nult. circà fin. coram Omaña olim meritiſſimo Epiſcopo Giennen*. Quapropter frequentatur palam,
11 quotidiè, ac adamuſſim practicatur, *Ricc in prax. var. reſol. par* 2. *reſol*.48 *n*.2. *in fine*, & *reſol*.307. *n*.1. *Diana reſol. moral. part*.1. *tract* 8. *reſol* 82. *in principio*, *Card. de Luca de uſur. diſc* 9. *n*.10 *ubi num* 7. *in med verſic. ex quibus*, & *nu*.12. *circà*
12 *med*. in Germania eſſe frequentem, *Duard. de cenſibus qu*.24. *n*.18. *tom*.1. & *qu*.43. *n*.1. *tom*.2.
13 ubi etiam in Italia frequentari, *n* 6. *in fine*, ubi
14 in Germania, ac in Neapolitano Regno, *Arias de Meza var. reſol. lib*.3 *cap*.46. *n*.5. *in fine*, *Scaccia de commerc*. §.1. *qu*.1. *num*.470. & 490. ubi eſſe uſitatum in Italia, Germania, alibique, *Azor. inſtit. moral par*.3 *lib*.9. *cap*.20. *in fine*, *verſiculo ſecundo objicies*, *Grivell. dec. Dolan*.76. *n*.6. & *deciſ*.83. *per tot*. quidquid de jure Canonico
15 ſentiant *Mean. obſerv*.237. *n*.3. *circà fin. verſiculo Jus tamen Canonicum tom*.2. *Arias de Meza var. reſol. lib*.3. *cap*.46. *n*.12. *Hunnius Encyclopæd. Jur. par*.3. *tit*.13. *cap*.3. *num*.17. & 25. *Brunneman. in l. ſi is*, *qui bona* 11. *num*. 3 *ff de pignor. Zoez. in Jus Can. lib*.3 *tit*.21. *de pignor. n*.7. & *lib*.5. *tit*.19. *de uſur. nu*.16. *Vallenſ. Paratitl. Jur. Canon. lib*.3. *tit*.21. §.3. *n*.1. & *lib*.5. *tit*.19. §.1. *num*.4. *Gonzal. in cap. cùm contrà* 6. *n*.13 *de pignor. Theſaur. dec*.78. *Grivell. dec. Dolan*.83. *n*.2. & 8. plures enim dantur contractus, qui primâ facie
16 videntur illiciti, attamen non ſunt tales, ut de
17 contractu vulgò *alla metà* nuncupato, de alio *Stocco*, & hiſpanè *Mohatra*, de contractu in Hiſpania vulgo dicto *gavar à ganar*, deque alio *Lotto*, *ſeu Beneficiata*, & nonnullis, de quibus *Diana reſol moral par*.1 *tract*.8. *reſol*.16. *reſol*.58. & *reſol*.81. *Gonzalez in cap. cùm contrà* 6 *nu*.14. *circà fin. de pignor. Calder dec. Cathalon*.63. *num*.2.
18 *tom*.2. ubi etiam de *truffa*; in Urbe tamen contractus vulgo nuncupati *Stocco*, *ſeu Barocco*, *vel Barocholi*, *ciavanze*, *e rompicolli* ſunt prohibiti uti illiciti ex peculiari *Statuto ejuſdem Urbis lib*.1. *cap*.153. de quibus *Scaccia de commerc*. §.1. *qu*.1. *num*.567. *cum ſeqq. Card. de Luca de alienation, diſc*.50. *nu*.38. & *in ſumma n*.125. *D. Advocatus Urſaya inſtitution. criminal. lib*.2. *tit*.8. *n*.148. *cum ſeq. Boninſign. de vendition. ad temp. cap*.13.
19 *num*.7. prout alius contractus vulgò *à tempo*, *e moglie*, *D. Advocatus Urſaya citat. oper. lib*.3. *tit*.7. *num*.71. *cum ſeqq*. Quod denique ſpectat ad politiam vocis *gaudimenti*, ſive ad quæſtionem, an hic contractus rectè vocitetur *à godere à go-*
20 *dere*, eſt verbalis, ideòque inutilis, ut ait *Scaccia de commerc*. §.1. *qu*.1. *num*.474. *in fine*, ſanè illa
21 vox aliquid barbari habet, & caret bona latinitate, quando ſaltem dicendum *gaudimonium*,
22 de quo per *Macr. Hjerolexic. verbo gaudimonium*.

Prætereà gaudimentum eſt perſonale, nec tranſit ad hæredes, ut latè firmat *Dulph. controv*.8 *num*.1.3 4.10. & *per tot*. 23

Interim non omittendum, quòd talis contractus antichriſticus, ſeu ad gaudimentum eſt 24 prohibitus inter Agricolas ob ſpecialem circumſtantiam favore nempè Agriculturæ, nè illa impediatur, & pauperes ruſtici fundis ſemel exuti, nunquam ſolvere queant juxtà *Novell*. 32. *nè quis mutuum dans Agricolæ*. *Novell*.33. *ut nullus mutuans Agricolæ*, & *Novell*. 34. *nullum credentem Agricolæ*, ut reſpondent *Roderic. de annuis reddit lib*.3 *cap*.11. *num*.3. *Duard. de cenſib qu*.43. *num* 4. *in fine*, *verſiculo limitat tamen*, *tom* 2. *ubi n*.8. *in principio*, *verſiculo adde*, *quòd contractus*, declarat, tunc ſuſtineri antichriſim cum agricola, & ruſtico plura poſſidente præ- 25 dia, unumque tantùm, quo carere poſſit, in antichriſim dante, *Grivell. dec. Dolan* 83. *num*.2.

Quibus itaque præhabitis, deſcendendo ad principalem concluſionem ſuprà poſitam, aſſerimus, quòd manus mortua habens rem in emphyteuſim ad gaudimentum vulgò *à godere*, non tenetur ad quindennia, dum ex emphyteuſi ad gaudimentum cõceſſa non ſolvitur laudemium, 26 *Riccius var. reſol. par*.2. *reſol*.307. *per tot*. & *in collectan par*.6. *collectan*.2146. *poſt med. verſiculo ex antichreſi autem Greveus ad Gail obſerv. pract. lib*.3. *concl*.2. *nu*.5 *Thorvot. dec*.72. *n*.14. *tom*.1. in hoc namque contractu Antichreſtico, ſeu Anticriſtico vulgò ad gaudendum cùm ſit pignoratitius, & afferat ſolam commoditatem fruendi quoad fructus, ut de per ſe ſonat verbum ad gaudimentum vulgò *à godere*, nullum transfert dominium in recipientem, illo remanente in dante, immò nec poſſeſſionem transfert ex eo, quòd non ſibi poſſidet creditor, ſed Domino, vel ſaltem ſolùm fiduciariam poſſeſſionem transfert, ſeu depoſitariam, vel ut Galli inquiunt, recredentiam, quaſi fide data de ea reſtituenda, ideòque propriè non conſtituit manum mortuam emphyteutam, ſed ſimplicem creditricem pignoratitiam, cùm datus fundus ſit locus pignoris, & cautionis ejus, qui uſum pecuniæ loco fundi conceſſit, ſicuti nec eſt ſpe- 27 cies alienationis, *Menoch. conſ*.1168. *n*.34. *Riccius var. reſol par*.3. *reſol*.307. *num*.3. *Tholoſan. Syntagm. Jur. par*.3. *lib*.23. *cap*.5. *num*.1. *Niger de laudem. tom*.2. *qu*.31. *num* 14. *cum ſeqq. Grivell. dec. Dolan*.76. *num*.7. *cum ſeqq Rota coram Card. Seraphino dec*. 1356. *nu*.5. adeòque dicitur pignus conventionale ad differentiam pignoris 28 Prætorii, *Card. de Luca de uſur. diſc*.9. *n*.4. immò licet vulgò vocetur ad gaudendum, re vera tamen eſt contractus cenſualis conſignativus re- 29 dimibilis cum pignore, indèque non habens perennitatem, ac permanentiam, *Duard. de cenſib. qu*.24. *num*.20. & 25. *tom*.1. Adeò ut res data in antichriſim, tanquàm in pignus, & cautionem accipientis, perit periculo dantis, qui remanſit 30 etiam translatione in manũ mortuam facta, rei Dominus, *Niger de laudem. q*.31. *n*.21. *in fin. to*.2.

Præterea non debetur quindennium, etiamſi in conceſſione ad gaudimentum adjecta ſint verba denotantia translationem pleni utilis dominii, quia intelligenda veniunt limitativè, 31 & taxativè quoad commoditatem, ac translationem fructuum tantùm, non utilis dominii,

ſe-

ſecundùm naturam actus, ſuper quo interponitur, *Riccius var. reſolution. par.2. reſol.307. n.8. cum ſeqq.* eodem fermè pacto, nec manus mortua ad quindennium tenebitur, etiamſi emphyteuſim habuerit in antichriſim perpetuam, nulla nempè facta temporis præfixione, cùm enim adhùc ſit redimibilis fundus ob ſpem luitionis quandocumque, & ſic etiam brevi reverſurus ad Dominum, militat eadem ratio non ſolvendi
32 quindennium, dum antichreſis etiam perpetua, ſingulis annis, menſibus, diebus, horis, & momentis eſt revocabilis, *Roderic. de annuis redditibus lib.2. qu.11. num.4. & 13. Niger de laudem. tom.2. qu.31. num.8. & 16.* niſi tamen inter partes conventum fuerit, ut fundus perpetuò ſit
33 apud manum mortuam recipientem, eaque libera remaneat à reſtituitione debitarum pecuniarum, quo caſu puto deberi quindennium ob deſperatam fundi reverſionem ad Dominum, prout in eodem caſu debetur laudemium ob hujuſmodi ceſſionem habentem vim venditionis, *Niger de laudem. qu.31. n.26. tom.2.*

Non eſt tamen omittendum, quòd ſi probe-
34 tur initum fuiſſe contractum ad gaudimentum in fraudem Domini directi, ut ſub prætextu ſolius contractus antichretici Dominus non acquirat quindennia, & partes intendiſſe de translatione dominii utilis in manum mortuam, ità ut veriſimiliter ceſſet ſpes redemptionis, & pignoratio ſapiat potiùs veram, ac realem alienationem, tunc eo caſu deberetur laudemium, *Blancard. ad Amadæum de Ponte de laudem. q.33. in fine, verſiculo ceſſat tertiò. Faber de error. Pragmatic. Decade 4. error.9. num.11. cum ſeqq. Niger de laudem. qu.31. nu.27. cum ſeqq. tom.2. Riccius collectan 2146. circà med. verſiculo ex antichreſi autem par.6.*

Sed parùm mihi videtur in hac materia immorandum, cùm videatur rarò poſſe controverſiam aliquam oriri circà quindennium ſolvendum ab emphyteuta ad gaudimentum ex eo,
35 quòd ut plurimùm fundus ſoleat dari ad gaudimentum pro modico tempore, puta pro quadriennio, vel ſimili, non pro longiori tempore, ut figuratur caſus apud *Riccium loco mox citato*,
36 attamen quantumvis pro tempore ultrà quindecim annos concedatur ad gaudimentum, adhùc exiſtimo non deberi quindennium, etenim tàm in uno, quàm in altero caſu ſemper militat eadem ratio illud non ſolvendi, videlicet defectus translationis dominii in manum mortuam emphyteutam ultrà aliam rationem, ſpem nempè reverſionis emphyteuſis ad Dominum directum expirato tempore gaudimenti inter partes conventi.

ARGUMENTUM.

Ex conſtitutione annuorum redditum ſuper re emphyteuticaria impoſitorum favore manus mortuæ, non debentur quindennia.

SUMMARIUM.

1 *Ex conſtitutione annuorum redditum ſuper re emphyteuticaria impoſitorum favore manus mortuæ, non debentur quindennia.*

2 *Creditor non eſt Dominus directus hypothecarum, qui ad libitum eas alienare poteſt.*

3 *Refellitur* Pelacz de Majorat. parte 1. quæſt.4. n.9. *aſſerens debitorem redditus habere utile dominium bonorum redditui obligatorum.*

4 *Res hypothecata redditui, ſemper manet penès debitorem.*

5 *Manus mortua, licet dici poſſit domina redditus, non eſt tamen domina fundi emphyteutici.*

6 *Exiſtente moroſo debitore, actioneque plus offerendi ſolet emphyteuſis diſtrahi ad inſtantiam creditoris.*

7 *Super annuis redditibus conſtitui nequit emphyteuſis.*

8 *Debitor perpetuò habet liberam omnem facultatem excutiendi obligationem ſorte cum reliquis præteritis oblata.*

9 *Conſtitutio redditus non eſt alienatio rei emphyteuticæ, ſed potiùs ſimplex pignoratio rei emphyteuticæ.*

10 *Dicitur tamen alienatio circà interventum ſolemnitatum,*

11 *Si redditus fuerint prorsùs irredimibiles, in quibus nulla ſpes futuræ luitionis adfuerit, tunc debentur quindennia.*

12 *Ratione paupertatis ferè irredimibilis evadit redditus.*

13 *Redditus conſtitutus favore manus mortuæ, judicatur perpetuus, non obſtante, quòd de ſui natura ſit redimibilis.*

14 *Cenſus poſt Bullam Pianam eſt redimibilis.*

15 *Cenſus de natura contractus eſt perpetuus.*

16 *In jure id, quod poteſt eſſe perpetuum, etiamſi de facto & eſſe poſſit temporale, cenſetur perpetuum.*

17 *Cenſus debet in dubio perpetuus judicari juxta dubium præſentem ſtatum.*

18 *Quæ conceduntur ad beneplacitum, quamvis revocari poſſint ad nutum concedentis, in dubio tamen perpetua reputantur.*

19 *Quidquid perpetuum reputatur, cujus temporalitas ex incerto eventu pendet.*

20 *Reiicitur* Ruin. conſil.82. num.9. vol.2. *tenens, quòd, quantumvis impoſitor cenſus poſſit illius redemptionem diù differre, attamen præſumatur, impoſitorem brevi tempore cenſum fore redempturum.*

21 *Huic motivo reſpondet* Cenc. de cenſib. qu.2. n.8. in med. verſ. nec repugnat.

22 *Annuus redditus extinguitur, finita emphyteuſi.*

23 *Annui redditus uti conſiſtentes in obligatione perſonali emphyteutæ, non reputantur perpetui.*

24 *Certum eſt, quòd annuus redditus priùs extinguetur, quàm utile emphyteutæ dominium.*

25 *Emphyteuta antiquitùs appellabatur* perpetuarius

26 *Annui redditus poſſidentur à Domino, non autem à Domino fundi.*

CAPITULUM XXVI.

SUprà aſſeruimus, ex re manui mortuæ conceſſa in emphyteuſim ad gaudimentum vulgò *à godere*, non deberi quindennia, modò aſſerimus, quòd ex conſtitutione annuorum redditum ſuper re emphyteuticaria impoſitorum 1
favore manus mortuæ, non debentur quindennia, ut in puncto *Novar. in ſumm. Bullar. parte 1. commentar.145. nu.28. repetit. poſt Tract. inter Doctores litera P. Peckius de amortiz. bonorum*

*rum cap.*35. *num.*1. *in principio*, cùm enim ſolu-
tio quindennii fundetur in præjudicio Domini
directi, iſtudque conſiderari non poſſit ex hypo-
thecha ſuper emphyteuſi, æquum eſt, ut illud
non debeatur, ſicuti nec pariter debetur laude-
mium Domino directo, quando debitor reddi-
tuum vendit hypothecas ipſorum redditUum,
2 quippè creditor non eſt Dominus directus hy-
pothecharum, qui ad libitum eas alienare poteſt,
*Novar. loc. mox citat. Roderic. de annuis redditi-
bus lib.*2. *quæſt.*4. *nu.*4. & 14. *Fragoſ. de regim.
Reipub. Chriſt. tom.*3. *par.*3. *lib.*6. *diſput.*13. §.1.
*nu.*2. *in principio, verſiculo undè ſi debitor*, & §.2.
*nu.*15. *Guttierrez de juram. confirmator. parte* 1.
*cap.*31. *num.*11. *verſiculo laudemium autem*. Ne-
3 que eſt vera opinio *Pelaez de Majoratu parte* 1.
*qu.*40. *num.*9. falsò aſſerentis, debitorem red-
ditus habere utile dominium bonorum, quæ
redditui obligantur eo, quòd in aſſignatione
redditus ſolùm acquiritur jus exigendi ſingulis
annis certam penſionem, & res hypothecata
4 redditui, ſemper manet penès debitorem, prout
Pelaez refellitur per *Fragoſ. loco mox allegat.*§.2.
*num.*15.

Hinc eſt, quòd non obſtante aſſignatione
hujuſmodi annuorum redditUum ſalva remanet
ipſa emphyteuſis, integrumque, ac illæſum cor-
pus fundi, quòd in nihilo tangitur, intactaque
remanet ipſius ſubſtantia, nec mutatur perſona
emphyteutæ, nec transfertur dominium utile
in manum mortuam, nec annuus redditus red-
ditur emphyteuticus, quantumvis ſuper re em-
phyteutica impoſitus, ideoque manus mortua,
5 quantunvis quodammodò ſit, vel dici poſſit do-
mina redditus, non eſt tamen, domina fundi
emphyteutici, ut ad propoſitum ratiocinantur
*Gibalin. de uſur. lib.*4. *tit. de var. præſtation. an-
nuis cap.*4. *conſectar.*5. *num.*6. *cum ſeqq. Covar-
ruu. var. lib.*3. *cap.*10. *num.*5. *in princip.* nec jus
aliquod conſiderabile transfertur in manum
mortuam, nec poteſt conſiderari verè perpetui-
tas penès manum mortuam, dum ipſi non aſſi-
gnantur animo redditus perpetuandi, immò per
creationem, recognitionem, & aſſignationem
annuorum redditUum nec dominium emphy-
teuſis in manum mortuam aſſignatariam tran-
ſit, ſed exiſtente moroſo debitore, actioneque
6 plus offerendi ſolet ipſa emphyteuſis diſtrahi ad
inſtantiam creditoris, veluti ſingulariter ponde-
rat *Pechius loco mox citato*; Immò ſuper annuis
7 redditibus conſtitui nequit emphyteuſis, *Fil-
liucc. quæſtion. moral. tom.*2. *tract.*36. *cap.*7. *nu.*
120. *in principio*, *verſiculo undè non modò*, & *n.*
127. undè nunquam poteſt videri perpetua obli-
gatio aſſignandi hoſce redditus, quippè perſe-
verare non eſt in poteſtate creditoris, nec ab
ejus voluntate dependet, ſed à voluntate, & po-
8 teſtate debitoris, qui ſemper, & quandocum-
que, ſeu perpetuò liberam habet omnem facul-
tatem in futurum excutiendi obligationem ſorte
cum reliquis præteritis ablata juxta egregiè de-
ducta per *Caſtill. controv. jur. lib.*4. *cap.*61. *n.*18.
*Roderic. de annuis redditibus lib.*1. *quæſt.*14. *nu.*6.
cum ſeqq.

Omiſſo, quòd conſtitutio redditus non eſt
alienatio rei emphyteuticæ, ſuper qua conſti-
tuitur, ſed potiùs ſimplex pignoratio, ſeu obli-
9 gatio rei emphyteuticæ, *Caſtill. loc. cit. num.*19.
& *Roderic. loc. cit.* & *quæſt.*3. *num.*3. *cum ſeqq.*
quantumvis alia ex parte dicatur alienario circà
interventum ſolemnitatum *Extravag. Ambitio- 10
ſæ de reb. Eccleſ. non alienand. Pelliccion. illuſtr.
quæſtion. poſt quæſt.*41. *cap.*4. *in principio*, *verſi-
culo ſupradicta procedunt col.*1. *in fine*, *folio mihi*
297. *Turricell. de reb. Eccleſ. non alien. c.*8. *n.*45.
cum ſeqq.

Veruntamen ut evitetur quindenniorum ſolu-
tio, ex aſſignatione annuorum redditUum, ii
debent eſſe redimibiles, etenim ſi protsùs irre-
dimibiles fuerint,in quibus nulla ſpes futuræ lui- 11
tionis adfuerit, ſanè tunc debentur quindennia,
*Peckius loc. cit. num.*1. *in principio*, *verſiculo in
iis verò*, ubi inferiùs, *verſiculo neque verò*, cogi-
tandum relinquit, quid ſentiendum de reddita
quanvis redimibili aſſignato manui mortuæ à
debitore perſona paupere, ac tenuioris fortunæ,
quia eo caſu ratione paupertatis ferè irredimibi- 12
lis evadit redditus ob deſperatam luitionem, &
ſic redditus facilè perpetuatur penès manum
mortuam, quod in debitore perſona divite eve-
nire non poteſt, qui incidere non ſolet in eam
difficultatem luendi redditus.

Quibus ſtantibus, parùm ſtabilis videtur
principalis reſolutio ſuprà pro articulo ſtabili-
ta, ideòque firmandum indiſtinctim, ex con-
ſtitutione annuorum redditUum favore manus
mortuæ facta, ſolvenda fore, & eſſe quinden-
nia ex eo, quòd, etiamſi annuus redditus re-
ſervari, ac aſſignari ſoleat ad beneplacitum de-
bitoris, & donec ipſe velit eundum redditum
redimendo, tamen aptitudine, ſeu in habitu ju- 13
dicatur perpetuus, non obſtante, quòd in actù
de natura ſua redimibilis, quandocumque fieri,
& eſſe poſſit, veluti in individuo arguunt *Tira-
quell. de retractu* §.1. *gloſ.*14. *num*-119. *cum ſeq.
Capyc. Galeot controv. lib.*1. *eontrov.*33. *num.*7.
*Mynſinger. obſerv. centur.*1. *obſerv.*69. *num.*11.
*Cyriac. controv.*74. *num* 27. *Roderic. de annuis
redditibus lib.*1. *quæſt.*6. *num.*18. *Cenc. de cenſib.
quæſt.*2. *num.*8. *Grivell. deciſ. Dolan.*53. *num.*13.
*Peregrin. deciſ. Patau.*69. *num.*3. & *Cenc. loc. cit.
num.*6. & 7. idem firmat in cenſu, qui poſt vul-
gatiſſimam Bullam S. Pii V. eſt redimibilis ad 14
arbitrium impoſitoris, nihilominùs dicitur quo-
que perpetuus, quaſi impoſitus, ut vitam per-
petuam, vel ſaltem longiſſimæ durationis ha- 15
beat, etiamſi de ejus vita ſit dubium, tan-
quàm ex natura ipſius contractus perpetuò vi-
vere valens, veluti proſequuntur *Duard. de cen-
ſibus tom.*1. *quæſt.*22. *num.*1. *cum ſeq. Mynſinger.
obſerv. centur.*1. *obſ.*69. *nu.*12. *Tiraquell. de re-
tract. lib.*1. §.1. *gloſ.*14. *num.*120. & *lib.*2. §.2.
*gloſ.*1. *nu.*39. *Gutierrez practic. lib.*2. *quæſt.*146.
*num.*2. *Mangil. de ſubhaſtation. quæſt.*105. *num* 5.
*cum ſeq. Curt. de feud. nu.*11. *in med. fol. mih.*24.
*col.*2. *Cyriac. controv.*74. *nu.*29. *cum ſeq.* in jure
enim id, quod poteſt eſſe perpetuum, etiamſi & 16
de facto eſſe poſſit temporale, cenſetur perpe-
tuum, *Rodriguez quæſt. regular. tom.*2. *quæſt.*26.
*artic.*3. *in med. verſ. ſecundò notandum eſt in prin-
cipio fol. mih.*70. *col.*2. Immò cùm annuus cen-
ſus poſſit modico tempore durare, & etiam ex
accidenti poſſit eſſe perpetuus, debet in dubio 17
perpetuus judicari juxta dubium præſentem
ſtatum, à quo inducitur perpetuitas,& interim
dum ad effectum redemptionis non pervenitur,

Salgad.

Salgad. labyrinth. credit. par.2. cap.22. num.103. Guzman de evictíon. quæſt.30. num.34. cum ſeqq. Cenc. de cenſib. quæſt.2. nu.8. in princip. verſic. & propterea, Berlich. pract. conc. civil. part.3. conc. 34. nu.26. Cancer. var. reſol. part.1. cap.11. n.87. Nunez de Avendano de cenſib. cap.18. nu. fin. & cap.54. ſub num.9. Grivell. deciſ. Dolan.53. n.14. Chriſtin. deciſ. Belgic.103. n.24. cum ſeqq. tom.1. prout ea, quæ conceduntur ad beneplacitum,
18 quamvis ad nutum concedentis revocari poſsint, in dubio tamen perpetua reputantur, *Cenc. loco mox citat. nu.8. antè med. verſiculo & alibi de iis, Cyriac. controv.74. num.29. cum ſeq. Berlich. practic. concluſion. part.3. conc.34. num.26. verſiculo tùm quia in libero arbitrio*, eodem fermè pacto, quo quidquid perpetuum reputatur, cujus tem-
19 poralitas ex incerto eventu pendet, *Vela diſert. 39. nu.7. Salgad. labyr. creditor. parte 2. cap.22. num.104.*

Nec ſatisfacit motivum *Ruin. conſ.82. num.9.*
20 *vol.2.* ubi tentat ſubtiliter firmare, quòd quantumvis impoſitor cenſus poſſit illius redemptionem diu differre uti ab ejus voluntate dependentem, nihilominùs præſumendum ſit, impoſitorem brevi tempore cenſum fore redempturum, ut evitet damnum, quod patitur ex ſolutione annuæ præſtationis, quod videtur applicabile caſui noſtro, ut nimirùm quoque præſumendum ſit, ob rationis paritatem ſperari poſſe de brevi redemptionem annui redditus ad evitandum ſimile damnum, & ſic ut non ſolvantur quindennia ex aſſignatione annui redditus, quia prædi-
21 cto motivo etiam ſubtiliter reſpondet *Cencius de cenſibus quæſt.2. nu.8. in med. verſic. nec repugnat Ruin.* inquiens, non conſiderari, ut ex parte impoſitoris cenſus dicatur perpetuus, effectum ipſum durationis, vel de brevi redemptionis, ſed ſolam ipſam aptitudinem, & poſſibilitatem, quòd diù durare poſſit, & quòd impoſitor cenſus non poſsit cogi ad illum redimendum.

His, & ſimilibus prima quidem facie aliquantulùm ſtringentibus, in nihilum nihilominùs obſtantibus, firmiſsima ſemper remanet ſuprà firmata reſolutio, quòd nempè ex conſtitutione annuorum redditūum ſuper re emphyteuticaria impoſitorum favore manus mortuæ, non debentur quindennia, quippè conſtitutio redditus, licet ſit ſpecies ſervitutis, & ſervitus hujuſmodi ſit onus, non eſt tamen pars rei, niſi fictè, cùm aliud ſit res, & aliud ſervitus, & ad ſummum illa eſt quodammodò perſonalis, non infixa ipſi rei, ſeu fundo emphyteutico, neque illum perpetuò ſequens, ſed tantùm durante vita emphyteutæ, & ſic ſoli emphyteutæ, non Domino nocet, ità ut finita emphyteuſi, vel quocumque modo ad Dominum devoluta, ex-
22 tinguatur ipſa ſervitus, ſeu ipſe redditus, undè propriè dici nequit ſervitus perpetua ad effectum ſolvendi quindennia, veluti ad ſimile propoſitum non ſolvendi laudemia ponderat *Gibalin. de uſur. lib.4. tit. de var. præſtation. ann. cap.4. artic.3. conſectar.5. num.8.* cùmque hujuſmodi red-
23 ditus conſiſtant in obligatione perſonali ipſius emphyteutæ, non reputantur perpetui juxta Votum Camerale regiſtratum per *Rot. deciſ.413. num.74. verſiculo quidquid ſecùs parte 12. recentior. repetit. poſt Eminentiſſimum Corradin. de jure prælation. deciſ. ultim.* immò pro comperto eſt,
annuum redditūum priùs fore extinguendum, 24
quàm utile emphyteutæ dominium, *Merenda controv. jur. vol.4. lib.22. cap.46. nu.3. circà fin.* prout quantumvis antiquitùs emphyteuta appellaretur *perpetuarius*, ac fundus emphyteuti- 25
cus etiam *perpetuarius*, ut in *l.1. C. de offic. Comit. Sacr. Palat. lib.10. l.1. & fin. C. de locat. præd. civil. lib.11. l. fin. in fin. C. Theodoſ. de collat. fund. Patrimon. l. qui Tyranni Maximi* 10. *C. Theodoſ. de infirm. his, quæ ſub Tyrann. l. ad virum Clariſſimum* 12. *l. evidenter* 20. *C. Theodoſ. de extraordinar. ſivè ſordid. muner. & ibi Gothofred.* & notat *Niger de laudem. tom.1. quæſt.30. artic.7. nu.27. Alciat. in l. interdum 21. §. Quod ex naufragio 1. nu.3. & 4. in fine poſt liter. F. ff. de acquir. poſſeſſ. & Parerg. jur. lib.1. cap.37. per tot. Napodan. in Conſtit. Neapol. tit.13. in quib. reb. habet locum quarta n.9. in principio, Valaſc. de jure emphyt. quæſt.29, nu.28. in fine verſic. addendum eſt, & quæſt.36. per tot. Caldas eod. tract. par.4. tit. de emphyteuſ. extinction. cap.2. num.7. Tiraquell. de Retractu lib.1. §.1. gloſ.14. num.84. & de jure conſtituti parte 3. limit.14. nu.12. Pancirol. var. lib.1. cap.77. lit. E. fol.108. in fin. Barboſa ad dic. l.1. nu.3. C. de offic. Comit. Sacr. Palat. lib.10. Connan. commentar. jur. civil. lib.7. cap.12. num.2.* ubi etiam dici perpetuarium mulionem non eum, qui cuique ad mulas agendas operam ſuam in perpetuum locat, ſed qui nullum aliud vitæ genus ſequutus eſt, & tamen non ſemper erat emphyteuta perpetuus, ſed ad nutum concedentis.

Tandem nullum noſcitur inferri præjudicium Domino directo, dum nullum jus prætendere poteſt ſuper annuis redditibus ex eo, quòd hi poſsidentur à Domino, non autem à Domino fundi, *Theodor. allegat.38. nu.14.* undè iniquum 26
videretur, quòd quindennia perciperet de re ad ſe non ſpectante.

ARGUMENTUM.

Ex emphyteutica conceſsione manui mortuæ à Domino directo facta abſque ulla expreſſa quindenniorum reſervatione, non debentur Domino directo quindennia.

SUMMARIUM.

1 *Ex emphyteutica conceſſione manui mortuæ à Domino directo facta abſque expreſſa quindenniorum reſervatione, non debentur Domino directo quindennia.*

2 *Quindennium onus uti de jure ignotum, indiget partium conventione ad hoc, ut debeatur.*

3 *Concedens emphyteuſim manui mortuæ, videtur illam reddere habilem, ideòque à quindenniorum onere eximere.*

4 *Si emphyteuta de conſenſu Domini directi transfert emphyteuſim in manum mortuam, nec Dominus ſibi reſervavit quindennium, manus mortua ad illud non tenetur.*

5 *In contractibus omiſſum habetur pro omiſſo.*

6 *Sibique imputet ſtipulans, ſi clarioribus verbis uſus non fuit.*

7 *Non eſt quid tàm modicum, quindennium habens tractum ſucceſſivum.*

8 *Sumenda eſt interpretatio favorabilis manui mortuæ,*

tuæ, uti continens majorem benignitatem.

9 *Cùm ſolutio quindenniorum ſit odioſa, debet haberi de illis caſus omiſſus pro omiſſo.*

10 *In materia gratioſa caſus omiſſus habetur pro expreſſo.*

11 *Solutio quindenniorum partim eſt odioſa, & partim favorabilis.*

12 *Refertur locus* Malach. 1.3. & Paul. ad Roman. 9. 13.

13 *Favor in dubio non debet præponderare odio.*

14 *In materia quindenniorum favor eſt privatus, odium verò publicum.*

15 *Concurrente eodem tempore favore, & odio, potiùs cenſenda eſt odioſa ſolutio quindenniorum.*

16 *Neſcitur, an quindennia ſint introducta potiùs in favorem Domini directi, quàm in odium manus mortuæ.*

17 *Media via capeſſenda, & interpretatio ſumenda juxta voluntatem in actu inſtrumenti intervenientem.*

18 *Cùm quindennia de conſuetudine introducta ſint ad reſarciendum Domini damnum, partes intelligendæ ſunt, potiùs voluiſſe ſe conformare cum hujuſmodi conſuetudine.*

19 *Ea, quæ ſunt conſuetudinis, ſemper inſunt contractui emphyteuſis.*

20 *Caſus omiſſus, remanet ſub diſpoſitione juris communis.*

21 *Ità etiam remanet in diſpoſitione conſuetudinis.*

22 *Laudemium tàm de jure, quàm de conſuetudine debetur.*

23 *Laudemium nunquam cenſetur remiſſum, niſi exprimatur.*

24 *Quindennium debetur uti ſubrogatum in locum laudemii.*

25 *Quod fuit expreſsè diſpoſitum, habetur pro expreſſo.*

26 *Non dicitur, quod per verba implicativa includitur.*

27 *Argumentum à ſimili in jure validiſſimum eſt.*

28 *In emphyteutæ poteſtate eſſe non debet poſſe præjudicare Domino directo in laudemiis, & devolutione per translationem emphyteus in manum mortuam.*

29 *A diverſis non benè fit illatio.*

30 *Conſuetudo uti ſtricti juris, non extendenda de caſu ad caſum, & de perſona ad perſonam.*

31 *Conſuetudo ſolvendi quindennia in caſu translationis emphyteuſis in manum mortuam ab emphyteuta factæ, probanda eſt in caſu ſpecifico conceſſionis emphyteuſis factæ à Domino directo manui mortuæ.*

32 *Favor non extendendus extrà cauſam ſuam.*

33 *Scienter concedens aliquid perſonæ inhabili, ac incapaci, videtur cum ea diſpenſare.*

34 *Dominus concedendo bona privato, cogitare potuit ultrà canonem, etiam laudemium, & quindennium.*

35 *Conſuetudo debet eſſe nota utrique contrahenti, ut partes illi ſe conformare dicantur.*

36 *Conſuetudo uti ſtricta, non venit extendenda de emphyteuta transferente emphyteuſim ad Dominum illam concedentem.*

37 *Conſuetudo ſolvendi quindennia uti generalis præſumitur eſſe nota partibus contrahentibus.*

38 *Dominus directus unus ex contrahentibus obiicere nequit, ego hoc modo intellexi.*

39 *Omittere eſt potiùs remittere.*

40 *In contractu ſtricti juris caſus omiſſus habetur pro omiſſo.*

41 *Præſertim in materia præjudiciali, prout eſt ſolutio quindenniorum.*

42 *Fortiùſque in caſu, ubi agitur de pœna, & odio, nempè de obligando ad quindennia.*

43 *Potiùs facienda eſt contraria interpretatio pro quindenniorum ſolutione.*

44 *Conſiderari nequit dolus, aut læſio, quando partibus placuit ità contrahere.*

45 *Quindennium eſt de jure incognitum.*

46 *Quindennium, licet ſubrogatum in locum laudemii, non tamen in omnibus ſapit eius naturam.*

47 *Ex ſola reſervatione iurium dominicaliam non cenſetur reſervatum quindennium, ſed reſervati canones.*

48 *Quindennium emphyteuticum non in omnibus concordat cum quindennio beneficiali.*

49 *Unio Beneficiorum non fit per ipſos Annatiſtas, & Officiales Romanæ Curiæ, ſed per Papam, ipſis inſciis.*

50 *Veriſimile eſt, quòd ob caſum præviſum conceſſio fiat forſitan pro majori canone, quàm ſi fieret privato.*

51 *Erroneum eſt, regulari quindennium Emphyteuticum cum quindennio ex Beneficiis.*

52 *Beneficia conferuntur ad vitam.*

53 *Quindecim annis præſcripta ſunt quindennia beneficialia, capiendo mediam viam.*

54 *Secunda, non prima inveſtitura venit attendenda.*

55 *Si in ſecunda inveſtitura adauctus ſit canon, compenſatur emolumentum quindenniorum cum canonibus.*

56 *Si per longum tempus appareat de obſervantia non ſolvendi quindennia.*

57 *Unicus actus ſolutionis quindennii, ſatis eſt pro deſtructione obſervantiæ.*

58 *Honorifica mentio R.P.D.*Cyriaci Lancettæ.

CAPITULUM XXVII.

FIrmato, quòd ex conſtitutione annuorum redditutum impoſitorum ſuper emphyteuſi manui mortuæ facta non debeantur quindennia, ſupereſt firmandum in præſenti, quòd ex emphyteutica conceſſione manui mortuæ à Domi- 1
no directo facta abſque ulla expreſſa quindenniorum reſervatione, non debentur Domino directo quindennia, ut in his præciſis terminis firmant *Capon. diſcept.376. n.19. tom.5. & controv. forenſ. 31. nu.16. repetit. poſt Tract. inter Doctores litera Z. Card. de Luca de emphyteuſ. diſc. 50. n 4. cum ſeqq. poſt dic. Tract. litera F. & de judic diſc. 46. nu.4. in fine verſ. primò nempè, poſt dic. Tract. litera G. alter de Luca meliorat. 235. num.6. ad de Marin. tom. 1. & in animadverſ. ad Gratian. diſc. 377. nu.22. & 30. ſive à n.19. uſque ad num. 30. tom. 2. & in obſ. ad de Franc. deciſ. Neapol. 659. num.5. cum ſeqq. repetit. poſt Tract. inter Doctores litera AA. BB. & DD. Rota in Avenionen. Novenniorum 26. Junii 1699. coram Pio §. Attamen cùm in med. ac per tot. regiſtrat. inter deciſion. ad Card. de Luca in ordine la 4. ſuper mater. de feud. & repetit. poſt Tract. inter Deciſiones S. Rotæ Rom. in ordine la XVI. nu.5. & in Romana Quindenniorum 16. Decembris 1707. coram R. P. D. Lancetta §. Nec revelat. regiſtrat. poſt eund. Tract. in ordine la XXII. num.7.* & jure quidem merito, etenim quinden-

2 quindenniorum onus uti de jure ignotum indi-
get partium conventione ad hoc, ut debeatur,
cùm aliàs ſit de jure indebitum, nec Dominus
directus concedens, cogere poteſt manum mor-
tuam ad quindennia, *Antonell. de temp legal.
lib.2. cap.25. in princip. de Luca Melphiten melio-
rat.235. nu.6. & 8. ad de Marin. tom.1. & in Ap-
pendice poſt ejus ſchol. ad deciſ. Gratian. ad aliqu.
diſcept. ejuſd. Gratian. ſignanter de retributione
manus mortuæ Domino directo ad diſcept.784. n.4.
fol. mih.307. col.2. & in obſ. ad de Franch. deciſ.
Neapol.659. nu.6. in fine, verſic. è contrario di-
cendum, Marin. ad Reverter. obſ.403. nu.3. verſ.
at ubi de hoc onere, Capon. diſcept.376. num.19.
tom.5. Rota coram Martino Andrea deciſ.70. n.1.
& in recentior. deciſ.40. num.30. parte 7. ac in
Avenionen Novenniorum 26. Junii 1699. §. Ab-
ſque eo, quòd, coram Pio, regiſtrat. inter Deci-
ſion. ad Card. de Luca tom.3. in ordine la 4. ſuper
materia de feud. & repetit. poſt Tract. inter Deci-
ſion. S. Rot. Rom. in ordine la XVI. n.11. cum ſeq.*
Præterquam quòd concedens emphyteuſim ma-
3 nui mortuæ videtur illam reddere habilem, ideo-
que à quindenniorum onere eximere, ad quæ
teneretur manus mortua ob inhabilitatem, *de
Luca Melphiten ſæpiùs laudata meliorat.235. n.6.
& ad ſæpiùs pariter citat. deciſ. de Franch.659.
num.6. in fine.*

Nec de hoc mirandum, quando in fortiori-
bus terminis videmus, quòd, ſi emphyteuta de
conſenſu Domini directi transfert emphyteuſim
4 in manum mortuam, nec Dominus ſibi reſerva-
re curavit aliquo modo quindennium, manus
mortua non tenetur ad quindennium, *Capon.
controv.31. num.16. repetit. poſt Tract. litera Z.*
undè multò minùs manus mortua ad quinden-
nia tenebitur, quando ipſe Dominus directus
emphyteuſim in manum mortuam abſque ali-
qua reſervatione quindennii transfert; prout
etiam valdè ſtringit, quòd eo caſu conce-
dens videtur remittere quindennium, cùm ſciat
emphyteuſim devenire ad manum mortuam, &
in contractibus omiſſum habetur pro omiſſo in
5 damnum ſtipulantis, in cujus poteſtate erat
verba latiùs, ac clariùs concipere, & ſibi pro-
videre ad textus capitales *in cap. inter corpora-
lia 2. de translat. Epiſc. l. quidquid. adſtringendæ 99.
ff. de verb. oblig. l. Labeo 7. ff. de ſupellect. legat.
l. non omnis 19. ff. ſi cert. petat.* punctualiter *de
Marin. ad deciſ. Reverter.403. num.3. poſt med.
verſic. at ubi de hoc onere, de Luca Melphiten ci-
tat. meliorat.235. nu.6. & citat. obſ.659. nu.5.*
ſibique imputet, ſi clarioribus verbis uſus non
6 fuit *l. veteribus 39. ff. de pact.* cùmque facile erat
exprimere, an vellet nec nè ſibi ſolvi quinden-
nia, præſertim dum non ageretur de tàm mo-
7 dico, quale eſt quindennium habens tractum
ſucceſſivum, *Prat. diſcept. forenſ. tom.3. cap.3.
nu.11.* & ſumenda eſt interpretatio favorabilis
8 manui mortuæ, uti continens majorem beni-
gnitatem, *Felic. allegat.55. num.24. tom.1.* nec
negari poteſt, quòd cùm ſolutio quindennio-
rum ſit odioſa, debeat haberi de illis caſus
9 omiſſus pro omiſſo ad *cap. odia 15. de regul.
Jur. in VI. Pariſ. de reſignat. lib.6. quæſt.4. n.32.*
Sicuti è contrà in materia gratioſa caſus omiſſus
10 habetur pro expreſſo, *Oldrad. de liter. Princip.
præl ud.9. nu.110.* & licet ſolutio quindenniorum
non in totum odioſa, ſit partim odioſa, & par-
tim favorabilis, ſeu mixta, conſiderata qualita- 11
te perſonæ Domini directi, & manus mortuæ,
veluti in ſimili *Molin. de Primogen. Hiſpan. lib.1.
cap.18. num.26. Gonzalez ad Regul.8. hodiè 9. Can-
cell. de Menſib. §.6. Prohæmial. num.46. cum ſeqq.* 12
ad quod facit illud *Malach.1.3. dilexi Jacob, Eſau
autem odio habui*, quod repetitur ad *Roman.9.13.*
attamen favor in dubio non debet præponderare
odio in præjudicium manus mortuæ, ſed potiùs 13
videtur in caſu odium debere prævalere, & præ-
ponderare favori, *Honded. conſ.95. num.112. vol.1.
Gonzal. in Regul.8. hodiè 9. Cancell. §.6. Prohæm.
n.24.* potiſſimùm cùm favor ſit privatus, odium
autem publicum, quidquid ſi è contrà odium 14
eſſet ob cauſam privatam, favor ob publicam,
Eſcobar. de purit. ſanguin. qu.3. §.2. nu.39. cùmque
in caſu noſtro concurrat eodem tempore favor,
& odium diverſis reſpectibus congruam reci- 15
pientibus ſeparationem, odioſa potiùs venit
cenſenda ſolutio hujuſmodi, *Tiraquell. de retract.
in præfat. nu.65. in fine cum ſeqq.* vel neſcimus,
an quindennia ſint introducta potiùs in fa- 16
vorem Domini directi, quàm in odium manus
mortuæ, *Menoch. de recuper. poſſeſſ. remed.1. nu.
37.* vel verſamur in materia indifferenti, quo ca-
ſu conſuetudo nec favorabilis, nec odioſa, ſeu
æquè favorabilis, odioſa mixta, promiſcua, &
indifferens eſt, & media, ideoque media via venit 17
capeſſenda, ac interpretatio ſumenda juxta vo-
luntatem in actu inſtrumenti intervenientem,
*Giurb. de ſucceſſ. feud. cap.118. §.2. gloſ.8. nu.14.
Raudenſ. de analog. lib.1. cap.29. nu.29. cum ſeq.
Gallin. de verb. ſign. lib.8. cap.1. nu.39. cum ſeq.*

Quantumvis autem veriſſima ſit, ac ſolidiſſi-
mè munita eluceat concluſio, attamen contrà
illam impugnandam, & non expugnandam vi-
dentur obſtrepere aliquæ difficultates, qua-
rum I. in eo reſidet, quòd cum quindennia de
conſuetudine introducta ſint ad reſarciendum
Domini damnum, partes intelligendæ ſunt, po- 18
tiùs voluiſſe ſe conformare cum hujuſmodi con-
ſuetudine, ſicuti intelliguntur ſe conformare
cum Statuto, & ſic intendiſſe, ut quindennia,
etiamſi in conceſſionis Inſtrumento non reſer-
vata fuerint, nihilominùs debeantur, *Antonell.
de loco legali lib.2. cap.15. qu.5. nu.68. cum ſeqq.
Maſcard. de gener. Statut. interpret. conc.7. n.2. cum
ſeqq. Piagius de conſuetud. qu.11. n.91. cum ſeqq.
Gratian diſcept.301. num.56. & diſc.740. nu.21.
Guttierrez practic. lib.3. qu.16. à num.76. Vela
diſert.30. à num.61. & diſert.33. n.70.* cùm cen-
ſeatur prævisus caſus hujuſmodi tàm à Domino
directo, quàm à manu mortua, fundatus in ge-
nerali conſuetudine ſolvendi quindennia, ea
enim, quæ ſunt conſuetudinis, ſemper inſunt 19
contractui emphyteuſis, *Caldas Pereyra de jure
emphyt. lib.2. qu.7. num.11. cum ſeqq. Rota coram
Dunozet. Sen. dec.351. n.8.* ex eo, quòd ſicuti ca-
ſus omiſſus remanet ſub diſpoſitione Juris com-
munis, *cap. ſuſceptum 6. de reſcript. in 6. l. commo-* 20
diſſimè 10. ff. de liber. & poſthum. decantatiſſima
*l. Gallus 29. §. quidem rectè 1. ff. eod. l. ſi cum dotem
22. ff. ſolut. matrim. l. ſi extraneus 6. ff. de condict.
cauſ. dat. Giurba ad Conſuetud. Meſſan. cap.10.
gloſ.5. nom.9. Pareja de Inſtrum. edit. tit.1. reſol.3.
§.3. num.2. & tit.2. reſol.7. num.61. Vela diſert.47.
num.72. Carleval. de judic. tit.3. diſput.4. num.6.*

21 ità etiam remanet in diſpoſitione conſuetudinis, *Card. Mantica de tacit. & ambig. convent. tom.1. lib.3. tit.9. num.12.*

II. Difficultas in eo verſatur, quòd ſicuti laudemium, quamvis non legatur reſervatum, tamen debetur, cùm tam de jure, quàm de con-
22 ſuetudine ſolvi debeat, & præſtetur ex natura contractus emphyteutici, *Fulgin. de jur. emphyt. tit. de laudem. qu.1. num.11. circà fin. verſiculo ſed quamvis de laudemio*, ex eo, quòd laudemium
23 nunquam cenſetur remiſſum, niſi exprimatur, & pacto conventum ſit, *Pinheyr. de emphyt. par.2. diſput.4. ſect.4. num.33. & 35 in fine*, *Tranchedin. conſult. Forenſ. tom.2. conſult.103. num.34.* ità & quindennium in laudemii locum ſuccedens,
24 etiamſi non reſervatum, debetur in vim naturæ ſubrogationis ad tradita per *Barboſ. axiom.213. num.1. cum ſeq.*

III. Difficultas in eo conſiſtit, quòd in conceſſione ſoleant reſervari Jura dominicalia per Dominum directum, & ſic tacitè intelligatur etiam reſervatum quindennium, quod profectò eſt jus dominicale, caſus enim, qui ſequitur ex eo, quod fuit expreſsè diſpoſitum, habetur pro
25 expreſſo. *Rota dec.744. num.2. par.2. recentior. deciſ.427 num.3 par.4. tom.2.* nec dicitur omiſſum,
26 quod per verba implicativa includitur, *Rota dec.575. num.4. par.1. diverſorum.*

IV. Ac ultima tandem difficultas in eo collocari poteſt, quod cùm quindennia emphyteutica ſint ad inſtar illorum, quæ in Cancellaria Apoſtolica ſolvuntur pro Beneficiis, tamen ea ſolvantur, licet Beneficia uniantur, & tranſeant in manum mortuam non caſualiter, & præter Papæ intentionem, à perſona privata, ſed dire-
27 ctè, & immediatè, ideòque arguendum à ſimili, quod argumentum in Jure noſtro validiſſimum eſt ex traditis per *Barboſ. loc.101. num.1. cum ſeqq. Everard. topic. legal. loc.10.*

Quibus, & aliis ſimilibus in nihilum turbantibus, ſequentes ſeſe offerunt reſponſiones.

Et quidem quod ſpectat ad I. difficultatem, haud inficior quindennia deberi dumtaxat de conſuetudine, & partes ſecundùm eam convenire intelligi, ſi agatur de emphyteuta transferente emphyteuſim in manum mortuam, in em-
28 phyteutæ enim poteſtate eſſe non debet poſſe præjudicare Domino directo in laudemiis, & devolutione per hujuſmodi translationem, *Carol. Anton. de Luca ad Gratian. diſcep.377. num.30. in fine, Capon controv.31. num.6 cum ſeqq. repetit. poſt Tract. inter Doctores litera Z.* Sed non indè benè applicari concluſionem ad Dominum directum, qui ſi velit, benè poteſt ſibi præjudicare in re ſua, & ſic renunciare quindenniis, illa in conceſſione non reſervando, ità ut à di-
29 verſis non benè fiat illatio *l. Papinianus 20. ff. de minor.* conſuetudo autem uti ſtricti Juris, reſtringenda venit, concurrente præſertim diverſitate rationis, & de caſu ad caſum, & de per-
30 ſona ad perſonam non extendenda, *Rota dec.278. n.6. & 13. dec.304. n.7. cum ſeq. par.12. recentior. dec.96. nu.22. par.17. dec.820. n.19. par.18. tom.2. dec.337. n.13. par.19.* ideò conſuetudo ſolvendi quindennia in caſu translationis emphyteuſis factæ ab emphyteuta in manum mortuam pro-
31 banda eſſet in caſu ſpecifico, nempè conceſſionis emphyteuſis factæ à Domino directo manui mortuæ, aliàs non ſuffragatur, *Rota deciſ.742. n.4. par.18. dec.96. n.18. dec.217. n.14. & dec.279. num.7. par.17. recentior.* favoris autem cauſa ceſſante ceſſat diſpoſitio, & conſuetudo favorabilis, nec extrà cauſam ſuam favor extendendus, 32
Giurba de ſucceſs. feud. cap.118. §.2. gloſ.8. nu.14. in fine, quando namque ab initio directè, & immediatè fit conceſſio emphyteutica manui mortuæ à Domino directo, maxima intercedit differentia inter caſum, in quo conceſſio fit privato, & privatus transfert emphyteuſim in manum mortuam præter concedentis intentionem, tunc enim Dominus prohibere poteſt hujuſmodi translationem, verùm in caſu, quo, ut in noſtro, propria voluntate concedit manui mortuæ, 33
nequit prohibere, nè manus mortua poſſideat, cùm ſcienter concedens aliquid perſonæ inhabili, ac incapaci, per actum occultum diſpenſationis, cum ea diſpenſare dicitur, illamque habilem, & capacem reddere, quotiès id pendet ab ejus poteſtate, veluti in his terminis ponderant *Card. de Luca de emphyteuſi diſc.50. n.4. cum ſeqq. & per tot. & alter de Luca ad deciſ. Neapolit. de Franc. obſerv.659. num.7. in fine, verſiculo altera ratio eſt*, è contrà Dominus concedendo Bona 34
privato, cogitare potuit ultrà ordinarium emolumentum Canonis, aliud extraordinarium laudemiorum, & quindenniorum, veluti examinat alter *de Luca mox laudata obſ.659. n.7.*

Nec facienda aliqua vis in generali conſuetudine ſolvendi quindennia per manum mortuam, quia hæc conſuetudo quantumvis generalis, non tamen omni manui mortuæ innoteſcit, immò nec omni Domino directo, quandò tamen, ut partes conſuetudini ſe conforma- 35
re dicantur, illa utrique contrahenti nota eſſe debet, *Card Mantica de tacit. & ambig. convent. tom.1. lib.3. tit.9. num.23 & 77.* & quælibet, uti de ſui natura ſtricta, non venit extendenda de emphyteuta transferente emphyteuſim ad Do- 36
minum illam concedentem ob conſideratam rationis diſparitatem, *Piagius de conſuetud. qu.21. num.1. cum ſeqq.* eſt benè verum, quòd potiùs hujuſmodi conſuetudo ſolvendi quindennia uti 37
generalis (quidquid ſi eſſet particularis) præſumitur eſſe nota partibus contrahentibus, *Pacion. de locat. & conduct. cap.17. num.10. cum ſeqq.* attamen hoc in emphyteuta transferente ſolummodò poteſt conſiderari, non in Domino concedente, qui etiamſi ſcire poſſit, vel forſitan etiam præſumatur ſcire talem conſuetudinem, nihilominùs cenſetur eidem voluiſſe renunciare uti in ſui tantùm favorem introductæ, ſi quindennia ſibi ſolvenda non reſervavit, minùſque Dominus directus unus ex contrahentibus objicere 38
valet, ego hoc modo intellexi, ut ait *Galeot. controv. tom 2. controv.64. nu 6. in fine*, etenim omittere eſt potiùs remittere, *Gallerat. de renun-* 39
ciation. tom.5. lib 5 cap.13. num.5.

Omitto, quòd, cùm verſemur in contractu, qui de ſui natura eſt ſtricti Juris, caſus omiſſus 40
habetur pro omiſſo, *Fontanella de pact. nuptial. tom.1. clauſ.4. gloſ.25. n.42. cum ſeq. Felic. alleg.54. num.3. & alleg.55. num.19. cum ſeqq. Paſqualig. qu. Can. mor. tom.2. cent.2. qu.165. num.4. qu.135. num.4. & qu.112. nu.4. Neguzant. qu.63. num.5. Galeotta controv.64. num.4. cum ſeqq. & per tot. tom.2. Rota coram Card. Celſo dec.263. num.1. &*

in

in recentior. dec.403.n.1.in fine par.1. dec.78.nu.6. par.2.dec.4.num.8 par.8.dec.396.num.9.cum ſeqq. par.17.dec.216.num.9.cum ſeqq. par.18. dec.534. num.1.par.19.tom.2.præſertim in materia præju-
41 diciali, prout eſt ſolutio quindenniorum, Rota coram Dunozet. Jun.dec.483.num.7.cum ſeqq ac in recentior.dec.57.num.5.par.13.dec.543.num.9.
42 par.18. fortiuſque in caſu, ubi agitur de pœna, & odio, nempè de obligando ad quindennia, De Tretis de interpretat.ultim.volunt. lib.2. interpret.3.dub.1.ſolut.3.num 154. & quamvis videatur, quòd hoc modo una ex partibus, qualis eſt Dominus directus, remaneat decepta, ac enormiter læſa ob deſperata laudemia, ideòque non admittenda talis interpretatio, ſed potiùs con-
43 traria pro quindenniorum ſolutione ad obviandum deceptioni, & læſioni, Cyriac.controv.478. num.46.cum ſeqq.& num.76.cum ſeqq.tom.3.Rota coram Gregorio XV.dec.126.num.10. & in recentior. dec.88. num.3. par.2. attamen nulla poteſt
44 conſiderari deceptio ex parte manus mortuæ, nec læſio ex parte Domini directi, quando partibus placuit ità contrahere, Rota coram Durano dec.300.num.1.

Quod ſpectat ad II. difficultatem, dico, quòd quantumvis laudemium etiam non reſervatum, adhùc debeatur, non tamen à laudemio benè arguitur in hoc caſu ad quindennium, quia laudemium fuit cognitum de Jure, quindennium
45 verò fuit incognitum, ut notat de Luca Melphyten. in meliorat.235. num.3. ad de Marin. tom.1. & licet quindennium fuerit in locum laudemii
46 ſubrogatum, quia tamen in omnibus non eſt ejuſdem naturæ, & qualitatis, non ſemper ſapit naturam ejus, in cujus locum ſubrogatur, Barboſa axiom.213.num.3.cum ſeqq.

Quod ſpectat ad III. difficultatem, intrepidè affero, falſum eſſe, quòd ex ſola Jurium dominicalium reſervatione per Dominum directum in conceſſione, facta intelligatur ſaltem tacitè, ſeu virtualiter reſervatum etiam quindennium, quando hujuſmodi reſervatio Jurium dominicalium non poteſt extendi ad quindennium tanquàm incognitum, & incogitatum, nec conforme in tempore, cùm in aliquibus partibus de quadraginta in quadraginta annos debeatur,
47 ſed intelligantur reſervati Canones, veluti arguunt de Luca Melphyten.laudata meliorat.235. n.13.Rota in Avenionen. Novenniorum 26. Junii 1699. §. Abſque eo, quòd circà fin.verſiculo ſequitur, quòd, coram Pio, regiſtrata inter deciſion. ad Card.de Luca tom.3. ſuper materia de feud. in ordine la 4. & repetit. poſt Tract. inter deciſion.Sacræ Rotæ Romanæ in ordine la XVI.n.11.cum ſeqq.

Quod denique ſpectat ad IV. ac ultimam dif-
48 ficultatem, ſciendum eſt, quòd quindennium emphyteuticum non in omnibus concordat, & fraternizat cum quindennio beneficiali, ultrà quòd conceſſio, ſeu unio Beneficiorum non fit
49 per ipſos Annatiſtas, & Officiales Romanæ Curiæ, ſed per Papam ipſis inſciis, quia verò habent officia oneroſa, propriis videlicet coempta pecuniis, ideò pro eorum indemnitate, & relevatione ſunt introducta quindennia, quæ ratio non adaptatur ad caſum conceſſionis manui mortuæ factæ ab initio, dum iſta facta eſt per ipſummet Dominum directum, qui hoc præjudicium prævidere debuit, & potuit, ac etiam quia veriſimile eſt, quòd ob caſum jam prævi-
ſum conceſſio fiat forſitan pro majori canone, 50
quàm ſi fieret privato, à quo laudemia ſperari potuiſſent, veluti in individuo ità ſatisfacit Card. de Luca de emphyteuſi diſc.50.num.18.repetit. poſt Tract. inter Doctores litera F. Immò erroneum 51
eſt, ut inſinuavi, regulari quindennium emphyteuticum, de quo eſt ſermo, cum quindennio ex Beneficiis, cùm Beneficia conferantur ad vitam unius perſonæ, quam non egrediuntur, ideò 52
quindecim annis præſcripta ſunt quindennia, 53
capiendo mediam viam, Card. de Luca loco mox allegato num.9.

Meliùs autem intrabit noſtra reſolutio, ſi Dominus directus forſitan in prima Inveſtitura ſibi expreſsè reſervaverit quindennia, in ſecunda verò minimè, ex hac enim diverſitate conceſſionis arguitur innovatam eſſe ſecundam inveſtituram, conſultòque omiſſam fuiſſe quindenniorum reſervationem, ſiquidem ſecunda, non prima inveſtitura attendenda veniat, veluti in his præciſis terminis reſolvit, Rot. in Avenionen. Noven- 54
niorum 26. Junii 1699. §. Attamen cùm cor. Pio, regiſtrata inter deciſion. ad Card.de Luca ſuper materia de feudis in ordine la 4. & repetit. poſt Tract. inter deciſion. S.Rot.Rom.in ordine la XVI. num.5. eodem modo, ſi in ſecunda inveſtitura adauctus fuerit canon, quaſi quòd compenſare voluerit 55
Dominus directus emolumentum quindenniorum cum majori emolumento canonum, Card. de Luca de emphyteuſ diſc.50.num.8.in fine, verſiculo ac etiam quia, repetit.poſt Tract. inter Doctores litera F.Rota in ſæpè laudata Avenionen.verſiculo altera verò circumſtantia num.8. ſimiliter ſi per longum tempus appareat de obſervantia 56
non petendi, nec ſolvendi quindennia, Rota in dicta Avenionen. §. Poſtremò num.13. niſi tamen obſervantia hujuſmodi quantumvis centenaria, interrupta fuiſſet per unicum ſaltem actum ſo- 57
lutionis, qui ſatis eſt pro deſtructione aſſertæ obſervantiæ, ut advertit Rota in Romana quindenniorum 16. Decembris 1707. §. Quin juvet obſervantia, coram R. P. D. Lancetta olim in Urbe Primario Advocato, regiſtrata poſt Tract. inter 58
deciſion. S.Rot.Rom. in ordine la XXII. num.10.

ARGUMENTUM.

Facta conceſſione emphyteutica à principio per Dominum directum manui mortuæ abſque aliqua reſervatione quindenniorum, poſteàque eadem manu mortua emphyteuſim alienante in aliam manum mortuam, non debentur quindennia.

SUMMARIUM.

1 *Conceſſiones emphyteuticæ vel fieri poſſunt à principio perſonæ privatæ, vel manui mortuæ, vel à principio privatæ perſonæ, & poſteà emphyteuſim alienari in manum mortuam, vel à principio manui mortuæ abſque reſervatione quindenniorum, & poſteà emphyteuſim alienari in aliam manum mortuam.*

2 *Præſens articulus eſt perquàm neceſſarius.*

3 *Facta conceſſione emphyteutica à principio manui mortuæ abſque reſervatione quindenniorum, poſteàque manu mortua emphyteuſim alienante*

in aliam manum mortuam, non debentur quindennia.

4 *Quis venire nequit contrà factum proprium.*

5 *Dominus directus præſumitur non reſervando ſibi quindennia, conſenſiſſe tàm in primam, quàm in ſecundam manum mortuam.*

6 *Tàm durabilis, tàmque perpetua eſt una, quàm alia manus mortua.*

7 *Poſterior Inveſtitura, ſeu alienatio videtur facta ad formam prioris Inveſtituræ.*

8 *Si feudum perveniat à principio in manum mortuam ex facto, & voluntate ſuperioris, non ſolvitur ſuperiori relevium.*

9 *Neapoli loco relevii, & laudemii ſolvi ſolet quartaria nuncupata.*

10 *Perveniente emphyteuſi ex facto, & voluntate Domini à principio in manum mortuam, non ſolvendum eſt quindennium.*

11 *A feudo ad emphyteuſim benè arguitur.*

12 *Feudum, vel emphyteuſis regulariter non tranſeunt in fœminas, neque in illegitimos, ſi ſint Eccleſiaſtica.*

13 *Si tamen ab initio tales perſonæ inveſtiantur ab Eccleſia, tunc efficitur ad eas tranſmiſſibilis emphyteuſis.*

14 *Noſtra ſine facto noſtro tolli non poſſunt.*

15 *Quis renunciare poteſt juri ſuo, & conſuetudini ſibi favorabili introducenti quindennia.*

16 *Volenti, & conſentienti nulla fit injuria.*

17 *Non exindè emphyteuta quiſquis ille ſit, videtur poſſe transferre emphyteuſim in manum mortuam, niſi ſolutis quindenniis in reſarcimentum damni ob deſperata laudemia.*

18 *Tale præjudicium Dominus à principio in conſiderationem habere noluit, quando ab initio ſibi non reſervavit quindennia.*

CAPITULUM XXVIII.

1 Cum conceſſiones emphyteuticæ vel fieri poſſint à principio perſonæ privatæ, vel manui mortuæ, vel à principio privatæ perſonæ, & poſteà emphyteuſim alienari in manum mortuam, vel à principio manui mortuæ abſque tamen aliqua reſervatione quindenniorum, & poſteà emphyteuſim alienari in aliam manum
2 mortuam, in præſenti ſeſe offert articulus perquàm neceſſarius, & quotidiè in foro diſputabilis, quid dicendum in caſu, in quo à principio conceſſio facta fuerit manui mortuæ abſque reſervatione quindenniorum, & iſta manus mortua alteri manui mortuæ emphyteuſim alienaverit, an ſcilicet debeantur quindennia, nec nè, undè reſolvimus, quòd facta conceſſione em-
3 phyteutica à principio per Dominum directum manui mortuæ abſque aliqua reſervatione quindenniorum, poſteàque eadem manu mortua emphyteuſim alienante in aliam manum mortuam, non debentur quindennia, veluti in puncto reſpondent *Capon.controv.Forenſ.controv.31. num.5. 12. & 15. ac per tot. Card.de Luca de emphyteuſi diſc.50.num 4.cum ſeqq. R.P.D.Fatinell.* Cameræ Apoſtolicæ Clericus, ac olim ſtrenuus in Urbe Advocatus, poſt *obſerv. ad Bull.Baron. reſponſ.50. n.6.cum ſeqq.tom.2. repetit. poſt Tract. inter Doctores litera F. Z. & NN. Rota in Avenionen: Novenniorum 26. Junii 1699. §. Attamen cùm, in med. coram Pio, regiſtrata inter deciſion. ad Card.de Luca tom.3. ſuper materia de feudis in ordine la 4. & repetit. poſt noſtrum Tract. inter deciſion. S.Rot.Roman. in ordine la XVI. nu.5. in med. & per tot.* etenim poſtquàm Dominus directus à principio conceſſit manui mortuæ emphyteuſim ſibi non reſervatis quindenniis, non poteſt ampliùs dicere eidem manui mortuæ, quòd evacuet manus ſuas, emphyteuſim ponendo in manum vivam, ſeu privati, cum venire nequeat contra factum proprium ad *text. in l. cùm à matre* 4
14. *C. de rei vindic. Capon. loc.mox citat. num.12.* Adeò ut ſivè emphyteuſis remaneat penès primam, ſivè penès ſecundam manum mortuam, nihil intereſt Domini, quandò ab initio contentus fuit, ut emphyteuſis perveniret ad manum mortuam, propriæ indemnitati non conſulendo mediante quindenniorum ſolutione, ſciens conditionem cujuſcumque manus mortuæ nunquam defecturæ, & per conſequens non ſolùm conſentiens ex proprio facto in primam manum 5
mortuam, ſed conſentire præſumptus in ſecundam, & ulteriorem manum mortuam, *Capon. loco citato num.13.*

Nullaque diſpar ratio militat in hac, vel illa manu mortua, dum tàm durabilis, tàmque per- 6
petua eſt una, quàm alia, & ſicuti in caſu conceſſionis factæ favore primæ manus mortuæ non curavit Dominus directus de quindenniis, quæ facilè ſibi reſervare poſſet, ità præſumitur non curare de quindenniis in caſu ſecundæ conceſſionis, ſeu alienationis factæ per eandem primam manum mortuam favore alterius manus mortuæ ex eo, quia poſterior inveſtitura, ſeu alienatio facta quoque in manum mortuam, vi- 7
detur facta ad formam, & tenorem prioris inveſtituræ, & ſic abſque reſervatione quindenniorum, *Capon. ſæpè laudato loco num.15.*

Hinc videmus, quòd, ſi feudum perveniat à principio ad manum mortuam, ex facto, & vo- 8
luntate ſuperioris, non ſolvitur ſuperiori relevium, quod aliàs ſolvendum eſſet ad inſtar quindennii ſingulis quindecim annis, ſi feudum ab ipſo feudatario, qui ſit perſona privata, alienaretur in manum mortuam, *Capon. loco citato num.13.cum ſeq. & diſcept.379. num.120. tom.5. Capon.de jure relevii par.1 qu.29 num.7.cum ſeq. & par.4.qu.27.num.8.cum ſeqq. & per tot.qu.28. num 26. & qu 34. num.20. verſiculo quam declarationem, Billoct. conc.feudal.conc.18.n.18. Prat. pract.obſerv.obſ.8. nu.27.cum ſeqq.& diſcept.Forenſ.tom.4. cap.22. num.19. Camill. de Curte reſol. feudal.cap.3.nu.61.poſt de Marin.reſol.lib.3.Frecc. de ſubfeud.lib.2.tit.de auctor Baron.auctor.3.n.15. circà med.verſic ideò non fit alienatio,fol.mihi 318. de Luca Melphyten.ad Gratian.diſcept.377.nu.20. Leo dec.Valent.78.num.5.tom.1.repetit poſt.Tract. inter deciſion. exter. in ordine la III.* & hæc eſt inconcuſſa praxis in Neapolitano Regno, ubi 9
quandoque loco relevii, & laudemii ſolvi ſolet certa portio ibidem quartaria nuncupata, *Staiban. Jun.reſol.Forenſ.reſol.98.num.152.cum ſeqq.* eodem modo ex facto, & voluntate Domini di- 10
recti perveniente emphyteuſi à principio in manum mortuam, non ſolvendum eſt quindennium, prout aliàs ſolveretur, ſi emphyteuſis ab ipſo emphyteuta, qui ſit perſona privata, alienetur in manum mortuam, & à feudo ad emphyteuſim benè arguitur ex congeſtis à *Barboſa* 11

*loc.commun.loc.*43.*num.*3.*in fine*, *& loc.*47.*nu.*2. *Everard.Topic.legal. loc.*12. *per tot.* & ex alibi paſſim per nos allatis.

Similique modo evenit in conceſſione feudi,
12 vel emphyteuſis Eccleſiaſticæ, quod, vel quæ licet regulariter non tranſeat in fæminas, neque in illegitimos tàm de jure, quàm ex Conſtitutione S. Pii V. ut quo citiùs ad Eccleſiam redeat, & quia Eccleſia propter ſui dignitatem, ac puritatem non præſumitur cogitaſſe de hujuſmodi filiis ex peccaminoſo, damnatoque coitu genitis, cùm alioquin homines invitarentur, & quodammodò pertraherentur ad peccandum eo, quia ſui natura deſiderent bona filiis relinquere, *Genuenſ. practicabil. Eccleſ. tricenar.*1. *qu.*63. *num.*1. *poſt med. verſic. contrariam opinionem*, *cum nn.ſeqq. Caldas Pereyra de jur.emphyt. lib.*1. *tit. de renovat.emphyteuſ. qu.*28.*num.*1. *& tit.de nominat.emphyteuſ.lib.*2.*qu.*20. *num.*7. *cum ſeqq. & qu.*21. *num.*23. *& lib.*3. *qu.*13.*num.*17. *Fulgin eod.tract. tit. de ſucceſſion. in bon. emphyt. qu.*6.*num.*2. *Amic.eod.tract. qu.*93. *num.*8. *Card. de Luca de emphyteuſ. diſc.*18. *num.*7. *& diſc.*57. *num.*5.*Pinheyr.eod.tract.par.*2.*diſput.*5.*ſect.*5.§.3. *num.*1. *cum ſeqq. Lup. de illegitim. comment.*1. §.4.*num.*6. *cum ſeq. Lucidor.eod.tract. cap.*9.*n.*2. *cum ſeqq. juncto num.*11. *de Luca Melphyten. de linea legali lib.*2. *artic.*52.*num.*5. *in fine*, *Fragoſ. de regim. Reipubl. Chriſt. tom.*3. *diſput.*9. §.16. *num.*10.*cum ſeq.Gama dec.Luſitan.*2.*n.*1.*dec.*194. *n.*2. *& dec.*377.*n.*2. *Rota coram Coccino dec.*1721. *num.*2. *& deci.*1873. *num.*21. *&* 25. *ac in recentior dec.*119. *num.*18. *& dec* 317.*num.*15.*par.*9. *tom.*1. nihilominùs ſi iſti ab initio inveſtiantur,
13 tunc efficitur transmiſſibilis ad eos emphyteuſis, *Genuenſ. practicab. Eccleſ. tricenar.*4. *qu.*74. *num.*6. *&* 10. *Amic. de jur.emphyt.qu.*93.*num.*8. *cum ſeqq. Fulgin.eod.tract. tit. de diverſ. quæſtion. qu.*26. *num.*1. *& tit.de ſucceſſion. in bon. emphyt. qu.*6.*num.*4. *&* 9. *Pinheyr. de emphyteuſi par.*2. *diſput.*5. *ſect.*5. §.3. *num.*103. *&* 136. *cum ſeqq. Card. de Luca eod.tract. diſc.*57. *num.*4. *Lupus de illegitim. comment.*1. §.4. *num.*8. *Lucidor. eodem tract. cap.*9. *num.*1.

Neque obſtat, quòd non debet eſſe in facultate emphyteutæ, ſivè ille ſit perſona privata, ſivè manus mortua, præjudicare Domino directo alienando in manum mortuam, quin prætendi poſſit quindennium, cùm noſtra ſine facto
14 noſtro tolli non poſſint *l. id quod noſtrum eſt* 11. *ff. de regul.jur.* & non debet alteri per alterum iniqua conditio inferri *l.non debet* 74.*ff. eod.* Dominus enim, concedendo ab initio manui mortuæ bona in emphyteuſim, benè poteſt ſibi præjudicare ex facto proprio in non facta ſui favo-
15 re quindenniorum reſervatione eo, quia quis renunciare poteſt juri ſuo, & conſuetudini ſibi favorabili introducenti quindennia, quo caſu vo-
16 lenti, & conſentienti nulla fit injuria, *Barboſa axiom.*96.*num.*2. ſed non exindè emphyteuta quiſquis ille ſit, videretur poſſe transferre em-
17 phyteuſim in manum mortuam, niſi ſolutis quindenniis in reſarcimentum damni ob deſperata laudemia, veluti diſtinguit *Rota in Romana Quindenniorum* 16. *Decembris* 1707.§.*Nec relevat,coram R.P.D.Lancetta,regiſtrata poſt Tract. inter deciſion. S.Rot.Rom.in ordine la XXII. nu.*7. *cum ſeqq.*

Attamen firmata reſolutio ſemper firmior remanet eo, quia non poteſt amplius conſiderari præjudicium Domini, dum ſponte ipſe Dominus à principio illud in conſideratione habere noluit, quando ab initio concedere voluit 18
emphyteuſim manui mortuæ, non reſervatis ſibi quindenniis, ut ponderatum fuit per *Rot. in Avenionen Novenniorum* 26. *Junii* 1699. §.*Attamen cùm*, *in med.coram Pio*, *regiſtrata inter deciſion.ad Card.de Luca tom* 3.*ſuper materia de feud. in ordine la* 4.*& repet.poſt Tract.inter deciſion.Sacræ Rot.Rom. in ordine la XVI. num.*5. *in med.*

ARGUMENTUM.

Emphyteuſis privata, ſeu laycalis, poſteà tranſiens in manum mortuam, ſubjacet quindennio.

SUMMARIUM.

1 *Emphyteuſis privata, ſeu laycalis poſteà tranſiens in manum mortuam, ſubjacet quindennio.*
2 *Emphyteuſis laycalis, effecta Eccleſiaſtica, præponderare debet in natura nobiliori.*
3 *Emphyteuſis tranſiens in manum mortuam, uti indè effecta inalienabilis, remanet obnoxia quindenniis ad reparandum Domini præjudicium.*
4 *Res ſumere ſolet conditionem à perſona, apud quam reperitur, non autem perſona ab ipſa re.*
5 *Emphyteuſis tranſiens in manum mortuam, tranſire debet cum onere ſuo, quale eſt ſolutio quindenniorum.*
6 *Onera realia ſequuntur rem, & poſſeſſorem.*
7 *Res collectabilis, ſeu tributaria tranſit cum ſuo onere collectarum in Eccleſiam, ſi ad illam res ipſa tranſeat.*
8 *Emphyteuſis poſſeſſa per manum mortuam, & tranſlata in privatum, ſeu laycum, de inalienabili evadit alienabilis.*
9 *Res Eccleſiaſtica de ſui natura non collectabilis, tranſiens in Laycum, fit collectabilis.*
10 *Decimæ à Papa Regi conceſſæ, ſæculariʒantur.*
11 *In Hiſpania, & Luſitania vocantur Tertiæ.*
12 *Tales Decimæ non percipiuntur ampliùs titulo, ut priùs Eccleſiaſtico, ſed Sæculari.*
13 *Emphyteuſis laycalis, licet tranſeat in manum mortuam, nihilominùs ſemper retinet primam naturam.*
14 *Non benè arguitur à Jurepatronatus activo ad Juſpatronatus paſſivum.*
15 *Quamvis ob circumſtantias quandoque ab uno ad aliud bona ſit illatio.*
16 *Cauſa* Gerunden. Beneficii *fuit prima cauſa magna, in qua ſcripſit Auctor in Rota.*
17 *Res ſecundùm præſentem ſtatum judicanda eſt.*
18 *In re beneficiaria ultimus ſtatus attendi ſolet.*
19 *Res de facili redire ſolet ad ſuum priorem ſtatum.*
20 *Res perſonam uti digniorem ſemper ſequitur.*
21 *Mutato ſtatu perſonæ, mutatur & rei ſtatus.*

CAPITULUM XXIX.

PRæſens indagatio concernit quotidianam, ac practicabilem in foro materiam, ideòque non ſpernenda, quatenùs firmatur, quòd em- 1
phyteuſis privata, ſeu laycalis, poſteà tranſiens in manum mortuam ſubjacet quindennio, tan-

quàm oneri reali, ut in individuo firmat Rota in recentior. dec.474. num.4. cum ſeqq. & per tot. & dec.494.per tot.par.9. tom.2.repetit poſt Tract. inter deciſion.S.Rot Rom.in ordine la I. & II. quoniam ſortitur naturam rei manus mortuæ, amit-
2 titque propriam, vel quoniam ſi retinet utramque naturam, præponderare, & prævalere debet in natura nobiliori, Mareſcott. variar.reſol. lib.1.cap.77.n.7. Riccius in praxi par.2.reſol.443. num.7. Poſt. de manutent. obſerv.8. num.69. mutatoque emphyteuta Layco, emphyteuſis perventa ad manum mortuam, efficitur inalienabilis, vel ſaltem difficulter, ac rarò alienabilis, indèque quindenniis obnoxia ad reparandum
3 Domini præjudicium ſuis locis per nos ponde-
4 ratum, & res ſumere ſolet conditionem à perſona, apud quam reperitur, non autem perſona ab ipſa re, ad text in l.1. in fine C. de impon lucr. deſcript.lib.11. Rovit.in Pragmatic.Regn.Neapol. ſuper Pragmat.5. de cenſib.n.37.cum ſeq. & ſuper Pragmat.1. num.3. ideò tranſiens in manum
5 mortuam, debet tranſire cum onere ſuo, quale eſt ipſa ſolutio quindenniorum ad text. in l.alienatio 67. ff de contrah.empt. l. traditio 20 ff.de acquir.rer.domin.l. ſi convenerit 17.§.Si fundus 2.ff. de pignorat. act.l.hactenùs 7 ff. de uſufruct.l.Imperatores 7.ff de Publican. l. ſi debitorem 12. C. de diſtract.pignor. l.fin.C.Sine cenſ. vel reliq. l.ſi prædium 4. C.de Evict ion. dum realia onera rem, &
6 quemcumque poſſeſſorem ſequuntur, ſicut hominem umbra, & lepra leproſum ſequitur, Cevall.commun qu.36. num.21. cum ſeq. & qu.76. num.20. Raudenſ de analog. cap.40. num.35.cum ſeqq. Marotta de collect. cap.2. num 4. & cap.3. num.18. Vela diſſert.35. num.13. & 152. Pereyra dec. Luſitan.63. num.4.Seſſe dec.Aragon.7.num.1. cum ſeqq Rota recentior. dec.208. num.5. par.18. prout res collectabilis, ſeu tributaria tranſit cum
7 ſuo onere collectarum in Eccleſiam, ſi ad illam res ipſa tranſeat, Marotta de collect. cap.5. num.1. cum ſeqq. & ſignanter num.19.Bellett. diſquiſit. Clerical. par.1. tit. de exempt. Cleric. à ſtatut.ſæcular.§.4. num.30. & tit. de exempt. Cleric. à muner.public §.3. num.1. cum ſeq. Gutierrez de gabell. qu.92.num.51. cum ſeqq. Theſaur.dec.234. num.8. ubi Adden. litera C.in fine.

Hinc è contrà fit, quòd emphyteuſis poſſeſſa per manum mortuam, ſubindèque translata in privatum, ſeu laycum, uti jam effecta privata, ſivè laycalis, non ſubjacet ampliùs quindennio, cùm ceſſet hoc modo, hocque tranſitu, vel translatione cauſa, ob quam ſolvitur quindennium, adeſt enim ſpes laudemiorum, devolutionis, caducitatis, & extinctionis lineæ, proindèque exuens primævam naturam, novam aſ-
8 ſumit, ac de inalienabili evadit alienabilis, Poſtius de manutent. obſ.8. num.69. Reynoſ. obſ.50. n.22. Magon. dec. Lucen.10.n.7.cum ſeq.verſiculo, & quòd talis emphyteuſis, ſicuti res Eccleſiaſtica
9 de ſui natura non obnoxia collectis, ſi in privatum, ſeu laycum tranſeat, evadet collectabilis, uti jam deſinens eſſe Eccleſiaſtica, & incipiens eſſe privata, ſeu laycalis ſubjicitur oneribus laycalibus, Marotta de collect.cap.14.num.9. cum ſeq.

Undè videmus, quòd Decimæ à Papa Regi
10 conceſſæ ob Regni utilitatem, ac neceſſitatem, dicuntur ſæcularizatæ, tanquàm effectæ jam temporales, & prophanæ, vulgò Tertiæ, ſeu
Terceulos, vel dos novenos in Luſitania, & Hi- 11
ſpania nuncupatæ, indeque alienabiles in Duces, Comites, Marchiones, & in alios inferioris con-
ditionis, quæ ampliùs non percipiuntur titulo 12
ut prius Eccleſiaſtico, ſed ſæculari, primævam naturam amittentes, & in alteram ſæcularizationis nempè tranſeuntes, Mareſcott var reſol. lib.1.cap.10.per tot.Reynoſ obſ.50.n.10. cum ſeqq. Caſtill.de tetiis cap.2.11. & 12. n.20. & cap.26. num.14. Solorzan. de jur. Ind. tom.2. lib.3. cap.1. per tot.& cap.4.num.21.cum ſeqq & Politic lib.4. cap.1. cum ſeq. & lib.6.cap.7. verſ.en quanto fol. mihi 967. Gonzalez in cap.prohibemus 19. num.4. cum ſeqq.de Decim.Gutierrez.practic lib.1.qu.13. cum ſeqq. Barboſa de Epiſcop par.3. alleg.121. alter Barboſa in l.Titia 35.num.40.ff ſolut.matrim. Covarruu. var. lib.1. cap.17. num.5. cum ſeq. & practic.cap.25. num.2. Cevallos commun. qu.368. & qu.822.num.17.cum ſeqq. & qu 897.num.636. cum ſeqq. Marian. lib.13. Hiſtor. Hiſpan. cap.ult. Card.de Luca de decim. diſc.1. Eſrobar.de Pontific. & Reg. Juriſd. cap.22. diſcurſ.1. Mend. de jure Academ.lib.1.qu.37.num.624. Fontanella de pact. nuptial.tom.2.clauſ.4. gl.19.ſub num.41. verſiculo hæc duriuſcula.& num.83.Cancer.var reſol.par.1. cap.23. n.2. Nogueroll.alleg.39. Suarez alleg 28. ubi Adden.litera B. Amoſtazo de cauſis piis lib.7. cap.8.n.45.cum ſeqq. Oliva e Souza de for. Eccleſ. par.1.cap.7.n.106 Creſp.obſ.91.n.42.par.2. Fraſſo de Patronatu Regio cap.18.num.8. Eſcalon. Gazophylac.lib 2.par.2. cap.32.num.3. & §.1. num.5. Pareja de inſtrum. edit.tit.7. reſ.9. n.37. Antunez Portugal de donat.Reg.lib.1. par 2.c.34. & par.3. cap.1.Larrea alleg.16.& 27.cum ſeq.par.1.Borell. de præſtant.Reg.Cathol. cap.59. Laſſart. de Decim. vendit.& permut.cap.19.nu.29.cum ſeqq. Rebuff. de Decim. qu.10.num.39. & qu.13.num.110. Sarmiento de reddit.Eccleſ.par.2.cap.8.n.19.& par.4. cap.2.num.4.Moneta de Decim.cap.8.num.38.Molina de Juſtit. & Jur.tom.3. diſput.663. num.9. Navar. de reddit.monit.57.num.2.ad med. Leò dec. Valent.3. Cabedo dec.Luſitan.63. par.2. Seſſe dec. Aragon.162.par.2. Rota cor. Card.Puteo dec.319. lib.3.Card.Ubald.dec.135.ſub n.3. & dec.164.n.7. Caputaquen dec.238.num.1.par.1. Penia dec.560. num.9.verſic.cæterùm,Carillo dec.75.num.15.verſic. nec obſtat, cum ſeqq.Dunozet. Jun. deciſ.494. n.5. Royas dec.329.n.8. dec.665.par.3.lib.3.diverſ. deciſ.702.ſub n.7. par.1. recentior. deciſ. 202. n.4. par.3. deciſ.212. nu.2. verſiculo quoniam, cum nn. ſeqq.par. 7. deciſ. 661. nu. 10. par. 18. tom. 2. & deciſ. 9. par. 19.

Veruntamen principalis concluſio non ità de facili videtur procedere, cùm immò eſt in contrarium regula, quòd emphyteuſis laycalis, ſeu privati, licet tranſeat in manum mortuam, vel
alium quemcumque privilegiatum, nihilominùs 13
ſemper retinet primam naturam juxta capitale conſ.Ancharan.165.nu.2.Rub.in annot.ad dec.26. n.32.par.3. recentior.Rota coram Merlino dec.872. nn.2. ſed adhùc in nihilum turbat concluſionem contraria regula, illa nanque procedit in emphyteuſi activa, in qua nempè conſideratur dominium directum, non autem in paſſiva, in qua conſideratur dominium utile, & de qua eſt præſens ſermo, & ſicuti in emphyteuſi activa à principio laycali de ſui natura etiam ad hæredes

extra-

extraneos tranſitoria, poſteà in manum mortuam tranſlata; non alteratur ejus originaria qualitas, nè irrogetur per tranſitum hujuſmodi, ſucceſſuris præjudicium, ità vice verſa in emphyteuſi paſſiva à principio quoque laycali, ſubindè in manum mortuam tranſlata, alteratur ejus originaria qualitas, nè per talem tranſitum inferatur præjudicium Domino directo, prætérquamquòd non benè in Jure arguitur ab emphyteuſi activa ad emphyteuſim paſſivam, pro-
14 ut nec à Jurepatronatus activo ad Juſpatronatus paſſivum, *Card. de Luca de Jurepatron. diſc. 28. nu. 12.* quanvis ob circumſtantias quandoque ab
15 uno ad aliud bona ſit illatio, ſeu conſequentia, *idem de Jurepatron. diſc. 45. nu. 4. Rota* (me ſcribente) poſt ſeptimam Cauſæ propoſitionem, omnibus Dominis ſuffragantibus, in celeberrima *Gerunden. Beneficii* 24. *Januarii* 1691. §. *Et ſanè in fine verſiculo ſic pariformiter*, & §. *Quæ validiſſimè* 5. *Maii* 1692. *coram Benincaſa inter ſuas impreſſas in ordine la* 251. & 285.; & iſta
16 Cauſa magna, fuit prima, in qua ego ſcripſi in S. Rotæ Auditorio.

Nec mirandum de diverſitate, quia quælibet
17 res ſecundùm præſentem ſtatum, in quo reperitur, non ſecundùm antiquum, in quo jam non exiſtit, judicanda eſt, *Tiraquell. in tract. ceſſant. cauſ. par. 1. nu. 210. Magon. deciſ. Lucen 10. nu. 8. Sperell. deciſ. 173. num. 26. tom. 2. Rota dec. 279. nu. 11. par. 14. recentior. dec. 119. nu. 25. par. 19.* prout in re beneficiaria ultimus ſtatus attendi
18 ſolet ad dignoſcendam Beneficiorum qualitatem, *Mareſcott. var. reſol. lib. 1. cap. 55. n. 1. cum ſeqq. & per tot. Genuenſ. prax. cap.* 101. *per tot. Lotter. de re benef. lib. 1. qu. 34. nu. 21. cum ſeqq. & ferè per tot. Corrad. prax. benef. lib. 2. cap. 8. n. 53. & alibi paſſim, Roſa de exequut. liter. Apoſt. par. 1. cap. 7. nu. 100. cum ſeqq. & alibi paſſim, ac in addit. nu. 295. cum ſeqq. Rota recentior. dec. 74. n. 10. cum ſeqq. dec. 165. nu. 7. dec. 181. nu. 2. dec. 230. nu. 9. dec. 329. nu. 6. & 9. dec. 375. num. 14. cum ſeqq. par. 18. dec. 7. nu. 2. dec. 223. nu. 14. dec. 395. nu. 8. dec. 171. num. 15. & alibi paſſim, par. 19. dec. 463. num. 2. & per tot. ead. par. 19. tom. 2.* è
19 contrà de facili res redire ſolet ad ſuum priorem ſtatum cum omni ſua cauſa anteriori, *Tiraquell. de retractu §. 1. gloſ. 7. nu. 69. cum ſeqq. Roderic. de an. reddit. lib. 2. quæſt. 13. num. 8. Gratian. di-*
20 *ſcept. 271. nu. 37.* cùm res perſonam uti digniorem ſemper ſequatur, *Grivell. dec. Dolan. 82. n. 5.*
21 ac mutato ſtatu perſonæ mutatur & rei ſtatus, conſiderando qualitatem novi poſſeſſoris, qualis eſt manus mortua emphyteuta, *Fulgin. de Jure emphyt. tit. de melioram. quæſt. 10. n. 26. Magon. dec. Lucen. 10. num. 13. & in annotat. litera B.*

ARGUMENTUM.

Quindennia debentur etiam in caſibus, in quibus non deberentur, ſi inter manum mortuam emphyteutam, & Dominum directum inita fuerit conventio de illis ſolvendis ſemper, & quandocumque, etiamſi illa non deberentur.

SUMMARIUM.

1 *Quindennia debentur etiam in caſibus, in quibus non deberentur, ſi inter manum mortuam, & Dominum directum inita fuerit conventio de illis ſolvendis ſemper, & quandocumque, etiamſi illa non debeantur ad inſtar relevii pro feudo.*
2 *Tenet pactum de non ſolvendo quindennio, etiamſi illud non deberetur.*
3 *Conventiones, & pacta ſunt ſervanda.*
4 *Mentio R. P. D.* Peregrini Maſſerii.
5 *Contractus emphyteuticus recipit formam à pacto contrahentium.*
6 *Pacta in feudis, etiam inſolita, & contrà naturam feudi ſunt ſervanda.*
7 *Pacta conventa in locatione ſunt ad unguem ſervanda.*
8 *Contractus emphyteuticus habet familiaritatem cum locatione.*
9 *Contractus emphyteuticus totus conſiſtit in pactis.*
10 *Pacta circà ſumptus, & meliorationes ſunt ſervanda.*
11 *Quiſquis poteſt adjicere legem ſibi benè viſam.*
12 *Dummodò bonis moribus non adverſetur.*
13 *Pacti energiam optimè agnovit Salomon.*
14 *Sacra Pagina utitur ſæpius repetitione eorundem verborum.*
15 *Pacti vis agnita fuit ab Ethnicis ipſis.*
16 *Contractus emphyteuticus eſt individuus.*
17 *Tenet pactum de non ſolvendo laudemio, aut quindennio.*
18 *Pacta appoſita contrà, præter, vel ultrà naturam emphyteuſis tenent, etiamſi tendant contra jus.*
19 *Exempli gratia inter alia, quòd emphyteuſi funditùs perempta, adhùc ſolvatur Canon.*
20 *Quòd feudum tranſeat in feudatarium tàm quoad utile, quàm quoad directum dominium.*
21 *Pactum plus operatur, quàm lex, & ſtatutum.*
22 *Contractus à principio ſunt voluntatis, poſteà verò fiunt neceſſitatis.*
23 *Nec Princeps diſpenſare poteſt ſuper obſervantia pacti.*
24 *Partes poſſunt ſe conformare univerſali conſuetudini ſuper ſolvendo quindennio.*
25 *Pactum inter contrahentes dicitur lex.*
26 *Quiſquis renunciare poteſt proprio favori.*
27 *Validè per pactum quis renunciat præſcriptioni.*
28 *Emphyteuta non ſolvens canonem, cadit à jure ſuo.*
29 *Privatorum pactis derogari nequit legibus.*
30 *Partes per conventiones derogare poſſunt conſuetudini ſolvendi, vel non ſolvendi quindennia.*
31 *In emphyteuſi ſervandum eſt etiam rigoroſum, aut à jure exorbitans pactum.*
32 *Pacta rumpunt leges præſertim in materia emphyteutica.*
33 *Pactis derogari nequit legibus, ſi pacta non fuerint licita, à boniſque moribus deviaverint.*
34 *Vel ſi lex principaliter recipiat publicam utilitatem.*
35 *Uxor præſertim dotata, quamvis alenda ſit à Viro, attamen valet pactum antè matrimonium, quòd ali non debeat.*
36 *Papa, aut alius Princeps nec de plenitudine poteſtatis poteſt pacto contravenire.*
37 *Deus tenetur ex pacto, vel teneri dignatur.*
38 *Per pactum ſalis denotatur ſtabilitas.*
39 *Servare pacta dicitur quid divinum.*
40 *Pacta ſervantur in bello.*
41 *Mentio Rahab in Sacris literis.*
42 *Mentio pacti cum Gabaonitis, de non occidendo.*
43 *De quo pacto meminit jus Canonicum.*
44 *Dictoque pacto non ſervato Deus immiſit triennalem famem.*

Ga-

45 *Gabaonitæ erant reliquiæ Amorrhæorum.*

46 *Amorrhæi juxta præceptum Divinum non erant tractandi.*

47 *Gabaonitæ habebant nomen Italico ſermoni reſpondens.*

48 *Joſue à Gabaonitis deceptus fuit.*

49 *Non ſervans pacta in contractu emphyteutico adjecta, cadit ab emphyteuſi, ac ſi canonē non ſolviſſet.*

50 *Renunciari nequit devolutioni, niſi prævio Beneplacito Apoſtolico.*

51 *Eccleſia ſe obligare non poteſt ad quindennium abſque ſolemnitatibus.*

52 *Eccleſia non tenetur proximioribus renovare niſi ad hunc effectum conſtet de beneplacito Apoſtolico.*

53 *In Luſitania apponi ſolet pactum de non renovando.*

54 *Pactum Eccleſiæ favorabile non indiget ſolemnitatibus.*

55 *Eccleſia remittere nequit abſque ſolemnitatibus laudemium, aut quindennium.*

56 *Eccleſia in acquiſitione Emphyteuſis validè ſolvit abſque ſolemnitatibus laudemium.*

57 *In acquirendis Eccleſia non indiget ſolemnitatibus.*

58 *Eccleſia abſque ſolemnitatibus obligari poteſt ad ſolvendum canones ex emphyteuſi tractum ſucceſſivum habentes.*

59 *Etiamſi manus mortua venire velit ex capite læſionis, doli, ſive è ex alia cauſa, contra pactum ſolvendi quindennium etiam in caſibus, in quibus illud non deberetur, adhùc manutenendus eſt Dominus in exactione quindennii.*

60 *Judex judicare debet ex conventione.*

61 *Requirens altiorem indaginem, rejiciendum ad judicium petitorium.*

CAPITULUM XXX.

IN præſenti *Cap.* diſſerimus de re valdè in foro, ac quotidiè practicabili, ideoque neceſſariſſima, de manu mortua nempè emphyteuta obligata ad quindennium etiam in caſibus, in quibus ad illud non obligaretur, nec teneretur, ſi tamen inter ipſam, & Dominum directum inita fuerit conventio de ſolvendis quindenniis, & poſſunt figurari caſus, in quibus non debetur quindennium, puta ſi in ſolutum dentur à debitore manui mortuæ creditrici, de quo nos in ſuo loco, ſi emphyteuſis ex cauſa neceſſaria transferatur in manum mortuam, de quo nos ſuo loco, ſi poſt translatam emphyteuſim in manum mortuam, ſupervenıat cauſa neceſſaria permanentiæ ipſius emphyteuſis penès eandem manum mortuam, de quo nos ſuo loco, ſi emphyteuſis concedatur manui mortuæ cum pacto de affrancando, de quo nos ſuo loco, ſi emphyteuſis transferatur in manum mortuam cum pacto de redimendo, ſeu retrovendendo, de quo nos ſuo loco, ſi imponantur annui redditus ſuper emphyteuſi favore manus mortuæ, de quo nos ſuo loco, ſi aſſignetur emphyteuſis locis Piis pro dotibus Monialium, de quo nos ſuo loco, ſi denique detur emphyteuſis manui mortuæ ad gaudimentum vulgo *à godere*, de quo nos ſuo loco; undè impræſentiarum aſſerimus,
1 quòd quindennia debentur etiam in caſibus, in quibus non deberentur, ſi inter manum mortuam, & Dominum directum inita fuerit conventio de illis ſolvendis ſemper, & quandocumque, etiamſi illa non debeantur, eodemque modo, quo relevium deberetur pro feudo, etiam in caſibus, in quibus non deberetur, quaſi quòd pactum hujuſmodi ut pars pretii, *Burg. de laudem. parte 2. inſpect. 18. nu. 4. Fulgin. de jur. emphyt. tit. de laudem. quæſt. 8. nu. 51. Pacion. alleg. 141. n. 15. Capan. de jur relev. parte 4. quæſt. 28. nu. 7. cum ſeq.* meliùs, & in puncto *Capon. controv forenſ. controv. 30. nu. 22. repetit. poſt Tract. inter Doctores litera X. Rota coram Coccino deciſ. 2314 nu. 5. ac in recentior. deciſ. 474. in principio, juncto verſiculo hodiè coram me, parte 9. tom. 2. repetit. poſt Tract. inter deciſion. S. Rotæ Rom. in ordine la I. & II.*

Sicuti è contra videmus valere pactum de non ſolvendo quindennio, etiamſi illud deberetur, ut de laudemio inquit *Pinheyr. de emphyteuſi parte 2. diſput. 4. ſect 4. nu. 33.* optima, ſolidaque quidem ratione eo, quia manui mortuæ emphyteutæ ita volenti nulla fit injuria in paciſcendo de quindennio etiam non debito, cùm conventiones, & pacta ſint ſervanda, & contractus ex partium conventione legem accipiant tam de jure naturæ, quàm gentium, immò & de jure divino, Canonico, & civili, ac ex principiis Philoſophiæ moralis ad *text. in l contractus 23. l. non videtur 127. ff. de regul. jur. cap. contractus 85. cap. ſcienti 27. eod. in 6. Pantſchman quæſt. 9. nu 206 Solſon. de laudem. quæſt. 4. principal. nu. 27 Faber eod. tract. decad 2 error. 8. nu. 15 Burg. eod. tract parte 2. inſp. 18. nu 4. in fine, Donad. de renunc lib. 1. cap. 34. num 86. Barboſa axiom 57. n. 1. & axiom 173. num. 1. & vot. 76. n. 5. cum ſeqq. Capon. de pact qu. 4. nu. 5. qu. 17. n. 100. circà fin. verſ. reſpondeo, in princip. Oñat. de contract tom. 1 tract 5. diſp. 16. ſect. 8. nu. 125. cum ſeqq. Eſcobar à Corro de utroque foro artic 5. caſ. 2. n 76. Gratian. diſc. 719. num. 23. & diſc 748. n 14. Palma ſen. conſult. 8. nu 1. & conſult. 38. n. 13. Palm. jun. ſeu Nep. alleg. Jur to. 1. alleg. 42. n. 14. & 18. & alleg. 87. num. 1. Bonden. collect. legal 44. n. 17. Moccia conſult. forenſ. c. 5. n. 21 cum ſeqq. Marotta diſc. for. diſc. 25. num 10. cum ſeq. & n. 21. cum n. 33. Peregrinus Maſerius* 4 *olim in Urbe primæ notæ Advocatus, poſtea Signaturæ Juſtitiæ Auditor, ac tandem Utriuſque Signaturæ Votans, de Legat à Later. lib. 1. cap. 4. §. 1. n. 71. Cenſal. deciſ. Lucen. 14 n. 70. Laurent. dec. Avenion. 143. num. 4. in fin. Ganaverr. deciſ. 20. num. 1. Rota poſt Melium in allegat. deciſ. 22. num. 4. ac in recentior. deciſ. 338. num. 10. par. 14. dec. 764. n. 10. par. 18. tom. 2.* maximè contractus Emphyteuticus, qui uti non habens propriam 5 naturam, ſed veluti materia informis, recipit formam à pacto, contrahentium, *Neguzant. quæſt. 3. nu. 35. cum ſeqq. Burg. de laudem. par. 1. inſpect. 5. num. 17. & par. 2. inſp. 17. num. 1. circà fin. verſiculo ſuadentur præmiſſa, Niger eod. tract. tom. 1. quæſt. 8. n. 5. quæſt. 24. nu. 45. in princip. & quæſt 39. artic. 2. cap. 1. num. 1. Solzon. eod. tract. quæſt. 1. princip n. 52. Caldas de jur. Emphyt. lib. 1. quæſt. 8. n. 9. in fine, verſ. quamobrem, & quæſt. 11. num. 2. & lib. 2. quæſt. 7. n. 7. & lib. 3. cap. 1. n. 3. Fulgin. eod. tract. prælud. quæſt. 4. nu. 3. & tit. de Solut. Canon. quæſt. 1. n. 118. tit. de alien quæſt. 1. n. 218. & 241. & tit. de var. caducit. qu. 1. n. 42. Valaſc. eod. tract. qu. 27. nu. 14. & 19. Boſcol. reſponſ. 2. de ſucceſſ. in feud. & emphyteuſ. n. 49. poſt*

Torr.

Torr. de Majorat. Ital. tom. 2. Pacion. de locat. &
conduct. cap. 3. num. 16. Molin. de contract. tract. 2.
diſput. 484. nu. 5. Berſan. de negligent. & omiſſion.
par. 2. artic. 16. num. 22. Felic. alleg. 35. n. 27. lib. 3.
Cyriac. controv. 632. n. 20 tom. 4. Milanenſ. dec. 17.
num. 67. cum ſeq. lib. 2. Rota poſt Nigr. de laudem.
tom. 2. deciſ. 4. n 3. verſ. ſed quidquid ſit, & deciſ. 5.
n. 1. in med. Peuting. deciſ. 69. n. 6. Alexand. VIII.
deciſ. 183. n. 22. Card. Ubald. deciſ. 468. n. 1. tom. 2.
& in recentior. deciſ. 33. n. 10. par. 14.

6 Hinc pacta in feudis, etiam inſolita, & con-
tra naturam feudi ſunt ſervanda, Melius alleg.
10. n. 79. tom. 1. & alleg. 26. n. 5. cum ſeqq. tom. 2.
Card. de Luca de Feud. diſcurſu 3. nu. 2. Pacian. de
prob. tom. 2. cap. 39. num. 10. & in addit. litera C.
hinc tenet pactum, quòd Eccleſia mortuo Præ-
lato ſolvat relevium ex conceſſione feudi, Prat.
pract. obſ. obſerv. 8. n. 25. & diſcept forenſ. tom 4.
cap. 12. num. 21. cum ſeq hinc pacta conventa in
7 locatione ſunt ad unguem ſervanda, Pacion. de
locat. cap. 22. nu. 129. cum ſeq. & emphyteuticus
8 contractus habet familiaritatem cum locatione,
idem cap. 3. nu. 5. immò nullus datur contractus
magis capax pactorum, quàm emphyteuticus,
9 cujus tota natura conſiſtit in pactis, Solſona de
laudem. qu. 3. princip. num. 31. hinc pacta circà
10 ſumptus, & meliorationes ſunt ſervanda, Melius
alleg. 10. nu. 156. tom. 1. præterquamquòd quiſ-
11 quis tàm de jure naturali, quàm civili poteſt
rei ſuæ adjicere legem ſibi benè viſam, aut con-
ditionem, onúſve apponere Cenſal. deciſ. Lucen. 4.
12 nu. 23. cum ſeqq. dummodò bonis moribus non
adverſantem, ad text. in cap. verum 4. de condit.
appoſit. l. ob res 20. ff. de pact. dotal. l. 1. §. Si con-
venit 6. ff. depoſit. l. in re mandata 21. C. mandat.
l. legem 10. C. de pact. l. in traditionibus 48. ff. eod.
l. quotiès 3. C. de donat. quæ ſub mod. l. fin. C. de
legat. Caldas Pereyra de empt. & vendit. cap. 8.
num. 34. in med. verſic. nam ſi in rebus, Capon. de
pact qu. 16. num. 54. Barboſa axiom. 199. num. 3.
Rota in recen. deciſ. 762. n. 3. par. 18. tom. 2.

Energiam inſuper pacti optimè agnovit Salo-
13 mon. Proverb. 6. 1. 2. & 3. -- Si ſpoponderis &c.
defixiſti &c. manum tuam, vel (ut alii legunt)
volas tuas, illaqueatus es verbis oris tui, & ca-
ptus propriis ſermonibus, vel (ut alii legunt)
enunciationibus oris tui, ad quod propoſitum
emphatica locutio per ſimilium vocum repeti-
tionem pro meliùs denotanda pacti efficacia,
cùm verba illaqueatus, & captus ſint ſynoni-
14 ma, qua phraſi ſæpius utitur S. Pagina, ut vide-
re eſt Pſalm. 121. 4. & 5. -- illùc enim aſcenderunt
tribus, tribus Domini &c. quia illùc ſederunt ſe-
des in judicio Sedes ſuper domum David, Jerem.
2. 13. -- me dereliquerunt fontem aquæ vivæ, &
foderunt ſibi ciſternas, ciſternas diſſipatas, quæ
continere non valent aquas, Ezechiel. 21. 27. &
28. -- iniquitatem, iniquitatem, iniquitatem po-
nam &c. mucro, mucro evaginitate ad occidendum,
Jerem. 3. 19. -- ventrem meum, ventrem meum
doleo 7. 4. -- Templum Domini, Templum Domini,
Templum Domini eſt, & 22. 29. -- terra, terra,
terra audi ſermonem Domini, Joel. 3. 14. -- Po-
puli, Populi in valle conciſionis, Joan. 1. 21. --
confeſſus eſt, & non negavit, & confeſſus eſt, ex-
ornant Glaſſius Philolog. Sacr. tom. 2. lib. 3. tract. 1.
can. 5. & lib. 4. tract. 2. obſerv. 13. circà fin. Caſtro
de poteſt. leg. pæn. lib. 2, cap. 1. fol. mibi 104. Immò
& ab Ethnicis ipſis pacti vis fuit agnita juxta
illud non Poeticum Ovid. in Metamorphoſ. -- vox 15
mea facta tua eſt, nec contractus hujuſmodi ati
individuus, poteſt dividi à ſuis pactis, vel di-
vidi, & pro parte acceptari, vel reprobari l. cùm 16
quæritur 16. ff. de adminiſtr. tut. Prat. diſcept. forenſ.
tom. 2. cap. 14. num. 35. cum ſeq.

Æquum namque eſt, ut ſuſtineantur pacta fa-
vore Domini directi in præjudicium emphy-
teutæ, ſicuti ſoſtinentur pacta favore emphyteu-
tæ in præjudicium Domini directi, prout tenet
pactum de non ſolvendo laudemio, aut quin- 17
dennio, Pinheyr. de emphyteuſi parte 2. diſput. 4.
ſect. 4. num. 33. Molin. de contract diſput. 459. n. 21.
hinc pacta appoſita contra, præter, vel ultrà na- 18
turam emphyteuſis tenent, etiamſi tendant con-
trà Jus, Fulgin. de jur. emphyt. tit. de var. caducit.
qu. 1. n. 49 Glorit. reſp. 7. num 62. Marotta diſcept.
forenſ. 25. num. 24. Ciarlin. controv. tom. 2 cap. 176.
num 5. Gratian diſcept 719 num. 23. Card Mantica
de tacit. & ambig convention. tom 2 lib. 23 tit 19.
num. 9. cum ſeqq. Palma Jun. allegat. jur. tom. 1.
alleg. 42. num. 18. cum ſeq. Rub. ad dec 67 num. 37.
par. 9. tom. 1 recentior Rota cor Coccino dec. 2121.
n. 8. & in recentior dec. 354 num. 6. par. 11. exem-
pli cauſa, quòd emphyteuta ob Canonem non
ſolutum expelli nequeat, quòd emphyteuta ob
deteriorationem non incidat in commiſſum, &
quòd poſſit alienare tam inter vivos, quàm in
ultima voluntate, quòd poſſit ſubemphyteuti-
care, & quòd ſecundus emphyteuta debeat li-
centiam alienandi petere à primo, quòd re em-
phyteutica etiam funditùs perempta, nihilomi-
nùs ſolvatur canon, Gallerat. de renunc. tom. 2. 19
cent. 2. renunc. 114. num. 3. cum ſeqq. Fulgin. de jur.
emphyt. tit. de var. caducitat. qu. 1 nu. 20. cum ſeqq.
& tit de alien. qu. 1. n. 152. Valaſc. eod tract. qu. 27.
n. 1. & 14. in fine Adden ad Gam. dec Luſitan. 326.
in principio, verſ. tertiò quòd valet pactum, Cyriac.
controv. tom. 4. cap 632. nu. 25. Themud. dec. Luſi-
tan. 110. num. 5. par. 2. ſicut etiam ſuſtinetur pa-
ctum, quòd feudum tranſeat in feudatarium,
tàm quoad utile, quàm quoad directum Do- 20
minium, Georg. repet. feudal. cap. 38. num. 6. & per
tot. ubi de veriori, Giurba de ſucceſſ. feud. prælud. 2
num. 27. ubi de veriori, Intrigliol. de feud. cent. 1.
qu. 9. nu. 70. & qu. 10. num. 16 Schrader. eod. tract.
par. 2. conc. 2. num. 50. & conc. 21. num. 175. Petr.
Gregor. de conc feud. par. 1. qu 9. num. 2. & par. 5.
qu. 5. num. 3. etenim pactum æquiparatur legi, 21
immò plus operatur, quàm lex, & Statutum l. fin.
C. de reb. alien. non alien. l. fin. C. de fidejuſſoribus,
Amat. var. reſol. lib. 1. reſol. 48. num. 8. Marotta
diſcept. forenſ. lib. 1. cap. 25. n. 23. Scaccia de judic.
lib. 2. cap. 9. num. 420. Milanenſ. dec. 13. n. 31. lib. 2.
& contractus à principio ſunt voluntatis, poſteà 22
verò fiunt neceſſitatis l. ab emptione 58. ff. de pact.
l. ſicut initio 5. C. de action. & oblig. in tantum ut
nec Princeps ex defectu poteſtatis poteſt diſpen- 23
ſare ſuper obſervantia pacti, Salgad. labyr. credit.
par. 1. cap. 28. num. 14 cum ſeqq. juncto n. 50. Rub.
ad dec. 217. num. 458 par. 9. tom. 1. recentior. mul-
tòque magis ſuſtineri debet pactum de ſolven-
do quindennio etiam non debito, quippè non
eſt contrà naturam emphyteuſis in manum
mortuam translatæ, ſed potiùs ſecundùm illius
naturam, per accidens autem ob caſuum cir-
cumſtantias quindennium deſinit deberi, quod
aliàs

aliàs deberetur, quibus circumſtantiis non at-
24 tentis partes poſſunt ſe conformare univerſali
conſuetudini ſuper ſolvendo quindennio, *ad
text. in l. quod ſi nolit* 31. §. *Qui aſſidua* 20. *ff. de
ædil. edic. l. ſi fundus* 6 *ff. de evict. on. l. circa* 19.
ff locat. l. Domini prædiorum 5. *C de agricol & cen-
ſit. lib* 11. *Menoch de præſumpt lib.* 3. *præſ.* 38. *n.* 8.
Piag. de conſuetud qu. 9. *num* 60 *& qu* 11. *nu* 91.
cum ſeq. Maſcar. de general. ſtatut interpret conc. 7.
num. 2. *cum ſeqq. Antonell. de loc. legal. lib* 2 *cap.* 9.
nu. 241. cum pactum inter contrahentes dicatur
25 lex privata, immò lex *l. legem* 10. *C. de pact.
Carpzov. in leg Reg. cap* 1. *ſect* 16. *num.* 11. *Ciarlin.
controv. tom.* 2. *cap.* 192. *num.* 2.

Immò manus mortua pactum hujuſmodi ac-
ceptans, validè agit uti favori ſuo renuncians
26 circà exemptionem ſolutionis quindennii in cer-
tis caſibus, quod facere poteſt *l. pactum* 46. *ff.
de pact. l. ſi quis in conſcribendo* 29. *C eod. Scaccia
de ſentent. gloſ.* 7 *qu.* 3. *limit* 4. *num* 172. *Vilagut.
de extenſ. leg. tit. de extenſ. cujuſcumque diſpoſit.
n.* 129. *in med. verſ. aut enim*, undè quis validè
27 per pactum renunciat præſcriptioni, *Palma Nep.
alleg. jur. tom.* 1. *alleg.* 3. *n.* 151. adeò ut ſi manus
mortua renuat ſolvere quindennium in pacto
deductum, & licet non debitum, cadit a jure
ſuo, tanquàm pacta non ſervans, ſicuti caderet,
28 ſi ſolvere ceſſaret canonem, *Felic. allegat.* 35.
num. 33. *lib.* 3.

Attamen durum aliquantiſper, ſi non admo-
dùm videtur, ut manus mortua teneatur ad
quindennium ob pactum, ad quod aliàs non
teneretur de Jure in certis caſibus, cùm dero-
29 gari nequeat legibus privatorum pactis ad vul-
gares, & vulgatos *textus in l. nec ex Prætorio*
27. *l. contractus* 33. *l. privatorum conventio* 45.
ff. de regul. Jur. l. nemo poteſt 55 *ff de legat.* 1. *l.
Juris gentium* 7. §. *ait Prætor* 7. *l. Jus publicum*
38. *l. inter* 42. *l. in emptionibus* 43. *ff de pact. l.
non utique* 2. § *jus Reipublicæ* 8. *ff. de admin. rer.
ad Civit. pertin. l. illud* 5. *ff de pact. dotal. l.* 1.
§ *Si inter* 9 *ff de Magiſtrat conven. l. pacta, quæ
contra* 6. *C. de pact. l non dubium* 5. *C. de legib. l.
fin.* § *fin C. de tempor. & reparat.* veruntamen
nullam duritiem hoc in ſe continet, ſed immò
maximam æquitatem, etenim nè quidem de
Jure, ſed de conſuetudine tantùm debentur
quindennia, ut pluribus in locis per nos inſi-
nuatum, ideoque partes per conventiones de-
30 rogare poſſunt conſuetudini ſolvendi, vel non
ſolvendi quindennia ad *text. in l.* 1. *C. de pact.
Gratian. diſcept.* 722. *nu* 33. *Rota deciſ.* 301. *nu.* 3.
31 *parte* 4. *recentior.*, cùm etiam rigoroſum, aut à
Jure exorbitans pactum ſervandum ſit in Em-
phyteuſi, *Rota deciſ.* 5. *n.* 2 *poſt. Nigr. de laudem.
tom.* 2. Præterquamquòd domino directo aſſiſtit
contraria regula etiam vulgaris, & vulgatiſſi-
32 ma, quòd pacta rumpunt leges præſertim in
materia emphyteutica *l.* 1. *&* 2. *C. de jur. em-
phyt. l. pacta conventa* 72. *l. cum manu ſata* 80.
ff. de contrah. empt. Manſ. conſult. 36. *n.* 27. *tom.* 1.
Melius alleg. 10. *num.* 161. *cum ſeqq. tom.* 1. *Ma-
rotta diſcept. for. diſc.* 25. *nu.* 33. *Gallerat. de re-
nunc. tom.* 1. *lib.* 1. *in præfat. nu.* 4. *& lib.* 3. *cap.* 1.
nu. 42. *Novar. qu. for. par.* 2. *qu.* 89. *nu.* 4. *Palma
Sen. conſult.* 8. *nu.* 2. *Palma Jun. alleg.* 42. *nu.* 20.
tom. 1. *Card. de Luca de dote diſc.* 132. *nu.* 5. *Roſi-
gnol. de contract. contract.* 4. *prænot.* 4. *n.* 16. *Rota
coram Ninot deciſ.* 72. *num.* 11. *ac in recentior. de-
ciſ.* 301. *nu.* 3. *parte* 4. *deciſ.* 414. *nu.* 53. *parte* 12.
omiſſo, quòd ſuperiùs recenſita regula, per
quam habetur, non poſſe pactis derogari legi-
bus, habere locum poterit, ſi pacta non fuerint
licita, à boniſque moribus deviaverint, ut 33
exemplis exornat *Gothofred. in l. nec ex Præto-
rio* 27. *in principio, ff. de regul. Jur. pag. mih.*
160. *in fine, cum ſeq.* vel ſi lex principaliter re-
ſpiciat publicam utilitatem, non autem, quan- 34
do, ut in caſu, pactum reſpicit favorem priva-
tum Domini directi, *Gall. de exception. ſucceſ-
ſion. ab inteſtat. & ex teſtam. tit.* 4 *except.* 11. *par-
te* 2. *n.* 195. Undè uxor præſertim dotata, quan-
tumvis alenda ſit à Viro, attamen antè matri- 35
monium paciſci valet, quòd ali non debeat,
Surd. de aliment. tit. 7. *quæſt.* 18. *n.* 10. *cum ſeq.*

Nec mirandum de tanta vi pacti, quando
etiam Papa; aut alius Princeps, nec de pleni-
tudine poteſtatis, ſeu (ut dicunt) tempeſtatis,
contravenire poteſt pacto, *Plot. conſ.* 11. *num.* 2.
cum ſeqq. Marotta diſcept. for diſc. 25 *nu.* 12. *Do-* 36
nad. de renunc. lib. 1. *cap.* 40. *n.* 22. *Petra de poteſt.
Princip dub. ſeu quæſt.* 2. *principal num.* 57. *cum
ſeqq & cap.* 32. *n.* 145. *Carpzov. in leg. Reg. cap.* 1.
ſect. 16. *num.* 6 *cum ſeq Barboſa vot.* 76. *n.* 18. *Rey-
noſo obſ.* 57. *nu.* 3. *cum ſeqq. ubi Adden Card. de Lu-
ca de Regal diſc.* 33. *n.* 2. *Novar. de gravam. tom.* 1.
prælud. 4 *num* 9 *cum ſeqq. & de privileg miſerab.
perſon. privil.* 164. *nu.* 4. *cum ſeq. Curt. de feud.* § *Po-
teſt quoque num* 14 *fol. mihi* 28. *à tergo, Cutell. de
donation contempl. matrim tom.* 1. *tract.* 1. *diſc.* 2.
partic. 6 *num.* 99. *cum ſeq Surd. dec.* 260. *num.* 12. *in
fine, Macedo dec. Luſitan.* 87. *num.* 3. *& per tot* &
quando Deus (quod eſt plus) ſupremus omnium
Dominus, nullis obſtrictus legibus, & infinita
majeſtas, nihilominùs tanquam infinita boni- 37
tas, tenetur ex pacto, vel (ut reverentiùs in-
quam) teneri dignatur erga homunculos -- *erit-
que pactum meum in carne veſtra in fœdus æter-
num Geneſ.* 17. 13. - *pactum eſt ſempiternum inter
me, & filios Iſrael, ſignumque perpetuum Exod.*
31. 17. *Ecce ego ſtatuam pactum meum vobiſcum,
& cum Semine veſtro poſt poſt vos &c. Statuam
pactum meum vobiſcum, & nequaquam ultrà in-
terficietur omnis caro aquis diluvii, neque erit
deinceps diluvium diſſipans terram &c. recordabor
fœderis mei vobiſcum &c & non erunt ultrà aquæ
diluvii &c. & recordabor fœderis ſempiterni,
quod pactum eſt inter Deum, & omnem animam
viventem &c. Geneſ.* 9. 9. 11. 15. *&* 17. - *pollici-
tus ſum, ut non facerem irritum pactum meum vo-
biſcumque in ſempiternum Judic.* 2. 1. -- *reverſus
eſt ad eos propter pactum ſuum, quod habebat cum
Abraham, & Iſaac, & Jacob* 4. *Reg.* 13. 23.

Hinc per pactum Salis ad denotandam ſtabi-
litatem dicitur *Numer.* 18. 19. - *pactum Salis eſt* 38
ſempiternum coram Domino tibi, ac filiis tuis, &
2. *Paralipom.* 13. 5. - *num ignoratis, quòd Domi-
nus Deus Iſrael dederit Regnum David ſuper Iſrael
in ſempiternum, ipſi, & filiis ejus in pactum Salis?*
exornat *Gomez de Sale lib.* 4. *num.* 11. *Gratian. di-
ſcept.* 197. *num.* 44. *cum ſeqq.* itaque eſt inconcuſ-
ſa Theologorum opinio, de qua *Bardellon. con-
ſul.* 75. *nu.* 20. *Donad. de renunciation lib.* 1. *cap.* 40.
num. 24. *Marotta diſceptat. forenſ. diſcept.* 25. *nu.* 16.
Onate de contract. tract. 5. *diſput.* 16. *nu.* 134. Ideo-
que ſervare pacta dicitur quid divinum *Rota co-
ram*

40 ram *Peña dec.126.num4.tom.2.* adeò ut in bello
41 illa ſervantur, ut de Rahab meretrice habetur *Joſue 2.12. & 6.22.* ac ſanè mirabile fuit pa-
42 ctum inter Joſue, & Principes Iſrael cum Gabaonitis de non occidendo - *pollicitus eſt, ut non occiderentur, Principes quoque multitudinis juraverunt eis &c. non percuſſerunt eos eò, quòd juraſſent eis Principes multitudinis in nomine Domini Dei Iſrael, & idcircò non poſſumus eos contingere &c. reſerventur quidem, ut vivant, nè contrà nos ira Domini concitetur, ſi pejeravimus &c. liberavit eos de manu filiorum Iſrael, ut non occiderentur Joſue 9.15.18.19.20.21.& 26.* de quo
43 pacto meminit *text.in can.inter cætera 22. §.Sed his omnibus, & can.innocens 23.22. qu.4.& in cap.venerabilem 34. in fine de elect.* adeò ut pactum hujuſcemodi Saule non ſervante, Deus
44 triennalem famem immiſit, & ex oraculi reſponſo ſeptem filii Saul ſuſpenſi ſunt ad ultionem - *facta eſt quoque fames in diebus David tribus annis jugiter, & conſuluit David oraculum Domini, dixitque Dominus propter Saul, & domum ejus ſanguinum, quia occidit Gabaonitas &c. filii quippè Iſrael juraverant eis &c. dentur nobis ſeptem viri de filiis ejus, ut crucifigamus eos &c. qui crucifixerunt eos &c. 2.Reg.21.1.2.6.& 9.* & tamen
45 non videbatur ſervandum pactum, cùm Gabaonitæ eſſent reliquiæ Amorrhæorum - *porrò Gabaonitæ non erant de filiis Iſrael, ſed reliquiæ Amorrhæorum 2.Reg.21.2.* & tanquàm tales juxta
46 præceptum Divinum non erant tractandi - *percuties eas uſque ad internecionem, non inibis cum eis fœdus, nec miſereberis earum Deutoronom.72.* Sed Ioſue à Gabaonitis Italico ſermoni nomen
47 reſpondens habentibus deceptus fuit, ſuppo-
48 nentibus è terra longinqua ſe profectos - *callidè cogitantes &c. cur nos decipere fraude voluiſtis &c. Joſue 9.4.& 22.*

Undè (redeundo ad rem noſtram) non ſer-
49 vans pacta in emphyteutico contractu adjecta, cadit ab emphyteuſi, ac ſi canonem non ſolviſſet, *Novar.qu.forenſ.par.2 qu.89.num.1. Cyriac. controv.266.num.6.tom.2. Rot.coram Card. Ubaldo dec.298.n.1.tom.1.* adeò ut ſi una manus mortua recipiat quindennia ab altera manu mortua in emphyteuſi devoluta ob non obſervantiam pactorum, adhùc in nihilum præjudicatur de-
50 volutioni, quia renunciari nequit tali juri tacitè, ſeu expreſsè, niſi prævio beneplacito Apoſtolico, *R.P.D.Petra in comment.ad Conſtit.Apoſt. tom.2.ad Conſtit.10.Innocent.III.ſect.2.n.30. Rota dec.340.nu.31.cum ſeq.par.11.recent.dec.65.nu.3. parte 17.*

Modò ſupereſt ſcrupulus in re ſanè graviſſima, & quotidianæ controverſiæ ſubjecta, quid nempè agendum, immò quid dicendum, ut ſciatur, quid agendum, ſi emphyteuta erit Eccleſia, quæ videtur non poſſe obligari abſque ſolemnitatibus, præſertim in materia, ut iſta, oneroſa, ac præjudiciali de ſolvendo quindennio, aliàs non debito, quod habet tractum ſucceſſivum, & perpetuum inducit gravamen, quapropter crederem, & quidem quantumvis meo judicio, benè, quòd, cùm pactum ſolvendi quindennium etiam non debitum, ſit potiùs damnoſum, quàm utile, ſeu neceſſarium Eccleſiæ, ad
51 illud ſe obligare non poſſit Eccleſia abſque ſolemnitatibus ad normam *text. in cap.1. de reb. Eccleſ. non alien. & extravag. ambitioſæ eod. tit.* eodem fermè pacto, quo non tenet pactum in Inveſtitura adjectum, ut finita generatione inveſtitutorum Eccleſia teneatur proximioribus 52
renovare, niſi ad hunc effectum conſtet de beneplacito Apoſtolico, *Turricell.de reb.Eccleſ. non alien.cap.8.num.39. Fulgin.de jur.emphyt.tit.de renovation.qu.1.num.31. Molin.de contract. tract.2. diſput.484.num.4. ubi in fine, verſic.quidam univerſim*, refert in Luſitania ſolere Eccleſiam, aut 53
etiam privatum apponere clauſulam, ſeu pactum de non renovando, ſivè de emphyteuſi ſtatim ad Dominum directum devoluenda poſt extinctionem inveſtiturorum, & *nu.9.cum ſeqq. Sarmient. ſelect.interpret.lib.3.cap.7.num.2. circà fin.verſic. quinimmò*, quidquid, ſi ageremus de pacto Eccleſiæ favorabili, quod non indiget ſolemnitati- 54
bus, *Palma Nep.alleg.jur tom.2.alleg.148.n.41. Caldas Pereyra de jur.emphyt.tit.de renovat.lib.1. qu.4.num.8.verſic. hoc tamen, Fragoſo de regim. Reipub.Chriſt.par.3.lib.7.diſp.14.§.9.num.9. Rota recent.dec.328.num.10.par.17.* quale eſſet contrarium pactum de nunquam ſolvendo quindennio, hinc fit, quòd Eccleſia remittere nequit abſ- 55
que ſolemnitatibus laudemium, ac quindennium ſibi in futurum debitum per aliam Eccleſiam, aut manum mortuam, *Riccius prax.Eccleſ.par.2 reſol.127.per tot.*

Nec obſtat, quòd ſicuti Eccleſia in acquiſitione emphyteuſis validè ſolvit abſque ſolemni- 56
tatibus laudemium, ut in terminis PP.Conventus S.Honuphrii de Urbe Congregationis Eremitarum B.Petri de Piſis *Rota dec.198.num.10. cum ſeqq.par.19.recent repet.poſt Tract.inter deciſ. S.Rot.Rom in ordine la VI.* ità poſt acquiſitionem, ſeu translationem emphyteuſis ſui favore factam validè quoque citrà ſolemnitates obligatur ad ſolvendum quindennium, quia in tantum Eccleſia poteſt ſine ſolemnitatibus laudemium ſolvere, in quantum in acquiſitione, ſeu 57
in acquirendis non requiruntur ſolemnitates, ut notat laudata *dec. 198. num.14. & coram Card. Seraphino dec.1198. n.2.* ex regula, quòd Eccleſia ſibi præjudicare poteſt in acquirendis, *Turricell. de reb.Eccleſ.non alien.cap.15.§.4.num.92.93.97. in med.verſic.ubi etiam, & num.99.in fine, verſ. & cum in acquirendis,* ultrà quòd in caſu diverſa penitùs militat ratio in quindennio, iſtud enim eſt certum de quindecim in quindecim annis ſolvendum, ſicque habens tractum ſucceſſivum, laudemium verò eſt incertum, ac eventuale dependens ab accidentariis, ac fortuitis alienationibus, quæ præſertim in Eccleſia raro, vel difficilè contingunt, ideòque majori deliberatione, ac cauſæ cognitione indiget obligatio ad illud ſolvendum, quamvis verum ſit, quòd Eccleſia abſque ſolemnitatibus obligari 58
poſſit ad ſolvendum canones ex emphyteuſi tractum quoque ſucceſſivum habentes, *Rota cor. Card.Ubaldo dec.343.nu.7.cum ſeqq.tom.1.* quia cùm canones ex natura contractus emphyteutici ſemper debeantur, mirum non eſt poſſe Eccleſiam abſque ſolemnitatibus obligari ad illorum ſolutionem, quindennia verò, & laudemia cùm non ſemper debeantur, non benè, nec validè Eccleſia abſque ſolemnitatibus ad eorum ſolutionem obligari valet, poſſet enim dari caſus, quòd Eccleſia obligaretur ad id, ad

quod forſitan non teneretur, quod non militat in Canonibus, ad quos Eccleſia emphyteuta ſemper tenetur, ut patet ad ſenſum.

Eſt denique pactum adeò privilegiatum, ut, ſi forſitan manus mortua venire velit ex capite læſionis, doli, ſive ex alia cauſa, contrà hujuſmodi pactum ſolvendi quindennium etiam in
59 caſibus, in quibus illud non deberetur, audienda nequaquam ſit, ſed manutenendus Dominus directus in exactione quindennii, vel in poſſeſſione illud exigendi, conſtito de illius bono jure ob aſſiſtentiam pacti, ad tradita per *Poſt de manut obſ.10.nu.61. & obſ.35.nu.5.Capan.de jure relev.par.4.qu.18.num.9.& qu.28.num.15.& 25. Genuenſ.practicab.Eccleſ.tricen.1.qu.21.nu.3.cum ſeq.Prat.diſcept.for.tom.4.cap.12.nu.25. cumſeqq. Afflict.in cap.1.§.Similiter nu.24. de Capitul.Conrad Rota poſt Nigrum de laudem. tom.2.dec.6.n.9. in fine, verſiculo quæ dicuntur*, cùm Judex vali-
60 dare debeat potiùs conventiones inter partes initas, & ex conventione judicare, non ex ſua æquitate *l. in conventionalibus 52. ff. de verb. oblig.* & inſtantia manus mortuæ emphyteutæ ſuper non ſolutione quindennii ad formam pa-
61 cti, tanquàm reſpiciens altiorem indaginem, reijcienda venit ad judicium petitorium, & via ordinaria per tres ſententias conformes definienda, ac terminanda, *Prat.diſcept.for.tom.4. cap.12.num.25.Afflict.in cap.1.§.Similiter nu.32. de Capitul.Conrad Rot.poſt Poſt.de manut.dec.534. nu.22.* cum aliis vulgatis. Si tamen ſolus Prælatus, vel Procurator abſque conſenſu Subditorum, ac ſuorum Principalium reſpectivè ſe obligaret ad ſolvendum quindennium in noſtro caſu, non putarem tenere ex dictis infrà in *Cap.34.*

ARGUMENTUM.

Deveniente emphyteuſi ad manum mortuam non titulo venditionis, ſed locationis de novennio in novennium etiam uſque ad centum annos duraturæ non debetur quindennium.

SUMMARIUM.

1 *Olim in quinquennium fieri ſolebat locatio tàm publicorum, quàm privatorum fundorum.*
2 *Deveniente emphyteuſi ad manum mortuam titulo locationis de novennio in novennium etiam uſque ad centum annos duraturæ, non debetur quindennium.*
3 *Ex facto emphyteutæ non poteſt præjudicari Domino.*
4 *Per locationem ad longum tempus inducitur alienatio, ſeu ſaltem quaſi.*
5 *Ex alienatione emphyteuſis debetur laudemium Domino directo.*
6 *Ex locatione ad longum tempus debetur quindennium.*
7 *Locatio de novennio in novennium dicitur ad longum tempus.*
8 *Locatio ad longum tẽpus quaſi ſapit alienationem.*
9 *Ex locatione ad ſolum decennium ſolvitur laudemium.*
10 *Per locationem ad longum tempus res non perpetuatur apud manum mortuam, ſicque deficit cauſa debendi quindennium.*
11 *Locatio de novennio in novennium non transfert utile, ſeu aliud quodcumque dominium in manum mortuam conductricem.*
12 *Nec illa dici valet ad longum tempus, ſed immò ad modicum illa dicitur.*
13 *Per locationem ad decennium tranſit utile dominium in conductorem.*
14 *Tanta eſt diverſitas augumenti unius anni, ut quod non prædicatur de novennio, prædicatur de decennio.*
15 *Bona Eccleſiaſtica alienari nequeunt ultrà triennium.*
16 *Locatio de quinquennio in quinquennium eſt temporalis, nullumque jus transfert in manum mortuam.*
17 *Saltem Romæ agendo de Caſalibus talis novennalis locatio dici nequit ad longum tempus, cùm illa fieri poſſit ad novennium abſque beneplacito Apoſtolico.*
18 *In Jure tutum non eſt aſſerere, quòd ex locatione emphyteuſis debeatur laudemium.*
19 Valaſc. de jur.emphyt.qu.29.num.7. in princip. *tenens, ex locatione ad longum tempus deberi laudemium, ſe declarat, hoc magis procedere de Jure Regni Portugalliæ, quam de Jure communi.*
20 *Ad ſummum ſola locatio ad decennium dici poſſet ad longum tempus, non autem locatio de novennio ad novennium.*
21 *Nec in Portugallia locatio, niſi decennium attingens, dicitur ad longum tempus, nec alienatio.*
22 *Ex locatione etiam ad longum tempus non ſolvitur laudemium.*

CAPITULUM XXXI.

Olim in quinquennium ſolebat fieri locatio non ſolùm publicorum, ſed etiam privato- 1
rum fundorum, *Panciroll.var.lection.lib.1.cap.95 per tot.* quod hodiè quoque quandoque fit, vel de quinquennio in quinquennium, vel de novennio in novennium, undè poſt conceſſa bona in emphyteuſim ſæpiùs contingit, quòd emphyteuta locat bona hujuſmodi emphyteutica manui mortuæ de novennio in novennium, & hac via revocat in dubium, an ex tali novennali locatione totidem novenniis renovanda debeatur, nec nè quindennium Domino directo, & in præſenti aſſerimus, quòd deveniente emphyteuſi ad manum mortuam non titulo venditionis, ſed loca- 2
tionis de novennio in novennium etiam uſque ad centum annos duraturæ, non debetur quindennium, veluti in puris terminis firmat *Novar. ſum.Bullar.par.1.commentar.145.n.30.declarat.3. & par.2.commentar.120.num.2.repetit.poſt Tract. inter Doctores litera P. & Q.*

Verùm quatuor ſequentibus videtur impugnari fundamentis propoſita reſolutio.

I. quidem, quia ex facto emphyteutæ non poteſt præjudicari Domino directo ad *text.in l.non* 3
debet 74.ff.de regul.Jur. ſed locante emphyteuta fundum emphyteuticum de novennio in novennium etiam ad centum annos manui mortuæ, Dominus directus ex hujuſmodi locatione amittit ſpem laudemiorum, cùm tàm per viam emphyteuſis, quàm per viam locationis res verè devenit in manum mortuam.

II. quia per locationem ad longum tempus, qualis

qualis eſt, de qua agimus, inducitur alienatio,
4 ſeu ſaltem quaſi, & ſic quaſi ſubemphyteutica-
tio, *Caldas de jur.emphyt.lib.1.qu.16.n.9. Fulgin.
eod.tract.tit.de alienat. qu.1. num.75.* undè ſicuti
ex alienatione emphyteuſis debetur laudemium
5 Domino directo *l.fin.C.de jure emphyt. Niger. de
laudem.qu.1.per tot.tom.1. Fulgin. de jur.emphyt.
tit. de laudem.qu.1.n.5. cum ſeqq.& per tot. Cald.
eod.tract lib.4.cap.16.num.15.& 16.* ità ex loca-
tione ad longum tempus, ſeu ex quaſi aliena-
6 tione, vel quaſi ſubemphyteuticatione debetur
quindennium, prout ex eadem debetur laude-
mium, *Cald.cit.tract.lib.4.cap.16.num.32.& 38.
Faber.de error.Pragmatic.to.1.decad.100. error.5.
cum ſeq.per tot.*

III. quia cùm locatio de novennio in noven-
7 nium, maximè ad centum annos duratura ad
longum tempus dicatur, immò perpetua, vel
quaſi perpetua, *Molina de primogen. Hiſpan.li.1.
cap.21.num.29. verſiculo & etiam illa*, ſicuti ex
8 locatione ad longum tempus, vel ex locatione
ad centum annos, quaſi ſapiat alienationem
*cap.ad audientiam 9.de reb.Eccleſ.non alien. l.fin.
ff. ſi ag.vectig.* debetur laudemium, *Valaſc.de jur.
emphyt.qu.29.num.7.in princip. verſiculo quia lo-
catio ad longum tempus, & n.16. Put.de reintegr.
feud. cap.144.num.9. Rocca reſponſ. legal. lib.1.
reſponſ.77. num.2.* ità ex locatione hujuſmodi
debetur quindennium, ut patet ad ſenſum.

IV. quia ſicuti ex locatione ad ſolum decen-
9 nium ſolvitur laudemium, *Valaſc.de jur.emphyt.
qu.13.num.10.& qu.19.nu.10.* ità longè magis
ex locatione ad centum annos, & de novennio
in novennium venit ſolvendum quindennium.

Quibus tamen non obſtantibus, firma rema-
net reſolutio.

I. equidem non obſtat, quia conſiderari ne-
quit abſoluta deſperatio laudemiorum in loca-
tione de novennio in novennium etiam ad cen-
tum annos duratura, cùm locatio hujuſmodi
propriè non contineat temporis perpetuitatem,
ità ut bona emphyteutica hoc modo manui
mortuæ locata, non ampliùs reditura ſint ad
Dominum directum eo, quòd durante tali loca-
tione adhùc proprietas remanet penès locato-
rem emphyteutam, adeòque finita locatione
res emphyteutica ad eundem locatorem rever-
titur, & ad eundem revertendo, benè redire po-
teſt ſuo tempore ad Dominum directum, vel
illam poſt regreſſum alienando Dominus dire-
ctus frui laudemii emolumento, & ſic per talem
locationem remanente utili dominio penès loca-
10 torem, nunquam hac via perpetuatur apud ma-
num mortuam, quo caſu deficit, ſeu ceſſat
cauſa debendi quindennium argumento *text.in
l.1.& 2.ff. Si ager vectigal.l.ſi domum 45.§.unico
ff.locat.Caldas Pereyra de jur.emphyt. lib.4.cap.1.
num.37.in princip.* Præterea poteſt dari caſus, ut
ipſe emphyteuta, qui locavit ad longum tem-
pus, diſtrahat jus, quod habet in re locata, ſic-
que Dominus directus non eſt omninò deſtitu-
tus ſpe conſequendi laudemia.

II. non obſtat, quia immò locatio, vel de
novennio in novennium, vel etiam ad centum
annos maximè in materia quindenniorum, verè,
11 ac propriè dici non valet alienatio, cùm per
eam dominium utile, ſive aliud quodcumque
non transferatur in manum mortuam condu-
ctricem *l.1.C.de jur.emphyt.* nec illa dici valet ad
longum tempus, ſed immò ad modicum illa di- 12
citur, *Amic.de jur.emphyt.in præfat.nu.10.* quan-
tumvis contrarium tenuerint *Solſona de laudem.
prælud.4.nu.52.Caldas de jur.emphyt.lib.4. cap.1.
num.9.in fine, verſic.quinimmò locatio, & nu.14.
in princip.* quidquid ſit in locatione verè ad lon-
gum tempus, qualis poſſet dici illa ad decen-
nium, per quam poteſt ſuſtineri, quòd tran- 13
ſeat utile Dominium in conductorem, ſeu loca-
tarium, *Antonell.de temp.legal.lib.1.cap.50.n.4.
& lib.2.cap.35.nu.12. Caldas de jur.emphyt.lib.4.
cap.1.nu.9.* tanta eſt diverſitas augumenti unius
anni, ut quod non prædicatur de novennio, 14
prædicatur de decennio.

III. non obſtat, quia locatio de novennio in
novennium, ſeu ad centum annos dicitur qui-
dem ad longum tempus, & habetur pro perpe-
tua, ſeu quaſi perpetua ad certos tantum effe-
ctus, quoad prohibitionem nempè locandi bona
Eccleſiaſtica ad longum tempus, quippè eorum 15
alienatio prohibetur ultrà trienium abſque be-
neplacito Apoſtolico, tanquàm nimis longa,
juxtà notiſſimam. *Extravag. Ambitioſæ de reb.
Eccl.non alien.Antonell.de temp.legal.li.1. cap.10.
num.5.Turricell.de reb.Eccleſ.non alien.cap.8.n.29.
& cap.27.§.3.num.36 cum ſeqq. Fulgin.de jur.em-
phyt. tit.de contract emphyteutic. qu.7.num.4.cum
ſeqq.& num.18.Pacion.de locat. & conduct.cap.4.
num.16.& cap.14.nu.4.* non autem ad effectum,
de quo agimus, nimirùm ad ſolvendum quin-
dennium ob rationis diſparitatem: Immò in rei
veritate locatio de novennio in novennium cum
pacto renovandi de novennio in novennium
non ſolùm non eſt ad longum tempus, ſed po-
tiùs eſt temporalis, ſicuti talis eſt locatio de 16
quinquennio in quinquennium, nullumque jus
transfert in manum mortuam, ità ut etiamſi
manus mortua eſſet ad inſtar privati, poſſetque,
& ſoleret facilè, ac frequenter alienare, adhùc
uti mera conductrix nunquam poſſet alienare,
ſed ex pacto ſolummodò cogit locantem ad re-
novandum, *Mareſcott.var.reſol.lib.2.cap.25.n.19.
Fulgin.de jur.emphyt.tit.de contract.emphyt. qu.7.
& 8.num.18. in principio,* quantumvis *Carocc.de
locat.par.2 tit.de locat.ad long.temp.qu.4.n.1.cum
ſeqq.* teneat, locationem de novennio in noven-
nium dici ad longum tempus ſub motivo, quòd
ſit unica locatio, verumtamen ejus dictum pro-
cedere poterit quoad alium effectum particula-
rem, nempè quoad alienationem bonorum Ec-
cleſiaſticorum, ut mox inſinuavi, vel ſaltem Ro-
mæ talis novennalis locatio, ſi agatur de Caſa- 17
libus, dici nequit ad longum tempus, cùm illa
rectè fieri poſſit ad novennium abſque benepla-
cito Apoſtolico ex eo, quòd integri fructus Ca-
ſalium percipiuntur, ſingulo triennio, ità ut
quodlibet triennium habeatur pro unico tan-
tùm anno, & quodlibet novennium pro trien-
nio, *Pacion. de locat.cap.14.§.6.num.2.cum ſeq.
Rota dec.727.num.3.verſiculo præterea quòd ſteri-
litas, par.4.diverſ.* nec eſt in Jure tutum, quòd
ex locatione ad longum tempus debeatur laude- 18
mium, cùm *Valaſc.* pro contraria ſuprà ſuo lo-
co laudatus, ſe declarat, hoc magis procedere
de Jure Regni Portugalliæ, quàm de Jure com- 19
muni, ac ingenuè fatetur, ſe accedere ſententiæ
Doctorum tenentium de Jure communi ex loca-

tione

tione ad longum tempus non deberi laudemium, undè etiam ſub ſuppoſito, quòd nos verſaremur in locatione ad longum tempus adhùc mordicùs cenſemus ſimili modo reſpondendum de Jure, ac in foro judicandum, prout ità ſi ferret occaſio, reſponderemus, ſive judicaremus. Præterquamquòd ad ſummum ſola
20 locatio ad decennium poſſet dici ad longum tempus, non autem locatio de novennio in novennium, quæ nunquam excedit ipſum decennium, immò nec illud attingit, *Antonell. de temp.legal.lib.1.cap.50.num.23.Valaſc.de jur.emphyt.qu.29.nu.5.Fulgin.eod.tract.tit.de alienation. qu.1.n.82. Tacion.de locat.& conduct.cap 4.n.15.*
21 undè nec locatio, niſi decennium attingens, dicitur ad longum tempus in Portugallia, nec alienatio juxtà *Ordinationes Regias Portugalliæ lib.4. tit.38. in principio*, de qua *Carvalho de utraque quarta parte 2.nu.324. Caldas Pereyra de jur.emphyt.lib.4.cap.1.num.24.& cap.2.num.1.*

IV. non obſtat, quia immò ex locatione etiam ad longum tempus non ſolvitur laudemium ex eo, quòd locatio fundi emphyteutici
22 per emphyteutam fieri poteſt citrà conſenſum Domini, cùm repugnet interpellare Dominum, an velit præferri in conductione rei propriæ, nè alias ſit quis eodem tempore Dominus ejuſdem rei, & conductor, *Niger de laudem. quæſt.40. artic.12. num.40. tom.1. Caldas de extinction.emphyteuſ.cap.40.num.40.cum ſeq. & num.50.*

ARGUMENTUM.

Acquirente emphyteuſim ad vitam tantùm, poſteaque Religionem ingreſſo, tranſeunte emphyteuſi in Monaſterium, in quo emphyteuta Profeſſionem emiſit, ex perſona ejuſdem Monachi, interim tenetur idem Monaſterium ad Quindennia.

SUMMARIUM.

1 *Quindennium debetur etiam ex emphyteuſi ad tempus tantùm conceſſa.*
2 *Quindennium debetur etiam ex emphyteuſi ad vitam tantùm conceſſa.*
3 *Præſens articulus eſt difficillimus, paſſimque in foro diſputandus.*
4 *Monachus per ingreſſum in Religionem, dicitur mortuus mundo.*
5 *Religio Cappuccinorum, & Minorum Obſervantium S. Franciſci eſt incapax acquirendi tàm in communi, quàm in particulari.*
6 *Emphyteuſis non tranſit in Monaſteria incapacia.*
7 *Præſens articulus intelligendus eſt in emphyteuſi tranſitoria etiam ad extraneos.*
8 *Emphyteuſis non tranſitoria ad extraneos, tranſire nequit in Monachum, ſicque non in Monaſterium.*
9 *Monaſterium tenetur ad quindennia ob incapacitatem tàm Monachi emphyteutæ, quàm ipſius Monaſterii.*
10 *Emphyteuſis ad vitam dicitur perpetua.*
11 *Prout talis dicitur locatio ad vitam.*
12 *Locatio bonorum Eccleſiæ ad vitam locatoris, aut conductoris eſt prohibita.*
13 *Commenda ad vitam, dicitur perpetua.*
14 *Ob vitæ incertitudinem perpetuum reputatur temporalitas ex incerto pendens.*
15 *Venditio ad vitam verè venditio eſt ad ſuos effectus.*
16 *Emphyteuſis ad vitam verè emphyteuſis eſt.*
17 *In emphyteuſi ad vitam Monachi non penitùs, vel ſaltem non in perpetuum ceſſat ſpes devolutionis.*
18 *Ad effectum debendi quindennia ſatis eſt, quòd ſaltem emphyteuſis per quindecim annos à Monaſterio poſſideatur ex perſona Monachi emphyteutæ; nulla habita conſideratione ad durationem emphyteuſis.*
19 *Monaſterium de per ſe emphyteuſim retinere nequit uti manus mortua.*
20 *Æquum eſt, ut quindennia ſolvantur per Monaſterium interim quo per illud emphyteuſis poſſidetur.*
21 *Eadem militat ratio incapacitatis ex longiori, quàm ex breviori tempore, quo emphyteuſis retinetur.*
22 *Monaſterium ſingulis momentis laborat impoſſibilitate, & difficultate alienandi.*
23 *Benè arguitur in Jure ab identitate rationis.*
24 *Hactenùs deducta, intelligenda ſunt, dummodò Monachus à die Profeſſionis vixerit ultrà quindecim annos.*
25 *Si Monachus emphyteuta decedat intrà quindecim annos, tunc Monaſterium nec tenetur ad primum quindennium, cùm nondùm venerit tempus ſolutionis, & per conſequens Dominus directus non ſit creditor quindennii, niſi poſt purificatam conditionem.*
26 *Si Monachus emphyteuta intrà primos quindecim annos per viam nullitatis ſuæ Profeſſionis diſcedat à Religione, non debetur primum quindennium per Monaſterium.*
27 *Etiamſi Monachus perſeveraret ultrà quindecim annos in Religione.*
28 *Stante nullitate Profeſſionis, bona nunquam fuerunt manus mortuæ.*
29 *Tàm Monachus, quàm Monaſterium retinere nequeunt emphyteuſim.*
30 *Sivè conſiderata incapacitate Monachi, ſivè illa Monaſterii, ſemper verum eſt, teneri ad quindennia Monaſterium pro tempore, quo poſſidet emphyteuſim.*
31 *Monachus emphyteuta, per ingreſſum Religionis non amittit emphyteuſim.*
32 *Non deſunt Doctores tenentes, etiam in caſu, quo emphyteuſis ſit ad vitam Monachi, adhùc teneri Monaſterium vendere emphyteuſim.*
33 *Aliàs ſi Monaſterium hoc caſu retinere poſſet, non eſſet verum, illud emphyteuſim vendere teneri.*

CAPITULUM XXXII.

Poſtquàm vidimus ſuprà in *Cap. XXII.* quindennium deberi etiam ex emphyteuſi ad 1
tempus tantùm conceſſa, videndum modo, 2
quindennium deberi etiam ex emphyteuſi ad vitam tantùm, & ſic ad certum tempus Mona-
chi, qui profectò articulus difficillimus eſt, 3
paſſimque in foro diſputandus. Veruntamen alia ex parte ſuperfluam viderer ingredi Provinciam, quaſi quòd emphyteuta Religionem ingrediente videatur evanuiſſe, ac expiraſſe em-
phyteuſis ad vitam duratura, cùm Monachus 4
per ingreſſum,& Profeſſionem dicatùr mortuus mundo, *gloſ. ſecunda in l.intercedit 58.ff.de condit. & demonſtrat.* ſed res non ità ſe habet, cùm ſola mors

mors naturalis emphyteutæ, non autem civilis
contemplata ſit, nè aliàs in emphyteuſi ex per-
ſona Monachi Monaſterio præjudicetur; omiſſo,
quòd tunc mors civilis æquiparatur naturali,
quando quis ingreditur Monaſterium penitùs
5 incapax tàm in communi, quàm in particulari,
quale eſt illud Cappuccinorum, & Minorum
Obſervantium S.Franciſci *Fulgin.de jur.emphyt.
tit.de ſucceſſion.in bon.emphyt.qu.*14.*n.*1.*cum ſeqq.*
6 quo caſu ſumus extrà omnem controverſiam,
eo, quòd tunc emphyteuſis non tranſit in Mo-
naſteria incapacia.

Præmittendum quoque eſt, quòd intelligen-
7 dus ſit præſens articulus in emphyteuſi tranſi-
toria etiam ad extraneos, etenim in non tranſi-
toria ad extraneos ex peculiari pacto in Inveſti-
tura, tunc ſanè non eſt locus articulo, cùm eo
8 caſu emphyteuſis tranſire nequeat in Mona-
chum, & ſic nec in Monaſterium ad tradita per
*Rotam in dec.*62.*num.*4.*coram Card.Celſo*.

Quibus præmiſsis, aſſerimus, quòd acqui-
rente emphyteuſim ad vitam tantùm, poſteà-
que Religionem ingreſſo, tranſeunte emphy-
teuſi in Monaſterium, in quo emphyteuta Pro-
feſsionem emiſit, ex perſona ejuſdem Monachi,
9 interim tenetur idem Monaſterium ad quinden-
nia ob incapacitatem tàm Monachi, quàm Mo-
naſterii circà retinendam emphyteuſim ex tra-
ditis ſuprà in *Cap.*1. *&* 2. & quia emphyteuſis
10 ad vitam, licet ob incertum vitæ tempus videa-
tur temporalis, attamen perpetua dicitur, vel
11 ſapit perpetuitatem, prout talis dicitur locatio
ad vitam, *Aldovin.conſ.*69.*n.*61.*cum ſeqq. Moſ-
ſius de contract.tit.de locat. in diviſ.nu.*9. *Redoan.
de reb.Eccleſ.non alien.tit.de locat.rer.Eccleſ.qu.*6.
*poſt dict.qu.in verſic.item n.*2.*Ricc.prax.reſol.*108.
*in notabil.verſic. locatio ad longum tempus par.*1.
*Molina de contract.tract.*2.*diſput.*468.*n.*10. *verſi-
culo contrarium, Pacion.de locat.& conduct.cap.*4.
*num.*24.*& ſignanter num.*26.*& cap.*14. §.2.*n.*22.
ex qua ratione perpetuitatis cenſetur prohibita
12 locatio bonorum Eccleſiæ facta ad vitam loca-
toris, aut conductoris, uti virtualiter com-
præhenſa in *Extravag.ambitioſæ de reb.Eccl. non
alien.ex Doctoribus mox citatis*, prout etiam per-
13 petua dicitur commenda ad vitam, licet vita
hominis in ſe temporalis ſit, penitùſque perpe-
tuitati contraria, *Raudenſis conſ.*45. *num.*12.*cum
ſeqq.lib.*1.

Sanèque fortiùs emphyteuſis ad vitam dicen-
14 da venit perpetua, cùm ob vitæ incertitudinem
perpetuum reputetur, cujus temporalitas ex in-
certo pendet, *Salgad.labyr.credit.par.*2. *cap.*22.
*num.*104.*Vela diſert.*39.*num.*7. immò ſicuti ven-
15 ditio ad vitam verè venditio eſt ad ſuos effectus
ex *Rota dec.*446.*num* 5.*cum ſeqq.& per tot.coram
Card.Millino, dec.*53.*num.*1.*&* 6.*poſt Pacichell.de
16 diſtant.* ità emphyteuſis ad vitam verè emphy-
teuſis eſt, eſſeque debet ad effectum inducendi
incapacitatem tàm ex parte Monachi emphy-
teutæ, quàm ex parte Monaſterii.

Neque obſtare poteſt, quòd in emphyteuſi
17 ad vitam Monachi non penitùs, vel ſaltem non
in perpetuum ceſſat ſpes devolutionis, cùm po-
tiùs illa certa ſit, vel facilè certificari poſsit per
mortem Monachi emphyteutæ, quòdve nec pe-
nitùs ceſſat ſpes laudemiorum, cùm per mortem
Monachi, emphyteuſis non ampliùs retineatur
per Monaſterium, quia ad effectum debendi
quindennia ſatis eſt, quòd ſaltem emphyteuſis 18
per quindecim annos à Monaſterio poſsideatur
ex perſona Monachi emphyteutæ, nulla habita
conſideratione ad durationem emphyteuſis, quæ
eſt accidentalis, nec tollit eſſentialem incapaci-
tatem Monaſterii, quod de per ſe emphyteuſim
retinere nequit uti manus mortua, & tanquam 19
difficilis ad alienandum toto tempore, quo em-
phyteuſim poſsidet ex ſuprà ſuo loco deductis
in *Cap.*1.*&* 2. Adeòque æquum eſt, ut quinden- 20
nia ſolvantur per Monaſterium interim, quo per
illud emphyteuſis poſsidetur, cùm per totum
illud tempus verè ceſſat ſpes devolutionis, ac
laudemiorum, proindèque mediante quinden-
niorum ſolutione compenſandum venit præju-
dicium Domini toto tempore, quo infertur, &
à Domino ſentitur, ac ſi ſemper retinenda eſſet
emphyteuſis per Monaſterium ex eo, quòd ea- 21
dem militat ratio incapacitatis ex longiori,
quàm ex breviori tempore, quo emphyteuſis re-
tinetur, dum tàm in uno, quàm in alio tempo-
re ſemper verificatur ceſſatio ſpei devolutionis,
ac laudemiorum ob impoſsibilitatem, ſeu diffi-
cultatem alienationis ex parte Monaſterii, qua 22
ſingulis momentis laborat, benèque in Jure ar-
guitur ab identitate rationis, *Barboſ.axiom.*197. 23
*num.*3.*cum ſeq.*

Vellem tamen, ut hactenùs deducta intelli-
genda ſint in terminis habilibus, dummodò nem-
pè Monachus à die ſui ingreſſus, ſeu Profeſsio- 24
nis in Religione vixerit ultrà quindecim annos,
ſi namque intrà quindennium decedit, & ſic an- 25
tè tempus debiti primi quindennii, tunc nec ad
primum quindennium tenetur Monaſterium,
cùm nondùm venerit tempus ſolutionis, & per
conſequens Dominus directus non ſit creditor
quindennii, niſi poſt purificatam conditionem,
ac eventum eo, quia nondùm nata eſt actio,
quantunvis nata ſit obligatio ad *text. in l.*1.
§. *Dies autem* 2. *in fine ff.quando dies uſusfruct.le-
gat.ced.l.exceptionem* 19. *C.de probat. Antonell.de
temp.legal.lib.*4.*cap.*5. *num.*1. eodem modo non
debetur primum quindennium per Monaſte- 26
rium, ſi intrà primos quindecim annos Mona-
chus per viam nullitatis ſuæ Profeſsionis à Reli-
gione ritè, licitèque diſcedat, etenim eo caſu
emphyteuſis deſinit retineri per Monaſterium,
illaque redit ad Monachum non ampliùs Mona-
chum, ſicque ad primæuum ſtatum ſæcularitatis
emphyteutæ, quo quindennia per priùs non de-
bebantur.

Idemque dicendum putarem; quantunvis Mo-
nachus perſeveraret ultrà 15. annos in Religio- 27
ne, quia eatenùs Monaſterium acquirit bona
Monachi, quatenùs ille validè profitetur, ſtante
igitur nullitate Profeſſionis bona nunquam fue- 28
runt manus mortuæ, & conſequenter æquum
non eſt, ut ad quindennium teneatur.

Minùs obſtat, quòd hoc caſu emphyteuſis per
accidens tranſit in manum mortuam, ſeu Mo-
naſterium, ſed in illud tranſit ex perſona, & no-
mine ipſius Monachi Emphyteutæ, qui perpe-
tuus non eſt, undè Monaſterium non poſſidens
nomine proprio, non videretur teneri ad quin-
dennia, prout tenetur, quando poſſidet nomine
proprio, quia cùm ex ſuprà deductis in *Cap.*1.
& 2. tàm Monachus, quàm Monaſterium reti-
nere

nere nequeant emphyteuſim, benè ſequitur, quòd
30 ſivè conſiderata incapacitate Monachi, ſivè illa Monaſterii, ſemper verum ſit, teneri ad quindennia Monaſterium pro tempore, quo poſſidet emphyteuſim, ſivè illam poſſideat nomine proprio, ſivè alieno, ſive ad tempus vitæ Monachi, ſivè ad tempus vitæ Monaſterii, ideſt in perpetuum.

Nec minoris irrelevantiæ eſt, quòd quando emphyteuſis tranſit in Monaſterium ad tempus
31 tantum ex perſona Monachi, qui per ingreſſum Religionis emphyteuſim non amittit, *Fulgin. de jur. emphyt. tit. de ſucceſſion. quæſt. 14. nu. 13. cum ſeqq. Cyriac. controv. 684. nu. 13. tom. 4.* videretur, Monaſterium non debere quindennia, eo enim caſu de Jure emphyteuſis tranſit in Monaſterium, perque illud illa retineri valet vita emphyteutæ durante, ut mox diximus, quia non niſi quindenniorum ſolutione etiam hoc caſu reſarciri poteſt damnum Domini, ad effectum licitè, validèque retinendi emphyteuſim uſque ad obi-
32 tum Monachi emphyteutæ, cùm non deſint Doctores tenentes, etiam in hoc caſu Monaſterium teneri vendere emphyteuſim privato, *Cyriac. controv. 475. nu. 26. Fulgin. de jur. emphyt. tit. de ſucceſſion. quæſt. 14. nu. 9.* Undè reſultat, quòd ad retinendum emphyteuſim hujuſmodi requiratur quindenniorum ſolutio, aliàs ſi eam reti-
33 nere hoc caſu poſſet Monaſterium etiam non ſolvendo quindennia, opinio Doctorum ſentientium, Monaſterium teneri vendere emphyteuſim, vera non eſſet, vel inutilis, quod dicendum non eſt.

ARGUMENTUM.

Sæcularis acquirens emphyteuſim, poſteà effectus Clericus, tenetur ad quindennia.

SUMMARIUM.

1 *Præſens inſpectio eſt valdè ſingularis, ſæpiùſque contingibilis.*

2 *Facilè evenire poteſt, quòd aliquis acquirat emphyteuſim, & poſteà evadat Clericus.*

3 *Sæcularis acquirens emphyteuſim, poſteà effectus Clericus, tenetur ad quindennia.*

4 *Commentaria* R.P.D. Vincentii Petræ ad Conſtitutiones Apoſtolicas, *vocantur aurea.*

5 *Clericus cùm facilè deficiat, facilèque alienare poſſit, ſemper viget ſpes tàm laudemiorum, quàm devolutionis.*

6 *Quindennia non debentur, quando adeſt diſparitas rationis.*

7 *Satis eſt ad hoc, ut debeantur quindennia, quòd perſona, in quam transfertur emphyteuſis, ſit illius incapax.*

8 *Nec curandum, quòd hujuſmodi incapacitas proveniat ex alio motivo, nempè ob potentiam Clerici.*

9 *Clericus eſt alterius fori, difficilioriſque conventionis.*

CAPITULUM XXXIII.

1 PRæſens inſpectio proponitur valdè ſingularis, ſæpiuſque contingibilis, cùm non ſemèl
2 evenire facilè poſſit, quòd aliquis acquirat emphyteuſim, & poſteà evadat Clericus, oriaturque contentio inter ipſum, & Dominum directum ſuper prætenſa exactione quindenniorum, proindeque firmatur in præſenti, quòd ſæcularis
acquirens emphyteuſim, poſteà effectus Cleri- 3
cus, tenetur ad quindennia, etenim per ſupervenientem Clericatum incapax evaſit ad retinendum impoſterùm emphyteuſim ob difficiliorem modum conveniendi, & perſonæ adauctam potentiam ex privilegio fori, & exemptione, alias tenetur à ſe evacuare emphyteuſim in manum habilem, & capacem, vel quindennia offerre ad inſtar Militum, *Niger de laudem. tom. 1. quæſt. 12. artic. 3. nu. 8. cum ſeqq. Caldas Pereyra de jur. Emphyt. lib. 1. quæſt. 22. nu. 4. cum ſeqq. & lib. 3. cap. 1. num. 11. Fulgin. eod. tract. tit. de alienation. quæſt. 1. n. 21. Amic. eod. tract. qu. 25. n. 1. & per tot R. P. D. Petra in ſuis aureis com-*
mentar. ad Conſtitution. Apoſtolic. tom. 2. in Con- 4
ſtit. Innocentii III. ſect. 2. nu. 3. Marc. deciſ. Delphin. 253. nu. 4. & per tot. parte 1.

Neque obſtare poteſt, quòd in Clerico non militat eadem ratio, quæ in manu mortua,
Clericus enim cùm facilè deficiat, facilèque 5
alienare poſſit, ſemper viget ſpes tàm laudemiorum, quàm devolutionis, quæ deeſt in manu mortua, ut benè advertit *Caldas de jur. emphyt. lib. 2. quæſt. 22. num. 8.* undè locus eſſe non
debet ſolutioni quindenniorum per Clericum fa- 6
ciendæ ob diſparitatem rationis, quia ſatis eſt
ad hoc, ut debeantur quindennia, quòd perſona, 7
in quam transfertur Emphyteuſis, ſit illius inca-
pax, nec curandum, quòd hujuſmodi incapaci- 8
tas proveniat ex alio motivo, nempè ob poten-
tiam Clerici, qui eſt alterius fori, difficilioriſque 9
conventionis, *Carleval. de judic. to. 1. lib. 1. tit. 1. diſput. 2. qu. 6. ſect. 1. nu. 392. cum ſeqq. de Graſſis de effect. Clericat. effect. 1. num. 1. cum ſeqq.*

ARGUMENTUM.

Bona emphyteutica in manum mortuam tranſlata ex cauſa neceſſaria, non ſubjacent Quindenniis.

SUMMARIUM.

1 *Præſens materia eſt ſatis proficua, & quotidiè in foro practicabilis.*

2 *In caſu tranſlationis fundi emphyteutici in manum mortuam ex cauſa neceſſaria, non debentur quindennia.*

3 *Exempla eſſe poſſunt conſtructio, aut ampliatio Eccleſiæ, aut Monaſterii virorum, ſivè mulierum, & ſimilium piorum operum.*

4 *Manus mortua bonum jus fovet in denegando quindennia Domino directo, quando cogere illum poteſt ad ſibi vendendam emphyteuſim ſibi ex cauſa neceſſaria.*

5 *Laudemium non debetur ex venditione neceſſaria.*

6 *Laudemium debetur ratione conſenſus, quem Dominus præſtat emphyteutæ alienare volenti.*

7 *Laudemium à laudando dicitur, quia Dominus laudat novum inveſtitum, eumque approbat.*

8 *Quando non eſt neceſſarius conſenſus in alienatione emphyteuſis, tunc non debetur laudemium.*

9 *Manus mortua cogere poteſt ob cauſam neceſſariam*

riam Dominum ad ſibi vendendum emphyteuſim.

10 *Quindennia debentur in caſu voluntariæ translationis emphyteuſis in manum mortuam.*

11 *Sicuti Layci poſſunt retrahere à manu mortua, æquum eſt, quòd ità & à Laycis poſſit retrahere manus mortua.*

12 *Sufficit neceſſitas moralis, ut quis vendere cogatur.*

13 *Sufficit neceſſitas ampliationis clauſtrorum, vel dormitorii, vel viridarii.*

14 *Cauſa ad vendendum debet eſſe neceſſaria juxta opinionem prudentis Judicis.*

15 *Remedium* l. ſi quis ſepulcrhum 12. ff. de religioſ. & ſumpt. funer. *nullam tribuit actionem, ſed implorationem tantùm Judicis officii.*

16 *Saltem aſſerendum eſt in Inſtrumento, venditionem fieri favore ampliationis.*

17 *Tunc alienatio dicitur voluntaria, ſi cauſa originalis devenit ex facto voluntario hominis abſque diſpoſitione Juris.*

18 *Facti circumſtantiæ inſervire poſſunt pro inſtruendo animo Judicis ad dignoſcendam neceſſitatem reſpectu manus mortuæ emere volentis.*

19 *Prout neceſſitas ſola ampliandi Hoſpitium.*

20 *Non probata neceſſitate, inſtantia retrahendi erit ſimilis inſtantiæ Achab de Vinea Nabot.*

21 *Neceſſitas ex oculari inſpectione percipi valet.*

22 *Ex obſervantia ſubſecuta cognoſcitur, emphyteuſim fuiſſe diſtractam abſque neceſſitate.*

23 *Non probata neceſſitate vendendi, Dominus manutenendus in exactione quindenniorum.*

24 *Adducitur* Decilio in celebri cauſa Romana retractus 10. Martii 1690. coram Benincaſa.

25 *Etiamſì emphyteuſis fuerit donata pro ampliatione Eccleſiæ, adhùc manus mortua non tenetur ad quindennia.*

26 *Cauſa neceſſaria, vel voluntaria non pendet à nomine contractus, ſed à cauſa efficiente.*

27 *Inſpiciendum, ſi cogi poſſit donator ad faciendum, prout cogi poterat ex cauſa neceſſaria.*

28 *Juxtà* Merend. controv. jur. lib. 20. cap. 21. nu. 21. cum ſeqq. & per tot. *ſolvendum eſt laudemium pro venditione emphyteuſis in Eccleſiam.*

29 *Auctor non immoratur in quærendo, an allata concluſio per* Merend. *ſit vera, aut probabilis.*

30 Merenda *firmat quidem, ſolvendum eſſe laudemium ab emphyteuta vendere coacto, ſed non indè firmat, illud eſſe ſolvendum per manum mortuam emptricem.*

31 *Ex ſolutione laudemii non infertur tàm notabile præjudicium, quàm ex ſolutione quindennii.*

32 *Rota tenuit, ex neceſſaria venditione emphyteuſis deberi quindennia.*

33 *Hoc tamen ob peculiarem circumſtantiam.*

34 *Declaratur Rota inclinans pro ſolutione quindennii etiam ex alienatione neceſſaria.*

35 *Stante conventione de ſolvendo quindennio etiam in caſu, in quo illud non debeatur, illud ſolvendum eſt.*

36 *Rotæ opinio circà prætenſam quindenniorum ſolutionem ob ſolam Procuratoris Conventus obligationem de illis ſolvendis, non videtur tuta.*

37 *Procurator non poteſt obligare Monaſterium.*

38 *Quod nec facere poteſt illius Prælatus.*

39 *Aliàs obligaretur Monaſterium ex facto Procuratoris ad id, ad quod de jure non teneretur.*

40 *Nec tota Communitas Monaſterii, emens emphyteuſim ex cauſa neceſſaria, obligari poteſt.*

41 *Rota tenuit, etiam ex coactiva venditione deberi quindennia.*

42 *Quæ tamen opinio refellitur.*

43 *Immò Rota mota fuit ad ità reſolvendum ob peculiare pactum ſolvendi quindennium, etiamſì illud non debeatur.*

44 *Manus mortua ſolvere tenetur quindennium, etiamſi illud non debeat, quando ità de illo ſolvendo convenit.*

45 *In tantum laudemium non debetur ex alienatione neceſſaria, in quantum agitur de longè minori præjudicio Domini directi.*

46 *Si autem ex coactiva alienatione non ſolveretur quindennium, inferretur maximum præjudicium Domino pluribus vicibus ſucceſſivis, ſeu ſingulis 15. annis.*

47 *Utens jure ſuo, nemini facit injuriam.*

48 *Emens ad ornatum Urbis, domum emphyteuticam, tenetur ſolvere laudemium, immo & quindennium, ſi fuerit manus mortua.*

49 *Emens ad ampliandam ſuam domum, ſponte facit pro ejus utilitate privata principaliter, & ſecundariò pro Urbis ornatu.*

50 *Etiamſì donata fuerit domus ad ampliandam Eccleſiam, adhùc manus mortua non tenetur ad quindennium.*

51 *Laudemium debetur pro venditione rei ad inſtantiam creditorum ſub haſta.*

52 *Ubi lex arctat aliquid fieri, tunc dici nequit factum ſponte.*

53 *Declaratur* de Franch. dec. 277. Theſaur. dec. 239. & Rot. in Romana laudemiorum 31. Januarii 1707. §. Irrelevans quoque in fine coram Eminentiſſimo Priolo.

54 *Ad ſupplendum defectum amortizationis ſolvendum eſt quindennium.*

55 *Hæc regula intrat in alienatione voluntaria.*

56 *Declaratur* Fontanella dec. 278. num. 10. tom. 1.

57 *Manus mortua dici nequit privilegiata, niſi in caſibus in Jure expreſſis.*

58 *Laudemium non debetur ex emphyteuſi in dotem data.*

59 *Manus mortua ex alienatione neceſſaria non tenetur ad quindennium, etiamſi illud promiſerit.*

60 *Talis promiſſio declarari debet nulla.*

61 *Manus mortua tenetur utilia agere.*

62 *Ex venditione neceſſaria non debetur gabella.*

63 *Refellitur contrarium ſentiens* Gutierrez de gabell. qu. 22. num. 7. cum ſeqq.

64 *Ut quindennium non debeatur, conſtare debet de præciſa, ac irrefragabili neceſſitate translationis emphyteuſis in manum mortuam.*

65 *Aliàs ſi neceſſitas erit modica, non debet eo caſu Dominus directus privari quindenniis.*

CAPITULUM XXXIV.

IN præſenti *Cap.* ſeſe offert materia ſatis proficua, & quotidiè in foro practicabilis, afferimus igitur, quòd in quocumque caſu coactivæ venditionis, ſeu translationis fundi emphyteutici ex quacumque cauſa neceſſaria favore manus mortuæ ſequutæ, eadem manus mortua emptrix, ſeu translataria non tenetur ad quindenniorum ſolutionem, dummodò tamen verè concurrant circumſtantiæ præciſæ, ac penitùs inevitabilis neceſſitatis in vendenda, ſeu transferenda re emphyteutica, & nulla omninò poſſit con- 1 2

conſiderari ſuperfluitas ſub clypeo affectatæ neceſſitatis, ad formam famigeratæ *l. ſiquis ſepulchrum* 12.*ff.de religioſ.& ſumpt.fun.*prout potiſſi-
3 ma exempla figurari poſſunt ad Eccleſiæ præſertim Parochialis conſtructionem, ſivè ampliationem, ad Monaſterii tàm virorum, quàm mulierum fundationem, aut dilatationem, ad Schalam fundandam, vel extendendam, ſivè ad aliquod opus peragendum publicæ commoditati inſerviturum, ſivè ad aliud ſimile, *Oliban. de jure fiſci cap.*7.*n.*30.*Ripol.var.reſol.cap.*7. *n.*133. *cum ſeq. Novar. ſumma Bullar. parte* 1. *commentar.*120.*n.*3.*cum ſeqq.& nu.*15.*repetit. poſt Tract. inter Doctores litera P. & Q. de Marin.reſol.*235. *nu.*16.*cum ſeqq. lib.*1. *Capon.diſcept.forenſ. tom.*5. *cap.*376.*n.*19.*cum ſeq.* ubi pro Monaſterio S. Dominici de Suriano Neapolitanæ Civitatis extrà Portam Regalem, PP. Prædicatorum, contra Monaſterium S. Severini PP. Benedictinorum, *& cap.*377.*num.*8.*in fine*, *& cap.*378.*per tot.* ubi pro Clericis Regularibus Theatinis Neapolis Domus S. Mariæ Lauretanæ contrà Monachos Carthuſianos S. Martini, *& controv.forenſ.controv.*31.*num.*4.*repetit.poſt Tract.inter Doctores litera Z.* ubi pro Monaſterio S. Agnelli Neapolis Ordinis Canonicorum Regularium S.Salvatoris contrà Monaſterium Monialium S. Gaudioſi, *Card.de Luca de emphyteuſi diſc.*50.*per tot.repetit. poſt Tract. inter Doctores litera F. PecKius de amortiz.cap.*35.*n.*2 *circà fin.verſiculo tertio earum rerum, Gulielm.de Benedict.in cap.Raynutius* 16. *verbo & uxorem dec.*5.*num.*33. *de teſtam.Pap.ad Conſuetud.Burbon.*§.479.

Bonumque quidem jus fovere videtur manus
4 mortua in denegando quindennia Domino directo, quando eundem cogere potuit ad ſibi vendendum bona emphyteutica ob cauſam neceſſariam, probatis tamen requiſitis percelebris *l. ſiquis ſepulchrum* 12.*ff. de religioſ. & ſumpt. funer.*
5 eodem fermè pacto, quo non debetur laudemium ex venditione neceſſaria, *Molteſ.in conſuetud.Neapol.par.*3.*qu.*5.*nu.*50. *Novar.ſum.Bullar. parte* 1. *commentar.* 145. *num.* 31. *repetit. poſt Tract. inter Doctores litera P. & qu. forenſ.par.*1. *qu.*55.*num.*5.ubi pro Fratribus S.Mariæ de Conſtantinopoli Civitatis Litii Ordinis B.Mariæ de Monte Carmelo, *Capon.diſcept forenſ.tom.*5. *diſcept.*376.*num.*15. *cum ſeqq. Riccius in praxi for. Eccleſ.par.*1.*reſol.*626.*num.*1. *Amadæus à Ponte de laudem.qu.*26.*per tot. Burg.eod.tract. par.*2.*inſpect.*45.*num.*11.*Niger eod.tract.tom.*2.*qu.*4.*n.*13. *cum ſeqq. Sola ad Decreta Sabaud. tit. de jur.emphyt.in Decreto in cauſis par.*1.*gloſſa* 1.*nu.*17. *Tiraquell.de retract* §.27.*num.*15. *Cancer.var.reſol. par.*1.*cap.*11.*nu.*81. *Antonell. de temp.legal.lib.*3. *cap.*7.*nu.*51.*Surdus dec.*305.*num.*31.*Borell.ſumm. dec.tit.de laudem.nu.*39.*&* 49. *Rot. coram Coccino dec.*2314.*num.*2.*& dec.*2357.*num.*18.*repetit. poſt Tract.inter dec.Sac.Rotæ Rom.in ordine la I. & II.*

Cùm namque laudemium debeatur ex juris di-
6 ſpoſitione ex natura contractus emphyteutici ratione conſenſus, quem Dominus directus præſtat emphyteutæ alienare volenti, *Burg.de laudem.par.*1.*inſpect.*3.*n.*8. ideò à laudando dicitur,
7 quia Dominus laudat novum inveſtitum, dum illum approbat, qui conſenſus directi Domini non eſt neceſſarius in alienatione neceſſaria, ſi
8 igitur non eſt neceſſarius, nec pariter debetur laudemium in dicto conſenſu fundatum, dum ceſſante cauſa ceſſat & effectus, *Novar.ſumm. Bullar.par.*1.*comment.*145.*n* 31.*repetit.poſt Tract. inter Doctores litera P.*

Adeò ut cùm manus mortua ob cauſam neceſſariam poſſit cogere Dominum directum ad 9
ſibi vendendum emphyteuſim, *Solſona de ſtilo capibreviandi fol.*78.*nu.*1.*verſiculo dicendum eſt*, *& verſiculo immò*, *Fontanella de pact.nuptial.tom.*1. *clauſ.*4.*gloſ.*12. *à num.*24.*Ripoll.var.reſol. cap.*7. *nu.*131 *cum ſeqq.Cortiad.dec.Cathalon.*246.*per tot. & dec.*284.*nu.*25.*cum ſeqq.& n.*38.*par.*4.*repetit. poſt Tract. inter deciſ.extèr.in ordine la IV. Marc. dec.Delphyn.*535.*ſub num.*6.*par.*1. hocque modo evadat capax acquiſitionis, & retentionis emphyteuſis, bona empta remanent emphyteutica quoad canonum ſolutionem in recognitionem dominii, non quoad quindenniorum ſolutionem, quæ debentur in caſu, quo voluntariè tranſ- 10
fertur emphyteuſis in manum mortuam ex ſuperiùs per nos congeſtis in *Cap.*1. *&* 2. æquum enim eſt, quòd ſicuti Layci poſſunt retrahere à 11
manu mortua, ità & à Laycis poſſit retrahere manus mortua, veluti advertit *Card.de Luca de ſervitut.diſc.*97.*n.*6.*& diſc.*100.*ſub n.*1.*ac per tot.*

Et quidem ſufficit, quòd neceſſitas ſit moralis, ut intret diſpoſitio ſæpè laudatæ *l. ſiquis ſe-* 12
*pulchrum,Ciarlin.controv.*182.*num.*18. *antè finem Card. de Luca de ſervitut.diſc.*83.*n.*4.*&* 6.*Covarruu.var.lib.*3. *cap.*14.*ſub num.*19.*Tondut.qu.Can. tom.*2.*cap.*146. *nu.*3.*Frances de Eccleſ. Cathedral. cap.*10.*n.*153. *Rota in Romana retractus* 10.*Martii* 1690. §.*fin. in med. coram Divincaſa inter impreſſas la* 217. in qua tamen deciſum fuit pro DD.de Ciognis contra Monaſteriũ Humilitatis de Urbe; immò ſufficit neceſſitas ampliationis clauſtrorum, vel dormitorii, vel viridarii, *Cy-* 13
*riac.controv.*231.*num.*15.*Giurba dec.Sicil.*86.*n.*8. *Sperell.dec.*58.*num.*19.*cum ſeqq.tom.*1.

Omitto, quòd, ut manus mortua non teneatur ſolvere quindennia Domino directo ex emphyteuſi ſibi ob cauſam neceſſariam vendita, hujuſmodi neceſſitas non debet eſſe juxtà opinionem, ſivè potiùs appetitum ipſius manus mortuæ emptricis, quia hoc modo eſſet etiam mixta, vel ut plurimum, ſemper voluntaria, ſed illa debet eſſe urgens, & neceſſaria juxta 14
opinionem prudentis Judicis, qui per ſententiam mandet vendi emphyteuſim manui mortuæ ad terminos notiſſimæ *l. ſiquis ſepulchrum* 12.*ff.de religioſ.& ſumpt.funer.* & ad tradita per *Capon.controv.forenſ.controv.*1. *num.*39.*in fin. & num.*40.*Hjeronym.Leo dec.Valent.*90.*n.*13.*Cabed. dec.Luſitan.*105.*num.*3.*Sperell.dec.*58.*num.*15. *&* 18.*part.*1. remedium enim dictæ *l. ſiquis ſepulchrum*, uti nullam tribuens actionem, ſed Judi- 15
cis officium implorari permittens, magna cum circumſpectione indulgendum eſt, *Barboſa vot. can.dec.lib.*3.*vot.*508.*num.*48.*Rota in Romana retractus* 10.*Martii* 1690. §.*Cum enim poſt med.cor. Benincaſa inter ſuas impreſſas la* 217. inter DD. de Ciognis, & Venerab. Monaſterium Monialium B. Mariæ Humilitatis de Urbe, Ordinis Prædicatorum, vel loco mandati Judicis ſaltem aſſerendum eſt à partibus in ventre Inſtrumenti, 16
venditionem fieri, ſeu factam fuiſſe favore ampliationis Eccleſiæ, vel Monaſterii, ſecùs verò, ſi ſimpliciter dicatur à contrahentibus rem emphy-

phyteuticam fuiſſe alienationem in manum mortuam nulla facta mentione alienationis neceſſariæ, etenim ad cognoſcendum actum neceſſarium debet principaliter inſpici originalis cauſa, a qua derivat, non autem id, quod in conſequentiam provenit, nam ſi cauſa originalis
17 devenit ex facto voluntario hominis abſque diſpoſitione juris, tunc diceretur alienatio voluntaria, *Ricciusin prax.Eccleſ.par.1.reſol.526. n.2. Burgius de laudem.par.2.inſpect.1.num.41. in additione, Novar.in ſum.Bullar.par.1.comment.145. num.32.repetit.poſt Tract.inter Doctores litera P.*

Qua occaſione pro inſtruendo animo judicantis inſervire poſſunt aliquæ facti circumſtan-
18 tiæ ad dignoſcendam urgentiam, ac neceſſitatem reſpectu manus mortuæ emptricis, quales eſſe poſſunt conſtructio novarum officinarum, Infirmariæ, Novitiatus, Dormitorii, Porticus, & Viridarii, ac ſimiles, non enim amarè practicanda eſt dicta *l. ſiquis Sepulchrum* pro rigoroſa tantùm, & dura neceſſitate. *Capon controv forenſ. controv.1. n.12. Gizzarell. deciſ. Neapol.37. n.13. Cabed. deciſ. Luſitan.105. nu.3. Hieronym. Leo dec. Valent.90. nu.13. Sperell. deciſ. 58. nu.19. in fine, tom. 1. Rota coram Manzanedo deciſ. 391. num.1.* Immò ſufficiens etiam eſt circumſtantia neceſ-
19 ſitas ampliandi Hoſpitium, quanquam non habeat formam Eccleſiæ, *Maranta controv.part.2. controv.28. nu.6. n.15. in med. & n.26. in fine, ac per tot.* ubi de Hoſpitio Patrum Ordinis Prædicatorum pro Pænitentiariis extrà Regalem Portam Neapolitanæ Civitatis, & ibidem ità reſolutum Sabaudiæ, Tuderti, in noſtra Luſitania, Germania, ac alibi, & pro alio Civitatis Termarum ejuſdem Ordinis judicavit Tribunal Regiæ Conſcientiæ Siciliæ penès *Maſtrill.deciſ.Sicil.280 num.105. Gratian. diſcept. 742. nu.70. Cæpolla de ſervitut. urban. præd. cap.82. nu.5.* ubi ità, ſe ſcribente, deciſum Veronæ, *Novar.quæſt.for.par.1. quæſt. 55. poſt nu. 13. & per tot.* ubi de Hoſpitio Fratrum Ordinis B. Mariæ Virginis de Monte Carmelo Liciæ, ubi ità Neapoli, ac Valentiæ definitum, *Genuenſ. practicab. Eccleſ. tricenar. 9. quæſt.241. nu.1. cum ſeqq. Grammatic. deciſ. Neapol.75. per tot.* ubi ità reſolutum Neapoli; Aliter
20 non docto de urgenti neceſſitate per manum mortuam, inſtantia retrahendi erit ſimilis inſtantię Achab de Vinea Nabot, de qua 3.*Reg.*21.
21 neceſſitatem inſuper Judex benè ſenſatus, meliuſque cordatus ex oculari inſpectione facilè, ac ſincerè percipere valet, *Neguzant.reſp.165.n.11. Menoch. conſ. 1206. num.22. in fine.*

Prætereà cognoſcitur, rem emphyteuticā fuiſ-
22 ſe diſtractam abſque cauſa neceſſaria ex obſervantia ſubſequuta, ſi nempè à die venditionis res emphyteutica vendita, ſemper perſtiterit in
23 hominum commercio, & ſic conducta, undè cùm non poſſit probari actus neceſſarius, manutendus venit eo caſu Dominus in exactione Quindennii, *Novar. Sum. Bullar. par.1. comment. 145. nu.32. verſiculo ad quam opinionem, repetit. poſt Tract. inter Doctores litera P.* Hinc èſt, quòd in ſimili ob non viſam præciſam neceſſitatem retrahendi Domum contiguam Nobilium de Cioguis denegatus fuit Retractus Venerabili Monaſterio Monialium S. Mariæ Humilitatis de Urbe
24 Ordinis Prædicatorum, per *Rotam in celebri Romana Retractus 10.Martii 1690. coram Benincaſa inter ſuas impreſſ.as la* 217. Immò etiamſi fundus 25
emphyteuticus fuerit donatus pro ampliatione Eccleſiæ, aut Monaſterii, adhùc manus mortua non tenetur ad quindennia, quanquam non videatur cauſa neceſſaria ex parte donantis, qui exercuit actum liberalitatis nemine cogente, etenim cauſa neceſſaria, vel voluntaria non pendet 26
à nomine contractus, ſed à cauſa efficiente, & motiva illius, ut donatio ex cauſa neceſſaria imputatur, non obſtante, quòd ſponte facta ſit, cùm inſpiciatur, ſi cogi poterat donator ad faciendum, prout cogi poterat ex cauſa neceſſaria 27
ampliationis, *Capon. diſcept. 378. nu.18. tom. 5.*

Noſtra itaque principalis reſolutio, quanquam ſolidiſſimis munita rationibus, attamen in apparentia ex mox deducendis videtur quodammodò nutare, equidem ſuos non definit habere contradictores etiam magni nominis, & imprimis *Merend. controv jur.lib.20.cap.21.n.2.cum ſeqq. & per tot.* ubi mordicùs tenet ſolvendum eſſe laudemium pro venditione emphyteuſis in 28
Eccleſiam, undè idem videretur dicendum de quindennio, veruntamen nihil ſtringit, quia præſcindendo ab indagatione, an concluſio per *Merend.* allata ſit vera, aut ſaltem probabilis, 29
ſaltem ibidem firmat, per emphyteutam vendere coactum, eſſe ſolvendum laudemium, non autem ait, illud eſſe ſolvendum per manum mor- 30
tuam emptricem; Omiſſo, quòd etiam quando manus mortua emptrix laudemium ſolvere te- 31
neretur, non pateretur tàm notabile præjudicium, prout patitur, ſi teneretur ſolvere quindennium ſingulis quindecim annis ob tractum ſucceſſivum.

Secundò loco videretur urgere *Rota dec.2314. & 2357. per tot. coram Coccino repetit. poſt Tract. inter deciſ. S.Rot.Rom. in ordine la I. & II.* ubi firmatur, ex coactiva venditione fundi emphyteu- 32
tici PP.Carthuſianorum in PP.ſeu Clericos Regulares Theatinos tranſlati deberi quindennium ob obligationem ab eorum Procuratore factam de illo ſolvendo, quæ tamen Rotæ authoritas noſtram opinionem potiùs confirmare videtur, quidquid in ſuo caſu ob peculiarem circum- 33
ſtantiam diſſentiat, dum immò *citata dec. 2314. nu.2. cum ſeq. coram Coccino, & repetit. poſt Tract. inter deciſ. S.Rot.Rom. in ordine la I.* fateri videtur, ex emphyteuſi in manum mortuam ob cauſam neceſſariam tranſlata non deberi quindennium ibi - *Difficultas tamen conſiſtebat in eo, quòd quando venditio eſt facta Eccleſiæ pro ejus ampliatione, non debetur laudemium, & quindennium, & ratio deſumitur ex illa Juris concluſione, quòd laudemium non debetur ex venditione neceſſaria, & favor Religionis dicitur cauſa neceſſaria &c.* & in tantum *Rota in laudata deciſ.* inclinavit pro ſolutione quindennii etiam in caſu alienationis ne- 34
ceſſariæ, in quantum in illo caſu aderat inter partes particularis conventio de ſolvendo quindennio, non obſtante, quòd ageretur de alienatione neceſſaria, quaſi quòd tale pactum eſſet pars pretii, prout deprehenditur ex *dicta dec.n.5.* ibi - *Cæterùm fuit conſideratum, quòd cùm in dicta venditione fuerit expreſsè conventum de ſolutione laudemii, & quindennii, conventio prædicta eſt attendenda, cùm ſit pars pretii, & potuit ab initio apponi, quia non eſt à Jure improbatum &c.* Stante autem conventione in contrarium de ſolven- 35

do, ac reſpectivè exigendo quindennio etiam
in caſu, in quo illud non debeatur, illud ſol-
vendum venit ex abundè per nos ſuprà conge-
ſtis in *Cap.30.*

Non omitto, quòd opinio Rotæ circà præ-
36 tenſam quindenniorum ſolutionem ob ſolam
Procuratoris Conventus obligationem de illis
ſolvendis, non videtur tuta, cùm Procurator
37 non poſſit obligare Monaſterium, eique præju-
dicare, quando nec id facere poſſet illius Præ-
38 latus, hoc enim modò præſertim in caſu ſæpiùs
39 laudatæ deciſionis ex facto Procuratoris rema-
neret obligatum Monaſterium ad id, ad quod
de Jure non teneretur, ad tradita per *Caball.
conſ.civil.72.n.2.cum ſeqq.Gratian.diſc.803.n.36.
cum ſeq.& dec.March.139.num.10.cum ſeq.ubi in
addit.poſt 1.tom.diſcept.Triviſan.dec.civil.41.n.6.
lib.1.Rotam dec.32.num.4.poſt Antonell.de jur.&
oner.Cleric.dec.22.num.2.4.cum ſeqq.par.2.diverſ.
dec.42.num.8.& 12. dec.227.n.1.& 6.par.15.rec.*
immò nec ad quindennium ſolvendum poſſet
40 obligari (quod magis ſtringit) tota Communitas
Monaſterii, ſi emat bona emphyteutica ex cau-
ſa neceſſaria, ut inferiùs ſuo loco delibabimus.

Reſiſtere inſuper videtur eadem S. Rota Ro-
mana in aliis deciſionibus in eadem cauſa edi-
tis inter PP.Theatinos, & Carthuſianos, nempè
in *dec.2357. cor. Coccino, & in recent. dec.474.&
494.par.9.tom.2. repetit.poſt Tract.inter deciſ.Sac.
Rot.Rom.in ordine la I.& II.* in quibus lato cala-
41 mo reſolvitur, deberi quindennia etiam ex coa-
ctiva venditione, ſed in nihilum turbat, minùſ-
que earum inſubſiſtentia motiva, quibus con-
42 gruè, latòque pariter calamo reſpondet *Donat.
de Marin.reſol.235.nu.16.lib.1. repetit.poſt Tract.
inter Doctores litera O.* cujus aurea verba non
piget referre ibi - *Sed ego adhùc inſiſtendo conclu-
ſioni firmatæ pro Eccleſia, nimirùm ut quando ſit
alienatio rei emphyteuticæ pro amplianda, vel pro
nova conſtruenda Eccleſia, nullatenùs ſit directo
Domino ſolvendum laudemium, & quindennium,
dico, deciſionem prædictam, pace tanti Auditorii,
nullo pacto recipiendam eſſe, ſtat enim contrà illam
communis omnium ſententia ſine contradictore, nam
Doctores, quos Rota citat, non probant id, ad quod
allegantur, etenim dicit Rota Dominum directum
habere intentionem fundatam in diſpoſitione l.fin.C.
de jur.emphyt. quæ cùm ſit generalis, Eccleſiam,
quando emit, comprehendit, ſicque praxim inole-
viſſe, ut Eccleſia, quando bona acquirit emphyteu-
tica ex eo, quòd nunquam moritur, tenetur ſingu-
lis quindecim annis directo Domino ſolvere laude-
mium, quod quindennium appellamus, & ego idem
dico, ſed hujuſmet legis diſpoſitio, & obſervantia
ab omnibus limitatur, quotiès alienatio eſſet ne-
ceſſaria, hic reſpondet Rota; hanc limitationem
procedere, quando directo Domino eſſet ſoluta æſti-
matio ſui directi dominii, ſed replicatur, quòd gra-
tis hoc aſſerit, nullius auctoritate munita, niſi pro-
pria, & quæ certè deterret me, pro ut de noſtro Se-
natu Neapolitano loquebatur Decius conſ.379. in
princip. textus enim, quem allegat in dicta l.ſiquis
ſepulcrum, diſponit, ut pro conſtruendo loco reli-
gioſo, teneatur quis ſuum vendere, ſoluto tamen
Domino juſto pretio, cujus textus clypeo freti Do-
ctores citati per Rotam, & communiter omnes dixe-
runt, poſſe quem pro amplianda, vel de nova
ædificanda Eccleſia ad rem ſuam vendendam cogi,
illius tamen juſto pretio exburſato, de hac conclu-
ſione dico ego, quòd nemo dubitat, ſed hic non eſt
caſus, de quo controvertitur in deciſione prædicta,
etenim eſſet locus huic concluſioni, quando Eccleſia
recuſaret ſolvere emphyteutæ utili Domino juſtum
illius rei pretium, ſimulque nollet directo Domino
correſpondere annuum Canonem, ad quem tenebatur
emphyteuta, ſed quando Eccleſia prompta eſt ſol-
vere emphyteutæ valorem rei, quam in emphyteuſi
tenet, ſimulque continuare annis ſingulis ſolutionem
canonis directo Domino, certum ſatisfactum dicitur
diſpoſitioni dictæ l.ſiquis ſepulchrum, ac dictis per
Doctores, quos Rota allegat, quò verò ad ſolutio-
nem æſtimationis directi dominii, quòd juxtà Baldi,
Ripæ, & aliorum ſententiam eſt pretio æſtimabile,
dico, quòd hæc propoſitio nullo pacto applicari po-
teſt ad caſum, de quo agimus, nam cùm æſtimatio
directi dominii aliud non ſit, niſi ipſa canonis affran-
catio, conſequens eſt dicere, tunc fieri locum æſti-
mationi directi dominii, quando emphyteuta juxta
conventionem cum directo Domino habitam, an-
nuum canonem affrancare vellet, ut ſic utar patrio
vocabulo, ſed quando canonis ſolutionem continua-
re, & ſic directo Domino præſtationem illam an-
nuam ſolvere intendit, non eſt, cur de directi do-
minii æſtimatione tractari poſſit, ſicque ſubintrat
tantùm quæſtio, de qua agimus, an ſcilicet ſit di-
recto Domino ſolvendum laudemium, & pro tem-
pore quindennium, quando emphyteuta pro amplia-
tione, vel conſtructione Eccleſiæ rem emphyteuti-
cam vendere cogitur, quæ quidem quæſtio, cùm
ſine contradictore ab omnibus, qui eam tractarunt,
reſoluta ſit pro Eccleſia, ſequitur, certè dicendum,
ut à communi iſta reſolutione, nil refragante hac no-
viſſima Rotæ determinatione, de cætero neque con-
ſulendo, neque judicando recedendum ſit.*

Ultraquamquòd Rota etiam ob peculiare
pactum ſolvendi quindennium mota fuit ad ità 43
reſolvendum, teneri nempè manum mortuam
ad ſolutionem quindennii, quamtumvis emphy-
teuſis ob ampliationem Monaſterii in manum
mortuam eſſet translata, & ſic ob cauſam ne-
ceſſariam, ut ponderat *Rot. cor.Coccino dec.2314.
num.5.cum ſeqq. ac in recentior.dec.474. in princi-
pio, par.9.tom.2.repetit.poſt Tract.inter deciſ.Sac.
Rot.Rom.in ordine la I.& II.* ità ut ſi inter Do-
minum directum, & manum mortuam emphy- 44
teutam interceſſerit conventio de ſolvendo
quindennio etiam in caſu, in quo illud non de-
beretur, manus mortua ad illud teneretur, juxtà
per nos ſuprà tradita in *Cap.30.*

Nulliuſque eſt relevantiæ motivum, quod
excogitari poſſet, & quod quidem prima facie
videretur ſtringens, in tantum ſcilicet laude-
mium ex alienatione neceſſaria non deberi, in 45
quantum agitur de longè minori præjudicio
Domini directi pro illa vice, quæ per accidens
contingit, ut coactivè emphyteuſis alienetur, è
contrà verò ſi ex coactiva alienatione non venit 46
ſolvendum, ut firmavimus, quindennium, ma-
ximum infertur Domino præjudicium pluribus
vicibus ſucceſſivis, ſingulis videlicet quindecim
annis, ſed facilis reſponſio, quia quando manus
mortua coactivè emit emphyteuſim, utitur jure
ſuo, & jure ſuo utendo, nemini injuriam facit, 47
nec niſi ad canonum ſolutionem tenetur hoc ca-
ſu, ad *text in l.nullus 55. l.nihil 129.l.factum 155.
§.1.ff.de regul. Jur.*

Minùs

Minùs obſtat ponderatio, quòd ſicuti emens
48 ad ornatam Urbis, domum emphyteuticam,
tenetur ſolvere laudemium, immò & quinden-
nium, ſi fuerit manus mortua, quamquam emere
dicatur ex cauſa neceſſaria ſaltem ex parte vendi
toris, ut firmavit *Rota in Romana laudemiorũ* 31.
Januarii 1707. §. *Irrelevans, cor. Eminentiſs. Prio-
lo, regiſtrata poſt Tract. inter dec. S. Rotæ Romanæ
in ordine la XXI. nu.* 17. *cum ſeq.* inter Moniales
Monaſterii S. Urſulæ, vulgò Urſolinas ad viã vul-
gò *Strada Vittoria* de l'Urbe, quæ die 5. *Februarii
anni* 1718. ſumptuoſè celebravit Centeſimum, &
PP. SS. Nicolai, & Blaſii ad Cæſarinos Congre-
gationis Somaſchæ, ità manus mortua emens ex
cauſa neceſſaria, quoque videretur pari ratione
teneri ad Quindennium, verùm facilis quoque
49 patet reſponſio ob diſparitatem unius caſus cum
altero, etenim retrahens, ſeu emens ad amplian-
dam ſuam domum, ſponte facit pro ejus utilitate
privata principaliter, & ſecundariò pro Urbis
ornatu, ſed manus mortua emens pro amplian-
da Eccleſia, facit pro publica utilitate principa-
liter, quæ dicitur neceſſitas moralis, veluti ad
dictam ponderationem reſpondet *Capon. di-
ſcept.* 378. *nu.* 17. *tom.* 5. *ubi nu.* 18. etiamſi dona-
50 ta fuerit domus ad ampliandum, & ſic ex cauſa
voluntaria, cùm ſatis ſit, quòd, ſi donans non
donaſſet, cogi poſſet ad vendendum, ideò non
hinc ceſſat cauſa neceſſaria, ità ut magis pre-
tium, quàm rem videatur donaſſe, quod pre-
tium, ſi venditio fuiſſet, donare poſſet, ubi
num. 20. ità deciſum.

Neque noſtram turbat ſententiam *de Franch.
dec.* 277. *Theſaur. dec.* 239. *& Rota in Romana lau-
demiorum* 31. *Januarii* 1707. §. *Irrelevans quoque
in fine, coram Eminentiſſimo Priolo, regiſtrata poſt
Tract. inter dec. S. Rot. Rom. in ordine la XXI. n.* 18.
51 firmantes deberi laudemium pro re vendenda
ad inſtantiam creditorum ſub haſta, quia hoc
particulariter procedit, nè aperiatur via fraudi-
bus, ex eo, quòd homines, ut evitarent ſolutio-
nem laudemii, fingerent ſe debitores, & quando
vera eſſent debita, durum eſſet, quòd culpa em-
phyteutæ debitoris directus Dominus privare-
tur juribus ſuis, & quia nec propriè appellari
poteſt eo caſu neceſſaria venditio, cùm ſemper
ſit origo attendenda, dum contrahendi debita
fuit voluntaria, operatur, quòd venditio indè
ſequuta creditorum inſtantia dicatur volunta-
ria, cùm facto debitoris procedat, quando ſit à
Judice facta, & in hoc partis factum cenſeatur;
52 At ubi lex arctat aliquid fieri, tunc non poteſt
dici factum ſponte, ceſſant rationes conſideratæ
53 per *Franch. Theſaur. & Rot.* quando agitur de
venditione in manum mortuam pro amplianda
Eccleſia, vel ſimili, immo ceſſat præſumptio
fraudis, & ſic laudemium, nec quindennium
debetur, *Conſtant. in l.* 1. *nu.* 80. *C. de vendend. reb.
fiſcal. lib.* 10. *Gratian. diſcept.* 544. *num.* 11. *&* 33.
Novar. in ſumm. Bullar. par. 2. *comment.* 120. *n.* 33.
*cum ſeq. repetit. poſt Tract. inter Doctores litera Q.
Capon. diſcept.* 378. *num.* 11. *tom.* 5.

Ejuſdem furfuris eſt ſimile objectum, quòd
ad ſupplendum defectum amortizationis ſolven-
54 dum ſit quindennium à manu mortua emente,
55 hæc enim regula intrat in alienatione volunta-
ria, non in neceſſaria, ut ità reſpondet *Capon.
diſcept.* 378. *num.* 11. *tom.* 5.

Denique nihil faceſſit *Fontanella deciſ. Catha-
lon.* 278. *num.* 10. *cum ſeqq. tom.* 1. aſſerens laude- 56
mium deberi ex venditione facta in vim compul-
ſionis Judicis pro manu mortua ex eo, quia non
reperitur in jure privilegiata manus mortua ab
exemptione ſolutionis laudemii, cui facilè ſatiſ-
fieri poteſt, reſpondendo, quòd quamvis manus
mortua non poſſit dici privilegiata, niſi in caſi- 57
bus in jure expreſſis, tamen extante identitate
rationis privilegia omnia extenduntur ad ma-
num mortuam, ſicut laudemium non debetur 58
ex re emphyteutica in dotem æſtimatam, ſivè
inæſtimatam data, quando dos eſt data ab obli-
gato dotare; ut Pater, veluti ità reſpondet *No-
var. in ſumma Bullar. par.* 2. *commentar.* 120. *nu.* 10.
cum ſeqq. repetit. poſt Tract. inter Doctores litera Q.
etenim quamquam manus mortua non dicatur
privilegiata extrinſecè, nihilominùs intrinſecè
eſt privilegiata, cùm talis ſit, ſi non expreſsè,
ſaltem tacitè.

Adeò autem vera eſt noſtra reſolutio princi-
palis in principio firmata, ut ex alienatione ne-
ceſſaria in manum mortuam, etiamſi ipſa manus 59
mortua emptrix, ſeu pro ipſa Adminiſtrator
promiſerit quindennium, adhùc ad illud non te-
netur, cùm eo caſu hujuſmodi promiſſio non ha-
beat juris aſsiſtentiam, ſed potiùs reſiſtentiam,
immò illa declarari debeat nulla uti promiſsio 60
futuræ ſolutionis quindenniorum, *Capon. di-
ſcept.* 378. *num.* 8. *tom.* 5. non enim poteſt obligari
manus mortua ad id, ad quod non tenetur, cùm
ſit adminiſtratrix, non Domina, & teneatur
utilia, & non damnoſa agere, ac ſic uti ex erro- 61
re, & falſa cauſa reſcindenda venit promiſsio.

Hinc videmus, quòd ex venditione neceſſa-
ria non debeatur gabella, *Sanchez conſ. mor. lib.* 2. 62
cap. 4. *dub.* 27. *num.* 2. quidquid ſentiat *Gutierrez* 63
de gabell. qu. 22. *num.* 7. *cum ſeqq.* ductus ratione
textus in l. Cæſar. 15. *& l. fin.* §. *Si propter neceſſita-
tem* 8. *ff. de publican. & vectigal. & l.* 1. *C. de nav.
lib.* 11. ubi habetur, quòd ſi navis ob maris pro-
cellas ad portum aliquem confugiat, non debe-
tur gabella in illo portu conſtituta, quia fuit ne-
ceſſarium illùc confugere, & non voluntarium,
eo modo, quo ſi vi ventorum navis contrà pro-
poſitum navigantiũ deferatur in portum, à quo
diſceſſerat, vel in alium, in quem non erat defe-
renda, & ſequendo cæptam viam, non eſt ſolven-
da gabella mercium navi vectarum, idemq; dici-
tur, ſi ad avertendam vim hoſtium, vel pirata-
rum accedat ad locum non collimatum, & quòd
ſi aquarum penuria exteri accedant ad molendi-
na aliena, & tranſeant alienum territorium, non
tamen ſolvitur vectigal ſolvi ſolitum à tranſeun-
tibus cum ſegetibus alia cauſa, quàm triturandi,
quia illi id faciunt necesſitate cogente, iſti ne-
quaquam, ut argunt *Niger de laudem. tom.* 2. *qu.* 4.
num. 19. *cum ſeqq. Surd. dec. Mantuan.* 305. *nu.* 32.

Pro coronide tandem cum ſuo temperamento
venit intelligenda principalis ſuprà poſita reſo-
lutio, ut videlicet conſtare debeat de præciſa, 64
ac irrefragabili neceſsitate translationis fundi
emphyteutici in manum mortuam, ad effectum
conſequendi exemptionem à quindenniis, cùm
aliàs ſi neceſsitas erit modica, non debet eo ca- 65
ſu Dominus directus privari quindenniis, veluti
in puris terminis reſpondet lato calamo *Panſut.
controv.* 48. *per tot.*

ARGUMENTUM.

Manus mortua poſsidens Bona emphyteutica, ſuperveniente poſteà cauſa neceſſaria, cogere poteſt Dominum directum ad affrancandum fundum, & hac via eximi à Quindenniis.

SUMMARIUM.

1 *Auctor editurus eſt Tractatum* de affrancatione.
2 *Manus mortua non tenetur ad quindennia ex emphyteuſi in illam translata ob cauſam neceſſariam.*
3 *Manus mortua emphyteuta bona jam ſibi incorporata affrancare poteſt à dominio directo, & canonibus ad effectum ſeſe à quindenniis liberandi, ſi poſt incorporationem ſupervenerit cauſa neceſſaria.*
4 *Sequuta affrancatione, emphyteuta remanet liberatus à quolibet onere.*
5 *Affrancatio eſt ſpecies quædam veræ venditionis.*
6 *Affrancatio fieri nequit citrà conſenſum Domini.*
7 *Mentio Eminentiſſimi* Petri Marcellini Corradini.
8 *Ad peragendum ædificium ſacrum, aut publicum quis cogi poteſt vendere fundum.*
9 *Fundus pro cauſa neceſſaria inſerviturus fundationi Eccleſiæ, eximi debet à quocumque ſervitio, ac ſubjectione.*
10 *Magni æſtimatur libertas hominis.*
11 *Procuranda eſt libertas fundi Deo inſerviturì.*
12 *Ad ſubterfugiendam ſervitutem licuit furari in Ægypto.*
13 *Penſio Eccleſiaſtica redimi poteſt.*
14 *Manus mortua cogere poteſt aliam manum mortuam ad affrancandum.*
15 *Fundus emphyteuticus ob cauſam neceſſariam vendi poteſt.*
16 *Ad ornatum Urbis fundus etiam emphyteuticus vigore Conſtitutionis Gregorii XIII. ſuper retractu, vendi debet.*
17 *Manus mortua, ſeu* Eccleſia *alienare nequit.*
18 *Affrancatio ſimilis eſt alienationi.*
19 *Affrancatio eſt magni præjudicii ob deſperatam reverſionem fundi emphyteutici ad Dominum.*
20 *Quis cogi poteſt ad affrancandum ob cauſam neceſſariam; aut publicam alterius affrancare prætendentis.*
21 *Manus mortua incapax eſt acquirendi emphyteuſim.*
22 *Emphyteuſis ſemel effecta libera, intelligenda eſt ab omni ſervitute.*
23 *Idem eſt in feudo franco.*
24 *Manus mortua, non obſtante pacto de non affrancando, poteſt adhùc affrancare.*
25 *Idem eſt in retractu coactivo.*
26 *Per pactum de non petendo remittitur quidem jus privatum, ſed non publicum.*
27 *Manus mortua ſibi præjudicare nequit acceptando pactum ſibi præjudiciale.*
28 *Reſtitutio in integrum competit læſæ manui mortuæ.*
29 *Manus mortua non tenetur ex facto adminiſtratoris in conſentiendo actui præjudiciali.*
30 *Renunciatio pacti de affrancando facienda à manu mortua requirit ſolemnitates.*
31 *Conventio cum anteceſſore inita, non ligat ſucceſſorem in præjudicialibus.*
32 *Quidquid in contrarium inclinet Camera.*
33 Decius conſ.2. citat.in deciſ. *Camerali id non firmat.*
34 *Apud* Card.Cavaler. *non extat* dec 662.
35 *Numerus illius* Deciſionum *pervenit ad* dec.658.
36 *Contraria opinio poſſet ſalvari, agendo inter privatos, inter quos meliùs ſervari poteſt tale pactum de non affrancando.*
37 *In privato rarò militare poteſt ratio cauſæ neceſſariæ, ac publicæ.*
38 *Caſus ornatus Urbis non eſt adcò frequens, ut ædificium, aut ampliatio Eccleſiæ, vel alterius ſimilis operis publici.*
39 *Deciſio Cameræ ſuprà laudata fatetur, in dicto caſu pactum de non affrancando non ligare ſucceſſores.*
40 *Pactum de affrancando compræhendit etiam ſucceſſores.*
41 *A pacto affirmativo de affrancando ad pactum negativum de non affrancando non putat Auctor currere argumentum.*
42 *Pactum de affrancando uti favorabile, venit ampliandum.*
43 *Idem pactum eſt comprahenſivum ſucceſſorum, uti favorabile.*
44 *Pactum de non affrancando, uti odioſum, ac præjudiciale ob adjectam perpetuam ſervitutem, non fit comprahenſivum ſucceſſorum.*
45 *Pactum affirmativum de affrancando non eſt ſemper reale, & tranſitorium ad ſuceeſſores, ſed quandoque eſt perſonale.*
46 *Manus mortua, etiamſi affrancatio prætendatur invalida, tamen ſicut habet juſtam cauſam non ſolvendi canones,ità quoque non ſolvendi quindennia.*
47 *Solet quandoque etiam adjici pactum de affrancando in gratiam tàm concedentis, quàm recipientis emphyteuſim.*
48 *In tali caſu manus mortua ab inveſtiente coacta vigore pacti ad affrancandum, non tenetur ampliùs ad quindennia.*
49 *Pactum de affrancando eſt facultativum, tanquàm callatum in poteſtatem emphyteutæ, perque illud nullum quæritur jus Domino directo.*
50 *Dominus directus non utatur pacto francandi, ſi quindenniis privari nolit, ſibique imputet, illo utendo.*
51 *Pro Urbis ornatu ad formam notiſſimæ Gregorianæ affrancatio canonum fieri poteſt, ſubrogando in locum fundi retracti ſtabile æquivalentis valoris, etiamſi non æqualis redditus.*
52 *Qui quidem articulus nunquam anteà examinatus fuerat in Rota.*
53 *Eccleſiæ ſitus pro conſtructione, vel ampliatione retrahendus, debet eſſe exemptus ab oneribus, ſeu tributis ſolvi conſuetis Laycis in recognitionem Juriſdictionis temporalis.*
54 Ex cap.1. de cenſib. *non benè infertur ad exemptionem oneris ratione canonis, & quindennii.*
55 *Non implicat, unam Eccleſiam eſſe tributariam alterius.*
56 *Eccleſia fieri poteſt tributaria layci ex cauſa cenſus, aut Canonis.*
57 *Privilegia cum privilegiis conquaſſantur.*
58 *Onera realia extingui valent pro conſtructione, aut ampliatione Eccleſiæ.*
59 *Eccleſia tenetur conſentire extinctioni onerum ad favorem alterius Eccleſiæ.*

60 *In*

60 *In* cap.1.de cenſib. *ſolùm prohibetur layco impoſitio ſervitii, non autem illa prohibetur Eccleſiæ.*

61 *Cauſa magis privilegiata prævalere debet alteri cauſæ minùs privilegiatæ.*

62 *Ceſſat regula de conquaſſandis mutuis privilegiis in caſu habentis pinguius jus.*

63 *Privilegiatus contrà minùs privilegiatum utitur privilegio ſuo.*

64 *Potior cauſa eſſe debet tractantis de damno vitando, quàm tractantis de lucro captando.*

CAPITULUM XXXV.

OMittimus in præſenti inquirere, quid ſit affrancatio ex eo, quod nos remittimus ad
1 abundè tradita in *Cap.24.* immò ad peculiarem
Tractatum per nos, Deo dante, *de affrancatione*
edendum. Diſcuſſo igitur in ſuperiori *Cap.* uti-
2 liſſimo articulo, quòd ſcilicet manus mortua
non teneatur ad Quindennia ex bonis emphy-
teuticis in illam translatis ob cauſam neceſſa-
riam, modò in præſenti non minùs utili, quàm
perdifficili, ac peregrino articulo latus aperitur
campus ſuper firmando, quòd manus mortua
3 emphyteuta Bona jam ſibi incorporata affran-
care, & liberare poſſit à dominio directo, &
canonibus ad effectum ſeſe à quindenniorum
ſolutione impoſterùm liberandi, ſi poſt incorpo-
rationem hujuſmodi neceſſaria ſupervenerit cau-
ſa, qualis eſt ampliatio Eccleſiæ jam conſtructæ,
vel Monaſterii jam ædificati, *Capon. diſcept forenſ.
tom.5. cap.376 nu.18. Rota in Romana Quinden-
niorum ſuper Dubio Affrancationis 6. Junii 1687.
coram Benincaſa per tot. inter ſuas impreſſ. la 114.
regiſtrata poſt Tract. inter deciſion. S. Rot. Rom. in
ordine la X.* etenim ſequuta affrancatione rema-
4 net extincta emphyteuſis, & liberatus emphy-
teuta à quolibet onere, ac ſervitio, reſque de
emphyteutica fit in perpetuum libera, & allodia-
lis, *Gratian. diſc. 477. nu.16. verſic. quibus, &
diſc.745. nu.74. cum ſeqq. & nu.83. verſic. & quid-
quid, Ciarlin. controv. tom. 1. cap. 92. nu.7. cum
ſeqq.* equidem quantumvis affrancatio, uti in ſe
5 ſpecies quædam veræ venditionis, citrà Domini
directi aſſenſum fieri nequeat, cùm agatur de
6 ejuſdem præjudicio circà perpetuam canonum
amiſſionem, & in caſu manus mortuę, circa etiam
quindenniorum amiſſionem, *Gratian. diſc. 477.
nu.11. cum ſeqq. & diſc. 745. nu.80. Rota coram
Durano deciſ.410. per tot. & deciſ.426. nu.3. tom.2.
& Camera poſt Eminentiſs. D. Card. Corradinum,
olim Sanctiſſimi Domini Noſtri Clementis Papæ XI.
meritiſſimum Auditorem, ac olim in Urbe præſtan-*
7 *tiſſimum Advocatum, de jur. prælation. dec.8. n.1.
cum ſeqq.* ſanè videtur, ut ſicuti intereſt novum
ædificium Sacrum, aut publicum peragi, ac ad
8 illud peragendum cogi ad venditionem vigore
percelebris *l. Si quis Sepulchrum 12. ff. de religioſ.
& ſumpt. funer.* ità & fundus pro cauſa neceſſaria
inſerviturus fundationi Eccleſiæ, ſivè Monaſte-
9 rii, ſivè alterius ſimilis publici operis, penitùs
eximi à quocumque ſervitio, ac ſubjectione, qua-
lis eſt annua canonum, & quindenniorum præ-
ſtatio ad *text. in cap. 1. de cenſib.* veluti arguit mox
laudata *deciſio in ordine la X. poſt noſtrum Tract.
nu.7. cum ſeqq.* præterquamquòd ſi tanti, prout
10 decet, æſtimatur libertas hominis, tantùmque
deploratur ſervitus, cur & non æſtimabitur, im-
mò & procurabitur, ac impetrabitur libertas fun-
di, qui inſerviturus eſt Deo, & homini Deum
oranti, vel publicæ utilitati, & cur non evitabi- 11
tur ſervitus, ad quod animadvertit *dicta dec.10.
poſt Tract. nu.12. in principio*, undè ad ſubterfu-
giendam ſervitutem licuit furari in Ægypto ju- 12
xta *Exod. 12. 35. & ſeqq.*
Prætereà ſi privato licet annuam penſionem
Eccleſiaſticam redimere ad effectum ab illa in fu- 13
turum ſe ſubtrahendi, *Pariſ. de reſign. Benef. lib.6.
quæſt. 2. n.123. cum ſeqq. Gigas de penſion quæſt.35.
poſt. n.6. & qu. 87. ſub nu.5. & 7. & alter Pariſ.
conſ.3. n.7. & conſ.16. n.7. Tondut. de penſion. qu.57.
num.1. & per tot. Pignatell. conſult. Can tom. 5.
conſult.74. n.2. Mandoſ. de ſignat. grat. tit. de extinct.
verſiculo diſtinguendum eſt, cum verſiculo ſeq. Lot-
ter. de re benef. lib. 1. quæſt.42. nu.7. cum ſeqq. &
lib.3 quæſt.29. nu 93. cum ſeqq. Garzias de benef.
parte 1. cap. 5. nu.20. cum ſeqq. Rota in recentior.
deciſ. 129. ſub num.2. verſiculo eſt etiam clarum,
parte 1.* quanto magis publicæ perſonæ (qualis
eſt manus mortua, Eccleſia, Monaſterium, vel
ſimile) licebit annuos canones redimere, & af-
francare, juſtoque pretio emere directum do-
minium ad effectum ſe liberandi ab ulteriori ca-
nonum, & quindenniorum ſolutione.
Adeoque vera eſt noſtra principalis reſolutio,
ut una manus mortua Domina utilis poſſit eti- 14
am aliam manum mortuam Dominam dire-
ctam, non ſolùm privatum ſæcularem cogere ad
affrancandum ſe liberandi cauſa à quindenniis,
cùm ex parte affrancare volentis præponderet
neceſſitas affrancandi pro ampliatione ædificii,
vel ſimili, privilegio alterius manus mortuæ,
veluti egregiè, ac ſingulariter ponderat *Rota in
Romana Quindenniorum ſuper Dubio Affranca-
tionis 6. Junii 1687. coram Benincaſa nu.10. cum
ſeqq. inter ſuas impreſſas la 114. regiſtrata poſt
Tract. in ordine la X.* Totaque ratio eſt poſita in
facultate cogendi ad vendendum fundum em-
phyteuticarium ob cauſam neceſſariam, non 15
habita ratione, à quo vendatur, *Marc. deciſ.
Delphin.534. n.7. circà med. verſiculo quia ad iſtud
reſpondetur, parte 1.* prout in ſimili ſancitur in
Conſtit. Gregorii XIII. ſuper jure congrui, ſeu 16
retractu coactivo fundi etiam emphyteutici pe-
nès manum mortuam reſidentis, ad ornatum
Urbis, de qua latè *Camera in magiſtrali deciſ. 8.
nu.10. cum ſeqq. poſt Eminentiſs. D. Card. Corradi-
num de jure prælation. repetit. quoque in recentior.
deciſ. 413. parte 12.*
Et profectò res mirabilis, notatuque digna,
quòd manus mortua, quæ ſecundùm notiſſimam 17
extravag. ambitioſæ de reb. Eccleſ. non alien. aliena-
re nequit, ac per conſequens nec affrancare, ſeu
affrancationi bonorum conſentire ob ſimilitudi-
nem, & fraternitatem, quam habet, ut mox inſi-
nuavi, affrancatio cum alienatione, *Rota dec.13.* 18
*n.1. ac per tot. & dec.14. n.1. ac per tot. par 1. diverſ.
& poſt Eminentiſs. D. Cardinal. Corradinum de ju-
re prælation. dec. 8. nu.4.* hoc enim caſu agitur de
alienatione nō ſolùm utilis, ſed etiam directi do-
minii, immò de totali quidem, ac perpetua alie-
natione abſque ſpe reverſionis, quod eſt magni 19
præjudicii, *Borgnin. Cavalcan. deciſ. 29. nu.54.
& deciſ.31. nu.21. par.2.* attamen cogi poſſit ad
affrancandum ob cauſam neceſſariam, aut publi- 20
cam.

cam alterius affrancare prætendentis, etiamſi iſte
ſit privatus, & forſitan juvari velit vulgatiſſima
Conſtitutione Gregoriana ſuper retractu coacti-
vo ad ornatum Urbis, *Camera deciſ.8.nu.10.cum
ſeqq.ac per tot.poſt ſæpè laudatum olim Auditorem
Sanctiſſimi de jure prælationis*.

Adaugetur admiratio, quòd quanquam ma-
21 nus mortua ſit incapax acquirendi emphyteu-
ſim propter cauſas ſuo loco recenſitas in *Cap.* 1.
& 2. cogere poſſit Dominum directum ad ven-
dendum ob cauſam neceſſariam, à quo co-
gi poterat vel ad ponendum in capite capaci,
ad ſolvendum quindennia, immò quòd & poſ-
ſit cogere Dominum directum ad vendendum
non ſolùm utile dominium, ſed directum quo-
que, &, quod plus eſt, poſſit hac via eximi à
ſolutione quindenniorum impoſterùm, ſed ità
videtur ſuadere æquitas, ut nempè poſtquam
fundus emphyteuticus deſiit eſſe emphyteuticus
per alienationem directi dominii, remanere de-
beat immunis à ſolvendis Quindenniis, nè aliàs
ſequatur abſurdum, quòd quindennia ſolvantur
de re effecta allodiali, & libera, neminique am-
pliùs ſerviente ob totalem illius incorporatio-
nem, ſeu perfectam in totum translationem in
22 manum mortuam mediante coactiva alienatio-
ne, ſemel enim res emphyteutica effecta franca,
& libera, intelligenda venit ab omni ſervitute
libera ad *text. in l.Siquis duas 6.in principio, &
l.in tradendis 7.in principio ff.commun.præd.* veluti
23 in ſimili de feudo franco, ſeu, ut alii cum aſpira-
tione ſcribunt, francho *Oldrad. conſ.* 234. *nu.*2.
*poſt med.verſiculo ut intelligatur francum, Calde-
rin.conſ.7.n.1.circà fin.de feud.Georg. quæſt.feudal.
par.5.quæſt.5.nu.1.in principio, & quæſt.6. nu.1.
cum ſeqq. Bertazzoll. de clauſul.inſtrum. clauſ.30.
gloſ.10. num.2.cum ſeq.Intrigliol. de feud. cent.1.
qu.29.num.1.cum ſeqq.*

His ſuppoſitis adhùc manus mortua, non ob-
24 ſtante pacto in ampliſſima forma concepto in
inveſtitura etiam jurato de non affrancando ſub
prætextu cujuſcumque facultatis, ſive privilegii,
poteſt affrancare directum dominium à proprie-
tario ex cauſa neceſſaria, ſeque hoc modo à
quindenniis ſolvendis ſubtrahi, cùm partes ea-
rum pactis tollere nequeant, quæ competunt de
25 jure, veluti in ſimili de retractu coactivo, non
obſtante pacto hujuſmodi de non affrancando
reſolvunt, *Bard.de jur.prothomiſ.not.2.nu.1.Gra-
tian.diſc.451.num.22. Camera dec.8.num.33. cum
ſeqq. penès Eminentiſs. D.Cardinalem Corradin. de
jur.prælation.* ad inſtar pacti de non petendo,
26 per quod remittitur quidem jus privatum, ſed
non publicum, *Bertazzol. de clauſul. inſtrum.
clauſ.35.gloſ.6.num.1.*nec manus mortua minori
27 æquiparata poteſt ſibi præjudicare acceptando
pactum ſibi præjudiciale, tanquàm tollens li-
bertatem affrancandi, qua de cauſa tanquàm
28 læſæ competit beneficium reſtituitionis in inte-
grum adversùs malè geſta, *Oddus de reſtitut. in
integ.par.1.qu.51.artic.1.n.2.cum ſeq.* ultraquam-
29 quòd ex facto Adminiſtratoris in conſentiendo
actui præjudiciali, non tenetur manus mortua,
Ricceius collect.1549.in principio, & per tot.par.5.
30 immò renunciatio pacti de affrancando, uti ſa-
piens translationem de jure prohibitam cum
manu mortua, requirit ad ſui validitatem, ſo-
lemnitates, *Barboſa vot.Canon.dec.30.n.18.lib.2.*
aliter coventio cum anteceſſore inita, non ligat
ſucceſſorem in præjudicialibus, ſi agatur de ma- 31
nu mortua, *Barboſa vot.76.num.136.lib.3.* quid-
quid in contrarium dubitativè tamen inclinet
Camera dec.8.num.33. poſt Eminentiſs.D.Cardina- 32
lem Corradin. de jure prælation quia nec *Decius
conſ.2.* per ipſam allegatus hoc dicit, nec *Rota* 33
in dec.662.coram Card.Cavaler. quæ deciſio non 34
extat, cum numerus *Deciſionum* ibidem perve-
niat uſque ad *dec.657.* incluſivè, & ad ſummum 35
contraria opinio forſitan poſſet ſalvari agendo 36
inter privatos, inter quos meliùs ſervari poteſt
huiuſmodi pactum de non affrancando, dum
in ipſis difficilè, & raro militare poteſt ratio, 37
& circumſtantia cauſæ neceſſariæ, ac publicæ,
quæ facilè, & ſæpiùs militat in manu mortua,
niſi quòd perſona particularis habeat cauſam
ædificandi ad ornatum, & decorem Urbis, qui
caſus non eſt adeò frequens, ut ædificium, aut 38
ampliatio Eccleſiæ, vel alterius ſimilis operis
publici, ac neceſſarii, attamen in dicto caſu fa-
tetur *dicta dec.Cameræ num.34.cum ſeqq.* pactum 39
de non affrancando non ligare ſucceſſores.

Nec ſtringit argumentum ſæpè laudatæ deci-
ſionis, ſeu Voti Cameralis à pacto contrario de
affrancando, quod compræhendit etiam ſucceſ- 40
ceſſores, etenim à pacto affirmativo ad nega-
tivum ob rationis diſparitatem, vel non tantam 41
conſonantiam, mihi non captivat intellectum
argumentum ex eo, quòd pactum de affrancan- 42
do, uti ſuaptè natura favorabile ob permiſſam
libertatem rei ſervientis, ac in utilitatem, &
commodum ipſius manus mortuæ emphyteu-
tæ, venit ampliandum, ideoque evadit compræ-
henſivum etiam ſucceſſorum, è contrà verò pa- 43
ctum de non affrancando, uti odioſum, ac præ-
judiciale ob adjectam perpetuam ſervitutem, & 44
per conſequens ob denegatam in perpetuum li-
bertatem fundi emphyteutici, non ſit compræ-
henſivum ſucceſſorum, ſed venit potiùs reſtrin-
gendum, præſertim Jure reſiſtente ob cauſam
neceſsariam, *Villagut de extenſion. leg. tit. de ex-
tenſion. pœnal. in mater. conat. concluſ.5.num.157.
cum ſeqq.* ultraquòd nec etiam pactum affirma- 45
tivum de affrancando eſt ſemper reale, & tranſi-
torium ad ſucceſſores, ſed etiam perſonale, &
perſonaliſſimum quandoque ex nominatione
videlicet particularis perſonæ, cujus favore le-
gitur adjectum, *Ciarlin. controv. tom.* 1. *cap.6.
num.62. cum ſeqq.*

Inſuper manus mortua, etiamſi affrancatio,
ſeu liberatio fundi emphyteutici ex adverſo præ- 46
tendatur millies invalida, nihilominùs ſicut ha-
bet juſtam cauſam non ſolvendi Canones, ità
quoque non ſolvendi quindennia, *Sola de jure
emphyt. gloſſa quantum ad primum propè fin. ver-
ſic.26. fol. mihi 40. Manent. de jur. contract.livel-
lar. quæſt.5.num.9.*

Verùm quia ſolet quandoque etiam adjici 47
pactum de affrancando in gratiam utriuſque,
tàm concedentis nimirùm, quàm recipientis,
vel ex verbis pacti in conceſſione depræhendi-
tur, tribui communem utrique facultatem af-
francandi, ut in caſu ſingularis *deciſion.115.n.7.
cum ſeqq. part.1. diverſ.* aſſererem longè magis
habere locum noſtram principalem reſolutio-
nem, quòd nimirùm eo caſu manus mortua in- 48
veſtita, & poſteà ab inveſtiente coacta vigore
pacti

pacti ad affrancandum, non teneatur ampliùs ad quindennia, etenim eadem, vel potiùs fortior militat ratio in hoc caſu, dum ſi in caſu, quo pactum de affrancando eſt in favorem emphyteutæ tantùm, ipſe affrancando, liberatur à quindenniis, cùm hoc pactum ſit facultativum,
49 ſeu poteſtativum, tanquàm collatum in poteſtatem emphyteutæ, perque illud nullum quæratur jus Domino directo, *Ciarlin. controv. to.1. cap.6. n.60. Cyriac. controv.336. nu.27. cum ſeq.* etiam melius liberabitur emphyteuta in caſu, quo vel pactum affrancandi fuerit in favorem Domini directi tantùm, vel in favorem utriuſque, aliàs Dominus directus non utatur pacto
50 francandi, ſi quindenniis privari nolit, & ſibi imputet illo utendo.

Qua occaſione non omittendum, quòd in caſu retractus coactivi ad formam notiſſimæ Gre-
51 gorianæ pro Urbis ornatu editæ, affrancatio canonum fieri poteſt etiam tradendo, ſeu ſubrogando in locum fundi retracti ſtabile æquivalentis quidem valoris, etiamſi non æqualis red-
52 ditus, ut ob gravitatem articuli nunquam in S. Rota Romana examinati ſuffragantibus omnibus Coauditoribus reſolutum fuit favore Marchionis Spadæ tanquàm poſſeſſoris hæreditatis Cardinalis Veralli contrà Monaſterium Purificationis de Urbe Ordinis S. Claræ, in *deciſ.* 5. *per tot. inter deciſion. ad Card. de Luca de Servitut. emphyteuſ. locat. & conduct. tom.* 1. *repetit. in deciſ.26. de donation. emption. & vendit. eod. tom.*1.

Ut autem principalis reſolutio in principio firmata, nullis tergiverſationibus labefactari unquam videatur, in caſu videlicet, quo manus mortua, ſeu Eccleſia Domina utilis prætendit affrancationem emphyteutici fundi ab altera manu mortua, ſeu Eccleſia Domina directa, non abs re erit principaliora objecta recenſere, eaque de medio tollere.

I. Quidem objectum in eo verſari poteſt,
53 quòd Eccleſiæ ſitus pro conſtructione, vel amtione retrahendus, debet eſſe exemptus ab oneribus, ſeu tributis ſolvi conſuetis laycis in recognitionem juriſdictionis temporalis, quibus Eccleſiam ſubjectam eſſe non debet, ut loquitur famigeratus *textus in cap.*1. *de cenſib.* & firmant auctoritates congeſtæ per *Rot. in Romana Quindenniorum ſuper Dubio Affrancationis 6. Junii* 1687. §. *In nihilo cor. Benincaſa inter ſuas impreſs. la* 114. *repetit, poſt Tract. inter deciſion. S. Rot. Rom. in ordine la X. num.*8. *verſic. in nihilo refragante*,
54 ſed non indè ex prædicto textu benè infertur ad exemptionem oneris ratione canonis, & quin-
55 denii, de qua nec per umbram, immò non implicat, unam Eccleſiam eſſe tributariam alterius ex cauſa canonis, & quindennii, & ſic ex cauſa poſſeſſionis fundi emphyteutici, ut proſequuntur Doctores larga manu coacervati in mox *laudata dec. & laudato n.*8. *in fine*, ideoque, prout experientia docet, non ſolùm paſſim videmus per unam Eccleſiam ſolvi alteri cenſum, aut canonem, ſed (quod fortius eſt) per Eccleſiam ſolvi tàm cenſum, quàm canonem layco, hincque,
56 quod plus eſt, rectè fieri Eccleſiam tributariam layci ex cauſa cenſus, aut canonis, & ſic longè minùs dedecet Eccleſiam unam fieri tributariam alterius.

II. Inſuper objectum in eo conſiſtere poteſt, quòd inter duas Eccleſias tanquàm pariter privilegiatas privilegia conquaſſari debent, & ſic 57
quòd una Eccleſia non poſſit aliam cogere ad affrancandum emphyteuſim, hocque pacto ſe liberare à quindenniis ad tradita in mox *citata deciſ. n.*9.

Cùm ergò utrumquem objectum, ut prædiximus, ruat, neutrum elidit, aut debilitat noſtram reſolutionem, minùsque motiva hùc uſque per nos adducta.

Non I. objectum, etenim potiſſimùm quandò adeſt cauſa neceſſaria, vel publica ex parte unius Eccleſiæ, qualis eſt illius conſtructio, aut amplia- 58
tio, tunc onera canonis, quantunvis realia, ſeu rei infixa, attamen ob præfatam cauſam extingui, ac amortizari valent ad aſſequendum fundi 59
affrancationem, perque eam, quindenniorum exemptionem, & altera Eccleſia tenetur conſentire hujuſmodi extrinctioni, & amortizationi, ut ad hoc objectum reſpondet Rota in ſæpè *laudata deciſ. num.* 10. immò memoratus *textus in* 60
*cap.*1. *de cenſibus* ſolùm prohibet layco impoſitionem ſervitii, non autem illam prohibet Eccleſiæ.

Non II. objectum, quia cauſa ædificandi, aut ampliandi Eccleſiam, ſivè Monaſterium, ut in ſe magis privilegiata, magiſque favorabilis, præ- 61
valere debet alteri cauſæ Eccleſiæ uti minùs privilegiatæ, ac longè minùs favorabili, qua ſtante privilegii diſparitate, & militante majori æquitate in una, quàm in alia Eccleſia, ceſſat regula 62
de conquaſſandis mutuis privilegiis ob pinguius jus aſſiſtens Eccleſiæ de bonorum affrancatione agenti, *Gait. de credito cap.*4. *quæſt.*11. *nu.*1919. *&* 1972. *Coſta de privileg. creditor. in præfat. ad regul.*4. *n.*8. *cum ſeq.* & notat *laudata deciſ. n.*11. *cum ſeqq.* ac ſuccedit regula, quòd privilegiatus contrà minùs privilegiatum utitur privilegio 63
ſuo ad *text. in l. aſſiduis* 12. *C. qui potior in pign. hab. l. utilitas* 3. *Cod. de Primipil. lib.*12. *Gratian. diſceptat.*795. *nu.*6. *cum ſeq. Salgad. labyr. credit. par.*1. *cap.*7. *à n.*46. *Coſta de privileg. credit. præfat. ad Regul.*4. *n.*10. *Capyc. Galeot. controv. lib.*2. *controv.*71. *num.*8.

Omiſſo, quòd cùm Eccleſia valens affrancare, tractet de damno vitando, nempè de ſe liberando tàm à canonibus, quàm à quindeniis, & altera Eccleſia non conſentiens affrancationi, tractet de lucro captando, potior cauſa eſſe de- 64
bet tractantis de damno vitando *cap. auditis* 3. *de reſtitut. in in integr. l. fin. ff. ex quib. cauſ. major. in integ. reſtit. l. fin. in fin. C. de codicill. l. ſcimus fin.* §. *Licentiæ* 5. *C. de jur. deliber. l. fin. Cod. de acquir. poſſeſſ. l.*1. *C. ſi adverſ. fiſc. Menoch. de præſumpt. lib.*2. *præſ.*72. *n.*7. *Capyc. Galeota controv.*71. *n.*6. 10. *& ſeqq. lib.*2. *Gratian. diſcept.*961. *n.*16. *Rota in recentior. deciſ.*289. *n.*24. *par.*18. *to.*1. *dec.*675. *num.*8. *cum ſeqq. & deciſ.*805. *n.*8. *cum ſeqq. ead. par.*18. *tom.*2. *deciſ.*604. *n.*2. *par.*19. *tom.*2.

ARGUMENTUM.

Manus mortua ex emphyteuſi in illam translata cum pacto redimendi, ſeu de retrovendendo non tenetur ad Quindennium.

SUM-

SUMMARIUM.

1 Idem eſt retrovenditio, ac revenditio.
2 Potiùs dicendum revenditio, quàm retrovenditio.
3 Potiùs dicendum pactum revendendi, quàm retrovendendi.
4 Vulgus ferè in omnibus omnia corrumpit, & facilè in vocum uſu primas tenet.
5 Revendendi verbo uſus eſt Ulpianus.
6 Pactum da retrovẽdendo dicitur à Gallis Recorbin.
7 Tale pactum operatur, ut res, vel pretium quaſi fidei emptoris, vel venditoris expoſitum cenſeatur.
8 Pactum redimendi, & retrovendendi etiam promiſcuè ſumitur.
9 Tale pactum adeò antiquum eſt, ut etiam apud Hebræos uſitatum fuerit.
10 Quod pactum Luſitani vocant pactum de retro.
11 Eodemque modo illud in Hiſpaniis vocatur.
12 Etiam apud priſcos Romanos in uſu fuit.
13 Homines paſſim habent magnam affectionem ad res, quas vendituri ſunt.
14 Venditor quandocumque, vel intrà certum tempus rem venditam recuperare poteſt pro eodem pretio.
15 Favorabile eſt, ut res vendita ſuam priſtinam naturam, & priſtinum Dominum reaſſumat.
16 Pactum redimendi importat affectionem ad rem venditam.
17 Pactum de retrovendendo licitum eſt.
18 Manus mortua emphyteuta cum pacto de affrancando non tenetur ad quindennia.
19 Eadem cum pacto redimendi non tenetur ad quindennia.
20 Ità deciſum in Cathalonia.
21 Laudemium non ſolvitur, quando emphyteuſis conceditur cum pacto redimendi.
22 In tantum manus mortua tenetur ad quindennia, in quantum emphyteuſis apud ipſam perpetuò permanſura eſt.
23 Ob adjectum pactum redimendi adeſt ſpes repetibilitatis, ſeu reverſionis emphyteuſis.
24 Ceſſante cauſa ceſſare debet effectus.
25 Pactum de retrovendendo facit venditionem conditionalem, & reſolubilem.
26 Manus mortua, vigore pacti tenetur facere retrovenditionem.
27 Venditio cum pacto de retrovendendo videtur quaſi pignus.
28 Refellitur contrarium tenens Fontanella dec.Cathalon.85.per tot.tom.1.
29 Eccleſia concedens in emphyteuſim cum pacto de retrovendendo, indiget Beneplacito Apoſtolico.
30 Pactum de retrovendendo de per ſe ſolum eſt grave onus.
31 Non debet quis duplici onere gravari.
32 Pactum de retrovendendo eſt veluti ſpecies ſervitutis.
33 Manus mortua emphyteuta cum pacto redimendi, ſivè pactum ſit conceptum in gratiam venditoris, ſivè emptoris, ſivè utriuſque, non tenetur ad quindennia.
34 Sivè pactum ſit intrà certum tempus, ſivè ſemper, & quandocumque.
35 Pactum de retrovendendo operatur, quod non cenſeatur res exiſſe de patrimonio venditoris.
36 Cenſus quandocumque redimibilis, dicitur perpetuus.
37 Pactum redimendi dependet à poteſtate, ac mera voluntate redimere volentis.
38 In conſiderationem venire non debent, quæ fieri poſſunt, niſi certa ſint.
39 Aliqui tenent, pactum redimendi, & retrovendendi quandocumque preſcribi per triginta annos.
40 Alii tenent hujuſmodi pactum eſſe impreſcriptibile.
41 Rota antiqua non fuit conformis cum moderna.
42 Hoc tribuendum mutationi Auditorum Rotæ.
43 Vel cauſarum copiæ, vel humanitati.
44 Vel ob diverſas facti circumſtantias.
45 Mentio honorifica R.P.D. Marcelli Severolli.
46 Mentio Eminentiſſimi Bernardini Scotti.
47 Rota Romana eſt ſupremum Tribunal.
48 Supremis Tribunalibus permittitur opinionum varietas.
49 Mentio R.P.D. Peregrini Maſſerii.
50 Naturaliter inter humanas imperfectiones proni ſumus ad diſſentiendum, præſertim quando vel ætate, vel auctoritate, vel opinione, quæ plurimùm apud vulgus ſemper valuit, alios præcellimus.
51 Etiam inter antiquioris Juriſprudentiæ proceres exarduit diſſentio.
52 Opiniones ſecundùm temporum varietatem feneſcunt, & intermoriuntur.
53 Rota aliquando rotat.
54 In Regno Siciliæ pactum redimendi eſt impræſcriptibile.
55 Communior, ac verior eſt opinio tenens, pactum redimendi præſcriptibile eſſe triginta annis.
56 Pactum redimendi ſimpliciter abſque ulla temporis præfixione, præſcribitur triginta annis, tale autem pactum ad tempus præſcribitur decem annis.
57 Ob plures caſus contingibiles recuperatio rei ineffectuari poteſt, vel ob temporis lapſum, ob penuriam pecuniæ, qua laborat Dominus directus venditor, ſivè ob ejus abſentiam, aut alium caſum repentinum.
58 Poſt lapſum tempus adjectum pacto redimendi non poteſt ampliùs manus mortua emphyteuta cogi ad retrovendendum.
59 Quis debet ſibi imputare, ſi debito, & opportuno tempore ſuo jure uſus non fuerit.
60 Pactum retrovendendi tranſit ad hæredes Domini directi, ſeu venditoris etiam extraneos, ſicut tranſit ad hæredes emphyteutæ.
61 Lapſum tempus ad retrovendendum non currit impedito ob abſentiam.
62 Minùs verior eſt opinio aliorum tenentium, quòd etiam in tali caſu currat tempus.
63 Tale pactum eſt favorabile venditori, cui poteſt ad libitum renunciare.
64 Venditor vigore talis pacti, ſi vult; poteſt redimere, non tamen emptor poteſt cogere venditorem ad redimendum.
65 Pactum de retrovendendo, & pactum legis Commiſſoriæ inter ſe fraternizant.
66 Manus mortua non tenetur ad quindennia ex emphyteuſi cum pacto legis commiſſoriæ, ſecu adjectionis in diem.

CAPITULUM XXXVI.

PRæmiſſo pro terminorum intelligentia, idem eſſe retrovenditionem, ac revenditionem, 1
immò potiùs dicendum revenditionem, quàm 2
retro-

3 retrovenditionem, & potiùs pactum revenden-
4 di, quàm retrovendendi, niſi vulgus (quod fe-
rè in omnibus omnia corrumpit, & facilè in-
vocum uſu primas tenet) contrarium introduxe-
5 rit, quo revendendi verbo tanquàm politiori
ſæpiùs uſus eſt Ulpianus Juriſconſultus in *l. Julianus ait 37.ff.de bon.libert.* Eſt autem retroven-
ditio, ſeu pactum de retrovendendo, ut vulgò
ajunt, gratia quædam redemptiva à Gallis *Re-
6 corbin*, ſeu reaphetum nuncupata, ſivè retractus
conventionalis, quaſi quòd ex emptoris, &
venditoris conventione res retrahatur, ſeu em-
ptio, & venditio fiduciaria, uti ad tempus du-
ratura, & res, vel pretium quaſi fidei emptoris,
vel venditoris expoſitum cenſeatur, ſeu pactum
7 de affrancando, veluti ſingula notant *Coſta de retrotract.cap.1.num.1.cum ſeq. Guidopapa deciſ. Grationopolit.516.nu.1.ac per tot.* & in eo differt
pactum redimendi, ſeu retroemendi à pacto re-
trovendendi, quòd pactum redimendi appoſi-
tum eſt in gratiam emptoris, quo vigore illius
cogere poteſt venditorem ad redimendum reſti-
tuto eodem pretio, è contrà pactum retroven-
dendi ſit in gratiam venditoris, qui vigore illius
poteſt cogere emptorem ad retrovendendum,
8 quamquàm promiſcuè utrumque vocabulum
ſumat *Leſſius de Juſtit.& jur.li.2.cap.21.dub.14. num.113.cum ſeqq.*

9 Adeòque antiquum hujuſmodi pactum, ut
Deus Hebræis illud præceperit, ideòque in ven-
ditionibus ſubintelligeretur juxtà *Levitic.25. 24.& 29.- cuncta regio poſſeſſionis veſtræ ſub redemptionis conditione vendetur, qui vendiderit domum intrà muros Urbis, habebit licentiam redi-
10 mendi*: quod quidem pactum de retrovendendo
noſtri Luſitani vocant pactum de retro juxtà
Ordination.Reg.Portugall.lib.4.tit.4.in principio, & tit.67.§.1.Caldas Pereyra de emption.& vendition.cap.13.nu.24.cum ſeq.& de jur.emphyt.lib.4. cap.13.num.36. cum ſeqq. Carvalho de utraque quarta par.2.num.211.cum ſeq.Barboſa in cap.ad noſtram 5.num.2.& 7. de empt.& vendit. Valaſc. conſult. dec.31. in fine verſiculo nec huic opinioni, conſult.70.per tot.& conſult.106.per tot. eodem-
que modo in Hiſpaniis nuncupatur èx *Fontanel-
11 la dec.Cathalon.70.num.3.& dec.85.nu.25.& 6. tom.1.* Pactum inſuper hujuſmodi etiam apud
12 priſcos Romanos in uſu fuit ad tradita per Pro-
culum Juriſconſultum in *l.ſi vir 12.ff.de præſcrit. verb. l. ſi fundum 2.Cod. de pact. inter emptor. & venditor Larrea dec. Granat.79. num.19.cum ſeq. parte 2.*

Et quia paſſim fit, ac frequentiſſimè homines
13 habere magnam affectionem ad res, quas ven-
dituri ſunt, & vellent, ſi poſſibile foret, non ſe
in perpetuum dominio rerum ſuarum privare,
ſed remanere cum aliqua ſpe eas aliquando,
meliori adveniente fortuna recuperandi: huic
deſiderio leges noſtræ benignè occurrerunt, con-
cedentes, poſſe hunc contractum ità fieri, & li-
cet ſit re vera perpetuus, liceat tamen vendito-
ri quandocumque, vel intrà certum tempus rem
14 venditam, pro eodem pretio recuperare, *Fontanella dec.Cathalon.69.nu.2.tom.1.* favorabile ſanè
15 eſt, ut res vendita ad ſuam priſtinam naturam,
& ad antiquum Dominum revertatur *l.ſi unus 27.§.Pactus, nè peteret 2.in fine ff. de pact.* ità ut
16 pactum redimendi importet affectionem ad rem
venditam, *Rot.dec.347.n.5.par.17.recent.* indeque 17
pactum de retrovendendo eſt licitum, *Boninſign. de vendit.ad temp.cap.14.num.4.*

Quibus præhabitis ſicuti ſuprà in *Cap.24.* ſatis
explanatum remanet, manum mortuam emphy- 18
teutam cum pacto de affrancando non teneri ad
quindennia, ità in præſenti explanatur, & fir-
matur, manum mortuam emphyteutam cum 19
pacto redimendi, ſeu de retrovendendo non te-
neri ad quindennia, ex ſingulariter, ac peregrinè
in ſpecie traditis per *Ripoll.var.c.11.à n.275.& n.540. uſque ad n.549. Boſch.dels titols de honor. lib.2.cap.36. §.26.verſiculo los caſos fol.265. Cortiada dec.Cathalon.284.num.29.limit.2. & nu.39. tom.4. repetit. in eod. ordine tom.5. & poſt Tractat. inter deciſ. exter. in ordine la IV.* ubi ità deci-
ſum in Senatu Cathaloniæ, prout videmus non 20
ſolvi laudemium, quando emphyteuſis concedi- 21
tur cum pacto redimendi, *Tondut. reſol.civil. par.2.cap.75.num.4. Burgius de laudem. par.1.inſpect.5.num.25.* in tantum enim manus mortua
tenetur ad quindennia, in quantum emphyteuſis 22
apud ipſam perpetuò permanſura ſit, & ſic in ca-
ſu, quo Dominus directus perpetuò remaneat
privatus laudemiis, & ſpe devolutionis ex latè
per nos ſuo loco deductis in *Cap.1.& 2.* quæ ra-
tio finalis, ſeu impulſiva ceſſat in præſenti caſu,
in quo ob adjectum pactum redimendi adeſt 23
ſpes repetibilitatis ipſius emphyteuſis, ſeu illius
reverſionis ad Dominum directum, veluti pun-
ctualiter animadvertit *Ripoll.var. cap.11. n.145. cum ſeqq.Amat.var.reſol.lib.1.reſol.19.num.7.* &
ceſſante cauſa perpetuitatis, propter quam ſol- 24
vendum venit quindennium, ceſſare quoque de-
bet effectus ſolutionis, ac ipſa ſolutio, *Tiraquell tract.ceſſante cauſa par.1.num.189.*

Nec aliter ſentiendum ob naturam pacti hu-
juſmodi de retrovendendo, quod quamquam
efficiat, ac inducat veram venditionem, atta-
men non illam efficit puram, liberam, ac ſimpli-
cem, ſed potiùs venditionem conditionalem, re- 25
ſoluibilem, ſeu reſolubilem, ità ut dominium
non dicatur irrevocabiliter quæſitum, ſed ſu-
ſpenſivè translatum, reſolutoque contractu re-
trotransferendum, *Guttierrez practic.lib.1.quæſtion.116.nu.1.Giurba de ſucceſs.feud.§.2.gloſ.13. num.62.& dec.Sicil.24.nu.9.cum ſeqq.Monter.dec. Aragon.1.n.38. Fontanella dec.Cathalon.72.nu.2. & dec.73.num.5.par.1.* dum quotieſcumque per
venditorem pretium reſtituitur, tenetur manus 26
mortua emptrix, vigore pacti retrovenditionem,
ſeu revenditionem facere, *Lupus de uſur. comment.2.§.1.nu.41.* undè venditio cum pacto de
retrovendendo videtur quaſi pignus ob nimiam 27
facilitatem, & facultatem, quam habet venditor,
ut emptor teneatur retrovendere, *cap. ad noſtram 5.de empt.& vendit cap.illo vos 3.de pignor. Larrea dec.Granat.76.n.16.par.2.Riccius dec.Cur. Archiep.Neapol.298.nu.8.par.2. Rota coram Gregorio XV.dec.94.n.19.* quidquid ſentiat *Fontanel- 28
la dec.Cathalon.85.per tot.tom.1.* invehens contrà
Cathalanos communiter reputantes pro oppi-
gnoratione hujuſmodi venditionem, undè Ec-
cleſia concedens in emphyteuſim cum pacto de 29
retrovendendo, indiget beneplacito Apoſtolico,
Antonin.var.reſol.lib.1.reſol.99.per tot. Genuenſ. practicab. Eccleſ.tricenar.14.qu.418.per tot. Riccius dec.Cur.Archiep.Neapol.298. n.1. & per tot. par.2.

part.2. immò pactum de retrovendendo de per
30 ſe ſolùm eſt grave onus, Calvin. de æquit. lib.2.
cap.161.nu.3.Fachin.controv.lib 12.cap.27. circà
fin. ideòque durum videretur, quòd manus mor-
tua ultra obligationem retrovendendi, teneretur
quoque ad quindennia, & hoc medio, duplici
31 onere gravaretur pro eadem re contrà omnem
juſtitiam l. Divus Marcus 14.ff de offic Præſid.
l.navis onuſtæ 4 § Cùm autem 2.ff.ad leg.Rhod. de
jact. l. Sticho 36. in fine ff. de uſuf. legat. Barboſa
axiom.169.num.1.Berlich.pract.conc par.2.conc.2.
num.96.Maranta contr.tom.5.contr.18.nu.64.cum
ſeqq.& cont.64.n.23 cumſeq.Conciol.alleg.28.n.3.
Rota recen.dec.672.num 3. in fin par.1. quod pro
imprecatione habetur juxta illud Jerem.17.18.
duplici contributione contere eos, immò pactum
32 de retrovendendo eſt veluti ſpecies ſervitutis,
Ciarlin controv.tom.1.cap.79.num.17.

Quam principalem reſolutionem velim, ut
33 intelligatur, ſivè pactum ſit conceptum in gra-
tiam venditoris, ſivè emptoris, ſivè utriuſque,
cum ſemper utroque modo de manu mortua eſt
prædicabile, illam ad tempus tantùm retinere
emphyteuſim, ideòque planè durum videretur,
obligari interim ad quindennium manum mor-
tuam, in cujus poteſtate, vel in illa Domini
directi eſt redimere, ac reſpectivè retrovendere
eandem emphyteuſim.

Idemque juris eſſe puto, ſivè pactum intrà
34 certum, ac limitatum tempus reſtrictum lega-
tur, ſivè ſemper, & quandocumque, eadem
namque in utroque caſu militat ratio non ſol-
vendi quindennia, quæ eſt temporalitas emphy-
teuſis penès manum mortuam, adeò ut pactum
de retrovendendo operatur, quòd non cenſeatur
35 res exiiſſe de patrimonio venditoris, Cannetius
in extravag. volentes Regni Siciliæ fol mihi 112.
col.2.num.14.

Veruntamen non deſinit cadere aliqua diffi-
cultas circà pactum redimendi cum clauſula
ſemper, & quandocumque conceptum, & ſic vi-
deretur, ſaltem tunc deberi quindennium per
manum mortuam, quia hinc venditio cum tali
pacto redditur perpetua penès manum mor-
tuam, quamvis vigore pacti ſit in poteſtate ven-
ditoris, ſeu Domini directi quandocumque re-
ſtituto pretio reemere, remque recuperare, dum
ob illam incertitudinem, an aliquando redima-
tur, incertum quid propter dubium reputatur
perpetuum, ad inſtar cenſus quandocumque
36 redimibilis, perpetuæque fruitioni ſubjecti, qui
dicitur perpetuus, ex traditis per Fontanellam
dec.Cathalon.77.num.22.cum ſeqq.vol.1. Nec de-
ſinit eſſe Domina vera, ac perpetua manus mor-
tua emptrix ob dubium, ac futurum eventum
ex caſuali, ſivè poteſtativa conditione exercen-
37 di pactum hujuſmodi dependens a poteſtate, ac
mera voluntate redimere volentis, Rovit. in
Pragmatic 1.de jurib.& exaction.fiſcal. n.81. cum
38 ſeqq. immò in conſiderationem venire non de-
bent, quæ fieri poſſunt, niſi certa, ac infallibi-
lia (ut ità dicam) ſint, Hartman Piſtor qu.24.
num.8.lib.3.

Quæ difficultas facilè dilui poſſe videtur,
39 etenim vel ſequenda eſt opinio eorum, qui te-
nent, pactum redimendi, & retrovendendi quan-
documque, præſcribi per triginta annos, vel ſe-
cundùm alios per quadraginta annos, ſi fuerit
juratum, quales ſunt Parlador.rer. quotid. lib.1.
cap.1.§.14.n.11.Mareſcott.var.reſol.lib.2.cap.57.
n.1.cum ſeq. Staiban.Jun.reſol.40. n.38. Hunnius
Enciclopedjur.par.3.tit.15.cap.2.nu.27.ubi de ve-
riori, communiori, & receptiori,cum nn ſeqq. Api-
cella alleg.12.per tot. Monte de emptione, & vendi-
tione qu.7 princip.n.4.Severin.in ſua alleg.n.6.cum
ſeqq. penès Novar. de privileg. malè ablat. pri-
vil.64.per tot.Ripa obſerv.162. per tot Covarruu.
var.reſol.lib.1.cap.9.nu.6.cum ſeqq. relati per Do-
nad.de renunciat. tom.1.cap.34.n.50.Barboſ.in l.ſi
fundum 2.n.19.C.de pact.int empt.& vendit.in l.ſi-
cut 3.n.138.& in l cùm notiſſimi 7.n.83.cum ſeqq.
C.de præſcript.30.vel 40. ann. & per Lupum de
uſur.commentar.2.§.3.n.99.circà fin. verſiculo Sed
& altera, Surd.dec. Mantuan.2.per tot.Hodierna ad
eund.n.6.cum ſeqq.Vivius dec.Neapolit.424.n.72.
cum ſeqq.lib.3.relati per Theſaur. qu.Forenſ.lib.2.
qu.72.num.2.& per tot. per Berlich.practic. par.2.
concl.2.n.80.in principio, per Mattheacc.de legat.
& fideicommiſs.lib.4 cap.2.n.12. ubi de commu-
ni, per Trentacinqu.var.lib.3.reſ.10.n.25.in prin-
cipio, verſiculo tertia, & ultima eſt opinio, per
Laurent.dec.Avenion.129.n.1. Fontanella dec.Ca-
thalon.75.n.3.cum ſeqq.tom.1.Rota in Romana Pe-
cuniaria,ſeu locorum Montium 27.Januarii 1708.
coram Eminentiſs.D.Card.Priolo, vel ſequenda eſt
opinio eorum, qui tenent, pactum hujuſmodi
eſſe impræſcriptibile, tanquàm nullis temporis 40
limitibus coarctatum, quales ſunt Prat.practic.
obſ.obſ.36.nu.6.cum ſeqq. & per tot. relati per Ro-
vit.in Pragmat.Reg.Neap.ſuper Pragmat.1.rubr.
de pact.de retrovendend. nu.4. Muta in conſuetud.
Panhorm. cap.15.n.5.cum ſeq.Neguzant.qu.510.
nu.3.& per tot. Perez ad Ordinament.Reg.Caſtellæ
tom.3.lib.8.tit.2.leg.1.fol mihi 42.antè med.verſic.
tamen ipſe, ubi putat hanc eſſe veriorem, Berlich.
pract.par.2.conc.2.n.91.cum ſeqq. ubi de veriori,
Caruſius in ſylva termin.arb.24.n.76.in fin.verſic.
aut verò venditio, Mattheacc.de legat.& fideicom-
miſs.lib.4.cap.2.n.13.cum ſeqq.ubi n.5. de veriori,
& de via, & retione Juris cap.19.n.23.cumſeq.
Trentacinqu var.lib.3.cap.10 n.25 in fine, verſic.
tertius, & ultimus caſus eſt, cum nn ſeqq.Merend.
controv.jur.lib.21.cap.43.per tot.Donad.de renun-
ciat.tom.1.cap.34.nu.4.cum ſeqq. Cevall.commun.
contrà commun.qu.207.nu.14.cum ſeqq. Barboſ.in
l.ſi fundum 2.n.18.C.de pact.int.empt.& vendit.&
in l.ſicut 3.nu.139.cum ſeqq. C de præſcript.30.vel
40.ann. Hodiern.ad Surd.dec.Mantuan.2.n.1. cum
ſeqq.Laurent.dec.Avenion.129.n.2.ubi de proba-
biliori, & n.6.verſic.cæterùm, & conſcientiæ ap-
tiori, Rota dec.264.n.1.par.1.diverſ. undè appa-
ret, Rotam antiquam non fuiſſe conformem 41
cum moderna, ut ex deciſionibus ſuperiùs con-
geſtis pro prima opinione, de qua tamen excu-
ſabili varietate haud mirandum, hoc enim tri-
buendum mutationi Auditorum variè ſentien- 42
tium juxta illud Perſii Satyra 5. - Velle ſuum cui-
que eſt, nec voto vivitur uno, & quia cauſarum
copia preſſi ſunt, vel quia ipſi homines ſunt, & 43
unus ſolus Deus, vel cui Deus ipſe ſua ſingulari
gratia conceſſit, errare non poteſt, ut ait Boſſius
moral.par.1.tit.1.§.27.n.583.cum ſeqq. & Cened.
qu.canonic. & civil.qu.45.n.51.in princip.verſic.
excuſandi, ac etiam advertit eadem Rota coram
Caſſadoro dec.9.nu.15.cum ſeqq. de cauſ.poſſeſs. &
proprietat. vel quia ob diverſas facti circumſtan-
tias,

44 tias, aut magis abundè, aut clariùs deductas in diverſam abire ſententiam impelluntur antè prolationem ſententiæ de more indulgentes reviſioni præcedentis deciſionis, ut obſervat *Card. Albit. de inconſtant. in judic. qu. 36. n. 410. cum ſeqq.*
45 claræ mem. Marcellus Severolus eximius Juriſconſultus, utriuſquæ Signaturæ Votans in ſuo reſponſo poſt *eund. Card. Albit. num.* 88. *cum ſeqq. R.P.D. Anſaldus in præfatione ad ſuas deciſiones impreſſas nu.* 8. *& Rota in Romana Communantiarum, & Fontanilis* 20. *Januarii* 1702. §. *primò igitur coram eodem R.P.D. Anſaldo, & in Salisburgen. ſeu Chiemen. Teſtimonialium* 29. *Januar.* 1704. *in principio coram Eminentiſs. Scotto,* olim S. Con-
46 ſiſtorialis Aulæ Advocato diſertiſſimo, ac poſtea Urbis meritiſſimo Gubernatore, præterquam-
47 quod ſupremis Tribunalibus, inter quæ enumeratur iſtud S. Rotæ Romanæ, permittitur opi-
48 nionum variatio, forſitan ob ſupervenientem majorem intellectus illuſtrationem, *Valenzuela conſ.* 64. *ſub nu.* 205. *verſ. & de S. Romano Auditorio, cum nn. ſeqq. Menoch. conſ.* 59. *per tot. Gratian.*
49 *diſc.* 127. *nu.* 49. *R.P.D. Peregrinus Maſſer.* utriuſque Signaturæ votans, olim in Urbe egregius Advocatus, *de Legato à Latere lib.* 1. *cap.* 33. *n.* 84. *Manſius conſult.* 88. *nu.* 18. *Capon. diſc.* 69. *num.* 14.
50 *tom.* 2. omitto, quòd naturaliter inter alias humanas imperfectiones proni ſumus ad diſſentiendum, præſertim quando vel ætate, vel auctoritate, vel opinione, quæ plurimùm apud vulgus ſemper valuit, alios præcellimus, indè
51 etiam inter antiquioris Juriſprudentiæ proceres exarduit diſſentio, ut videre eſt in *l. ſi Epiſtolam* 46. *junctis ibi ſuis* §§. *ff. de acquir. rer. domin.* miſera enim juris conditio ſemper in infinitum decurrit, & novas quotidiè deproperat edere formas, quod malum videtur datum mortalibus in pœ-
52 nam, ut opiniones ſecundùm temporum varietatem ſeneſcant, & intermoriantur, aliæque diverſæ, vel prioribus contrariæ earum loco renaſcantur, & deindè pubeſcant, *Rubeus in annot. ad dec. Accoramboni* 8. *n.* 17. *cum ſeqq.* undè pro-
53 diit dicterium illud, Rota aliquando rotat, *Scaccia de re judic. gloſ.* 14. *qu.* 21. *n.* 17. *& de judic. li.* 1. *cap.* 97. *n.* 131. *circà fin. verſic. non obſtat. in princip. Ciarlin. controv. par.* 1. *cap.* 17. *nu.* 13. *Themud. deciſ. Ulyxbonen.* 250. *n.* 33. *cum ſeq. par.* 3.

In Regno autem Siciliæ pactum hujuſmodi
54 redimendi impræſcriptibile eſt, *Amat. var. reſ. lib.* 1. *reſ.* 19. *n.* 6. cumque in præſenti meum non ſit diffinire, quænam ex ſententiis tenenda ſit,
55 quamvis communior, ac verior ſit prima, ſi arriſerit prima affirmativa, elapſis 30. annis Dominus directus, ſeu venditor eo pacto ampliùs uti non valens, & per conſequens emphyteuſi remanente irredimibili, ex tunc coget manum mortuam emptricem ad quindennia ob deſperatam rei reverſionem, ſi verò arriſerit ſecunda negativa, & tunc cùm adhùc non deſit ſpes reverſionis ad venditorem, manus mortua emptrix non tenetur ad quindennia, etenim ſecundùm hanc ſecundam ſententiam Dominus directus ſemper poterit redimere, & ſic emphyteuſis non perpetuatur in manu mortua. Et eadem difficultas circà pactum retrovendendi ſuperari poteſt mediante ſupradictæ diſtinctionis fœdere.

In pacto verò retrovendendi, ſeu redimendi ſimpliciter abſque ulla temporis præfixione, vel ad tempus adjecto, tenerem, quòd in primo caſu, ſi poſt lapſum 30. annorum res non fuerit redempta, ſeu retrovendita, & in ſecundo caſu, ſi poſt lapſum 10. annorum, incipiat eſſe locus ſolutioni quindenniorum, quia neque in primo caſu poſt 30. annos, neque in ſecundo poſt 10. Dominus directus venditor cogere valet ad retrovendendum, neque manus mortua emptrix ad redimendum, cùm hujuſmodi pacto in pri- 56
mo caſu per 30. & in ſecundo per 10. annos præſcribatur, *Barboſa in l. ſi fundum* 2. *n.* 15. *C. de pact. int. emptor. & venditor.* & ſic res permanſura eſt in perpetuum penès manum mortuam.

Præterea videretur, quòd manus mortua emptrix cum pacto de retrovendendo potiùs teneretur ad quindennia ex eo, quòd ob plures caſus contingibiles recuperatio rei ineffectuari poteſt, & ſic penès manum mortuam facilè, ac inſenſibiliter res perpetuari cum notorio detrimento Domini directi, ſeu venditoris, puta ob temporis lapſum, penuriam pecuniæ, qua labo- 57
ret Dominus directus venditor, ſivè ob ejus mortem, aut abſentiam, aut alium caſum repentinum, vel ſi forſitan etiam pecunias paratas habeat, debeat tamen eas in alia utiliora, ac neceſſaria erogare, ſivè quia nolit uti pacto redimendi, veluti ponderant *Marotta reſp.* 93. *n.* 5. *in princ. Tiraquell. de retract. convention.* §. 2. *gloſ. un. n.* 51. nihilominùs facili negocio diſſolvitur objectum, ſingulatim ad omnes caſus reſpondendo, in quantum enim ad temporis lapſum, cùm poſt illum manus mortua non poſſit ampliùs ad 58
retrovendendum cogi, putarem, ut etiam ſuprà tetigi, ex tunc deberi quindennia, quia incipit res perpetuò remanere apud manum mortuam, & ſolummodò quindenniorum medio ſalvatur, ac illæſum remanet jus Domini directi, quanquam de rigore hoc caſu Dominus directus ob negligentiam in non cogendo ad retrovendendum, tanquàm in culpa, privandus eſſet quindenniis; In quantum ad caſum penuriæ pecuniæ, etiam ex tunc ſibi imputandum, quòd debito, ac opportuno tempore ſuo jure uſus non 59
fuerit, incipient deberi quindennia, quia ſolùm ex tunc incipiet res apud manum mortuam perſeverare; In quantum ad caſum mortis Domini directi, ſi illa ſequatur intrà tempus retrovenditioni præfixum, pactum retrovendendi tranſit 60
ad hæredes Domini directi, ſeu venditoris etiam extraneos, ſicut tranſit ad hæredes emphyteutæ, *Noal. de tranſmiſs. caſ.* 59. *per tot. Poſt. reſol. civ.* 60. *n.* 5. *Amat. var. reſol. par.* 1. *reſol.* 19. *n.* 4. *Card. Mantica de tacit. & ambig. convent. tom.* 1. *lib.* 4. *tit.* 32. *n.* 13. *cum ſeqq. Rota cor. Card. Seraphino dec.* 1063. *nu.* 9. & ſic quod Dominus directus morte præventus facere non potuit, facient ejus hæredes, cogendo manum mortuam ad retrovendendum, vel ſi mors Domini directi ſequuta fuit poſt tempus retrovenditioni adjectum, etiam in iſto caſu ſequendo benigniorem ſententiam, puto, hæredes poſſe cogere ad quindennia manum mortuam, ſicuti cogere poſſet mortuus, ſi viveret, etiam poſt lapſum tempus appoſitum in pacto de retrovendendo, ut ſuprà reſpondi; In quantum ad caſum abſentiæ Domini directi, vel tem- 61
pus conventionale non curreret tanquàm impedito, & ſic poſſet etiam poſt lapſum tempus cogere manum mortuam ad retrovendendum, ve-

luti de veriori teſtatur *Antonell. de temp.legal. lib.cap.15.n.1.in fin.* vel ſi curreret juxtà aliorum
62 minùs veram ſententiam , de qua relati per *Antonell.loc.mox.citat.n.1.in principio* , etiam in iſto caſu Dominus directus ob deſperatam rei reverſionem ageret contrà manum mortuam ad quindennia , & ſic in ſingulis ſupradictis , vel aliis ſimilibus caſibus per medium quindenniorum Dominus directus ſuum jus ſalvare poterit, poſtquàm tamen viderit , rem ad ſe ampliùs reverti non poſſe ; In quantum verò ad caſum, quo nolit venditor redimere vigore pacti , non habet de quo conqueratur, ſed ſibi imputet , ſi illo uti nolit , cùmque enim tale pactum ſit fa-
63 vorabile venditori , poteſt ad libitum illi renunciare, *Calvin.de æquit.lib.3.cap.301. n.7.* præſertim dum pactum de retrovendendo magis expedit venditori , quàm emptori , & venditor vigo-
64 re illius , ſi vult , poteſt redimere non tamen emptor poteſt cogere venditorem ad redimendum , *Gratian.diſcept.740.num.31.*

Tandem cum inter ſe fraternizent pactum de
65 retrovendendo , & pactum legis commiſſoriæ , ſeu adjectionis in diem ex traditis per *Nigrum de laudem.tom.1.qu.6.artic.1.cum ſeq.* exiſtimo ,
66 manum mortuam non teneri ad quindennia ex emphyteuſi ad eam perventa cum pacto legis commiſſoriæ , ſeu adjectionis in diem .

A R G V M E N T V M.

Ex bonis emphyteuſis aſſignatis Locis Piis pro dotibus Monialium , non debentur quindennia .

S U M M A R I U M.

1 *Manus mortua ex emphyteuſi cum pacto redimendi , non tenetur ad quindennia .*
2 *Ex bonis emphyteuticis aſſignatis pro dotibus Monialium non debentur quindennia .*
3 *Emphyteuſis juxtà* Statut.Urb.lib.1.cap.122. *pro dote hypothecari poteſt .*
4 *de Jure communi fundus emphyteuticus dari poteſt in dotem citrà conſenſum Domini .*
5 *Dominus directus per indirectum dotes impedire nequit .*
6 *Dos æſtimata tradi nequit de bonis emphyteuticis ſine conſenſu Domini .*
7 *In Luſitania de emphyteuſi filia dotari poteſt .*
8 *Refelluntur contrarium ſentientes .*
9 Ordin.Reg.Portugall.lib.4.tit.64.in princip. *requirit conſenſum Domini in dotatione ex bonis emphyteuticis .*
10 Dicta Ordinatio *intelligenda eſt de dotatione ab extraneo facta .*
11 *Notatur* Gama dec.Portugal.283.n.2.*ſubdubius.*
12 *Ex* Ordinat.Reg.Portugall. *non datur in bonis emphyteuticis communicatio inter Conjuges .*
13 *Emphyteuſis dari nequit in dotem , ſi Dominus prohibuerit etiam ex cauſa dotis emphyteuſim alienare .*
14 *Emphyteuſis Eccleſiaſtica dari nequit filiæ illegitimæ .*
15 *Apud Auctorem parum difficultatis habet emphyteuſim poſſe dari in dotem matrimonii carnalis .*
16 *Mortuo dotante , emphyteuſis data in dotem vel revertitur ad compræhenſos in inveſtitura, vel illis non extantibus , ad Dominum .*
17 *Mortua Moniali , illius dos tradita de emphyteuſi non devolvitur ad Dominum .*
18 *A' diverſis non fit illatio .*
19 *Dos paterna , aut fraterna , decedente muliere abſque liberis , revertitur ad dotantem , vel ad quos de Jure .*
20 *Decedente Moniali dos remanet penès Manaſterium.*
21 *In favorabilibus Monaſterium habetur loco filii .*
22 *Simplex emphyteuſis per ingreſſum emphyteutæ in Religionem , illo mortuo , revertitur ad Dominum directum .*
23 *Emphyteuſis dari nequit pto dote Eccleſiæ .*
24 *Dos Eccleſiæ fraternizat cum dote mulieris .*
25 *Eccleſia dicitur Chriſti Sponſa .*
26 *Emphyteuſis dari poteſt pro dote Eccleſiæ , cum hoc, ut vendatur utile dominium , & indè emantur alia bona .*
27 *Dos paterna , vel fraterna , uti neceſſaria , libera eſt à caducitate .*
28 *Quæ de dote carnali dicuntur , procedunt in ſpirituali .*
29 *Eccleſias ædificare eſt opus valdè pium .*
30 *Quiſquis dotare tenetur filiam , vel ſororem tàm in Domino , quàm in ſæculo nubentem .*
31 *Immò deficientibus bonis liberis, cogi poteſt ad dotandum de bonis emphyteuticis*
32 *Intereſt Reipublicæ , ut Civitas liberis impleatur .*
33 *Magis intereſt Reipublicæ , ut plures famulas habeat Altiſſimus .*
34 *Impetranda eſt à* S.Cong.Epiſc.& Regular. *licentia de ſolvenda , ac collocanda dote in bonis ſtabilibus pro Moniali .*
35 *Dos pro Moniali ſolummodò in pecunia tradenda eſt .*
36 *Dos pro matrimonio carnali tàm in pecunnia,quàm in ſtabilibus conſtitui poteſt .*
37 *Magis expedit mulieri dotem habere in pecunia .*
38 *Dos conſtituta in pecunia converti nequit in fundum dotalem ſine conſenſu,& utilitate mulieris.*
39 *Ex bonis emphyteuticis aſſignatis Locis piis pro dotibus Monialium , non debentur quindennia .*
40 *Agendo tamen de dotatione filiæ , aut ſororis , & in caſu inſufficientiæ bonorum allodialium .*
41 *Tàm dos pro carnali , quàm dos pro ſpirituali matrimonio dicitur dos .*
42 *Matrimonium ſpirituale eſt longè favorabilius matrimonio temporali .*
43 *Dos ſpiritualis eſt longè minor , quàm dos temporalis .*
44 *Utinam uſu receptum non eſſet , quòd dos ſpiritualis aſſignari poſſet in minori quantitate , quàm dos temporalis .*
45 *Parentes, vel fratres ſolent puellam etiam invitam in Monaſterium detrudere .*
46 *Dos ex fideicommiſſo aſcendentali in ſubſidium detracta vigore* Auth. res, quæ C. commun. de legat. *ſemper libera remanet à fideicommiſſo .*
47 *Dos maximè Monialium , tamquàm cauſa pia, immunis eſſe debet à quindenniis .*
48 *Falcidia de legato dotis non detrahitur .*
49 *Quod procedit in caſu dotationis mulieris divitis .*
50 *Vel in caſu dotationis ab extraneo factæ .*
51 *De dote data filiæ , vel ſorori non ſolvitur laudemium .*
52 *Declaratur* Niger de laudem.tom.2.qu.34.n.6.
53 *Ex venditione neceſſaria non debetur laudemium .*
54 *Monaſterium etiam volens dotem Monialis remittere nequit .*

55 *Dos*

55 Dos Monialis imputatur in legitimam.
56 Dos data de emphyteuſi, mortua dotata, revertitur ad dotantem, vel ad compræhenſos in inveſtitura, vel ad Dominum.
57 Quindennium ſolvitur ob præjudicium Domini ex deſperata emphyteuſis reverſione.
58 Utilitas privata cedere debet bono publico.
59 Dos Monialis, poſtquàm tradita eſt Monaſterio, aſſumit naturam rei Eccleſiaſticæ.
60 Ex emphyteuſi in dotem data Monaſterio debetur laudemium.
61 Quindennium ſolvitur loco laudemii.
62 Declaratur Fulgin. de jure Emphyt. tit. de laudem. quæſt. 7. n. 25.
63 Dos ex parte Reipublicæ ſemper eſt cauſa neceſſaria.
64 Dos conſtituta à patre, vel à fratre loco patris, tàm pro ſpirituali, quàm pro carnali conjugio ſemper eſt cauſa neceſſaria.
65 Emphyteuſis dari poteſt in dotem etiam æſtimatam, tàm à patre, quàm à fratre dotare obligato.
66 Oblatæ Turris Speculorum de Urbe ſunt in ſtatu ſæculari.
67 Prout tales ſunt Tertiariæ Ordinis S. Franciſci.
68 Dictæ Oblatæ habent Præſidentem ad vitam.
69 Oblatæ Septem Dolorum de Urbe poſſunt, ſi volunt, ad ſæculum redire.
70 Dictæ Oblatæ diſcedentes ab Oblatarum Domo non ſunt Apoſtatæ.
71 Auctor putat, Domum dictarum Oblatarum non teneri ſolvere quindennia ex emphyteuſi in dotem pro Oblatis hujuſmodi data.
72 Oblatis hujuſmodi morientibus, vel egredientibus dos non reſtituitur.
73 Vis non debet eſſe in nomine, ſeu titulo, ſed in effectu indè reſultante.
74 Bona hujuſmodi Oblatarum, earum Domui acquiruntur.
75 Quod forſitan non videretur dicendum.
76 Auctor putat, Domum Septem Dolorum de Urbe, aliaque ſimilia Collegia ſæcularia non teneri ad quindennium pro emphyteuſi data in dotem hujuſmodi Oblatarum.
77 Locus Puellarum S. Mariæ Septem Dolorum de Urbe non eſt Regularis.
78 Duciſſa D. Livia Cæſarina fuit ibidem Oblata.
79 Dos Monialis eſt dos ſecundùm quid.
80 Monaſterium nihil accipere poteſt ratione, ſeu titulo dotis.
81 Vulgares vulgariter dotem appellant eleæmoſynam tradi ſolitam Monaſterio pro ingreſſu.
82 Et communis uſus loquendi hoc nomine vocitat.
83 Dos in ſe eſt quid temporale.
84 Dos ſpiritualis verè eſt eleæmoſyna.
85 Monaſteria etiam opulentiſſima nollunt, nec poſſunt ullam puellam accipere, niſi priùs ſoluta dote.
86 Ad quod propoſitum recenſetur tremendum, & lachrymabile exemplum.
87 Non eſt ſimoniacum dotem recipere pro Moniali.
88 Aliàs etiam eſſet ſimoniaca dos pro matrimonio carnali, quatenùs eſt ſacramentum.
89 Etiam de jure civili pro Matrimonio carnali eſt illicita datio pecuniaria.
90 Vir etiam dives juſtè dotem exigere poteſt.
91 Nec Eccleſia abſque dote erigi valet.
92 Dotans Eccleſiam, etiamſi ſit laycus, ut alliciatur, acquirit Juſpatronatus.
93 Requiritur patrimonium quodammodò dos, ut quis ordinetur in ſacris.

CAPITULUM XXXVII.

POſtquàm in præcedenti *Cap.* latus ſermo ha-
bitus fuerit, quod ſcilicet manus mortua ex 1
emphyteuſi in illam translata cum pacto redi-
mendi, ſeu de renovendendo non tenetur ad
quindennia, ſupereſt in præſenti diſſerere, quòd
ex bonis emphyteuticis aſſignatis pro dotibus 2
Monialium non debeantur quindennia. Pro di-
cendorum autem clariori dilucidatione præmit-
tendum eſt, non tantummodò (ut in Urbe jux- 3
ta illius *Statut. lib. 1. cap.* 122.(poſſe emphyteuſim
pro dote hypothecari, ſed etiam de Jure com- 4
muni poſſe fundum emphyteuticum in dotem
dari citrà conſenſum Domini directi, loquendo
tamen de emphyteuſi hæreditaria, & in caſu
defectus bonorum allodialium, *Fulgin. de jur.
emphyt. tit. de alien. qu. 1. nu. 261. cum ſeqq. Amic.
eod. tract. qu. 16. nu. 3. & per tot. Caldas Pereyra
eod. tract. lib. 4. cap. 10. nu. 24. cum ſeq. Barboſa in
l. uſufructu. 58. nu. 28. poſt med. verſ. poterit ergo,
juncto verſ. & pari ratione, ff. ſolut. matrim. Oddus
de fideicom. art. 4. qu. 42. nu. 48. cum ſeqq. Boſſius
de dote cap. 15. §. 4. nu. 62. cum ſeqq. Card. de Luca
eod. tract. diſc. 147. per tot. Roſignol. eod. tract. par. 1.
contract. 16. prænot. 32. nu. 19. & per tot. & par. 2.
contract. 16. prænot. 17. nu. 33. & diſquiſit. 2. §. 2.
n. 2. cum ſeqq. Tondut. reſol. civ. lib. 2. cap. 86. n. 4.
cum ſeqq. Donad. de renunc. tom. 1. cap. 27. n. 118.
Monach. de feud. interp. cap. 64. num. 37. Manent.
deciſ. 28. per tot. Rota poſt Salgad. labyrint. credit.
deciſ. 35. n. 21. cum ſeqq. & coram Alexand. VIII.
deciſ. 42. nu.* 10. quod quidem jure merito intro-
ductum, nè aliter Dominus prætendendo præ-
lationem in emphyteuſi, per indirectum impe- 5
diat dotes, & matrimonia rem tàm ſanctam,
tàmque humani generis propagationi neceſſa-
riam, ut advertit *Valaſc. conſult. deciſ. par. 2. con-
ſult.* 113. *nu.* 24. quidquid ſit in dote æſtimata, 6
quæ cùm ſapiat venditionem, videtur non poſſe
tradi de bonis emphyteuticis, niſi prævio aſſen-
ſu Domini, veluti, rejecto *Fulgin.* tenent *Niger.
de laudem. tom. 2. quæſt. 34. nu. 6. Card. de Luca de
dote diſcurſ. 147. nu. 3. cum ſeq.* prout etiam in 7
noſtra Luſitania licitum eſt parenti de emphy-
teuticis bonis filiam dotare, *Caldas Pereyra quæſt.
forenſ. lib. 1. quæſt. 11. nu. 23. & quæſt. 23. nu. 89.
circà fin. & de empt. & vendit. cap. 27. n. 3. Molina
de contract. tract. 2. diſp. 461. nu. 9. Valaſc. conſult.
deciſ. tom. 2. conſult. 113. nu. 24. cum ſeqq. & de
jur. emphyt. quæſt. 18. nu. 28. Barboſa in Repertor.
Jur. Canon. & Civil. verbo emphyteuſis verſiculo
emphyteuſis dote fol. mihi 116. col. 2. in med. Gama
deciſ. Luſitan. 127. nu. 2. Cabed. deciſ. Luſitan. 104.
n. 4. par. 1.* quidquid ſentiant ſibi contrarii iidem
Valaſc. de jur. emphyt. quæſt. 14. nu. 10. & Caldas 8
*eod. tract. lib. 4. tit. de extinct. emphyteuſ. cap. 10.
nu. 30. cum ſeq.* ſub motivo *Ordination. Reg. Por-* 9
tugall. lib. 4. tit. 64. in principio, requirentis con-
ſenſum Domini directi in dotatione ex bonis
emphyteuticis, quia per communicationem bo-
norum inter conjuges in illis partibus uſitatam
vulgò *por charta de ametade*, dominium tranſit
in maritum, quæ tamen Ordinatio Regia intel-
ligenda venit de dotatione ab extraneo facta, 10
ut advertit idem *Caldas qu. forenſ. lib. 1. qu. 11.
n. 23. in med. verſic. procedit etiam, & qu. 23. n. 90.*
qui *nu. 89. circà fin. verſic. quæ ſanè Valaſc. Sen-*

tent. a,

tentia, refellit *Valaſcum*, *Gama dec. Luſitan.*127.
11 *nu.*3. quidquid titubet ſubdubius in *dec.*283.*n.*2.
12 nec datur communicatio hujuſmodi in bonis
emphyteuticis juxta *Ordination. Reg. Portugall.*
*lib.*4. *tit.*7. §.2. *& tit.*77. §.33. *& tit.* 95. §.1. *&*
tit. 97. §. 24. & ponderat idem *Caldas de empt.*
*cap.*27. *nu.*37. *in med. verſic. iis minimè refragari*,
niſi in certis caſibus, de quibus *Molin. de contract.*
tract. 2. *diſput.* 476. *per tot. Valaſc. de partition.*
cap. 26. *per tot.* nec poſſet emphyteuſis dari in
13 dotem, ſi Dominus directus prohibuiſſet etiam
ex cauſa dotis emphyteuſim alienare, *Roſignol.*
*de dote par.*2. *contract.* 16. *diſquiſit* 2. §.2. *num.*5.
*Card. de Luca eod. tract. diſc.*147. *n.*15. prout nec
emphyteuſis Eccleſiaſtica dari poteſt, in dotem
14 filiæ illegitimæ poſt Bullam S. Pii V. contrà ille-
gitimos editam, *Spad. conſ.*97.*n.*14.*cum ſeq. tom.*3.
Quod quidem principale effatum circà nem-
pè emphyteuſim dandam in dotem, prodote
15 matrimonii carnalis apud me parum difficulta-
tis habet, quippe hinc nullum irrogatur domino
directo præjudicium, dum defuncto dotante
16 emphyteuſis vel revertitur ad compræhenſos in
inveſtitura, vel ſi illi non adſunt, devolvitur ad
Dominum directum, reſoluta etiam ipſa dote,
*Fulgin. de jur. emphyt. tit. de alienat. qu.*1. *n.*262.
cum ſeqq. verùm difficultas verſatur in dote ma-
trimonii ſpiritualis, dum eo caſu emphyteuſis
ſemel perventa in manum mortuam, quale eſt
Monaſterium, etiam defuncto dotante, non de-
17 volvitur ad Dominum directum, immò nec de-
functa dotata Monaſterium ingreſſa, & profeſſa,
*Lezzana qu. regular. tom.*3. *verbo dos Monialium*
*nu.*7. *Pignatell. conſult. Canon. tom.*1. *conſult.*432.
*nu.*14. *cum ſeq.* unde non videtur benè inferri à
18 diverſis *l. Papinianus* 20. *ff. de minor.* decedente
enim muliere abſque liberis, loquendo de dota-
19 tione paterna, aut fraterna, dos revertitur ad
dotantem, vel ad quos de Jure, per *text. literalem*
in l. dos à Patre 4. *C. ſolut. matrim. Conciol. alleg.*20.
*nu.*5. *Gratian. diſc.* 556. *nu.*33. decedente verò
20 Moniali dos ad neminem revertitur, ſed conſo-
lidatur penès Monaſterium abſolutè, ac in per-
petuum, *Suarez alleg.*20. *nu.*20. *in fine*, *Barboſa*
in l. dos à Patre 4. *nu.*3. *C. ſolut. matrim. Tamburin.*
*de jure Abbatiſs. diſput.*21. *quæſit.*7. *nu.*5. *Pelliz-*
zar. de Monial. cap. 3. *ſect.*2. *qu.* 14. *nu.*71. *Card.*
*de Luca de dote in ſumma nu.*468. quod Monaſte-
21 rium habetur loco filii in favorabilibus, *Marcſcott.*
*variar. reſol. lib.*3. *cap.*21. *n.*10. *cum ſeq. Mangil.*
*de imputat. qu.*58. *nu.*11. *& qu.*111. *n.*18. *Coſta de*
*retrotract. cap.*9. *caſ.*3. *nu.*18. *Merlin. de legitima*
*lib.*1. *tit.*2. *qu.* 14. *num.*10. *Peregrin. de fideicom.*
artic. 28. *nu.*70. *cum ſeq. Tondut. reſol. Canon. &*
*civil. par.*1. *cap.*14. *n.*5. *& cap.*65. *n.*9. *Sanchez.*
*in præcept. Decalog. lib.*7. *cap.*9. *n.*23. *Leo de offic.*
Cappellan. qu. 5. *ſect.* 27. *num.*364. *Carena reſol.*
*practic.*215. *nu.*33. *Gratian. deciſ. March.*7. *nu.*10.
quidquid eſſet de ſimplici emphyteuſi non in
22 forma dotis, quæ per ingreſſum emphyteutæ in
Religionem acquiritur Monaſterio revocabiliter
tantùm, durante nempè vita ingreſſi, & rever-
titur per illius obitum ad Dominum directum,
Fulgin. de jure emphyt. tit. de ſucceſſion. in bon.
emphyt. qu. 14. *n.*13. *cum ſeqq.* quod contrarium
omninò apparet in emphyteuſi data in dotem,
quę acquiritur irrevocabiliter Monaſterio etiam
ſequuta morte Monialis ex jam dictis; & ſic ob
irreparabile Domini directi præjudicium ex do-
tatione Monialis illatum videretur, potiùs non
poſſe emphyteuſim concedi in dotem Monialis,
ſicuti in ſimili ob eandem cauſam nec emphy- 23
teuſis dari poteſt pro dote Eccleſiæ, *Fulgin. de*
*jure emphyt. tit. de alienat. qu.*1. *n.*267. quantunvis
fraternizet dos Eccleſiæ cum dote mulieris, præ- 24
ſertim Monialis, immò magis privilegiata ſit,
*Genuens practicab. Eccl. tricenar.*12. *qu.*334. *n.*3.
& Eccleſia dicatur Chriſti Sponſa, ut ponderat 25
*Cittadin. de Jurepatron. par.*3. *cauſ.*2. *qu.*11. *n.*29.
*cum ſeqq. Lambertin. eod. tract. par.*1. *lib.*1. *artic.*7.
*qu.*5. *principal. nu.*1. *& per tot. Vivian. eod. tract.*
*par.*1. *lib.*2. *cap.*4. *nu.*11. eſt benè verum, quod
poteſt dari res emphyteutica pro dote Eccleſiæ, 26
cum hoc, ut vendatur utile dominium, & de pre-
tio emantur alia Bona, *Vivian. prax. Juriſpatr.*
*par.*1. *lib.*2. *cap.*4. *nu.*6. *Lotter. de re benef. lib.*1.
qu. 31. *num.* 39. *cum ſeqq.*
Quibus tamen (ut verè non obſtant) non ob-
ſtantibus, vera eſt ſuprà præmiſſa aſſertio pro
baſi fundamentali dicendorum, quòd videlicet
emphyteuſis dari poſſit in dotem abſque aſſenſu
Domini directi, nec ratio diſparitatis dotis tem-
poralis cum dote ſpirituali contrarium ſuadet,
etenim dos (ſaltem loquendo de illa debita à
patre, vel fratre hærede) eſt cauſa neceſſaria, 27
ac uti talis libera à commiſſo, ſeu caducitate,
*Burgius de laud. par.*2. *inſpect.*21. *nu.*1. *cum ſeqq.*
Corbul. de cauſ. privation. emphyteuſ. tit. de cauſ.
*privat. ob alienat. irrequiſit. Domin. limit.*20. *n.*1.
& per tot. & quæ de dote carnali dicuntur, pro- 28
cedunt in ſpirituali, *Card. de Luca de dote in*
*ſumma n.*462. quæ ratio non militat in dotatio-
ne Eccleſiæ, quam nemo ædificare tenetur, 29
quanquam Eccleſias ædificare ſit opus valdè pi-
um, & religioſum, *Amoſtaz. de cauſ. piis lib.*5.
*cap.*1. *nu.*1. *cum ſeqq.* prout è contrà quiſquis do-
tare tenetur filiam, vel ſororem, tàm in Domino, 30
quam in ſæculo nubentem, *Boſſius de dote cap.*4.
§. 10. *nu* 152. *cum ſeqq. Tamburin. de jure Abba-*
*tiſs. diſput.*5. *qu.*2. *n.*3. immò quando non adſunt 31
bona allodialia, cogi poteſt à Judice ad dota-
tionem de bonis emphyteuticis, *Boſſius cit. tract.*
*cap.*15. §.4. *nu.*72. ſicuti enim eſt cauſa publica,
& intereſt Reipublicæ, ut Civitas per matrimo-
nia impleatur liberis *l.*1. *ff. ſolut. matrim. Boſſius* 32
*laudato cap.*15. §.4. *nu.*81. *verſ. igitur*, ità & magis
intereſt, ut plures famulas habeat Altiſſimus. 33
Præmittendum etiam puto, quòd ad ponen-
dum in praxi principalem reſolutonem ſupra
firmatam, impetrari debeat licentia à S. Congre- 34
gatione Epiſcoporum, & Regularium de ſolven-
da, ac collocanda dote in bonis ſtabilibus, qualia
ſunt emphyteutica, *Card. de Luca de dote diſc.*167.
*nu.*31, ubi ex ſpeciali gratia ob aliquam particu-
larem circumſtantiam, quæ redoleat juſtam cau-
ſam, ſoleat indulgeri, quippè ſolummodò in pe- 35
cunia tradenda venit dos pro Moniali, non
autem in immobilibus ob majorē utilitatem, ac
commoditatem ex ære facilè percipiendam pro
occurrentibus Monaſterii neceſſitatibus juxta
declarationem S. Congregationis Epiſcoporum,
& Regularium *Carol. Anton. de Luca prax. judic.*
*cap.*11. *nu.*9. *Tamburin. de jure Abbatiſs. & Mo-*
nial. diſput. 5. *qu.* 7. *nu.*2. *Pellizzar. de Monial.*
*cap.*3. *qu.*9. *nu.*60. *Rota de privileg. mulier. cap.*3.
*ſpecial.*8. *nu.*30. *in princ.*, *verſ. immò dos, Lezza-*

na qu. regular. tom.3. verbo dos Monial. n.5. Card. de Luca de dote diſc.12. num.9. & diſc.167. nu.3. cum ſeq. & de Regular. diſc. 1. nu.144. Roſignol. de dote par. 2. contract. 16. prænot. 23. num.44.
36 quamvis dos pro matrimonio carnali ad libitum tàm in pecunia, quàm in ſtabilibus conſtitui
37 poſſit *l. ſivè generales 63. ff. de jur. dot.* prout etiam experientia docet magis expedire mulieri, ut dos pro matrimonio carnali tradatur in pecunia, ex qua in veſtienda uberiores fructus percipi poſſunt, *Rota coram Durano dec.41. nu.1. cum ſeq. & in recentior. dec.231. nu.13. par. 9. deciſ.20. nu.8. deciſ.69. nu.11. dec. 277. nu.13. par. 15. deciſ.77. nu.8. dec.249. nu.5. dec.266. nu.9. par 16. dec.98. n.36. dec.144. nu.12. par.18. tom 1. dec.598. n.11.*
38 *ead. par.18. tom.2.* nec dos conſtituta in pecunia converti valet (quod eſſet quaſi præverti, & everti) in fundum dotalem ſine conſenſu, & utilitate mulieris, ad *text. in l. ità conſtante 27. ff. de jur. dot. l. ſi mulier dotis 21. l. cùm maritus 29. ff. de pact. dotal. Conciol. alleg.6. n.44. & alleg.18. n.30. Cyriac. contr.524. n.2. cum ſeqq. Thomat. dec.210. nu.28. tom. 2. Rota dec. 167. nu.10. dec.187. nu.7. dec.349. nu.4. par.17. dec.144. n.10. dec.241. n.9. dec. 248. nu.9. cum ſeqq. dec. 345. nu.1. cum ſeq. par. 18. tom.1. deciſ. 598. nu.8. deciſ. 691. nu.14. dec.694. n.3. ead par.18. tom.2. dec.392. n.1. par.19.*

Quibus præmiſſis, deſcendendo ad principa-
39 lem reſolutionem ſuprà propoſitam, dicimus, ex bonis emphyteuticis aſſignatis Locis Piis pro dotibus Monialium, non deberi quindennia, quippè dos Monialium, uti privilegiata, ac favorabilis adinſtar dotis terrenæ, procedens ex cauſa merè neceſſaria nullis ſubjacere debet oneribus, loquendo tamen in terminis habilibus, de
40 dotatione nempè filiæ, aut ſororis, & in caſu penuriæ, ac inſufficientiæ bonorum allodialium, *Niger de laudem. tom. 2. qu. 4. nu.13. cum ſeqq. qu. 56. nu.1. cum ſeqq. & qu. 60. nu.8. cum ſeqq. Barboſa in l.1. nu.62. & 82. par.1. ff. ſolut. matrim. Rota de privileg. mulier. cap. 5. nu.5.* omniaque privilegia doti terrenæ competentia, communi-
41 cantur doti ſpirituali, dum tàm dos pro carnali, quàm dos pro ſpirituali matrimonio dicitur dos, & Monialis dicitur Chriſto nubere, *Rota coram Ludoviſ. dec.301. n.2. cum ſeqq. & per tot. Pamphil. dec.349. n.1. cum ſeqq. & per tot. Coccin. dec.1379. num.44. cum ſeq.* immò matrimonium ſpirituale
42 uti dignius, ac laudabilius, eſt longè favorabilius matrimonio temporali, *Panimolla dec. 57. adnotat.1. nu.2. tom.2.* ſola data diſparitate inter
43 unam, ac aliam dotem, quòd dos ſpiritualis eſt longè minor, quàm dos temporalis, *Boſſius de dote cap.4. §.10. nu.159. cum ſeqq. Roſſignoll. eod. tract. par. 2. contract. 16. prænot. 23. nu.21. cum ſeqq. Card. de Luca de dote diſc.144. n.5. Ricc. prax. for. Eccl. par.2. reſol.347. n.2. Lotter. de re benef. lib.1. qu.31. n.12. Cutell. de donation. contemplat. matrim. tract.1. diſcurſ.3. particul.6. n.127. in med. verſic. nec poterit Monaſterium, Gobius de ſucceſſion. ab inteſtato obſerv.46. nu.4. Bottilier. de ſucceſſion. cap.1. theorem. 18. nu.8. cum ſeqq. & per tot. Capon. diſcept.106. nu.16. cum ſeq. Marin. ad Reverter. deciſ.52. nu.3. Panimolla dec.57. adnotat.1. n.11. & 23. tom.2. Rota coram Gregorio XV. dec.63. nu.3. ubi Adden. n.25. Merlin. dec.671. nu.26. & in recentior. dec.247. n.5. par.4. dec.30. nu.26. par.7.* Sed utinam uſu receptum non eſſet, quod dos
ſpiritualis aſſignari poſſet in minori quantitate, 44
quàm dos temporalis, quia in cauſa eſt, ut parentes, vel fratres puellæ, vel ſub colore paupertatis ex mera ſocordia, & avaritia, de quo red- 45
dituri ſunt rationem ſcrutatori cordium, puellam etiam invitam in Monaſterium detrudunt, non timentes cenſuras, quibus innodantur, undè, ut notiſſimum eſt, paſſimque in Urbe experimur, plura mala, & abſurda in dies exoriuntur, & peccata peccatis adduntur, *Sforzia Oddus de fideicommiſ. artic.12. qu.40. n.159.* Sicuti namque vigore famigeratæ *Auth. res quæ C. commun. de legat.* dos in ſubſidium ex fideicommiſſo aſcendentali detracta, ſemper libera remanet, 46
& à fideicommiſſi vinculo exempta, *Oddus de fideicomm qu.43. n.12. Rota coram Royas dec.153. n.19. Merlin dec.658. n.25. Bich. dec.41. n.7. tom.1. ac in recen. dec.461. n.5. par.9. tom.2. dec.382. nu.4. cum ſeq. par.18. tom.1.* ità & dos in ſubſidium de emphyteuſi data, ſemper libera remanere debet, & à quindenniorum nexu exempta.

His accedit, quòd dos maximè Monialium tanquàm cauſa pia, immunis eſſe debet à quin- 47
denniorum oneribus, *Niger de laudem. quæſt.36. n.10. & 15. tom.2. Campeg. de dote par.1. q.91. n.1. Bald. Novell. eod. tract. par.5. num.4. cum ſeqq. & par.6. privileg.44. num.2. Rota de privileg. mulier. cap.3. ſpec.4. n.10. in principio:* Undè falcidia de legato dotis non detrahitur, *Bald. Novell. de dote* 48
privil.49. n.1. Roſignol. eod. tract. par.1. prænot. 10. n.8. & par.2. contract.16. prænot.18. nu.25. Marta de juriſdict. par.4. centur.2. caſ.180. num.6. Craſ. de ſucceſſion. tom.1. §. Falcidia qu.7. n.1. cum ſeq. Gall. de exception. ſucceſſion. tit.4. except.29. nu.47. cum ſeqq. Capon. de pact. qu.30. n.14. quidquid ſentiat *Gratian. diſcept.823. n.8. & diſcept.881. n.12. cum ſeq. Tiraquel. de privileg. piæ cauſæ in præfat. fol. mihi 7. col.1. in princip. verſiculo verùm,* vel horum opinio procedet in caſu dotationis mulieris di- 49
vitis, ut diſtinguunt *Gallus de exception. ſucceſſion. tit.4. except.29. nu.51. Calvin. de æquit. lib.3. cap.270. n.39. cum ſeqq. & n.61. Marta de ſucceſſ. legal. par.4. qu.28. artic.2. n.15. Mangil. de imputation. qu.121. num.9. cum ſeqq. Bald. Novell. de dote par.5. nu.4. fol. mihi 21. col.1. Cyriac. controv.316. n.14. cum ſeq. tom.2. Boer. dec.94. n.2. par.1.* vel in caſu dotationis ab extraneo factæ, aliter neſci- 50
rem, quomodò poſſit ſalvari contradicentium opinio, quando extat in contrarium apertus *textus in l. cùm dotem 57. ibi - cùm dotem maritus alicui legaverit, ut uxori reſtituatur, non habet legem Falcidiam locum dicendum eſt, & in l. ſed uſusfructus 81. §.1. ibi - Dos relegata extrà rationem legis falcidiæ eſt, ſcilicet quia ſuam rem mulier recipere videtur, ff. ad leg. Falcid.*

Pariter de dote etiam æſtimata in emphyteuſim data filiæ, aut ſorori uti cauſa neceſſaria, 51
vel ſecundùm alios de dote inæſtimata non ſolvitur laudemium, *Burgius de laudem. par.2. inſpect.12. n.11. cum ſeqq. & in additione n.4. Boſſius de dote cap.15. §.4. n.76. cum ſeqq. Maſtrill. dec. Sicil.148. per tot. tom.2.* in nihilum refragante *Ni-* 52
gro de laudem. to.2. qu.34. n.6. contrarium tenente, quia forſitan loquitur de dote conſtituta ab extraneo, & ſic non habente originem à cauſa neceſſaria, dum idem *Niger eod. tom.2. de laudem. qu.4. nu.13. cum plurib. ſeqq. ac per tot.* fatetur, ex 53
venditione neceſſaria non deberi laudemium.

Eſtque

Eſtque adeò neceſſaria cauſa dotis pro Mo-
54 niali, ut illam Monaſterium etiam volens remit-
tere nequeat, niſi ex magna cauſa majoris utili-
tatis, vel ſervitii, *Tamburin.de jur. Abbatiſs. &*
Monial.diſput.5.quæſit.3.n.1.Gratian.diſcept.254.
nu.29.cum ſeq.& diſcept.945.nu.22.cum ſeqq.Cy-
riac.controv.504.n.21.cum ſeqq. Card. de Luca de
dote diſc.11.n.3.& diſc.167.n.3. hinc eſt, quòd
hujuſmodi dos imputatur in legitimam, *Pere-*
55 *grin.de fideicom.artic.36.nu.133. Mangil.de impu-*
tation.qu.28.num.6.cum ſeqq.

Quamvis autem principalis reſolutio ſuprà
propoſita ſolidiſſimis ſit fulcita rationibus, at-
tamen non deſunt adeſſe, & obeſſe aliæ rationes
in contrarium; etenim emphyteuſis in dotem
data Monialibus, tendit ad manum mortuam,
prout eſt Monaſterium, ſemelque Monaſterio in-
corporata, indè ampliùs evelli non poteſt, & ſic
nulla ſupereſt ſpes reverſionis ad Dominum di-
rectum, ad differentiam dotis terrenæ in emphy-
teuſim datæ, quæ non eſt penitùs deperdita, ob
56 ſpem reverſionis in ſuis caſibus ſivè ad dotan-
tem, ſivè ad compræhenſos in inveſtitura, ſivè
ad directum Dominum, veluti ità arguunt *Mol-*
feſius ad conſuetud.Neapol.par.4.qu.16.n.14. Bur-
gius de laudem.par.2.inſpect.12.n.31. immò non-
nulla extant Monaſteria, quæ hujuſmodi dotem
Monialium poſteà pro earum neceſſitatibus li-
berè diſtrahunt, undè multò fortiùs ex emphy-
teuſi in dotem data, (ſeu ut alii ajunt) dotata
ſolvendum eſſet quindennium ob notorium Do-
mini directi præjudicium ex deſperata reverſio-
57 ne juxta per nos tradita ſuis in locis *Cap.1.& 2.*
nihilominùs nullius ponderis ſunt recenſita mo-
tiva, dum dotatio ſpiritualis, tanquàm privile-
giata in eodem gradu cum dotatione tempora-
li, & forſitan in majori, participans de cauſa
neceſſaria ſaltem reſpectu Patris, aut Fratris do-
tantis eſt publica ob famulatum, indè Deo præ-
ſtari ſolitum, & à mundanis illecebris libera-
58 tionem, ideòque quamquàm damnum Domino
inferatur, bono publico cedere debet privata
utilitas, ut reſpondet *Nig. de laudem.qu.4.n.36.*
tom.2.

Valdè etiam ſtringit, quòd ſpiritualis dos in
tantum gaudet privilegio, in quantum nondùm
59 eſt à Monaſterio acceptata, poſt acceptationem
enim naturam rerum Eccleſiaſticarum in Mo-
naſterium transfert, & non ampliùs dotalia
privilegia retinet, *Donad.de renunciation.tom.1.*
cap.27.nu.125. Gibalin.de Simon confect.9. qu.18.
nu.2. in principio verſiculo, & quamvis, & ſic à
fortiori fundus emphyteuticus in dotem datus,
& à Monaſterio acceptatus, naturam imbuens
rei Eccleſiaſticæ, potiùs ſubjacere debet ex hoc
ſolo capite quindenniis, veruntamen, quamvis
hujuſcemodi dos poſt incorporationem, & mix-
turam inter alia bona Monaſterii, quodammo-
dò deſinat eſſe dos, & incipiat per accidens eſſe
res Eccleſiaſtica, nihilominùs quomodocumque
res ſe habeat, ſemper habet originem à cauſa
neceſſaria, qualis eſt dotatio, ſine qua Monia-
lis non recipitur, quæ præciſa neceſſitas de per
ſe ſola eſt ſufficiens ad eximendum Monaſte-
rium à quindennis, ut ſuperiùs enucleavimus.

Præterea fortiter faceſſit, quòd ex emphyteu-
60 ſi in dotem data Monaſterio ob ingreſſum mu-
lieris debetur laudemium, *Fulgin.de jur.emphyt.*
tit.de laudem.qu.7.n.25. undè & quindennium
deberi videretur, ſi namque non reperitur pri-
vilegiata dos ſpiritualis circà exemptionem à
laudemio, minùs quoque privilegiata eſſe debet
circà exemptionem à quindennio, quòd loco
laudemii ſolvi ſolet, & laudemium dici poteſt 61
quindenniale, quòd nempè ſingulis quindecim
annis penditur, ſed leviſsimum, ac erroneum
objectum eſt iſtud in concreto ſumptum, ex quò 62
dictum *Fulginei* puto procedere in dote ab ex-
traneo conſtituta, quæ ex parte dotantis dici
nequit neceſſaria, quamvis ex parte dotatæ, &
Reipublicæ ſemper ſit neceſſariſsima juxtà inſi- 63
gnem *textum in l.1.ff.ſolut.matrim.* non verò in
dote à Patre, vel à Fratre loco Patris conſtituta,
quæ tàm ex parte dotantis, quàm dotatæ, tàm
pro ſpirituali, quàm pro carnali conjugio ſem-
per eſt neceſſaria, ac uti talis ſemper à laudemio 64
immunis, ac per conſequens etiam à quinden-
nio, ut ſuperiùs tetigi, & hanc diſtinctionem
alibi approbare videtur idem *Fulgin. tit.de alien.*
qu.1. num.266. dum inibi firmat, poſſe irrequi-
ſito Domino in dotem ètiam æſtimatam dari 65
filiæ emphyteuſim, ac idem repetit in dote à fra-
tre conſtituta obligato dotare, in *dict. tit. de*
laudem. dict. qu.7. num.21. in principio, ſignum
evidens, quòd ex tali dotatione non debeatur
laudemium.

Animadverſione denique digna eſt difficultas
facilè inſurgere valens, quid nimirùm dicendum
in caſu emphyteuſis datæ in dotem ingreſſæ Do-
mum Oblatarum Turris Speculorum de Urbe
ſub pio inſtituto S. Franciſcæ Romanæ Viduæ,
& Regula S.Benedicti, circà ſolvenda quindennia
Domino directo, cùm enim tales Oblatæ ſint 66
potiùs in ſtatu ſæculari, vel ſemimoniales potiùs,
quàm Sanctimoniales, quantunvis exemplariter
viventes, veluti in ſimili de Tertiariis, ſeu mulie-
ribus Tertii Ordinis S. Franciſci dixit *Rota in* 67
recentior. dec. 293. in principio, par.17. hinc eſt,
quod uti non Moniales eligunt earum Superioriſ- 68
ſam, ſeu Præpoſitam perpetuam titulo Præſiden-
tis, quia uti non tales non compræhenduntur in
Bulla Gregorii XIII. mandantis eligi Superioriſ-
ſam Monalium ad triennium tantùm, ut ad hoc
propoſitum arguit *Cyriac. controv. 104. num.8.*
tom.3. etiamſi quandoque *Rota dec.244.in princ.*
juncto verſ. hinc D. Livia, par.19. rec. impropriè
vocaverit Statum Religioſum ſimilium Oblata-
rum B. M. ſeptem Dolorum de Urbe ad radices
S. Petri Montis aurei, quæ tamen ſe declarans, 69
poſteà firmavit Oblatas hujuſmodi poſſe ad ſæ-
culum redire, ut in *dec.555. n.2. ead. par.19. rec.*
tom. 2. immò earum Domum vocat ibidem ſæ-
piùs Conſervatorium, & in *eadem percelebri Cau-*
ſa Romana Primogenituræ de Caſarinis §. minoris
verò ponderis, §. quodque antequàm, §. & multò
magis, & §.non relevante replicatione circà fin.17.
Junii 1686. coram Albergato Decano, & in alia
deciſ.in eadem Cauſa edita §. & tertium, quod ipſi
obſtet, §.nec obſtat replicatio in princ.& med.§.nec
quidquam refert 13. Junii 1687. coram Emerix
Jun. Decano, ità ut Conſervatorii potiùs, quàm
rigidi, & formalis Monaſterii nomen locus ille
mereatur, licet donec ibi permaneant, voto obe-
dientiæ ergà Præſidentem pro tempore adſtrictę
vivant vita communi adinſtar Monialium, im-
mò quandocumque egredi poſſint, nec propriè
con-

contrahunt conjugium Spirituale, ſed benè poſ-
ſunt carnale contrahere, ideòque in illis nec
propriè conſiderari valeat dos, & ſic deficere
videatur cauſa neceſſaria unicum motivum non
ſolutionis quindenniorum, undè recedentes à
tali Monaſterio, ſivè veriùs (ut vulgò, & qui-
dem benè) Domo, non ſunt Apoſtatæ, quia
70 non ſunt Religioſæ, minùſque Moniales, *Diana
moral.par.8.tract.7.reſol.88.poſt med.verſic. infer-
tur etiam ſecundo*, *Santarell de Apoſtaſia tract.3.
dub.1.n.5.Bonaccin de Clauſur qu.2 punct.11.n 3.
Ricciull.de jur.perſon.extr.grem Eccleſ lib.2.cap.2.*
71 *n.7.*attamen Domus hujuſmodi Oblatarum non
tenetur meo judicio quindennia ſolvere ex em-
phyteuſi in dotem pro Oblatis data, etenim ad
hunc effectum favorabilem Loco pio, titulus
improprius dotis, nihilominùs irrevocabiliter
etiam huic Domui datus, debet participare de
privilegio dotis, eamque facere neceſſariam,
72 dum ipſis Oblatis morientibus,vel(quod fortius
eſt) egredientibus, iſta dos, vel quaſi dos non
73 reſtituitur, nec vis eſſe debet in nomine, ſeu
titulo, ſub quo dos huic loco datur, ſed in ef-
fectu exindè reſultante, veluti punctualiter ad
aliud propoſitum Statuti excluſivi fœminarum
propter maſculos in terminis Oblatarum præfa-
tarum DomusTurris Speculorum advertit *Card.
de Luca de dote diſc.5.n.2.cum ſeqq.ac per tot. Cy-
riac.controv.504.nu.31.tom.3.cum ſeqq. & n.52.
Pignatell.conſult.Canon.tom.4.conſult.197.n.2. &
per tot.& tom.10.conſult.24.num.11.cum ſeqq. &
conſult.69.n.3.cum ſeqq Rota in recen.dec.15.n.20.
par.11.dec.396.nu.3.par.12.* & in fortioribus ter-
74 minis bona hujuſcemodi Oblatarum, etiam ea-
rum Domui, ſeu Semimonaſterio acquiruntur,
Spada conſ.140.n.11.& 23.vol.3. quod forſitan
75 non videretur dicendum, *Cyriac. controv.504.
n.78.cum ſeqq.tom.3.* idemque puto, firmandum
76 in Monaſterio B. M.V.Septem Dolorum de Ur-
be, inque ſimilibus Collegiis, ſeu aliis Conſer-
vatoriis, ut ſunt Virginum Societatis Jeſu Ca-
ſtellioni à Stiveriis inſtitutum à Neptibus ex
fratre B.Aloyſii Gonzagæ ſub ejuſdem B. tutela
degentium, illud S.Urſulæ Burgi Variſii ditio-
nis Mediolanen., ſimiliter profitentium, de qui-
bus *Menoch. conſ.948.per tot. lib.10. Cyriac. con-
trov.504. Donat.prax. rer.Regular. tom.2. part.4.
tract. 13. quæſt.6. num.1. cum ſeq. Giballin. de
Clauſur.Sanctimonial.diſquiſit.1. cap.3. §.2.conſe-
ctar.5.n.11.Tondut.reſol.Canon.par.1.cap.2.per tot.*
illud Congregationis Gauſtallæ, Virginum, &
Viduarum Burgi Portæ novæ Civitatis Medio-
lani, illud Hoſpitalis S. Celſi, & Virginum Hi-
ſpanarum, illud Congregationis vulgò Citella-
rum Venetiis, illud Canoniſſarum Belgii, Ger-
maniæ, & Lotaringiæ, de quibus *Zipeus conſult.
Canon.li.3.de Regular.conſ.17.per tot. Azor.inſtit.
moral.par.1.lib.13.cap.9.§.Sciendum eſt in Germa-
nia,Tamburin.de jure Abbatiſs.& Monial.diſp.7.
quæſit.4.nu.1.cum ſeq.Barboſa in Clem fin. nu.5. de
ſtatu Monach. Tondut. reſol. Canon. par.2. cap.3.
num.48.& 55.Pignatell.conſult.Canon.tom.2. con-
ſult.65.per tot.& tom.10. conſult.103.num.6. cum
ſeqq. Rota coram Buratto dec.821.num.3.cum ſeq.
Adden.ad eund.dec.840.n.5.cum ſeq.*& illud Puel-
larum S.Hjeronymi de Campanſi de Senis, de
quibus *Spada conſ.140.num.1.ac per tot.vol.3.* &
mille denique alia ſimilia Collegia, de quibus
*Pignatell.conſult.Canon. tom.2.conſult.65.per tot.
& tom.9.conſult.73.n.14.verſ.quare, & num.20.
cum ſeq*
Undè ſuprà memoratum locum Puellarum 77
S. Mariæ Septem Dolorum de Urbe S. Congre-
gatio Concilii ſub die 30. *Septembris* 1673. de-
claravit, non eſſe Regularem occaſione celeber-
rimæ controverſiæ tunc vertentis ſuper dubio, 78
an Duciſſa D. Livia Cæſarina nuper defuncta,
ibidem Oblata, indigeret diſpenſatione Apoſto-
lica ad nubendum, de qua meminit *Rota de-
ciſ.555.nu.2 par.19.recen tom.2.* Omiſſo, quòd
nec propriè dos tradita veræ Moniali dici poſſet 79
dos, ſed ſecundùm quid, ſaperet enim ſimoniam
ad *text. in cap.non ſatis 8. & cap. quoniam 40. de
Simon extravag. ſanè 1. int.commun. eod.tit. cap.
periculoſo un.de ſtat. Regular. in 6. Rota in recen.
dec.396. nu.7.cum ſeq. par.12.* nec Monaſterium 80
aliquod accipere poteſt ratione, ſeu titulo dotis
contrà formam Sacroſanctæ *Tridentinæ Synodi
ſeſs.25.de Regular.& Monial.cap.3.* Sed vulgares 81
vulgariter dotem appellant, *Ciarlin.controv.par-
te 2.cap.218.nu.35. Mangil.de imputation. qu.28.
n.1 & 7.in fine*, & communis uſus loquendi hoc 82
nomine vocitat ex traditis per *Paſqualig.qu.mo-
ral.Canon.tom.3.centur.3.qu.260 num.2.cum ſeqq.* 83
cum dos in ſe ſit quid temporale, *Pacian.de pro-
bat.lib.2.cap.3.n.71.*quamvis dos ſpiritualis verè 84
ſit eleæmoſyna, & concernat alimenta pro in-
greſſa, non autem ſapiat pretium, *Sfortia Oddus
de fideicom.artic.12.q.40.n.146.&156.Tamburin.
de jure Abbat & Monial.diſput.5. quæſit.2.n.1.in
fine, & quæſit.3.n 1.in princip.Miranda de Sacr.
Monial.q.8.n.8.Pellizzar de Monial. cap.3 ſect.2.
q.1.n.39.Roſignol.de dot.par.2.contract.16.prænot.
23.n.2.in fine,Maranta controv.par.5.reſp.96.n.27
cum ſeqq.Panimolla dec.57. adnotat.1.n.27.to.2.*
Eſt benè verum, quòd praxis videtur ſervare
contrarium, dum Monaſteria etiam opulentiſſi- 85
ma nolunt, nec poſſunt ullam puellam accipere,
niſi priùs ſoluta dote juxtà inconcuſſam conſue-
tudinem *Oddus loc.citat.n.157. Tamburin. loc.cit.
quæſit.3 n 3.Pellizzar loc.cit.nu.40.cum ſeq. Roſi-
gnol.de dote par.1.contract.16.prænot.23. n.3.cum
ſeq.Gibalin.deSimon.qu.18.conſect.9.n.1.cum ſeqq.*
quamquam ad hoc propoſitum recenſeatur tre- 86
mendum, & lachrymabile exemplum per *Ru-
beum de validit.legal.cap.21.n.54.cum ſeqq. & in
annotat.ad dec.523. à num.138.par.4.recen.tom.3.*
attamen per S.Congregationem Concilii reſolu- 87
tum fuit, non eſſe ſimoniacum dotem recipere
pro Moniali in *una Belgii ſubſidiorum dotalium*
18.*Septembris*1683. aliàs etiam redoleret ſimo-
niacam pravitatem dos ipſa in matrimonio car- 88
nali, quatenùs eſt Sacramentum, ut benè adver-
tunt *Ciarlin.controv.tom.2. cap.218.n.32.verſ.non
obſtat, Ugolin.de Simon.tabul.1.cap.46.n.1.& per
tot Redoan.eod.tract.par.1. cap.11.ſub nu.7. Card.
Mantica de tacit.& ambig convent.lib.12.tit.3.&
4.per tot.Cyriac.controv.504.n.28.cum ſeqq. Roſi-
gnol.de dote par.2.contract 16.prænot.23.n.4.verſ.
confirmari poteſt:* Immò etiam de jure civili eſt
illicita pro matrimonio carnali datio pecuniaria 89
*l.ſi ità ſtipulatus 97.§.Si tibi nupſero 2.ff. de verb.
oblig.* attamen ſicut incumbit viro onus alendi
uxorem, ità incumbit Monaſterio onus alendi
Monialem, & ſicuti vir, etiamſi dives, juſtè 90
exigere poteſt dotem, ità & Monaſterium,quan-

tunvis dives, *Roſignol.de dote loc.mox.citat. n.*4.
91 *in fine*, immò experientia docet, quòd nec Eccleſia abſque dote erigi valet, *Bellet. diſquiſ. Cleric.par.*1.*tit.de Cleric.debitor.* §.12.*num.*22. *&* §.15.*n.*2.*cum ſeq. & n.*12.*Lotter.de re benef.lib.*1. *qu.*31.*n.*1. in tantum ut ad alliciendum dotans,
92 etiamſi ſit laycus, acquirit Juspatronatus, *Mandoſ.in Regul.Cancellar.tom.*2.*Regul.*32.*qu.*32.*n.*6. *Vivian.prax.Jurifpatron. par.*1.*lib.*1. *cap.*2.*n.*59. *& lib.*2.*cap.*1.*n.*4.*& cap.*3.*n.*1.*cum ſeq.& nu.*22. *& cap.*5. *num.*1.

Immò etiam in promovendis ad Sacros Or-
93 dines quodammodò dos, ſeu Patrimonium in alimoniam abſque labe aliqua ſimoniæ videmus, quòd requiratur à S. *Concilio Tridentino ſeſs.*21.*de Reform.cap.*2. ad quod advertit *Gibalin.de Simon.qu.*18.*conſ.*9.*nu.*2.*in principio*, *verſiculo hoc autem*.

ARGUMENTUM.

Ex ceſſione jurium ſuper emphyteuſi facta manui mortuæ non debetur quindennium Domino directo.

SUMMARIUM.

1 *Contingere poteſt, quòd quis habeat aliquod jus ſuper fundo emphyteutico, idemque ſit debitor manus mortuæ, non autem ſit ſolvendo.*
2 *Controverti poteſt inter Dominum directum, & manum mortuam ceſſionariam juris, ſeu actionis penès cedentem exiſtentis, an ex tali ceſſione ſit locus ſolutioni quindennii.*
3 *Ex ceſſione jurium ſuper emphyteuſi facta manui mortuæ non debetur quindennium.*
4 *Venditio juris corporalis nihil participat de re emphyteutica.*
5 *Manus mortua ceſſonaria ad ſummum tenetur ad eadem onera, ad quæ per prius tenebatur cedens.*
6 *Mentio honorifica R.P.D.* Anſaldi.
7 *Ceſſionarius fingitur eſſe eadem perſona cum cedente.*
8 *Quindennium, & laudemium debetur ex emphyteuſi vendita.*
9 *Aliud eſt vendere rem, & aliud vendere jus, quod cedens habet in re.*
10 *Notarius parti præjudicare nequit.*
11 *Reſolutio, de qua ſuprà* num.3. *procedit, etiamſi Notarius proprio marte appoſuerit verba* vendidit, ceſſit emphyteuſim.
12 *Verba ſemper recipere debent interpretationem ſeſecundùm naturam contractus, & ſecundum ſubjectam materiam.*
13 *Habens jus ad rem emphyteuticam, habere cenſetur ipſam rem emphyteuticam.*
14 *De actione tanti judicatur, quanti de re ipſa.*
15 *Jura ceſſa videntur pretium recipere.*
16 *Non debet ceſſare ſolutio quindennialis ex prætextu ſolius translationis jurium ſuper re emphyteutica.*
17 *Habens actionem ad rem, intelligitur per fictionem rem habere.*
18 *Diſpoſitio* l.fin.C.de jur.emphyt. *non intrat in ficta alienatione.*
19 *Semper re ipſa minus eſt habere actioné, quàm rem.*
20 *Declaratur* Niger de laudem.tom.2.qu.19.n.18.
21 *Jus percipiendi fructus inſe eſt æſtimabile.*
22 *Se declarat* Niger loco citato, artic.1.num.1.
23 *Ceſſo jure ad emphyteuſim mediante pretio, eſt locus quindennio.*
24 *Manus mortua ceſſionaria recuperans emphyteuſim ab emptore, vel ab alio poſſeſſore, tenetur ad quindennium.*
25 *Ceſſionarius juris luendi recuperans emphyteuſim, tenetur ad laudemium.*
26 *Manus mortua ceſſionaria translati utilis dominii, ſolvet quindennium.*
27 *Prout tali caſu ſolvi debet laudemium.*

CAPITULUM XXXVIII.

CUm non ſemel contingere poſſit in praxi, quod quis habeat aliquod jus, ſivè actio- 1
nem ſuper fundo emphyteutico, idemque ſit debitor manus mortuæ, non autem ſit ſolvendo, proindeque loco ſolutionis, prout paſſim practicatur, cedere velit jus, ſivè actionem, quam habet, manui mortuæ, manuſque mortua acceptare haud renuat talem ceſſionem, undè poſteà inſurgat diſſidium inter manum mortuam 2
ceſſionariam, & Dominum directum ſuper prætenſa ſolutione quindennii ob ceſſionem hujuſmodi factam favore manus mortuæ, pro qua componenda diſſentione reſolvimus in præſenti, quòd ex ceſſione jurium ſuper emphyteuſi facta 3
manui mortuæ non debetur quindennium Domino directo, quippè hoc caſu ceſſio jurium, ſivè actionum eſt de re propria communis debitoris, non verò de re ipſa emphyteutica, immò cedens dat tantummodò, quod habet, nec transfert in manum mortuam ceſſionariam utile dominium, quod non habet, quod ſemper remanet penès ipſum Dominum directum, nec etiam poſſeſſionem, ità ut cedens nihil à ſe abdicet, emphhyteuſis manum, ſeu poſſeſſorem non mutet, nec propriè cenſetur celebrata hoc caſu venditio favore manus mortuæ, niſi impropria venditio juris incorporalis, quod nihil participat 4
de re emphyteutica, veluti in ſimili de laudemio, *Amad.à Ponte de Laudem.qu.*42.*n.*3.*in principio*, *Burgius eod.tract.par.*2.*inſpect.*13. *n.*5.*cum ſeqq. Niger eod.tract.tom.*2.*qu.*19.*artic.*1. *n.*2.*cum ſeqq.ac ſignanter nu.*17.*Olea de ceſſion.jurium*, *& action.tit* 7.*qu.*5.*per tot.* etenim manus mortua ceſſionaria ad ſummum teneretur ad eadem 5
onera, ad quæ per prius teneretur cedens, *Olea de ceſſ jur.& action.tit.*3.*qu.*9.*nu.*28. *Guzman de evictìon.qu.*5.*n.*37.*Salgad.labyrint.creditor.par.*2. *cap.*17.*n.*52.*& par.*3.*cap.*6. §.*unic.n.*30.*&* 36. *& cap.*13.§.*unic.n.*43.*R.P.D.Anſaldus* S.Rotæ Romanæ diſertiſſimus Auditor, ſan.me. Innocentii 6
Papæ XII. ſapientiſſimus Auditor, ac olim in Urbe eximius Advocatus, *de commerc.& mercatur diſc.*40.*n.*27.undè ceſſionaria manus mortua non debet ſubjacere oneri quindennii, cui non ſubjacet cedens, cùm ceſſionarius ſubrogetur, & ſuccedat in locum cedentis in omnibus, & per omnia tàm quoad ſibi favorabilia, quàm quoad ſibi præjudicialia, ſitque, vel eſſe fingatur ea- 7
dem perſona cum cedente, *Gratian.diſcept.*149. *n.*10.*& diſcept.*310.*n.*1.*Salgad.labyr.credit. par.*1. *cap.*26.§.*unic.n.*4.*Olea de ceſſion.jur.& action.tit.*6 *qu.*1.*per tot. cum ſeqq. Carleval.de judic. tit.*3.*diſput.*35.*n.*2.8.*&* 21.*tom.*2.

Eodem

Eodem modo, quo gabella non debetur ex
mera jurium ceſſione, *Laſſart.de decim.vendit.&*
*permutat.cap.*13.*nu.*19.*in fin. Gutierrez de gabell.*
*qu.*60.*n.*2.*in fine, verſiculo quòd ſi ceſſio, & n.*9.
*cum ſeqq.Sanchez conſil.moral.lib.*2.*cap.*4.*dub.*22.
*n.*9. cui aſſiſtit viva ratio ex eo, quia in ceſſione
jurium cedenti competentium non venditur, nec
ceditur ipſa emphyteuſis, ſed benè jus tantùm,
& actio ſuper illa, quindennium autem, prout
8 & laudemium, debetur ex ipſa emphyteuſi ven-
dita ad vulgatiſſimos terminos *l.fin.C.de jur.em-*
phyt. ubi nulla fit mentio de jure, ſeu actione
ceſſa, in qua non intervenit pretium, & dum-
taxat videtur quodammodò vendita actio, ſivè
venditum jus cedentis, ſed non res emphyteu-
9 tica, aliud enim eſt vendere rem, & aliud ven-
dere jus, quod cedens habet in re, *Burgius de*
*laudem.par.*2.*inſpect.*13.*n.*6.*cum ſeqq.*

Immò noſtra reſolutio procederet, etiamſi
10 Notarius, qui parti præjudicare nequit, ſuo
11 marte gratis adijceret verba prægnantia, puta
vendidit, ceſſit emphyteuſim, quia debet intelligi
de venditione, & ceſſione illius tantùm juris,
quod erat penès cedentem infixum illius oſſibus,
12 cùm verba ſemper recipere debeant interpreta-
tionem ſecundùm naturam contractus, qui ge-
ritur, & ſecundùm ſubjectam materiam, *Rota*
*in recen.dec.*45.*nu.*10.*par.*19.*dec.*582. *num.*8. *ead.*
*par.*19.*tom.*2.

Reſolutioni tamen videntur bina ſequentia
obſtare objecta.

I. quia manus mortua ceſſionaria habens vigore
ceſsionis ſibi factæ, jus, ſivè actionem ad rem
13 emphyteuticam, habere cenſetur ipſam rem
emphyteuticam, proindèque tenetur ad quin-
dennium ex emphyteuſi quaſi ad ſe translata ad
textus capitales in *l.is, qui actionem* 15.*ff. de re-*
gul.jur. l.Labeo 14. § *Rem* 3. *l. bonorum* 49. *la* 1.
§.*In bonis unic.l.id apud ſe* 143.*ff. de verb. ſignif.*
l.rem in bonis 52.*ff.de acquir.rer.domin.* undè eſt,
quòd actio tanti æſtimatur, ſeu de ea tanti ju-
14 dicatur, quanti de re ipſa, *Niger de laudem.*
*tom.*2.*qu.*19.*n.*17. immò jura, vel actiones in al-
15 terum ceſſæ videntur pretium recipere, adeòque
venditionem inducere, ut in ſimili de ſolvenda
gabella etiam ex actione ceſſa *Laſſart. de decim.*
*vendit.& permut.cap.*9.*n.*1.*antè med.*

II. tàm quoad cedentem, quàm quoad ceſ-
ſionarium idem videtur ſequi effectus ex ceſsio-
ne jurium, ſeu actionum ſuper emphyteuſi, ſivè
vendatur ipſa res emphyteutica, ſivè vendantur
actiones ad ipſam rem emphyteuticam compe-
tentes, ſivè jura, proindèque in præjudicium
16 Domini directi non debet ceſſare ſolutio quin-
dennialis ex prætextu ſolius translationis ju-
rium, ſeu actionum ſuper re emphyteutica de
cedente in ceſsionarium, ſed benè quindennium
ſolvi per manum mortuam ceſsionariam, ac ſi
verè alienatum fuiſſet, inque illam translatum
corpus emphyteuticum, cui annexa ſunt jura,
ſeu actiones ceſſæ, ſeu diſtractæ, *Niger de lau-*
*dem qu.*19.*n.*18.*tom.*2.

Nihilominùs reſolutio adhùc firma remanet
in nihilum refragantibus enunciatis objectis.

Non enim obſtat I. quia etiamſi habens jus,
17 ſivè actionem ad rem, habere videatur ipſam
rem, attamen illam habere intelligitur per fictio-
nem quandam, ut ajunt *Rebuff. in l. Labeo* 14.
§.*Rem* 3.*in l bonorum* 49.*la* 1.*circà fin.verbo aquè*
folio mihi 365 *& in l. id apud ſe* 143.*ff. de verb.*
ſign.Gothofred.in l.is, qui actionem 15 *ff.de regul.*
jur. Burgius de laudem par. 2.*inſpect.*13. *in addit.*
*n.*11.*circà fin. ad n.*8.*in med.verſic. quandoquidem*
id intelligitur; *Alteſerra de fiction Jur. tract.*2.
*cap.*4.*poſt med* §.*Non videtur excluſus in fine, ver-*
ſiculo & hæc omnia, undè ſicuti diſpoſitio *l fin.*
C.de jur.emphyt. quæ loquitur de ſolutione lau-
demii, intelligenda venit in vera, & propria 18
alienatione emphyteuſis, non autem in ficta,
veluti notat *Burgius de laudem.par.*2. *inſpect.*13.
*in addit.n.*11.*in fine, verſiculo item quia diſpoſitio,*
ità conſuetudo generalis, quæ loquitur de ſolu-
tione quindennii, intelligenda venit in vera, &
propria alienatione, non in ficta, quæ ut jam de-
monſtratum eſt, fit, quando ceditur jus, ſeu
actio ad emphyteuſim; omiſſo, quòd ſemper re
ipſa minus eſt habere actionem, quàm rem *l.mi-* 19
nus 204.*ff.de regul.Jur.*

Non obſtat II. quia allegata doctrina *Nigri*
loquitur de pleno jure emphyteutico, quod ven- 20
dens, ſeu cedens habet, ſicquè de emphyteuta,
ut ex illius lectura apparet, & ſignanter *loc.citat.*
*nu.*21. cùm tunc non cedatur, ſeu vendatur jus
ad rem, ut eſt caſus noſter, ſed benè jus in re,
puta jus percipiendi fructus, quod in ſe æſtima- 21
bile eſt, ac proindè inceſſibile, ac irremiſſibile
in alium, præſertim in manum mortuam ex ſe
incapacem, immò evadit inalienabile citrà con-
ſenſum Domini directi, veluti egregiè advertit
Amad. à Ponte de laudem. qu. 42. *num.*3. *in med.*
verſiculo ſecùs autem ſi cederetur, & *Niger* pro 22
contraria allegatus ſe explicare videtur in *dict.*
qu. 19. *artic.* 1. *nu.*1. *cum ſeqq.* ubi fatetur, non
deberi laudemium ex ceſſione, ſeu venditione
actionum, ſive jurium ad rem emphyteuticam.

Velim tamen intelligi, ut reſolutio non intret,
ſi cedatur jus, ſeu actio ad emphyteuſim me- 23
diante pretio, quia tunc interveniente vera ven-
ditione ob interventionem pretii, putarem eſſe
locum quindennio, prout locus eſſet ſolutioni
gabellæ ex ceſſione facta dato pretio; *Sanchez*
*conſil. moral. lib.*2. *cap.*4. *dub.*22. *nu.*1. Pariter ſi
manus mortua ceſſionaria, vigore ipſius ceſſio- 24
nis poſteà integrè recuperaret rem emphyteuti-
cam à poſſe emptoris ejuſdem rei, vel cujuſli-
bet alterius eam poſſidentis, tenebitur ad quin-
dennium, cùm tunc res diceretur perveniſſe ad
novam perſonam, veluti in ſimili de laudemio
debito à ceſſionario juris luendi recuperante 25
rem emphiteuticam vigore ſuæ ceſſionis, *Burgius*
*de laudem. par.*2.*inſpect.*13.*in addit.nu.*12.*Amad.*
*à Ponte eod. tract. qu.*42. *nu.*1. *in principio verſic.*
debebitur tamen, prout ſi ipſa emphyteuſis ceſſa
fuerit ab ipſo emphyteuta in manum mortuam, 26
tunc iſta uti ceſſionaria translati utilis dominii,
ſolvet quindennium, ſicuti quilibet ſimilis ceſſio-
narius teneretur ſolvere laudemium ex hujuſce-
modi ceſſione, cùm tunc talis ceſſio fraternizet 27
cum venditione, *Dan. Moller. Semeſtr. qu. lib.* 4.
*cap.*5. *num.*1. *cum ſeq. Frantz de laudem. cap.* 16.
*nu.*426. *cum ſeqq. Ludovic. dec. Peruſin.*60. *nu.*7.
Theſaur. dec. 139. *ſub num.*1. *Rota coram R.P.D.*
Anſaldo dec. 75. *nu.*21. *inter ſuas impreſſas.*

ARGUMENTUM.

Reſoluta emphyteuſi vel ob pactum reſolutiuum in ea appoſitum adveniente aliquo caſu, puta ſequutæ evictionis, vel paſſarum moleſtiarum, vel ex nullitate conceſſionis Inveſtituræ non ab initio contractus patente, ſed poſteà ſuperveniente, vel ex alia ſimili cauſa, elapſiſque quindecim annis antè reſolutionem emphyteuſis, adhuc quindennium venit ſolvendum, vel ſi jam ſolutum ſit, illud non venit ampliùs reſtituendum manui mortuæ.

SUMMARIUM.

1 *Reſoluta emphyteuſi vel ob pactum reſolutivum, vel ob paſſas moleſtias, vel ob nullitatem conceſſionis poſteà ſupervenientem, elapſiſque quindecim annis antè reſolutionem emphyteuſis, adhùc quindennium ſolvendum, vel jam ſolutum non ampliùs reſtituendum.*

2 *De alienatione invalida à principio non debetur laudemium, aut gabella.*

3 *In manum mortuam emphyteutam verè translatum fuit utile dominium, niſi ſuperveniret reſolubilitas.*

4 *Interim quæſitum jus Domino directo in quindennio adimi nequit.*

5 *Exiſtente emphyteuſi nulla ab initio, quindennium forſitan nondùm ſolutum non debetur, vel jam ſolutum, reſtituendum eſt ſolventi, uti indebitum.*

6 *Reſolutio actus efficit, ac ſi retro factus non fuiſſet.*

7 *Etiamſi poſtmodùm contractus, interiori vitio detecto, annulletur, adhùc repetendum eſt à manu mortua quindennium.*

8 *Conſtito de nullitate contractus per ſententiam, Dominus directus incipit eſſe in mala fide.*

9 *Poſſeſſor bonæ fidei retinere nequit rem furtivam, aut alienam, ubi illam talem eſſe comperit.*

10 *Reſtituenda ſunt melioramenta emphyteutæ in caſu reſciſſionis contractus emphyteutici ob nullitatem ab initio.*

11 *Eccleſia, non ſervatis ſolemnitatibus, emphyteuſim concedente alteri manui mortuæ, reſoluta emphyteuſi, eſt locus repetitioni quindennii.*

12 *Ex contractu nullo utile dominium translatum in manum mortuam dici nequit.*

13 *Interveniente enormiſſima læſione, non debetur quindennium.*

14 *Reſoluta emphyteuſi vigore pacti legis commiſſoriæ, vel adjectionis in diem, fingitur non eſſe retrò celebratus contractus, proindeque non debetur quindennium.*

15 *Retracta emphyteuſi vigore retractus nec debetur quindennium.*

16 *Principalis reſolutio, de qua ſuprà* num. 1. *non intrat, ſi reſolvatur emphyteuſis ob evictionem ex cauſa creditorum.*

17 *Quindennium ſolutum antè evictionem reſtitui non debet.*

18 *Reſoluta emphyteuſi ex culpa manus mortuæ ob ſupervenientem quidem cauſam de futuro, ex eo nempè quòd non ſolverit opportuno tempore canones, non eſt reſtituendum quindennium.*

19 *Purgatio moræ inducta fuit ex æquitativa diſpoſitione ſcripta Juris Canonici.*

20 *Manus mortua ſub ſpe purgationis moræ continuat juſtum titulum ſuæ poſſeſſionis.*

21 *Revalidata translatione emphyteuſis, Auctor putat eſſe adhuc locum quindennio.*

22 *Sanatio vigore retrotractionis influit virtutem ſuam in ipſum principium.*

CAPITULUM XXXIX.

Valdè intricatum articulum, valdèque in foro neceſſarium aggredimur, non ſemel enim contingere poteſt quæſtio inter dominum directum, & manum mortuam vel ſuper ſolutione quindennii non obſtante reſolutione emphyteuſis intentata poſt lapſũ quindecim annorum à die conceſſionis, vel ſuper reſtitutione quindennii jam ſoluti antè reſolutionem emphyteuſis, quamobrem reſolvimus in præſenti, quòd reſoluta emphyteuſi vel ob pactum reſolutivum 1
in ea appoſitum adveniente aliquo caſu, puta ſequutæ evictionis, vel paſſarum moleſtiarum, vel ex nullitate conceſſionis Inveſtituræ non ab initio contractus patente, ſed poſteà ſuperveniente, vel ex alia ſimili cauſa, elapſiſque quindecim annis antè reſolutionem emphyteuſis, adhùc quindennium venit ſolvendum, vel ſi jam ſolutum ſit, illud non venit ampliùs reſtituendũ manui mortuæ, quippè quo ad primam partem noſtræ reſolutionis, quando nempè quindennium nondùm ſolutum eſt, elapſi tamen ſunt quindecim anni antè ſequutam reſolutionem contractus ex cauſa de futuro, ſivè emergente poſt contractum, non verò de præterito, ſicque valida fuerit à principio conceſſio, & Domino fuerit etiam jus quæſitum, quoad ſecundam autem partem noſtræ reſolutionis, quando quindennium reperitur ſolutum antè declaratoriam nullitatis, ſivè reſolutionis contractus jam eo tempore intentio Domini eſt benè, & plenè fundata ad quindennium exigendum, veluti in ſimili de laudemio diſtingunt *Amad. à Ponte de laudem. qu 39. n.7. cum ſeqq. Blancard. ad eund. in notis circà fin. verſic. an verò annullato contractu, juncto verſiculo excipiunt à prædictis, Burgius eod. tract par. 2. inſpect. 10. n. 7. & in addit. n. 18. cum ſeq. & in addit. ad inſpect. 23. nu. 17. Niger eod. tract. to. 1. qu. 30. n. 135. & to. 2. qu. 38. n. 53. Gibalin. de annuis præſtation. lib. 4. cap. 4. art 3. conjectar. 9. nu. 12. in principio, verſic. reſpondeo igitur, Panimolla deciſ. 4. adnotat. 1. n. 46. tom. 1.* ſicutì namque de alienatione invalida à principio 2
non debetur laudemium, nec gabella, *Niger de laudem. qu. 30. n. 135. in principio, to. 1., & q. 38. nu. 42. tom. 2.* ità ex Emphyteuſi poſteà reſoluta ob nullitatem à principio non debetur quindennium, ſecùs ſi nullitas ſupervenerit ex cauſa de futuro.

Jure equidem merito quindennium nondùm ſolutum ſolvendum venit, vel illud jam ſolutum repetendum non eſt ob ſolam reſolubilitatem contractus ex poſt ſuperventam, cùm eo caſu contractus reſolvatur ut ex nunc, non autem, ut ex tunc, nec illius reſolutio operari debet in præjudicium extremorum, quibus jus fuerat quæſitum, proindeque ſalvis ſemper juribus dominicalibus medio tempore quæſitis in exactione quindennii, potiſſimùm cùm in rei veritate hoc caſu contractus aliquando perſtitit validus ab initio, & verè in manum mortuã translatum 3
fuit utile dominium ex cauſa, quæ poterat eſſe

perpe-

perpetua, niſi ſuperveniret reſolubilitas, *Niger de laudem. tom. 2. q.38. nu.81.* dantur enim contractus ob poſitam cauſam irritabilitatis, & futuræ annullationis, aut per Judicem poſſibilis, ipſo Jure irritabiles, & annullabiles, non tamen irriti, ſed in implicito ſtatu validitatis, proinde-
4 que interim quæſitum jus directo Domino in quindennio adimi nequit, ut in ſpecie laudemii *Gibalin. de ann. præſtat. cap 4. artic 3. conſectar.9. num.12. poſt med. verſiculo dico quartò*.

Si igitur tranſlatio emphyteuſis in manum mortuam, ſeu ipſe contractus emphyteuticus ſit à ſua origine in radice vitioſus, ac irritus, aut etiam ex poſt irritetur ex primæva tamen, ac originaria cauſa tanquàm non ſubſiſtente, niſi illa ſit extrinſeca, ſicuti eo caſu laudemium nondùm ſolutum non debetur, vel jam ſolutum, venit omninò reſtituendum prævia repetitione, ſeu condictione indebiti, ità quindennium forſi-
5 tan nondùm ſolutum non debetur, vel jam ſolutum, venit reſtituendum ſolventi, uti indebitum, *Amad. à Ponte de laudem. qu. 28. nu.13. in fine, verſiculo itaque arguendo, Niger eod tract qu 38. n.35. in principio, verſiculo concludentes, & n.69. tom.2. Fulgin. de jur. emphyt. tit. de laudem. qu.8.*
6 *num.40.* reſolutio enim actus efficit, ac ſi retro factus non fuiſſet, *Coſta de retrotraction. cap. 8. caſ. 1. num.1. cum ſeq.* immò etiamſi contractus
7 non à principio nullus videatur, ſed poſtmodùm interiori vitio aliquo detecto annulletur, adhùc repetendum eſt à manu mortua quindennium, vel nondum ſolutum, non ſolvendum, quaſi quòd eo caſu tranſitus emphyteuſis in manum mortuam reducatur ad non cauſam, ſeu ad non tranſitum, & fingatur non præceſſiſſe, immò
8 conſtito de nullitate contractus per ſententiam declaratoriam Judicis Dominus directus, qui per prius exiſtebat in bona fide, incipit eſſe in mala fide, nec ampliùs exigere valet quindennium, ſi illud nondum forſitan exegit, vel illud
9 jam exactum retinere adinſtar bonæ fidei poſſeſſoris, retinere non valentis rem furtivam, aut alienam, ubi illam talem eſſe comperit.

Ut autem res meliùs dilucidata remaneat, ex emplificari poteſt in ſequẽtibus quatuor caſibus.

I. Caſus eſt, ſi tranſitus emphyteuſis in manum mortuam fuerit ipſo Jure à ſuo principio nullus ex capite minoritatis ipſius transferentis, vel ex capite ſexus, quòd nempè pupillus, minor, aut mulier, ſivè ſimiles ab initio nulliter in manum mottuam emphyteuſim tranſtulerint non ſervatis ſolemnitatibus in contractibus hujuſmodi perſonarum de Jure, ſivè Statuto requiſi-
10 tis, nec præcedente decreto Judicis, ſicuti reſtituenda ſunt melioramenta emphyteutæ in caſu reſciſionis contractus emphyteutici ob nullitatem à ſuo principio, *Turricell. de reb. Eccleſ. non alien. cap.30. n.6. cum ſeqq.* vel ob defectum cauſæ à lege, ſivè Statuto requiſitæ, vel quia alia manus mortua, puta Eccleſia, ſeu Civitas non
11 ſervatis ſolemnibus emphyteuſim conceſſerit alteri manuæ mortuæ, tunc reſciſo contractu, reſolutaque emphyteuſi eſt locus repetitioni quindennii ob nullitatem in ventre ab initio ipſo jure, & ob cauſam de præterito, quod enim nullum eſt à principio, nullum tractu temporis poteſt producere effectum, *Amed. à Ponte de laudem. qu.39. nu.7. in principio, Blancard. in notis ad eund. in med. verſiculo hinc etiam receptum eſt. Burgius eod. tract. par.2. inſpect. 10. n.2. in princip. Niger eod. tract tom.2. qu.38 n.53. Giballin. de annuis præſtation lib 4. cap.4. artic.3. conſectar.9. nu 12. in principio, & poſt med verſiculo tertio non debetur,* nec utile dominium ex contractibus hujuſmodi
tranſlatum dici poteſt in manum mortuam, 12
l. non eſt vobis 2. l. prædia 8. l. ſiquidem 11. Cod. de præd. minor.

II. Caſus eſt, ſi in contractu intervenerit enor-
miſſima læſio, & ex hoc capite reſcindi præten- 13
ditur, *Gibalin. de ann. præſtation. cap.4. artic.3. conſect 9. n.12. circà med. verſiculo tertio non debetur, Pont. de laudem. qu.39 nu.7. Blancard. in notis ad eund. in principio § Hinc etiam in fine verſiculo idem ſi ob læſionem, Burgius eod. tract. par.2. inſpect. 10. nu.2. poſt med. verſic. vel ſi ex capite enormiſſimæ læſionis.*

III. Caſus eſt, ſi reſolvatur emphyteuſis vi-
gore pacti legis commiſſoriæ, vel adjectionis in 14
diem, cùm tunc fingatur, non eſſe retrò celebratus contractus, *Solſona de laudem. cellula 10. n.4. cum ſeq. Piſtor eod. tract num.38.*

IV. Caſus eſt, ſi emphyteuſis retracta fuerit
vigore retractus conſuetudinarii, vel conventio- 15
nalis, vel coactivi vigore vulgatiſſimæ Bullæ Gregorianæ, cùm ſit actus neceſſarius, qui etiam invito emphyteuta exercetur, ſicque abſque ejus culpa, quaſi quòd tunc fingatur, manum mortuam emphyteutam ob ſuperventum retractum nunquam retrò acquiſiviſſe emphyteuſim, *ad text. in l. debet 26. verſiculo quid ergo ff. ædilit. edict. Tondut. reſol civil. par.2. cap.23. n.20. in med. Panimolla dec.4. adnot.2. n.2. cum ſeqq. tom.1.*

Eſt tamen notandum, ac uti ſingulare digito ſignandum, quòd principalis noſtra reſolutio tàm quoad primam, quàm quoad ſecundam partem non intrat, ſi reſolvatur emphyteuſis ob
intervenientem evictionem rei emphyteuticæ 16
ex cauſa creditorum hypothecariorum ipſius transferentis, ſeu manus mortuæ tranſlatariæ, & emphyteutæ emphyteuſim ſubhaſtari facientium, cùm tunc benè intret diſtinctio, quòd ſi
antè ſequutam evictionem ſolutum fuerit quin- 17
dennium, illud ampliùs repeti, ac reſtitui non debet, ſi verò illud nondùm ſolutum fuerit, ſolvendum non erit, ſine facto enim, & culpa Domini ſupervenit evictio, *Coſta de retrotraction. cap.8. caſu 11. num 8. Burgius de laudem. par.3. inſpect. 10. nu.6 & in addit. n.9. Blancard. in notis ad Amad. à Ponte eod. tract. qu.39. in fine, verſiculo quid evictione interveniente.*

Prætereà non omitto, quòd non venit reſti-
tuendum quindennium manui mortuæ, ſi em- 18
phyteuſis reſolvatur ob ſupervenientem quidem cauſam de futuro, attamem ex culpa ejuſdem manus mortuæ, ex eo nempè, quòd non ſolverit opportuno tempore Canones Domino directo, immò etiamſi ipſa manus mortua reintegretur mediante beneficio purgationis moræ, nè aliàs videatur ex proprio delicto commodum
reportare, quanquam purgatio moræ non indu- 19
catur ex indulgentia directi Domini, ſed ex æquitativa diſpoſitione ſcripta Juris Canonici in *cap. potuit 4. de locat.* quaſi quod manus mortua ſub certa ſpe admiſſionis ad purgandum
moram continuet juſtum titulum ſuæ poſſeſſio- 20
nis non totaliter reſolutum, nec penitus abdicatum

tum

tum, ſed confirmabilem potiùs per debitam admiſſionem ad purgationem moræ, ita ut poſteà in manu mortua emphyteuta refirmetur, ac ſtabiliatur una, eademque emphyteuſis cum antiqua fermè reviviſcens citra præjudicium jurium tàm directorum, quàm utilium, *Rota deciſ.33.n.3.6.& 7 & dec.34.n.1.cum ſeqq.poſt Antonell.de jurib.& onerib.Cleric.*

Demum caſu, quo translatio emphyteuſis eſ-
21 ſet nulla, illa tamen revalidaretur, vel facilè validari poſſet lapſu temporis, ut præſcriptione, aut ſententia Judicis, adhùc exiſtimarem eſſe locum quindennio, quaſi quòd fingatur medio tempore contractum non fuiſſe nullum, vel vi-
22 gore retrotractionis convalidatio, ſeu ſanatio influat ſuam virtutem in ipſum principium contractus, acſi ab initio valuerit, *Gibalin. de annuis præſtation.cap.4.artic.3.conſectar.9.nu.12. in fine, verſiculo dico quintò.*

ARGUMENTUM.

Dominium directum ad effectum exigendi quindennium, probatur etiam conjecturis.

SUMMARIUM.

1 *Ad effectum exigendi quindennium, probari neceſſe eſt directum dominium.*
2 *Quandoque probatio dominii redditnr difficilis ob aliquas circumſtantias.*
3 *Dominium directum ad effectum exigendi quindennium, probatur etiam conjecturis.*
4 *In antiquis leviores ſufficiunt conjecturæ.*
5 *Incompatibile eſt controvertere directum dominium circà ſolutionem quindennii, illudque non controvertere circà ſolutionem Canonis.*
6 *Nemo venire poteſt contrà factum proprium, vel contrà factum ſui auctoris.*
7 *Præſertim ſi Canon continuatè per decennium ſolutus fuerit.*
8 *In contractibus dumtaxat emphyteuſis laudemia ſolvi ſolent.*
9 *Ex ſolutionibus hujuſmodi probatur conſuetudo ſolutionis, ſed non jus ſolutionis.*
10 *Ex ſolutione relevii probatur qualitas rei feudalis.*
11 *Per ſubſequutam ſolutionem Canonis, laudemii, & quindennii videtur receſſum à proteſtatione, & comprobatum directum dominium.*
12 *Recognitio in Dominum plenè probat directum dominium etiam contrà manum mortuam cauſam habentem à recognoſcente in Dominum.*
13 *Directum dominium probatur, ſi manus mortua inſteterit pro compoſitione ſuper quindenniis.*
14 *Vel ſi tranſegerit cum Domino directo.*
15 *Maximè, ſi non declaret, ſe tranſigere, ut ſe eximat à moleſtiis.*
16 *Reijcitur* Urceol.de tranſact.qu.51.n.18.
17 *Vel ſi fuerit ſolutum laudemium.*
18 *Nemo dat, quod non habet.*
19 *Vel ſi reſervatus fuerit conſenſus directi Domini per antecedentes emphyteutas.*
20 *Vel ſi in aliquo actu proportionato, ſivè inſtrumento emiſſa legatur enunciativa, quòd bona ſint de directo dominio.*
21 *Ad inveſtituram non requiritur inſtrumentum, ſeu ſcriptura, quando intervenit continuata ſolutio canonum, laudemiorum, & quindenniorum.*
22 *Vel ſi probetur, quòd fama ſit, certam rem eſſe emphyteuticam.*
23 *Vel ſi probetur, quòd in alienatione rei ſemper fuerit locus juri prælationis.*
24 *Vel ſi conſtet, quòd pro re magni valoris ſolvatur annua modica reſponſio.*
25 *Citra inſtrumentum nec canon, nec laudemium, nec quindennium ſolvi ſolet.*
26 *Non remanet probatum directum dominium ex ſola præſtatione conſenſus in alienatione, ſi ille præſtetur ad majorem cautelam.*

CAPITULUM XL.

Quoniam ad effectum exigendi quindennium, probari neceſſe eſt directum dominium, meritò in præſenti datur demonſtrare, quomodò illud probetur, eſtque articulus apprimè utilis, cùm manus mortua ad effugiendum ſolutionem quindennii præſumat quandoque directum dominium controvertere citrà non levem directi domini jacturam ob tractum ſucceſſivum, cùmque quandoque etiam probatio dominii reddatur difficilis ob aliquas circumſtantias *l. cùm reſ. 12. C. de probation. Menoch. de arbitrar. lib.2. centur. 1. caſ.42. nu 1.* quapropter aſſerimus, quòd dominium directum ad effectum exigendi quindennium, probatur etiam conjecturis, quidquid ſi ageretur ad effectum devolutionis, ſeu caducitatis, quo caſu ad evitandum, quò meliùs poſſet, pœnam, requireretur, plena, ac rigida directi dominii probatio ad *text. in l. indicia 19. C. de rei vindic.* veluti in ſimili de laudemio *Venturin con.11 n.20.cum ſeqq.lib.1.Niger de laudem. tom.1. qu.6. artic.2. nu.10. Rota in Romana laudemii 16. Junii 1690. coram clar. me Card. Cavallerino num 1. regiſtrata in appendice deciſ. Select. S.Rot.Rom. in ordine la 21.poſt Monacell. in formular. legal. pract. Eccleſ. tom. 2.* & in puncto quindennii in *Neapolitana quindenni ſuper bono jure 13. Januarii 1702. coram Muto, per tot. regiſtrat. poſt. Tract. inter deciſion. S. Rot. Rom. in ordine la XIX. ubi de* Cauſa (ut vulgò ajunt) magna inter Menſam Archiepiſcopalem NeapolitanamDominam directam inſignis Maſſariæ in loco *Santo Stefano* nuncupato ſitæ, & PP. Camaldulenſes Eremi S. Salvatoris ad proſpectum Neapolitanæ Civitatis Dominos utiles, ſeu emphyteutas, uti translatarios vigore legati ejuſdem Maſſariæ ad eorum favore facti; & quidem, ſi verſemur in antiquis, leviores ſufficiunt 4
conjecturæ *Maſcard.de probation.vol.1.conc.541. nu.13.cum ſeqq.Antonell.de loco legal.lib.2.cap.5. qu.11.n.162.& de temp.legal. lib.2. cap.55.n.39. Genua de verb.enunciat. lib.2.qu.1.n.89.cum ſeqq. & qu. 49. nu.4. cum ſeq.* Card. de Luca *de feud. in ſupplem. diſc.133. num.13. Pacion. de locat. & conduct. cap. 27. num.79. cum ſeqq.*

Verùm quia inutilis redderetur noſtra reſolutio, niſi proponeremus, quales, & quænam eſſe debeant conjecturæ, idcircò illas in præſenti ſubdimus, & quidem undecim.

I. Igitur conjectura, & quidem meo judicio urgentior eſt, tanquàm conſentanea naturæ ipſius contractus emphyteutici, ſi videlicet manus mortua, vel illius auctor, vel alius anteactus ſunt

di

di poſſeſſor ſolverit canones ex eiſdem bonis,
quorum poſteà eadem manus mortua prætendat
non probari directum dominium non ad alium
finem, niſi ad ſubterfugiendum ſolutionem quin-
dennii, cùm canon non niſi ex bonis de directo
dominio ſolvi ſoleat, perque canonis ſolutionem
factam ab auctore, vel ab ipſa manu mortua,
eadem manus mortua videatur fateri, directum
dominium bonorum canoni obnoxiorum ſpe-
ctare ad recipientem, aliàs ridiculum, & impli-
5 cabile, ſeu incompatibile controvertere directum
dominium circà ſolutionem quindennii, illud-
que non controvertere circà ſolutionem canonis,
Venturin. conſ. 11. nu. 18. & 26. cum ſeqq. lib. 1.
Card. Mantica de tacit. & ambig. convent. lib 23.
tit. 6. n. 33. Menoch. de arbitr. Judic. lib. 2. centur. 1.
caſu 42. nu. 5. Romaguer ad Conſtitution. Synodal.
Gerund. lib. 5 tit. 12. cap. 2. n. 59. cum ſeqq Hodier-
na ad Surd. deciſ. Mantuan. 10. nu. 8. Adden. ad Bu-
ratt. dec. 602. num. 18. & in terminis quindennii
Rota in Neapolitana quindennii ſuper bono jure 13.
Januarii 1702. §. quinta eruitur, cum §§. ſeqq.
coram Muto, regiſtrata poſt Tract. inter deciſion.
S. Rot. Rom. in ordine la XIX. n. 11. cum ſeqq. nec
major probatio directi dominii dari poteſt,
quàm ex facto auctoris, vel ipſius manus mor-
tuæ ſolventis Canonem, quæ contrà proprium
factum, vel contrà factum ſui auctoris veniret
6 (quod facere nequit) ſi moveret quæſtionem
directi dominii ad effectum non ſolvendi quin-
dennium, *l. cùm à matre 14. C. de rei vindic. Vela*
diſſert 38. n. 17. & 58. Olea de ceſſione jur. & action.
tit. 8. qu. 1. n. 18. Royas de incompatibil. par. 5. cap. 6.
n. 5. de Angel. de confeſſion. lib. 1. q. 1. nu. 16. verſ.
afficitque, & lib. 2. qu. 3. nu. 18. Rota poſt Salgad.
labyrint. creditor. deciſ. 20. nu. 3. præſertim ſi ca-
7 non continuatè per decennium ſolutus fuerit,
Venturin. conſ. 11. nu. 19. lib. 1. Barboſa in l. malè 2.
nu. 207. C. de præſcript. 30. vel 40. ann. Maſcard.
de probation. concl. 604. nu. 1. cum ſeqq. Menoch. de
præſumpt. lib. 3. præſump. 3. nu. 1. Rota deciſ. 141.
nu. 9. par. 2. diverſ. & in recentior. deciſ. 290. nu. 4.
par. 1. deciſ. 234. num. 3. parte 7.

II. Conjectura ſimilis primæ, & quidem non
minùs urgens, tanquàm etiam congrua ſoli na-
turæ emphyteuſis, ea, eſt, ſi doceatur de ſolutio-
ne laudemii facta Domino directo ab auctore
manus mortuæ, vel ab ipſa manu mortua tran-
ſlataria occaſione translationis eorundem bo-
norum in manum mortuam, quæ prætendit ſe
liberare à ſolutione quindennii ſub pretextu non
probati directi dominii, vel ſi, à pluribus emphy-
teuſis poſſeſſoribus pro tempore per prius ſoluta
fuerint Domino directo laudemia, cum aliàs ſi
non conſtaret de directo dominio, nec auctor
manus mortuæ, nec ipſa manus mortua laude-
mium ſolviſſet, minùſque profectò illud ſolviſſent
8 alii fundi poſſeſſores anteacti eo, quòd in con-
tractibus dumtaxat emphyteuſis laudemia ſolvi
ſolent, *l. fin. C. de jur. emphyt. Venturin. conſ. 11.*
nu. 27. in med. verſ. tertiò accedit, & nu. ſeq. tom. 1.
Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſ. 105. nu. 7. Card.
Mant. de tacit. & ambig. convent. lib. 22. tit. 3. n. 15.
Tondut. reſol. civil. par. 2. cap. 41. nu. 8. cum ſeqq.
ac in puncto quindennii *Rota in Neapolitana*
quindennii ſuper bono jure 13. Januarii 1702. §. &
tamen cum ſeq. junctis §. quarta deſumitur, §. pro-
bato ex his, poſt med. & §. paritèrque non urget,
coram Muto, regiſtrata poſt Tract. inter deciſion.
S. Rot. Rom. in ordine la XIX. nu 5. cum ſeq. junctis
nn. 10. 13. & 22. [illegible] refragante, quod
ex ſolutionibus hujuſmodi probatur quidem 9
conſuetudo ſolutionis, ſed non jus ſolutionis, ad
propoſitum *Genua de ſcript priv. lib 5. cap. 1. n. 49.*
quia nemo præſumitur adeo fatuus, ut velit ſol-
vere, quod non debet, ſi res non eſſet emphyteu-
tica, quando aliqui adeò ſegnes ſunt in ſolven-
do, ut vix ſolvant quod debent, vel tardiùs ſol-
vant, eodem modo, quo ex ſolutione relevii pro- 10
batur qualitas rei feudalis, *Tondut. reſol. civil.*
par. 2. cap. 41. n. 13 in med. Roſental. de feud. cap. 12.
conc. 14. nu 10 & 66. tom. 2. Menoch. de præſumpt.
lib. 3. præſ 91. nu. 52. adeò ut etiamſi manus mor-
tua proteſtata fuerit, ſe ſolvere canonem, laude-
mium, & quindennium cum animo tamen non
recognoſcendi recipientem in Dominum, & ſine
præjudicio propriorum jurium, adhùc proteſta-
tio hujuſmodi tanquàm contraria facto, vel in
nihilum ſuffragatur, vel quatenùs etiam illa ſuf-
fragaretur, quod non credimus, per ſolutionem
canonis, laudemii, & quindennii videtur à pro-
teſtatione receſſum, & per ſubſequutam ſolutio- 11
nem comprobatum directum dominium ex pro-
pria confeſſione, proprioque contrario facto,
Fulgin. de jur emphyt. tit. de contract. emphyt. qu. 26.
nu. 11. & tit. de laudem. qu. 36. nu. 7. Cyriac. con-
trov. 564. n. 10. tom. 4. de Angel de confeſſion. lib. 2.
qu. 11. per tot. Gratian. diſcept. 981. n. 42. Poſth de
manut. obſerv. 35. nu. 53 ac in ſpecie quindennii
Rota in Neapolitana quindennii ſuper bono jure 13.
Januarii 1702. §. paritèrque non urget cum ſeq. co-
ram Muto, regiſtrata poſt Tract. inter deciſion. S. Rot.
Rom. in ordine la XIX. num. 22. cum ſeqq.

III. Conjectura in eo reſidet, ſi auctor ma-
nus mortuæ, vel alius emphyteuta mediatus,
aut immediatus, faſſus fuerit, bona eſſe de dire-
cto dominio, proindeque recognoverit in Do-
minum, hujuſmodi nanque confeſſio, & reco-
gnitio in Dominum tantam habet vim, ut plenè 12
probet directum dominium etiam contrà ma-
num mortuam mediatè, vel immediatè cauſam
habentem à confitente, acceptante, ſivè recogno-
ſcente in Dominum, *Venturin. conſ. 11. num. 29.*
cum ſeqq. lib. 1. & in individuo quindennii *Rota*
in ſæpè laudata Neapolitana quindennii, §. & cla-
riùs, & §. probato ex his circà fin. verſiculo maximè
quando, num. 7. & 15. in principio.

IV. Conjectura eſt, ſi aliàs manus mortua
aliquando inſteterit coram Superiore pro admiſ- 13
ſione ad compoſitionem ſuper quindenniis debi-
tis Domino directo, eaque admiſſa fuerit facta
per eandem manum mortuam tunc ſolutione
ſcutorum tot in cauſam quindennii, cùm fatua
eſſet manus mortua, ſeu illius adminiſtrator im-
plorando compoſitionem ſuper quindennio, ſe-
que ſervituti hujuſmodi ſubiiciendo, ſi non ap-
pareret de directo dominio, quique vult conſe-
quens, ſupponit omne neceſſarium antecedens,
Venturin. conſ. 11. nu. 32. in fine, & 33. cum ſeqq.
vol. 1. ac in puris terminis quindennii *Rota in*
ſæpiſſimè memorata Neapolitana quindennii nu. 4.
circà fin. verſiculo & tamen.

V. Conjectura eſt, ſi manus mortua poſt mo-
tum judicium ſuper quæſtione dominii ad finem
declinandi ſolutionem quindennii tandem tran- 14
ſegerit cum Domino diecto, & cum effectu ſolve-
rit

rit in cauſam quindennii, cùm aliàs nec tranſigere curaret, multòque minus ſolviſſet, ſi pro comperto non habuiſſet, dominium directum eſſe penès recipientem, *l. ſi citrà 2. C. de condict. in-*
15 *debit.* maximè quando tranſigens non exprimit ſe tranſigere, & componere, ut ſe eximat à mo-
16 leſtiis, ac litibus, *Bardellon. conſ.* 65. *n.* 6. quidquid in contrarium inclinet *Urceol. de tranſact. qu.* 57. *n.* 18. & in terminis *Rota in præcitata Neapolitana quindennii*, §. *Et tamen antè med. verſiculo ex hac autem agnitione*, *n.* 5.

VI. Conjectura eſt, ſi ex tranſitu emphyteuſis in manum mortuam tanquàm novam em-
17 phyteutam, per eandem ſolutum fuerit laudemium Domino directo, & ab illo præſertim judicialiter reportata ceſſio favore ſolventis ad effectum illud repetendi ab aliis emphyteutis, petere nanque ceſſionem jurium ab aliquo ad effectum agendi contrà alium, eſt illum in Dominum recognoſcere, aliàs ſi pro Domino non habetur, nec talis eſſet, quo jure cedere poſſet,
18 ſi nullum jus haberet, nemo enim dat, quod non habet *cap. nemo poteſt* 79. *de regul. Jur. in* 6. *l. nemo plus* 54. *ff. eod. Barboſa axiom.* 160. *nu.* 1. *cum ſeq.* ac in ſpecie quindennii *Rota in præfata Neapolitana quindennii ſuper bon. jure* §. *Fortiùs, quia n.* 6.

VII. Conjectura eſt, ſi conſtet, quòd ſuper eiſdem bonis, quorum directum dominium à manu mortua controvertitur, per priùs reſerva-
19 tus fuerit conſenſus directi Domini per antecedentes emphyteutas, quando illa alienare voluerunt, eo quia ſi non eſſent de directo dominio, ſupervacanea, ac impertinens foret talis reſervatio, veluti in puncto quindennii ponderat, *Rota in præcitata Neapolitana quindennii* §. *Probato ex his antè med. n.* 13.

VIII. Conjectura eſt, ſi in aliquo actu pro-
20 portionato, ſivè inſtrumento præſertim antiquiſſimo legatur emiſſa enunciativa, quòd controverſa bona ſint ſub proprietate, ſeu de directo dominio, ſivè Canoni obnoxia, ſicque emphyteutica, quo caſu plenè illo probato per hujuſmodi enunciativam confeſſionem inducentem, ſi prædicta bona tranſeunt in manum mortuam, non poterunt ulla via evitari quindennia ſub prætextu non probati directi dominii, *Venturin. conſ.* 11. *nu.* 46. *cum ſeqq. lib.* 1. *Fulgin. de jur. emphyt. tit. de var. caducit. qu.* 11. *ſub n.* 7. *verſiculo tertium plures*, *Genua de verb. enunciat. lib.* 2. *qu.* 45. *n.* 8. *cum ſeqq.* & *qu.* 49. *nu.* 4. *cum ſeqq. Hodierna ad Surd. dec.* 10. *n.* 5. ac in puncto quindennii *Rota in ſæpiſſimè citata Neapolitana quindennii* §. *Tertia reſultat n.* 9. eo fortiùs, quia
21 ad inveſtituram non requiritur inſtrumentum, ſeu ſcriptura, quando intervenit (ut ſupponendum eſt) continuata ſolutio Canonum, laudemiorum, & quindenniorum per longum tempus à diverſis poſſeſſoribus pro tempore facta, in vim præſcriptionis, quæ nulla indiget ſcriptura, *Venturin. conſ.* 11. *n.* 38. *cum ſeqq. tom.* 1.

IX. Conjectura eſt, ſi probetur, quod fama
22 ſit, certam rem eſſe emphyteuticam, *Menoch. de arbitrar. Judic. lib.* 2. *centur.* 1. *caſ.* 42. *n.* 4.

X. Conjectura eſt, ſi probetur, quòd in alie-
23 natione rei ſemper fuerit locus juri prælationis, *Tondut reſol. civil. par.* 2. *cap.* 41. *n.* 8. *in principio.*

XI. Conjectura eſt, ſi conſtet, quòd pro re
24 magni valoris ſolvatur annua modica reſponſio, quæ ob ejus modicitatem referri nequit ad naturam cenſus, ſive locationis, ſive alterius contractus non emphyteutici, pro quo potius annua præſtatio eſſe ſolet magna, quam tenuis, *Card. Mantica de tacit. & ambig. convent. lib.* 22. *tit.* 2. *nu.* 9. *tom.* 2. *Pacion. de locat. & conduct. cap.* 3. *nu.* 18. *cum ſeqq.* ac in puris terminis quindennii *Rota in prædicta Neapolitana quindennii*, § *Sexta demùm*, *num.* 12.

Nec eſt ſemper verum, quòd ad probandum directum dominium requiratur inſtrumentum conceſſionis emphyteuſis, quippè ex memoratis præſumptionibus, & conjecturis urget vehementiſsima præſumptio, quòd præceſſerit inſtrumentum Inveſtituræ, cùm citrà illud nec Canon, 25
nec laudemium, nec quindennium ſolveretur, nec ſequeretur recognitio in Dominum, præcipuè quando, ut in caſu, quæſtio non eſt cum tertio, ſed cum manu mortua, quæ vel actus recognitionis in Dominum exercuit, vel cauſam habet ab aliis recognoſcentibus, *Fulgin. de jur. emphyt. in prælud. qu.* 14. *nu.* 39. *cum ſeqq.* & *tit. de contract. emphyt. qu.* 11. *nu.* 3. & *tit. de var. caducit. qu.* 11. *n.* 4. *cum ſeq.* ac in terminis quindennii *Rota in allegata Neapolitana quindennii*, §. *Probato ex his*, *n.* 13. *cum ſeqq.*

Putarem tamen eſſe caſum ſingularem, in quo non remanet probatum directum dominium, quantumvis appareat præſtitum conſen- 26
ſum in alienatione rei, quando conſtet, illum præſtitum eſſe ſimpliciter ad majorem cautelam, ad evitandum difficultates, & controverſias, nec probetur, fuiſſe ſolutum laudemium in actu alienationis, multòque minùs Canonem, *Tondut. reſol. civil. par.* 2. *cap.* 41. *n.* 11.

ARGUMENTUM.

Vendens rem emphyteuticam manui mortuæ uti liberam, ſivè ſciat, ſivè ignoret, rem illam venditam eſſe talis qualitatis, licet manus mortua emptrix non inveniat rem liberam, ſed emphyteuticam, ideòque patiatur incommodum, ac onus ſolvendi quindennia Domino directo, attamen venditor hoc caſu non tenetur de evictione, ſed manus mortua ſolvere debet quindennia.

SUMMARIUM.

1 *Pro alienatione emphyteuſis ſolvitur laudemium.*
2 *Satis eſt, quòd vendatur emphyteuſis in manum mortuam uti incapacem.*
3 *Manus morua non emeret emphyteuſim, ſi ſciret illam eſſe obnoxiam ſervituti.*
4 *Vendens emphyteuſim uti liberam manui mortuæ, ſivè ſciat, ſivè ignoret illam eſſe venditam talis qualitatis, licet manus mortua illam non inveniat liberam, adhùc manus mortua ſolvere debet quindennia.*
5 *Manus mortua acquirere nequit emphyteuſim abſque ſolutione quindennii.*
6 *Servitus rei non eſt tota res, ſed tantùm qualitas ipſi rei coherens.*
7 *Regulariter non agendum de evictione.*
8 *Venditor ſciens vitium, ſeu ſervitutem rei, tenetur de evictione, ignorans autem non tenetur.*
9 *Venditor proteſtatus ſe vendere manui mortuæ bo-*

na

na talia qualia, non tenetur de evictione.

10 *Quod Itali dicunt* per un ſacco d'oſſa.

11 *Emptor conſentire cenſetur cuicumque oneri, & ſervituti ob involucrum, ac generalitatem verborum.*

12 *Emptor perquirere tenetur conditionem rei ſibi venditæ.*

13 *Venditor tenetur emptorem certiorare de qualitate rei venditæ.*

14 *Manus mortua debet expreſsè ſtipulari evictionem.*

15 *Venditor poteſt paciſci, quòd non teneatur de evictione.*

16 *Venditor tradere tenetur rem liberam ex natura contractus venditionis.*

17 *Talem non tradens, tenetur de evictione, etiamſi illam non promiſerit.*

18 *Venditor, prodita poſteà qualitate rei quindenniali ſervituti obnoxiæ, tenetur reficere damnum quindenniorum, quod patitur manus mortua.*

19 *Emptor agere poteſt contrà venditorem actione quanti minoris.*

20 *Pretium emphyteuſis valdè diminuitur ob duplex onus tàm canonum, quàm quindenniorum.*

21 *Vendens rem fideicommiſſariam pro libera, tenetur de evictione.*

22 *Ab emphyteuſi ad fideicommiſſum, vel è contrà benè argui ſolet.*

23 *Vendens fundum cenſitum pro libero, tenetur de evictione.*

24 *Inter cenſum, & emphyteuſim adeſt ſimilitudo.*

25 *Vendens rem feudalem pro allodiali, tenetur de evictione.*

26 *A' feudo ad emphyteuſim rectè argui valet.*

27 *Concedens bona in emphyteuſim, ſi poſteà appareat illa eſſe aliena, tenetur de evictione.*

28 *Emptor, ſi onera rei ſciviſſet, illam non emiſſet.*

29 *Etiamſi illa vendita ſit cum clauſula talia qualia.*

30 *Vẽditor tenetur certiorare emptorem de emphyteuſi.*

31 *Venditor non exprimens qualitatem rei, dicitur in dolo.*

32 *Dolus non debet cuique patrocinari.*

33 *Venditor non exprimens onera, cenſetur vendere liberè.*

34 *Emptor præſumitur ignorare onera, & ſervitutes.*

35 *Emptor tenetur inveſtigare qualitatem rei.*

36 *Manus mortua incapax eſt acquirendi emphyteuſim.*

37 *Venditor ſervitutem rei celans, tenetur actione quanti minoris.*

38 *In venditione rei fideicommiſſariæ agitur de præjudicio hæredis gravati, & vocatorum.*

39 *In venditione rei emphyteuticæ non agitur de præjudicio Domini directi.*

40 *Nullitas venditionis rei fideicommiſſariæ eſt inſanabilis.*

41 *Nullitas venditionis rei emphyteuticæ eſt ſanabilis.*

42 *Inter cenſum, & emphyteuſim non deſunt differentiæ.*

43 *Declaratur* Tondut.reſ.civ.par.1.cap.44.in princ.

44 *Emphyteuſis, & feudum non ſemper, nec in omnibus pariſicantur.*

45 *Onus, ſeu ſervitus non eſt pars rei, ſed quædam qualitas rei inhærens.*

46 *Dolus non præſumitur.*

47 *Venditor de jure præſumitur ſcire qualitates rei venditæ.*

48 *Dari poteſt, quòd venditor ex aliquo accidenti neſciverit rem venditam, eſſe emphyteuticam.*

49 *Eſt locus evictioni, quando venditur res aliena, non quando venditur res ſervituti obnoxia.*

CAPITULUM XLI.

CAſus ſanè ſingularis, ac peregrinus porri-
gitur in præſenti diſcutiendus, omnique
ex parte difficillimus enodandus, quantunvis
alia ex parte videatur, non niſi rarò contingi-
bilis, cùm ſi vendatur res emphyteutica, neceſ-
ſarius eſt Domini directi conſenſus, eique ſol-
vendum laudemium juxtà notiſſimam *l.fin.C.de* 1
jur.emphyt & ſic per neceſſarium conſequens in
inſtrumento venditionis apparere debeat de hu-
juſmodi conſenſu, deque qualitate rei venditæ,
undè manus mortua emens rem emphyteuti-
cam,nec valens allegare ignorantiam illius qua-
litatis, procul dubio ex natura rei, & perſonæ
ob incapacitatem poſſidendi emphyteuſim, ad
quindennia tenebitur, vel ſi vendatur res em-
phyteutica non reſervato conſenſu, nec ei ſolu-
to laudemio, cùm tunc corruat venditio, immò
taliter vendens cadat ab emphyteuſi ex vulga-
tis, immò ſatis eſt, quòd vendatur in manum 2
mortuam uti emphyteuſis incapacem, *Teſaur.*
qu.forenſ.lib.2.qu.23.num.20.cum ſeqq. ſequitur,
manum mortuam aſſertam emptricem non in-
digere judicio evictionis, contrà aſſertum ven-
ditorem eo, quòd ſi in eandem manum mor-
tuam emphyteuſis dominium tranſlatum non
fuerit ſtante nullitate venditionis, non tenebi-
tur ad quindennia, quinimmò in ejus poteſtate
erit recedere à contractu, bona namque non
emiſſet, ſi illa ſciviſſet hujuſmodi ſervitutis per- 3
petuo nexui obnoxia eſſe *l. cùm plures 72.ff. de*
evictión. l.ſiquis aliam 46.ff. de ſolution. l.ſi duos
44.ff de contrah.empt. l. cùm ejuſdem generis 34.
§.1. ff. de ædilit. edict. Merlin. Pignatell. controv.
lib.1.cap.46.n.1. attamen quia quandoque eve-
nire poteſt, ut Dominus directus hujuſmodi
venditionem adhùc approbet, juri ſuo renun-
ciando, ipſaque manus mortua contenta ſit
quindennia ſolvere,benè intrat caſus propoſitus;
Proponimus igitur, quòd vendens rem emphy- 4
teuticam manui mortuæ uti liberam, ſivè ſciat,
ſivè ignoret rem illam venditam eſſe talis quali-
tatis, licet manus mortua emptrix non inveniat
rem liberam, ſed emphyteuticam, ideòque pa-
tiatur incommodum, & onus ſolvendi quin-
dennia Domino directo, attamen venditor hoc
caſu non teneatur de evictione, ſed manus mor-
tua ſolvere debeat quindennia, ut de veriori in
præciſis terminis *Carol.de Alexio in obſerv.156.*
n.9.cum ſeq.ad conſult.Capyc.Latr.lib.2.poſt Carol.
Anton.de Luca in obſerv. ad ejuſd.conſult.repetit.
*poſt Tract.inter Doctores litera EE.*etenim ſivè ra-
tione evictionis, ſivè actione quanti minoris
venditor non tenetur niſi ad omne detrimen-
tum, quod ſequitur de per ſe, & intrinſecè ra-
tione oneris, qualitas autem ſolutionis quin-
denniorum non eſt ità, ſed ſequitur extrinſecè
propter qualitatem perſonæ emphyteutæ, cùm
ipſa (qualis eſt manus mortua) prohibita ſit ac-
quirere rem emphyteuticam abſque oblatione 5
ſolutionis quindenniorum, ad quod advertit de
Alexio loc.citat. & nos latè ſuprà in *Cap.1.& 2.*
equidem ſervitus rei non eſt tota res, nec pars 6

ipſius,ſed quædam tantùm qualitas ipſi rei cohæ-
rens *l.quid aliud* 86.*ff.de verb.ſign.Caldas Pereyra*
*de empt.& vendit.cap.*31.*nu.*62.*Merlin.Pignatell.*
7 *controv.forenſ.centur.*1.*cap.*46.*n.*6. ideòque regu-
lariter non agendum de evictione *l. ſi plus* 74.*ff.*
de evictione. benè tamen verum eſt intrare di-
ſtinctionem, quòd aut venditor ſcivit, aut
ignoravit vitium, ſeu ſervitutem rei, ſi ſcivit,
8 adhùc tenetur de evictione, ſi ignoravit, non
tenetur, *l.domum* 57.*l.cùm venderes* 59.*ff.de con-*
trah.empt. l.quotiès 61.*l.fin.ff.de ædilit.edict. l.Ju-*
lianus 13. *ff.de action.empti*, cum quo tranſeunt
*Caldas Pereyra loc.cit.n.*56.*cum ſeq Merlin.Pigna-*
*tell.loc.cit.n.*7.*Mangil.de eviction.qu.*24.*n.*2.
Multòque fortiùs non erit locus evictioni, ſi
9 venditor dixerit, & proteſtatus fuerit ſe vende-
re manui mortuæ bona talia qualia poſſidebat,
10 quod Itali dicunt *per un ſacco d'oſſa*, eo nanque
caſu ſibi imputet manus mortua emptrix, ſi bo-
na recepit etiam ſub hac narrativa, quæ deno-
tare poterat tàm libertatem, quàm ſervitutem
rei venditæ, ideòque vel abſtinere debuerat ab
emptione rei dubiæ, vel priùs de illius qualita-
te ſe informare, non autem conſentire bono, &
11 malo, prout conſentire cenſetur cuicumque one-
ri, ac ſervituti ob involucrum, ac generalitatem
verborum *talia, qualia l.ſi plus* 74. §. *fin.ff. de*
*eviction.l.*1.*in fine ff.de ſervit.legat.*debet nanque
emptor, antequàm pretium eroget, ſedulò per-
12 quirere bonorum ſibi venditorum qualitates,
& conditionem *l.qui cum alio contrahit* 19. *ff. de*
*regul.jur. Merlin. Pignatell.controv.forenſ.tom.*1.
*cap.*46.*nu.*5. *Manent.dec.*17.*n.*59..*cum ſeq.* quid-
quid pro emptore mitiùs agendo dicendum eſſe
videatur, quòd non teneatur ipſe inveſtigare
13 rei qualitatem, ſed venditor tanquàm in facto
proprio illum potiùs monere,eumque certiorem
facere de illa qualitate, *Tondut.reſol.civil.par.*1.
*cap.*43.*n.*6.*in fine, Mangil.de eviction.qu.*162.*n.*7.
*cum ſeqq. Antonin.var.reſol.lib.*2. *reſ.*16.*n* 7.*cum*
*ſeqq.Cyriac.controv.tom.*2.*controv.*278.*nu.*44.*Ro-*
*doer. in addit. ad de Marin. in quotid. reſol. lib.*1.
*cap.*108.*n.*115. Ideoque cauta eſſe debet manus
14 mortua emptrix per pactum ſibi proſpiciendo,
& expreſsè ſtipulando evictionem *l.ſi fratres* 7.
C.commun.utriuſq.judic.l.fin.C.de fund. Limitroph.
*lib.*11.*Cyriac.controv.tom.*1.*controv.*196.*n.*17. *&*
19.23.*& ſeqq.Bertazzoll.de clauſ.inſtru.clauſ.*19.
*gloſ.*2.*n.*4.*Tondut.reſol.civil.par.*1. *cap.*43.*num.*4.
Sicuti è contrà cautus eſſe ſolet, quando vendi-
tor per contrarium pactum ſibi proſpiciendo,
15 expreſsè nempè adjiciendo, ſe nolle ullo caſu te-
neri de evictione, quod facere poteſt *l.emptorem*
12.§.*fin.cum ll.ſeqq.ff.de action.empti*, *Caldas Pe-*
*reyra de empt.& vendit.cap.*31.*n.*112.
Quibus ſic ſtantibus nonnulla urgent non
parvi momenti ſequentia objecta.
I. Quia cùm venditor tradere rem liberam
16 teneatur ex natura contractus venditionis *cap.*
cùm Joannes 10.*de fid.inſtrum.l.ſervus, quem* 30.
§.*fin.ff. de action.empt.Mangil. de eviction. qu.*23.
*nu.*13.*& qu.*133.*num.*1.*Guzman.eod.tract.qu.*13.
*n.*114.*qu.*15.*n.*9.*& qu.*50.*n.*38. illam talem non
17 tradens, ſequitur, ut de evictione teneatur,
etiamſi evictionem non promiſerit *l.ſi in emptio-*
ne 34.§.*Vacuam*, *&* §.*fin.l.pacta conventa* 72.*ff.*
de contrah.empt. l. ex empto 11. *ff. de action. empt.*
l.ſi dupla 2.*ff.de evict. l.non dubitatur* 6.*C.eod. l.ſi*
pater tuus 8. *C. de action. empt. Oñate de contract.*
*tom.*1.*tract.*3.*diſput.*10.*nu.*237. *Gratian. diſc.*793.
*num.*12.
II. Venditor dans cauſam contractui,prodita
poſteà qualitate rei ſervituti quindenniali ob- 18
noxiæ, tenetur reficere illud onus, ſeu damnum
quindenniorum,quod patitur manus mortua ex
facto, & culpa venditoris.
III. Manus mortua emptrix,ſi juxtà noſtram
principalem reſolutionem evincere nequit em-
phyteuſim hujuſmodi ſervitute devinctam, ſal- 19
tem poterit agere contrà venditorem actione
quanti minoris, *l.quotiès de ſervitute* 61.*ff.de ædi-*
*lit.edict.ubi Cepolla n.*1.*cum ſeqq.* cùm in re em- 20
phyteutica pretium valdè diminuatur in caſu
ob duplex onus tàm canonum ex ipſa directo
Domino debitorum, quàm quindenniorum.
IV. Quia ſicuti vendens rem fideicommiſſa-
riam pro libera, tenetur de evictione, *l.ſi fundum* 21
27.*C.de eviction.* ità & vendens rem emphyteu-
ticam, cùm quandoque emphyteuſis fraternizet
cum fideicommiſſo, ideòque tàm ab emphyteu- 22
ſi ad fideicommiſſum, quam à fideicommiſſo ad
emphyteuſim benè argui ſoleat, *Fulgin. de jure*
*emphyt.tit.de renunciat.qu.*10.*n.*13.
V. Quia ſicuti vendens fundum cenſitum pro
libero, tenetur de evictione, *Florez Diaz de Me-* 23
*na ad Gamm. dec.Luſitan.*20.*in principio*, ità ven-
dens fundum emphyteuticum pro libero, ob ſi-
militudinem, quæ adeſt inter cenſum, & emphy- 24
teuſim, *Fulgin.de jur.emphyt.in prælud qu.*8.*n.*5.
VI. Quia ſicuti vendens rem feudalem pro 25
allodiali,tenetur de evictione, *Theſaur.qu.forenſ.*
*lib.*2.*qu.*23.*n.*5.*Tondut.reſol.civil.par.*1.*cap.*44.*in*
*principio, verſiculo reſpondi, junctis n.*1.4.10.*&*
per tot. ità vendens rem emphyteuticam pro li-
bera, tenebitur de evictione, cùm in multis feu- 26
dum, & emphyteuſis pari paſſu ambulent, &
à feudo ad emphyteuſim rectè argui valeat, *Bar-*
*boſa loc.comun.*43.*n.*4.
VII. Quia ſicuti Dominus concedens bona
in emphyteuſim, ſi poſteà appareat, bona con- 27
ceſſa, eſſe aliena, tenetur de evictione ſubrogan-
do, ac tradendo alia bona, ſeu fundum libe-
rum, vel alia via conſulendo emphyteutæ, *Ful-*
*gin. de jure emphyt. tit.de contract. emphyt. qu.*42.
*n.*8. ità à fortiori tenebitur emphyteuta vendens
emphyteuticam pro libera.
VIII. Quia tenetur venditor certiorare em-
ptorem de omnibus qualitatibus pretium rei
venditæ minuentibus, & quidem diſertis verbis,
& non ſub verborum involucro, ac in genere ipſi
ſignificare onera non ſolùm, quæ ſunt intrà rem
ipſam, ſed etiam quæ extrà, nè aliàs emptor
cum propria jactura, & aliena locupletatione
decipiatur ſub generalitate verborum, eorum-
que obſcuritate, ſeu æquivoco, quando aliàs ſi 28
onera rei ſciviſſet, vel eam non emiſſet, vel ſal-
tem non tanti emiſſet, vel etiam difficiliùs *l. ea,*
quæ commendandi 43. §.*fin.ff.de contrah.empt. l.te-*
netur 6. §.*fin.ff.de action.empt.l.quæro* 40. *l.qui li-*
bertatis 69.§.*Sed & ſiquis* 5.*ff.de eviction.l.hoc au-*
tem 12.*ff.de hæredit.vel action.vendit.l.*1.§.1.*ver-*
ſiculo qui mancipia, l.quæritur 14.§.*Si venditor* 9.
ff.de ædilit.edict. l. ſi vina 15.§.*Planè* 1.*ff. de peri-*
cul.& commod.rei vendit. ut in ſimili, immò in
fortioribus terminis de bonis feudalibus vendi- 29
tis ſub clauſula *talia, qualia, Tondut.reſol.civil.*
*par.*1.

par.1.cap.43.nu.1.tum ſeqq.& per tot. Merlin.Pignatell.controv.forenſ.lib.1.cap.46.num.1. in fine, Mangil.de eviction.qu.2.n.9.& qu.162.nu.15. ac
30 in præciſis terminis emphyteuſis venditor tenetur certiorare emptorem de emphyteuſi, *Mangil.dic.tract.de eviction.qu.142.n.22.*

IX. Quia cùm venditor non exprimens qua-
31 litatem rei, dicatur eſſe in dolo *l.ſi vina 15.§.1. ff.de pericul.& commod.rei vendit. Mangil.de evi-*
32 *ction.qu.162.n.26.* non debet dolus cuiquam patrocinari *l.ſivè hæreditaria 22.ff.de negoc.geſt.*

X. Quia ſicuti venditor non exprimens ali-
33 qua onera, & ſervitutes, cenſetur vendidiſſe rem liberam *l.in venditione 42.ff. de action. empt. l.ex his 5.C.de eviction.Cyriac.controv.278.nu.2.*
34 ità à fortiori emptor ignorans (prout ignorare præſumitur) onera, & ſervitutes *l.verius 12.ff. de probation.Mangil.de eviction.qu.24.num.14.& qu.60.n.12.*

Veruntamen in nihilnm refragantur ſuprà enunciata objecta.

Non quidem I. ſiquidem veriſſimum eſt, venditorem teneri tradere rem liberam, ſed etiam
35 veriſſimum eſt, emptorem teneri inveſtigare qualitatem rei, & perſonæ ipſius venditoris *l.qui cum alio 19.ff.de regul.jur.*adeòque ſibi imputet, ſi cautus non fuit.

Non II. quia damnum, quod in quindenniorum ſolutione ſentit manus mortua, non provenit ex ſolo facto, & culpa venditoris, ſed
36 etiam ex qualitate ipſius emptoris, qualis eſt manus mortua, ob illius incapacitatem acquirendi emphyteuſim ex lato calamo per nos conglomeratis ſuprà in *Cap.1. & 2.*

Non III. quia ad omne pejus venditor tene-
37 retur actione quanti minoris, in caſu, quo ſcienter ſervitutem rei celaverit, quaſi in dolo verſatus, veluti diſtinguendo reſpondet *Caldas Pereyra de empt.& vendit.cap.31.n.57.*

Non IV. quia in caſu diverſa militat ratio venditionis rei fideicommiſſariæ pro libera, & venditionis rei emphyteuticariæ pro libera, in
38 venditione enim rei fideicommiſſariæ agitur de præjudicio hæredis gravati, & vocatorum, in
39 venditione verò rei emphyteuticariæ non agitur de præjudicio Domini directi, immò tantum ab hoc abeſt, ut potiùs videatur in certo ſenſu agi de majori utilitate ipſius Domini ob quindenniorum ſolutiones, ultrà canonum ſolutiones, qui Domino tantùm debebantur antè em-
40 phyteuſis venditionem, ità ut nullitas venditionis rei fideicommiſſariæ eſt inſanabilis ſaltem reſpectu ad vocatos, quibus per hæredem gravatum præjudicari nequit, ideòquè pernecceſſe eſt locus evictioni, nullitas autem venditionis
41 rei emphyteuticæ eſt ſanabilis, poſteà Domino ratificante, qui juri ſuo renunciare valet.

Non V. quia quanvis conſenſus fraternizet cum emphyteuſi, ideòque ſicuti pro fundi cenſiti venditione competit evictio, ità & pro fundi emphyteutici venditione eadem videatur competere, attamen cùm inter cenſum, & em-
42 phyteuſim ex alia parte non deſiut differentiæ, *Menoch.de præſumpt.lib.3.præſ.103.n.1.& per tot. Fulgin.de jur.emphyt.in prælud.qu.8.num.6.cum ſeqq.Valaſc.eod.tract.qu.32.n.26.* in hoc enumerari poterit hæc quoque differentia.

Non VI. quia *Tondut. loc. cit.* ſupponit promiſſam fuiſſe evictionem, ut legitur apud eund. 43
n.4.& 10. in fine, omiſſo, quòd nec ſemper, nec in omnibus emphyteuſis, & feudum parifican- 44
tur, *Valaſc.de jure emphyt.qu.39.per tot. Fulgin. eod.tract.in prælud.qu.9.n.2.cum ſeq.*

Non VII. quia in tantum eſt locus evictioni in caſu, quo bona conceſſa in emphyteuſim, poſteà apparuerit, non ſpectare ad concedentem, in quantum ſuppoſitus emphyteuta liberandus eſt a moleſtiis eidem à proprio Domino illatis, & taliter concedens eſt in notorio dolo, dum ſupponit ad ſe ſpectare rem, quæ in rei veritate detegitur ad alium ſpectare, in caſu autem noſtro ipſe emphyteuta rem alienat manui mortuæ, non detecta ſervitute, ſeu onere quindenniorum.

Non VIII. quià quantunvis venditor teneatur certiorare emptorem de qualitate, ſeu onere rei venditæ, non tamen hinc regulariter ſequitur agi poſſe de evictione contrà venditorem eo,
quod onus, ſeu ſervitus non eſt pars rei, ſed 45
quædam qualitas rei inhærens *l.quid aliud 86.ff de verb.ſign.l.ſi plus 74.ff.de eviction. Mangil. de. eviction. qu.24. nu.1. cum ſeqq.*

Non IX. quia non ſemper ex eo, quòd venditor celat qualitatem rei, ejuſque ſervitutem, dicitur eſſe in dolo, cùm etiam celatio hujuſmodi per inadvertentiam contingere potuerit, ideò-
que ex hac parte dolus in venditore, uti in ſe de- 46
lictum, venit per emptorem probandum, aliàs non præſumendus, *Pacian. de probation. vol.2. cap.40.nu.17.Maſcard.eod.tract. vol.1. conc.532. n.1 cum ſeqq.& vol.2 conc.814.nu.2.3.& 6. Menoch.de præſumpt.lib.4.præſumpt.12 n.2.præſ.81. n.29 præſ.82.n.10.& lib 5.præſ.3 nu.14. cum ſeq. & lib.6 præſ.78.nu.1.* Nec ſatis eſt ad inducendum dolum præſumptum, quòd venditor de jure
præſumatur ſcire qualitates rei venditæ, ſicque 47
ſervitutes, onera, ac vitia *l. quanquam 8.ff. ad Senatuſconſult.Vellejan.Mangil.de eviction.qu.60.*
n.13. quia dari poteſt, quòd venditor ex aliquo 48
accidenti neſciverit, rem à ſe venditam fuiſſe emphyteuticam, vel alia gravatam ſervitute eo, quòd forſitan in jus alterius ſucceſſerit, nec adhùc de bonorum qualitatibus benè informatus, vel ex eo, quòd in longinquis partibus abſens, per Procuratorem generalem negocia ſua geſſerit, vel ex alia ſimili cauſa, *Mangil.mox.allegata qu.60.n.14.*

Non X. quia quantunvis venditor non exprimens ſervitutem rei venditæ, cenſeatur illam uti liberam vendidiſſe, & à fortiori emptor illam, uti talem emiſſe, mihi nihilominùs non videtur ex hac ſola præſumptione ſtatim, & tàm apertè competere emptori evictionem, quando alio modo ſibi conſulere poteſt, actione nempè
quanti minoris, vel ſimili, propriè enim eſt lo- 49
cus evictioni, quando venditur res aliena, non quando venditur res ſervituti obnoxia *l. ſi plus 74.ff.de evict.* & quando agendum eſſet per manum mortuam contrà venditorem actione quanti minoris pro diminuendo valore rei venditæ ratione qualitatis emphyteuticæ detectæ, occurrit difficultas, utrùm eo caſu periti in æſtimatione, ſeu calculatione facienda habere debeant etiam rationem quindennii, cui ſubjacet emphyteuſis translata in manum mortuam, ſicuti habetur ratio canonis, ſicque utrùm diminuendus

ſit quoque valor habito reſpectu ad onus ſolutionis quindennii, & mihi videretur, non eſſe habendam rationem ſolutionis quindennii ad effectum diminuendi valorem emphyteuſis ex luculenter per me congeſtis infrà in *Cap.64.*

ARGUMENTUM.

Conceſſo manui mortuæ fundo in emphyteuſim immuni, libero, ac franco ab omni, & quocumque onere adhùc debentur quindennia.

SUMMARIUM.

1. *Conceſſo manui mortuæ fundo in emphyteuſim immuni, libero, ac franco ab omni, & quocumque onere, adhùc debentur quindennia.*
2. *Quindennium ſubrogatum fuit in locum laudemii.*
3. *Quindennium tamquam quid naturale contractus Emphyteutici, nulla indiget expreſſione, ut exceptum intelligeretur.*
4. *Libertas ab omni onere intelligitur quoad canones decurſos.*
5. *Princeps non præſumitur concedere voluiſſe immunitatem in præjudicium tertii.*
6. *Immunitas conceſſa cedere quidem poteſt in damnum concedentis, non autem in damnum tertii.*
7. *Relevium ſolvitur de feudo Baroni ad inſtar laudemii.*
8. *Quindennium ſimile eſt relevio, & laudemio.*
9. *Valet argumentum à feudo ad emphyteuſim.*
10. *Verba* ab omni, & quocumque onere, *uti generalia, ſunt apta ad compræhendendum etiam quindennii onus.*
11. *Quindennium verè eſt onus rei annexum, & ex re, & propter rem emphyteuticam debitum.*
12. *Quandoque inter feudum, & emphyteuſim intercedit differentia.*
13. *Non applicatur præſenti caſui* Tondut. reſol.civil. par.1. cap.75. nu.1. cum ſeqq. & per tot.
14. *Minùs redditur applicabilis idem* Tondut.eod.loc. *agens de pacto redimendi.*
15. *Dictiones univerſales* ab omni, & quocumque *reſtrictionem recipere ſolent in caſibus à Jure expreſſis.*
16. *Quindennium eſt onus reſpectu manus mortuæ, non reſpectu concedentis, nec reſpectu venditoris.*
17. *Etiamſi concedens promiſiſſet emphyteuſim eſſe liberam ab omni onere, medio juramento, adhùc eſt locus quindennio.*

CAPITULUM XLII.

POſtquàm vidimus in ſuperiori *Cap.* quòd vendens rem emphyteuticam manui mortuæ uti liberam, ſivè ſciat, ſivè ignoret, rem illam venditam eſſe talis qualitatis, licet manus mortua Emptrix non inveniat rem liberam, ſed emphyteuticam, ideoque patiatur incommodum, ac onus ſolvendi quindennia Domino directo, attamen venditor hoc caſu non tenetur de evictione, ſed manus mortua ſolvere debet quindennia, modò valdè utilis, ac practicabilis materia in præſenti proponitur ventilanda, aſſeren-
1 do, quòd conceſſo manui mortuæ fundo in emphyteuſim immuni, libero ac franco ab omni, & quocumque onere, adhùc debentur quindennia, prout adhùc eo caſu deberentur laudemia, *Menoch. conſ. 297. num. 24. Manſius conſult. 638. nu.6. & conſult.648. per tot. & conſult.652. n.14. Mangil. de eviction. qu.123. nu.6. cum ſeqq. & per tot. & qu.124. nu.9. Gratian. diſcept. 377. nu.21. Niger de laudem. tom.1. qu.48. nu.27. cum ſeqq. & tom.2. qu.55. nu.3. cum ſeqq. ſignanter nu.16. & per tot.* ſiquidem manus mortua acquirens, ſeu emphyteuta bonum jus non fovet in prætenſa exemptione, ac immunitate à quindennio ſub ſolo pretextu conceſſionis emphyteuſis liberæ, ac immunis ab omni, & quocumque onere, cùm
quindennium tanquàm in locum laudemii ſub- 2
rogatum, ſit debitum de natura emphyteuſis ad manum mortuam translatæ, prout tale eſt ipſum laudemium, *Niger de laudem. qu.55. nu.4. in fine tom.2. Mangil. de eviction. qu.123. nu.8.* & quindennium tanquàm quid naturale contractus
emphyteutici, nulla indiget expreſſione, ut ex- 3
ceptum intelligeretur ad text. in *l. non dubitatur 6.C. de eviction. Niger de laudem. tom. 2. qu. 55. num.10. cum ſeq.*

Præterea enunciata libertas, & franchitia intelligitur quoad canones decurſos, quòd nempe
illi ſoluti fuerint uſque ad diem conceſſionis 4
emphyteuticæ, vel quòd etiam ipſa emphyteuſis uſque ad dictam diem reperiatur à laudemiis, vel à quindenniis præteritis, ſi forſitan penes aliam manum mortuam uſque ad certum tempus permanſerit, ſivè quòd libera ſit à quocumque onere, vel ſervitute, quæ per prius antè conceſſionem impoſita fuerat, non autem ab onere, ſeu ſervitute, ut ità dicam, quindenniali, poſteà cauſata per conceſſionem manui mortuæ factam, *Niger de laudem. qu.55. nu.12. tom.2.* nec
Princeps præſumitur concedere voluiſſe immu- 5
nitatem hujuſmodi in præjudicium tertii, ſicque in præjudicium quindennii Domino directo, qui hoc caſu tertius eſt, debiti, niſi exprimatur,
Manſius conſult.630. n.6. tom.7. cùm immunitas 6
conceſſa cedere quidem in damnum concedentis poſſit, non autem in damnum tertii, *Maner. de numero perſon. per focos tit. 15. num.7.*

Verùm præſens reſolutio aliàs veriſſima ſequentibus videtur vacillare, ac infringi haud levibus oppoſitionibus.

I. Quia ſicuti per Baronem conceſſo feudo libero, franco, ac immuni ab omnibus, & quibuſcumque feudalibus juribus, commodis, ſeu utilitatibus, cenſetur feudatarius, ſeu Vaſſallus
exemptus à relevio, quod ad inſtar laudemii de 7
feudo Baroni concedenti ſolvitur, *Tondut. reſol. civil. par.1. cap.75. nu.1. cum ſeqq. & per tot.* ità per Dominum directum conceſſa manui mortuæ emphyteuſi libera, franca, & immuni ab omni, ac quocumque onere, cenſetur manus
mortua exempta à quindennio, quod relevio, & 8
laudemio ſimile eſt, ut paſſim in *noſtro Tractatu*
docemus, cùm valeat argumentum à feudo ad 9
emphyteuſim, prout etiam paſſim docuimus.

II. Quia verba *ab omni, & quocumque onere,*
uti generalia, ſeu univerſalia ſunt apta ad com- 10
præhendendum etiam quindennii onus, omniàque includunt, quæ aliàs regulariter non includerentur, aliter non compræhenſo quindennio, non operarentur ſuum effectum, veluti in ſimili de laudemio *Mangil. de eviction. qu.123. num.5. Barboſa de clauſul. clauſ.96. nu.2. cum ſeqq. & de diction.*

diction. diction. 317. *num.*1. *cum ſeqq.*

III. Quia quindennium verè onus eſt rei an-
11 nexum & ex re, & propter rem emphyteuticam debitum ad *text.in l.fin. C.de jur.emphyt.* *Niger de laudem. tom.* 2. *qu.* 55. *num.*2. *in fine*, *Mangil. de eviction. qu.*123. *num.*2. *cum ſeqq.*

Nihilominùs in nihilum refragantibus recenſitis oppoſitionibus ſemper firma remanet reſolutio.

Siquidem nequaquam obſtat I. Quia licet à feudo ad emphyteuſim benè arguatur, non ta-
12 men ſemper benè arguitur, cùm etiam quandoque inter illud, & iſtam intercedat differentia,& in ſpecie in præſenti caſu,ut fatetur idem *Tondut. in dicta I. oppoſitione allegatus in num.*7. omiſſo,
13 quòd nec applicatur ad caſum doctrina *Tondut.* in quo (ut videre eſt *nu.6.* idemque *Tondut.* ſe ipſum declarat) agitur de conceſſione feudali facta per modum venditionis, & de rranslatione tàm utilis, quàm directi dominii cum pactis immunitatis ab omnibus oneribus feudalibus,
14 immò minùs redditur applicabilis idem *Tondut.* agens etiam de pacto redimendi, per quod inducitur liberatio à quindenniis, ut per nos ſuprà in *Cap.* 36.

15 Non II. Quia prædictæ dictiones univerſales *ab omni*, *& quocumque* reſtrictionem recipere ſolent in caſibus à Jure expreſſis, *Mangil.de eviction. qu.* 123. *num.*11.

Non III. Quia licet quindennium adinſtar
16 laudemii ſit onus,eſt tamen onus reſpectu manus mortuæ emphyteutæ, ſeu acquirentis,non reſpectu concedentis, nec reſpectu venditoris, *Mangilius de eviction. qu.*123. *num.*10.

Adeoque vera eſt propoſita noſtra principalis reſolutio, ut, etiamſi concedens emphyteuſim francam, liberam, ac immunem ab omni, &
17 quocumque onere, medio juramento promiſiſſet, illam eſſe talem, adhùc manus mortua à quindennii ſolutione non liberetur, *Niger de laudem. qu.* 55. *num.*14. *cum ſeq. tom.* 2.

ARGUMENTUM.

Manus mortua ex privilegio Principis immunitatem habens ab omnibus, & quibuſcumque oneribus, impoſitionibus, & præſtationibus, non intelligitur exempta, & immunis ab onere quindennii.

SUMMARIUM.

1 *Auctor editurus eſt alium* Tractatum de Quindenniis.
2 *Manus mortua ex Pontificio privilegio exempta à quacumque impoſitione, non cenſetur exempta à quindennio occaſione ſibi uniti Beneficii.*
3 *Manus mortua ex privilegio Principis immunitatem habens ab omnibus oneribus, non intelligitur exempta à quindennio.*
4 *Immunitas conceſſa intelligitur reſpectu onerum tantùm, quæ à Principe rebus imponuntur favore ſolius publicæ utilitatis.*
5 *Nec laudemium hoc caſu dicitur compræhenſum.*
6 *Rationes tamen ſuper hoc non arrident* Nigro de laudem. tom. 1. qu. 48. num.14. & 20.
7 *Quæ ſunt de natura actus, ſunt ſemper excepta, quibuſcumque verbis concipiatur actus illis contrarius.*
8 *Quindennium adinventum eſt ex conſuetudine, aut partium conventione.*
9 *Eccleſiæ, & Eccleſiaſticæ perſonæ, de Jure immunitatem habent ab oneribus realibus, & perſonalibus, non tamen immunes ſunt à quindenniis.*
10 *Immò quia Eccleſiæ, & Eccleſiaſticæ perſonæ ſunt, quindennia ſolvunt.*
11 *Non minùs poteſt lex mortua, quàm viva.*
12 *Exemptus ab omnibus oneribus, non intelligitur exemptus à Canone.*
13 *Quindennium ſolvitur ſingulis quindecim annis.*
14 *Immunitatem habens ob numerum duodecim liberorum, non cenſetur habere immunitatem à laudemio.*
15 *Princeps non præſumitur ſua conceſſione voluiſſe præjudicare tertio.*
16 *Viſitatio, & procuratio Epiſcopi ſunt annexa.*
17 *Quindennium debetur tàm de natura contractus cum manu mortua, quàm in recognitionem dominii.*
18 *Immunitas in dubio conceſſa intelligitur dumtaxat pro oneribus extraordinariis, licet cantet ab omnibus muneribus, niſi etiam addatur ordinariis, & extraordinariis.*
19 *Onus laudemii eſt ordinarium.*
20 *Tàm quindennium, quàm laudemium taxatur juxta regionis conſuetudinem.*
21 *Pleniſſima immunitas Regularibus conceſſa non includit exemptionem quartæ funeralis.*
22 *Quindennium debetur in recompenſationem damni Domini directi ex emphyteuſi ad manum mortuam perventa, ſicque etiam ex cauſa oneroſa.*
23 *Conceſſa per Dominum directum facultate alienandi Emphyteuſim, non indè remanet liberatus novus emphyteuta à ſolutione laudemii.*
24 *Manus mortua raò, aut difficulter alienare ſolet.*
25 *Jus quindenniorum Domino directo ex contractu perfectè, ac irrevocabiliter quæſitum eſt.*
26 *Meliùs intrat principalis reſolutio ſtante obſervantia, quòd non obſtante immunitate ab omnibus oneribus, ſemper manus mortua ſolverit quindennium.*
27 *Immò etiamſi immunitas conceſſa fuerit ex cauſa publica, & favorabili.*
28 *Immunitas univerſaliter conceſſa cum dictionibus* ab omnibus, & quibuſcumque oneribus, *videtur compræhendere etiam onus quindennii.*
29 *Quindennium eſt onus reale.*
30 *Quindennium non eſt onus extraordinarium, & publicum.*

CAPITULUM XLIII.

Viſo in anteacto *Cap.* quòd conceſſo manui mortuæ fundo in emphyteuſim immuni, libero, ac franco ab omni, & quocumque onere, adhùc debentur quindennia, ſupereſt in præſenti idem aſſerere in fundo emphyteutico libero ex privilegio Principis, fraternizat autem præſens inſpectio cum alia, de qua favente Deo in alio *Tractatu de Quindenniis*, quòd nempè manus 1
mortua ex Pontificio privilegio exempta à quacumque impoſitione, non cenſeatur exempta à 2
quindennio occaſione ſibi uniti Beneficii; cùm igitur ſoleat Princeps Pia Loca vel ob eorum paupertatem, vel ob cauſam peculiaris devotionis ergà illa, vel ob ſimilem cauſam ſublevare à quibuſcumque oneribus Communitativis, & Came-

Cameralibus, collectis, tributis, datiis, gabellis, & contributionibus mediante immunitate, ſeu exemptione benignè eiſdem Piis Locis impertita, ſe pium, ac liberalem gerendo ergà loca pietatem exercentia, facilè oriri poteſt deſuper controverſia occaſione acquiſitionis emphyteuſis per manum mortuam factæ, an videlicet ipſa manus mortua, licet à quibuſcumque oneribus immunis per Principem reddita, adhùc teneatur, nec nè ad quindennia, vel an etiam ab onere quindennii immunis cenſeatur, undè firmamus in præſenti, quòd manus mortua ex privilegio
3 Principis immunitatem habens ab omnibus, & quibuſcumque oneribus, impoſitionibus, ac præſtationibus, non intelligatur exempta, & immunis ab onere quindennii, prout exempta, & immunis non intelligeretur ab onere laudemii, *Burgius de laudem. par.1. inſpect.3. nu.8. verſiculo at in contrarium, junctis nn. ſeqq. Niger eod tract. tom.1. qu.48. nu.13. cum ſeqq. Tondut. reſol civil. par.1. cap.75. num.5. Giballin de var. præſtation. lib.4. cap.4. confectar.16. artic.4. nu.4.* cùm enim quindennium, metiendo illud à laudemio in hujus locum ſubrogatum fuit, ſit merum onus reſpiciens munus privatum, continenſque privatam utilitatem, ſeu particulare commodum directi Domini, derivans ex conſuetudine, non autem ex favore Principis, cui proindè non derogat edictũ Principis ſuper immunitate quanvis generaliſſima editum, quæ conceſſa intelligitur à Principe, eaque reſtringitur reſpectu one-
4 rum tantùm, quæ à Principe rebus imponuntur favore ſolius publicæ utilitatis, *Giballin. de annuis præſtation. lib.4. cap.4. confect.16. artic.4. nu.4. in fine, Niger de laudem qu.48. nu.13. tom.1. Burgius eod. tract. par.1. inſpect.3. nu.9. in fine, verſiculo item, & num.10. Pacific. de Salvian. Interdict. inſpect. 3. cap. 4. num.586.*

Quibus accedit, quòd quindennium tanquàm onus ordinarium, dici non poteſt compræhenſum in immunitate generaliter conceſſa, & ad
5 onera tantùm extraordinaria reſtricta, prout nec laudemium hoc caſu dicitur compræhenſum, *Niger de laudem tom.1. qu.48. n.14. Burgius eod. tractat. par.1. inſpect.3. nu.8. in fine, verſiculo rurſùs, & n.9. Surd. dec. Mantuan.31. n.5. in fine,*
6 licet tàm prima, quàm ſecunda ratio parum arrideat *Nigro*, ut videre eſt loco ſæpè laudato *nu.14. in fine, verſiculo rationes, junctis nn. ſeqq. & n.20. in principio*, vel quia immunitas conceſſa à Principe, ex qualitate concedentis venit interpretanda, ideòque reſtringenda ad onera, & recognitiones ipſi Principi debitas ab exempto, non autem extendenda ad quindennium debitum ex natura emphyteuſis per manum mor-
7 tuam retentæ ex eo, quòd quæ ſunt de natura actus, ſunt ſemper excepta, quibuſcumque verbis concipiatur actus illis contrarius, *Niger de laudem. qu.48. n.20. cum ſeqq. tom.1.* & remiſſio, ſeu liberatio oneris conceſſa à Principe, intelligitur de oneribus conſuetis imponi à Principe
8 ipſo, quale non eſt quindennium tanquàm ex conſuetudine, aut partium conventione adinventum ad inſtar laudemii, *Menoch. conſ.297.*
9 *nu.10. cum ſeq.* Hinc Eccleſiæ, & Eccleſiaſticæ perſonæ, qnantunvis de Jure immunitatem habeant à quibuſcumque oneribus realibus, & perſonalibus, *cap. adversùs 7. de immunit. Eccleſ. cap. quanquàm 4. de cenſibus in 6. l. omnis 2. C. de Epiſcop. & Cleric. Antonell. de jur. & oner. Cleric. lib.1. par.1. cap.2 n.1. cum ſeqq. Bellet diſquiſit. Clerical. par.1. tit. de exemption. Cleric. §.1. num.1. cum ſeqq.* nihilominùs non exindè immunes ſunt à quindenniis, immò quia Eccleſiæ, & Eccleſiaſticæ perſonæ ſunt, quindennia ſolvunt, quæ aliàs 10
non ſolviſſent, ſi Eccleſiæ, ac Eccleſiaſticæ perſonæ non eſſent, veluti in ſimili de laudemio, ad quod tenentur, ponderat, *Niger de laudem. qu.48. n.17. tom.1.* quantò minùs immunis erit à quindenniis quælibet manus mortua ſivè Eccleſiaſtica, ſivè Sæcularis immunitatem habens à ſolo Principe, cùm non minùs poſſit lex mor 11
tua, quàm viva, *Barboſa appellat.129. n.2.*

Eo modo, quo quis habens ampliſſimam exemptionem ab omnibus oneribus, non intel- 12
ligitur exemptus à canone, qui annuatim, vel alio tempore juxtà conventiones ſolvi ſolet *Surd. dec. Mantuan.31. n.5. in fine,* multò minùs intelligitur exempta manus mortua à quindennio, quod non annuatim, ſed quindecim tantùm ſin- 13
gulis annis ſolvitur, ſicuti ſimpliciter conceſſa immunitate ab omnibus oneribus realibus, & perſonalibus, nec non à muneribus publicis (quæ alioquin favorabilis eſt) ob numerum duodecim 14
liberorum, non cenſetur conceſſa immunitas à laudemio, *Tondut. reſol. civil. par.1. cap.75. nu.11. in principio, Fulgin. de jure emphyt. tit. de laudem. qu.2. nu.6. in principio, Giballin. de variis annuis præſtation. lib.4. cap.4. confectar.16. artic 4. num.5. Burgius de laudem par.1. inſpect.3. n.11. Niger eod. tract. tom.1. qu.48. nu.38. cum ſeq. Surd. dec. Mantuan.31. n.11.* Nec aliter de Principe ſentiendum 15
eſt, qui non præſumitur ſua conceſſione, quantunvis univerſali voluiſſe præjudicare tertio, qualis eſt Dominus directus in ſuo jure Dominicali, perque conſequens quindenniali per *text. in cap. ſuper eo 15. de offic. delegat. l. Prætor ait 2. §. Siquis à Principe 16 ff. nè quid in loc pub. Barboſa clauſul.157. num 3. Menoch. de præſumpt. lib.2. præſ.9. n.2. Oldrad. de liter. Princip. prælud.6. nu.42. cum ſeqq.*

Simile practicatur in immunitate ab Epiſcopo Eccleſiæ conceſſa, ex qua tamen illius Rector immunis, ſeu exemptus non evadit à viſitatione, nec à procuratione, ſeu Viatico Epiſcopo viſitanti debito, cùm viſitatio tanquàm inſita muneri Epiſcopali, tàm ipſa, quàm procuratio, ſeu viaticum ſunt annexa, & tanquàm talia 16
non compræhenduntur in generali exemptione *cap. cùm venerabilis 21. de cenſibus,* eodem fermè pacto quindennium tanquàm inſitum, annexumque contractui emphyteutico cum manu mortua celebrato, non cenſetur compræhenſum ſub generali immunitate; præterquamquòd quindennium debeatur ex duplici capite, ſicque fortiori vinculo nempè tàm de natura contractus emphyteutici ſignanter cum manu mortua, 17
quàm etiam ratione obſequii reverentialis, ſeu in recognitionem dominii, qualiter eodem Jure debetur laudemium, ſequitur, nunquam cenſeri tacitè remiſſum per ſolam conceſſionem immunitatis etiam univerſaliſſimæ, ſeu generaliſſimæ ab omnibus oneribus, *Niger de laudem. quæſtion.48. n.26. in fine tom.1.*

His accedit, quòd immunitas ſtrictam recipit interpretationem, inque dubio conceſſa intelli-

telli-

telligitur dumtaxat pro oneribus extraordinariis, quantumvis privilegium immunitatis cantet ab omnibus, ac ſingulis muneribus realibus,
18 perſonalibus, & mixtis, niſi etiam addatur ordinariis, & extraordinariis, *Menoch. conſ.292. num.6. cum ſeqq.* munus, ſive (ut meliùs dicam)
19 onus quindennii, prout onus laudemii, procul dubio ordinarium eſt, à conſuetudine generali, aut particulari, vel à partium conventione certam, & determinatam præſtationem impoſitam habens, *Menoch. mox laudato conſil.* 297. *num.* 8. quanvis per accidens tàm quin-
20 dennium, quàm laudemium non habeat in alio ſenſu ubique certam, eandemque taxam, ſeu ſummam, ſed modò majorem, modò minorem juxtà cujuſcumque regionis, locique particularem conſuetudinem, *Niger de laudem. to.1. qu.3. per tot. & qu.48. n.16.* ac ſicuti pleniſſi-
21 ma immunitas Regularibus conceſſa, non includit immunitatem, ſeu exemptionem quartæ funeralis Parocho debitæ ob ſepulturam apud Regulares electam, cùm quarta hujuſmodi debeatur ratione laboris adminiſtrationis Sacramentorum, ſicque ex cauſa onerosa, ità ampliſſima immunitas in noſtro caſu non liberat à ſolutione quindennii, quod debetur in recompenſationem damni Domini directi ex emphyteuſi
22 ad manum mortuam perventa, ſicque etiam ex cauſa onerosa, ut in ſimili de laudemio advertit *Menoch. conſ.297. n.20. cum ſeq.*

Quibus ſubditur, quòd ſicuti conceſſa per
23 Dominum directum libera facultate alienandi emphyteuſim, non indè remanet liberatus novus emphyteuta à ſolutione laudemii, ità quoque conceſſa per Principem ampliſſima immunitate, non remanebit liberatus novus emphyteuta à laudemio, ac per conſequens à quindennio, *Niger de laudem. tom.1. qu.48. n.24. circà fin. verſiculo, & hac ratione*, cumque manus mortua onere quindennii gravetur ex conſuetudine ad reſarciendum damnum Domini directi ortum ex amiſſione laudemiorum ob inaliena-
24 bilitatem bonorum penès manum mortuam, vel ſaltem eorum difficilem, ac raram alienationem, ut tetigimus ſuprà in *Cap. I. & II. ac alibi paſſim in hoc Tractatu*, non poteſt eadem manus mortua libera fieri ab hujuſmodi onere abſque conſenſu ejuſdem Domini directi, cui
25 fuit jus quindenniorum ex contractu perfectè, ac irrevocabiliter quæſitum, prout jus laudemiorum, *Niger de laudem. qu.48. num.40. in med. verſiculo negativam, junctis nn.41. & 42.*

Meliùſque intrabit noſtra principalis reſolu-
26 tio accedente obſervantia, quòd nempè non obſtante immunitate ab omnibus, & quibuſcumque oneribus, ſemper manus mortua ſolverit quindennium, ut de laudemio notat *Menoch. conſ.297. n.33.* immò etiamſi immunitas conceſ-
27 ſa fuerit ex cauſa publica, & favorabili, puta agriculturæ, aliave ſimili, *Niger de laudem. tom.1. qu.48. n.33. cum ſeqq.*

Neque obſtat, quòd immunitas univerſaliter conceſſa cum dictionibus *ab omnibus, & quibuſcumque*, ſine aliqua differentia comprætien-
28 dere videatur etiam onus quindennii, extendendo univerſalem orationem ad penitùs remota, & quæ aliàs ſub generali ſermone minimè continerentur, veluti ait in caſu laudemii *Niger de laudem. qu.48. nu.10. cum ſeqq. tom.1.* hujuſmodi enim univerſalitas reſtringenda venit ad ſubjectam materiam, qualia ſunt ipſa ſola onera à Principe ipſo concedente impoſita.

Minùs reſiſtit, quòd eo ipſo, quòd conceditur immunitas ampliſſima tàm ab oneribus realibus, quàm perſonalibus, videtur quoque conceſſa immunitas à quindennio, cùm quinden- 29
nium uti ſoboles laudemii ſit onus reale, debitum nempè ratione emphyteuticæ rei per manum mortuam poſſeſſæ argumento *l. fin. C. de jur. emphyt.* quia licet tàm laudemium, quàm quindennium ſit onus reale, uti rei annexum, non tamen eſt onus extraordinarium, & publicum, 30
ut indè remiſſum cenſeatur, ut inquit *Menoch. conſ.297. num.34.*

ARGUMENTUM.

Dominus directus non poteſt recuſare, ut emphyteuſis tranſeat ad manum mortuam, quando iſta parata eſt ſolvere quindennium.

SUMMARIUM.

1 *Dominus directus non poteſt recuſare, ut emphyteuſis tranſeat ad manum mortuam, quando iſta parata eſt ſolvere quindennium.*
2 *Ceſſante cauſa ceſſare debet effectus.*
3 *Manus mortua remanet habilitata ad retinendum emphyteuſim mediante ſolutione quindennii.*
4 *Amortizatio eſt in facultate potiùs Domini directi, quàm in facultate manus mortuæ.*
5 *Æquitas prævalere debet rigori.*
6 *Quiſquis in rebus ſuis eſt moderator, & arbiter.*
7 *Valdè abhorret etiam in rebus ſuis uti indiſcreto arbitrio.*
8 *Nulla fit injuria Domino habere manum mortuam emphyteutam, ſi illam parata ſit quindennia ſolvere.*
9 *Manus mortua eſt potentior.*
10 *Eccleſia uti cultrix juſtitiæ, non præſumitur velle ſuppeditare Dominum directum.*
11 *Pacta inter partes ſervari debent.*

CAPITULUM XLIV.

OB incapacitatem manus mortuæ ſæpiſſimè accidere poteſt, quòd Dominus directus nolit, ut emphyteuſis in illam transferatur, & è contrà quòd manus mortua prætendat emphyteuſim ad ſe transferri oblata ad hunc effectum quindenniorum ſolutione, undè in præſenti pro diruenda hujuſmodi controverſia firmatur quòd
Dominus directus non poteſt recuſare, ut em- 1
phyteuſis tranſeat ad manum mortuam, quando iſta parata eſt ſolvere quindennium, in puncto *Carol. Anton. de Luca in Appendice poſt Schol. ad Gratian. diſcept.784. n.4. fol. mih. 306. column.1. & in obſerv. ad de Franch deciſ. Neapolit. 659. nu.6. Card. de Luca de emphyteuſi diſc.28. nu.6. & in conflict. ſeu obſerv. eod. tit. de emphyt. obſerv.224. per tot. & ſignanter in fine, Carolus de Alexio in obſerv.156. nu.7. ad conſult. Capyc. Latr. lib.2. poſt Carol. Anton. de Luca in obſerv. ad ejuſd. Capyc. conſult. repetit. poſt Tract. inter Doctores litera B. D. BB. DD. & EE.* cùm enim manus mortua incapax

pax ſit retinendi emphyteuſim ob præjudicium inde Domino directo reſultans in amiſſa ſpe laudemii, ac devolutionis, non videtur poſſe impediri hujuſmodi retentionem, quando compenſatum remanet damnum hujuſmodi mediante quindenniorum oblatione per manum mortuam facta, quaſi tunc ceſſet cauſa prohibitionis, ſeu
2 incapacitatis, ideoque ceſſante cauſa ceſſare debet effectus, *Barboſa axiom.* 40. *nu.*4. *cum ſeqq.* immò ſatis videtur ſublatum omne obſtaculum, quando manus mortua parata eſt ſolvere quin-
3 dennia, etenim remanet proindè habilitata ad retinendum mediante ſolutione quindennii, *Pigant. ad Statut. Ferrar. lib.*2. *Rubr.*127. *num.*123. *Bonden. collect. legal.* 35. *num.*123. *cum ſeq. Rota dec.*20. *nu.*6. *poſt Card. Albicium de inconſtant. in judic. & poſt Gobium tract. var. deciſ.*38. *nu.*8. *in principio, verſiculo & aliquotiès, & num.*12.

Nec obſtat, quòd amortizatio ſit in facultate
4 potiùs Domini directi, quàm in facultate manus mortuæ emhpyteutæ, & ſic acceptatio quindenniorum dependeat à voluntate ipſius Domini, *Cortiada deciſ.Cathalon.*284. *nu.*51. *par.*5. *repetit. poſt Tract. inter deciſion.exter.in ordine la IV.* quia ad ſummum de rigore hoc procederet, non de æquitate, quæ rigori ſemper præponderare, &
5 prævalere debet, *Calvin.de æquit.lib.*1.*cap.*4.*n.*18. *cum ſeqq. Barboſa axiom.* 15. *num.* 1. *cum ſeq.*

Minùs obſtat, quòd quis in rebus ſuis eſt mo-
6 derator, & arbiter *l. ſed etſi lege* 25. §. *Conſuluit* 11.*ff. de petitit.hæredit. l.in re mandata* 21.*C.mandat.* undè videtur, poſſe recuſare, nè tranſeat in manum mortuam emphyteuſis, quia quando damnum, quod ex tali tranſitu infertur Domino directo, reſarcitur alia æquivalenti via, qualis eſt illa quindenniorum, ab æquitate valdè abhor-
7 ret indiſcreto uti arbitrio etiam in rebus ſuis, & in præjudicium tertii, qualis eſt manus mortua §. 1. *Inſtitution. de his, qui ſunt ſui, vel alien.jur. l.* 1. *C. de uſufructu.*

Minoris inſuper irrelevantiæ eſt aſſerere, non debere eſſe in poteſtate emphyteutæ transferre in incapacem, qualis eſt manus mortua, emphyteu-
8 ſim invito Domino, quia nulla fit injuria Domino habere manum mortuam emphyteutam, ſi illa parata ſit quindennia ſolvere.

Minoris denique momenti eſt, quòd non ſolùm ob inalienabilitatem, & conſequenter ob ceſſationem laudemiorum manus mortua eſt incapax emphyteuſis, ſed etiam eo quòd intereſt
9 Domini directi, nè emphyteuſis tranſeat in potentiorem qualis eſt manus mortua, quæ difficiliùs conveniri poteſt, ex per nos deductis ſuprà
10 in *Cap.*1. & 2. quia cùm Eccleſia ſit cultrix juſtitiæ, non præſumitur velle ſuppeditare Dominum directum, *Fulgin. de jure emphyt. tit.de alienation. qu.*1. *n.*37. & *tit.de contract. emphyt.qu.*22.*n.*32.

Supradicta autem reſolutio non intrat, quando adeſſet ſpecialis conventio in Inveſtitura, nè emphyteuſis tranſiret in manum mortuam, cùm
11 pacta inter partes ſervanda ſint ex traditis per *Barboſam axiom.* 173 *num.*1. & *per tot.*

ARGUMENTUM.

Manus mortua emphyteuta non poteſt emphyteuſim dimittere in præjudicium Domini directi, ad ſe eximendum à ſolutione quindenniorum.

SUMMARIUM.

1 *Feudatarius, mediante renunciatione feudi, prædium liberat.*
2 *Non debet eſſe in poteſtate emphyteutæ per indirectum ſubtrahere Canones Domino.*
3 *Vaſſallus renunciare nequit feudo invito Domino.*
4 *In Luſitania renunciari non licet emphyteuſi.*
5 *In contractibus ex poſt facto adeſt neceſſitas.*
6 *Dominus directus renunciare nequit emphyteuſim, invito emphyteuta.*
7 *Canon ſolvitur in recognitionem dominii.*
8 *Licet diminuatur fundus, non minuitur tamen dominium, quod nec plus, nec minus recipere poteſt.*
9 *Difficultas æquiparatur impoſſibilitati.*
10 *Filii, non ſequuta ratificatione emphyteuſis acquiſitæ à matre pro ſe, & filiis, poſſunt emphyteuſim renunciare.*
11 *Reprobatur contrarium tenens* Faber in Cod.lib.4. tit. 42. definit. 11. vol. 1. *quod nempè ſemper emphyteuta renunciare poſſit emphyteuſim invito Domino.*
12 *In Gallia talis viget conſuetudo.*
13 *Scrupulus remanet an tuta conſcientia ſequendus ſit* Anton. Faber.
14 *Magis attendendus* Anton. Faber *in ſuo Codice, ubi ſe gerit practicum.*
15 *Declaratur* Rota deciſ.89.n.4.& deciſ.143. nu.3. parte. 15. recentior.
16 *Uſufructuarius poteſt uſufructui renunciare ad ſe ſublevandum ab onere, ad quod aliàs teneretur ratione ipſius uſufructus.*
17 *Fructuarius, renunciando non nocet Domino, indeque poteſt ſuo beneficio renunciare.*
18 *In caſu renunciationis emphyteuſis ſolvi deſinunt tàm Canones, quàm quindennia.*
19 *Emphyteuta renuncians emphyteuſi, non repetit melioramenta.*
20 *Renunciando emphyteuſi ceſſant quindennia, & Canones.*
21 *Dominus præjudicare nequit emphyteutæ ex facto proprio.*
22 *Dominus, invito emphyteuta, renunciare nequit ẽphyteuſi, præſcindendo à contraria conſuetudine.*
23 *Emphyteuta, cedendo emphyteuſim, non remanet liberatus à Canone, laudemio, & quindennio.*
24 *Renunciatio Vaſſalli non tenet.*
25 *Debitor, imminente monetæ mutatione ſolvere non poteſt creditori antè tempus.*
26 *Nemo debet locupletari cum aliena jactura.*
27 *Per renunciationem emphyteuſis non remanet emphyteuta liberatus à ſolutione canonis, & quindennii.*
28 *In locis, ubi ex conſuetudine licet emphyteuſim renunciare, poteſt emphyteuta, illam renunciando, liberari à quindenniis.*
29 *Particulares conſuetudines ſunt ad inſtar pactorum.*
30 *Conſuetudinis requiſita quæ.*
31 *Conſuetudo renunciandi emphyteuſi eſt rationabilis.*
32 *Manus mortua emphyteuta, renunciando emphyteuſi vigore conventionis de illi renunciando quandocumque, liberatur à ſolutione quindenniorum.*
33 *Idem in caſu, quo inveſtitura reddatur inutilis.*
34 *Dominus conſentire poteſt alienationi emphyteuſis.*
35 *Unio dicitur favorabilis, reducens rem ceſſam ad primævam ſuam naturam.*
36 *Verius eſt, emphyteutam non poſſe renunciare emphy-*

phyteuſi ad liberandum ſe à laudemiis invito Domino.

37 *Emphyteuſis celebratur mutuo conſenſu dantis, & recipientis bona ad meliorandum.*

38 *Nullus poteſt idem contractus infici, niſi invicem qui dedit, & recepit, conſentiant in ejuſdem contractus infectione.*

39 *Uſufructuarius, & emphyteuta æquiparantur.*

40 *Manus mortua emphyteuta, ultrà canones, tenetur etiam ad quindennia.*

41 *Argumentum ab uſufructuario ad emphyteutam non tenet.*

42 *Emphyteuta eſt etiam pluſquàm uſufructuarius.*

43 *Feudatarius, & emphyteuta inter ſe ſimiles.*

44 *Feudum datur gratia Vaſſalli, & Domini.*

45 *Contractus ab initio eſt voluntatis, poſteà verò fit neceſſitatis.*

46 *Emphyteuſis non datur principaliter gratia emphyteutæ.*

47 *Vaſſallus non eſt obligatus, ut emphyteuta.*

48 *Argumentum de feudatario ad emphyteutam non procedit data aliqua diſparitate.*

49 *Quidquid ſit in caſu, quo militat eadem ratio.*

50 *Emphyteuta per renunciationem non poteſt præjudicare ſuo creditori.*

51 *Benè conſulitur Domino in exquirendo illius conſenſu ad acceptandam renunciationem.*

52 *Ex facto emphyteutæ præjudicari nequit Domino.*

53 *Canones anticipatè ſolvi nequeunt, invito Domino.*

54 *Tempus ſolutionis canonum eſt adjectum tàm favore Domini, quàm emphyteutæ.*

55 *Canon eſt penſio annua, indèque non licet contrà legem contractus ſolvere.*

56 *Creditor habens ſuſpectum ſuum debitorem, antè diem petere poteſt cautionem de ſolvendo.*

57 *Anticipatè ſolvi poteſt canon, faciendo inſtrumentum, in quo recognoſcatur Dominus pro tempore ſolutionis.*

CAPITULUM XLV.

AD abundantiam diſcuſſo in ſuperiori *Cap.*
articulo ſuper ſolutione quindenniorum
per manum mortuam facienda, etiamſi à Prin-
cipe habuerit exemptionem, ac immunitatem
ab omnibus, & quibuſcumque oneribus, ſupe-
reſt in præſenti inveſtigare ſuper emphyteuſis
dimiſsione, ſeu renunciatione in manibus Do-
mini directi per emphyteutam manum mor-
tuam facta ad ſe eximendum ab ulteriori quin-
1 denniorum gravamine ad inſtar Vaſſalli, ſeu
feudatarii volentis liberare, ſeu emancipare
prædium, & à clientela ſeſe abdicare mediante
renunciatione, ſeu repudiatione feudi, ut ait
*Ferron. ad Conſuetudin. Burdegalenſ. lib. 2. tit. 8. §. 6.
in principio*; hujuſmodi autem inſpectio depen-
det ab alia, in qua habetur in genere, ſeu in ab-
ſtracto, non poſſe emphyteutam renunciare
emphyteuſim invito Domino, nè ſit in poteſta-
2 te emphyteutæ per hunc modum indirectum
ſubtrahere canones Domino, & prædium em-
phyteuticum forſitan incultum deſerere, *Jaſon
in l. in emphyteuticariis 2. nu. 24. C. de jur. emphyt.
Pariſ. de reſign. lib. 3. qu. 15. nu. 7. Connan. commen-
tar. Jur. civil. lib. 4. cap. 12. n. 7. in fine litera G. An-
tonell. de temp. legal. lib. 1. cap. 38. nu. 26. in princip.
& lib. 3. cap. 7. n. 89. ubi in fine*, ad inſtar Vaſſalli,
qui renunciare non poteſt feudo invito Domi-
no, *Parlador. quotid. lib. 2. cap. 16. n. 9. in fine, The- 3
ſaur. filius in addit. ad deciſ. patris 20. litera A. in
princip. Giurba obſerv. 7. n. 8. verſiculo negantium,
par. 1. Roderic. de annuis reddit. lib. 1. qu. 9. n. 68. Ti-
raquell. de retractu §. 34 gloſ. 1. n. 2. Corbul. de cauſ.
privation. emphyteuſ. tit. 8. num. 4. Cyriac. controv.
par. 1. contr. 182. nu. 69. Saiſon. in conſuetud. Turo-
nenſ. tit. 16. artic. 2. verſic. ſed an emphyteuta pag.
mihi 118 col. 2. Borell. ſumma deciſ. tom. 1. tit. 33.
n. 137. Bruneman. in l. cùm fructuarius 64. n. 6. ff. de
uſufruct. Surd. de alim. tit. 9. qu. 23. n. 24. Duard. de
cenſib. qu. 9. §. 5. n. 3. tom. 2. Guid. de Suzario de jure
emphyt. n. 53. Pinell. in l. 1. par. 2. num. 72. limitat. 8.
C. de bon. matern. & in l. 1. par. 1. cap. 4. nu. 2. in med.
C. de reſcind. vend. Barboſa in addit. ad remiſſion. Or-
dination. Reg. Portugal. lib. 4. nu. 104. Niger de lau-
dem. tom. 2. qu. 12. num. 4. Card. Mantica de tacit. &
ambig. convent. lib. 22. tit. 24. nu. 2. cum ſeqq. tom. 2.
Gallerat. de renunc. tom. 1. lib. 2. cap. 3. n. 12. Rebuff.
in l. inter ſtuprum 101. § Divortium 1. ff. de verb.
ſign. verſiculo item is, qui ad locationem, Gratian.
diſc. 557. n. 12. cũ ſeqq. & dec. March. 87. n. 1. 13. &
19. Fulgin. de jure ẽphyt. tit. de renunc. q. 5. n. 1. cum
ſeqq. & per tot. Valaſc. conſult. dec. to. 1. conſult. 28.
nu. 4. Pinheyr. de emphyteuſi par. 2. diſput. 4. ſect. 7.
§. 9. n. 152. & diſp. 8. ſect. 1. n. 13. Card. de Luca eod.
tract. diſc. 34. n. 1. cum ſeq. & de feud. diſc. 78. nu. 2.
Scoppa in addit. ad dec. March. Gratian. 87. n. 1. cum
ſeq. Rota poſt Card. de Luca de ſervitut. emphyteuſ.
locat. & conduct. dec. 22. n. 9. & in Romana emphy-
teuſis 5. Junii 1686. §. At Domini, & in Neapo-
litana emphyteuſis 16. Maij 1687. § Domini cum
ſeqq. & 27. Junii 1689. & in alia Romana emphy-
teuſis 10. Junii 1687. cor. Hervault. Epiſcopo Tu-
ronen. Rota Lucen. penès Manſium conſult. 280. à
n. 190. uſque ad n. 197.* eſt benè verum, quòd em-
phyteuſi de conſuetudine renunciari poteſt, *Scop-
pa ad dec. Gratian. March. 87. n. 2. Niger de laudem.
tom. 2. qu. 12. nu. 7. Fulgin. de jure emphyt. tit. de re-
nunc. qu. 5. num. 3. Gallerat. de renunc. centur. 1. re-
nunc. 40. num. 5. tom. 2. Tiraquell. de retract. § 34.
gloſ. 1. nu. 1. cum ſeqq. Arnold. Ferron. in Conſuetud.
Burdegalenſ. lib. 2. tit. 8. § 6. in princip. Fontanella de
pact. tom. 1. clauſul. 4. gloſ. 18. num. 122. cum ſeqq.*
prout etiam ex peculiari Statuto renunciari va-
let, *Gallerat. loc. cit.* ubi de ſimili Statuto Civita-
tis Papien, ubi *n. 6. in fine* ſubdit, non tamen re-
nunciari ob dolum, quotieſcumque res eſt dete-
riorata facto, vel occaſione emphyteutæ, nec
in noſtra Luſitania renunciari licet emphyteuſi 4
ob præjudicium Domini notabile indè reſultans,
juxtà *Ordination. Reg. Portugall. lib. 4. tit. 64. §. 1.*
optima quidem ratione, quia videlicet in con- 5
tractibus ex poſt facto adeſt neceſsitas, cùm
priùs adeſſet voluntas, eo modo, quo nec Domi-
nus renũciare poteſt emphyteuſim invito ẽphy- 6
teuta, *Gratian. dec. March. 87. n. 3. Ferron. in Conſue-
tud. Burdegalenſ. lib. 2. tit. 8. § 6. in princip. verſ. alii
id negant*, quod tamen cum Epichæja intelligen-
dum fore moneo, in caſu videlicet, quo res em-
phyteutica in totum, vel in majori parte ſana,
& (ut ità dicam) fruibilis ſit, quanvis res ali-
quam pateretur diminutionem, non tamen no-
tabilem, dum ſicuti emphyteuta ob diminutio-
nem rei emphyteuticæ non poteſt emphyteuſim
dimittere, aut canonum diminutionem præten-
dere eo, quòd modicus canon perſolvitur in re- 7
cognitionem potiùs directi dominii, quod penès

Dominum reſidet, quàm in recompenſationem fructuum ex fundo emphyteutico percipiendorum, *Novar. de gravamin. Vaſſal. gravam.* 126. *nu.*3.*cum ſeq.tom.*2. & tandiu durat dominium,
8 quandiu durat ſubſtantia rei, ità ut licet diminuatur fundus, non minuitur tamen dominium, quod nec plus, nec minus recipere poteſt, *Novar loc.cit.n.*5. ità nec poteſt emphyteuſi renunciare ex capite aliquo ad effectum ſe liberandi à quindenniis, quæ ſolvuntur loco laudemiorum ſolvendorum in laudationem, ſeu recognitionem Domini, alias enim ſi emphyteuta emphyteuſi frui nequeat, niſi maxima cum difficulta-
9 te, quæ æquiparatur impoſſibilitati, tunc renunciando liberaretur à canonum ſolutione etiam reluctante Domino, *Tiraquell.de retractu gloſ.*1.§.34.*n* 4.*Fulgin.de jur.emphyt.tit.de renunciat qu.*5.*n.*4.*Theſaur.filius in additione ad dec.Patris* 20. *litera A. in princ. Gratian.dec.March.*87. *nu.*9.*cum ſeq.& dec.*88.*nu.*11. vel in caſu, quo emphyteuſis eſſet acquiſita à matre pro ſe, &
10 filiis, qui, ſi ſequuta non fuerit ratificatio, poſſunt emphyteuſim renunciare, *Pinheir.de emphyteuſi par.*2.*diſput.*4.*ſect.*7.§.9.*n.*152.*in fine, Borell. in ſumma dec.tom.*1.*tit.*33.*n.*139

In minimum refragante contraria opinione *Fa-*
11 *bri in ſuo C.dicto Fabriano lib.*4. *tit.*42. *definit.*11. *vol.*1. tenentis ſemper emphyteutam renunciare poſſe etiam invito Domino, quoniam ad omne pejus procederet, dummodò antè omnia ſolvantur penſiones omnes, & canones omnium annorum præteritorum, vel ipſe loquitur in caſu peculiaris conſuetudinis, ut reſpondet *Borell.in*
12 *ſumma dec.tom.*1.*tit.*33.*n.*140. & in Gallia viget hujuſmodi conſuetudo juri communi contraria, de qua *Tiraquell. de retractu* §.34.*gloſ.*1.*n.*1. *cum ſeqq.* ultrà quòd ſemper aliquis ſcrupulus rema-
13 net, num tuta conſcientia Advocati, & Judices poſſint cum opinionibus *Antonii Fabri* patrocinia ſuſcipere, & cauſas decidere, dum ſunt ſpeculativæ potiùs, quàm practicæ, *Xamar.de offic.Judic.& Advocat.par.*1.*qu.*3.*n.*18. quanvis ad ſummum videantur magis attendendæ in
14 ſcriptis in ſuo Codice, ubi practicum ſe gerit, *Cutell.de donation.contempl.matrim.tract* 1. *diſc.*2. *particul.*15.*n.*9.

Minùſque obſtat *Rota dec.*89 *nu.*4.*& dec.*143. *nu.*3.*par.*15.*recen.* in quibus ſupponitur, poſſe
15 emphyteuſi renunciari, quippè loquitur in hypotheſi, in qua præceſſit tranſactio, & ſic acceſſit conſenſus Domini, cui renunciationem acceptare volenti nulla fit injuria.

Nequaquam inſuper turbat, quòd ſicuti uſufructuarius poteſt uſufructui renunciare ad ſe ſublevandum ab onere, ad quod aliàs teneretur
16 ratione ipſius uſusfructus ad limites *text.in l.cùm fructuarius* 64 *ff.de uſufructu, l ſi ex duobus* 17.*ff.de noxal.action.* ità & emphyteuta, ſeu emphyteuticarius cum uſufructuario fraternizans videretur poſſe etiam emphyteuſi renunciare, quia in hoc diſpar militat ratio, dum fructuarius ſæpè ex cauſa lucrativa, emphyteuta verò ex cauſa onéroſa eſt, immò fructuarius Domino, ſeu ptoprietario nihil præſtat, nec ei re-
17 nunciando nocet, indèque poteſt iſte ſuo beneficio renunciare, ut conrradiſtinguit *Gallerat. de renunciat.tom.*1.*lib.*2.*cap.*3.*n.*3.*&* 12.*poſt med. verſiculo ex quibus*, immò in Domini favorem conſolidat uſumfructum cum proprietate; eodem ferme pacto videmus, emphyteutam poſſe renunciare emphyteuſim etiam abſque licentia directi Domini favore compræhenſorum in Inveſtitura, licet non ſoluto laudemio, ad quod eo caſu non tenetur, cum tunc non agatur de præjudicio Domini, ſed jura dominicalia, & canones ſalvi remanent, ac ſolvuntur per renunciatarium, in caſu verò noſtræ principalis reſolutionis ſolvi deſinunt tàm canones, quàm quin- 18
dennia, quod in duplex damnum redundat, *Donad.de renunciation.cap.*19.*n.*81.*lib.*2.

Hinc fit, quod in caſu, quo dimiſſionem hujuſmodi, ſeu renunciationem emphyteuſis acceptare velit Dominus, adhùc emphyteuta in pœnam ultroneæ dimiſſionis non repetit melioramenta à ſe facta, ſed videtur illa donare, ſibi- 19
que imputare debet, *Amat. reſol.*14.*nu.*61.*par.*1. *Faber in ſuo Cod. lib.*4.*tit.*42.*defin.*13.*& defin.*37. *n.*8. ubi ita decitum in Senatu Sabaudiano.

Quibus præhabitis conſtanter aſſerimus, manum mortuam emphyteutam non poſſe dimittere fundum emphyteuticum ad ſe impoſterum liberandum à quindenniali ſolutione, dum per hujuſmodi renunciationem, ſeu voluntariam dimiſsionem irrogaretur maximum damnum juribus Dominicalibus, & ceſſarent quindennia- 20
les ſolutiones, immò & canones, & ſic duplici gravaretur jactura Dominus contrà omnem æquitatem, & emphyteuta ex facto ſuo præjudicaret Domino, quod facere nequit, *Tiraquell. de retractu* §.34.*gloſ.*1.*in principio, & n.*6.*Capella Tholoſana dec.*404.*n.*1.*Rota in recen.dec.*222.*n.*11. *par.*8. prout nec emphyteutæ præjudicare po- 21
teſt Dominus ex facto ſuo, *Rota dec.*176.*nu.*38. *par.*5.*recen.tom.*1. Sicuti etiam è contrà Dominus directus nec invito emphyteuta valet renun- 22
ciare, præſcindendo à conſuetudine in contrarium, *Ferron.in Conſuetud.Burdegalenſ.lib.*2.*tit.*8. §.6.*in principio, verſiculo alii id negant*, rationem autem genuinam puto eam eſſe, quia nempè tàm canones, quam laudemia, & eorum ſuccedanea, ſeu ſubſidiaria quindennia debentur non ratione ſolius rei, ſeu fundi emphyteutici, ſed magis ratione perſonę ipſius emphyteutæ, qui ex ſuo contractu obligatus ad hujuſcemodi præſtationes, ut ità dicam, canonales, laudemiales & quindenniales, reſpectu rei emphyteuticæ in recognitionem dominii, cedendo ipſam rem, 23
non remanet liberatus juxtà originalem theoricam *Bartoli in l is, cum quo* 7.*n.*1.*ff.de aqua pluvia arcenda*, *Peregrin.dec.Patavin.*150.*n.*4. iniquum namque videretur, ut manus mortua emphyteuta tàm difficilè, tàmque raró à ſe dimittere ſolita emphyteuſim tàm facilè per renunciationem dimittere poſſet, aliàs in fraudem Domini dari poſſet caſus, quòd manus mortua in limine maturationis primi quindennii ad ſe ab illo liberandum, renunciaret emphyteuſi, exemplo Vaſſalli, cujus renunciatio non tenet, 24
præſertim ſi illa fiat fraudulenter tempore, quo imminet bellum Domino ſuo eo, quòd tunc incipit ſervitium eſſe certum, ſicuti in caſu emphyteutæ renunciantis tempore, quo quindennium incipit deberi, *Capella Tholoſana dec.*403. *nu.*5.*in principio*, prout nec debitor imminente monetæ 25
mutatione ſolvere poteſt creditori antè tempus, nè in valore præjudicetur, *Nevizan. conſ.*94. *n.*16.

n.16.Gobius de monet.qu.3.nu.48.cum ſeq.Corrazzar.de augum.monet.artic.4.num.112.Antonell.de temp.legal.lib.4.cap.5.n.27.Salgad.labyrint.creditor.par.2.lib.1.cap.29.nu.40.Scaccia de Camb.§.2. gloſ.3.n.117. R.P.D. Vincentius Petra meritiſſimus S. Congregationis Concilii, hodiè Epiſcoporum, & Regularium à Secretis in ſuis aureis, ac eruditiſſimis *Commentar.ad Conſtitut.Apoſtol. in Conſtit.V.Innocentii III.ſect.1.num.7.Adden.ad Innocent.X.dec.129.Adden.ad dec.67. n.61.par.9. recen.*

Aliàs eſſet in facultate emphyteutæ præjudicare, quandocumque Domino directo, & antè lapſum quindecim annorum ad effugiendam ſolutionem primi quindennii maturandi manus mortua renunciaret,ſeſeque per talem renunciationem liberari prætenderet etiam à primo, ac
26 unico quindennio tanquàm nondùm maturato, quod eſſet locupletari cum aliena jactura contra tramites juſtitiæ *l.jure naturæ 206.ff.de regul. jur.l.nam hoc natura 14.ff.de condict. indebit.* immò poſſet dari caſus, quòd admiſſa emphyteuſis renunciatione, non tàm facilè, nec tàm brevi Dominus directus inveniret alium emphyteutam, & ſicuti per renunciationem emphyteuſis
27 non adhùc remanet liberatus emphyteuta à ſolutione canonis, ità nec à ſolutione quindennii, *Corbul. de cauſ.privat. emphyteuſ. tit. de cauſ.privation.ob non ſolut.canon.ampl.11.nu.5. Fulgin.de jure emphyt.tit.de ſolut.canon.qu.1.n.93. & tit.de laudem.qu.29.nu.4.Burgius de laudem.inſpect.28. n.7.par.2.*

In locis autem, ubi ex conſuetudine licet em-
28 phyteutæ emphyteuſim renunciare, poteſt emphyteuta illam renunciando liberari à quindenniis, *Niger de laudem.qu.12.n.4.cum ſeqq. tom.2. Fontanella de pactis clauſ.4.gloſ.18.par.1.nu.129. cum ſeq.tom.1. Duard.de cenſib.qu.9. §.5.n.4.Gratian.dec.March.87.n.8.* cùm enim conſuetudo ſit altera lex, illam habens pro ſe, utitur jure ſuo, nullamque irrogat Domino injuriam, qui conqueri nequit de emphyteuta utente jure ſuo, ſeu faciente, quod ei permittit conſuetudo loci,
29 dum particulares conſuetudines ſunt ad inſtar pactorum, ac conventionum inter Cives initarum, ut in ſpecie de conſuetudinibus Neapolitanæ Civitatis *Capon.diſcept.393.num.36. tom.5. Donad.de renunc. tom.1.cap.49. nu.260.cum ſeqq. Marcian.diſput.44.nu.13.tom.1.Bonden.collect.legal.44.nu.76.Palma Nepos dec. Rotæ Lucen.247. n.45.cum plurib.ſeqq. tom.3. Urceol.dec.46. n.17. cum ſeq.* equidem in materia emphyteutica attenditur conſuetudo, *Piaggius de conſuet. qu.11. nu.169.Fulgin.de jure emphyt. tit.de alienat. qu.1. n.250.* dummodò conſuetudo localis ſuis muni-
30 ta ſit requiſitis, qualia ſunt, ut fuerit introducta ab habente poteſtatem condendi legem, atque legitimè præſcripta, & ſic nunquam per contrarios actus interrupta ex latè traditis per *Caſtellin.de conſuet.punct.1.num.2.cum ſeqq.ac per tot. Piaggius eod.tract. qu.7. per tot. Donad.de renunciat.tom.1.cap.3.n.2.cum ſeqq.*

Nec puto eſſe immorandum in ſuperflua in-
31 veſtigatione, an conſuetudo hujuſmodi ſit rationabilis,quando illam pro tali canonizare videntur *Doctores ſuprà citati*, de ipſa teſtantes in eorum Patriis.

Liberabitur pariter manus mortua emphyteuta à ſolutione quindenniorum renunciando 32
emphyteuſi vigore conventionis inter emphyteutam, & Dominum initæ de renunciando emphyteuſi quandocumque, *Speculator par.3.lib.4. tit.de emphyteuſi n.154.in med.verſiculo quia aut in conceſſione*, vel ſi jus Inveſtituræ penès inveſtitam manum mortuam reddatur inutile, puta in caſu Inveſtituræ Molendini cum pacto, quòd emphyteuta teneatur gratis molere pro tota fa- 33
milia inveſtientis, ſeu illius hæredibus, quæ tractu temporis augeatur, vel inveſtiens ad dignitatem aliquam aſſumatur, *Gobius de aquis qu.16. n.7.*ubi *n* 8.idem firmat in caſu monetarum mutationis, *Carena reſol.68.in fine, Andreol.cont.379. n.15.Mellius alleg.40.n.13.cum ſeq.lib.2.*

Præſcindendo autem à conſuetudine, ſemper firma remanet reſolutio, non poſſe per emphyteutam manum mortuam renunciari emphyteuſi invito Domino ad ſe eximendum à quindenniis, nec turbare poteſt ſcrupulus, quòd Dominus habet electionem tantùm conſentiendi emphyteutæ circà translationem emphyteuſis in caſibus, in quibus intervenire poteſt pretium, & laudemium, ut in venditione ad limites *text.* 34
*in l.in emphyteuticariis 2.C.de jure emphyt.*è contrario ſenſu non videretur electio extendenda quoque ad caſum præſentem, quo res emphyteutica alio titulo, quàm venditionis diſtrahitur, & (ut magis groſſolanè loquar)diſpropiatur ab emphyteuta, deficiente ratione conceſſionis electionis, cumque per hujuſcemodi ceſsionem, ſeu renunciationem emphyteuſis ſequatur unio directi, & utilis dominii in una, & eadem perſona, ubi per priùs penès duas erat diviſum, tantò magis videretur danda facultas utili Domino, ſeu emphyteutæ jura ſua, & ipſam emphyteuſim cedendi Domino directo, quia ſe- 35
quitur unio favorabilis reducens rem ceſſam ad primævam ſuam naturam, *Can.ab exordio 2.diſtinct.35. l.ſi unus 27.§.Pactus 2.in fine ff. de pact.* attamen eſt verius, emphyteutam non poſſe renunciare emphyteuſi ad liberandum ſe à quindenniis, invito Domino; ſicuti eſt etiam verius, emphyteutam non poſſe renunciare emphyteuſi 36
ad liberandum ſe à laudemiis invito Domino, *Niger de laudem.qu.44 n.26.cum ſeqq tom.1.* ubi concludentiſsimam affert hujus opinionis rationem, quia nempè cùm emphyteuſis celebretur 37
mutuo conſenſu dantis, & recipientis bona ad meliorandum juxtà *l.1.& 2.C de jure emphyteut.* nullus poteſt idem contractus infici,niſi invicem 38
qui dedit, & recepit, conſentiant in ejuſdem contractus infectione ad *text.in l.nihil tàm naturale 35.ff.de regul.jur.*

Prout nec officit objectum, quòd uſufructuario licet renunciare uſufructui, quia licet uſu- 39
fructuarius, & emphyteuta æquiparentur, *ad text.in l.1.ff.de ſuperfic. Jaſon.in l.in emphyteuticariis 2.n.18.C.de jure emphyt.Antonin.var.reſol. lib.1.reſol.98.n.19.verſiculo pro qua opinione,Valaſc.de jure emphyt.qu.15.n.1.Caldas Pereyra eod. tract.qu.18.nu.12.Novar.de gravam.Vaſſall.gravamin.15.n.4.tom.3.Pacific.de Salvian.Interdict. inſpect.4.cap.1.n.181. Caſtill.de uſufructu cap.24. n.25.par.1.Reynoſo obſerv.19.n.3.Mantiſſa de jure Burgorum cap.1.num.469.Bellon. de jure accreſcend.cap.7.qu.59.num.27.& cap.9. qu.3.nu.5.& cap.10.qu.29.n.9.Gratian.diſcept.453. n.3. & 19.*

*& diſcept.557.nu.1. Card.Mantica de tacit.tom.2. lib.22.tit.30.n.34.Fulgin de jure emphyt.tit de melioram.qu.10.n.3 tit.de var.caducit.q.3.n.6 & tit. de diverſ.quæſt.qu.14.nu.2.Corbul.de cauſ.privat. emphyteuſ.ampl.12.num.25.ampl.37.n.3.Everard. Topic legal.loc.à minor.n.3.Sperell.dec.121.nu.25. tom.2.Rota coram Coccino dec.1567.n.9.*ubi quòd emphyteuta venit appellatione uſufructuarii, adeo ut emphyteuta ſit uſufructuarius, *§.Adeò 3.Inſtit. de locat. Fillincc. qu.moral.can. tract.31. cap.3.n.70.to.2 Conrad.de contract q 12.argum.2. poſt 2.concluſ. Molina de Juſtit. & Jure tract.2. diſput.10.verſiculo quod emphyteuta litera C.col.1.* Attamen uſufructuarius nullum dominii genus habet in re, qua fruitur, ſed illud eſt temporale, & finitur inter alios modos, ipſum Proprietario cedendo, cujus ceſſio, ſeu renunciatio non ſolùm nullum infert præjudicium proprietario, ſed potiùs maximum commodum in re fruenda, qua antè renunciationem frui nequiret, & ſic non benè infertur à renunciatione permiſſa uſufructuario ad renunciationem non permiſſam emphyteutæ, qui utilia jura habet in re emphyteutica, & qui viciſſim eſt obligatus ad canones, aliaque obſequia emphyteutica, & maximè loquendo in noſtra hypotheſi
40 de emphyteuta manu mortua, quæ ultra canones tenetur etiam ad quindennia, & ſic ad duplicata onera, ſeu obſequia, *Niger de laudem. tom.1.qu.44.n.30.*
41 Omiſſo, quòd argumentum ab uſufructuario ad emphyteutam non tenet, *Fulgin.de jure emphyt.*
42 *tit.de ſolution.canon.qu.13.num.9.*immò licèt emphyteuta ſit etiam pluſquàm uſufructuarius, *Caſtill.de uſufruct.cap.5.n.17.Leotard.de uſur.qu.52. n.15.in med.verſic. verùm emphyteuta,* nihilominus hoc procedit, dummodò non inferatur Dño præjudicium, quale eſt quindenniorum amiſſio.

Minùſque ſtringit in caſu argumentum à feudatario, ſeu Vaſſallo ad emphyteutam, qui in-
43 ter ſe fraternizant, & ideò diſpoſitum in uno cenſetur quoque diſpoſitum in alio, *Surd. deciſ. Mantuan.290. num.15.Rota in recen. dec.131. n.102.par.8.* quòd ſicuti Vaſſallus poteſt feudo renunciare, ita & emphyteuta, quia de jure antiquo Vaſſallus id facere poterat eo, quòd feudum tunc concederetur gratia ſolius Vaſſalli, ſecus hodierno jure, & conſuetudine, qua feu-
44 dum datur gratia tàm Vaſſalli, quàm Domini, *Iſernia in cap.1.de his, qui feud.dar.poſſ.n.5. Gallerat.de renunc.lib.2 cap.39.nu.8. tom.2. centur.1. Niger de laudem qu.44.n.31.cum ſeqq.tom.1.* em-
45 phyteuta inſuper eſt obligatus ergà Dominum ex contractu, qui ab initio eſt voluntatis, poſteà verò fit neceſſitatis *l.ſicut 25.ff.de obligat. & action.* feudatarius autem, quantumvis etiam ex contractu ſit obligatus, attamen eſt beneficiatus, tanquàm habens feudum in beneficium, quod principaliter datur ipſius gratia, indèque illud refutare valet citrà Domini voluntatem, quæ ratio ceſſat in emphyteuta, qui emphyteu-
46 ſim non habet in beneficium, neque illa datur principaliter gratia ipſius emphyteutæ, *Gallerat. de renunciat.centur.1.renunc.40.num.4.tom.2.* nec
47 Vaſſallus eſt obligatus præcisè, ut emphyteuta, ſed cauſativè tantùm, hoc eſt, dum feudum retinet, *Gallerat. loco mox citato in fine:* Immò ar-
48 gumentum de feudatario ad emphyteutam non procedit data diſparitate aliqua, & diſſimilitudine etiam modica, *Fulgin.de jure emphyt.tit.de ſolut.canon.qu.13.n.10.* quidquid ſit in caſu, quo 49
militat eadem ratio, veluti in fructuum perceptione, *Valaſc. de partition. & collation. cap.31. num.48.& 9.*

Si denique ob ſolum jus laudemii, quod eſt merè accidentale ſecundum facti contingentias, emphyteuſi renunciari nequit ex ſuprà deductis, quantò minùs renunciari poterit emphyteuſi ob jus quindennii, quod eſt certum, & habet tractum ſucceſſivum de quindecim in quindecim annos.

Jureque merito non admittitur renunciatio emphyteuſis, quia præter recenſita damna Domini tam in canonibus, quàm in quindenniis non eſt minoris ponderis illud forſitan Domino obventurum, quod nempè emphyteuta antè renunciationem impoſuerit emphyteuſi aliquam ſervitutem, hypothecam, obligationem, aut onus favore ſui creditoris, & hinc oriatur poſteà dubium, an ſequuta renunciatione tranſeat, ſeu revertatur emphyteuſis ad Dominum libera, ſivè potiùs obnoxia hujuſmodi ſervituti, hypothecæ, obligationi, aliique oneri, ex eo, quòd per renunciationem non videtur poſſe emphy- 50
teutam præjudicare ſuo creditori, quaſi aliter in fraudem videatur facta renunciatio ex traditis per *Caldas Pereyr.conſ.30.n.19.verſiculo quinimmò in fine, Tiraquell.de retractu §.34.gloſ.1.n.7. cum ſeqq.* undè ad evitanda jurgia inter Dominum, & emphyteutam defacto frequentiſſima, benè conſultum fuit in exquirendo Domini 51
conſenſu ad acceptandam renunciationem, de quo *Caldas loco mox citato nu.18.* Siquidem cùm ex facto emphyteutæ præjudicari nequeat Do- 52
mino, aut quomodocumque damnificari, *Calvin.de æquitate lib.2.cap.165.n.41.* hinc nec invito Domino canones anticipatè puta pro quin- 53
decim annis futuris ſolvi queunt, intereſt enim Domini, ut annuatim fiat ſolutio in recognitionem dominii, & quia canon ſæpè conſiſtit in vino, frumento, oleo, vel alio, quod curſu temporis variari poteſt, & in hoc gravari Dominus, ſicuti nec invito emphyteuta prætendi juxtà veriorem, de qua *Speculator tit.de emphyteuſi n.43. cum ſeq.Calvin.de æquit.lib.2.cap.165.n.27 Card. Mantica de tacit. & ambig. convent.tom.2.lib.22. tit.27.n.7.Antonell.de temp.legal.lib.4.cap.5.n.25. Fulgin. de jure emphyt. tit.de ſolut.canon. quæſt.1. n.148.& 363.Molina de contract.qu.453.num.20. Duard.de cenſib.§.3.qu.2.n.29.tom.1.* ex ratione, quia tempus ſolutionis canonum eſt adjectum tàm favore Domini directi, quam emphyteutæ, 54
vel potiùs favore ſolius Domini, *Duard.loco mox citato n.30.* ex alia quoque ratione, quia annualis ſolutio affert Domino majus commodum, dum per eam faciliùs jus Domini probatur, cùmque canon ſit penſio annua, ac uti talis debita ſingulis annis, non licet emphyteutæ reluctante 55
Domino contrà legem contractus ſolutionem facere ad *text.in l.ſi certis annis 28. C.de pact.Hodierna ad Surd.dec.Mantuan.120.nu.21.*quantunvis verum ſit è contrà, quòd creditor habens ſu- 56
ſpectum ſuum debitorem vel de fuga, vel de decoctione, vel de dilapidatione, vel de alienatione bonorum ad potentiores manus, antè diem ſolutionis petere poſſit cautionem de ſolvendo

vendo adveniente tempore, *Donad. de renunciat. cap. 28. n. 83. cum ſeq. lib. 1. Surd. dec. Mantuan. 120. nu. 13. Hodierna ad eund. n. 2.* affert tamen *Bartol. in l. eum, qui 15. num. 3. cum ſeq. ff. de annuis legat.*
57 pulchram cauthelam, qua emphyteuta antici-
patè etiam pro decem annis ſolvere poſſit cano-
nem, faciendo ſcilicet Domino Inſtrumentum,
in quo ipſum in Dominum recognoſcat pro illo
tempore, quo canones ſolvit.

ARGVMENTVM.

Emphyteuta alienante fundum emphyteuticum in manum mortuam, & Domino directo ex alienatione hujuſmodi recipiente laudemium, non indè cenſetur remiſſum quindennium in futurum.

SUMMARIUM.

1 *Emphyteuta alienante fundum emphyteuticum in manum mortuam, & Domino directo ex alienatione hujuſmodi recipiente laudemium, non indè cenſetur remiſſum quindennium in futurum.*
2 *Conſenſus ad unum finem præſtitus, non extenditur ad alium diverſum.*
3 *Conſenſus uti ſtricti iuris, non extenditur de caſu ad caſum.*
4 *Generalis conſuetudo introduxit quindennia loco laudemiorum, ad conſulendum indemnitati Domini directi.*
5 *Quindennium iteratis vicibus in perpetuũ debetur.*
6 *Caſus remiſſionis quindenniorum ob tractum ſucceſſivum eſt pernicioſiſſimus.*
7 *Succeſſor in Beneficio, etiamſi locatio eſſet per triennium, & reciperet penſionem unius ſemeſtris præteriti, tranſacto ſemeſtri, poteſt conductorem expellere.*
8 *Per receptionem primi laudemii videtur manus mortua habilitata ad acquirendam, & retinendam emphyteuſim.*
9 *Non indè ſequitur, quin Dominus poſſit petere futura quindennia.*
10 *Dominus cenſetur conſentire alienationi emphyteuſis, ſalvis ſuis juribus.*
11 *Quiſquis cenſetur conſenſum præſtare ſalvo remanente ſuo jure.*
12 *Per adminiſtratorem præjudicari nequit.*
13 *Locus Pius ſibi præjudicare nequit per receptionem laudemii, abſque ſolemnitatibus.*

CAPITULUM XLVI.

Haud raro evenit, quòd Dominus directus
conſentit alienationi fundi emphyteutici
in manum mortuam, & pro conſenſu recipit lau-
demium, nec ſibi reſervat quindennium, putans
per receptionem laudemii non cenſeri remiſſum
quindennium eo ipſo, quòd emphyteuſis tranſ-
fertur in manum mortuam, undè inter Domi-
num directum, & manum mortuam Dominam
utilem, ſeu emphyteutam oriri poteſt jurgium
ſuper debita, vel non debita ſolutione quinden-
niorum in futurum decurrendorum; quapropter
1 aſſerimus in præſenti, quòd emphyteuta alie-
nante fundum emphyteuticum in manum mor-
tuam, & Domino directo ex alienatione hujuſ-
modi recipiente laudemium, non indè cenſetur
remiſſum quindennium in futurum, in terminis
*Solſona Lucerna laudem. cellula. 7. nu. 83. Oliban.
de jure fiſci cap. 7. nu. 15.* præclari nominis in Urbe
Advocatus *Hercules Ronconius apud Capon. con-
trov. forenſ. controv. 30. nu. 33. & idem Capon. ead.
controv. 30. nu. 34. repetit. poſt Tract. inter Doctores
litera X.* equidem conſenſus præſtitus alienatio-
ni emphyteuſis, indeque ſequuta receptio laude-
mii operari nequit ultrà illum actum conſentien-
di pro tunc, ad illum videlicet tantùm effectum,
ut emphyteuſis alienetur in manum mortuam,
non autem ad alium penitus diverſum effectum
remittendi quindennia in futurum, cùm conſen-
ſus ad unum finem præſtitus non extendatur ad
alium maximè diverſum, nec unus actus ad ali- 2
um etiam diverſum, cujus intuitu non fuit præ-
ſtitus, *Niger de laudem. qu. 37. nu. 32. tom. 2.* ac
in puncto quindennii *Roncon. loco citato, verſiculo
& confirmatur, Capon. loco citato, verſiculo reſ-
pondeo enim in fine*, & conſenſus tanquàm ſtricti 3
Juris, non eſt extendibilis de caſu ad caſum,
Ricc. collect. 604. in principio, par. 3. undè receptio
unius, & primi laudemii occaſione ſequutæ ven-
ditionis operari non poteſt ultrà quindecim
annos, & ſic ultrà ſucceſſiva laudemia de quin-
decim in quindecim annos per manũ mortuam
debita, nè aliàs Dominus directus, privatus
remaneat in perpetuum laudemiis contrà gene-
ralem conſuetudinem, quæ loco laudemiorum 4
introduxit quindennia ad conſulendum ſalutari,
ac provido hoc modo indemnitati Domini, ut
pluribus in locis docuimus, & ſignanter in
Cap. I. & II.

Immò ſicuti ex approbatione venditionis per
emphyteutam factæ tàm in privatum, quàm in
manum mortuam non cenſetur remiſſum laude-
mium, quod pro una vice tantùm debetur, ità à
fortiori non cenſebitur remiſſum quindennium,
quod iteratis vicibus in perpetuum debetur, ut 5
benè advertit *Roncon. loco cit. verſiculo hinc patet*,
ultraquamquòd etiamſi actus duplici reſpectu
fieri poſſet, ſemperque præſumeretur factus in
caſu minùs damnoſo, & facienti utiliori, qualis
eſt pro ſimplici conſenſu ad alienandum, non 6
autem etiam pro remiſſione quindenniorum, qui
caſus ob tractum ſucceſſivum eſt pernicioſiſſi-
mus Domino directo, *Niger de laudem. qu. 26.
nu. 39. tom. 1.* Hinc eſt, quòd ſucceſſor in Bene-
ficio, recipiendo penſionem à conductore, non
intelligitur ratificaſſe locationem pro toto tem-
pore, ſed ſolummodò pro tempore penſionis ſo-
lutæ, ideoque etiamſi locatio eſſet per triennium, 7
& reciperet penſionem unius ſemeſtris præteriti,
tranſacto ſemeſtri, poteſt conductorem expel-
lere, *Roncon. loco cit. verſiculo & confirmatur,
Capon. loco citat. nu. 34. in principio, verſiculo reſ-
pondeo enim primò in fine.*

In nihilum refragante, quòd per receptionem
primi laudemii in actu venditionis cenſetur ap-
probata ipſa venditio favore manus mortuæ, 8
illaque proindè habilitata ad acquirendam, ac
retinendam emphyteuſim ſublato hac via peni-
tùs obſtaculo incapacitatis mediante licentia
Domini, *Amad. à Ponte de laudem. qu. 15. nu. 1.
Burgius eod. tract. par. 2. inſpect. 2. num. 39.* per
rehabilitationem autem manus mortua evadere
videtur ad inſtar privati, qui eſt capax emphy-
teuſis, ideoque non videretur hoc caſu teneri
ad

ad quindennium, quia ſicuti ex approbatione venditionis non cenſetur remiſſum laudemium, ità multò minùs poterit cenſeri remiſſum quindennium per receptionem primi laudemii, & quia inducitur quidem ex hoc approbatio venditionis favore manus mortuæ, & remiſſio juris compellendi manum mortuam ad relaxandum,
9 ſeu ponendum emphyteuſim in manus vacuas, non autem quin Dominus poſſit petere futura quindennia, ut præclarè de more ponderat *Roncon.loco citato, verſiculo hinc patet, in medio, Capon. loco citato nu.*34. *in fine, verſiculo quare idem Burgius*; quod objectum ad ſummum procederet, quando Dominus directus ſtatim poſt venditionem factam recipit novum Dominum utilem in emphyteuſim, cùm tunc ſibi præjudicet in quindennii exactione, non verò, quando (ut in caſu
10 noſtro) ſimpliciter conſenſit, cùm tunc cenſeatur conſenſiſſe ſalvis ſuis juribus Dominicalibus, petitumque primum laudemium citrà præjudicium futurorum laudemiorum, ſeu quindenniorum, *Capon loco allegato nu.* 34. *in principio, verſiculo reſpondeo enim primò*.

Qua occaſione pro terminorum intelligentia ſciendum eſt, aliud eſſe recipere novum emphyteutam, & aliud ſimpliciter conſentire in novum emphyteutam, recipitur enim, quando novus emphyteuta recognoſcit in Dominum, Dominum directum, cui ſolvit laudemium in ſignum recognitionis, ſimpliciter verò Dominus directus conſentit in novum emphyteutam, quando non curat ſe recognoſci in Dominum à novo emphyteuta, ſed conſentit abſque aliqua ſolutione laudemii, quòd primus emphyteuta transferat in alium emphyteuſim, nè aliàs videatur
11 contrà propria commoda laborare, quis enim cenſetur conſenſum præſtare ſalvo remanente ſuo jure, *Niger de laudem. quæſt.* 27. *num.*27. *in fine tom.* 2.

Noſtra denique principalis reſolutio meliùs, nec non faciliùs intrabit in caſu alterius manus
12 mortuæ Dominæ directæ, cui præjudicari nequit in quindenniis futuris per illius adminiſtratorem, ſeu Rectorem pro tempore, *Capon.loco citato num.*34. *in medio, verſ. reſpondeo ſecundò*.

Pro coronide ſupereſt difficultas, quid dicendum in caſu, quo manus mortua Domina directa laudemium reciperet ab altera manu mortua Domina utili, & cenſerem, non indè factam capacem ad retinendum emphyteuſim, ſed benè cogi poſſe ad evacuandum, ſi Eccleſia, vel quæcumque manus mortua directa Domina velit, nolitque recipere quindennium eo, quod manu mortua, ſivè ea ſit Eccleſia, aliuſque Pius Locus,
13 ſivè Communitas, per receptionem laudemii non poteſt ſibi præjudicare abſque ſolemnitatibus.

ARGUMENTUM.

Quindennium ſolvendum eſt Domino directo, ſeu mediato, non verò Domino immediato ſubalterno ſubinveſtienti, ſeu ſubemphyteuticanti, quando primus emphyteuta ſubemphyteuticat, ſeu ſubinveſtit manum mortuam.

SUMMARIUM.

1 *Quindennium ſolvendum eſt Domino directo, non verò Domino ſubalterno ſubinveſtienti.*
2 *Per Rotam antiquam, & modernam tentum fuit, quòd laudemium debeatur Domino directo, non utili.*
3 *Quindennium in locum laudemii debitum, debetur ei, qui eſt major, ſeu ſupremus Dominus.*
4 *Dominium utile dependet à Dominio directo.*
5 *Primus emphyteuta nunquam dici poteſt Dominus directus reſpectu ſecundi.*
6 *Sicuti laudemia recipere eſt de dominicalibus, ità quindennia recipere.*
7 *Secundus emphyteuta alienans emphyteuſim, cadit à jure ſuo in commodum domini directi, non in commodum primi emphyteutæ.*
8 *Non ſolvens Canonem, amittit emphyteuſim in favorem directi Domini.*
9 *Primus emphyteuta utile tantùm dominium transfert in ſecundum emphyteutam.*
10 *Subrogatum debet eſſe ejuſdem naturæ, cujus eſt id, in cujus locum ſubrogatur.*
11 *Abſurdum eſſet, quòd primus Emphyteuta ſubemphyteuticando privare poſſet quindenniis Dominum directum.*
12 *Non debet eſſe in poteſtate primi Emphyteutæ, ſubemphiteuticando præjudicare Domino directo.*
13 *Aliàs ob manuum mutationem bona Emphyteutica, pauliſper evaderent libera.*
14 *Mentio Puellarum S. Euſemiæ de Urbe.*
15 Niger *conqueritur de non recognitione laborum.*
16 Romanus *pro uno Reſponſo unam cœnam lucratus.*
17 *Abuſus eſt petere xenia pro litis victoria.*
18 *Requirendus eſt Dominus directus, non primus emphyteuta pro alienatione facienda per ſecundum emphyteutam.*
19 *Pars ſubemphyteuticata ſolùm remanet obnoxia canoni.*
20 *Dominium directum eſt potior cauſa.*
21 *Præſertim ſi appareat, fuiſſe translatum in Inſtrumento ſubemphyteuticationis.*
22 *Apud Dominum directum remanere debet jus conſequutivum exigendi laudemium, ac reſpectivè quindennium.*
23 *Primus emphyteuta ſubemphyteuticare nequit, invito directo Domino.*
24 *Nulla opinio tàm juſta inveniri poteſt, quin ſubtilibus rationibus convinci nequeat.*
25 *Quindennium, ſeu relevium ſolvendum eſt ſubinveſtienti de feudo per feudatarium in manum mortuam ſubinfeudatam tranſeunte.*
26 *Relevium quindennio ſimile ſolvitur Domino immediato, non mediato.*
27 *A feudo ad Emphyteuſim benè arguitur.*
28 *Laudemium debetur emphyteutæ ſubemphyteuticanti.*
29 *Jus collectandi ſpectat ad ſubinfeudantem.*
30 *Jus exigendi quindennium ſimile juri collectandi.*
31 *Devolutio ſubfeudi ob felloniam Subfeudatarii ſpectat ad ſubinfeudantem.*
32 *Primus emphyteuta reſpectu ſecundi dicitur quodammodò directus Dominus.*
33 *Quindennium ſolvitur Domino directo.*
34 *Reliquiæ juris remanent penès ſubconcedentem.*
35 *Uſufructuarius non ſibi, ſed proprietario poſſidet.*
36 *Jus præſentandi ad Beneficium ſpectat ad uſufructuarium.*

Pri-

37 *Primo emphyteutæ competit prælatio in alienatione emphyteuſis per ſubemphyteutam facta.*
38 *Cauſa proxima nunquam eſt otioſa.*
39 *Effectus potiùs denominari debet à proximiore cauſa.*
40 *Laudemium, & quindennium debetur Domino.*
41 *Dominus directus eſt remotior, & ignotus ſubemphyteutæ.*
42 *Conſentiente Domino, ut emphyteuta ſubemphyteuticet, videntur extincta jura Domini quoad quindennium.*
43 *Non benè ſemper arguitur à feudo ad emphyteuſim.*
44 *Feudatarius poteſt conſentire, ut ſubfeudatarius alienet.*
45 *Emphyteuta ſubemphyteuticare nequit ſine conſenſu Domini.*
45 *In Portugallia ſubinfeudari ſolet citrà Regis conſenſum.*
47 *Refellitur* Cephal. conſil. 699. nu. 17. lib. 5.
48 *Subemphyteuſis abſque conſenſu Domini facta ſuſtineri poteſt pro tempore, quo duraverit inveſtitura ſubemphyteuticantis.*
49 *Declarantur* Bellus conſil. 36. num. 8. cum ſeqq. & per tot. conſ. 37. nu. 4., & per tot. & conſ. 38. num. 2. & per tot. & Card. de Luca de feud. diſc. 59. n. 8. & per tot. & de judic. in ſupplem. diſc. 46. num. 4. in fine verſic. ſecundò quia.
50 *In Gallia, & regionibus adjacentibus ſervatur conſuetudo, ut laudemia, & quindennia ſolvantur ſubinfeudanti.*
51 *Contraria opinio, de qua* Bellus, *ad ſummum ſalvari poteſt, quando feudum fuit conceſſum à Principe nullum recognoſcente ſuperiorem.*
52 *Contraria opinio de ſolvendo laudemio, & quindennio primo emphyteutæ, non autem Domino directo, non eſt verior, nec tutior, nec communior.*
53 *Non deſunt tenentes in alienatione ſubfeudi requiri tàm conſenſum feudatarii, quàm primi infeudantis.*
54 *Jus collectandi nihil commune habet cum jure exigendi quindennium.*
55 *Primus emphyteuta dicitur dominus directus reſpectu ſecundi quoad ſubcanones.*
56 *Quindennia diverſa ſunt à canonibus, & ſubcanonibus.*
57 *Ab uno non benè infertur ad aliud.*
58 *Idem jus competens Domino directo adversùs primum Emphyteutam pro canonibus, competit primo Emphyteutæ, adverſus ſecundum Emphyteutam pro ſubcanonibus.*
59 *Dominus utilis ſubemphyteuticans, deſinit eſſe Dominus quoad laudemia, & quindennia, & penès ipſum remanent reliquiæ tantùm utilis dominii.*
60 *Reſpondetur* ad deciſ. 75. coram Coccino.
61 *Emphyteuta facere nequit deteriorem conditionem Domini directi.*
62 Pinheyr. *ſibi contrarius, tenet laudemium fore ſolvendum proprietario.*
63 *Laudemia, & quindennia ſunt fructus inſoliti, & extrinſecè à proprietate provenientes.*
64 *Laudemium uti jus reale, ſpectat ad uſufructuarium.*
65 *Reprobantur* Donad. de renunc. tom. 1. cap. 30. n. 70. in med. verſ. & etiam, & Carpzou. Juriſprud. for. Romano Saxon. Conſt. 39. defin. 31. num. 2.
66 *Verior eſt contraria opinio tenentium, potiùs proprietarium, quàm uſufructuarium poſſe præſentare.*
67 *Proprietarius, & uſufructuarius ſimul præſentant.*
68 *Laudemium ſolvendum uſufructuario, & proprietario.*
69 *Dominus directus præferendus in alienatione Emphyteuſis per Subemphyteutam facta.*
70 *Jus, quod ſibi reſervat primus Emphyteuta in ſubemphyteuticatione, non eſt emphyteuticum.*
71 *Dominus utilis ſubeſt directo, & non è contra.*
72 *Semper in ſolutione laudemii habenda ratio directi dominii.*
73 *Dominus directus dicitur potiùs cauſa proxima.*
74 *Aliquando difficile eſt convenire translatarium Emphyteuſis pro canone.*
75 *Per approbationem Emphyteutæ derogari nequit juri Domini, quale eſt laudemium, ac quindennium.*
76 *Laudemium ſolvendum potiùs directo Domino, tanquàm majori, potiori, efficaciori, ac nobiliori.*
77 *Pugna inter Ultramontanos, & Citramontanos, an detur dominii utilis, & directi diſtinctio.*
78 *Nulla adeſt lex, aut conſuetudo mandans ſolvi primo Emphyteutæ laudemium, multòque minùs quindennium.*
79 *Dominus directus conſentiens ſubemphyteuticationi, non cenſetur ſibi præjudicare in quindennio.*
80 *Quindenniorū perceptio eſt fructus directi dominii.*
81 *Conſenſus Domini directi in ſubemphyteuticatione requiſitus, præſumitur interveniſſe, ſi dominus uniformem penſionem perceperit.*
82 *Vel ſi lapſi ſint triginta anni.*
83 *Immò ex ſola decennali patientia præſumitur hujuſmodi conſenſus.*
84 *Quindennium ſolvendum Domino directo, non autem ſubemphyteuticanti, accedente potiſſimùm obſervantia illud ſolvendi Domino.*
85 *Prout ſi quindennium reſervatum fuerit per ſubemphyteuticantem Domino directo.*
86 *Prætenſio primi emphyteutæ circà quindennia reijcienda eſt ad petitorium.*
87 *Quindennium ſolutum primo emphyteutæ, repeti poteſt à Domino directo.*
88 *Quindennia non cenſentur remiſſa, niſi exprimatur.*
89 *Clauſula* & quibus dederis *ſolùm operatur in prima alienatione facta ab emphyteuta, non autem in aliis à ſubemphyteuta faciendis, & mentio* Card. Albitii.
90 *Quindennium ſolvendum eſt primo emphyteutæ ſubemphyteuticanti, ſi de conſenſu Domini directi emphyteuta illud ſibi reſervaverit.*
91 *Quindennium introductum fuit favore Domini directi ad reparandum præjudicium laudemiorum, & devolutionum ob tranſlationem emphyteuſis in manum mortuam.*
92 *Quiſquis renunciare poteſt favori ſuo.*
93 *Tacita renunciatio quindennii uti prohibita ſubjacet* Extrav. Ambitioſæ de reb. Eccl. non alien.
94 *Quindennii ceſſio tanquàm pars pretii, valorem emphyteuſis augentis, vel minuentis eſt præjudicialiſſima.*
95 *Et prout emphyteuſis perpetua, cenſetur prohibita.*
96 *In quindennio ob recognitionem directi dominii valdè conſiderabilis eſt præeminentia dominationis, & jacturæ conſequentia.*
97 *Francandi facultas evadit damnoſa.*
98 *Quindennium debetur primo emphyteutæ, non Domino directo, ſi de conſenſu Domini fiat ſubemphyteuticatio, cum clauſula* pro ſe, hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque, *& ſimilibus.*

99 Sub-

99 Subemphyteuta vigore talis facultatis habet bona emphyteutica tamquàm libera à quindennio.

100 In locis, in quibus viget conſuetudo ſolvendi laudemium, ac reſpectivè quindennium primo emphyteutæ ſubconcedenti, eidem venit ſolvendum quindennium.

101 In Portugallia talis viget conſuetudo.

102 Conſuetudo poteſt laudemia, & quindennia ab aliquibus auferre, & aliis applicare.

103 Per conſuetudinem fieri poteſt, quod per pactum etiam fieri poteſt.

104 Patria Auctoris, Civitas Ulyſſipponen.

105 In Eccleſia S. Juliani Civitatis Ulyſſipponen. viget antiquiſſima conſuetudo ſolvendi laudemia Æconomis Beneficiorum de Beneficio ſimplici ejuſdem Eccleſiæ, litigioſo tamen proviſus fuit Auctor de anno 1716. à Sanctiſſimo D.N. Clemente XI.

106 Conſuetudo particularis tamquàm contraria juri, ac generali conſuetudini, non eſt præſumibilis.

107 Eccleſiaſtici tenentur conſuetudine, qua cæteri Cives tenentur.

108 A' Pacto ad conſuetudinem argui poteſt.

109 Conſuetudo fortiùs ligat Clericos, ſi paſſim, ac uniformiter ab Eccleſiaſticis ſervata fuerit unà cum laycis.

110 Quindennium de jure, ſivè mavis de conſuetudine debitum, ſalvum remanet Domino directo.

111 Nemo debet duplici onere gravari.

112 Interdum duplicia deberi poſſunt quindennia, ſicuti duplicia etiam aliquando debentur laudemia.

113 In materia repræſentationis duplex debetur laudemium.

114 Quidquid ſit, ſi repræſentans ſit filius.

115 In materia tranſmiſſionis duplex debetur laudemium.

116 In materia pariter donationis.

117 Prout in materia renunciationis.

118 In materia etiam nominationis.

119 Duplex debetur gabella juxtà caſuum contingentias.

120 Duplex laudemium benè ſolvi poteſt duplici perſonæ, uni nempè directo Domino, & alteri nempè primo emphyteutæ ſubemphyteuticanti.

121 Unum laudemium ſolvitur pro admiſſione ad purgationem moræ, & aliud pro alienatione.

122 Unum laudemium debetur ex prima emphyteuſis traditione, & aliud ex ejuſdem retrotraditione.

123 Barchinonæ ſolvitur medium tantùm laudemium, unum pro prima venditione, & aliud pro ſeſecunda.

124 Talis tamen conſuetudo non intrat in caſu venditorum plurium corporum, & plurium pretiorum.

125 Dimidium laudemium etiam ſecluſa conſuetudine debetur.

126 Relevium non debetur duplicatum, etiamſi intrà annum plures evenerint caſus petendi inveſtituram.

CAPITULUM XLVII.

Occurrit in præſenti materia frequens, valdeque intricata, ſed pro viribus extricanda inſpectio, undè aſſerimus, quindennium ſolvendum eſſe Dño directo, ſeu mediato, non verò Domino ſubalterno immediato ſubinveſtienti, quando
1 primus emphyteuta ſubemphyteuticat, ſeu ſubinveſtit manum mortuam, prout laudemium debetur Domino directo, non autem utili, Sola in Conſtitution. Pedemont. tit. de jure emphyt. gloſ. 1. nu. 8. Antonell. de temp. legal. lib. 3. cap. 7. nu. 27. Merenda controv. Jur. lib. 19. cap. 49. nu. 1. & per tot. vol. 4. Burgius de laudem. par. 1. inſpect. 4. n. 1. & 29. ubi de receptiori, ac tutiori, ubi Addens nu. 62. cum ſeq. & nu. 100. cum ſeq. Blancard. in notis ad Amad. à Ponte eod. tract. qu. 24. circà fin. Solſona eod. tract. 2. qu. principali num. 6. cum ſeqq. Filliuc. qu. moral. tom. 2. tract. 36. cap. 8. qu. 14. nu 157. circà fin. verſic. quarto livellarius, Giballin. de præſtation. annuis lib. 4. cap. 4. conſectar. 16. artic. 5. nu. 4. Saiſon in Conſuetud. Turonenſ. tit. 13. artic. 5. in fine pag. mihi 77. col. 2. verſic. hinc eſt, quòd quinquageſima, Montan. controv. 29. nu. 8. in fine, Britt. in cap. potuit 4. §. 1. nu. 5. & 7. & §. 5. num. 17. in princip. de locat. Valaſc. de jure emphyt. qu. 38. nu. 25. in med. verſic. ità etiam, Caldas eod. tract. lib. 1. qu. 13. nu. 47. in fine verſic. quare ſi ſecundus emphyteuta, ubi de communi, & lib. 4. cap. 16. nu. 34. & 36. in princip. verſic. quare inquit Socinus, n. 37. & 38. Fulgin. eod. tract. tit. de laudem. qu. 23. nu. 1. & per tot. Amic. eod. tract. qu. 83. n. 7. cum ſeqq. & per tot. ubi nu. 10. ità ſemper vidiſſe, & obſervaſſe in Provincia Capuana, in qua paſſim iſti contractus ſubemphyteuticationis celebrantur, nec unquam vidiſſe ſervari contrarium, Manent. de jure contract. Livellar. pact. 9. nu. 5. in fine, de Franch. deciſ. Neapolitan. 437. nu. 3. & per tot. tom. 2. ubi Riccius in additione, Gama deciſ. Luſitan. 147. n. 2. dec. 333. nu. 5. in principio, & deciſ. 329. nu. 5. Rota poſt Nigrum de laudem. tom. 2. dec. 2. n. 2. & 5. in fine, ubi tàm per Rotam antiquam, quàm per modernam ità tentum, quæ eſt 2
dec. 40. par. 7. rec. & dec. 4 nu. 1. ac per tot. & dec. 6. num. 1. ac per tot. poſt eund. Nigr. & coram Coccino dec. 2357. n. 3. cum ſeqq. dec. 168. nu. 6. par. 2. diverſ. dec. 494. n. 4. cum ſeqq. par. 9. rec. tom. 2.

Efficaciſſimæ quidem opitulantur rationes.
I. ex eo nempè, quòd quindennium in ſequelam, ſeu in locum laudemii debitum, debe- 3
tur ei, qui eſt major, ſeu ſupremus Dominus, & ſic directo, Merenda controv. jur. lib. 19. cap. 49. n. 3. in princip. vol. 4. utilis enim Dominus, qualis eſt emphyteuta, uti alium recognoſcens in Dominum, & Superiorem, qualis eſt directus primus inveſtiens, abuſivè, ac impropriè dicitur Dominus, & dominium utile ſe habet ad Dominum directum, ſicut acceſſorium ad princi-
pale, & ab eo dependet tanquàm à vero capite, 4
& principio, Burgius de laudem. par. 1. inſpect. 4. n. 3. poſt med. Solſona eod. tract. 3. principal. qu. n. 45. cum ſeq. Rot. in rec. dec. 494. n. 6. par. 9. tom. 2. dec. 6. nu. 2. poſt Nigr. de laudem. tom. 2. cumque primus emphyteuta nunquam dici poſſit Dominus di-
rectus reſpectu ſecundi, nunquam eidem venit 5
ſolvendum laudemium, & quindennium, Eminentiſſimus Corradin. de jure prælation. qu. 31. n. 64. in princip. verſic. contrarium, licet ibidem in med. verſ. quod tamen, videatur inclinare, primum emphyteutam, uti Dominum ſubalternum dici poſſe Dominum, & haberi tanquàm Dominum quoad ſecundum, quod non impugnamus, habet enim quidem quandam domininii ſpeciem quoad ſubalternos canones ſibi per ſubemphyteutam debitos, ut admittimus infrà in reſponſione ad IV. objectum, ſed replicamus hujuſmodi dominium non eſſe, nec poſſe eſſe directum

ctum quoad laudemii, ac quindennii exactionem.

II. ex eo, quòd in ſubemphyteuticatione ſpectat ad Dominum directum præſtare conſenſum, & ſubemphyteutam, ſeu ſecundum emphyteutam inveſtire, illumque in poſseſsionem inducere, quo fit, ut ab eo cauſam habere di-
6 catur, non ab emphyteuta, ſeu ſubinveſtiente, & ſicuti laudemia recipere eſt de dominicalibus, ſeu de reſervatis Domino directo, ità & quindennia recipere eſse debet de dominicalibus, *Rota dec.2.nu.8.poſt Nigrum de laudem.tom.2.Gama dec.Luſitan.*244.*nu.*7. Undè eſt, quòd ſecundus emphyteuta alienans emphyteuſim cadit
7 à jure ſuo, ſeu ab ipſa emphyteuſi in commodum Domini directi, non autem in commodum primi emphyteutæ, *Filliuccius quæſt. moral. tom.2. tract.36.cap.8 qu.* 14.*n.* 157.*circà fin.verſiculo tertiò livellarius*, *Gama dec.Luſitan.*147.*n.*2.*in prin-*
8 *cipio*, eodem modo non ſolvens penſionem, ſeu canonem per triennium ex emphyteuſi laycali, & per biennium ex Eccleſiaſtica, amittit etiam emphyteuſim in favorem directi Domini, *Gama dec.*244.*n.*8.

III. ex eo, quòd ſicuti non eſt requirendus primus emphyteuta ſubinveſtiens ob ceſſantem in eo qualitatem dominii, quippè directum nunquam habuit, & utile tranſtulit in ſubem-
9 phyteutam, nec poſſidet civiliter, aut naturaliter, *Rota dec.2.n.9.poſt Nigrum de laudem.tom.2.* ità neque ſolvendum venit quindennium primo emphyteutæ, cui tanquam non Domino ſolvendum non eſſet laudemium ex alienationibus per ſecundum emphyteutam factis, nè aliàs quindennium, quod eſt ſubrogatum in locum laude-
10 mii, eſſet diverſæ conditionis, & naturæ à laudemio, in cujus locum eſt ſubrogatum, contrà vulgatam regulam, de qua *Barboſa axiom.*213. *num.*1.*cum ſeq.*

IV. ex eo, quòd, dum emphyteuta antè à ſe factam ſubemphyteuticationem habet majus jus, retinens penès ſe utile dominium, attamen illi interdicta ſit quælibet alienatio rei emphyteuticæ citrà conſenſum Domini directi, abſur-
11 dum, ac inconveniens intolerabile ſequeretur, ſi per emphyteutam tranſlato dominio utili in ſubemphyteutam mediante ſubemphyteuticatione, & ſic diminuto proprio jure privare poſſet Dominum directum juribus quindennii, illud ſibi uſurpando, *Merenda controv.jur.vol.*4. *lib.*19.*cap.*49.*Rota poſt Nigrum de laudem.tom.*2. *dec.*2.*n.*10.

V. ex eo, quòd ſubemphyteuticatio ſemper intelligenda eſt ſine præjudicio jurium Domini directi, qualia procul dubio ſunt canones, laudemia, & quindennia, ità ut ſalvum remanere debeat jus dominicale, ac ſi ſubemphyteuticatio non ſequeretur, immò hinc Dominus directus conſentiens ſubemphyteuticationi, ſibi præjudicium inferre in quindenniorum ſubtractione non eſt præſumendus, nè aliàs ſit in arbitrio, & fa-
12 cultate primi emphyteutæ præjudicare primo, ſeu directo Domino, ſubemphyteuticando ſecundo emphyteutæ, *Valaſc.de jure emphyt.qu.*13. *n.*12.*poſt med.verſiculo, & id ipſum dixerim, Merenda controv.jur.lib.*19.*cap.*49.*n.*2.*cum ſeq.Rota poſt Nigrum de laudem.tom.*2.*dec.*2.*n.*11.

VI. ex eo, quòd ſubemphyteuticando majori mortuæ, Dominus directus tractu temporis abſque facto, & culpa in totum deperderet jus dominicale directum tàm propter mutationem confinium, & poſſeſſorum, quàm propter amiſſionem laudemiorum, ac quindenniorum in futurum per primum emphyteutam prætenſorum, immò longo tempore ob manuum mutationem 13
bona emphyteutica paulíſper evaderent libera, ut perpendunt *Niger de laudem.qu* 10 *artic.*2. *n.*92. *cum ſeq.tom.*1.*Amic.de jure emphyt.qu.*83 *n.*10.*in med.verſiculo nam aliàs ſequeretur, Caldas Pereyra cod.tract.lib.*1.*qu.*13.*nu.*8.*cum ſeq. Molina de contract.diſput.*471 *n.*8.*cum ſeq. Rota poſt Nigrum de laudem tom.*2.*dec.*2.*n.*13. prout exitus rei probavit occaſione ſimilis controverſiæ, ad quem ſpectaret exactio laudemii debiti per ſubemphyteutam alienantem emphyteuſim, an videlicet ad Dominum directum, an verò ad utilem ſubemphyteuticantem, cùm Situs, & Domus ſub proprietate Capituli Vaticanæ Baſilicæ S.Petri de Urbe, prætenderetur per Puellas S.Euſemiæ vul- 14
gò *Diſperſe* de Urbe, non ſpectare ad præfatum Capitulum, & plures deſuper in illa cauſa factæ ſunt impenſæ, ut videre eſt in *dec.*1.2. *&* 3. *poſt Nigrum de laudem tom.*2.*in dec.*262.*par.*5. *recent. tom.*1.*dec* 128 *par.*6. *& apud Nigrum de laudem. qu.*10.*artic.*2.*nu.*115.*circà fin. tom.*1. *ubi in fine*, conqueritur, ſcripta ſua, quæ victoriam Capi- 15
tulo Vaticano pepererunt, nullo officii genere fuiſſe recognita, parùm differenti præmio, quo affectus fuit *Roman.* pro uno Juris reſponſo, pro 16
quo unam cœnam lucratus fuit, & ibidem *Niger* jure merito invehitur contra abuſum exigendi 17
ſtrenas, donaria, ſeu xenia vulgò *mancie* ab indicantibus litis victoriam, ac refert per *Pirovan.* tunc S.Rotæ Romanæ Auditorii Decanum fuiſſe interdictum genus hujuſmodi ſordium tàm ſuis, quàm Coauditorum familiaribus ſub gravi pœna.

VII. ex eo, quòd prior, & mediatus Dominus, non autem immediatus requirendus eſt pro 18
conſenſu alienationum per ſecundùm emphyteutam faciendarum, *Burgius de laudem. par.*1. *inſp.*4.*nu.*30. adeò ut emphyteuta non poſſit cogere Dominum directum ad aſſentiendum ſubemphyteuticationi, ſeu ſubconceſſioni etiam partis rei emphyteuticæ, & pars, quæ penès primum emphyteutam remanet, definit eſſe obnoxia canoni, immò alia pars ſubconceſſa, ſeu 19
ſubemphyteuticata ſolùm remanet obnoxia canoni, *Reverter.dec.*326.*per tot.par.*2.

VIII. ex eo, quòd emphyteuta, qui eſt immediatus Dominus, de conſenſu ſupremi Domini, qui eſt directus, univerſum ejus jus ſubconcedendo alteri in emphyteuſim, deſinit eſſe Dominus, & omne ejus jus dicitur tranſlatum in ſecundum, neque civiliter, minùſque naturaliter jus emphyteuticum dicitur ampliùs poſſidere, ſed ſolummodò quædam reliquiæ utilis dominii penès eum reſident, quæ tanquàm modici momenti non ſunt in conſideratione, ſed attenditur primæva, ac potior cauſa, quæ eſt do- 20
minium directum remanens penès ſupremum Dominum, *Burgius de laudem.par.*1.*inſp*4.*n.*31. *Schettin.in enodat.ad l.ſi delegatio* 3.*C.de novation. cap.*2.*n.*15.præſertim ſi appareat, tranſlatum fuiſſe in inſtrumento ſubemphyteuticationis, *Pacion.* 21
*alleg.civil.&canon.alleg.*63.*n.*20. ubi quod pro

X cano-

canone, ſeu ſubcanone per ſubemphyteuticantem impoſito ſola actio perſonalis competit, & *nu.*21. ubi adeò primus emphyteuta remanet ſpoliatus dominio, ut ſi emphyteuſis ſit Eccleſiaſtica, & illa per ſubemphyteuticationem transferatur in alium, amittat primam naturam Eccleſiaſticitatis, ac evadat laycalis, *Manent. deciſ. Mantuan.*29. *num.*3.

IX. ex eo, quòd ſicuti jus poteſtativum approbandi alienationes rei emphyteuticæ, tanquàm quid principale, ſemper remanet apud Dominum directum, ſeu proprietarium, ità &
22 apud eundem remanere debet jus conſequutivum exigendi laudemium, ac reſpectivè quindennium, *Niger de laudem.tom.*1.*qu.*10. *artic.*2. *n.*77.*in princip. & n.*85.*in princip.*

X. ex eo, quòd maximum oriretur abſurdum, ſi laudemium, aut quindennium deberetur
23 primo emphyteutæ, qui tamen ſubemphyteuticare nequit invito directo Domino, *Niger loco mox citato nu.*98.*in princip. verſic. & eſt abſurdum.*

Quantumvis autem decem ſuprà recenſitis rationibus, ſeu fundamentis ſatis videatur munita principalis reſolutio, nihilominùs videtur aliis decem, de quibus infrà, objectis labefactari, nulla
24 enim opinio tàm juſta inveniri poteſt, quin ſubtilibus rationibus, & (quod pejus eſt) cavillationibus convinci nequeat, *Intrigliol.dec.Sicil.*36.*n.*42

Quia ſicuti de feudo per feudatarios in manus mortuas ſubinfeudatas tranſeunte ſol-
25 vendum eſt quindennium Domino immediato ſubinveſtienti, ſeu feudatario, non autem mediato, ſeu directo infeudanti, *Bellus conſ.*36.*n.*8. *cum ſeqq & per tot.conſ.*37. *num.*4. *& per tot. & conſ.*38.*n.*2.*ac per tot.Roſental.de feud,par.*1.*cap.*6. *concl.*63.*n.*1.*& concl.*66.*n.*10. *Schrader.eod.tract. par.*6.*cap.*3.*num.*27.*Borell.ſumm.dec.tom.*1.*tit.*35. *n.*10.*Capan. de jure relev.par.*4.*qu.*33.*nu.*20.*cum ſeqq.* & in puncto quindennii *Cardin.de Luca de feud.diſc.*59.*n.*8.*& per tot.& de judic. in ſupplem. diſc.*46.*n.*4.*in fine, verſiculo ſecundò quia, repetit. poſt Tract. inter Doctores litera G.* & ſicuti relevium quindennio ſimile ſolvitur immediato,
26 non mediato Domino, *Schrader. de feud. tom.*2. *par.*10.*ſect.*2.*num.*49.*cum ſeqq Roſental.eod.tract. tom.*1.*cap.*6.*conc.*66.*n.*10.*circà fin.verſiculo debetur laudemium, Intrigliol eod.tract.centur.*2.*art.*5. *n.*622.*Capan.de jure relevii par.*4.*qu.*33.*nu.*5.*cum ſeqq.& per tot.* eodem modo de emphyteuſi feudo adſimilata ſubconceſſa per emphyteutam manui mortuæ, ſolvendum eſſet quindennium ipſi emphyteutæ ſubconcedenti, ſeu ſubinveſtienti, non verò Domino directo, cùm benè à
27 feudo ad emphyteuſim arguatur, *Niger de laudem.qu.*10.*artic.*2.*nu.*34.*tom.*1. Immò ſicuti em-
28 phyteutæ ſubemphyteuticanti debetur laudemium, non Domino directo, *DruKman.conſ.*36. *num.*52.*lib.*1.*Caldas Pereyra de jure emphyt.lib.*1. *qu.*13.*n.*36.*&* 38.*Amic.eod.tract qu.*83.*nu.*5.*Pinheyr.de emphyteuſi par.*2.*diſput.*4 *ſect.*4.*n.*42. ità & quindennium tanquam ſuccedens in locum laudemii ſolvendum emphyteutæ, non Domino ſuperiori.

II. quia ſicuti jus collectandi ſpectat ad ſub-
29 infeudantem, non autem ad primum infeudantem, *Card de Luca de feud.diſc.*64.*n.*3.*& per tot.*
30 ità jus exigendi quindennium ſimile juri collectandi, videtur ſpectare ad ſubinveſtientem; non ad primum inveſtientem.

III. quia devolutio ſubfeudi ob felloniam per ſubfeudatarium, ſeu ſubvaſſallum commiſ- 31
ſam in perſonam Domini ſuperioris, & mediati ſpectat ad ſubinfeudantem, immediatum Dominum, non ad infeudantem mediatum, ſeu primum Dominum, *Amad. à Ponte de laudem. qu.*24.*nu.*3.*in fine cum ſeqq.Niger eod.tract. qu.*4. *n.*24.*&* 31.*& qu.*10.*artic.*2.*n.*13.*cum ſeqq tom.*1. *Roſental.de feud.cap.*11.*conc.*18 *n.*1.*Card.de Luca eod.tract.diſc.*7.*n.*2.*cum ſeq.& diſc.*54.*n.*3.*&* 14.

IV. quia ſicuti Dominus directus dicitur Dominus reſpectu primi emphyteutæ, ità primus emphyteuta dicitur Dominus reſpectu ſecundi emphyteutæ, immò (quod plus eſt) emphyteuta reſpectu primi Domini, ſeu concedentis dicitur dumtaxat utilis Dominus, ſed
reſpectu ſecundi emphyteutæ, ſeu ſubconceſſio- 32
narii dicitur quodammodò directus Dominus, & habet jura quaſi dominicalia, *de Luca de linea legali artic.*22.*n.*44.*cum ſeq.tom.*1. undè videretur ſolvendum eſſe quindennium primo emphy- 33
teutæ ſubemphyteuticanti, quemadmodùm quindennium ſolvitur Domino directo, *Burgius de laudem.par.*1.*inſpect.*4.*in additione n.*105. *Rota in antiqu.dec.*1.*n.*1.*ſeu unico circà fin.verſiculo, & etiam poſſes dicere, & coram Coccino dec.*75.*n.*6. *in fine.*

V. quia ſicuti laudemium debetur ſubconcedenti, non autem primo Domino, ſi ſimpliciter fiat ſubemphyteuticatio prævia reſervatione canonum, ſivè mavis ſubcanonum favore primi emphyteutæ, cùm maneat utile dominium penès ſubemphyteuticantem, & aliud utile dominium formetur penès ſubconceſſionarium ſecundum emphyteutam, ſeu ſubemphyteutam, penitùs enim jus non cenſetur abſorptum ab oſſibus ſub-
concedentis, cujus reliquiæ remanent, *Menoch.* 34
*conſ.*226.*nu.*165.*&* 185. *& conſ.*338.*nu.*14.*& de præſumpt.lib.*3.*præſ.*102.*n.*7.*Valaſc.de jur.emphyt. qu.*13.*n.*13.*Caldas Pereyra eod tract.lib.*4.*cap.*16. *n.*40.*Amicus eod.tract.qu.*40. *nu.*5.*cum ſeqq. Fulgin.eod.tract.tit.de laudem.qu.*21. *nu.*1. *Giurba ad Conſuetud.Meſſan.cap.*7.*gloſ.*16.*n.*8.*Rebuff.in l.bonorum appellatio* 49 *in principio, verſiculo ſextò laudemia ff.de verb.ſign. Burgius de laudem.par.*1. *inſpect.*4.*n.*31.*in fin.& nu.*35.*Danza de pugna Doctor.tom.*3.*tit.de laudem.cap.*8.*n.*8. *Coſcia diſertat. jur.lib.*2.*qu.*16.*n.*25.*Capan.de relev.par.*4. *qu.*13. *n.*20 *& qu.*33.*n.*20.*& de adoha qu.*58.*nu.*35.*cum ſeqq.Tondut.reſol.civil.par.*2.*cap.*17.*n.*2. *Muta in Conſuetud.Panhorm.cap.*26.*n.*137.*& in cap.Regn. Sicil.tom.*1.*cap.*6.*n.*25. *Carpzov.Juriſpruden.for. Romano Saxonic.par.*2. *Conſt.*39. *definit.*31.*nu.*1. *Pacific.de Salvian.interdict.inſpect.*3.*cap.*4 *n.*561. *Calvin.de æquit.lib.*2.*cap.*151.*n.*79.*Ferrer.ad cap. Raynutius* 16 *circà fin.verſic. ſed quid dicemus de fructuario in fine, de teſtam.fol.mihi* 355.*alius Ferrer.ad Conſtitut.Cathalon.incipien.hac noſtra temp.* 3.*declarar.*9.*n.*136.*cum ſeqq.Saiſon. in Conſuetud. Turonenſ.tit.*14.*artic.*15.*in princ.verſic.& ibidem tenet col.*2.*fol.mihi* 86.*Gratian.diſc.*615.*n.*12.*Antonell.de temp.legal.lib.*3.*cap.*7.*n.*28.*Caſtill.de uſufruct.cap.*36.*n.*45.*Fontanella de pact.tom.*2.*clauſ.*7. *gloſ.*3.*par.*5.*n.*42.*circà fin.verſic.ubi propterea reſolvunt, Guttierrez de tutel.par.*3.*cap.*24.*num.*10. *in princip.Barboſa in cap.potuit* 4.*ſeu fin.nu.*45.*de locat.*

locat. & conduct. Tiraquell. de retractu §. 36. *gloſ.* 3. *n.* 107. *Piſtor. qu.* 50. *n.* 3. *ubi filius in addit. litera C. in princ. lib.* 1. *de Marin. reſol. lib.* 1. *cap.* 232. *num.* 4. *Surd dec. Mantuan.* 31. *num.* 12. *ubi Hodiern. n.* 33. *Riccius dec. Cur. Archiep. Neapol.* 23. *nu.* 3. *par.* 1. *Guido Papa dec. Gratianopolit.* 477. *n.* 1. *& per tot. Ferrer. & Baro in annot. ad eund. Maſſull. ad deciſ. Capyc.* 184. *n.* 11. *cum ſeqq. Amendola ad de Franc. dec. Neapol.* 131. *nu.* 9. *Themud. dec. Vlyſippon.* 154. *n.* 13. *in fine par.* 2. *Rota Romana dec.* 1. *n.* 1. *& unic. in fine de locat. & conduct. in antiqu. Rubeus in ſingular. par.* 1. *fol.* 431. *in fine ad deciſ. Coccin. & fol.* 592. *in fine col.* 2. *&* 593. *in princip. col.* 1. *& ad dec.* 1. *aliàs* 862. *de locat. in antiq.*

VI. quia ſicuti in concurſu directi Domini, & uſufructuarii laudemium tanquàm fructus, & in fructu rei emphyteuticæ, ſolvitur uſufructuario, non autem proprietario, longè magis venit ſolvendum in caſu quindennium primo emphyteutæ ſubemphyteuticanti, qui ratione utilis dominii (arguendo à minori, ſeu, ut ajunt, à fortiori) majus jus habet, quàm uſufru-
35 ctuarius, penès quem nulla eſt dominii ſpecies, nec ſibi, ſed proprietario poſſidet, eſtque Domini Procurator, *Coſcia diſert. Jur. lib.* 2. *qu.* 16. *num.* 18. *cum ſeqq. Niger de laudem. qu.* 10. *artic.* 2. *n.* 24 *& qu.* 13. *nu.* 42 *cum ſeqq. & qu.* 14. *num.* 62. *cum ſeqq. tom.* 1. ubi ex ſpeciali reſcripto Urbani VIII. definitum fuit pro Monachis Congregationis Ciſtercienſis S. Bernardi uſufructuariis contrà Cardinalem Scipionem Burgheſium Abbatem Commendatarium Abbatiæ S. Mariæ Pineroli in Pedemontana ditione, *Barboſa ad Ordination. Reg. Portugall. lib.* 4. *tit.* 38. *in princip. Lagunez de fruct. par.* 1. *cap.* 13. *n.* 24. *cum ſeq. & nu.* 33. *Barbat. de diviſ. fruct. par.* 1. *cap.* 14. *n.* 4. *Pinheyr. de emphyteuſi par.* 2. *diſput.* 4. *ſect.* 4. *nu.* 41. *Duard. de cenſib. qu.* 7. §. 4. *nu.* 7. *tom.* 1. *Solſona de laudem. cellul.* 2. *n.* 15. *Burgius eod. tract. par.* 1. *inſp.* 4. *ſub n.* 8.
36 Hinc eſt, quòd jus præſentandi ad Beneficiū ſpectat ad uſufructuarium, *Fontanella de pact. nupt. tom.* 2. *clauſul.* 7. *gloſ.* 3. *par.* 5. *n.* 38 *Vivian. in prax. Jurispatronat. lib.* 4. *cap.* 7. *n.* 8. *in princip. verſic. ſecundò quia uſufructu, & in fine verſic. atque ex his conſtat, junct. n.* 10. *cum ſeqq. Molina de Primogen. Hiſpan. lib.* 1. *cap.* 24. *num.* 4. *Maldonad. in addit. ad eund. nu.* 10. *in fine, verſic. etenim ſi uſufructuario, Riccius dec. Cur. Archiep. Neapol. par.* 1. *deciſ.* 13. *n.* 1. *cum ſeqq. & per tot.*

VII. quia ſicuti Domino immediato, ſeu pri-
37 mo emphyteutæ, non autem mediato, ſeu Domino directo competit prælatio in alienatione emphyteuſis per ſubemphyteutam facta, *de Marinis quotid. reſol. tom.* 1. *cap.* 232. *n.* 3. *cum ſeqq. Gibalin. de præſtat. annuis lib.* 4. *cap.* 4. *conſectar.* 16. *artic.* 15. *num.* 1. *cum ſeqq. Niger de laudem. tom.* 1. *qu.* 10. *artic.* 2. *n.* 41. ità Domino immediato, non autem mediato competet quindennium.

VIII. quia ſicuti in concurſu cauſarum, cauſa immediata præfertur mediatæ, cùm illa ſit potentior, ac efficacior in operatione, & cauſa remota potiùs dicitur occaſio, quæ nihil operatur, è contrà cauſa proxima nunquam eſt
38 otioſa ex traditis per *Barboſam axiom.* 40. *n.* 30. ità concurrente Domino mediato, qualis eſt directus, & Domino immediato, qualis eſt utilis, ſeu emphyteuta, laudemium, ac reſpectivè
39 quindennium debetur immediato tanquàm cauſæ proximiori, cui in dubio referri, & à qua denominari debet effectus potiùs, quàm à remotiori, *Niger de laudem. qu.* 4. *artic.* 2. *n.* 21. *cum ſeqq. & qu.* 10. *artic.* 2. *n.* 11. *cum ſeqq. tom.* 1.

IX. quia cùm laudemium, & reſpectivè quindennium ad ſimilitudinem, ſeu ſupplementum 40
laudemii debeatur Domino juxta notiſſimos terminos *l. fin. C. de jure emphyt.* nulla ibidem facta diſtinctione inter utilem, & directum Dominum, videtur quindennium utili potiùs ſubemphyteuticanti tanquàm proximiori, quàm directo Domino, qui eſt remotior, & penè ipſi ſubemphyteutæ ignotus, *Niger de laudem. tom.* 1. 41
qu. 10. *artic.* 2. *n.* 44.

X. quia cùm Dominus directus conſenſum ſuum præſtet, ut emphyteuta ſubemphyteuticet, videtur, jura ſua (qualia ſunt laudemia, & quindennia) deſtruere, & aliena, nempè illa emphyteutæ conſtruere, ac conſtituere, ideòque con- 42
ſentiente Domino, ut emphyteuta alium faciat emphyteutam, videntur extincta jura Domini tàm quoad laudemia, quàm quoad quindennia, quæ poſſet exercere in ſubemphyteutam ad *text. in l. quæritur* 14. §. *Si venditor* 9. *ff. de ædilic. edict. l. fin. ff. de inoffic. teſtam.*

Verùm his, & ſimilibus minimè obſtantibus, ſtabilis, ac firma remanet principalis reſolutio ſuprà ſtabilita, & firmata, quòd videlicet quindennium ſolvendum ſit Domino directo, ſeu mediato, non verò Domino immediato, ſubinveſtienti, ſeu ſubemphyteuticanti, quando primus emphyteuta ſubemphyteuticat, ſeu ſubinveſtit manum mortuam, utque obices diluantur, ſigillatim omnibus ſatisfacere, quantum in me, & mei eſt, ſtudebo.

I. igitur objectum non refragatur, quia auctoritates ibidem congeſtæ loquuntur in feudo, à quo in certis caſibus, prout in caſu præſenti, non benè ſemper arguitur ad emphyteuſim, vel 43
ſaltem Doctores non conveniunt, an in hac hypotheſi benè arguatur à feudo ad emphyteuſim, *Montan. controv.* 75. *n.* 9. *circà fin. verſiculo ſed adversùs concluſionem*, cùm in materia feudali, ac in juribus feudalibus, quæ in hoc ſunt exorbitantia, Dominiumque feudatarii plurimùm excedit emphyteutæ poteſtatem, liceat feudatario, ſeu Vaſſallo alium Subfeudatarium, ſeu Subvaſſallum ſine conſenſu Domini, ſeu Superioris primi infeudantis ſibi conſtituere, qui prout poteſt prima vice ſubinfeudare ſine conſenſu prioris Domini infeudantis, ità etiam iteratò poteſt 44
ſubinfeudato conſentire, ut alienet jus, quod habet, *Amad. à Ponte de laudem. qu.* 24. *n.* 63. *cum ſeqq. ubi Blancard. in notis in principio, Amicus de jure emphyt. qu.* 83. *n.* 12. *Rubeus ad dec.* 9. *num.* 14. *par.* 4. *rec. tom.* 2. quod emphyteuta facere nequit, qui alienare nequit, vel ſubemphyteutam con- 45
ſtituere ſine conſenſu Domini directi, ut benè reſpondent *Monte Pich. conſ.* 77. *dub.* 1. *num.* 1. *cum ſeqq.* ubi etiamſi adſit contraria, ut Mediolani, conſuetudo *Caldas Pereyra de jur. emphyt. lib.* 1. *qu.* 13. *n.* 43. *in fine, & lib.* 4. *cap.* 16. *n.* 36. *in princ.* ubi in Portugalliæ Regno Duces, Marchiones, 46
Comites, & cæteri terrarum Domini, & Barones liberè ſubinfeudant citrà Regis conſenſum, *Niger de laudem. to.* 1. *qu.* 10. *artic.* 2. *n.* 91. *in princ. &* 113. *Montan. controv.* 75. *n.* 8. *cum ſeqq. Alvarez Pegas reſol. for. ſeu de obligat. & action. c.* 9. *n.* 457.

*& 469.tom.2.& cap.28.nu.123.& 866. circà fin.
verſiculo obiicit ſecundò tom.3. de Luca Melphy-
ten.ad de Franch.dec.Neapol.437.n.7 in fine, Rota
poſt Nigr.de laudem. tom.2.deciſ.2.nu.14.* Nec ſe-
47 quendus *Cephal.conſ.699.nu.17.lib.5.* tenens ad
inſtar ſubinfeudationis etiam irrequiſito Domi-
no poſſe fieri ſubemphyteuſim, quia ad omne
pejus ſuſtineri valeret hujuſmodi ſubemphyteu-
ſis pro tempore, quo duraverit inveſtitura ſub-
48 emphyteuticantis, cùm hoc modo in nihilum
lædatur dominium directum, neque ejus ſub-
ſtantia tangatur, *Rota dec.77.nu.5.cum ſeqq. &
49 dec.236.n.3. & per tot.par.17.* præterquamquòd
Bellus, *& Card. de Luca* ibidem in primo obje-
cto adducti loquuntur in caſu particularis con-
ſuetudinis ſolvendi in ſtatu Venaiſino apud
Avenionenſes laudemia, ac reſpectivè quinden-
nia ſubinfeudanti, non autem primo infeudanti,
ut de conſuetudine hujuſmodi ſervata in Gallia,
50 & regionibus adjacentibus teſtatur idem *Bellus
conſ.37.n.4 & conſ.38.nu.2. in princ.* quæ veritas
ſatis eluceſcit, dum idem *Card.de Luca de emphy-
teuſi diſc.68.nu.3.verſic.ſecundò quia*, contrarium
tenuit in materia emphyteuſis, immò contraria
51 opinio in feudo, ad ſummum ſalvari poteſt,
quando feudum fuit conceſſum à Principe nul-
lum recognoſcente ſuperiorem, ut in terminis
ſummi Pontificis (qui ſupremus Princeps eſt)
primi infeudantis, *Bell conſ.37. nu.6.& conſ.38.
n.3.Roſental.de feud.to.1. cap.9. memb.1.conc.32.
num.24.litera M. Schrader.eod tract. tom.1.par.8.
cap.2.nu.26.in fin.verſiculo vel niſi primus.* Con-
52 traria inſuper opinio in memorato primo obje-
cto recitata circà ſolvenda laudemia, & quin-
dennia emphyteutæ, non verò directo Domino,
non eſt verior, nec tutior, nec communior ex
per nos cumulatis ſuo loco ſuprà in principio,
& principali reſolutione.

Omiſſo, quòd non deſunt alii tenentes, in
53 alienatione ſubfeudi per ſubfeudatarium facta
requiri tàm conſenſum feudatarii, quàm con-
ſenſum primi Domini infeudantis, *Bell. conſ.37.
ante n 1. in fine verſiculo nam quæ tertia, dicunt,
Schrader.de feud.to.1.cap.9.membr.1.concl.32.n.7.*

II. Objectum minoris, vel ejuſdem momenti
eſt, cujus eſt I. quia intrat eadem replicatio,
quòd ſcilicet non benè in caſu à feudo arguatur
54 ad emphyteuſim, nec aliquid commune habet
jus colleetandi cum jure exigendi quindennium,
tanquàm quid toto Cœlo diverſum.

III. objectum, cùm ſit ejuſdem furfuris, cujus
ſunt I. & II. eandem merentur reſponſionem.

IV. Objectum parvi, vel nullius eſt ponderis,
quia regula, quòd primus emphyteuta dicatur
Dominus reſpectu ſecundi, ſicuti Dominus di-
rectus dicitur Dominus reſpectu primi, proce-
dit dumtaxat quoad canones ſubalternos, ſivè
55 ſubcanones per primum emphyteutam ſibi re-
ſervatos, & hinc quoad jus pœnæ commiſſi ob
jus illud tantùm incorporale exigendi canones
ſuperimpoſitos, *Molina de contract.diſp.474.n.5.
in princip.& n.8.in princip.& in fine*, non autem
quoad laudemia, & reſpectivè quindennia, quæ
56 ſunt diverſa à canonibus, longèque magis à ſub-
canonibus, ità ut ab uno non benè inferatur ad
57 aliud *l. Papinianus 20. ff. de minor. Carol.Anton.
de Luca ad de Franch. dec. Neap.437. n.5. in fine,
verſic. & nihil remanere debet, & num.7. in fine*,
verſic. ſed poterit, tunc enim ſecundus Emphy-
teuta cenſetur conſtitutus à Domino directo
ſuus immediatus, *Gama deciſ. Luſitan.147. n.2.
in princip. Rota coram Card. Ubald. deciſ.384.n.8.
cum ſeq. tom.2.* & ab eo habere cauſam, *Amicus
de jure Emphyt. qu.83.n.7. in fine,& n.11. in prin-
cipio, & in med.* Hinc idem jus competens Do-
mino directo adversùs primum Emphyteutam
pro illius expulſione ob non ſolutum canonem,
competit etiam primo emphyteutæ ſubemphy- 58
teuticanti, ſibique canones, ſivè veriùs ſubcano-
nes reſervanti, adversùs ſecundum emphyteutam
ob non ſolutos ſubcanones, *Burgius de laudem.
par.1. inſpect.4. n.105. in additione, Caldas Perey-
ra de jure Emphyt. lib.1. qu.13.nu.47. in princip.*
in reliquis autem, nempè quoad laudemia, &
quindennia Dominus utilis definit eſſe Domi-
nus, ſed umbra, ſeu quædam reliquiæ tantùm 59
utilis dominii penès ipſum remanent, *de Luca
ad de Franch. deciſ.437. nu.4. circà fin.* Neque ex
reſervatione ſubcanonum inducitur reſervatio
laudemiorum, nec illa induci poſſet, cùm hoc ſit
in quæſtione, ad quem videlicet ſpectent quin-
dennia, an ad Dominum utilem, an ad Domi-
num directum, & ad contrariam *deciſionem 75.* 60
cor. Coccino optimè reſpondet *Rota poſt Nigrum
de laudem. to.2. dec.2. n.15.* quæ eſt *dec.40.n.23.
par.7.recent.*

V. Objectum nullius etiam eſt relevantiæ,
quia præfata declaratio, ſivè diſtinctio in caſu
reſervationis annuæ penſionis favore ſubemphy-
teuticantis, patitur ſenſum divinatorium, qui
non compatitur, ut ad rem egregiè reſpondet
*Caldas Pereyra de jure emphyt. lib.1. qu.13. n.45.
cum ſeqq.* ubi contrariam diſtinctionem redar-
guit, tanquam extraneam, & tanquàm contrà
omnium ſententiam, ac intentionem, *Niger de
laudem. tom.1. qu.10. artic.2. num.108. & 111,
Rota poſt eund. Nigrum tom.2. dec.2. num.4. cum
ſeqq.* ubi reiicitur diſtinctio hujuſmodi tanquàm
inanis, ac verbalis, *de Luca Melphiten. ad de
Franch. deciſ.Neapol.437. nu.5.* ubi non eſſe undi-
que tutam, *Rubeus ad dec.9.nu.12.cum ſeq.par.4.
rec.tom 1.* alias emphyteuta faceret conditionem
Domini deteriorem, ſubconcedendo, quod fa- 61
cere nequit, *Carol.Anton. de Luca ad de Franch.
dec.437.n.5.in princ.*

VI. Objectum nullius momenti eſt, quia im-
mò idem *Pinheyr.* ibidem pro uſufructuario al- 62
legatus, parum ſibi conſtans, poſteà tenet, lau-
demium fore ſolvendum proprietario, ut *nu.42.*
idemque firmat *Fragoſo de regim. Reip.Chriſtian.
tom.3.diſput.13.§.6.nu 6.Roſignol.de contract.con-
tract.1.diſquiſit.ſeu §.5.nu.4.& contr.4. prænot.4.
n.13.in med.ac in fin.Merenda controv.Jur.lib.24.
cap.6.n.25.* ubi inquit de contraria opinione val-
dè dubitare, & fundamentali quidem ratione,
quia ſolus proprietarius, ſeu Dominus proprie-
tatis poteſt inveſtire, & aliud eſt, quòd laude-
mium ſit fructus propter proprietatem, cùm
proprietas ſit fundamentum, ratione cujus lau-
demium, ac quindennium reſpectivè eſt ſolven-
dum, & proprietas ſecundùm ſe parit laude-
mium, ac quindennium, ut fructum, & laude-
mium, ſeu quindennium non eſt fructus ſecun-
dùm ſe proveniens à proprietate tanquàm à cau-
ſa efficiente immediata, ſed provenit à labore
inveſtientis, & ab applicatione voluntatis ipſius
ad

ad inveſtiendum ſuppoſita proprietate, ſed pro
inveſtitura, & recognitione proprietarii, prout
& quindennium pro recognitione, nec omnes
fructus proprietatis ſpectant ad uſufructuarium,
ſed illi dumtaxat percipi ſoliti à tali proprieta-
te, quique ab ipſa intrinſecè proveniunt, non
63 verò inſoliti, qualia ſunt laudemia, & quinden-
nia, quique ab extrinſeco proveniunt, *Roſignol.
loc. mox citat. n.* 4.

Ultraquamquòd in tantum ſalvari poteſt opi-
nio tenentium, laudemium deberi uſufructuario,
in quantum diverſa militat ratio, dum lau-
demium habetur pro jure reali proveniente ex re
64 ipſa adinſtar fructus ejuſdem, ex conſequenti
compræhenditur ſub uſufructu, & ſic ad uſufru-
ctuarium ſpectat, ut reſpondet *Britto in cap. po-
tuit* 4. §. 5. *nu.* 17. *in med. verſic. & ſic licet videa-
tur*; ſicuti è contrà laudemium a proprietario
ſolvitur, *Chriſtin. dec. Belgic.* 375. *per tot. vol.* 1. *&
dec.* 13. *vol.* 6. nè aliàs ſequendo contrariam opi-
65 nionem, ad imparia uſufructuarius, & proprie-
tarius judicentur, quidquid perfunctoriè favore
uſufructuarii ſentiat *Donad. de renunc. tom.* 1.
cap. 30. *nu.* 70. *in med. verſic. & etiam ſolvi debet.
Carpzov. Jurisprud. for. Romano Saxonic. Con-
ſtit.* 39. *definit.* 31. *num.* 2.

In nihilum relevante exemplo uſufructuarii in
præſentando, quia non deſunt Doctores putan-
66 tes, veriorem eſſe contrariam opinionem tenen-
tium, potiùs proprietarium, quàm uſufructua-
rium poſſe præſentare, ut teſtatur *Molina in
ſupradicto VI. Objecto citatus*, vel media via ad
lites tollendas tenenda eſt, quòd videlicet hoc
caſu uterque ſimul, ſeu, ut legaliùs ajunt, ſimul-
67 taneè præſentet, tàm uſufructuarius, quàm pro-
prietarius, tanquàm quaſi ſocii, *Lambertin. de
Jurepatron. lib.* 1. *artic.* 3. *qu.* 10. *principali par.* 2.
n. 22. *Vivian prax. Juriſpatron. par.* 1. *lib.* 4. *cap.* 7.
num. 12. *ſeu fin.*

Uel tenenda eſt media ſecundùm aliquos, qui
68 exiſtimant utrique ſolvendum eſſe laudemium,
tàm nempè uſufructuario, quàm proprietario,
Amad. à Ponte de laudem. qu. 20. *nu.* 2. ubi in Par-
lamento Tholoſæ ita determinatum, & ibidem
Blancard. in notis ſub fine.

VII. Objectum nihil ſtringit, quia idem *Ni-
ger de laudem. tom.* 1. *qu.* 10. *artic.* 2. *nu.* 85. *in fine,
Caldas Pereyra de jure emphyt. lib.* 1. *qu.* 13. *nu.* 51.
& lib. 4. *cap.* 7. *nu.* 43. *cum ſeqq. Amic. eod. tract.
qu.* 83. *n.* 10. *circà med. verſic. licet poſſint, & n.* 11.
*in fine verſic. & licet aliquod jus, Eminentiſs. Cor-
radin.* olim meritiſſimus Sanctiſſimi Auditor, ac
olim in Urbe eximii nominis Advocatus, *de jure
prælation. qu.* 31. *nu.* 62. *cum ſeqq.* ubi de veriori,
rejecta contraria, *Marcian. diſput.* 97. *nu.* 21. *cum
ſeqq. tom.* 2. *Rota in antiqu. deciſ.* 1. *aliàs* 862. *per
tot. de locat. & coram Card. Ubaldo deciſ.* 384. *n.* 5.
& per tot. tom. 2. *ac in recen. dec.* 40. *per tot. par.* 7.
69 tenent, potiùs Dominum directum præferendū
eſſe, quàm Dominum utilem, ſeu primùm em-
phyteutam in alienatione emphyteuſis per ſub-
emphyteutam facta, undè ſicuti alienante ſub-
emphyteuta præfertur directus Dominus ipſi
ſubemphyteuticanti, pariter etiam illi debetur
laudemium, & reſpectivè quindennium, cùm
à pari procedant exactio laudemii, ſeu quin-
dennii, & jus prælationis, ut advertit ipſe *Niger
loco citat. n.* 85. *in fine, & n.* 86. *in princip.* & jura
dominicalia, qualia ſunt laudemia, & quinden-
nia privativè quoad emphyteutam remanent pe-
nès Dominum directum etiam reſpectu ſecundi,
& tertii emphyteutæ, ſicut antè ſubemphyteuti-
cationem habebat reſpectu primi, nihilque re-
manere debet penès primum emphyteutam, qui
directum dominium nunquam habuit, neque
utile ampliùs habet, dum ſubconceſſit, ſeu ſub-
emphyteuticavit, *Carol. Anton. de Luca ad de
Franch. dec. Neapol.* 437. *n.* 5. *in med. verſiculo reli-
qua verò jura dominicalia*, jus enim, quod ſibi
reſervat primus emphyteuta, non eſt emphyteu- 70
ticum, ſed jus quoddam incorporale, & priva-
tum, *Amicus loco mox citato n.* 11. *in fine, verſi-
culo, & licet aliquod jus*, ſivè emphyteuta ſub-
emphyteuticaverit, ſibi canonem reſervando,
aut aliquid aliud in ſignum utilis dominii, ſivè
ſubemphyteuticando, nihil ſibi reſervaverit, ut
tenent citati Doctores.

VIII. Objectum minùs faceſſit, quia ultrà
quòd emphyteuta ſubemphyteuticando cum
conſenſu Domini, ſinè quo non valeret ſubem-
phyteuticatio, non poteſt dici cauſa ſubemphy-
teuſis, ſed potiùs medium, & inſtrumentum
quoddam, & tunc procederet objectum, ubi
cauſa remota eſſet infirmior propinqua, ſeu pro-
xima, & immediata, cùm majus lumen ſolet ex-
tinguere minus, quod ad caſum præſentem non
benè applicatur, dum jus directum eſt aptum
extinguere jus utile emphyteutæ, & utilis Do-
minus ſubeſt directo, & non è contrà, veluti pon- 71
derat *Niger de laudem. qu.* 10. *artic.* 2. *nu.* 69. *cum
ſeqq. tom.* 1. ac ſemper in ſolutione laudemii ha-
benda eſt ratio directi Domini tanquàm origi- 72
nis, & fontis, idemque ſervandum in ſolutione
quindennii, *Niger loco allegato num.* 85. *in med.
verſiculo concludens*, quando Dominus dire- 73
ctus dicitur potiùs cauſa proxima, & imme-
diata, *Rota poſt Nigrum de laudem. tom.* 2. *deciſ.* 2.
num. 17. *in principio*. Ultraquamquòd regula,
quòd conſideranda ſit immediata, & non remò-
ta perſona, tamen venit generaliter accipienda,
ſed non in cauſa emphyteuſis, quæ rationem ha-
bet ſpecialem in contrarium, & ad ſummum re-
quirendus eſt conſenſus etiam primi emphyteu-
tæ alienante ſecundo ob intereſſe, quod habet,
ut ſciat in cujus manus bona perveniant, an vi-
delicet alienatarius ſit potens, an è contrà im-
potens, ſeu pauper, an inimicus, vel alium de-
fectum perſonalem patiatur, indèque incommo- 74
dum, aut difficile ſit convenire translatarium
pro annua penſione, *Caldas Pereyra de jure em-
phyt. lib.* 4. *cap.* 7. *nu.* 44. *cum ſeq.* non tamen hinc
per approbationem emphyteutæ poteſt deroga- 75
ri juri Domini, quale eſt laudemium, ac quin-
dennium, *Merenda controv. jur. lib.* 19. *cap.* 49. *n.* 3.

IX. Objectum nequaquam turbat, quia immò
in concurſu Domini utilis cum directo ſemper
laudemium ſolvendum potiùs directo, tanquàm
majori, potiori, efficaciori, ac nobiliori, & per 76
conſequens in ſequelam quindennium, eaque
mens præſumenda eſt *l. fin. C. de jure emphyt.* præ-
cipientis Domino ſolvendum fore laudemium,
Niger de laudem. tom. 1. *qu.* 10. *artic.* 2. *num.* 59. *cum
ſeqq. ubi n.* 63. inquit, utile dominium eſſe chime-
ram, ſeu commentum Juriſperitorum, fuiſſeque
Accurſianam diſtinctionem, immò de Jure Di-
geſtorum penitùs incognitum, ac indè perpe-
tuam

77 tuam pugnam inter Ultramontanos, & Citra-
montanos, an detur dominii utilis, & directi
diſtinctio, *Rota coram Card. Vbaldo dec.*386.*n.*7.
78 *tom.*2. nec habemus legem, aut conſuetudinem
mandantem ſolvi primo emphyteutæ laude-
mium, multòque minùs quindennium, *Meren-
da controv. jur. lib.*19.*cap.*49.*n.*4.

X. Objectum minimè torquet, quia conſen-
ſus Domini directi præſtitus ad ſubemphyteuti-
candum, non influit jus transferendi in alium
jura, quæ competunt conſentienti, ſed opera-
tur remotionem obicis, ac impedimenti, ut ci-
trà pœnam commiſſi fieri poſſit ſubemphyteu-
ticatio, nè alias Dominus directus (quod eſſet
ridiculum, ac ſaltem inveriſimile) ſimpliciter
79 conſentiens ſubemphyteuticationi, cenſeatur
conſentire etiam circà ea, quæ illi obeſſent in
directo dominio, & ſic in exigendo quindennio,
veluti reſpondet *Niger de laudem qu.*10 *artic.*2.
*n.*57.*in princ. verſiculo attamen quia, & n.*58.86.
*in princ.*107.*&* 108.*to.*1. quando potiùs Domi-
nus cenſetur conſentire ſalvo ſuo jure directo,
quod habet in perceptione quindenniorum, *Cal-
das Pereyra de jure emphyt. lib.*1.*qu.*13.*n.*48. aliàs
Dominus directus perpetuò excluſus remaneret
80 à fructu ſui directi dominii, qualis eſt quinden-
niorum perceptio, *Niger de laudem. qu.*10.*artic.*2.
81 *n.*111.*in fine*. Conſenſus autem Domini directi
in ſubemphyteuticatione requiſitus, præſumitur
interveniſſe, ſi Dominus directus uniformem
penſionem perceperit, *Pegas de oblig. & action.
tom.*1.*ſeu reſol. forenſ. tom.*3.*cap.*28.*nu.*748. *in fine*
82 *verſic. neque obſtat*, vel ſi lapſi ſint triginta anni,
*Pegas citat. loc. n.*336.*in med. n.*789.*& num.*866.*in*
83 *fine*, immò juxta aliorum ſententiam ex ſola
decennali patientia præſumitur hujuſmodi con-
ſenſus, *Diez var. reſol. lib.*3.*qu.*23.*n.*45.*ubi in med.
verſic. tùm etiam* reddit rationem, quia alienatio
emphyteuſis in alium æquè idoneum eſt parvi
præjudicii, cùm ſemper ſalvum remaneat jus
domini directi adverſùs rem emphyteuticam,
non tamen præſumitur conſenſus Domini dire-
cti, ſi à novo emphyteuta nunquam canones
receperit Dominus, cùm tunc alienatio eſſet val-
dè præjudicialis, *idem ibid. circà fin. verſic. ſi ta-
men*, ubi præſertim, ſi Dominus eſſet Eccleſia,
& præſertim ſi alienatio fieret in perſonam po-
tentiorem, qualis eſt Eccleſia, & Monaſterium,
vel in pauperem, & res malè tractantem, vel non
valentem cultura neceſſaria colere.

Dilutis igitur memoratis Objectis, principalis
noſtra reſolutio impugnata, nunquam tamen
84 expugnata, magis vera emicat, & ovat acce-
dente potiſſimùm obſervantia ſolvendi quin-
dennia Domino directo, *Rota dec.*2. *n.*19. *circà
fin. verſiculo tandè intentio Capituli, poſt Nigrum*
85 *de laudem. tom.*2. & procul dubio veriſſima, ac
indubia evadit, ſi per emphyteutam ſubemphy-
teuticantem manui mortuæ fuerit expreſſè reſer-
vatum quindennium ipſi Domino directo, me-
diante particulari pacto, & conventione, *Rota
poſt Nigrum loco mox allegato, verſiculo & quia
bona, & dec.*4. *poſt eundem nu.*3. *in princip. verſi-
culo ſed quidquid ſit*, repetita penès *Card. Vbald.
dec.*204. *nu.*2. *tom.*1. *dec.*5. *n.*1. *in princip. verſic.
ex pacto etiam, & in fine, verſic. pactum autem,
& dec.*6. *num.*6. *cum ſeqq. quæ eſt deciſ. coram eod.
Vbaldo* 203. *dicto tom.* 1.

Adeoque verum eſt, quòd laudemium, ac
reſpectivè quindennium debeatur Domino dire-
cto, non verò primo emphyteutæ ſubemphy-
teuticanti, ut, etiamſi emphyteuta habeat pro ſe
obſervantiam percipiendi quindennia à manu
mortua ſubemphyteuta, adhùc ſolvendum ve-
nit quindennium per ſubemphyteutam Domino 86
directo, cùm ſtante, quòd appareat de bono
jure directi Domini, prætenſio primi emphyteu-
tæ reiicienda eſt ad petitorium, inque eo releva-
re videtur, veluti animadvertit *Rota coram Card.
Vbaldo dec.* 203. *nu.*11. *tom.* 1. *duplicata poſt Ni-
grum de laudem. tom.*2. *dec.*6. *n.*9. *in fine, verſiculo
quæ dicuntur de obſervantia*, ità ut obſervantia
exigendi quindennium non ſuffragetur emphy-
teutæ, obſervantia autem illud exigendi ſuffra-
getur directo Domino.

Præterea Dominus directus in exactione quin-
dennii à ſubemphyteuta ſibi debiti, tàm bonum 87
jus fovet, ut, etiamſi illud ſolutum fuerit primo
emphyteutæ ſubemphyteuticanti, adhùc quin-
dennium malè exactum, legitimè repetere po-
teſt, prout repetere laudemium, *Rota coram
Vbaldo dec.* 298. *num.*11. *in med. verſiculo & hoc
tantò magis tom.* 1.

Pari paſſu idem firmandum in caſu, quo pri-
mus emphyteuta à Domino directo inveſtitu-
ram aſſequutus fuerit in ãpla forma, immunem
ſcilicet, ac exemptam, & cum jurium ceſſione,
quia talis conceſſio importat emphyteuſis exem-
ptionem à collectis, & angariis, non à juribus
Dominicalibus, qualia ſunt quindennia, ſecun-
dùm naturam emphyteutici contractus Domi-
no ſpecialiter obligatis, debitis, ac reſervatis,
immò eum ipſa emphyteuſi ſimul natis, quæ re- 88
miſſa, aut ceſſa, translatave non cenſetur, niſi
exprimatur, ità ut adhuc laudemium, & quin-
dennium ſolvendum eſt Domino directo, non
primo emphyteutæ, *Caldas Pereyra de jure em-
phyt. lib.* 4. *cap.* 16.*num.*37.

Idemque dicendum, etiamſi inveſtitura facta
ſit cum clauſula *& quibus dederis*, ſiquidem hu-
juſmodi clauſula, ac facultas poteſtatem tribuit
emphyteutæ ſubemphyteuticandi ſine Domini
conſenſu, adhùc tamen facta ſubemphyteutica-
tione, & poſteà ſubemphyteuta alienante ſicuti
debetur laudemium Domino directo, quia illius
conſenſus requirendus eſt, ità, & quindennium,
cùm facultas alienandi, & clauſula prædicta ſo-
lùm operatur in prima alienatione facta ab em- 89
phyteuta, non autem in aliis à ſubemphyteuta
faciendis, *Caldas Pereyra de jure emphyt. lib.* 4.
*cap.*7. *n.*45. *Fulgin. eod. tract. tit. de laudem. qu.*23.
*per tot. Eminentiſs. Corradinus de jure prælation.
qu.*31. *nu.*65. *de Franch. dec. Neapol.* 437. *per tot.
Rota in recentior. dec.*40. *per tot. par.*7. *& poſt Card.
Albitium* olim in Urbe præclarum Advocatum,
de inconſtant. in judic. dec. 4. *per tot.*

Non deſunt tamen caſus, in quibus quinden-
nium debetur potiùs primo emphyteutæ Domi-
no immediato ſubconcedenti, quàm Domino
directo, & mediato concedenti, ſi nimirùm de 90
conſenſu Domini directi prævia conventione no-
minatim emphyteuta in ſubemphyteuticatione
quindennium ſibi reſervet, ſingulariter *Caldas
Pereyra de jure emphyt. lib.*1. *qu.*13.*nu.*47. *in fine*,
*Blancard. in notis ad Amad. de Ponte de laudem.
qu.*24.*in fine, verſiculo excipe, ſi primus emphyteu-*
ta

ta,idem de Ponte eod.tract.par.1.inſpect.4.in addit. nu.107. Filliucc qu moral. tom.2. tract.36. cap.8. qu.14. nu.157. in fine, Gama dec.Luſitan.323.n.5. in principio, verſic. non ideò tamen, cùm enim quindennii exactio ſit introducta favore Domi-
91 ni directi ad reparandum præjudicium laudemiorum, ac devolutionum ob translationem emphyteuſis in manum mortuam,ut pluribus in locis oſtendimus, ac præſertim ſuprà in Cap. I.
92 & II. quiſquis poteſt renunciare favori ſuo, & non curare de damno, Barboſa axiom.96. n.2.niſi forſitan Dominus directus ſit Eccleſia, vel alius Locus Pius,qui præſertim in præjudicialibus ſua jura remittere nequit abſque ſolemnitatibùs, dum tacita renunciatio quindennii habentis
93 tractum ſucceſſivum, eſt ſpecies alienationis, ideoque uti talis prohibita, ſeu de prohibitis in notiſſima extravag ambitioſæ de reb. Eccleſ. non alien. & tranſfert in primum emphyteutam jus conſiderabile, quale reputatur quindennium ob perpetuitatem, Turricell.de reb. Eccleſ. non alien.
94 cap. 1. nu.2. quæ ceſſio quindennii conſiderata tanquàm pars prætii, valorem emphyteuſis augentis, vel minuentis, eſt præjudicialiſſima,
95 Turricell.tract. mox allegato cap.18.n.35 & prout emphyteuſis perpetua, cenſetur prohibita Turricell.citato cap.1.nu.5. ità & perpetua ceſſio quindennii, in quo ob recognitionem directi dominii
96 valdè conſiderabilis eſt præeminentia dominationis, & jacturæ conſequentia, Turricell. citato cap.18. nu.39. Rota dec.94.nu.58. par.7.recentior.
97 adinſtar facultatis francandi, quæ ob inditam bonorum francandorum libertatem evadit damnoſa, Turricell. dicto cap. 18.num.41.

Eodem fermè pacto debetur quindenniũ pri-
98 mo Emphyteutæ, non Dño directo, ſi Emphyteuta alium faciat Emphyteutam conſentiente Domino, cum prægnantiſſima clauſula, pro ſe, hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque, ad habendum, tenendum, diſponendum, & perpetuò faciendum quidquid ipſi ſubemphyteutæ, & ſucceſſoribus ſuis quibuſcumque placuerit, ità quòd tàm ipſe ſubemphyteuta, quàm hæredes, & ſucceſſores poſſint ad libitum cui, & quibus velint, dare, & concedere, cùm per eam clauſulam adeò effrænatam cenſeantur extincta omnia commoda directi dominii in perſona primi inveſtientis, ſeu Proprietarii, qualia ſunt laudemia,
99 & quindennia, immò ſubemphyteuta vigore talis facultatis habeat ea bona tanquàm libera à ſervitute debita mediato Domino, & ſic à quindennio, ſicuti à laudemio, Niger de laudem. quæſt. 10. artic.2. num.109. cum ſeq. tom.1. nihilominùs advertendum puto, quod ſi Dominus directus ſit Eccleſia, vel Locus Pius, qui conſentiat, ut Emphyteuta ſubemphyteuticet cum præfata clauſula,tunc eodem modo,quo ſuprà notavi, requiruntur ſolemnia,dum per hujuſmodi conſenſum valdè ſibi præjudicat Locus Pius, perpetuò amittens, quia dimittens quindennium ex eadem ratione, de qua ſuprà.

Pari ratione in locis, in quibus vigeat contra-
100 ria conſuetudo ſolvendi laudemium,ac reſpectivè quindennium primo Emphyteutæ Domino immediato ſubconcedenti, eidem illud venit ſolvendum, non autem mediato, ſeu directo Domino, Merenda controv. jur. lib.19.cap.49.n.4. in fine verſiculo quòd ſi ſpecialem conſuetudinem, volum. 4. Caldas Pereyra de jur. Emphyt. lib.4. cap.16. num. 36. circà fin. ubi in Portugallia
hujuſmodi vigere conſuetudinem, Niger de lau- 101
dem.quæſt. 10.artic.2.num.114.tom.1. Blancard. in notis ad Amad.de Ponte eod.tract. quæſt.24. in fine,
cùm conſuetudo uti altera lex, poteſt laudemia, 102
& quindennia reſpectivè ab aliquibus auferre, & aliis applicare, Themud. deciſ. Ulyxbon. 154. num.8. in med. verſiculo & conſuetudo, juncto
verſiculo & tanquàm talis par.2. & vulgare ſit in 103
jure poſſe fieri per conſuetudinem, quòd per pactum (ut jam ſuprà oſtenſum eſt) etiam fieri poteſt, Themud. loc.citat. in fine, hinc in Parochiali Eccleſia S. Juliani Ulyſſiponen. Civitatis Pa-
triæ meæ viget antiquiſſima conſuetudo ſolven- 104
di laudemia Œconomis Beneficiorum, non au- 105
tem Beneficiatis abſentibus ex alienationibus bonorum Emphyteuticorum, Themud.loc.cit.n.3. & per tot. deciſ. 154. ubi num.15. in fine eandem vigere conſuetudinem in quamplurimis aliis ſui, & noſtri Luſitani Regni Eccleſiis, in qua quidem Eccleſia, ex munificentia Sſmi D. N. Clementis PP. XI. proviſus fui de anno 1716. de Beneficio ſimplici, litigioſo tamen (prout in illis Partibus quamplura Beneficia talia ſunt,præſertim ob præpotentiam intruſorum) tenebitur tamen primus Emphyteuta probare concludenter, ac in ſpecie particularem conſuetudinem ſibi ſolvendi quindennia per ſubemphyteutam,
cùm illa tanqàm ex diametro contraria juri, ac 106
generali etiam conſuetudini, non ſit præſumibilis, Merenda controv. jur. vol.4. lib.19.cap.49. num.4. in fine.

Solus remanet ſcrupulus, quid dicendum in caſu, quo Dominus directus fuerit Eccleſia, ſivè Locus Pius, an tunc hujuſmodi conſuetudo ſolvendi quindennium potiùs Domino utili ſubinveſtienti, quàm directo inveſtienti, liget Eccleſiam, ſeu Locum Pium præſertim in materia, ut iſta, præjudiciali, ac ex diametro adverſante generali conſuetudini in contrarium ſolvendi qnindennium Domino directo, & puto, etiam in hoc caſu ſervandam eſſe hujuſmodi conſuetudinem, quanvis Dominus directus ſit Eccleſia, ex quadam tacita approbatione Pontificum, cùm nanque de jure Canonico non ſit conſtitutum, quid ſervandum ſit in laudemii, & quindennii ſolutione, ſed ea praxis tota referatur
ad jus Civile, & conſuetudinem loci rei ſitæ, 107
æquum eſt,ut Eccleſiaſtici in hoc non ſeparentur à conſuetudine, qua cæteri cives ſunt obligati, & obligari velle tacitè ſunt profeſſi, Niger de laudem.q.46.n.16.cum ſeqq.ubi n.19.poſt med.verſ. immò videtur,to.2. inquit, iniquum videri contrarium aſſerere, Molina de juſtit. & jure diſput.459. nu.24. in principio, & ſicuti ſuperiùs in præſenti Cap. n.100. cum ſeqq. firmatum fuit, per pactum poſſe fieri, ut ſolvatur quindennium Domino immediato potiùs, quàm directo mediato, ità arguendo à pacto ad conſuetudinem, qualiter argui poteſt, Everard. in Topic.leg. loc.89. Barbo-
ſa loc. 81.n.3. benè firmatur, memoratam con- 108
ſuetudinem locum etiam habere in Eccleſia Domina directa, veluti in ſimili circà quotam laudemii Niger de laudem.tom.1.quæſt.4. art.2.n.16. & tom.2. quæſt.46. n.17. ubi n.18. ait, conſuetudinem continere tacitum pactum omnium Civium, quorum appellatione continentur Eccle-
ſia-

ſiaſtici , & Eccleſiam dici de corpore Civitatis ,
109 & fortiùs præfata conſuetudo intrabit,ſi diutiùs,
ac uniformiter fuerit paſſim cum laicis per Ec-
cleſiaſticos obſervata, *Niger loc. mox citat. n.*37.
Non ſolùm autem ſeſe offerunt caſus (ut jam
vidimus) in quibus quandoque quindennium
potiùs debetur primo Emphyteutæ , quàm di-
recto Domino , verùm etiam ſuppetunt caſus,
in quibus debetur quindennium tàm primo Em-
phyteutæ , quàm Domino directo , & ſic duo
quindennia , ſi videlicet Emphyteuta Dominus
immediatus in ſubconceſſione , ſeu ſubemphy-
teuſi de conſenſu mediati , ac ſuperioris Domini
directi facta conveniſſet cum ſubemphyteuta
ſibi fore per eundem ſolvendum quindennium ,
tunc enim utrique debetur quindennium tàm
immediato, quàm mediato, unum vigore pacti ,
& aliud vigore conſuetudinis , cùm pactum hu-
juſcemodi accedat cumulativè , non privativè
quoad Dominum directum , cui ſalvum rema-
110 net ſuum quindennium de jure , ſivè mavis de
conſuetudine debitum , veluti in ſimili de laude-
mio *Burgius de laudemiis parte* 1. *inſpect.*4.*n.*35.
Fulgin. de jure Emphyt. tit. de laudem. quæſt 23.
*nu.*8. *cum ſeq. Rota deciſ.* 9.*n.*3. *in principio verſi-
culo ex pacto etiam, junctis nn.ſeqq. parte* 4. *recen-
tior. tom.* 2.
Nec durum videatur, quòd hac via duplex
quindennium ex una tantùm re, ſeu Emphyteuſi
ſolvatur , hincque abſurdum maximum , ac in-
conveniens oriatur, nè quis circà eandem rem
duplici onere gravetur , *Niger de laudem. tom.*2.
111 *quæſt.*25. *n.*26. *Manent. de jure contract. livellar.
pact.* 9. *n.*14. *in principio , verſiculo ſequi poſſet* ,
etenim nihilominùs interdum duplicia deberi
poſſunt quindennia , ſicuti duplicia etiam ali-
quando debentur laudemia , *Niger de laudem.*
112 *tom.*2.*quæſt.*22. *artic.*6.*n.*24. *Rota coram Ubaldo
deciſ.*298.*n.*10. *tom.* 1. *& in recentior. deciſ.* 163.
*n.*28. *cum ſeq. parte* 19. Undè ſæpiùs videmus ,
quòd duplex debetur laudemium in materia re-
113 præſentationis , unum ex perſona repræſentan-
tis , aliud ex perſona repræſentatarii , *Niger*
114 *citat. tract. tom.*1. *quæſt.*25.*num.*47.91. *& ſeqq.*
quidquid ſit , ſi repræſentans ſit filius , ob iden-
titatem , ac ut ità dicam , legalem unitatem per-
ſonæ Patris, & filii, *Niger loc. mox allegat.n.*56.
cum ſeqq. eodem modo duplex debetur laude-
115 mium in materia tranſmiſſionis , unum ex perſo-
na tranſmittentis,aliud ex perſona tranſmiſſarii,
*Niger loco citato num.*87.*cum ſeqq.* pariterque du-
116 plex in materia donationis , ſeu ceſſionis , unum
ex perſona donantis, ſeu cedentis, aliud ex per-
ſona donatarii , ſeu ceſſionarii, *Niger loco citato
nu.*94. *cum ſeqq.* idemque in materia renuncia-
tionis , unum ex perſona renunciantis , aliud ex
117 perſona renunciatarii, *Niger loco citato n.*104. &
in materia nominationis , unum ex perſona no-
118 minantis , aliud ex perſona nominatarii , *Niger
citat. tract. tom.*2.*quæſt.*22. *artic.*3.*num.*14. indè
119 pari ratione duplex debetur gabella juxta ca-
ſuum contingentias ; *Manent. conſ.*128. *n.*9.11.
15.16.20.*&* 21.*& conſ.*129. *n.*38.*&*50. *poſt ſuas
deciſion. Mantuan. Gutierrez de gabell. quæſt.*10.
*n.*26. *& quæſt.*19.*n.*3. *Matienzo in leg. Hiſpan.
lib.*.5. *tit.*11.*l.*7. *gloſ.*2.*n.*23. *in principio , Rota in
recentior. deciſ.*428.*n.*4. *par.* 13. *& deciſ.*163 .*n.*28.
cum ſeqq.parte 19. Omiſſo, quòd abſurdum poſ-
ſet conſiderari , ſi duplicatum quindennium uni
tantùm perſonæ eſſet ſolvendum , non autem
quando duplicatum illud ſolvitur , quia duplici
perſonæ ſolvitur , uni nempè vigore pacti , &
alteri vigore conſuetudinis, & ſic ex diverſis reſ-
pectibus diverſis perſonis , ſeù uni tanquam
Domino utili ſubinveſtienti , ac ſubconcedenti,
& alteri tanquàm Domino directo inveſtienti ,
ſeu concedenti , ut in ſimili materia laudemii 120
videtur innuere *Addens ad Gamam deciſ. Luſitan.*
22.*n.*2. *in fine* . Immò adhuc etiam in caſu, quo
uni tantùm ſolveretur laudemium , ac reſpectivè
quindennium, non cōſideratur abſurdum,quan-
do nempè Domino directo illud,vel laudemium
duplex ſolvitur pro admiſſione ad purgationem 121
moræ unum , & ob alienationem aliud , *Fulgin.
de jure Emphyt. tit. de laudem.quæſt.*37.*n.*4. prout
etiam duplex laudemium debetur eidem Domi-
no directo in caſu, quo Emphyteuta alienaverit
Emphyteuſim , & tradiderit poſſeſſionem Em- 122
phyteuſis , unum nimirùm ex prima rei tradi-
tione, alterum ex eiuſdem retrotraditione , *Bel-
lon. de his , quæ in continenti fiunt lib.*1. *cap.*103.
*n.*5. *cum ſeqq. Piſtor.quæſt.*59.*n.*17. *cum ſeqq. ubi
filius in Additione litera I. tom.*1. *Fulgin. de jure
Emphyt. tit. de laudem. quæſt.*8. *n.* 41. *in princip.
verſiculo ſed ſi ad traditionem , Giurba de ſucceſſ.
feud.*§.1.*gloſ.*15.*n.*47. *Burgius de laudem. parte* 2.
inſpect. 50. *num.*9. *Giballin. de præſtation. annuis
cap.*4. *artic.*2.*n.*13. *in principio* , & in caſu retro-
venditionis *Coſta de re integra prælud.*5.*diſtinct.*1.
*n.*5. *in principio , Matienzo in leg. Hiſpan. lib.* 5.
*tit.*11.*l.*7. *gloſ.*2.*n.*23. *Antonell. de temp. legal.
lib.*3. *cap.*7.*n.*43. *&* 81. *Burgius de laudem. par-
te* 2. *inſpect.*5. *n.*1. *in med. verſiculo aut res retra-
bitur , Theſaur. deciſ.*75.*num.*3. *in principio* , ubi 123
æquiſſimam conſuetudinem refert extare Bar-
chinonæ ſolvendi medium tantùm laudemium
pro quolibet contractu, unum ſcilicet pro prima
venditione, & aliud pro ſecunda,& ſic unicum ,
Solſona in Lucerna laudem.cellula 10.*n.*38.*Capan.
de Relevio par.* 5. *qu.* 25. *nu.*8. *Danza de pugna
Doctorum tom.* 3. *tit. de laud. cap.* 8. *nu.*5. *Fonta-
nella dec. Cathalon.*277. *nu.*10. *tom.* 1. ubi de hu-
iuſmodi conſuetudine tàm Barchinonæ , quàm
in aliis partibus Cathaloniæ , quam tamen con- 124
ſuetudinem ibidem non approbat in caſu vendi-
torum plurium corporum , & plurium prætio-
rum conſtitutorum , idemque ſecluſa conſuetu-
dine circà dimidiationem laudemii tenet *Coſta* 125
de re integra prælud. 5. *diſtinct.* 1. *num.*5. *in medio
verſiculo alioquin unicum,* quidquid ſit in relevio
ſimili laudemio, quod non debetur duplicatum, 126
ſivè multiplex , etiamſi intrà annum evenerint
plures caſus petendi Inveſtituram feudi,*Schrader.
de feud. tom.*1. *par.*6. *cap.* 3. *nu.*26. *Roſental. eod.
tract. tom.*1. *cap.* 6. *conc.* 66. *nu.*10. *ubi in Addit.
litera I.*

ARGUMENTUM.

Quindennium nondùm exactum , quia nondùm maturatum , ſolvendum eſt poſteriori Domino , de tempore nempè ſolutionis ipſius quindennii , non autem priori Domino de tempore conceſsionis ipſius emphyteuſis .

SUM-

SUMMARIUM.

1 Quindennium nondùm exactum, quia nondùm maturatum, ſolvendum eſt poſteriori Domino de tempore ſolutionis ipſius quindennii, non autem priori Domino de tempore conceſſionis emphyteuſis.

2 Habens actionem aquæ pluviæ arcendæ, & dominium fundi in alium transferens, deſinit habere aquæ pluviæ arcendæ actionem.

3 Actio exigendi quindennium partim eſt realis, & partim perſonalis.

4 Quindennia ceſſa præſumuntur per primum Dominum alienantem, niſi per eumdem in emphyteuſis alienatione retineantur.

5 Secundus Dominus, eſt Dominus ipſius emphyteuſis.

6 Stipulante filiofamilias de mutuando, & numeratione facta poſt emancipationem, mutuatarius patri non obligatur, ſed filio obnoxius remanet.

7 In venditione præfertur poſterior emptor, ſi eidem res tradita ſit, quanvis primus emptor pretium numeraverit.

8 Multa ſpectat ad habentem Juriſdictionem tempore latæ ſententiæ.

9 Quindennium non debetur antè adventum diei ſolutionis, uti fructus immaturus, etiamſi eſſet proximus recollectioni.

10 Moriente uſufructuario de tempore proximæ recollectionis fructuum, adhùc fructus non habentur pro recollectis ad effectum illos transmittendi ad hæredes, ſed efficiuntur proprietarii.

11 Xenia præſtari ſolita Cubiculariis Papæ per novos Cardinales, prædefuncto Papa, ſpectant ad novam Cameram Papæ ſucceſſoris.

12 Inter Cubicularios antiquæ, & novæ Cameræ tempore Clementis IX. & Clementis X. Xenia diviſa fuerunt.

13 Reijcitur contrarium ſentiens D. Advocatus Piton.diſc.Eccleſ.51.n.1. & per tot.par.2.

14 Gabella mercium ſolvenda eſt tempore, quo merces traduntur, non autem quando venduntur.

15 Retractus jure ſanguinis non datur ei, qui tempore contractus erat proximus, ſi tempore, quo ex illo agitur, ſupervixit proximior.

16 Primus Dominus poſt à ſe abdicatum dominium per emphyteuſis alienationem, non poteſt præſtare, quæ præſtat ſecundus.

17 Qualitas in actu aliquo requiſita, debet actui qualificato injungi tempore verbi.

18 Gabella debetur gabellario de tempore confecti inſtrumenti, per prius inter partes de illo conficiendo conventi.

19 Gabella ſolvitur gabellario tempore ratificationis, non gabellario tempore contractus.

20 Gabella debetur gabellario tempore declarati pretii, non gabellario tempore contractus.

21 Laudemium ſolvendum Domino tempore ratificationis, non Domino tempore contractus.

22 Conceſſa emphyteuſi cum pacto affrancandi ſoluta certa quantitate, laudemium debetur poſteriori Domino de tempore affrançationis.

23 Laudemium ſecundùm aliquos inexactum acquiritur antiquiori Domino.

24 Vendita emphyteuſi cum pacto de retrovendendo infrà quinquennium, & infrà conventum tempus non retrovendita, factoque interim alio directo Domino, laudemium debetur Domino de tempore venditionis cum pacto retrovendendi, non autem poſteriori Domino facto poſt dilationem.

25 Lucrum pœnæ ex injuria illata ſervo antè ipſius venditionem applicandum eſt venditori, quanvis poſt emptionem ſequuta condemnatione.

26 Lucrum pœnæ, quod ſenſit venditor fundi, ob arbores furtim cæſas antè ejus venditionem, applicatur venditori, quanvis poſt venditionem ſequatur condemnatio.

27 Filiofamilias ſub conditione ſtipulato, quanvis poſt ſtipulationem emancipato, & conditione exiſtente, adhùc patri actio competit, ſeu acquiritur.

28 Laudemium videtur ſolvendum Domino, qui tempore alienationis emphyteuſis illud petere poterat, non autem poſteriori Domino de tempore illius exactionis.

29 Nihil intereſt, an uno potiùs, quàm alio tempore gerantur, quæ cauſa prioris negocii explicandi fiunt, ſed benè quo inchoantur tempore, eſt inſpiciendum.

30 Quindennii exactio retrotrahitur ad principium juris productivi obligationis exigendi.

31 Fructus inexacti ſemper dicuntur pendentes, quanvis ceſſerit dies, quo exigi poſſunt.

32 Inexacti dicuntur quid immobile, ſeparati autem à fundo fiunt, & ſunt corpus mobile.

33 Principium debiti attendendum eſt.

34 Commodum mulctæ, ſeu confiſcationis bonorum ſpectat ad habentem jus mulctandi tempore commiſſi delicti, non autem ad habentem jus mulctandi tempore latæ ſententiæ.

35 Utilitas pœnæ impoſitæ fraudantibus gabellam ſpectat ad gabellarium.

36 Mulcta debetur Judici primæ ſententiæ, non autem Judici ſecundæ confirmatoriæ.

37 Salarium à Scholari ſolvendum, debetur priori, qui repertus fuit tempore licentiæ ad Doctoralem lauream datæ, non autem illi, qui reperitur tempore Doctoratus.

38 Laudemium potiùs debetur poſteriori Domino de tempore ſequutæ affrancationis.

39 Quindennium ſolummodò debetur poſtquàm maturatum fuerit.

40 Quindennium non eſt pœna, aut mulcta.

41 Quindennium debetur dumtaxat poſt quindecim annos.

42 Servus ſtipulando ſub conditione ſemper acquirit primo Domino, etiam poſt manumiſſionem eveniente conditione.

43 In tantum principium eſt inſpiciendum, in quantum erit actus perfectus.

44 Potiùs finis inſpiciendus, à quo tamquàm cauſa cauſarum conſideratur perfectio.

45 In faciendis ſolutionibus potiùs ſpectandus terminus diei, cui faciendæ ſunt.

46 Actus ſolutionis non retrotrahitur.

47 Fructus percipiuntur jure fundi, non jure ſeminis.

48 Pœnæ numerantur inter fructus pendentes.

49 Pœna antè ſententiam non debetur tamquàm numerata inter fructus pendentes, & non adhùc perceptos.

50 Contrarium ad ſummum procedet in primo Officiali Juriſdictionem habente titulo oneroſo.

51 Pœna de feudo, vel Juriſdictione debetur Domino immediato.

52 Lau-

52 *Laudemium nondùm exactum reputatur veluti fructus pendens.*

53 *Gabella non dependet à tempore, ſed ſolvitur inito contractu.*

54 *Quæ ob fraudem gabellæ incidunt in commiſſum, ipſo Jure transferuntur.*

55 *In pæna fraudantis gabellam adeſt habilitas extremi, à quo, & agitur de iis, quæ à Jure habentur pro perfectis.*

56 *Vigore appellationis perimitur prima inſtantia.*

57 *Tempus Doctoratus retrotrahitur ad tempus Licentiaturæ.*

58 *Scholaris de proximo matriculandus habetur pro matriculato.*

59 *Clauſula* conſtituti *transfert in conſtitutarium naturalem, & civilem poſſeſionem.*

60 *Quindennium debetur primo Domino, ſi iſte in alienatione emphyteuſis appoſuit clauſulam* ex nunc prout ex nunc.

61 *Hæc clauſula operatur, ut tempus futurum inſit.*

CAPITULUM XLVIII.

IN ſuperiori *Cap.* ſatis edoctum fuit, eſſe ſolvendum quindennium Domino directo, ſeu mediato, non autem Domino immediato, ſeu primo emphyteutæ ſubemphyteuticanti, ſequitur modò, ut in præſenti firmetur, eſſe ſolvendum quindennium nondum exactum, quia nondum maturatum poſteriori Domino de tempore nempè ſolutionis ipſius quindennii, non autem poſteriori Domino de tempore conceſſionis ipſius emphyteuſis. Pro intelligentia autem firmatæ reſolutionis præmittenda ſunt præliminaria aliqua, poſſe nempè dari ſucceſſivis temporibus plures Dominos directos ejuſdem rei, ſeu emphyteuſis, ſicut & plures Dominos utiles, ſi videlicet Dominus, qui hodiè in emphyteuſim conceſſit, cras (ut ità dicam) deſierit eſſe Dominus directus ex eo, quod alienaverit, donaverit, ceſſerit, vel alio titulo tranſtulerit ſuum dominium directum in alium, & ſic non adſit ampliùs prior, & antiquus Dominus directus, ſed novus, ac alius.

1 Undè proponitur in præſenti, quindennium nondùm exactum, quia nondum maturatum, ſolvendum eſſe poſteriori Domino, de tempore nempè ſolutionis ipſius quindennii, non autem priori Domino de tempore conceſſionis ipſius emphyteuſis, veluti eodem modo laudemium ſolvitur poſteriori Domino de tempore ſolutionis ipſius laudemii, non autem priori Domino de tempore venditionis, donationis, ceſſionis, ſeu translationis quomodocumque factæ ipſius emphyteuſis quoad directum dominium, *Ripol. var. reſol. cap.7. de jure emphyt. nu.177. cum ſeq. Antonell. de temp. legal. lib.3. cap.7. n.63. Burgius de laudem. par.1. inſpect. 4. nu.49. circà fin & in additione nu.118. in fine, Frantz eod. tract. cap. 7. nu.104. cum plurib. ſeqq. Amad. à Ponte eod tract. qu.36. nu.6 cum ſeq. Solsona eod. tract cellula 12. ſeu reſiduo cellulæ 12. tit. de duplicato laudemio nu.132. Niger eod. tract. tom.1. qu 11. nu.27. cum plurib. ſeqq. Coſta de retrotract. caſu 11. in cap. 8. nu.5. in fine, Fulgin. de jure emphyt. tit. de laudem. qu.8. nu.52. in fine, Caldas Pereyra eod. tract. lib.4. cap.16. nu.87. cum ſeq. Manent. de jure contract. livellar. poſt qu.1. pact.9. num.15. Theſaur. qu. for. lib.2. qu.72. nu.6. Rocca diſput. Jur. ſelect. tom.1. cap.87. nu.14. cum ſeq. Gallus de fructibus diſp.26. artic.3. num.30. verſic. contrarium, juncto verſic. ego ſentio* ubi hanc eſſe meliorem opinionem.

Et in cōprobationem principalis reſolutionis ſequētes duodecim ſuppetūt ſolidiſſimę rationes.

I. Quia ſicuti quis, priuſquam actione aquæ
pluviæ arcendæ agat, dominium fundi in alium 2
transferat, deſinit habere aquæ pluviæ arcendæ
actionem, eaque ad eum tranſit, cujus ager eſſe
cępit *l. ſi tertius 6. §. Siquis prius 4. ff. de aqu. & aqu pluv. arcend.* ità quis, priuſquam ad quindennium exigendum agat, dominium directum fundi emphyteutici in alium transferat, deſinit habere quindennii exigendi actionem,

II. Quia actio exigendi quindennium eſt mi-
xta, partim videlicet realis, & partim perſonalis 3
ratione rei, ſeu emphyteutici prædii competens,
ac tanquam perſonalis tranſit cum ipſa re in
ſucceſſorem, qualis eſt alienatarius, donatarius,
ceſſionarius, vel quomodocumque translatarius,
Caldas Pereyra de jure emphyt. lib.4. cap.16. n.88.
Niger de laudem qu.11. nu.31. tom.1. præſumun- 4
tur enim ceſſa per primum Dominum alienan-
tem quindennia, niſi in emphyteuſis alienatione
expreſſè per eundem primum Dominum retine-
antur, & reſerventur, *Solſona de laudem. reſid. cellul.12. tit de duplic. laudem. n.132. in fine verſic. quare videtur dicendum, Burgius eod. tract. par.1. inſpect.4. nu.49. in med. & in fine,* cum quinden-
nium tanquàm fructus emphyteuſis ſit ſequela
rei principalis, ipſius nempè emphyteuſis, nec
eſſe poteſt diverſæ naturæ, ideò tanquàm fructus
naſci dicitur, & in caſu maturari in dominio ſe- 5
cundi Domini, qui eſt Dominus ipſius rei prin-
cipalis, qualis eſt emphyteuſis, *Card. de Luca de emphyteuſi diſc. 44. num.7.*

III. Quia ſicuti, ſi durante patria poteſtate à
filiofamilias ſtipulatum fuerit de mutuando, &
numeratio ſit facta poſt emancipationem, mu- 6
tuatarius Patri minimè obligatur, ſed humani-
tatis intuitu obnoxius remanet filio *l. ſi debitori 47. §. ſi filius 1. ff. de fidejuſſor.* ità eadem humanitatis ratione dicendum videtur potiùs ſecundo, quam primo Domino eſſe ſolvendum quindennium per manum mortuam, ſi alienaret emphyteuſim, eidem ſecundo Domino ſolutura eſſet laudemium, & idem ſecundus Dominus inveſtiret ſecundum Emphyteutam, eumque in
poſſeſſionem immitteret, & quia ſicuti in ven- 7
ditione præfertur poſterior emptor, ſi eidem res
tradita ſit, quantumvis primus emptor pretium numeraverit, *l. quoties 15. C. de rei vindic. l. ex his prædiis 5. C. de eviction. Caldas Pereyra de empt. & vendit. cap. 11. num.9. in principio verſiculo reſolvens, Theſaur. quæſt. forenſ. lib.4. quæſt. 64. n.1. Ferr. Manriqu. de præcedent. qu.26. nu.5. circà med.* ità poſterior Dominus videtur præferendus in exactione quindennii priori, cui traditus fuit fundus emphyteuticus per priorem Dominum, immò juſtius eſt, ut quindennium ſit debitum ei, qui fuerit Dominus tempore illius ſolutionis, excluſo Domino, qui fuerat tempore, quo emphyteuſim alienavit, donavit, ceſſit, vel quomodocumque in alium tranſtulit.

IV. Quia ſicuti mulcta ſpectat ad habentem
Juriſdictionem tempore latæ ſententiæ, ſeu con- 8
cluſionis ad illam ferendam, non autem ad eum,
qui

qui jus dicebat tempore incohati proceſſus, *Niger de laudem. tom.*1. *qu.*11. *n.*44. ità & quindennium adinſtar mulctæ, ſpectare debet ad habentem dominium tempore exactionis quindennii, ſeu actionis ad illud exigendum, non autem ad eum, qui dominium habebat tempore nondùm ortæ actionis ad quindennium exigendum, uti tunc nondùm maturatum.

V. Quia ſicuti emolumenta officii debentur illi Officiali, qui exercet officium tempore ſolutionis emolumentorum, non autem ei, qui aliàs exercuerat officium pro aliqua parte temporis, pro quo ſolvitur emolumentum, ità quindennia tanquàm emolumenta domini directi debentur illi Domino, qui exercet dominium tempore ſolutionis quindenniorum, non autem ei, qui aliàs exercuerat dominium pro aliqua parte temporis, pro quo ſolvitur quindennium, quod
9 antè adventum diei ſolutionis non debetur uti antè illud tempus fructus immaturus, etiamſi fortaſſè eſſet proximus recollectioni, *Rot. dec.*554.
10 *nu.*1. *par.*5. *recentior. tom.*2. undè moriente uſufructuario de tempore proximæ, ac imminentis recollectionis fructuum, adhùc fructus non habentur pro recollectis ad effectum illos tranſmittendi ad hæredes, ſed efficiuntur Proprietarii, *Fenutius de moment. cap.*28. *n.*22. *in princip. verſic. veruntamen dico, ubi ibid. verſic. item ſiquis* ſimiliter firmat, fructus pendentes ſpectare ad Uineæ emptorem; Hinc in fortioribus terminis munera
11 vulgò Xenia dicta, præſtari ſolita Camerariis, ſeu Cubiculariis Papæ per novos Cardinales abſentes pro tranſmiſſo biretto rubro, & acquiri ſolita Cameræ Papæ, prædefuncto interim Papa, ſpectant ad novam Cameram Papæ ſucceſſoris, non ad Cameram antiquam Prædeceſſoris, *Rocca diſput. Jur. ſelect. cap.*87. *per tot. tom.*1. licet *in fine dicti cap.* referat, quatuor Cardinales Ju-
12 dices deputatos mandaſſe dividenda eſſe Xenia inter Cubicularios participantes utriuſque Cameræ, tàm antiquæ, quàm novæ tunc nempè Clementis IX. & Clementis X. præſtantiſſimus *D. Advocatus Dominicus Urſaya Inſtitution. criminal. lib.*2. *tit.*2. *n.*57. *Rota cor. Coccino dec.*1339. *per tot. repetit. in recentior. dec.*322. *par.*4. *tom.*2.
13 *& poſt Zacch. de Salar deciſ.*47. quidquid in contrarium pro Camera antiqua ſentiat *D. Advocatus Pitonius diſcept. Eccleſ. par.*2. *diſcept.*51. *nu.*1. *& per tot.* in caſu quando expeditio Legatorum, receptio Xeniorum, & alii actus omnes fuerunt completi, effectuati, & conſummati vivente Papa creante Cardinales ex eo, quòd tunc competebat actio, & exactio, immò intelliguntur eo caſu Xenia jam debita, exacta quantum ad effectum Juris, quanvis non exacta de facto, *ubi n.*7. exemplum donationis, quæ ſtatim acquirit jus etiam antè rem traditam, *ubi nu.*9. *in principio verſiculo neque adverſatur*, reiicit fundamentum *Rocc. allegat.* circà ſubrogationem Cameræ novæ in locum antiquæ cùm, *Rocca* fundetur in legibus loquentibus de hærede, ac ſucceſſore, ſed Camera unius Pontificis non ſuccedit, neque eſt hæres Cameræ alterius Pontificis, & proſequitur *Card. de Luca in annotat. ad diſcurſ.*124. *de Regalibus*.

VI. Quia ſicuti gabella mercium ſolvenda eſt
14 tempore, quo merces traduntur, non autem quando venduntur, *Niger de laudem. qu.*11. *n.*47. *verſic. quòd gabella tom.*1. *Gomez var. reſol. lib.*2. *cap.*2. *nu.*17. *& cap.* 8. *nu.*1. *Adden. ad Molin. de Primogen. Hiſpan. lib.*3. *cap.*11. *nu.*19. *Gutierrez de gabell. qu.*101. *nu.*1. *ſivè unic. in fine verſiculo & cùm in hac ſpecie*, ità quindennium adinſtar gabellæ ſolvendum venit tempore, quo emphyteuſis reperitur tradita alteri.

VII. Quia ſicuti retractus jure ſanguinis non datur ei, qui tempore contractus erat proximus, 15
ſi tempore, quo ex illo agitur, ſupervixit proximior, *Tiraquell. de retract.* §. 1. *gloſ.* 10. *nu.*60. *cum ſeqq. Niger de laudem. qu.*11. *num.*48. *tom.*1. ità quindennium jure directi dominii debitum, non debetur ei, qui tempore illius (ut ità dicam) immaturitatis erat Dominus, ſi tempore, quo ex illo agitur, ſupervenit alius Dominus.

VIII. Quia primus Dominus poſt à ſe abdi- 16
catum dominium directum per emphyteuſis alienationem in alium, extinctis illius directis juribus, non poteſt præſtare, quæ præſtat ſecundus ratione inhabilitatis extremi, à quo non eſt conſiderabile antecedens dominium, nec ad illud fieri poteſt retrotractio, *Niger de laudem. tom.*1. *qu.* 11. *nu.*54. *in med. verſiculo ſed etiam quia primus Dominus*, ideoque primus Dominus ſpontè amiſſo dominio, non poteſt ampliùs illud exercere exigendo quindennium jure dominii debitum.

IX. Quia qualitas in actu aliquo requiſita, debet actui qualificato injungi tempore verbi, 17
nec ſufficit, ſi paulò antè, vel paulò poſt ſubindè ſuperveniat, & adſit, *Niger loc. citat. nu.*55. undè qualitas directi dominii in actu ſolutionis quindennii requiſita, quantumvis paulò antè adfuerit, poſt dimiſſum tamen, ſeu ultrò amiſſum directum dominium non exiſtens ampliùs de tempore verbi, ſeu ſolutionis quindennii, in nihilum ſuffragari debet primo Domino jam ampliùs non Domino.

X. Quia ſicuti gabella debetur gabellario, ſeu publicano de tempore confecti inſtrumenti, per 18
prius inter partes de illo conficiendo conventi, non autem gabellario de præcedenti tempore contractus, *Gutierrez de gabell. qu.*28. *n.*8. *& q.*47. *nu.*18. *in med. verſiculo non obſtat ſecundum, Laſſart. de decim. vendit. & permutat. cap.*17. *nu.*44. *cum ſeqq. Niger loco mox allegato nu.*63. *cum ſeq.* ità & quindennium adinſtar gabellæ debetur moderno, ac recenti Domino de tempore illius ſolutionis, non autem antiquo Domino de tempore, quo adhùc illud non debebatur tanquàm adhùc non maturatum, poſteàque inexactum ob ſequutam interinam alienationem emphyteuſis per eundem antiquum Dominum factam.

XI. Quia ſicuti gabella ſolvitur gabellario tempore ratificationis, non verò gabellario tem- 19
pore contractus, *Coſta de privil. creditor. regul.*1. *ampl.*1. *nu.*67. *in princip. verſic. denuò accedit, Niger loco mox allato n.*71. & ſicuti gabella debetur gabellario tempore declarati prætii, non gabel- 20
lario tempore contractus, *Rocca ſelect. Jur. interp. tom.*2. *cap.* 161. *nu.*26. ità & quindennium ſolvendum Domino tempore ſolutionis ipſius quindennii, non Domino tempore nondum adventæ ſolutionis, prout ſolvendum venit laude- 21
mium Domino tempore ratificationis, non Domino tempore contractus, *Niger de laudem. qu.* 54. *num.*25. *cum ſeqq. tom.* 2.

XII. Denique, ac ultimò quia ſicuti cæſſa
22 emphyteuſi cum pacto affrancandi ſoluta certa quantitate, laudemium debetur poſteriori Domino de tempore affrancationis, cui per primum Dominum ceſſa fuerunt omnia jura realia, & perſonalia, quæ exerceri poterant à cedente, quem inde ceſſionarius activè, & paſſivè repræſentat, cujuſque juribus in omnibus, & per omnia utitur, quidquid ſi jura directa ſimpliciter tantùm ceſſa, tradita, donata, vel vendita fuerint, *Niger de laudem. tom.*1. *qu.*11. *num.*96. *circà fin. verſiculo ſi contingat, juncto verſiculo ſi verò*, ità & vendito, ſeu ceſſo directo dominio abſque aliquo pacto, longè fortiùs quindennium debebitur poſteriori Domino ceſſionario primi.

Suprà enunciatis hùc uſque duodecim rationibus fulcita noſtra reſolutio, ſeu opinio, adhùc aliis duodecim infraſciptis objectis corruere videtur, pareíque numero, & pondere hoſtes habere; ſiquidem non deſunt Doctores graviſſimi tenentes, laudemium per priſtinum Dominum
23 inexactum, eidem antiquiori Domino acquiri, non autem poſteriori Domino, quantunvis acquirenti emphyteuſim à primo mediante alienatione, donatione, ceſſione, ſivè quacumque translatione, in qua opinione perſiſtunt *Amad. à Ponte de laudem. qu.*38. *nu.*23. *Fantz. eod. tract. cap.*7. *n.*106. *Cancer. var. reſol. lib.* 1. *cap.*12. *n.*79. *aliique larga manu congeſti per Nigrum de laudem. tom.*1. *qu.* 11. *n.*5. undè & in materia quindennii ſequelæ laudemii tenenda eſt contraria opinio, quindennium nimirùm inexactum a primo Domino, ſpectare ad eundem primum, non ad ſecundum Dominum.

Objecta autem inſurgentia contra noſtram opinionem, ſunt ſequentia.

I. Quia ſicut venditis bonis emphyteuticis cum pacto retrovendendi infrà quinquennium,
24 vel aliud brevius, vel longius tempus, ſi contingat illa infrà conventam dilationem non retrovendi, ac interim alius fiat directus Dominus, laudemium debetur Domino de tempore venditionis cum pacto de retrovendendo, non autem illi, qui lapſa dilatione facta, factus eſt ſucceſſivè Dominus, *Niger de laudem. quæſt.* 11. *n.*26. *tom.*1. ità venditis bonis emphyteuticis abſque eo pacto de affrancando, quindennium debebitur Domino de tempore alienationis, non Domino de tempore maturatæ ſolutionis ipſius quindennii.

II. Quia ſicuti lucrum pœnæ, quod quis ſentit ex injuria illata ſervo antè ipſius venditionem,
25 applicandum venit ipſi venditori, & non emptori, quantunvis poſt emptionem ſequuta ſit condemnatio *l. quæcùnque actiones* 56. *ff. de obligat. & action. l. ſi ſervum* 29. *ff. de injur.* ita lucrum quindennii, quod quis ſentit in compenſationem amiſſæ ſpei laudemiorum, & quaſi in pœnam manus mortuæ difficilè, vel raró alienantis, applicandum videtur primo Domino directo, quanvis condemnatio debiti quindennii ſequatur poſt alienationem, donationem, ceſſionem, ſeu quomodocumque translationem emphyteuſis in alium à priori Domino volitam.

III. Quia ſicuti lucrum pœnæ, quod ſentit venditor fundi, ob arbores ex eo furtim cæſas an-
26 tè ejus venditionem, applicatur ipſi venditori, & non emptori, quanvis poſt venditionem ſequatur condemnatio furtim cædentis *l. fin. ff. arbor. furt. cæſar. l. is, qui* 11. §. *ſi poſteaquam* 8. *ff. quod vi, aut clam*, undè hujuſmodi interdictorum actio conceditur ei, qui erat Dominus tempore, quo arbores fuerunt furtim cæſæ, viſque fuit illata, nec talis actio extinguitur, vel in alium transfertur, licet fundus, vel corpus vim paſſum, alteri titulo venditionis, aut ſimili tradatur, & ſic dicta actio competit priori Domino, ità lucrum quindennii, quod adinſtar (ut mox dixi in antecedenti II. Obiecto) pœnæ eſt, applicandum venit primo Domino, nec actio illud exigendi extinguitur, aut in poſteriorem Dominum videtur transferri, quantunvis fundus emphyteuticus damnum paſſus ob deſperata laudemia alteri, nempè ſecundo Domino titulo venditionis, aut ſimili tradatur.

IV. Quia ſicuti filiofamilias ſub conditione ſtipulato, quanvis poſt ſtipulationem emancipatus fuerit, & extiterit conditio, adhùc Patri actio competit, ſeu acquiritur, eodem modo, quo ſtipulato ſervo, & poſt ſtipulationem manumiſſo, aut alienato, adhùc primo Domino quæritur actio, *l. ſi filiusfamilias* 78. *ff. de verb.* 27
obligation. l. fin. ff. de ſtipulat. ſerv. ità quindennium acquirendum eſt primo Domino, quanvis antè illius maturationem emphyteuſis transferatur in alium.

V. Quia in quolibet actu principium eſt inſpiciendum uti ſuo fine potentius, & cauſa incipiens efficacior cauſa perficiente, undè omnis proceſſio regulanda à ſuis principiis, multòque plus eſt ordinare, quàm exequi, & ordinanti, non autem exequenti attribuitur actus, dum principium in contractibus habet vim, & potentiam attractivam indè ſequentium, ideoque ſicuti laudemium videtur ſolvendum Domino, qui tempore alienationis jurium emphyteutico- 28
rum illud petere, & exigere poterat, non autem poſteriori Domino, qui eſt Dominus tempore, quo illud exigitur, & petitur, ut his, ac ſimilibus argumentis inſinuat *Niger de laudem. quæſt.* 11. *à num.* 7. *uſque ad n.*14. *tom.*1. ità videretur etiam ſolvendum quindennium Domino, qui tempore alienationis, ac tranſlationis emphyteuſis in alium illud petere poterat, non autem poſteriori Domino de tempore ſolutionis quindennii.

VI. Quia cùm nihil interſit, an uno potiùs, quàm alio tempore gerantur, quæ cauſa prioris 29
negocii explicandi fiunt, ſed benè, quo inchoantur tempore, eſt inſpiciendum *l. nam & Servius* 21. §. *ſi vivo* 2. *ff. de negoc. geſt.* quindennium, quod primo Domino deberi cæpit, quodve tamen tempore primi Domini nondùm maturatum exigi poterat, videretur ſolvendum eidem primo Domino, non ſecundo, cui totum maturatum non fuit, cùm exactio quindennii retro- 30
trahatur ad principium juris productivi obligationis exigendi, quanvis actio deferatur, *Rota in recentior. deciſ.* 554. *n.*14. *parte* 5. *tom.*2.

VII. Quia jura laudemiorum, ac reſpectivè quindenniorum ſunt fructus civiles, non autem naturales, qui ad differentiã civilium, antequàm ſint percepti, vel à ſolo ſeparati, non dicuntur fructus, ſed potiùs pars fundi, cui inhærent, nec dici poſſunt percepti, data viciſſitudine Dominorum, niſi poſtquàm fuerint exacti, & antè exactionem tanquàm ſeminati, & inhærentes

adhùc

31 adhùc fructifero ſolo, dicuntur ſemper pendere, quantumvis ceſſerit, & venerit dies, quo exigi poſſunt, *l. fructus pendentes 44. ff. de rei vindicat. l. 1. §. ex hoc 1. ff. de ventre inſpic. l. ultima §. penult. ff. quæ in fraud. creditor.* civiles verò tales dicuntur ſtatim ac incipiunt deberi, ità, ut quod in naturalibus operatur ſeparatio, vel perceptio, idem operatur in civilibus obligationis ceſſio, undè ſicuti inſpiciendum eſt, cui ſemel ceſſerint, vel fuerint debita jura laudemiorum favore primi Domini, quanvis poſt emphyteuſis tranſlationem in alium incipiant deindè alteri eſſe debita, ſtatim enim ac illa alicui ceſſerunt, vel fuerunt debita, deſinunt eſſe de corpore, ſeu principali, à quo procedunt, & ſunt tanquàm quid ſeparatum ab ipſa re, ut fructus naturales pendentes, & penſio illorum cauſa debita, qui donec inhærent fundo, nec exacti dicuntur quid immobile, ſeparati autem fiunt, & ſunt corpus
32 mobile, veluti hoc modo arguit *Niger de laudem. tom. 1. quæſt. 11. n. 15. cum ſeqq.* ita inſpiciendum etiam eſt, cui ſemel ceſſerint, vel fuerint debita jura quindenniorum favore primi Domini, quanvis poſt emphyteuſis tranſlationem incipiant deberi ſecundo Domino, cùm etiam quindennia ſint fructus civiles.

VIII. Quia cùm exactio quindennii ſit exequutio præcedentis debiti ipſius quindennii favore primi Domini antè emphyteuſis alienatio-
33 nem nondùm maturati, nulla habenda eſt ratio conſequutivorum, ſed antecedentium, & ſic prinpium debiti attendendum, *l. 1. ff. de auctorit. tut. l. qui teſtamento 20. ff. de teſtam. l. Pomponius 9. ff. de negot. geſt. l. nam origo 8. ff. quod vi, aut clam, l. ſi Procuratorem 8. ff. mandat. l. ſi tamen 12. ff. ad Senatusconſult. Macedon. l. ſi filiusfamilias 3. C. eod. l. unica C. de impon. lucrat. deſcript. lib. 10. Barboſa axiom. 187. num. 2.*

IX. Quia ſicuti commodum mulctæ, ſeu con-
34 fiſcationis bonorum ſpectat ad habentem jus mulctandi tempore commiſſi delicti, non autem ad habentem jus mulctandi, & confiſcandi tempore latæ ſententiæ, mulctationis, & confiſcationis, & ſic ad Judicem prædeceſſorem, non autem ad ſucceſſorem vigore retrotractionis ob ſtatim jus quæſitum ſequuto delicto, *Guazzin. de confiſcat. bonor. conc. 21. nu. 51. cum ſeq. Cavalcan. de brach. Reg. par. 6. cap. 9. nu. 622. circà med. Schrader. de feud. tom. 2. par. 9. ſect. 3. qu. 6. nu. 25. Niger de laudem. qu. 11. num. 20. cum ſeqq. tom. 1. Menoch. de præſumpt. lib. 6. præſ. 17. nu. 8. Muta in Conſuetud. Panhorm. cap. 17. num. 17. cum ſeqq. Conciol. reſol. crimin. verbo pœna reſ. 7. per tot. D. Advocatus Urſaya ſummæ doctrinæ vir, Inſtitution. crimin. lib. 4. tit. 5. num. 193. D. Advocatus Piton. diſcept. Eccleſ. par. 2. diſc. 51. nu. 5. in principio*, ubi de communi, *Maſtrill. deciſ. Sicil. 12. nu. 1. cum ſeqq. Rota deciſ. 777. nu. 2. par. 1. diverſ.* ità commodum quindennii adinſtar mulctæ ſpectare debet ad habentem jus exigendi quindennium tempore orti debiti, non ad habentem jus exigendi quindennium tempore maturati debiti, & ſic ad primum, non verò ad ſecundum Dominum.

X. Quia ſicuti utilitas pœnæ impoſitæ frau-
35 dantibus gabellam, ſpectat ad Gabellarium, ſeu Gabellarum conductorem tempore commiſſæ fraudis, non ad Gabellarium tempore condemnationis, & exactionis pœnæ, *Niger de laudem. tom. 1. qu. 11. num. 53. in fine verſiculo & ad eum ſpectat*, ità utilitas quindennii adinſtar pœnæ impoſitæ quodammodò fraudantibus jura laudemiorum ob raritatem, ac difficultatem, qua laborat manus mortua in alienando, ſpectare debet ad Dominum tempore quaſi commiſſæ fraudis, non ad Dominum quaſi condemnationis, & exactionis quaſi pœnæ, & ſic ad Dominum priorem, non ad poſteriorem.

XI. Quia ſicuti ſi lata Sententia condemnatoria, ab illa appellatum fuerit, & deindè à Judice, ad quem confirmata priore Sententia, 36
mulcta debita à condemnato, eſt debita ei, cui erat ſolvenda tempore primæ, non autem ſecundæ ſententiæ confirmatoriæ, *Niger de laudem. quæſt. 11. nu. 24. in principio verſiculo & ſi lata Sententia tom. 1.* ità quaſi mulcta quindennii debita à manu mortua quaſi ad illam condemnata tanquàm Emphyteuta vigore conſuetudinis eſt debita primo Domino, non ſecundo.

XII. Tandem, & ultimò quia ſicuti ſalarium à ſcholari ſolvendum, debetur priori, qui repertus fuit tempore licentiæ ad doctoralem lauream 37
datæ, non autem illi, qui reperitur tempore Doctoratus, *Niger loc. mox allegat. num. 25.* ità quindennium debetur priori Domino, qui repertus fuit tempore licentiæ datæ manui mortuæ ad retinendum Emphyteuſim, non autem poſteriori Domino, qui reperitur tempore ſolutionis quindennii.

Quibus recitatis obiectis in nihilum refragantibus firma remanet ſuprà firmata noſtra principalis reſolutio, nec non firmiſſima opinio, & prius quàm obiecta diluam, animadverto (quod animadverſione dignum eſt) contrariæ opinionis aliquos aſſeclas, noſtram etiam ſectatos, ut videre eſt apud *Cancer.* qui *var. reſol. parte 1. cap. 12. n. 79.* ſequutus fuit contrariam, ſubindè *n. 81.* noſtram ſequitur.

Modò deveniendo ad obiectorū everſionem, ſequentibus reſponſionibus illa nequaquam officere depræhendo, quantum in me eſt.

I. Quidem obiectum irrelevans eſt, quia immò, ut ſuprà in XII. & ultima ratione noſtræ reſolutionis, ſeu opinionis, aſſerui, non obſtante conceſſione Emphyteuſis cum pacto de affrancando ſimili pacto de retrovendendo, ſicuti laudemium potiùs deberi poſteriori Domino de 38
tempore ſequutæ affrancationis, ità & quindennium vendito, aut ceſſo directo dominio abſque aliquo pacto, longè fortiùs deberi poſteriori Domino ceſſionario primi, eodem modo putarem idem dicendum in venditione Emphyteuſis cum pacto de retrovendendo circà dubium, cui ex Dominis debeatur laudemium.

II. Obiectum minoris eſt relevantiæ, quia in tantum lucrum pœnæ ob injuriam ſervo illatam acquiritur ejus Domino, etiamſi poſt venditionem, aut manumiſſionem ſervi injuriam paſſi ſequatur condemnatio, in quantum æquum eſt, ut injuriæ pœna non ſolvatur alteri, quàm primo Domino, qui dumtaxat injuratus dici poteſt ob injuriam ſervo illatam, aliàs ridiculum eſſet, quòd illa ſolveretur ſecundo Domino, nempè emptori, qui nullo modo injuriatus dici valet, dum injuria non fuit illata ſervo de tempore, quo emptor eſſet Dominus, undè potiùs præfatum

Obie-

Obiectum favet, immò probat noſtram opinionem, hinc enim ſequitur, quod ſicuti pœna injuriæ debetur primo Domino de tempore illatæ injuriæ quia de eo tempore Dominus eſt, ità è contrà pœna quindennii debetur ſecundo Domino de tempore ſolutionis quindennii, quia de eo tempore ſecundus Dominus verè Dominus tantùm eſt, non autem primus, ultrà quod pœna injuriæ eo ipſo, quod irrogatur, ſtatim de-
39 betur, quindennium verò non ſtatim debetur, ſed ſolummodò poſtquàm maturatum fuerit, tanquam præſtatio in certum tempus collata, & dilata *l. cum, qui Kalendis* 41. §. *quoties* 1. *ff. de verb. oblig.* omiſſo, quòd quindennium non eſt
40 pœna, aut mulcta, veluti in ſimili de laudemio *Giballin. de annuis præſtation. cap.*4.*conſectar.* 16. *artic.*6.*num* 1.

III. Obiectum minùs obſtat, quia in tantum primus Dominus acquirit lucrum pœnæ ob arbores furtim cæſas, in quantum primus Dominus, & non ſecundus ſenſit damnum arborum furtim cæſarum, ideoque æquum eſt, ut dumtaxat commodum ſentiat, qui dumtaxat tempore, quo erat Dominus, incommodum ſenſit, è contrà iniquum eſſet, ut commodum ſentiret ſecundus Dominus, qui nullum incommodum ex arboribus furtim cæſis ſenſit, undè non hinc benè arguitur ad quindennium, quod cùm debeatur ob damnum laudemiorum, potiùs non debetur primo Domino, quia quouſque elapſi ſint quindecim anni, damnum pati dici nequit;
41 ideoque nec quindennium prætendere, quod dumtaxat poſt lapſum quindecim annorum debetur.

IV. Obiectum non reſiſtit, quia in tantum filiusfamilias ſtipulando ſub conditione, ſemper acquirit Patri etiam poſt emancipationem eveniente conditione, in quantum non eſt, nec dari poteſt alius, cui acquirat, nec ſibi acquirere poteſt, dum ſtipulatio facta fuit tempore, quo adhùc erat filiusfamilias, & ſic tempore inhabili, & in tantum pariter ſervus ſtipulando ſub conditione ſemper acquirit primo Domino etiam poſt manumiſſionem eveniente conditione, in quantum aſſiſtit primo Domino ex *l. fin. ff. de ſtipulatione ſervorum*, in memorato IV. Obiecto
42 allegata, peculiaris regula, quòd in contractibus conditionalibus attenditur tempus contractus, non conditionis.

V. Obiectum non officit, quia in tantum
43 principium eſt inſpiciendum, in quantum, ac ubi erit actus perfectus, ſecus ubi (ut in hypotheſi) actus non eſſet perfectus, ſed aliquid adhùc ſupereſt agendum *l. fin. C. ad Senatusconſult. Silanian. l. fin C. de his, quibus ut indign.* & reſpondet *Niger de laudem. quæſt.*11.*n.*41. *&* 51.*in fine tom.*1. *&* *quæſt.*6. *artic.*3.*nu.*20. *cum ſeqq. tom.*2. undè potiùs finis inſpiciendus, à quo tanquàm
44 cauſa cauſarum efficiente, & actus productiva, *Niger citat. quæſt.*11.*n.*53. in ſola autem maturatione quindennii decurſi conſiderari poteſt perfectio, ſeu complementum actus, quæ conſiderari nequit in ſola ſpe, & principio quindennii decurrendi.

VI. Obiectum minimè adverſatur, quia in faciendis ſolutionibus potiùs ſpectandus termi-
45 nus diei, cui faciendæ ſunt, non principium ipſarum ſolutionum, *ad text. in l. lecta* 40. *ff. de reb. credit. ſi cert. petat. Maur. de ſolution. cap.*55. *n.*1.*&*4.*Antonell. de temp. legal lib.*3.*cap.*13.*n.*17. *verſic. in contractibus*, *Cyriac contr.*158. *n.*2.*& per tot.*, nec retrotractio locum habet in conditione poteſtativa, qualis eſt ipſa ſolutio quindennii, quod ſola manus mortua ſolvere tenetur poſt terminum maturatum, indeque ſi non retrotrahitur obligatio illud ſolvendi, multò mi- 46
nùs retrotrahitur actus ipſe ſolutionis, tanquam conſequutivus ad ipſam obligationem, *Rota in recentior. deciſ.*554. *nu.*17. *parte* 5.*tom.*2. *repetita poſt Zacch. de ſalario in ordine la* 28.

VII. Obiectum nequaquam reluctatur, quia immò verius eſt, etiam fructus civiles adhùc acerbos, & immaturos, adinſtar naturalium dici pendentes antè adventum diei, quo peti poſſunt, undè quindennia tanquàm fructus civiles, non maturata, ſeu perfecta tempore primi Domini, debentur ſecundo Domino, cùm ſolummodò maturentur tempore ejuſdem ſecundi Domini, cùmque fundus Emphyteuticus exiſtat penès ſecundum Dominum, fructus ex eo perci- 47
piuntur non jure ſeminis, ſed jure fundi *l. qui ſcit* 25. §. *in alieno* 1. *ff. de uſuris*.

VIII. Obiectum nullius ponderis eſt, quia ſatis evacuatum remanet ex ſuperiùs data reſponſione ad V. Obiectum.

IX. Obiectum non ſuffragatur, quia etiam contraria opinio ſubſtinetur, quòd nempè commodum mulctæ, ſeu confiſcationis bonorum potiùs ſpectet ad habentem Juriſdictionem tempore latæ ſententiæ, ſeu concluſionis ad illam ferendam, tanquàm fructus ſolùm maturatus de tempore ſubintrantis Judicis, cùm pœnæ numeren- 48
tur inter fructus pendentes, non autem ad jus dicentem tempore inchoati proceſſus, *Giurba conſ. crim.*75.*n.*7.*cum ſeqq. Sola ad Decreta Sabaud. tit.*34 *gloſ* 1. *num.*12 *Niger de laudem. tom.*1. *quæſt.*11.*n.*44 *Card. de Luca de Regalibus in annotat. ad diſc.*124. *in fine in ſupplem. Rocca diſput. jur. ſelect. tom.*1. *cap.*87.*n.*16.*cum ſeqq.* ubi hanc eſſe ſatis probabilem, & veriorem, *Peregrin. de jure fiſci lib* 6.*tit.*5.*num* 44.*verſiculo contrà verò*, *Larrea allegat. fiſcal. part.*1. *allegat.*37.*n.*8. *cum ſeq. Gallus de fructibus diſput.*33. *artic.*1.*nu.*2. *in fine verſiculo contrariam opinionem, ubi n.*3. ex eo, quòd pœna antè ſententiam non debetur tan- 49
quàm numerata inter fructus pendentes, & non adhùc perceptos, ſeu ſeminatos, & non exactos, *Coſta de rata quæſt.*54.*n.*4. *Guazin. de confiſc. bon. conc.*21. *num.*68. *Antonell. de temp. legal. lib.*1. *cap.*64.*num.*37. *in med. verſiculo contraria tamen Sententia*, *ubi in fine* de veriori, nos ſuprà in IV. 50
ratione, *Rota deciſ.*322.*num.*12 *parte* 4. *recentior tom.*2. & contraria opinio ad ſummum procedet in primo Officiali juriſdictionem habente titulo oneroſo, ut diſtinguit *Giurba conſ crimin.*75.*n.*12. *cum ſeqq. & n.*25.*cum ſeqq.* hinc pœna de feudo, vel juriſdictione debetur Domino immediato, non autem fiſco Domini mediati, & Principis 51
ſuperioris, *Gobius conſultat.*101. *per tot. R.P.D. de Zaulis* integerrimus Urbis Viceſgerens, poſteàque S. Officii Aſſeſſor, & Juriſconſultus conſummatiſſimus, ad majores gradus digniſſimus, *ad Statut. Favent. lib.*4. *Rubr.*15. *in fine* Undè ſicuti laudemium nondùm exactum reputatur veluti fructus pendens, ac inhærens ſolo, ſeu cohæ- 52
rens Domino directo, *Coſta de retrotract. caſu* 11. *in*

in cap.8.n.5. in fine verſiculo quibus caſibus laudemium, Burgins de laudem. parte 1. inſpect.4. n.49. in fine verſiculo nam laudemium, itá & tale reputatur quindennium.

X. Objectum nihil movet, quia gabella non
53 habet dependentiam à tempore, ſed ſolvitur inito contractu, *Gallus de fructibus diſp.26. artic. 3. n.29. in fine verſiculo & diverſa eſt ratio, & diſput.33.artic.1.quæſt.7.n.19. verſiculo contrarium,*
54 & quæ ob fraudem gabellæ incidunt in commiſſum, ipſo jure transferuntur, *l. commiſſa 14. ff. de publican. & vectigal.* cùmque in pœna frau-
55 dantis gabellam adſit habilitas extremi, à quo, & agatur de iis, quæ à jure habentur pro perfectis, quæque conſequuntur finem habentem neceſſariam conſequentiam ad principium, *Niger de laudem. quæſt.11.nu.57. tom.1.* undè non benè arguitur in caſu à pœna ob fraudatam gabellam ad quindennium, pœna enim ob fraudatã gabellam, ut diximus, incurritur ipſo jure in illo inſtanti commiſſæ fraudis, ideoque jure merito illa debetur primo gabellario, non ſecundo tempore ſequutæ condemnationis, quindennium autem non debetur, niſi elapſo termino quindecim annorum.

XI. Objectum nihil faceſſit, quia potiùs agitur ex ſecunda ſententia in gradu appellationis,
56 cujus vigore eſt perimere primam inſtantiam, & ſic ex ſententia confirmante, non ex confirmata, *Carleval. de judic. tom.1.tit.1.quæſt.4.n.10. Salgad. de retent. Bullar. & ſuplicat. ad Sanctiſs. par.2.cap.29.n.2. cum ſeq. Veſtr. in prax.lib.8. cap. ult. ſub nu.9. Scaccia de appellat.quæſt.11. artic.7. ſub num.82. verſiculo ratio eſt, Niger de laudem. tom.1. quæſt.11. nu.43. in princip. Sola ad Decret. Sabaud. tit.34. gloſ.1.nu.11.16. & 17.*

XII. Ac ultimum tandem Objectum nullatenùs convincit, quia in tantum à ſcholari debetur ſalarium Rectori de tempore licentiæ, non Rectori de tempore Doctoratus, in quantum Scholaris licentiatus tãquàm de proximo accingendus, vigore licentiæ ad ſe laureandum, habe-
57 tur pro jam accincto, indeque tempus Doctoratus retrotrahitur ad tempus licentiaturæ, *Barboſ. axiom.6.nu.1. cum ſeqq.* & Scholaris de proximo matriculandus habetur pro matriculato, ac laureandus pro laureato, *Fænut. de moment. cap.28. num.18.26. & 29. Bellon. de his, quæ in continenti*
58 *fiunt lib.1.cap.69.n.1. cum ſeqq.*

Quibus rejectis Objectis conſolidata noſtra opinio magis triumphat, ac interim ſubdimus pro coronide, aut confirmatione, quindennium adhùc deberi ſupervenienti novo Domino, quantunvis in alienatione emphyteuſis de tempore primi Domini adiecta legatur clauſula *conſtituti, ſeu precarii*, vel alius adhibitus civilis modus transferendi in conſtitutarium naturalem, & civilem poſſeſſionem, prout pariter eo caſu debe-
59 tur laudemium, *Ripoll. var. reſol. cap.7. de jure emphyt. nu.237. Niger de laudem. quæſt.11.n.58. tom.1.*

Attamen ingenuè ex genio, & ingenioſè loquendo, putarem, contrariam opinionem for-
60 ſitan poſſe ſalvari in certo caſu, & quindennium deberi primo, non ſecundo Domino, ſi primus Dominus in alienatione emphyteuſis appoſuerit vulgarem clauſulam *ex nunc prout ex tunc*, vel è converſo *ex tunc prout ex nunc*, ad tradita in ſimili materia laudemii per *Coſt. de retrotract. caſu 11.in cap.8. n.5. in fine, Amad. à Ponte de laudem. quæſt. 36.n.7. Papon. Arreſt. Franc. lib.13. tit.2.arreſt.27.cum ibi notat.* etenim hæc clauſula operatur, ut tempus futurum inſit præſenti, & è 61
contrà, *Barboſa de clauſul. clauſ.61.num.1. & 6. Antonell. de temp. legal. lib.1.cap.13,n.5.& lib.4. cap.3.n.22. in fine verſiculo niſi fortè*

ARGUMENTUM.

Quindennia inexacta, licet maturata de tempore antiquorum, ſeu præteritorum Canonicorum, attamen diſtribuenda, ſeu dividenda ſunt inter novos tantùm Canonicos repertos de tempore diſtributionis, ſeu diviſionis faciendæ, non autem inter antiquos, ſeu præteritos Canonicos, ſivè eorum hæredes.

SUMMARIUM.

1 *Quindennia inexacta, licet maturata de tempore antiquorum, ſeu præteritorum Canonicorum, diſtribuenda ſunt inter novos tantùm Canonicos.*
2 *Itá reſolutum in Congregatione Particulari.*
3 *Mentio honorifica Sanctiſs. D. N. Clementis XI.*
4 *Actio participandi de quindennio partim eſt realis, & partim perſonalis.*
5 *Portiones quindenniales Canonicorum, ipſis præmorientibus antè earum diviſionem, accreſcunt novis Canonicis.*
6 *Canonici mortui dici nequeunt eſſe ampliùs de Capitulo, nec in Capitulo.*
7 *Fictio induci nequit contrà naturam, vel poſſibilitatem rei.*
8 *Lucra Officii debentur Officiali exercenti Officium de tempore exactionis lucrorum, non autem Officiali, qui per prius exercuerat Officium.*
9 *Qui onus ſentit, debet ſentire commodum.*
10 *Quindennium dividendum inter Canonicos antiquos, & novos.*
11 *Novi Canonici dumtaxat exiſtunt, ſuntque de Capitulo, tempore diviſionis ipſius quindennii.*
12 *Novi Canonici non poſſunt præjudicare antiquis.*
13 *Novi Capitulares utentes jure ſuo, nullam injuriam faciunt antiquis Canonicis.*
14 *Tempus diviſionis quindennii retrotrahendum ad tempus illius maturationis.*
15 *Ut intret retrotractio, impediri non debet conjunctio extremorum per ſuperveniens obſtaculum.*
16 *Canonicus tranſmittit jus exigendi à Capitulo diſtributiones inexactas.*
17 *Quindennia dicuntur fructus pendentes.*

CAPITULUM XLIX.

Decurſum quindennium non ſtatim ac maturatum eſt, ſed pauló poſt ſolet quandoque colligi per Capitulum ex quadam indulgentia, qua utitur cum manu mortua forſitan non ſemper paratas habente pecunias de tempore maturationis quindennii, proindeque inter antiquos Canonicos, ſeu eorum hæredes, & novos Canonicos contentio oriri poteſt ſuper diviſione, ſeu diſtributione quindennii maturati in vita antiquorum Canonicorum, qui, vel eorum hæredes prætendunt ſibi faciendam eſſe diviſionem quindennii,

dennii, & de illo participare debere unà cum novis Canonicis, novi autem Canonici viceverſa totum, ac integrum quindennium collig. re,ſibique privativè quo ad antiquos Canonicos ac-
1 quirere aſſerunt, ad quod jurgium ſedandum reſolvimus, quòd quindennia inexacta, licet maturata de tempore antiquorum, ſeu præteritorum Canonicorum, attamen diſtribuenda, ſeu dividenda ſunt inter novos tantùm Canonicos repertos de tempore diſtributionis, ſeu diviſionis faciendæ, non autem inter antiquos, ſeu præteritos Canonicos, ſivè eorum hæredes,quippè quindennia uti fructus Capitulares, ſeu quaſi Capitulares, debiti nimirùm ratione Capituli, ſeu intereſſentiæ in Capitulo, non acquiruntur ſingulis Canonicis, nec Canonicis tanquàm ſingulis, ſed Canonicis in univerſum, ſeu collectivè ſumptis, ſicque ſemper ipſi Capitulo, ut Capitulo, quod non mutatur, ſed ſemper eſt idem, ideoque illa debentur ſolis novis Canonicis de tempore diſtributionis quindenniorum,licet iſta tanquàm maturata de tempore antiquorum Canonicorum reſpiciant eorum tempus, veluti in ſimili de fructibus Canonicatuum non diſtributis tempore antiquorum Canonicorum,ſed tempore novorum, & de laudemio acquirendo novo Canonico, *Tondut. reſol. benef. par.1.cap.68. n.16.cum ſeqq. Garz. de Benef. par.3.cap.2.n.429. Queſada controv.forenſ.cap.2.per tot.Epiſcop.Rocca Select. Jur. diſput. tom.1. cap. 87. num.8. cum ſeqq.Rota in recentior dec.3.nu.66.par.7. dec.418. nu.23. cum ſeqq. par.9.tom.2. dec.377. nu.11.cum*
2 *ſeqq. par.* 12. & ità reſolutum in Congregatione particulari deputata per Sanctiſſimum Domi-
3 num Noſtrum Papam Clementem XI. ſapientiſſimum, ac juſtiſſimum Principem, ut ex ſententia deſuper lata de anno 1705. *in* §. 40. *regiſtrata poſt Tract.inter Doctores litera GG.*etenim actio participandi de quindennio tanquàm par-
4 tim realis, ac partim perſonalis, nata quidem de tempore antiquorum Canonicorum, illa tamen tunc nondùm exercibilis ob nondùm exactum quindennium tranſit poſt maturatum terminum in ſucceſſores in Canonicatibus, quales ſunt novi Canonici,qui exigente Capitulo quindennium incipiunt eſſe creditores deſinentibus eſſe tales antiquis Canonicis tanquàm prædefunctis antè tempus exactionis quindennii, ſicque antè tempus ſibi debiti quindennii ad *text. in l.* 1. §. *Dies autem* 2. *ff. quando dies uſusfruct. legat. ced. l. cedere diem* 213. *ff. de verb. ſign. l. ſi mandavero* 22. *in princip. ff. mandat. l. eum, qui Kalendis* 41. *ff. de verb. oblig. l.*1. *C. de condict. ex lege*, undè portiones quindenniales tangentes
5 antiquos Canonicos, ipſis præmorientibus antè earum diviſionem accreſcunt, vel non decreſcunt Capitulo, ſeu novis Canonicis ſucceſſoribus antiquorum, excluſis eorumdem hæredibus, *Adden. ad dec.* 576. *num.29. cum ſeq. par.*4. *recentior. tom.* 3.

Omiſſo, quòd cùm quindennium ſpectet ad habentem dominiũ directum rei emphyteuticæ de tempore exactionis ipſius quindennii, ſequitur, Canonicos antiquos, ſeu eorum hæredes non poſſe prætendere quindennium ex eo, quòd Canonici antiqui tanquàm præmortui deſinunt eſſe Domini de tempore exactionis, minùſque illorum hæredes dominium aliquod prætendere poſſunt, quando dominium directum emphyteuſis ſemper remanet penès Capitulum, ſicque ſolummodò penès novos Canonicos,qui procul dubio ſunt de Capitulo, etenim Canonici mortui nec dici poſſunt eſſe ampliùs in Capitulo, 6
nec eſſe ampliùs de Capitulo,*Boer.dec.*316.*n.*11. minùſque fingi durare de Capitulo, cùm fictio 7
induci nequeat contrà naturam, vel poſſibilitatem rei.*Alteſerra de fiction.Jur. tract.*1. *cap.*1.*in principio verſiculo fictiones.* Eodem fermè pacto, 8
quo lucra officii debentur Officiali exercenti officium de tempore exactionis lucrorum, non autem Officiali,qui per prius exercuerat officium, *Niger de laudem. tom.*1.*qu.*11. *n.*46. ità quindennium tanquàm lucrum cujuslibet Canonici condomini directi debetur illis tantùm Dominis de tempore exactionis quindennii, quales ſunt novi Canonici deſinentibus antiquis ob præmorientiam eſſe Dominos directos,

Prætereà æquum videtur, ut novi dumtaxat Canonici participent de quindenniis, cùm novi dumtaxat teneantur ad onera impoſita Capitulo, etiamſi præterita reſpiciant, non autem teneantur antiqui, ſicque qui onus ſentit, debet 9
ſentire commodum ex vulgata regula *l ſecundùm naturam* 10. *ff. de regul. jur. Barboſa axiom.*169. *n.*3. & in puncto *Rocca ſelect. jur. diſput. cap.*87. *n.*11. *in med. verſiculo qui rectè tom.*1.

Nec obſtat, quòd ad omne pejus, ut ſervetur æqualitas, videatur, dividendum eſſe quindennium inter antiquos, & novos Canonicos, non autem totum quindennium acquiren- 10
dum novis tantùm Canonicis excluſis penitùs antiquis, tanquàm unum ſit Capitulum, quod conſtat ex utriſque, veluti in genere fructuum Canonicatuum advertunt *Calderin. conſ.*21. *per tot. de Præbend. Caſtrenſ. conſ.*170. *per tot. lib.*1. *Gratian.diſc.*867.*n.*43.*cum ſeqq.Ragucc. de voce in Capitulo quæſit.*26.*n.*8.*Moneta de diſtribution.quotid. parte* 2. *quæſt* 3.*n.*17. *cum plurib. ſeqq.* quia auctoritates loquuntur de Canonicis ſupranumerariis, ſeu de novo creatis, qui, cùm de tempore diſtributionis, ſeu diviſionis fructuum ſint de Capitulo adinſtar numerariorum Canonicorum, & Canonici numerarii de eodem tempore ſint quoque de Capitulo, participare debent tàm antiqui,quàm novi,ſeu ſupranumerarii, nos verò verſamur in Canonicis antiquis, qui jam non ſunt de Capitulo, nec in Capitulo de tempore diviſionis utpotè præmortui, ſicque concurrere non valentes cum novis Canonicis, qui dumtaxat exiſtunt, ſuntque de Capitulo, ſeu Collegio tempore prædictæ diviſionis, in puris 11
terminis *Epiſcop. Rocca ſelect. jur. diſput. tom.*1. *cap.*87.*n.*13. *Rota in recentioribus deciſ.*322.*n.*7. *cum ſeqq. parte* 4. *tom.*2.

Minùs obſtat, quòd antiqui Canonici habeant jus quæſitum, dum maturatum fuit in eorum vita quindennium, ſicque illis debitum, licet per accidens, vel ex facto, culpa, & negligentia Capituli dilata ſit quindennii exactio,undè Capitulum, aut novi Canonici non poſſunt 12
præjudicare antiquis,ſibi uſurpando etiam ratam antiquorum Canonicorum poſtquàm ceſſit dies ſolutionis, *Antonell. de temp.legal. lib.*2.*cap.*48. *n.*11. quia Capitulum, & novi Capitulares utentes jure ſuo nullam injuriam faciunt antiquis 13
Canonicis ex accidenti ab præmorientiam deſinen-

nentibus eſſe de Capitulo, *Barboſa axiom.* 135. *num.*8.

Longè minoris relevantiæ eſt objectum, quòd tempus diviſionis, ſeu diſtributionis quindennii retrotrahendum venit ad tempus illius maturationis, debitæque ſolutionis, quo tempore an-
14 tiqui Canonici tanquàm adhùc in humanis, capaces erant acquirendi eorũ ratam quindennialem ad tradita per *Alteſſerr. de fiction. jur. tract.* 1. *cap.* 1. *per tot.* quia ad hoc ut intret retrotractio, non debet impediri conjunctio extremorum
15 per ſupervenieus obſtaculum, qualis eſt mors Canonicorum, quæ facit, quòd actus retrotractus non poſſit tunc, inchoari ob extremi inhabilitatem in noſtro caſu per ſuperventientiam mortis, *Coſta de retrotraction. cap.*7.*n.*2.*cum ſeqq.*

Ejuſdem furfuris eſt ponderatio, quod ſicuti Canonicus tranſmittit ad hæredes jus exigendi à Capitulo diſtributiones quotidianas ſibi in
16 vita non ſolutas, ſivè inexactas propter difficultatem exigendi, ſivè ex alia cauſa, *Monet. de diſtribution. quotid. parte* 2. *quæſt* 12.*nu.*67. quia cùm quindennia inexacta, ſint fructus civiles, prout talia ſunt laudemia, in quorum locum ſucceſſerunt, dicuntur fructus pendentes, & tan-
17 quàm tales in totum ſpectant ad ſucceſſores in Beneficiis, non autem tranſmittuntur ad hæredes Beneficiatorum anteceſſorum, veluti in ſimili de laudemiis *Noal. de tranſmiſſion. cap.*70. *n.*6. *circà fin. verſiculo ſi verò tales ſunt*, & quia retrotractio non fit in præjudicium eorum, qui medio tempore jus acquiſiverunt per aſſumptionem Capitularem, ut ſunt novi Canonici, *Coſta de retrotract. cap.*8.*caſ.*2. *n.*11.

ARGUMENTUM.

Quindennium ex prædio Beneficiali debitum, per Beneficiatum in Emphyteuſim manui mortuæ conceſſo, & per eundem prædefunctum non exactum, debetur ſucceſſori in Beneficio, non autem hæredibus prædicti ultimi Beneficiati.

SUMMARIUM.

1 *In Beneficiis ſæpiùs haberi ſolent prædia urbana, aut ruſtica ruinoſa, vel inculta, vel nimis remota.*
2 *Beneficiatus poteſt fundum emphyteuticare ad vitam, vel in perpetuum cum Beneplacito.*
3 *Hæredes Beneficiatorum vocantur prophani.*
4 *Jura, & actiones tranſeunt in hæredes.*
5 *Laudemium, & Canones non exacti per Beneficiatum, debentur ſucceſſori in Beneficio.*
6 *Fructus pendentes Epiſcopi translati, debentur novo Epiſcopo, non autem translato.*
7 *Quindennia connumerantur inter fructus Beneficii.*
8 *Fructus non exacti acquiri nequeunt hæredibus Beneficiati.*
9 *Beneficiatus habet jus tantùm utendi, & fruendi.*
10 *Jus percipiendi fructus Beneficii finitur morte.*
11 *Jus, quod eſt in ſpe, non dicitur in bonis noſtris.*
12 *Beneficiatus decedens antè fructus recollectos, & ſic antè quindennii perceptionem, illos non facit ſuos.*
13 *Quindennium uti conſiſtens in pecunia, veriùs dicitur pendere, quouſque non fuerit perceptum.*
14 *Beneficiatus diſponere nequit de fructibus Beneficii.*
15 *Quindennia in[illegible]ta, tanquàm fructus Beneficii debentur ſucceſſori in Beneficio.*
16 *Nec diſtinguendum inter Beneficiatum ſimplicem, & Curatum.*
17 *Quindennia tanquàm fructus non laycales acquiruntur ſucceſſori in Beneficio.*
18 *Quod etiam ità decretum fuit Mediolani.*
19 *Bulla Julii III. ſuper fructibus inexactis etiam procedit in Beneficiis Ordinis Hieroſolymitani.*
20 *Quindennia inter fructus Beneficii percipi ſolita debentur ſucceſſori in Beneficio etiam vigore Bullæ Julii III.*
21 *Hodiè per dictam Bullam res de plano eſt.*
22 *Fructus Beneficii reſignati, ſivè dimiſſi per aſſequutionem alterius, antè tamen reſignationem, ſeu dimiſſionem nondùm percepti ſpectant ad reſignatarium.*
23 *Bulla Julii III. non procedit, niſi in Beneficiato mortuo.*
24 *Mors civilis non poteſt operari pluſquàm naturalis.*
25 *Quod non eſt adhùc exactum, non dicitur fructus.*
26 *Quindennium habet tractum ſucceſſivum.*
27 *In Catdedrali Valentina Statuto cavetur, quòd fructus Beneficiorum vacantium in Valentina Diæceſi uſque ad decennium per annum convertantur in neceſſarios uſus fabricæ.*
28 *Fructus rei venditæ adhùc pendentes ſpectant ad Emptorem.*
29 *Fructus pendentes in fundo legato tranſeunt in legatarium, prout tranſit ipſe fundus.*
30 *Omnia, quæ non ſunt exacta, veniunt appellatione hæreditatis.*
31 *Fructus pendentes Emphyteuſis, mortuo emphyteuta, pertinent ad ſucceſſorem emphyteuſis.*
32 *Fructus pendentes feudi, mortuo feudatario, non tranſmittuntur ad hæredes feudatarii.*
33 *Canones ſolùm in fine anni dicuntur maturati.*
34 *Quindennia ſolùm in fine cujuslibet quindennii dicuntur maturata.*
35 *Fructus pendentes uſufructuarii, finito uſufructu integrè ſpectant ad proprietarium.*
36 *Succeſſor in Beneficio eſt quaſi hæres prædeceſſoris.*
37 *Idem cenſetur ſubrogatus in juribus defuncti.*
38 *Quis debet eſſe ſubrogatus quoad totum.*
39 *Juris interpretatione dicitur idem ſubrogatus cum anteceſſore.*
40 *Succeſſor in Beneficio non in omnibus repræſentat ſuum anteceſſorem.*
41 *Prædeceſſor, & ſucceſſor in Beneficio reputatur una, eademque perſona.*
42 *Novus Officialis explere debet tempus, quod defuit anteceſſori in officio.*
43 *Exiſtẽs in poſſeſſione Beneficii verè dicitur ſucceſſor.*
44 *Citrà fructuum perceptionem quis non videtur plenè adeptus poſſeſſionem Beneficii.*
45 *Vix poſſidere dicitur, qui pacificè non poſſidet.*
46 *Verba intelligenda ſunt juxta ſubjectam materiam.*
47 *Verbũ ſucceſſor intelligitur de effectuali ſucceſſore.*
48 *Quindennium inexactum pertinet ad ſucceſſorem in Beneficio, qui juvatur Regula* 33. *Cancell.*
49 *Poſſeſſio Beneficii capienda eſt capitulariter ad hoc, ut exigere poſſit ſucceſſor quindennium inexactum in vita anteceſſoris.*
50 *In caſu litigioſæ poſſeſſionis apponendum eſt ſequeſtrum ſuper fructibus.*
51 *Laudemium penditur ſequeſtratario.*
52 *Sequeſtrum fit ad hoc, ut fructus reſtituantur poſteà victori.*

53 Fructus percepti, & percipiendi ex uſufructu, illo finito, ſpectant ad hæredes uſufructuarii.
54 Beneficiatus æquiparatur uſufructuario.
55 Decedente uſufructuario perceptis fructibus, qui alteri locaverit, dilata penſione, quanvis dies nondùm advenerit, attamen integra penſio cedet hæredibus uſufructuarii.
56 Fideicommiſſarius defunctis tranſmittit ad hæredes ſuos tàm fructus perceptos, quàm percipiendos.
57 Idem non præſumitur, feciſſe proviſionem ad utilitatem ſequentis fideicommiſſarii.
58 Beneficiatus videtur poſſe tranſmittere ad ſuos hæredes quindennia inexacta.
59 Non eſt veriſimile, Jus Pontificium voluiſſe impenſi laboris mercedem intervertere.
60 Legatarius tranſmittit ad hæredes fructus anni obitus, quanvis nondùm præteriti.
61 Beneficiatus videretur, poſſe tranſmittere ad hæredes quindennium nondùm maturatum.
62 Primipilus defunctus tranſmittit ad hæredes ſalarium integri anni.
63 Legato Cæſaris, aut Aſſeſſore defuncto, ſalarium integri anni debetur eorum hæredibus.
64 Advocato defuncto antè tempus præſtationis operarum, debetur honorarium ejus hæredibus.
65 Corregedores in Portugallia idem ac Præſides, ſeu Correctores Provinciarum.
66 Judex in Italia dictus Poteſtas, aliquando tempeſtas eſt.
67 Judice defuncto, ſalarium totius temporis ſuæ Judicaturæ tranſmittitur ad ejus hæredes.
68 Lectore intrà annum Lecturæ defuncto, ejus hæredes ſalarium integri anni habere debent.
69 Medico decedente intrà tempus conductæ, integrum ſalarium ad hæredes tranſmittitur.
70 Milite intrà annum moriente, hæredes conſequuntur ſalarium integri, immò ſequentis anni.
71 Referuntur alii tranſmittentes ad hæredes ſalaria.
72 Clericus dicitur in ſortem Domini vocatus.
73 Quindennium à Beneficiato non exactum, videtur tranſmitti poſſe ad ſuos hæredes.
74 Cœpto quindennio, videtur cedere dies pro toto quindennio.
75 Hæredes compenſare debent lucri commodum totius temporis.
76 Cauſa finalis deficit quantum ad futura quindennia, non quantum ad præterita.
77 Beneficiatus fictione Juris habendus pro ſuperſtite ad acquirendum quindennium uſque per totum quindennium.
78 Affertur elegans locus Eccleſ. 30. 4.
79 Emolumenta annonarum civilium ad hæredes tranſmittuntur.
80 Legatarius fructuum ex fundo Teſtatoris naſciturorum, ſi interim, antequàm eo anno fructus naſcantur, moriatur, tranſmittit ad hæredem jus petendi fructus inexactos.
81 Beneficiatus quaſi legatarius fructuū ſui Beneficii.
82 Commendatarius tranſmittit ad hæredes fructus inexactos ſuæ Commendæ.
83 Beneficiatus eſt major Commendatario ob prærogativam tituli.
84 Nemo locupletari debet cum aliena jactura.
85 Affertur quoddam Diſtichon in Epitaphio.
86 Mors enumeratur inter caſus fortuitos.
87 Peccat, qui uno menſe defraudat mercenarium.
88 Beneficiatus non debet ſervire ſine præmio.
89 Fructus Beneficiorum inexacti debentur potiùs hæredibus, quàm ſucceſſori in Beneficio.
90 Penſio, ſeu aſſictus non maturatus, defuncto Beneficiato, debetur hæredibus.
91 Quindennium inexactum eſt fructus immaturus.
92 Emphyteuſis in aliquibus fraternizat cum locatione, & in aliquibus ab illa differt.
93 Habens actionem pro conſequendo quindennio, videtur rem quoque ipſam habere.
94 Qui ſuccedit in univerſum jus defuncti, tranſmittit actionem ad hæredem.
95 Quindennium etiam inexactum tranſmittitur ad hæredes.
96 Menſis Apoſtolicus non deſinit eſſe talis, quanvis Papa medio tempore prædecedat.
97 Fructus pendentes uſusfructus, finito uſufructu, ſpectant ad proprietarium.
98 Fructus jam maturi impropriè dicuntur pendentes.
99 Declaratur Bellus conſil. 151. in princip. antè num.1. verſic. primò quidem.
100 Quindennia non poſſunt dici percepta, antequàm fuerint exacta.
101 Quidquid ſit in fructibus naturalibus.
102 Spectandus eſt dies, quo cedit ſolutio.
103 Mulier nutrit parvulum, uſquequò fiat vir.
104 Quindennia ſingulis quindecim annis reproducuntur, ac renaſcuntur.
105 Conſtitutio Julii III. reſervat ſucceſſori in Beneficio fructus non exactos, licet maturatos.
106 Fructus uſusfructus debentur uſufructuario pro jure uſusfructus, non pro jure ſervitii.
107 Penſio ſolvitur Penſionario per reſpectū ad fructus.
108 Fructus Beneficii debentur Beneficiario pro ſervitio.
109 Quindennium debetur in recognitionem dominii.
110 Declaratur text. in l.defuncta 58. ff.de uſufructu.
111 Similitudo inter uſufructuarium, & Beneficiatum non eſt in totum vera.
112 Beneficiatus aſſimilatur uſufructuario in vita, & uſuario in morte.
113 Laudemia, quindennia, & canones potiùs ad proprietarium ſpectant.
114 Opinio, quòd fideicommiſſarius tranſmittit ad hæredes etiā fructus inexactos, eſt contrà communem.
115 Procederet in fideicommiſſario particulari.
116 Fructus civiles ſpectant ad ſequentem vocatum in fideicommiſſo.
117 Declaratur text.in l.à vobis 5.ff.de annuis legat.
118 Favore uxoris ſit lata interpretatio.
119 Legatum interpretandum ex perſona legatarii.
120 Legatum in cauſam alimentorum debetur in principio cujuslibet anni.
121 Legatum cibarium debetur integrum, quanvis legatarius per totum annum conditionem ſibi impoſitam non adimpleverit.
122 Legatum annuum quando ſolvatur, & quando non in principio anni.
123 Quindennium uti debitum vigore conſuetudinis, vel pacti, ſolvendum in fine quorumlibet quindecim annorum.
124 Legatum alimentorum latè interpretandum.
125 Quindennium uti de Jure incognitum, ſtrictè interpretandum.
126 Annus in odioſis debet eſſe completus.
127 Quindennium debet eſſe completum.
128 Annus non eſt in rerum natura, ſi non eſt perfectus.
129 Quindennium inexactum ad hæredes non tranſmittitur.
130 Annata à legatario non exacta, non tranſmittiur ad ejuſdem hæredes,

131. Lega-

131 Legatum annuum alimentorum non eſt tranſmiſſibile ad legatarium cæpto anno.
132 In materia favorabili tempus cæptum habetur pro completo.
133 Pro teſtamenti factione activa tempus cæptum habetur pro completo.
134 Idem pro ſponſalibus.
135 Idem pro matrimonio.
136 Reprobatur Narbona de ætate an. 14. qũ.9. nu.7. cum ſeq. contrarium ſentiens.
137 Idem pro obtinendo Beneficio Eccleſiaſtico.
138 Idem pro Dignitatibus in Cathedralibus.
139 Idem pro ſumendis Eccleſiaſticis Ordinibus.
140 Idem pro Canonicatu Pœnitentiario.
141 Idem pro Abbatiſſatu.
142 Reiicitur Narbona de ætate an. 40. qu.2. nu.5.
143 Idem pro obtinendis officiis ſæcularibus.
144 Idem pro uſucapiendis fructibus.
145 Opinio tenens, in favorabilibus annum cæptum haberi pro completo, licet communis ſit, attamen controvertibilis eſt.
146 In odioſis (qualia ſunt quindennia) tempus cæptum non habetur pro completo.
147 Tempus ad ſolvendum quindennium, exquirit ſui conſummationem uſque ad ultimum momentum.
148 Quindennium ſolvitur de quindennio in quindennium.
149 Opera ſervilis non debetur antè adventum diei.
150 Perſonis privilegiatis ſalariũ ſolvitur initio anni.
151 In tali caſu annus cæptus habetur pro completo.
152 Advocato decedente antè operam præſtitam, honorararium repeti nequit à Cliente.
153 Idem de Prætore, de legente, & Medico conducto.
154 Salaria Officialium publicorũ integra perſolvenda.
155 Viri docti honoribus afficiendi.
156 Juriſprudentia uti res ſacratiſſima, non prætiabilis.
157 Juriſconſulti dicuntur Sacerdotes.
158 Tales impropriè dicuntur operas ſuas locare.
159 Advocati hodiè vilipendunt ſcientiam.
160 Quod præſtatur in Dignitatibus, magis eſt ſolatium, quàm ſalarium.
161 Honoraria quaſi in alimentorum cauſam dari videntur, ideoque anni initio ſolvenda, & tranſmiſſibilia ad hæredes.
162 In honorariis attenditur induſtria Officialis.
163 Hæredes perſonarum privilegiatarum prætendere nequeunt ſalarium reſidui temporis.
164 Honorarium perſonarum privilegiatarum debetur pro rata tantùm temporis.
165 Dempto decendio per Chalendarium Gregorianum, demptum etiam fuit decendium ex ſalariis Officialium.
166 Miratur Auctor, quòd, licet Inquiſitores in Indiis Hiſpaniarum habeant eorum ſalaria initio anni, attamen non illa tranſmittunt ad hæredes.
167 Magiſtratus in Portugallia cenſentur contrahere ſecundùm conſuetudinem illius Regni.
168 Salarium Senatoris in Purtugallia defuncti intrà annum, hæredibus totum debetur.
169 Senatori ægroto debetur ſalarium.
170 Declaratur text. in l.1. C. de Primipil. lib.12.
171 Speciale eſt in hæredibus Officialium publicæ utilitati inſervientium, ut ad illos tranſmittatur ſalarium.
172 Mors omnia ſolvit.
173 Quæſtio Sabbatina quænam ſit.
174 Beneficiatus reſurgens, non recuperat Beneficium.
175 Reſurgens recuperare nequit bona temporalia.
176 De Lazaro non legitur, recuperaſſe bona.
177 Reſurgens perdit pecunias Societatis Officii.
178 Rejiciuntur contrarium ſentientes.
179 Monachus reſurgens tenetur redire ad Monaſteriũ.
180 Panis gradilis quid.
181 Civilis annona quid.
182 Quindennium præſtatur in recognitionem dominii.
183 Quindennium etiam in tempore valdè diverſificatur ab annona civili.
184 Annonæ emolumento excitabantur cives ad extruendam, amplificandamque ædificiis Urbem.
185 In Portugallia Tencas quid.
186 Beneficium Principis latè interpretandum.
187 In Portugallia Portaria quid.
188 Iſta non à tempore captæ poſſeſſionis ſolvuntur.
189 In Portugallia Aſſentamento quid.
190 Annonæ emolumentum non tranſmittitur.
191 Legatarius eſt invitatus à teſtatore.
192 Fructus naturales non parificantur in omnibus cum civilibus, qualia ſunt quindennia.
193 Legatum latiùs interpretandum.
194 Declaratur Ferrett. conſil.256.vol.2.
195 Quindennium eſt fructus civilis.
196 Contrarium apud Authorem eſt imperceptibile.
197 Ferrett. dic. conſ. potiùs favet opinioni Auctoris.
198 Idemque Ferrett. conſ.32.n.40.vol.1. videtur militare pro Auctore.
199 Mors non eſt caſus fortuitus.
200 Affertur Diſtichon lepidum.
201 Quotidiè, licet ſemel, morimur.
202 Mors eſt quidam ordo naturæ.
203 Beneficiatus cenſetur proviſus de Beneficio ſuo periculo.
204 Componenda in Dataria Apoſtolica quid.
205 Hæredes ſolventis componendam, licet prædefuncti antè litterarum exequutionem, non illam repetunt à Dataria.
206 Quomodò obvietur hujuſmodi abſurdo.
207 Nemo tenetur propriis ſtipendiis militare.
208 Auctoris diſtinctio.
209 Auctor neſcit videre, quomodò dari poſſit caſus, quòd Beneficiatus Prædeceſſor inſerviat ullo tempore abſque emolumento.
210 Doctores loquentes de fructibus naturalibus, non applicantur ad fructus civiles.
211 Per Bullam Julii III. fructus Beneficii inexacti ſpectant ad ſucceſſorem in Beneficio.
212 Quidquid ſit de jure communi.
213 Contrariæ doctrinæ non loquuntur de fructibus immaturis.
214 Declaratur Rota coram Comitolo deciſ.39.n.3.
215 In Hiſpania fructus Beneficii percepti, & inexacti ſpectant ad hæredes Beneficiati.
216 Conſuetudo non extenditur ad loca, ubi non viget.
217 Juramentum in litem dari ſolet ſucceſſori in Beneficio adversùs hæredes Beneficiati prædeceſſoris, ſi fructus perceperat.
218 Fructus Beneficii ſequi debent ſervientem Eccleſiæ, non autem illi ſervire deſinentem.
219 Idem in Commendis Ordinum Militarium.
220 Quanvis id eveniat vigore Statutorum.
221 Quindennium dividendum pro rata temporis inter hæredes ultimi Beneficiati, & ſucceſſorem in Beneficio.
222 Sunt communes animi conceptiones.
223 Fructus Beneficii debiti primo, vel ſecundo anno dividuntur æqualiter inter hæredes ultimi Beneficiati, & ſucceſſorem in Beneficio.

224 *Soluto matrimonio, fructus dotales dividuntur pro rata inter virum, & hæredes uxoris.*
225 *Matrimonium ſpirituale quaſi contrahitur ex omni canonica Beneficii inſtitutione.*
226 *Fructus Beneficii dividendi ſunt pro rata inter hæredes Beneficiati, & ſucceſſorem in Beneficio.*
227 *Laus R. P. D.* Anſaldi de Anſaldis.
228 *Fructus Beneficii quodammodò dotales ſunt.*
229 *Valet argumentum à matrimonio carnali ad ſpirituale.*
230 *Fructus Beneficii dicitur fundus dotalis.*
231 *Beneficium, quando fundatur, indiget dote.*
232 *Matrimonium ſine dote eſſe poteſt.*
233 *Apud ferè omnes, ac præſertim hodiè dos eſt quinta eſſentia matrimonii.*
234 *Beneficium ſine dote eſſe non poteſt.*
235 *Aliàs eſſet Beneficium nomine tenùs.*
236 *In matrimonio longè majora ſunt onera.*
237 *Beneficiatus aliquandò habet filios ſub nomine nepotum.*
238 *Fructus matrimonii, & Beneficii differunt ſolummodò in quantitate.*
239 *Maritus majora ſuffert onera.*
240 *Beneficiatus minora onera ſuffert.*
241 *Maritus fit dominus fructum dotis.*
242 *Non autem Beneficiatus.*
243 *Hodiè tamen eſt Dominus fructuum.*
244 *In Hiſpania fructus dividuntur pro rata.*
245 *In Abulen., & Caſarauguſtana Diœceſibus vigent Conſtitutiones Synodales ſuper tali diviſione.*
346 *Fructus Beneficii dividendi ſunt pro rata inter hæredes Beneficiati, & ſucceſſorem in Beneficio.*
247 *Penſio dividitur inter hæredes Penſionarii, &* Beneficiatum *pro rata temporis.*
248 *Penſionarius tenetur ad Officium parvum.*
249 *Hodiè Penſio adinſtar* Beneficii *datur propter Officium.*
250 *Penſio dividitur inter hæredes Penſionarii, & inter Titularem pro rata.*
251 *Fructus* Beneficii *reſignati dividuntur pro rata temporis inter reſignantem, & reſignatarium.*
252 *Reſignans ſimpliciter, cenſetur totum jus remiſiſſe, ſi nihil ſibi reſervaverit.*
253 *Renuncians habetur pro mortuo.*
254 *Uſufructuario defuncto fructibus pendentibus, fructus dividuntur inter hæredes uſufructuarii, & proprietarium.*
255 Beneficiatus *æquiparatur in jure uſufuctuario.*
256 *Legatario defuncto pendentibus fructibus legati, dividuntur pro rata fructus inter ejus hæredes, & hæredes teſtatoris.*
257 Beneficium *quodammodò legatum eſt.*
258 *Hærede gravato defuncto, pendentibus fructibus, dividuntur fructus pro rata inter hæredes hæredis gravati, & inter fideicommiſſarium.*
259 *Quindennium inexactum, tanquàm fruuctus pendens, dividendum eſt pro rata inter hæredes* Beneficiati, *& novum* Beneficiatum.
260 *Emphyteuta defuncto pendentibus fructibus, dividuntur fructus inter hæredes ultimi Emphyteutæ, & Dominum directum.*
261 *Emphyteuſi finita ex culpa Emphyteutæ, omnes fructus ſpectant ad Dominum.*
262 Beneficiatus *adſimilari poteſt Emphyteutæ.*
263 Beneficiatus *tenetur adminiſtrare ſuum* Beneficium.
264 *Feudatario mortuo pendentibus fructibus, fructus pro rata dividuntur inter hæredes feudatarii, & inter ſucceſſorem in feudo.*
265 Beneficiatus *in aliquibus æquiparari poteſt feudatario.*
266 *Non omnia* Beneficia *ſunt ſervitoria.*
267 Beneficia *ſimplicia ut plurimum conferuntur viris ſimplicibus, poſthabitis literatis.*
268 *Omnia* Beneficia *ſemper ob ſervitium inſtituta.*
269 *Omiſſa recitatione Officii divini, eſt locus reſtitutioni.*
270 *Vendente rem fructibus pendentibus, dividuntur fructus pro rata inter venditorem, & emptorem.*
271 *Militibus pro rata temporis annona præſtatur pro cujuſque capite, ſeu virilim.*
272 *Fructus ex prædio percipi ſoliti, dividuntur inter militem anteceſſorem, & ſucceſſorem.*
273 *Clerici ſunt milites Chriſti.*
274 *Doctores circà diviſionem fructuum forſan magis rem implicarunt, quàm explicarunt.*
275 *Conſuetudo dividens fructus* Beneficii *pro medietate inter anteceſſorem, & ſucceſſorem, vel non eſt recepta, vel abrogata.*
276 *Quindennium inexactum integrè debetur ſucceſſori in* Beneficio.
277 *Refellitur opinio pro diviſione.*
278 *Ad ſummum procederet in fructibus naturalibus.*
279 *Vel in foro interno.*
280 *Quindennii fructus tanquàm non naturalis non regulatur cum fructibus naturalibus.*
281 *Fructus quindennii eſt civilis.*
282 *Diviſio non intrat in fructibus civilibus.*
283 *Fructus naturales dividuntur, quia percipiuntur toto tempore, quo curantur.*
284 *Fructus civiles nulla indigent cura.*
285 *Secundùm aliquos fructus naturales etiam pendentes ſpectant ad reſignantem, civiles verò ad reſignatarium, ſicque ad ſucceſſorem.*
286 *Quindennium debetur in recognitionem directi dominii.*
287 *Quindennium non ſolvitur loco fructuum, proindèque divi dendum non eſt.*
288 *Declaratur* Coſta de rem. ſubſid. remed.106.n.2. in princ. & num.12. in princ.
289 *Declaratur idem* Coſta.
290 *Affictus, & ſimilia ſunt fructus civiles.*
291 *Eſt diferentia inter fructus annuatim, vel longiori tempore percipi ſolitos.*
292 *Declaratur* Antonell. de regim. Eccleſ. Epiſcop. lib.3.cap.9.n.25. in med. & fin. tom.1.
293 *Quindennii fructus ſolis quindecim annis percipi ſolent.*
294 *Declaratur* Antonell. de temp.legal.lib.1.cap.47. num.10.
295 *Declaratur* Rota in Biſuntina, *ſeu* Baſilien Parochialis 26. Junii 1702. §. adeoque verum eſt, coram R.P.D. Anſaldo.
296 *Diviſio fructuum ad ſummum intrare poteſt in Parochialibus.*
297 *Beneficium Curatum eſt ſervitorium.*
298 *Diviſioni eſt locus pro tempore præſtiti ſervitii.*
299 *Etiam in beneficiis reſidentialibus eſt locus diviſioni fructuum.*
300 *Diſtinctio, nunquid* Beneficiatus *habeat adminiſtrationem, non admittitur in materia diviſionis fructuum.*
301 Coſta *ſibi contrarius* in tract.de rata qu.29.nu.2.
302 *Fructus* Beneficii *dividendi ſunt pro rata cum novo* Beneficiario, *& hæredibus antiqui.*
303 *Alii tenent, in* Beneficiis *habentibus adminiſtrationem nullam fieri diviſionem fructuum.*
304 *Alii tenent, etiam in* Beneficiis *ſimplicibus eſſe locum diviſioni.* 305. Be-

305 *Beneficia ſimplicia dantur ad commoditatem, non ad laborem.*
306 *Alii tenent, indiſtinctim etiam in* Beneficiis *cum adminiſtratione eſſe locum diviſioni.*
307 *A diverſis non benè fit illatio.*
308 *Quindennium à conſuetudine introductum in locum laudemiorum, intelligendum eſt de integro.*
309 *Communis opinio eſt in contrarium.*
310 *Triennium cohabitationis conjugalis debet eſſe continuum.*
311 *Contrarium obtinuit Auctor de anno* 1711.*in quadam celebri Oriolen. Matrimonii.*
312 *Bimeſtre conjugibus conceſſum ad deliberandum de ingreſſu in Religionem, debet eſſe continuum.*
313 *Ad effectum introducendæ familiaritatis pro ſuſcipiendis Ordinibus ab alieno Epiſcopo, requiritur triennium, quod debet eſſe continuum.*
314 *Tale triennium ſatis eſt, quòd incæperit, antequàm ordinans fuiſſet Epiſcopus.*
315 *Triennium Regulæ Cancellariæ de triennali, debet eſſe continuum.*
316 *Triennium Provincialatus debet eſſe continuum.*
317 *Quinquennium ad dicendum de nullitate Profeſſionis, debet eſſe continuum.*
318 *Quinquennium ad movendum ſtatum alicujus, debet eſſe continuum.*
319 *Biennium in Emphyteuſi Eccleſiaſtica, & triennium in laycali ceſſationis ſolutionis canonis ad incurrendam caducitatem, debet eſſe continuum.*
320 *Septennium ſervitii injunctum ad conſequendam libertatem, debet eſſe continuum.*
321 Beneficiatus *quodammodò ſervus eſt ſuæ Eccleſiæ.*
322 *Nemo debet ex propria culpa commodum reportare.*
323 *Tempus, quando non adeſt præjudicium tertii, non ſemper debet eſſe Phyſicè integrum.*
324 *Temporum Interſtitia non ſunt mathematicè computanda.*
325 *Similitudo* Beneficiati *cum marito parùm probabilis, parumque tuta quoad diviſionem fructuum.*
326 *Vir majora ſuffert onera, quàm* Beneficiatus.
327 *Fructus dotales tranſeunt in dominium viri.*
328 *Fructus beneficiales non tranſeunt in liberum dominium Beneficiati.*
329 *Fructus beneficiarii eſſe poſſunt ratione tituli.*
330 *Interdum non ſunt minora onera Beneficiati, quàm Mariti.*
331 *Non eſt bona, nec ſolida æquiparatio Mariti, &* Beneficiati.
332 *Maritus eſt Dominus omnium fructuum dotalium.*
333 Beneficiatus *debet ſolùm ſumere neceſſarium, & reliquum pauperibus erogare.*
334 Beneficiato *defuncto, fructus pro rata debentur hæredibus.*
335 *Fructus dotales dantur Viro in compenſationem onerum matrimonialium.*
336 *Res, ſuper qua lis vertitur, dividenda non eſt.*
337 *Ruſtici quæſtiones per medium dividunt.*
338 *Dari poſſunt caſus, in quibus ſit locus diviſioni.*
339 *Fructus* Beneficii *dantur ob miniſterium.*
340 *Reſignatio operatur eundem effectum, quem operatur vacatio.*
341 *In* Beneficio *Curato, & reſidentiali renunciato intrat diviſio fructuum.*
342 *Multò magis in translatione Epiſcopi de una Eccleſia ad aliam.*
343 *Prout in Capellano præmortuo.*
344 *Vel ſi beneficium habeat Chori aſſiſtentiam.*
345 *Labor perſonalis recipit diviſionem juxta tempus præſtiti ſervitii.*
346 *Solutio fructuum* Beneficii *ratione commodioris exactionis deſtinata eſt ad certum tempus.*
347 *Eſt locus diviſioni fructuum* Beneficii, *ſi vigeat conſuetudo illos dividendi pro rata inter hæredes* Beneficiati, *& inter Succeſſorem in* Beneficio.
348 *Auctor putat, in nullis ex ſupradictis caſibus eſſe locum diviſioni.*
349 *Quindennia tanquàm fructus civiles, ſunt de ſui natura individui.*
350 *Homo non admittit ſui partitionem.*
351 *Adducitur locus* 3. Reg. 3. 24. & ſeqq.
352 *Adducitur* cap. afferte 2. de præſumption.
353 *Anima eſt tota in toto, & tota in qualibet parte corporis.*
354 *Affertur pulchra Hiſtoria apud* Valer. Max.
355 Affertur, *& declaratur dictum* Macrobii.
356 *Quindennium tanquàm conſiſtens in facto, vel in facti ſtipulatione, ſcindi nequit in partes.*
357 *Adducitur locus* Ariſtotel. Ethic. lib. 10.
358 *Quindennium eſt unum corpus integrale, & tanquàm unum individuum.*
359 *Stipulatio operæ ſervilis, aut libertinæ eſt indiviſibilis.*
360 *Solutio cujuſcumque debiti eſt individua.*
361 *Sacra Miſſarum myſteria individua ſunt.*
362 *Quindennium non ſolvitur per partes, ſed ſemel ſingulis quindecim annis.*
363 *Solutio cujuſcumque debiti eſt indiviſibilis.*
364 Canon *de ſui natura eſt individuus.*
365 *Non eſt major ratio in individuitate canonis, quàm in individuitate quindennii.*
366 *Tàm canon, quàm quindennium debentur in recognitionem dominii.*
367 *Novus* Beneficiatus *non acquirens integrum quindennium, juſtè conquereretur.*
368 *Unum, & idem* Beneficium *duobus conferri nequit.*
369 *Unaquæque Eccleſia eſt ſponſa uniuſcujuſque Beneficiati.*
370 *Fideicommiſſum tanquàm individuum, uni tantùm defertur.*
371 *Unus poteſt plura obtinere* Beneficia *ſimplicia in diverſa Eccleſia.*
372 Lambertin. de Jurepatron. part. 1. lib. 2. quæſt. 7. art. 15. n. 15. *refert, ſe poſſediſſe triginta ſeptem* Beneficia.
373 *Quindennium ex cauſa inter duos dividi poteſt.*
374 *Affertur intellectus* cap. propoſuit 6. de fil. Preſbyter.
375 *Beneficium dividi nequit.*
376 *In* Beneficio *ſervanda eſt unitas, ſeu ſingularitas.*
377 *Dantur etiam Canonicatus dimidii.*
378 *Et in pluribus Portugalliæ Cathedralibus id practicatur.*
379 *In Hiſpania adſunt integri, & dimidii* Portionarii.
380 *Adſunt etiam Quartenarii, & Tertionarii.*
381 *In Cathedrali Meten adſunt Capellani, Manſionarii, ſeu Aſſiſii.*
382 *Portionarii in Hiſpania reſpondent Hebdomadariis, ſeu Manſionariis in Italia.*
383 *Impoſſibile eſt, dari dimidia* Beneficia, *ſeu dimidias Dignitates.*
384 *Homines, aut Dignitates non dimidiantur.*
385 *Quindennium conſiſtit in pecunia.*
386 *Et tanquàm tale eſt diviſibile.*
387 *Si quindennium divideretur, tale ampliùs non diceretur.*
388 *Juſtius, & tutius eſt non admittere diviſionem fructuum in caſu.*

389 *Pen-*

389 *Penſio Eccleſiaſtica debetur loco alimentorum.*
390 *In reſervatione Penſionis apponi ſolet clauſula, ut commodiùs te ſubſtentare valeas.*
391 Garz.de Benefic. par.2. cap.1. num.113. *inquit, indigere Conſtitutione Pontificia caſum ſuper diviſione fructuum facienda inter hæredes Penſionarii, & Beneficiatum.*
392 *Penſio ſolvitur in duobus terminis.*
393 *Penſionarius eſt uſufructuarius in vita, & in morte, Beneficiarius verò in vita tantùm.*
394 *Penſionarius tenetur ad ſolum Officium parvum.*
395 *Penſionarius fructus ſine labore manducat.*
396 *Penſio reſervari ſolet per dictiones* quandiù, *ſeu quoad vixerit Penſionarius.*
397 *Dictio* quandiù *dividit tempus in momenta.*
398 *Hodiè Penſio dari dicitur propter Officium.*
399 *Penſio deberetur hæredibus Penſionarii pro rata fructuum per Titularem perceptorum.*
400 *Diviſio terminorum fit cauſa commodioris ſolutionis.*
401 *Penſio eſt ſervitus injuncta* Beneficio.
402 *Penſio ſecundùm alios integrè tranſmittitur ad hæredes Penſionarii.*
403 *Penſio conſiſtit in mera temporalitate.*
404 *Penſionarius de Penſione diſponere poteſt.*
405 Bulla *Julii III. non intrat in Penſionibus.*
406 *Penſio Eccleſiaſtica eſt loco alimentorum.*
407 *Penſionario defuncto antè adventum diei ſolutionis Pēſionis, nulla rata debetur illius hæredibus.*
408 *Penſionarius tranſmittere nequit terminum non maturatum Penſionis.*
409 *Penſio non eſt ad hæredes tranſmiſſibilis.*
410 *Penſio inexacta non fit tranſmiſſibilis.*
411 *Penſio ex fructibus annuatim productis debetur ad ratam fructuum perceptorum, ex fructibus verò dietim productis, ad ratam tantum temporis, quo vixit Penſionarius.*
412 *Penſio non eſt fructus Beneficii.*
413 *Declaratur* Rota deciſ. 223.num.2. & deciſ.329. num.2. cum ſeqq. parte 13 recentior-
414 *Refellitur* Rota coram Duran. dec.448.num.58.
415 *In Hiſpania viget conſuetudo ſolvendi Penſionem hæredibus Penſionarii pro rata ultimi anni, quo vixit Penſionarius.*
416 *In Abulen Diæceſi ſuper hoc variatum.*
417 *In Literis reſervationis Penſionis reſervari ſolet Penſio in certa quantitate.*
418 *Penſionario mortuo, jus exigendi Penſionem inexactam tranſmittitur ad hæredes Penſionarii.*
419 *Penſio intrega pertinet ad translatarium.*
420 *Non dividuntur fructus inter reſignantem, & reſignatarium.*
421 *Laudemium debetur reſignatario.*
422 *Contraria opinio pro diviſione fructuum procederet in Beneficiis Curatis, non in ſimplicibus.*
423 *Frequentior eſt opinio, ut integri fructus debeantur reſignatario.*
424 *Communis opinio ſtat contra diviſionem.*
425 *Diviſio fructuum intrat in vacatione per obitum.*
426 *Diviſio ad ſummum intrat in fructibus civilibus dietim percipi ſolitis, vel in fructibus perceptis.*
427 *Bulla Julii III. non extenditur ad alios caſus.*
428 *Fructus civiles, quorum de tempore reſignationis adhùc dies non venerat, ſpectant ad ſucceſſorem in* Beneficio.
429 *Antè admiſſam reſignationem* Beneficium *non dicitur vacare.*
430 *Facta reſignatione ad favorem certæ perſonæ, tunc fructus ad reſignantem ſpectant uſque ad diem poſſeſſionis reſignatarii.*
431 *Reſignans ſibi proſpicere ſolet, ſibi fructus reſervando.*
432 *Reſignatio ob incapacitatem reſignatarii non admitti ſolet.*
433 *Reſignans ſimpliciter, poteſt per pactum ſibi providere.*
434 *Fructus* Beneficii, *etiamſi ſint proximi recollectioni, adhùc debentur reſignatario.*
435 *Tempore reſignationis jam contracta eſt obligatio.*
436 *Statuta Eccleſiarum ſervanda ſunt pro adjudicatione fructuum.*
437 *Et Statutis Eccleſiarum Feltren, Patavinæ, & Aquilejæ dimittentes* Beneficia *poſt Feſtum S. Martini, retinent omnes fructus uſque ad dictum feſtum.*
438 *Refertur modus præſtandi conſenſus in reſignatione* Beneficiorum.
439 *Reſignatario debentur integri fructus.*
440 *Fructus uſufructus pendentes poſt obitum uſufructuarii ſpectant ad proprietarium.*
441 Antonell. *ſibi parùm coſtans eſt.*
442 *Doctores contrarii pro diviſione inter hæredes uſufructuarii, & proprietarium in quibus caſibus loquantur.*
443 *Jus uſufructuario cohærens, extinguitur uſufructuarii morte.*
444 *Ab annuis redditibus non benè infertur ad quindennia, ſeu quindenniales redditus.*
445 *Doctores pro diviſione, potiùs favent contrariæ.*
446 *Fructus* Beneficii *à ſolo ſeparati ſpectant ad hæredem* Beneficiati.
447 *Fructus pendentes ſpectant ad ſucceſſorem.*
448 Antonellus *confundit terminos diviſionis.*
449 *Quindennium perceptum, integrè acquiritur hæredibus* Beneficiati *anteceſſoris.*
450 Beneficiatus *non benè æquiparatur uſufructuario, ſaltem in morte.*
451 *Rejicitur* Coſta de rata quæſt. 29.n.5. cum ſeqq.
452 *Opinio* Coſtæ *procedet ad ſummum in* Beneficiis *Curatis, non autem in ſimplicibus.*
453 *Legatarius, in legato præſumitur prædilectus.*
454 *In* Beneficiato *nulla cadit prædilectio.*
455 *Opinio pro diviſione ad favorem legatarii eſt controverſa.*
456 *Fructus pendentes potiùs ſpectant ad ſucceſſorem in fideicommiſſo.*
457 *Opinio pro diviſione ad ſummum intraret, quando ageretur de ſecundo, vel ulteriori loco ſucceſſivè vocato.*
458 *In Caſtella ità conſultum, & ſervatum.*
459 *Onera hæredis gravati ut plurimùm ſunt levia.*
460 *Onera matrimonialia ſunt graviora.*
461 I*n Luſitania fructus non dantur ſucceſſori majoratus ob aliquod onus.*
462 *Reprobatur* Barbatt. de divis. fruct. par.2.cap.9. n.11.circ. fin verſ.non obſtat, & verſ.in caſu.
463 *Hæres gravatus fructus percipit ratione dominii.*
464 *Dominium ipſo jure tranſit in ſucceſſores bonorum Coronæ in Caſtella.*
465 *Dominium fideicommiſſi transferri nequit in alium præter vocatos.*
466 *Dominium non poteſt eſſe in pendenti.*
467 *Diviſio ad ſummum intraret in majoratibus, ſeu fideicommiſſis Hiſpaniarum.*
468 *In* Beneficio *ſimplici nullum onus conſiderari valet.*
469 *Fructus fideicommiſſi nullum habentis onus non dividuntur.*

470 *Refellitur* Coſta de rata quæſt. 29.n.5,cum ſeqq.
471 Coſtæ *argumentum intrabit in Beneficiis Curatis, & reſidentialibus tantùm.*
472 *Fideicommiſſarius eſt potiùs ex cauſa oneroſa.*
473 *Fructus pendentes emphyteuſis reverſæ ad Dominum per generationem finitam, vel per caducitatem, etiam maturi, inexacti tamen, ſpectant ad Dominum.*
474 *Etiam in caſu commiſſi.*
475 *Per mortem emphyteutæ conſolidatur utile dominium cum directo.*
476 *Fructus dotales ſpectant ad maritum ratione onerum, non ratione dominii.*
477 *Emphyteuta facit fructus ſuos ratione utilis dominii, non ratione onerum.*
478 *Uſufructuario mortuo antè fructus perceptos, illi debentur proprietario.*
479 *Emphyteuta non tranſmittit fructus nondùm perceptos.*
480 *Fructus intelliguntur deductis expenſis.*
481 *Beneficiatus nullas impenſas facit in fundo in emphyteuſim conceſſo.*
482 *Fructus feudi pendentes potiùs ad Dominum pertinent.*
483 *Feudatarius valdè diſſimilis Beneficiario.*
484 *Feudatarius fundum feudalem colit, ſumptus fecit in equis, & armis.*
485 *Beneficiarius facit fructus ſuos ratione tituli.*
486 *Fructus pendentes, ſivè maturi, ſivè immaturi tempore venditionis pertinent ad emptorem.*
487 *Pro tempore, quo pretium fuit apud emptorem, penſio pertinet ad venditorem.*
488 *Beneficiatus acquirit omnia etiam de præterito.*
489 *Milites inſerviunt publicæ utilitati.*
490 *Annona militaris etiam non exacta, ad hæredes militum tranſmittitur.*
491 *Milites præmiis animati nec ferrum, nec flammam, nec mortem metuunt.*
492 *Bona fructum reddentia quolibet biennio, locari poſſunt abſque beneplacito Apoſtolico ad ſexennium.*
493 *In bonis producentibus duplices fructus in anno ſemeſtre reputatur pro uno anno.*
494 *De tempore obitus* Beneficiati *remanſit extinctum jus colligendi fructus.*
495 *Forma dat eſſe rei.*
496 *Æqualitas ſervanda eſt.*
497 *Beneficiatus diſponere nequit de Beneficio.*
498 *Non debet hæres præmia defuncti conſequi.*
499 *In Senatu Romano olim judicatum adversùs hæredes Scribæ.*
500 *Fructus pendentes* Beneficiorum *debentur ſucceſſoribus tanquàm illorum ſpolia.*
501 *Diviſio intrare nequit in fructibus pendentibus.*
502 *Intermiſſis Horis Canonicis fructus reſtituuntur Fabricæ Eccleſiæ, aut pauperibus.*
503 *Fructus amiſſi ob omiſſionem Horarum Canonicarum, non poſſunt dici pendentes.*
504 *Non benè arguitur à foro poli ad forum fori.*
505 *Quindennia debentur in recognitionem dominii.*
506 *Beneficiatus, per obitum deſinit eſſe dominus.*
507 *Sicuti in fructibus naturalibus datur medius ſtatus, ità etiam in civilibus.*
508 *Arbores, & ſolum reſiſtere nequeunt habenti jus percipiendi fructus naturales.*
509 *Fructus naturales pendent in arbore.*
510 *Pecunia in nominibus debitorum habetur pro exacta.*
511 *Malæ fidei poſſeſſor tenetur etiam de fructibus percipiendis.*
512 *Fructus civiles pendentes non habentur pro collectis, & exactis.*
513 *Fructus civiles quindenniales colliguntur ſingulis dumtaxat quindecim annis.*
514 *In Diœceſi Civitaten viget conſuetudo dividendi fructus* Beneficiorum *pendentes inter hæredes Beneficiati, & ſucceſſorem in Beneficio.*
515 *In Diœceſi Elboren adeſt ſimilis Conſtitutio Synodalis.*
516 *In præſenti materia attendendæ conſuetudines locorum, aut Conſtitutiones Eccleſiarum.*
517 *Non obſtante dicta conſuetudine adhùc integrum quindennium ſolvendum ſucceſſori in Beneficio.*
518 *Idem dicendum non obſtante Conſtitutione Synodali.*
519 *Ulyſſipo Patria Auctoris.*
520 *Idem in caſu ſimilis Conſtitutionis Synodalis Ulyxbonen.*
521 *Declaratur dicta Conſtitutio Synodalis.*
522 *Eccleſiæ vendere ſolent fructus naturales, & induſtriales ſuo tempore, & poſteà illos in pecunia partire.*
523 *Declaratur prædicta Conſtitutio Synodalis.*
524 *Beneficiatus tanquàm Dominus directus in Emphyteuſim concedit prædium ſuum.*
525 *Clerici de bonis patrimonialibus, vel quaſi diſponere poſſunt ex teſtamento, & ab inteſtato.*
526 *Super hoc extat conſtitutio Synodalis Egitanien.*
527 *Idem viget in Religione Hieroſolymitana.*
528 *Canonici Regulares S. Ruffi in Germania teſtari poſſunt de fructibus Canonicatuum.*
529 *Idem de Canonicis S. Iſidori Legionen.*
530 Navarr. *fuit Canonicus Roncisvallis.*
531 *Omnes Beneficiati diſponere poſſunt de fructibus exactis, & perceptis.*
532 *Talis viget conſuetudo in Hiſpania, & Portugallia.*
533 *Omnes ferè Conſtitutiones Synodales Luſitaniæ mentionem faciunt de tali conſuetudine.*
534 *Eadem viget conſuetudo in Diœceſibus Lucana, Piſana, & Ditione Mediolanen.*
535 *Eadem conſuetudo in Gallia, & Burgundia.*
536 *Reiicitur* Corrad. prax. diſp. Ap. lib. 10. cap. 1. n. 3.
537 *In quibuſdam Diœceſibus Portugalliæ dubitatur de tali conſuetudine in caſu deceſſus Beneficiati ab inteſtato.*
538 *Beneficiati ſunt Domini fructuum Beneficiorum.*
539 *Talis conſuetudo tenet praſcripta per quadraginta annos.*
540 Beneficia *inſtituta ſunt ad ſerviendum Eccleſiæ.*
541 *Conſtitutiones Synodales Portugalliæ concedunt Beneficiatis Curatis facultatem teſtandi de frrctibus pro ſemiſſe, Beneficiatis autem ſimplicibus, & Canonicis de omnibus fructibus.*
542 *Refertur Statutum Canonicorum Regularium S. Iſidori Civitatis Legionen.*
543 *Notatur error quorundam.*
544 Extravag. parte 2. libr. 10. fol. 80. Portugalliæ *non reperitur.*
545 *Clerici, ſeu Beneficiati Curiales tàm ex teſtamento, quam ab inteſtato de fructibus Beneficiorum diſponere poterant.*
546 *Talis facultas diſponendi revocata fuit per Urbanum VIII.*
547 *De ſimili conſuetudine teſtantur Doctores.*
548 *Clerici talem conſuetudinem introducere potuerunt.*
549 *Durum videtur velle tollere Beneficiato ægroto facultatem diſponendi de fructibus.*

550 *Re-*

550 *Refertur lex Fuſia Caninia.*
551 *Mentio libertinorum Latinorum.*
552 *Exageratur ſtatus Libertinorum.*
553 *Reprobatur* Navarr. de reddit. Eccl.quæſt.1. monit.53.nu.5. & quæſt.3. monit.3.nu.4.& 6. ac alibi
554 *Idem* Navarr. *refellitur* per Sarmient.
555 *In Bulla Urbani VIII. non fit mentio de fructibus jam collectis, & perceptis.*
556 *Refertur particularis conſuetudo in Diœceſi Brachar̃en.*
557 *Refertur Conſtitutio Synodalis in Diœceſi Elboren.*
558 *Refertur ſententia deſuper Eboræ lata.*
559 *Refertur Conſtitutio Synodalis in Diœceſi Colimbrien.*
560 *Refertur* Conſtitutio Synodalis in Diœceſi Ulyxbonen.
561 *Canonicatus ſunt de numero Beneficiorum ſimplicium.*
562 *In Civitatibus Novocomen., & Comen.extat conſuetudo tranſmittendi ad hæredes etiam fructus* Beneficii *inexactos.*
563 *Licet* Merenda *videatur ſuper hoc anceps.*
564 *Valet conſuetudo teſtandi de fructibus* Beneficii *percipiendis.*
565 *Multò magis illa valebit reſpectu fructuum perceptorum.*
566 *Si Clerici abutuntur fructibus Eccleſiaſticis, imputandum perſonis, non conſuetudini.*
567 *Refertur conſuetudo Eccleſiæ Calaguritanæ.*
568 *Præſtimonia non ſunt Beneficia Eccleſiaſtica.*
569 *Appellatione Beneficii non venit Præſtimonium.*
570 *Hodiè Præſtimonium potiùs eſt Beneficium Eccleſiaſticum, præſertim in Hiſpania.*
571 *In Hiſpaniis Præſtimonium dicitur* Preſtamo, & Preſtamera.
572 *Præſtimonium ab initio ad quid inſtitutum.*
573 *Præſtimonium propriè venit appellatione Beneficii.*
574 *Præſtimonium ſubjacet Regulæ Cancellariæ reſervatoriæ menſium.*
575 *Ac Regulæ de annali.*
576 *Præſtimonium hodiè eſt Penſio titulata.*
577 *Illud, quod Laycis tribuitur titulo temporali in cauſam ſtudiorum, hodiè non eſt ampliùs vocandum Præſtimonium.*
578 *In Beneficii impetratione facienda eſt mentio Præſtimonii, licet parvi jam obtenti.*
579 *Præſtimoniũ poſſidens tenetur ad Horas Canonicas.*
580 *Illegitimus obtinere nequit Præſtimonium in Eccleſia, in qua Pater miniſtravit.*
581 *Præſtimonia connumerantur inter Beneficia Eccleſiaſtica.*
582 *Dictio* aliis *deſignat ſimilitudinem.*
583 *Præſtimonia connumerantur in Decreto Sacri Concilii Tridentini.*
584 *Et tanquàm Beneficia Eccleſiaſtica.*
585 *Præſtimonia rectè cum Beneficiis permutantur.*
586 *Præſtimoniarius intrat in Chorum.*
587 *De conſuetudine Præſtimoniarius teſtari poteſt de fructibus ſui Præſtimonii.*
588 *Neapolitani Regni, quæ ſint Beneficia de Menſa.*
589 *In Civitate Sarnen. quæ ſint Beneficia dicta Oratoria.*
590 *Quæ ſint Beneficia dicta Obitus.*
591 *Beneficia manualia non ſemper deſinunt eſſe Beneficia Eccleſiaſtica.*
592 *Quæ ſint Beneficia dicta Perſonatus.*
593 *Beneficium manuale non venit nomine Beneficii.*
594 *Rejicitur* Riccius collect. 870. in principio verſ. & propterea par. 4 *putans, Beneficium manuale non eſſe propriè, ac verè Beneficium Eccleſiaſticum.*
595 *Præſtimonium aliquando non venit ſub nomine* Beneficii.
596 *Beneficium de menſa quid ſit.*
697 *Deputatio Sacerdotis pro Miſſarum celebratione abſque auctoritate Ordinarii non eſt* Beneficium.
598 *Perticherii officium non eſt* Beneficium.
599 *Præpoſitura in Cathedrali Gerunden non eſt Beneficium.*
600 *Tales ſunt ſimiles Præpoſituræ in Aragonia.*
601 *Declaratur* Rota coram Pamphil. deciſ.451.n.1.
602 *Præpoſituræ hujuſmodi concedi ſolitæ potiùs uti Officia, quàm uti Beneficia.*
603 *Aliquo tempore fuerunt* Beneficia, *& aliquo tempore non fuerunt Beneficia.*
604 *Mentio Parbodriarum Valentiæ.*
605 *Cappellania Laycalis non eſt Beneficium.*
606 *Annua in Gallia quid.*
607 *Perſonatus in Hiſpaniis ſunt Beneficia fictitia.*
608 *Sunt cenſus vitalitii.*
609 *Advocatus Fiſci reſiduum ſalarii tranſmittit ad hæredes.*
610 *Conſuetudo percipiendi fructus Canonicatus in abſentia olim tolerata.*
611 *Contrariæ conſuetudini derogatum fuit per Sacrum Concilium Tridentinum.*
612 *Abſentia adſimilatur morti.*
613 *Etiam quandoque fructus Beneficii debentur non Canonico, nec* Beneficiato.
614 *Succeſſor in* Beneficio *ſibi imputare debet.*
915 *Beneficiatus non transferret jus, niſi adeſſet talis conſuetudo.*
616 *Talis conſuetudo faciliùs intrare poterit in fructibus percipiendis.*
617 *Tenet conſuetudo, ut fructus primi, vel ſecundi anni dentur Beneficiato, vel hæredibus.*
618 *Annalia in* Beneficiis *quid.*
619 *Refertur ſimilis conſuetudo alicubi.*
620 *Rejiciuntur nonnulli Doctores.*
621 *Declaratur* Extravag. ſuſcepti 2. Joannis XXII. de electione,
622 *Declaratur iterùm* dicta Extravag.
623 *Talis conſuetudo non intrat in* Beneficiis Curatis.
624 *Declarantur* Bullæ *Julii III. & Urbani VIII.*
625 *Contrà Conſtitutiones Papales, dari nequit de non uſu, vel de contrario uſu.*
626 *Talis conſuetudo ſaltem in Clericis inferioribus ſubſtinetur.*
627 *Cardinales non ligantur conſuetudinibus, nec Conſtitutionibus Synodalibus.*
628 *Ad quid reſervantur fructus primi anni* Beneficiato, *vel hæredibus.*
629 *Dicta* Extravag, ſuſcepti *non fuit recepta in regionibus Ultramontanis.*
630 *Fructus primi anni dicuntur mortuaria.*
631 *In S. Ordine Hieroſolymitano viget conſuetudo reſervandi Magno Magiſtro fructus primi anni.*
632 *Non tenet conſuetudo tranſmittendi diſtributiones quotidianas ad hæredes.*
633 *Homo mortuus, non eſt homo.*
634 *Forma eſt, quæ dat eſſe rei.*
635 *Anima rationalis eſt forma corporis, & hominis.*
636 *In Cathedrali de Pilar aſſignantur diſtributiones quotidianæ poſt obitum famulis Canonici.*
637 *Conſtitutiones Synodales ſuper reſervatione fructuum*

ctuum primi Anni ad favorem Eccleſiæ, ut teneant, requiritur confirmatio Apoſtolica.

638 Medietas omnium fructuum Beneficiorum primi anni applicantur ad favorem Sacriſtiæ Baſilicæ Vaticanæ de Vrbe.

639 In Cathedrali Valentina adeſt ſimilis Conſtitutio, circà annatam.

640 In Cathedrali Seguntina circà dimidiam annatam.

641 In Cathedrali Burgen.

642 In Cathedrali Mediolanen.

643 Conſuetudo ſuper hoc videtur de per ſe ſola valere.

644 In Eccleſia S. Virgilii Diœceſis Tridentinæ adeſt conſuetudo reſervandi favore fabricæ fructus primi anni Beneficiorum vacantium.

645 Poſt Conſtitutionem Pianam videtur reformanda talis conſuetudo.

646 Pariſiis, & in Normandia extat conſuetudo applicandi Epiſcopis fructus primi anni.

647 Leodii conſuètudo, & Statutum applicandi Eccleſiæ fructus primi anni.

648 In Cathedrali Placentina ſimilis conſuetudo, ſeu Statutum ad favorem Capituli pro medietate fructuum Canonicatuum vacantium primorum annorum.

649 Valet conſuetudo dandi Beneficiati hæredibus diſtributiones primi anni.

650 Corporalis neceſſitas tenet defunctum.

651 Anima eſt corporis forma.

652 Conſuetudo probanda cum ſuis requiſitis.

653 In Hiſpania non adſunt Collectores Spoliorum.

654 Clerus Mantuanus ſe compoſuit cum Camera Apoſtolica ſuper Spoliis.

655 In materia Spoliorum quindennia inexacta debentur hæredibus Beneficiati tàm teſtamentariis, quàm ab inteſtato.

656 Si adſunt Collectores Spoliorum, tunc quindennia debentur hæredibus Beneficiati ex teſtamento tantùm.

657 Si non adſunt Collectores Spoliorum, quindennia inexacta ſpectant ad ſucceſſorem in Beneficio, etiamſi Beneficiatus, teſtatus deceſſerit.

658 Conſuetudo præjudicalis tertio, eſt exorbitans à Jure.

659 Clericus videtur magis eligere Eccleſiam. quàm hæredes.

660 Abſurdum eſt, fructus ad eos deferri, qui non ſunt Beneficii poſſeſſores.

661 Beneficiatus teſtari poteſt de bonis patrimonialibus.

662 Non diſponens de quindenniis, videtur circà illa inteſtatus decedere.

663 Iſta tamen opinio videtur Auctori aliquantulùm rigida.

664 Poſſidente duo Beneficia, unum in loco, ubi vigeat conſuetudo tranſmittendi fructus inexactos ad hæredes ex cauſa teſtati, & inteſtati, & aliud in loco, ubi ſervetur ſupradicta Bulla Julii III. tunc quindennium ex Beneficio ſito in loco talis conſuetudinis debetur hæredibus Beneficiati, aliud autem quindennium ex Beneficio ſito in loco, ubi ſervatur dicta Bulla, debetur ſucceſſori in Beneficio.

665 Diſtributiones quotidianæ magis ratione laboris, quàm ratione Beneficii debentur.

666 Bulla Julii III. fructus Beneficii inexactos reſervat ſucceſſori in Beneficio.

667 Diſtributiones quotidianæ non veniunt nomine Beneficii fructuum.

668 Tales dicuntur fructus Beneficii quoad alios effectus.

669 Referuntur Canonicatus conſiſtentes in diſtributionibus quotidianis.

670 Beneficiatus de diſtributionibus quotidianis inexactis teſtari valet.

671 Reprobatur Decius conſil. 279. per tot. tom. 1.

672 Quindennium inexactum debetur etiam hæredibus ab inteſtato, & etiamſi Beneficium conſtet ex diſtributionibus quotidianis.

673 Auctoris diſtinctio.

674 Congrua Epiſcopi mille Ducatorum, illa verò Curati centum.

675 Quoad exuberantes fructus intrat ſucceſſor in Beneficio.

676 Extante conſuetudine, Statuto, vel indulto Apoſtolico, ut fructus inexacti Beneficii ſpectent ad Capitulum Eccleſiæ, tunc quindennium inexactum debetur Capitulo.

677 Tenet conſuetudo, ut fructus Beneficii vacantis uſque ad novam proviſionem cedant Capitulo.

678 Fructus Beneficii de Jurepatronatus Regio ſpectant ad Regem, & quomodo hoc intelligatur.

679 A fortiori fructus inexacti.

680 Parochus de quarta funerali etiam inexacta diſponere poteſt.

681 Canon inexactus à reſignante antè reſignationem, non debetur reſignatario.

682 Ex fructibus inexactis ſatisfaciendum eſt creditoribus Beneficiati.

683 Fructus pendentes hæreditatis ſpectant ad creditores defuncti, non ad illius hæredes.

684 Agens de damno vitando præfertur agenti de lucro captando.

685 Affertur Conſtitutio Synodalis Egitanien.

686 Affertur Extravag. ſuſcepti mu.nè ſed. vac.

687 Argumentum à majori ad minus, validiſſimum eſt.

688 Exequutio fieri poteſt ſuper fructibus Beneficii pro ſatisfactione creditorum.

689 Fructus Status, & majoratus ſequeſtrari poſſunt ad ſolvendum æs alienum.

690 Affertur Bulla Clementis VIII. ſuper Congregatione Baronum.

691 Affertur alia Bulla ejuſdem Pontificis ſuper proviſione Beneficiorum patrimonialium.

692 Fructus Beneficii valdè tenuis arreſtari nequeunt.

693 Vel ſi exiſtant alia bona patrimonialia.

694 Debita Beneficiati ſolvi nequeunt ex fructibus inexactis Beneficii.

695 Bulla Julii III. ſuper fructibus inexactis non eſt in uſu.

696 Declaratur dicta Bulla Julii III. & reprobatur Navarr. conſil. 4. nu. 1. de ſucceſſ. ab inteſtat.

697 Declaratur iterùm eadem Bulla.

698 Camera Apoſtolica capiens ſpolium, tenentur ad debita Beneficiatorum.

699 Declaratur Rota deciſ. 529. nu. 1. in princip. verſ. neque, & num. 3. ac per tot. par. 3. rec.

700 Opinio Auctoris procedit in debitis contractis pro Eccleſia, proque illius neceſſitate.

701 Succeſſor in Beneficio ſolummodò tenetur ad debita prædeceſſoris contracta pro neceſſitate Eccleſiæ.

702 Adducitur Conſtitutio Synodalis Egitanien.

703 Debita Beneficiati concludentiſſimè comprobanda.

704 Solummodò primus ſucceſſor in Beneficio tenetur ad debita ultimi Beneficiati.

705 Reiicitur Layman. Theolog. moral. lib. 4. tract. 2. cap. 4. quæſt. 3. num. 10.

706 Actio realis ſequitur rem.

707 Quindennium adinſtar canonis, & laudemii de-

betur in loco rei ſitæ ſuo tempore.
708 *Potentia propinqua actui, pro actu exiſtimanda.*
709 *Quindennium inexactum eſt fructus poſt obitum Beneficiati decurſus.*
710 *Aſſertur locus* Geneſ. cap. 29. verſ. 19. & ſeqq.
711 *Prætor non curat de minimis.*
712 *Modica læſio non eſt potens cauſa reſtitutionis in integrum.*
713 *De partu in navi edito non ſolvitur naulum.*
714 *Actio redhibitoria non datur pro parva re.*
715 *Minima bona Eccleſiæ alienari poſſunt abſque beneplacito Apoſtolico.*
716 *Conſuctudo parùm præjudicialis Eccleſiæ ſuſtinetur.*
717 *Modica utiltas publica non præfertur magnæ utilitati privatæ.*
718 *Condemnandus de proximo, habetur pro jam condemnato.*
719 *Matrimonium de proximo contrahendum, habetur pro jam contracto.*
720 *Doctorandus de proximo, habetur pro doctorato.*
721 *Matriculandus de proximo, habetur pro matriculato.*
722 *Agens ultimum diem anni vigeſimi, validè manumittit.*
723 *Præſcriptio de proximo complenda, habetur pro completa.*
724 *Quidquid ſit in præſcriptione odioſa.*
725 *Centenaria habetur pro completa, etiamſi deficiant pauci anni.*
726 *Centenaria requiſita ad præſumendum Juſpatronatus, habetur pro completa, etiamſi deficiant pauci menſes.*
727 *Modicæ expenſæ non repetuntur.*
728 *Judex licitè munuſculum accipere poteſt.*
729 *Beneficium fictum de Pertica eſt impermutabile.*
730 *Chamæleon vivit de aere.*
731 *Emphyteuta ob modicam deteriorationem expelli nequit.*
732 *Vulnuſculum non habetur pro vulnere.*
733 *Pubertati proximus habetur pro pubere.*
734 *Ob parvitatem materiæ non dicuntur mortalia,*
735 *Capellanus Miſſæ quotidianæ, poteſt per annum pro ſe, vel pro conjuncto celebrare.*
736 *Omittens uno, vel altero die recitare Horas Canonicas, non tenetur fructus reſtituere.*
737 *Reiiciuntur contrarium tenentes.*
738 *Auctor putat, in tali caſu mortaliter peccari.*
739 *Qualis fuerit mens in hoc caſu S. Pii V.*
740 Diana *videtur ità ſentire.*
741 *Famulus omittens inſervire uno, vel altero die, facit fructus ſuos integri* Salarii.
742 *Eccleſia mitiùs agit, quàm homo.*
743 *Lis propè finem eſſe dicitur, ſi ſemeſtre ſuperſit.*
744 *Mora modici temporis non attenditur.*
745 *Vicinus, aut naturalis alicujus loci, Judex eſſe nequit in eodem loco* ex l.Reg. Caſtellæ 4. tit.6. lib. 3. Recopilat.
746 *In Ordine Minorum Obſervantium S. Franciſci Provinciales ſunt triennales.*
747 *Adhùc Provincialatus ad modicum tempus abbreviari, vel prorogari poteſt.*
748 *Non licet, Dei miniſtros de minimis curare.*
749 *Creditor, antè tempus petere nequit creditum.*
750 *Triennalis poſſeſſor debet eſſe uſque ad ultimum momentum triennii.*
751 *Facienda eſt mentio etiam Beneficii modici.*
752 *Habens Beneficium modicum, tenetur ad Horas Canonicas.*
753 *Deus non facit differentiam modici.*
754 *Idem Juris eſſe debet in parvis ſicut in magnis.*
755 *Etiam Salomon meminit minimorum.*
756 *Adducuntur Parabolæ Evangelii.*
757 *Nihil eſt tàm modicum, quod æſtimandum non ſit.*
758 *In reſpicientibus juſtitiam habetur conſideratio de minimis.*
759 *Jus Canonicum de minimis curat.*
760 *Unius etiam tantùm horæ habetur conſideratio.*
761 *Prout practicatur etiam in alternativa menſium.*
762 *Pro viginti millibus paſſuum datur una dies, & pro viginti uno millibus paſſuū dantur duo dies.*
763 *Adducitur locus* Joſue 10. 13. & 14. & Eccleſiaſtic. 46. 5.
764 *Adducitur locus* 4.Reg.20. 6. 10.& 11. & Eccleſiaſtic. 48. 27. & Iſai. 38. 6. & 8.
765 *Unius menſis defectus non eſt conſiderabilis.*
766 *Solvens antè tempus, illinc de proximo ſoluturus, caret condictione indebiti.*
767 *Quidquid ſi longum tempus ſolutioni deeſſet.*
768 *Jus ſpeciale regulariter de minimis non curat.*
769 *Quindennium de generali conſuetudine eſt.*
770 *Modicum tunc conſiderandum, quando illud eſt capax alicujus æſtimationis.*
771 *In caſu de bono, & æquo procedendum.*
772 *Proviſio Beneficiorum, & ſimilia requirunt præciſam certitudinem temporis.*
773 *Quindennium inexactum acquiritur hæredibus Beneficiati, ſi pauci menſes deſint ad complementum quindecim annorum.*
774 *Declaratur textus in* l. itinere 3. ff. de verb. ſign.
775 *Ad unum tantùm milliare datur alius dies, etiamſi non ſint viginti milliaria, propter certitudinem.*
776 *Si Capitulū præſtiterit ſucceſſori in Beneficio quindennium, etiamſi modicum tempus deeſſet ad illius maturationem, hæredes anteceſſoris agere debent contrà eundem ſucceſſorem in Beneficio.*
777 *Locatio cum anticipata ſolutione, eſt nulla.*
778 *Quindennium ſpectat ad ſucceſſorem, præmoriente Beneficiato anteceſſore antè maturatū terminum.*
779 *Debitores raro anticipatè ſolvunt.*
780 *Anticipata ſolutio quindennii non præjudicat ſucceſſori in Beneficio.*
781 *Exercitium alternativæ inter Regulares circà Officiorum diſtributionem, anticipari nequit.*
782 *Precarii contractus de rebus Eccleſiæ in præjudicium ſucceſſoris non tenet.*
783 *Succeſſor in fideicommiſſo non poteſt anticipare actionem ad bona fideicommiſſaria, niſi in caſu deteriorationis, ſeu dilapidationis hæreditatis.*
784 *Hæres gravatus non poteſt in præjudicium ſucceſſoris anticipare exactionē prematuræ ſolutionis.*
785 *Antè contractum matrimonium muliere percipiente fructus ex fundo dotali locato, poſteà vir illos repetere poteſt.*
786 *Venditor anticipatè exigens penſiones, cogi poteſt ab emptore ad ſibi cedendum actionem, aut ad reſtituendum penſiones.*
787 *Studens S. Theologiæ cum indulto præſentialitatis, præmoriens antè tempus ad ſtudendum ſibi præfixum, ſi anticipatè perceperit fructus, non facit illos ſuos in præjudicium ſucceſſoris.*
788 *Idem de Canonico anticipatè fructus percipiente, & poſteà etiam Præbendam optante.*
789 *Cappellano debetur eleæmoſyna adinſtar alimentorum.*
790 *Si omnes Miſſæ anni, intrà quem Cappellanus mortuus eſt, non ad impleantur, hæredes non tenentur*

tur anticipatè ſolvere, niſi Cappellanus caveat.
791 In cenſu fieri nequit anticipata ſolutio.
792 Non attendendum tempus ſolutionis factæ, vel faciendæ, ſed ſola perceptio fructuum quindennialium ſingulis quindecim tantùm annis debitorum.
793 Reſignans anticipatè, quindennium exigere nequit in fraudem reſignatarii.
794 Fructus ſequuntur illum, qui tenetur ad onera.
795 Sivè reſignatio facta ſit purè, ſivè in favorem certæ perſonæ.
796 Reſignatarius cauſam habet à Papa.
797 Reſignans habetur pro mortuo.
798 Etiam in locis, ubi adſunt ſpolia Clericorum, quindennium anticipatè prædeceſſori ſolutum, ſpectat ad Cameram.
799 Actio pro aſſequutione quindennii eſt in facultate novi Beneficiati vel contrà manum mortuam, vel contrà hæredes ultimi Beneficiati.
800 Solutio quindennii differtur ſingulis quindecim annis in gratiam Emphyteutæ.
801 Quiſquis renunciare poteſt favori ſuo.
802 Anticipatè ſolvens, bis ſolvit.
803 Rogatus reſtituere poſt mortem, poteſt, ſi velit, etiam reſtituere antè mortem.
804 Ultimum quindennium, uti fructus exactus antè terminum, deberi videtur anteceſſori Beneficiato.
805 In ſocietatibus Officiorum licita eſt anticipata ſolutio fructuum de ſemeſtre in ſemeſtre.
806 Favore libertatis tenet anticipata ſolutio.
807 Dataria Apoſtolica exigit Penſiones anticipatas à Beneficiato.
808 Titularis, poſt translationem exigens aliquos terminos anticipatos à Penſionario, moleſtari nequit à translatario.
809 Solutio anticipatè facta uſufructuario, vel ſimilibus, bonificanda eſt pro rata.
810 Debitor ſolvere nequit antè tempus, quando illud appoſitum eſt gratia creditoris.
811 Dominium faciliùs juſtificatur per reiteratas annuas ſolutiones.
812 Argumentum à minori ad majus eſt in jure fortiſſimum.
813 Succeſſor in Beneficio eſt legitimus creditor quindennii, adveniente tempore illius ſolutionis.
814 Quaſi poſſeſſio exigendi probatur per annuas ſolutiones.
815 Hæres Emphyteutæ tenetur conductori refundere anticipatas Penſiones per Emphyteutam perceptas.
816 Solutio anticipata non liberat ſolventem.
817 Æqualitas inter omnes ſervanda eſt.
818 Emphyteuta canonem anticipatè ſolvere nequit.
819 Solet haberi pro ſuſpecto futurum præjudicium.
820 Solutio quindennii anticipata habetur pro non facta.
821 Anticipatè ſolvi nequit cenſus.
822 Beneficiatus non benè æquiparatur uſufructuario.
823 Conſiderandum ſimplex factum exactionis, ſed benè juris effectus.
824 Capitale pecuniæ poſitum eſt in periculo ob mortem ſocii.
825 Non deſunt DD. tenentes, in ſocietate Officii anticipatè ſolvi non poſſe.
826 Etiam favore libertatis ſolvi poteſt antè tempus.
827 Cur Dataria Apoſtolica mediante Cedula Bancharia anticipatas Penſiones exigat.
828 Sequitur eadem materia.
829 Sequitur eadem materia.
830 Aſſecuratio dotis ob vergentiam Viri ad inopiam, eſt quædam promiſſio de dote reſtituenda in omni caſu, quo vir non ſit ſolvendo.
831 Bancherius ſe obligans in Dataria, ſe habet tanquàm fideiuſſor Beneficiati.
832 Cedula Bancharia habet paratam exequutionem.
833 Anticipatè ſolvi poteſt, quando non agitur de præjudicio tertii.
834 In materia ſolutionis quindennii non eſt locus diviſioni.
835 In Cathedrali Gerunden. viget conſuetudo anticipatè ſolvendi fructus Canonicatuum.
836 Anticipatæ ſolutiones in bonis Eccleſiaſticis prohibentur à S. Concilio Tridentino.
837 S. Concilium derogare videtur contrariis pacto, conſuetudini, & conſtitutioni Synodali.
838 Conſuetudo interpretanda venit, quominùs lædat jus commune.
839 Auctor non eſt adeò tenax in ſua opinione.
840 Anticipata ſolutio ob Eccleſiæ neceſſitatem valet.
841 Intereſt Eccleſiæ habere Beneficiatum doctum.
842 Sacerdos poteſt poſticipatè ſolutionem recipere.
843 Cardinalis habet indultum teſtandi etiam quo ad fructus inexactos.
844 Declaratur tale indultum, & quomodò procedat.
845 Declaratur aliud indultum ſuccedendi ab inteſtato Clerico.
846 Fructus inexacti à Cardinali, debentur illius hæredibus ſcriptis.
847 Ut Cardinalis diſponere poſſit de fructibus civilibus, doceri debet de eorum exactione ſaltem per æquipollens, ut per depoſitum.
848 In quo caſu Cardinalis diſponere poſſit de quindennio inexacto.
849 Quid dicendum in caſu, quo ſit locus ſpoliis
850 In Hiſpania eſt locus ſpoliis Epiſcoporum.
851 In Navarra, ac Aragonia eſt locus ſpoliis etiam Clericorum.
852 In Indiis Hiſpaniarum Eccleſia, non Camera Apoſtolica ſuccedit in fructibus Epiſcopatuum.
853 Niſi Epiſcopi Indiarum, extrà Indias deceſſerint.
854 Idem practicatur in Luſitania.
855 Reprobatur Marta de ſucceſſ. legal. par. 3. qu. 13. artic. 5. num. 52.
856 Nec in Indiis eſt locus ſpoliis.
857 Nec in Germania.
858 Nec in Gallia, nec in Urbe.
859 Romæ Incolæ, & diſtrictuales per decem milliaria, diſponere poſſunt de fructibus Eccleſiaſticis in præjudicium ſucceſſorum.
860 Indultum incolarum Romæ quando non ſuffragetur
861 Hodiè ſublata eſt talis facultas teſtandi.
862 In S. Religione Hieroſolymitana viget indultum ſuccedendi in locum Cameræ in fructibus Beneficiorum inexactis.
863 Idem practicatur in Religione S. Spiritus.
864 Epiſcopo Indiarum extrà illas decedente, non eſt locus ſpolio.
865 Idem in Beneficiato loci, ubi non ſpolia, decedente in loco, ubi ſunt ſpolia.
866 Quindennium receptum à Procuratore Beneficiati, non tamen exactum à Beneficiato, ſpectat ad hæredes Beneficiati.
867 Sunt aliqui caſus, in quibus non vigent ſpolia.
868 Quindennium non exactum à principali, licet exactum à Procuratore, dici tamen nequit exactum.
869 Declaratur Bulla Urbani VIII. circà ſpolia.
870 Cardinalis teſtari poteſt de fructibus Eccleſiaſticis exa-

exactis tantùm ab ejus miniſtro, licet nondùm perventis ad illius manus.

871 *Idem dicendum de pecunia quindenniali, licet nondùm in vita Beneficiati inter alia bona patrimonialia commixta.*

872 *Declaratur Bulla Julii III. circà ſpolia.*

873 *Bancherius repræſentare fingitur duplicem perſonam.*

874 *Cardinalis diſponere poteſt de fructibus Eccleſiaſticis, quantunvis in Bancho depoſitatis.*

875 *Magna eſt auctoritas S. Rotæ Romanæ.*

876 *Ut fructus debeantur hæredibus Beneficiati, requiritur realis commixtio inter bona propria ejuſdem Beneficiati.*

877 *Contrarium eſt probabilius.*

878 *Spolium etiam intrat in Penſione Eccleſiaſtica.*

879 *Quidquid de jure ſit.*

880 *Penſio Eccleſiaſtica quoad alios effectus non habetur pro Beneficio Eccleſiaſtico.*

881 *Indultum Cardinalitium ad teſtandum, non tollit polium poſt Bullam Urbani VIII.*

882 *Niſi Penſio exacta fuerit in vita Cardinalis ab ejus Miniſtro, ſeu Procuratore.*

883 *Acceſſorium non debet eſſe potius principali.*

884 *Congrua Epiſcopi mille ducatorum, & Rectoris centum.*

885 *Diſtributiones debitæ ratione ſervitii, non ſubjacent ſpolio, debitæ verò ratione Canonis, ſubjacent.*

886 *Mentio compoſitionis Cameræ cum Clericis.*

887 *Hæredes Beneficiati, tanquàm ceſſionarii Cameræ excludere debent ſucceſſorem in Beneficio, ſicuti illud excluderet Camera, ſi compoſitionem non feciſſet.*

888 *Hæredes Beneficiati ſemper ſuccedunt in fructibus inexactis Beneficii, etiamſi illud excedat viginti Ducatos auri de Camera.*

889 *Camera ſuccedit in fructibus Beneficii curati, ſi Beneficiatus moriatur extrà reſidentiam, & Beneficium aſcendat ad triginta ducatos, non obſtante compoſitione cum Camera.*

890 *Supradicta Bulla Julii III. non loquitur de reſervatario fructuum.*

891 *Solus Beneficiatus dici poteſt adminiſtrator ſuæ Eccleſiæ.*

892 *Reſervatarius fructuum non eſt Rector.*

893 *Beneficiatus fructus obtinet acceſſoriè ad adminiſtrationem.*

894 *Idem deſervire debet oneribus Eccleſiæ.*

895 *Dicta Bulla Julii III. extendenda ad reſervatarium fructuum.*

896 *Epiſcopus, ſeu Rector dicitur ſponſus Eccleſiæ.*

897 *Reſervatarius fructuum, quoad bona temporalia eſt magis adminiſtrator, quàm titularis.*

898 *Penſionarius ſubjacet ſpolio.*

899 *In dicta Bulla Julii III. nullum continetur odium, vel gravamen hæredis.*

900 *Reſervatarius fructuum quoad onera realia habetur loco titularis.*

901 *Fructus inexacti Beneficii ſpectant ad ſucceſſorem in Beneficio, non ad reſervatarium fructuum.*

902 *Reſervatarius fructuum venit ex jure ſpeciali, & titularis ex jure communi.*

903 *Spolium etiam intrat in Pẽſione Eccleſiaſtica quoad fructus inexactos, juxta praxim, quam ſervant Camerales.*

904 *Quidquid de jure ſit.*

905 *Etiamſi Penſionarius haberet indultum Cardinalitium teſtandi.*

906 *In locis, ubi adſunt ſpolia, Camera Apoſtolica habebit quindennium inexactum tanquàm fructum Beneficii.*

CAPITULUM L.

VIſo in *præcedenti Cap.* quòd quindennia inexacta, licet maturata de tempore antiquorum, ſeu præteritorum Canonicorum, attamen diſtribuenda, ſeu dividenda ſunt inter novos tantùm Canonicos repertos de tempore diſtributionis, ſeu diviſionis faciendæ, non autem inter antiquos, ſeu præteritos Canonicos, ſive
eorum hæredes, ſatis proficua ſimilis materia 1
in præſenti *Cap.* cum fructu, ut ſperare fas eſt, diſſeminatur, cùm enim ſæpiùs ſoleant Beneficiati in Beneficiis per eos poſſeſſis habere prædia Urbana, aut ruſtica fortaſſe ruinoſa, vel inculta, vel nimis remota, ex quibus fructus ſuorum Beneficiorum percipiunt, (ut exemplificari poteſt in caſu *Conſilii Belli 166. n. 6. in principio, & fine*) eaque in Emphyteuſim concedere manui mortuæ, indeque quindennia percipere (intelligendo de Emphyteuſi ad vitam eorundem
Beneficiatorum, vel de perpetua mediante bene- 2
placito Apoſtolico, quod utrumque facere valent ex traditis per *Turricell. de reb. Eccleſ. non alien. cap. 25. n. 6. & 9. circà fin. verſic. nam licet Prælatus, n. 14. in med. & n. 17. & cap. 26. n. 6. 8. & 11. Gratian. diſc. 601. n. 1. in med. verſic. cùm Præbendarius, & n. 7. in fine antè verſic. neque obſtant.*) Sæpiùs etiam excitari poſſunt quotidianæ controverſiæ inter ſucceſſores in Beneficiis, & hæredes Beneficiatorum, ſeu ultimorum poſſeſſorum Beneficiorum, quos pro-
phanos, ſeu paganicos vocat *Card. de Luca de* 3
Benefic. diſc. 82. n. 2 in princip. Occaſione conceſſionis hujuſmodi Emphyteuticæ ob non exacta per eoſdem in vita quindennia ſuper pertinentia quindenniorum inexactorum, illa prætendentibus hæredibus ultimorum poſſeſſorum, & ſucceſſoribus in Beneficiis, nec novum, nec paradoxum videatur, quod hæredes etiam ſæculares exiſtant capaces fructuum Beneficii, quos percepturus eſſet illorum auctor Clericus Beneficiatus, niſi ejuſdem præmorientia occurreret, quippè etiam hæredibus ſæcularibus Beneficii incapacibus, ac de eo non proviſis, (quantunvis adeuntes hæreditatem cum beneficio legis, & inventarii, dicantur hæredes Beneficiati) poſſunt quandoque compatibiliter fructus percipere, qui ſicuti eorum auctori competerent, ſi
ſupervixiſſet, ità tranſiiſſent in ejus hæredes, in 4
quos de jure ſemper transferuntur univerſa jura, & actiones indifferentes ad *text. in l. hæres 54. la 2. ff. de acquir. hæred. l. cùm hæredes 23. ff. de acquir. poſſeſſ. l. 1. ff. de bonor. poſſeſſ.* in puncto *Rota in Biſuntina, ſeu Baſilien. Parochialis ſuper manutentione 26. Junii 1702. cor. R. P. D. Anſaldo Decano, §. Diximus compatibiliter*; undè firma remanet reſolutio ſuprà firmata, quòd nimirùm quindennium ex prædio Beneficiali debitum per Beneficiatum in Emphyteuſim manui mortuæ conceſſo, & per eundem prædefunctum non exactum debetur ſucceſſori in Beneficio, non autem hæredibus prædicti ultimi Beneficiati, prout
in ſimili debetur laudemium per Beneficiatum 5
anteceſſorem non exactum, nec non canones

non

non exacti, *Mandell. conſ.79.n.15. poſt Federic. de Senis in conſil. ſeu quæſtion. Scoppa ad Codic. Fabrian. lib.1. tit.2. explanat.40.n.12. Antonell. de jurib. & onerib. Clericor. lib.1. par.3.cap.35. n.1. Ripa de actib.in mort. artic.cap.89.n.31. Criſpolt. caſ. militar.42.n.2.Lotter.de re beneſ.lib.1.qu.44. n.27. cumſeqq.Mancin. de Jure ſacro controverſo diſſert. 20. n. 6. Filliuccius quæſt. moral. tom. 3. tract. 43. n. 5. Contrius diſcept. 73. n. 1. cum ſeq. tom. 1. Calvin. de æquitate lib. 2. cap. 151. n. 80. cum ſeqq. ubi de veriori, & cap. 165. n. 29.* ubi reiicit contrarium, *Coſta de re integra diſtinct.53. n.7. & de retrotract. caſu 11. in cap.8. n.5. in fine, Burgius de laudem. par. 1. inſpect. 4. n. 55. & in addit. n.120. cum ſeqq.* ubi refellit contrarium, *Solſon. eod. tract. reſid. cellul. 12. tit. de duplicat. laudem. n.98. in fine. Fulgin. de jure emphyt. tit. de ſolut canon. quæſt. 15. n. 1. & tit. de laudem. quæſt. 27. n. 1. ac per tot. Vivian. in praxi Juriſpatronat. par. 2. lib. 13. cap.10. n.10. in fine verſiculo ſicuti fructus, Caldas qu. forenſ. lib.1.qu. 13. n.21. in fine verſiculo ergò ex fructibus, Tondut. reſol. can. part. 1. cap. 68. n.16. & 19. cum ſeqq. Ventrigl. prax.Eccleſ. annotat.16. §.2.n.33.tom.2. Cyriac. controv. 397. n.5. circà fin. verſic.2. articulus cum nn. ſeqq. junctis nn.49.& ſeqq.Roſignol. de contract. contract. 4. prænot. 6. n. 10.* ubi ità ſervari de communi praxi, *Noal. de transmiſſ caſu 70. n.6. circà fin. verſic. ſi verò tales, Muñoz Eſcobar de ratiocin. computat. 20. n. 23. poſt princip. verſiculo quibus ſic, Epiſcop. Rocca ſelect. jur. diſp. cap. 124.per tot. Riccius ad de Franch. deciſ. Neapol. 14. in fine, Chriſtinæus deciſ. Belgic. 295. n.2. cum ſeqq. vol. 1. & deciſ. 77. n.1. cum ſeqq. vol. 5. Balduccius deciſ. 54. n.45. vol.1. Rota coram Alexand. VIII. deciſ. 183.n.23. repetit. poſt Salgad. Labyrinth. credit. par.3. in ordine la 90. n. 14. deciſ. 809. n. 1. parte 1. diverſ. deciſ. 492. n. 7. parte 18. recentior. tom. 2.* Hinc videmus in
6 fortioribus, quòd fructus pendentes Epiſcopi tranſlati, debentur novo Epiſcopo, non autem tranſlato, qui dicitur quaſi mortuus, *Lotter. de re beneſic. lib. 1. quæſt. 12. n. 25.*

Nec inficias iri poteſt, quòd hujuſmodi quin-
7 dennia, ut ità dicam, beneficiaria connumerentur inter fructus Beneficii, ideoque illis tanquàm de fructibus habenda ſit ratio, *Rota in Romana Coadiutoriæ ſuper quindenniis, & Laudemiis 14. Maii 1696. coram Muto n.1. regiſtrata apud Chokier. de permutation. & Remocamp. de Coadiutoriis in ordine la 19. & repetit. poſt Tract. inter deciſion. S. Rot. Rom. la XIII.*

Cui principali reſolutioni decem aſſiſtunt vivæ rationes.

I. Eo quòd Laudemia, & reſpectivè quindennia inexacta tanquàm fructus civiles pendentes Beneficii non adhùc percepti in vita Beneficiati prædeceſſoris, nec adhùc penitùs maturati, ſed quaſi tantùm ſeminati, vel ſi maturati, non tamen percepti, tanquàm actualiter non exacti, acquiri nequeunt hæredibus ul-
8 timi Beneficiati, antè eorum exactionem nondùm Domini, quidquid ſit in fructibus naturalibus ad *text. in §. Is verò 36.Inſtitut.de rer.diviſ. l. qui pendentem vindemiam 25. ff. de action. empti, l. fructus pendentes 44. ff. de rei vindicat. l. ſi uſufructuarius 13. ff. quib. mod. uſusfruct. amit. l. in ſingulos 8. in fine ff.de ann. legat.l.ſi fur, aliàs l. arboribus 12. l. defuncta 58. ff. de uſufructu, ſingulariter Surd.conſ. 84. n. 4. vol. 1. & conſ. 333. n.23.cum ſeqq. vol 3. Ferrett. conſ. 225. n.1.& 5.* ubi ità practicari de conſuetudine, *vol. 2. Fulgin. de jure Emphyt. tit. de ſolut. canon. quæſt. 15. n.1. in princip. verſic. ſed Theſaur. & tit. de laudem. qu. 28. n.1. Graſs. de exception. ad Statut. exclud. exception. except. 25.n.106. Leo de Capellan.qu.5. ſect.6. n.72. in princip. Zecchius de Republ. Eccleſ. tit.* de Beneficiat. *n.11. circà fin. verſic. quòd ſi Beneficiatus, Lotter. de re beneſ.lib.1. quæſt.44.n.27. Plotus de in jus jurand. n.644. Antonell. de regim. Eccleſ. Epiſcop. lib. 3. cap. 9. n.23. & 25. Valaſc. de partition. cap. 36. n. 1. in fine, & n. 4. in fine,* Barboſa *de jure Eccleſ. lib. 3. cap. 17. n. 76. cum ſeq. & de Epiſcop. parte 3. alleg. 117. n.1. 5.& 6. & in cap. fin. n. 4. in princip. verſic. alii verò, de confirmat. utili,* Bonacina *de obligat.* Beneficiat. *diſput.4. punct.3. n.7. Garz. de* Benef. *par.2.cap.1. n.89. Caſtill. de uſufruct. cap. 79. n.2. Vivian. in prax. juriſpatr.lib. 14. cap.8.n.5.* Barbat. *de diviſ. fruct. parte 2. cap. 8. n.3. in princip. verſic. dixerunt alii, Moneta de diſtribut. quotid. par.3. qu.3. n.2 Naldus ſumm.caſ.conſcient.verbo fructus n.20* Bellett.*diſquiſit.Cleric.tit.de bon.Cleric.par.1 §.15. n.4.cum ſeq. & n.11. & §.16.n.1.2. & 7. Mainat. de ſpol.ſeu fruct.* Benefic.*inexact. n.1.23.161.227. & ſeqq. Redoan. de ſpol. Eccleſ. qu.5.n.1.4.& 18. Riccius in addit. ad deciſ. Neapol. de Franch. 13. in med.verſic.quemadmodùm dicimus, Sperell. deciſ.82. n.3. cum ſeq. & n.19. par. 1. Theſaur. dec. Pedemont.143. n.1. in princip. verſic. contrarium tamen, Amendola in addit. ad de Franch.dec.Neapol.19. n.4. Rota in rec. dec.240. n.2. & 8. par.1.*

II. Eo, quòd Beneficiatus tàm ſimplex, quàm cum adminiſtratione, & cura, in vita uſufructuario, & in morte uſuario æquiparatus, vivus habet jus tantùm utendi, & fruendi, quod morte expirat, in alium transferre nequit, & ſic ad 9
hæredes tranſmittere fructus quindennii inexacti argumento *text. in §.1. Inſtitution. de uſu, & habitat.* Bellus *conſ. 166. n.9. Surd. conſ.333.n.1. in princip. & n.9. lib.3.* Bellon. *ſen. conſ. 3. n. 1. & 4. Peregrin. conſ.85. n.2. in med. & in fine, & n. 6. lib.5.* Barboſa *de jure Eccleſ. lib. 3. cap. 17. n. 11. Redoan. de ſpol. Eccl. §. 9. n.52. Novar. in Summa Bullar. par.1. comment.14. num.3.& comment. 69. num.3.* Berſan. *de negligent. & omiſſion. par.2. artic.43. nu.24.Gratian.diſc.606. nu.6.cum ſeq. Caldas Pereyra quæſt.for. lib.1. qu.13. nu.1. in princip. in med. & circà fin. verſ. ex quibus manifeſtum eſt, & de empt. & vendit. cap. 16. nu.9. in princip.verſic.verùm hæc Sententia,*Bellett.*diſquiſ. Cleric. tit. de bon.Cleric. par.1. §.15. nu.3.* Barbat. *de diviſ. fruct. par. 2. cap. 8. num.3. in fine verſic. diffiniunt è contrà, & nu.21. in fine verſ. in Italia tamen, juncto nu.25. in princip. Scapuccin.de ſucceſs. ſingular. limit.4. nu.2. Sperell. dec.82. num.9. cum ſeq. tom. 1. Rota poſt* Barboſ. *de Epiſ. parte 3.* 10
all. 117. nu.11. Sicque jus illud percipiendi fructus in defuncto eſt finitum, antequàm cedat ſolutionis tempus, & quantumcumque tempore mortis inſtaret recollectio, *Azor. inſtit. moral. par.2.lib.7.cap.8.in princip.verſic.tertia ſententia, Lotter. de re beneſ. lib. 1. qu.44. num.28. cum ſeq.* Barboſa *de jure Eccl.lib.3. cap.17. nu.77. in princip.verſic.quia Clerici, & vot.Canon. dec.101.n.2. lib. 3. & de Epiſcop. parte 3. alleg.117. num.6. in prin-*

princip. cùm Beneficiatus diſponat tantùm ac circà ea, quæ ei ſimpliciter de præſenti competunt, ac circà futura non poteſt ultrà adminiſtrare, etiamſi in ſpe adminiſtratio competat, niſi ſit redacta ad actum obligandi ſucceſſorem, & niſi quatenùs caſus evenerit eo vivo, nam &ſi videatur quodammodò diſponere de re
11 pręſenti, tamen hujuſmodi jus, quod eſt in ſpe, non dicitur in bonis noſtris, neque diſpoſitio poteſt effectum ſortiri,ſi caſus eveniat poſt mortem *l.Siquis pro redemptione 36.C.de donation.*
12 *Scapuccin. de ſucceſſore ſingulari ampl.*14.*nu* 2.& Beneficiatus decedens antè fructus recollectos, & ſic antè quindennii perceptionem,illos non facit ſuos, nec de illis diſponere poteſt, nec quindennium acquirere,*Tondut reſol. beneſ. par.*1.*cap.*66. *n.*35.*in princip.*Cumque quindennium ſit fructus
13 conſiſtens in pecunia, veriùs dicitur pendere, quouſque actualiter non fuerit perceptum, *Card. Pariſ. conſ.* 40. *nu* 8. *vol.* 1. aliàs in fraudem
14 ſucceſſoris Beneficiatus diſponeret de fructibus,*Nicolius Floſcul. verbo Beneficiũ Eccleſiaſticum n.*47.

Cumque quindennia hujuſmodi inexacta in
15 vita anteceſſoris, tanquàm fructus Beneficii obvenientes poſt mortem ultimi Beneficiati, & tunc maturati, ſanè debentur ſucceſſori in Beneficio, dum anteceſſor, qui ea exigere poſſet, non exiſtit ampliùs in humanis *Cap. illud* 47.12. *qu.*2. *cap. quia ſæpe* 40.*in princip.de elect.in* 6.*cap. præſenti* 9. *in princip. de offic. Ordinar. in VI. Scapuccin. de ſucceſſore Singulari ampl.* 16.*num.*7.*in princip. & n.*8. *verſic.nec juvat in fine, Noguerol. alleg.*26.*n.*9.*Gallus de fructibus diſput.*37.*artic.*2. *nu.*6. *in princip. Maurus alleg.*45.*nu.*1. *cum ſeqq. & per tot. par.*2. *ubi Adden. in princip. verſic. & in hoc puncto, & idem Maur. alleg.*67. *num.*1. *& per tot. ead. par.*2. *& ibi Adden. Capon. diſc.* 147. *nu.*13. *&* 21. *tom.*3. *de Marin. quotid. reſ. tom.*1. *cap.*152. *n.*12. *cum ſeqq. Rodoer. ad eund. cap.*10. *nu.*13. *& cap.*152. *nu.*17. *Merenda controv. Jur. lib.* 17. *cap.* 42. *num.*28. *cum ſeqq. ubi ità ſæpiùs judicatum, Nicolius lucubr. Can. & civil. lib.* 3. *tit.*1. *de ſucceſs. Cleric. ab inteſt. deced. num.*76. *in fine, verſic. ſecùs eſt de fructibus nu.*81. *in princip. verſic. ſecundò ampliatur, & num.*84. *Pacific. de Salvian. Interdict. inſpect.*4. *cap.* 1. *nu.*203. *Card. de Luca de Beneſ. diſc.*84. *nu.*6. *& diſc.*100. *n.*21. *circà fin. & n.*22.ubi non ſolùm hæc eſt frequentior opinatio ignari, ac inferioris vulgi,ſed etiam fortè literatorum virorum ſuperioris ordinis, ubi ſubdit referendum eſſe fortunæ ſucceſſoris invenire notabilem cumulum fructuum decurſorum inexactorum, *De Luca Melphiten. ad reſol. de Marin. meliorat.*152. *n.*9.*tom.*1. *Seſe de inhibit. cap.*1. §.8. *nu.*20. *P. Caſſian. à S. Elia deciſ. Theologico* legal.59. *n.*3.*Capycc.Latr.deciſ. Neapol.*26. *nu.*6. *in fine verſic. tamen communis tom.* 1. *Manfrella in obſ. ad eund.dicta dec.*26. *nu.*2. *tom.*1. *Pilaja deciſ. Pontific.* 1. *tit. de Beneſic. Eccleſ. lib.* 3. *nu.*209. *tom.*2. *Leo deciſ. Valentiæ* 145. *nu.*1. *cum ſeqq. par.*2. *Triſtan.deciſ. Cathalon.*23. *n.*24.*tom.*1. *Criſtin. deciſ.* Belgic. 295. *per tot. lib.*1. *dec.*77.*per tot. lib.* 5. *Tapia deciſ. Neapol.* 45. *nu.*5. *Rota coram Emerix Juniore deciſ.* 1188. *nu.*10. *& in recentior. deciſ.*557.*nu.*2.*par.*17.Neque diſtinguen-
16 dum eſt inter Beneficiatum ſimplicem, & inter Beneficiatum Curatum, ſeu cum adminiſtratione circà acquiſitionem fructuũ inexactorum favore ſucceſſoris,*Card.de Luc. de* Beneſic.*diſc.*18. *num.*4. ubi hujuſmodi diſtinctio in Curia, & in Rota reiicitur.

III. Eo, quòd quindennia (ut ità dicam) Beneficialia realiter non exacta per Prædeceſſorem, nec ejus bonis adhùc immixta, & incorporata, tanquàm fructus non laicales, ſeu 17
profani, nec conſumpti, ſed potiùs pro Eccleſiaſticis reputati, acquiruntur ſucceſſori in Beneficio juxta diſtinctionem,de qua in *Conſtit.*7.*Julii III.* §.1. *in princip. & in med. &* §.2. *in princip. & in med.* Bullar. *nov. Rom. tom.* 1. in aureis verbis ibi – *Nihilominùs donec in manibus eorum, qui illos tanquàm Eccleſiaſticos &c., Et pro talibus conſervant, aut ut tales detinent, ipſique Beneficiati pecunias hujuſmodi realiter non exegerint, & fructus non perceperint, nec aliis eorum bonis commiſcuerint, & ſibi incorporaverint &c. verè Eccleſiaſticos eſſe, & cenſeri debere &c. nec ipſis* Beneficiatis *&c. pro tempore defunctis, eorum hæredes, qui ut plurimum ſunt layci, in præjudicium ſucceſſorum* Beneficiatorum *fructus &c. inexactos hujuſmodi &c. exigant &c. declaramus, noſtræ intentionis nunquam fuiſſe nec eſſe,quòd quiviſquorumcumque* Beneficiatorum *&c. pro tempore decedentium ſivè ex teſtamento per ipſos Beneficiatos &c. condito, ſivè ab inteſtato hæredes fructus &c. per ipſos ſic defunctos* Beneficiatos *&c. antè eorum obitum non exactus, etiamſi pro tempore antè obitum hujuſmodi decurſo debeantur, ac eorum ſolutionis dies* Beneficiatis *&c. viventibus advenerit, & per ipſos* Beneficiatos *&c. non ſteterit, quominùs illos exegerint, quinimmò omnem pro illorum exactione neceſſariam diligentiam etiã judicialiter agendo, fecerint, quoquo modo exigere, aut etiam ſpontè oblatos percipere &c. fructus &c. inexacti hujuſmodi ad ipſorum ſic defunctorum* Beneficiatorum *&c. in* Beneficiis *prædictis ſucceſſores &c. quorum ſolutionis dies antè obitum* Beneficiatorum *hujuſmodi advenerit &c. liberè devenire, & in poſterum deveniat, ac per eos, & non hæredes prædictos exigi poſſint &c. & propterea ſucceſſores in* Beneficiis *hujuſmodi fructus &c. non exactos liberè, & licitè percipere, exigerè,& levare &c., & in alia Conſtit. confirmatoria Urbani VIII. in ordine la* 80. §.4. *cum ſeqq. eod.* Bullar. *tom.*4. *repetit.penès Leon.de offic.Capellan.quæſt.*5. *ſect.* 6. *nu.*73. & proſequuntur *Peregrin. conſ.* 85. *n* 7.*in princ.verſ.quo autem lib* 5.*Naldus in ſumm. caſ. conſcient. verbo fructus num.*20. *Antonell. de temp. legal. lib.*3. *cap.*9. *num.*27. *Zecch. de Repub. Eccleſ. tit. de* Beneficiat. *nu.*11. *in fine verſic. quòd ſi* Beneficiarius, *Leo de offic. Capellan. qu.*5.*ſect.*6. *nu.*72.*antè med.alter Leo theſaur. for.Eccleſ.par.*3. *cap.*3. *nu.*43.*cumſeqq.*Barboſa *de Jure Eccl.lib.*3. *cap.*17. *Valaſc.de partition. cap.*36. *n.*2. *Antonell. de jurib. & onerib. Cleric. lib.* 1. *parte* 3. *cap.* 35. *nu.*10. Barbat.*de diviſ.fruct. par.*2. *cap.* 8. *nu.*25. *in princip. Garz. de* Beneſ. *par.*2. *cap.*1. *num.*161. *Tondut.reſol. beneſ. par.* 1. *cap.*66. *nu.*35. *Vivian. in prax. Juriſp. lib.* 14. *cap.* 8. *num.*9. *Bannacar. comment. feudal. qu.*16. *cap.in generali n.*96. *Mareſcott.var.reſol.lib.*2. *cap.*2.*nu.*14.Bellett. *diſquiſ. Cleric.tit. de bon.Cleric. par.*1. §.15. *num.*10.*in fine verſic. reſponderi etenim poteſt, & num.*11. *in fin. Amoſtaz.de cauſ.piis lib.*3. *cap.*14. *n.*19. *Mainat. de Spol.ſeu fruct.*Beneſ. *inexact. n.*1. 23. 161. 225. *&* 232.*cum ſeqq.Filliucc.q.moral. tom.*3.*tract.*41.
de

de Benef. Eccleſ. cap.6. num.44. in princip. verſic. ubi tamen, & tract.43. cap.6. n.5. cum ſeq. Mancin. de Jure Sacro controverſo diſſert.20. n.9. cum ſeqq. Noal. de transmiſſ. caſu 70. nu.5. & 6. in princip. verſic. unà, quòd fructus, Sanchez conſil. moral. lib.2. cap.2. dub.50. nu.13. Cenſalius ad Peregrin. de fideicom. artic. 49. circà fin. verſ. duodecimò ſit aſſertio, in fine, Surd. conſil.333. n.11. in fin. verſic. tertiò videtur, n.12. in princ. verſic. quæ Bulla, & n.14. verſic. quibus non adverſatur, & verſic. non obſtat in fine vol.3. Valenzuela conſ.196. n.43. cum ſeqq. vol.2. Pecchius de aquæductu tom.2. cap.11. quæſt.4. quæſit.6. nu.12. in fin. Capuccius in praxi tom.1. par.3. cap.11. artic.31. n.597. & artic.32. n.620. cum ſeqq. Tranchedin. conſult. forenſ. tom.1. conſult.73. nu.8. cum ſeqq. ubi n. 10. quòd etiam
18 ità decrevit Cardinalis Federicus Borromæus Archiepiſcopus Mediolanenſis in Concilio Provinciali VII. tit. de fructib. In §. Fructus omnes in fin. de anno 1612. habito, & num.24. & per tot. Monach. de rect. feud. interpr. cap.59. nu.9. Marta de ſucceſſ. legal. par.3. quæſt.13. artic.5. num. 52. Ventrigl. prax. Eccl. tom.2. annot.16. §.2. nu.34. cum ſeqq. Scoppa ad Codic. Fabrian. lib. 1. tit. 2. explanat.40. num. 14. cum ſeqq. Adden. ad Maur. alleg. 45. verſic. & in hoc puncto in princ. Rodoer. ad de Marin. quotid. reſol. lib.1. c.152. n.17. in fin. verſ. & hæc opinio cum nn. ſeqq. ac ſignanter n.20. de Marin. reſ. lib.1. cap.152. nu.13. Fontanella de pact. nupt. tom.1. clauſ.4. gloſ.18. par.1. nu.140. cum plurib. ſeqq. Capon. diſc.147. n.15. tom.3. Novar. ſumm. Bullar. par.1. comment.69. n.2. & 11. Gallus de fructib. diſp.37. art.2. num.6. in princip. verſic. ſecundò hoc deciſum, Barboſa in cap. fin. n.4. in princip. verſ. ſupervenit tamen, de confirm. utili, Azor. inſtit. moral. par.2. lib.8. cap.3. q.13. circà fin. verſic. prætered, juncto verſic. in altera conſtitutione, Sperell. dec.82. num.11. tom.1. Theſaur. deciſ.143. nu.2. in fine, verſ. & pro hac Sententia, Ludovic. dec. Peruſ.33. nu.4. cum ſeq. Panimoll. deciſ.20. annot.1. n.11. cum ſeqq. tom.1. Rot. cor. Triolo ſenior. dec.179. nu.5. Card. Seraph. dec.583. nu.3. tom.1. & in recent. dec.515. n.5. & dec.529. n.1. & per tot. par.3. dec.157. n.2. in fine par.17.
19 & prædicta Bulla Julii III. etiam procedit in Beneficiis Ordinis Hieroſolymitani, Gallus conſ.34. nu.7. in fine verſic. quare benè intrat.

Undè quindennia ex prædio Beneficiali inter
20 fructus Beneficii percipi ſolita, nondùm tamen exacta non ſolùm de jure communi, ut ſuprà in reſolutione principali firmarum extat, debentur ſucceſſori in Beneficio, ſed etiam vigore peculiaris memoratæ Bullæ Julii III. veluti advertunt Honded. conſ. 85. n.6. vol. 2. Fulgin. de jure emphyt. tit. de laudem. quæſt. 28. n.3. in princip. vel ſi forſitan de jure communi adhùc ſuper
21 hoc aliqua ſuperſit controverſia, hodiè per dictam Bullam Juliam de plano res eſt, Antonin. var. reſol. lib.1. reſol.36. n.2. in princip. & in fine verſic. quanvis de jure communi, Noal. de tranſmiſſion. caſu 70. n.6. in principio.

IV. Eo, quòd ſicuti fructus Beneficii reſi-
22 gnati, ſivè dimiſſi per aſſecutionem alterius compatibilis, aut incompatibilis, antè dimiſſionem tamen, ſive reſignationem nondùm percepti, & reconditi ſpectant ad Reſignatarium, qui eſt ſucceſſor in Beneficio, quorum adhùc dies de tempore reſignationis non venerat, Antonell. de regim. Eccleſ. Epiſcop. tom.1. lib.3. cap.10. n.3. cum ſeq. Ventrigl. prax. Eccleſ. tom.2. annot.16. §.2. num. 22. cum ſeqq. Pacific. de Salvian. interdict. inſpect.4. cap. 1. num. 214. Bellett. diſquiſ. Cleric. parte 1. tit. de bon. Cleric. §.16. num.1. cum ſeqq. Redoan. de Spoliis Eccl. qu.3. n.7. & 22. & qu.5. num. 2. cum ſeqq. Pariſius de reſign. Benefic. lib.1. quæſt.6. n.16. Gallus de fructibus diſp.37. artic.2. num.9. in princip. verſic. quæ ad primam, Riccius praxi Eccl. parte 2. reſol.166. per tot. Frances Virrotoguy de Eccleſ. Cathedral. cap.11. num.9. cum ſeqq. Gobius conſult. deciſ. 60. n. 11. niſi forſitan fructus etiam civiles, quanvis non exacti, ſint maturati antè reſignationem, eo enim caſu ſpectant ad reſignantem, non autem ad ſucceſſorem, ſeu reſignatarium, cùm ſuprà laudata in 23
III. ratione Conſtitutio Julii III. non procedit, niſi in Beneficiato mortuo, non in quaſi, ſeu civiliter mortuo, qualis eſt reſignatarius, Antonell. de regim. Eccl. Epiſc. tom.1. lib.3. cap.10. n.1. cum ſeq. ità à fortiori quindennia fructus Beneficiati præmortui non exacta cedere debent ſucceſſori in Beneficio, nè aliàs plus operetur mors civilis inducta per dimiſſionem, aut reſignatio- 24
nem, Peregrin. conſ.9. n.1. cum ſeqq. lib.3. Bellett. diſquiſ. Cleric. parte 1. tit. de bon. Cleric. §.16. n.2. verſic. cùm mors, & renunciatio, quàm mors naturalis, & in Jure valdè conſentaneum eſt, ut quod non eſt adhùc exactum, non dicatur fru- 25
ctus, Soccin. Sen. conſ.100. n.2. in princip. verſ. ſed his non obſtantibus, & n.4. in princip. verſic. ergò patet, & verſiculo ſatis eſt autem vol.1. maximè cùm agamus de re reiterabili, ſeu habente tractum ſucceſſivum, quale eſt quindennium ſin- 26
gulis quindecim annis ſolvendum.

Ad quod referri poteſt exemplum de Eccleſia Cathedrali Valentina habente Statutum, quòd 27
fructus Beneficiorum in eadem exiſtentium, & alii Parochialium Eccleſiarum vacantium in Valentina Diœceſi uſque ad decennium per annum convertantur in neceſſarios uſus fabricæ, vacante interim Præpoſitura in fine dicti decennii, dicti fructus in dictos uſus convertendi ſunt, Soccin. Sen. conſ.100. nu.4. in med. verſic. & quod prædicta, vol.1.

V. Eo, quòd ſicuti fructus rei venditæ, tempore venditionis adhùc pendentes, tanquàm nondùm percepti, & tanquàm acceſſorii rei ven- 28
ditæ, vel illius pars, ſpectant ad emptorem, ità quindennia inexacta, tanquàm fructus adhùc pendentes, & nondùm percepti, ſed ſolo cohærentes, fundumque ſequentes, ſpectare debent ad ſucceſſorem in Beneficio ad text. in l. ſi fraudator 25. §. fructus 6. ff. quæ in fraud. creditor. l. Julianus 13. §. ſi fructibus 10. & §. ſi quid ſervo 18. ff. de action. empti, l. fructus poſt perfectum 13. l. poſt perfectam 16. C. eod. Honded. conſ.85. nu.9. cum ſeqq. vol.2. Scapuccin. de ſucceſſore ſingulari ampl.1. n.2. Roſignol. de contract. contract.2. prænotione 9. nu.6. Veſpignan. de empt. & vendit. conſult.26. num.1. & per tot. Caſtropal. de Juſtit. & Jure par.7. diſput. 5. punct.25. num. 2. cum ſeq. Rebell. de oblig. Juſtit. par.2. lib.9. qu.17. ſect.1. conc.1. nu.1. cum ſeqq. Filliuc. qu. moral. tom.2. tract.35. cap.8. qu.3. Valaſc. de partition. cap.28. nu.2. cum ſeqq. Bellett. diſquiſ. Cleric. par. 1. tit. de bon. Cleric. §.16. nu.6. cum ſeq. Caldas Pereyra de empt. & vendit. cap.22. n.18. Barbat. de div.

fruct.

ſruct. par. 2. cap.8. nu.7. in princip. verſic. in qui-
bus ſi fructibus, Rota in recentior. dec.245, nu.1.
par.3.

VI. Eo, quòd ſicuti fructus pendentes in fun-
29 do legato, à morte teſtatoris in legatarium tran-
ſeunt, prout tranſit ipſe fundus, etiamſi fructus
ſint nimis proximi collectioni, Muñoz Eſcobar
de ratiocin. comput. 20. n.4. Valaſc. de partition.
cap.3 ⁊. n. 1. Rota coram Card. Mantica deciſ. 14.
n.10. cum ſeqq. ità quindènnia inexacta tanquàm
fructus pendentes tranſire debent in novum Be-
neficiatum, prout tranſit ipſe fundus, in quo
conſiſtit Beneficium.

VII. Eo, quòd ſicuti fructus bonorum fidei-
commiſſariorum cedunt inſolidum ſucceſſori in
fideicommiſſo, non autem hæredibus ultimi
poſſeſſoris, ſeu hæredis gravati, cùm fructus
cenſeantur pars fundi integralis, impoſſibile eſt,
quòd tranſeat poſſeſſio fundi ſtatim mortuo ul-
timo poſſeſſore, & fructus aliquo modo rema-
neant penès ipſius hæredes, & quando ea om-
30 nia, quæ non ſunt exacta, veniunt appellatione
hæreditatis, & non petuntur tanquàm fructus,
ſed repetuntur cum actionibus ex contractu de-
functi quæſitis, ad text. inl. poſtulante 44. §. Sed
in hujuſmodi 1. l. deducta 58. §. Qui poſt 2. ff. ad
Senatuſconſ. Trebell. Mandell. conſ.79. num.1. poſt
conſil. Federici de Senis, Peregrin. de fideic. artic. 49.
n.66. Cenſal. ad eund. loc. cit. in princip. verſiculo
ſecunda ſit aſſertio, & circà fin. verſiculo octavia
ſit aſſertio, Valaſc. de partition. cap.34. num.1. &
cap.36. n.3. Barbat. de diviſ. fruct. par.2. cap.9. n.3.
in fine verſic. ſecunda fuit, juncto n.4. & 9. Caſtill.
de uſufruct. cap.80. nu.6. cum ſeqq. Maldonad. in
addit. ad Molin. de Primogen. Hiſpan. lib.3. cap.11.
num.12. in princip. verſiculo. quidam arbitrantur,
Eſcobar de ratiocin. comput 20. n.3. Barboſa in l.
divortio 8. in princip. nu. 10. cum ſeqq. ff. ſolut.
matrim. Mier. de majorat. lib.4. quæſt.24. num.2.
Tondut. reſ. benef. parte 3. cap. 164. n.5. Ripa de
act. in mort. artic. cap.89. n.26. in princ. Knipſchitt.
de fideicom. nobil. famil. cap. 10. n.48. Amoſtaz.
de cauſ. piis lib.3. cap.14. n.16. verſiculo cæterùm,
Staiban. reſ. 26. n.14. cum ſeqq. tom.1. Saminiat.
controv. forenſ.33. n.138. de Roſis ſelect. jur. obſerv.
parte 1. cap. 45. n.1. & per tot. Coſcia diſert. jur.
par.2. reſol. ſeu qu.22. in appendice n.6. cum ſeqq.
Fragoſo de Regim. Reip. Chriſt. parte 3. lib. 9.
diſp.20. §.4. n.3. ubi de veriori, Card. de Luea de
fideic. diſc. 187. n. 3. alter de Luca de linea legali
lib. 2. artic. 115. num. 12. ubi refellit Andreolum
controv. 220. n.7. contrarium ſentientem, Fon-
tanella deciſ. Cathalon. 167. num.12. tom.1. Caſtill.
deciſ. Sicil. 4. n. 11. Manfrella obſ. ad deciſ. Nea-
pol. Capyc. Latr. 62. n.5. cum ſeq. tom. 1. Balduc.
artic. 3. deciſ. 54. num. 10. Rota coram Vbaldo
deciſ.784. n.2, cum ſeqq. tom.2. & poſt Urceol. de
tranſaction. deciſ.140. n.9. cum ſeq. & in recentior.
deciſ.308. n.18. parte 11. deciſ.252. n.13. par.12.

VIII. Eo, quòd ſicuti fructus pēdentes Em-
31 phyteuſis, mortuo Emphyteuta pertinent ad
ſucceſſorem in Emphyteuſi, Valaſc. de partition.
cap.31. n.7. & 12. eodemque modo, quo fru-
ctus pendentes feudi, mortuo feudatario tan-
quàm ipſius feudi pars non tranſmittuntur ad
32 hæredes feudatarii, cùm non ſint Burgenſatici,
ſeu allodiales, ad effectum ſolvendi relevium,
Capan. de jure relev, par. 4. qu.1. n.9. & quæſt.6.
n.14. cum ſeqq. Intrigliol. de feud. centur.2. artic.5.
n.974. ità fructus pendentes Beneficii tanquàm
inexacti non ſunt tranſmiſſibiles ad hæredes, ſed
pertinere debent ad Beneficiatum ſucceſſorem in
Beneficio, qui etiam proprietarius dicitur, eo-
dem nanque modo, quo canones ſolùm in fine 33
anni dicuntur maturati, Novar. ſumma Bullar.
comment.69. n.14. in fine verſic. prout etiam, ità 34
& quindennia ſolùm in fine cujuslibet quinden-
nii dicuntur, maturata, ac matura, ideoque non
debita hæredibus ultimi Beneficiati.

IX. Eo, quòd ſicuti fructus pendentes uſufru- 35
ctuarii, finito uſufructu integrè ſpectant ad pro-
prietarium, non autem ad hæredes uſufructuarii
§. Is verò 36. Inſtitut. de rer. diviſ. §. finitur 3. Inſtit.
de uſufruct. l. qui ſcit 25. §.1. ff. de uſur. l. in ſingulos
annos 8. ff. de annuis legat. l. ſi uſufructuarius meſ-
ſem 13. ff. quib. mod. uſusfruct. amitt. l. ſi fur. 14. l.
defuncta 58. ff. de uſufructu, l. utifrui 5. §. fin. ff. ſi
uſufruct. petat. Honded. conſ.85. nu.1. & 28. lib.2.
Caſtill. de uſufructu cap.77. nu.1. cum ſeqq. Barbat.
de diviſ. fruct. par.2. cap.1. nu.1. cum ſeqq. Borgnin.
Cavalcan. de uſufruct. mulier. relict. nu.242. Lagu-
nez de fructibus par. 2. cap. 6. num.15. Hodierna
controv.4. nu.38. cum ſeqq. lib. 1. Galvan. de uſu-
fruct. cap.28. n.3. in fine verſic. atque hinc ſtatuen-
dum, Conciol. ad Statut. Eugub. Rubr.50. nu.8. cum
ſeqq. Pacion. de locat. & conduct. cap.61. nu.295.
Bayo prax. Eccleſ. & ſæcul. par.3. lib.2. quæſt.57.
n.4. Carol. Anton. de Luca ad de Marin. reſol. tom.2.
meliorat.141. num.2. circà fin. verſic. imbecilliter,
Velaſc. de partition. cap.33. n.6. Scapuccin. de ſin-
gulari ſucceſſore ampl.1. n.4. in fine, verſic. & hoc
pacto videmus, Antonell. de temp. legal. lib.1.
cap.47. n.5. & 9. in med. verſ. ſecùs ſi fructus.

X. Ac ultimo eo, quòd ſucceſſor in Be- 36
neficio eſt quaſi hæres prædeceſſoris, Valenſuela
conſ.196. n.61. vol.2. Honded. conſ.85. n.35. vol.2.
Surd. conſ.333. num.7. vol.3. Borell. conſ. ſivè con-
trov.41. n.43. in princip. Gigas de Penſion. qu.52.
n.1. Coſta de remed. ſubſidiar. remed. 106. illat. 8.
n.8. ubi n.9. cum ſeq. infert, hinc ſucceſſorem in
Beneficio teneri ad œs alienum ſui anteceſſoris
pro utilitate tamen Eccleſiæ contractum, & cen- 37
ſetur ſubrogatus in juribus defuncti cum omni-
bus præheminentiis, juribus, & emolumentis,
& ſic fructibus quindennialibus inexactis, Eu-
ſtach. à S. Vbaldo quodlibet 12. dub.23. n.1673. &
quodlibet.13. n.1592. cum ſeqq. Rota coram Mer-
lino deciſ. 597. n.5. Alexand. VIII. deciſ. 22. n.1.
& 24. nè aliàs novus Beneficiatus videatur ſub- 38
rogatus quoad partem tantùm, non quoad to-
tum contrà commune. Euſtach. à S. Vbaldo quod-
libet.13. dub. 2. nu.1417. quando Juris interpre-
tatione dicitur idem ſubrogatus cum Anteceſſo-
re, Vbald. de unione cap.2. n.3. Tondut. reſol. Canon. 39
par.1. cap.81. n.8. Robles de repræſent. lib.1. cap.12.
nu.18. & lib.3. cap.1. nu.7. & cap.18. n.31. Rota
in rècentior. dec. 252. nu.8. par.6. quantumvis ex
alia parte ſucceſſor in Beneficio non in omnibus 40
repræſentet ſuum anteceſſorem, ut in prophanis
repræſentat ſucceſſor univerſalis, Coſta de remed.
ſubſidiar. remed.106. illat.8. n.8. in princip. Immo
prædeceſſor, & ſucceſſor in Beneficio reputatur 41
una, eademque perſona, Gigas de Penſion. qu.47.
nu.10. Mean. obſ.282. nu.9. par.3. hinc fit, quòd 42
novus Officialis explere debet tempus, quod
defuit anteceſſori in officio l. Si Judex 32. ff. de
judic.

judic. l. properandum 13. §. *Sin autem* 8. *verſ. ſin autem C. eod.*

Ut autem ſucceſſor in Beneficio percipere valeat quindennium inexactum, debet eſſe in poſ-
43 ſeſſione Beneficii, cùm ſolummodò hoc modo verè dicatur ſucceſſor, *Coſta de remed. ſubſidiar. illat.* 8. *remed.* 106. *nu.* 11. *Rot. coram Card. Puteo deciſ.* 154. *per tot. lib.* 3. & pacificè poſſidere quis dicitur Beneficium, ſi non ſolùm quoad titulum illud pacificè poſſideat, ſed etiam quoad illius fructus, ſeu majoris ſaltem illorum partis, quos
44 percipiat, aliàs enim citrà fructuum perceptionem non videtur plenè adeptus poſſeſſionem Beneficii, eo quòd verius ſit, rem datam, quàm vacuam poſſeſſionem traditam *cap. ſi tibi conceſſo* 26. *de Præbend. in* 6. *Tondut. reſol. benef. par.* 2. *cap.* 5. §. 6. *nu.* 22. *Lotter. de re benef. lib.* 2. *qu.* 30. *n.* 10. *cumſeqq. Garzias de benef. par.* 2. *cap.* 5. *n.* 123. *Menoch. de retin. poſſeſſ. remed.* 3. *n.* 582. *Barboſa de Parocho par.* 1. *cap.* 5. *n.* 6. *Rebuff. de pacific. poſſeſſ. n.* 168. *Roſa de exequut. lit. Apoſtol. par.* 1. *cap.* 5. *n.* 65. cùm vix poſſidere dicatur, qui pacificè non
45 poſſidet, *Lotter. de re benef. lib.* 3. *q.* 23. *n.* 26. Secundùm autem ſubjectam materiam intelligen-
46 da ſunt verba *l. ſi ſtipulatus* 4. *ff. de uſur. l. ſi uno* 15. *ff. locati*, ideoque verbum ſucceſſor venit intel-
47 ligendum de effectuali ſucceſſore, qui fructus percipit, non de eo, qui nudum titulum habet, *Gigas conſ.* 150. *n.* 12. *cum ſeqq. ubi & per tot conſ.* viceverſa firmat, non teneri ad ſolutionem Penſionis Eccleſiaſticæ decurſæ, & non ſolutæ in vita Penſionarii favore illius hæredum, ſucceſſorem in Beneficio, qui nondùm ex eo fructus percipit.

Eodem modo pertinebit quindennium
48 inexactum ad ſucceſſorem in Beneficio, qui juvetur *Regula* 33. *Cancellar. de annali*, *ſeu Regula* 34. *de triennali*, *Chokier*, *Mandoſius*, *& Gomez in eaſd. Regul. Tondut. reſol. benef. par.* 3. *cap.* 186. *nu.* 7. *Antonell. de temp. legal. lib.* 2. *cap.* 34. *per tot. & cap.* 53. *per tot.*

Veruntamen in Beneficiis ſitis in Eccleſiis Cathedralibus, aut Collegiatis, ut ſunt Canonicatus, & Dignitates ultrà pacificam poſſeſſionem requiritur particularis forma capiendi poſſeſſionem, ut ajunt, per inſtallationem, nempè per aſſignationem Stalli, Sedis, ſeu loci in choro ca-
49 pitulariter, ſivè collegialiter de conſenſu totius, vel ſaltem majoris partis Capituli, aliàs non ſuffragatur pro exactione inexacti quindennii, *Barboſa de Canonic. & Dignitat. cap.* 15. *per tot.* ubi poſt *n.* 34. de forma Inſtrumenti capiendi hujuſmodi poſſeſſionem, *Lotter. de re benef. lib.* 3. *qu.* 5. *n.* 27. *cum ſeqq. Gonzalez in Regul.* 8. *hodiè* 9. *Cancellar. in Prohœm.* §. 3. *n.* 81. *Maſſobr. in prax. habend. concurſ. prælud.* 18. *n.* 3. *ubi n.* 4. niſi aliud ſit de conſuetudine notiſſima, Beneficialiſtis.

In caſu autem litigioſæ poſſeſſionis cùm
50 ſit apponendum per Judicem ſequeſtrum ſuper illius fructibus unà cum Æconomo, ſeu ſequeſtri, vel (ut Practici inquiunt) ſequeſtratario ad *text.* in *cap.* 1. *cum ſeqq. de ſequeſtr. poſſeſſ. & fruct. Poſtius de manut. obſ.* 71. *num.* 124. *Rota deciſ.* 50. *per tot. poſt* Antonell. *de jur. & oner. Cleric.* adinſtar Laudemii, quod penditur pariter ſe-
51 queſtratario, *Niger de laudem. tom.* 1. *quæſt.* 29. *n.* 8. 24. 28. *&* 29. non enim ad alium effectum
52 ſit ſequeſtrum, quàm ut fructus poſteà per ſequeſtratarium, ſeu Æconomum reſtituantur victori, *Tondut. reſ. benef. par.* 1. *cap.* 47. *nu.* 24. *Gonzalez ad Regul.* 8. *hodiè* 9. *Cancell. de menſib.* §. 7. *proœmial. num.* 241.

Quibus ſuprà memoratis decem rationibus in confirmationem noſtræ reſolutionis, & opinionis congeſtis videntur officere aliæ decem rationes, de quibus infrà.

I. Quia ſicuti fructus indiſtinctim tàm perce- 53
pti, quàm percipiendi ex uſufructu, ſicque etiam pendentes, finito uſufructu ſpectant ad hæredes uſufructuarii, non autem ad proprietarium, tanquàm eſſe deſinentes de corporali, ſeu re principali, & tanquàm proprietas ſeparata, immò tanquàm tales habiti pro exactis *l. utifrui* 5. §. *Si poſt litem* 4. *ff. ſi uſusfruct. petat.* & in terminis fructuum civilium (quales ſunt quindennia) *Bellus conſ.* 151. *nu.* 5. *Peregrin. conſ.* 85. *nu.* 5. *lib.* 5. *Roderic. de annuis redditibus lib.* 1. *qu.* 3. *n.* 11. *& lib.* 3. *qu.* 6. *nu.* 5. ità etiam quindennia hujuſmodi inter Beneficii fructus connumerata, quantunvis nondum percepta, ſed adhùc per Beneficiatum poſteà defunctum inexacta, ſpectare videntur ad hæredes ipſius Beneficiati, non verò ad novum Beneficiatum, ſeu Beneficii Proprietarium, 54
dum Beneficiatus æquiparatur uſufructuario, ut ſuprà oſtenſum in *II. ratione*.

II. Quia ſicuti decedente uſufructuario per- 55
ceptis fructibus, qui alteri locaverit, dilata penſione, ſeu affictu locationis ultrà tempus perceptionis fructuum, quanvis dies ſolvendæ penſionis nondùm advenerit, attamen integra penſio cedet beneficio hæredum uſufructuarii, non autem obveniet proprietario ad ſingularem *textum in l. defuncta fructuaria* 58. *ff. de uſufructu*, *Cencius de cenſibus q.* 70. *n.* 1. *cum ſeqq.* ità decedente Beneficiato, qui manui mortuæ fundum ſuum Beneficialem locaverit, ſeu in Emphyteuſim conceſſerit, dilata quindenniali ſolutione ad quindecim annos, etiamſi dies ſolvendi quindennium non advenerit, videtur nihilominùs integrum quindennium cedere debere beneficio hæredum Beneficiati, ſeu ultimi poſſeſſoris, ob jam exageratam ſimilitudinem Beneficiati cum uſufructuario.

III. Quia ſicuti fideicommiſſarius defunctus 56
tranſmittit ad ſuos hæredes tàm fructus perceptos, quàm percipiendos, ſeu pendentes, ac inexactos, non habita ratione, an major pars anni præterierit *l. Herennius Modeſtinus* 42. *ff. de uſur.* 57
& ſicuti non præſumitur, eundem fideicommiſſarium, ſeu hæredem gravatum, nec æquum eſt, feciſſe proviſionem ad utilitatem ſequentis fideicommiſſarii, ſeu fideicommiſſarii ſubſtituti, & tanquàm ejus Procuratorē, ut ex *l. poſtulante* 44. §. *Sed & in hujuſmodi unico in fine ff. ad Senatusconſult. Trebell.* ponderat *Rota poſt Cencium de cenſibus deciſ.* 458. *nu.* 9. ità quoque Beneficiatus videtur poſſe tranſmittere ad ſuos hæredes fru- 58
ctus quindenniales percipiendos, ſeu adhùc inexactos, veluti admonet *Barbat. de diviſ. fruct. par.* 2. *cap.* 8. *nu.* 5. *circà fin. verſic. dixerunt alii in princip. juncto verſic. ità quoque Beneficiatus*, *Novar. ſumm. Bullar. par.* 1. *comment.* 69. *nu.* 4. ità Beneficiatus, etiamſi in fine, medio, vel initio quindennii decedat, videretur, poſſe tranſmittere ad hæredes fructus illius quindennii. Beneficiatus non præſumitur, nec æquum eſt, feciſſe

 pro-

proviſionem ad utilitatem ſequentis Beneficiati
ſibi incogniti, non enim æquo animo patiendū,
inſudaſſe defunctum Clericum, ut ſucceſſori
ignoto, minimèque de ſe merito acquireret, nec
Jus Pontificium, ſi hæredibus conſulere voluiſ-
ſet, tantæ uſpiam hæſiſſet iniquitati, ut voluiſ-
59 ſet impenſi laboris mercedem, quæ ipſo naturali
Jure deberetur, intervertere, veluti ait *Mancinus
de Sacro Jure controverſo diſſert.* 20. *n.*36. *in fine
verſiculo non enim*.

60 IV. Quia ſicuti legatarius defunctus tran-
ſmittit ad hæredes fructus omnes illius anni ſui
obitus, quanvis tantummodò cæpti, nec adhùc
præteriti *l. à vobis* 5. *ff. de annuis legatis*, ubi Mo-
deſtinus Juriſconſultus in caſu annui legati per
virum uxori facti, ſupervivente uxore legataria
per quinquennium, & quadrimeſtre, reſpondet,
deberi uxoris hæredibus legatum integri ſexti
anni, ac ſi per integrum ſexennium uxor ſuper-
vixiſſet, *Antonell. de temp. legal. lib.*2. *cap.*40. *n.*16.
*& cap.*43. *n.*11. *Lagunez de fructibus par.*2. *cap.*6.
*nu.*16. *Gratian. diſc.* 471. *nu.*13. *Surd. de aliment.
tit.*9. *qu* 6. *n.*5. *cum ſeq. de Franch. dec. Neapol.*155.
*nu.*1. *ubi Riccius in additione*, ità Beneficiatus
61 videretur, poſſe tranſmittere ad ſuos hæredes
quindennium, licet nondùm maturatum in vita,
neque exactum in memorato exemplo uxoris
inquit *Perez in tit. C. de annon. civil. lib.*11. *nu.*7.
in princip. verſic. ideòque ſiquis uxori.

62 V. Quia ſicuti defuncto Primipilo, qui olim
antè Regem geſtabat primum pilum, ſeu pri-
mam haſtam, & vexillum, Salarium integri an-
63 ni tranſmittitur ad hæredes *l.* 1. *C. de Primipil.
lib.* 12. & ſicuti defuncto legato Cæſaris, Sala-
rium nedùm præteriti, verùm etiam reſidui tem-
poris debetur Comitibus, ſeu, Aſſeſſoribus ejuſ-
dem Legati, immò hæredibus eorundem Aſſe-
ſſorum debetur Salarium integri anni *l. diem
functo* 4. *ff. de offic. Aſſeſſor. l. ſed addes* 19. §. *fin.
ff. locat. Brunemann. in dict. l. diem functo nu.*1. *in
med. verſ. & hinc fluxit, Barbat. de diviſione fru-
ctuum par.*2. *cap.*11. *nu.*2. *cum ſeqq. Antonell. de
temp. legal. lib.*1. *cap.* 32. *nu.*19. *in principio verſ.
idem dicendum eſt, Zacch. de Salar. qu.*21. *nu.*13.
cum ſeqq. & qu. 51. *nu.*18. *Cabed. dec. Luſitan.*8.
*nu.*17. *par.*1. lex enim fingit hujuſmodi Aſſeſſo-
res illo reſiduo tempore ſervire, cùm non ſtet per
eos, quin ſuas operas præſtent, nec ex accidenti
64 mors ejs debet obeſſe, ſicuti defuncto Advocato
antè tempus ſuæ conductionis, ſeu præſtationis
operarum, debetur Salarium, ſivè veriùs hono-
rarium ejus hæredibus, etiamſi patrocinium
præſtare non potuerit pro integro tempore, quo
tenebatur *l.* 1. §. *Divus Severus* 13. *ff. de var. &
extraordinar. cognition. l. poſt duos* 15. *in fine C. de
Advocat. diverſ. Judicior. ubi Brunemann. num.*2.
*cum ſeq. Barboſa ibid. num.*2. *cum ſeqq. l. Siquis in
Sacris* 11. *in fine C. de proxim. Sacr. Scrin. lib.* 12.
l. matriculam 3. *C. de Agentib. in reb. eod. lib.* 12.
*Laudenſis de privileg. Doctor. qu.*4. *num.*13. *circà
med. Alvarez Velaſc. de privileg. pauper. par.* 1.
*qu.*28. *nu.*16. *Antonell. de temp. legal. lib.*1. *cap.*32.
*n.*19. *Lagunez de fructibus par.*1. *cap.*25. §. *Uni-
co n.*143. *Cabed. deciſ. Luſitan. par.*1. *deciſ.*8. *n.*9.
*in princip. ubi n.*20. teſtatur ita ſervari in noſtro
Portugalliæ Regno cum Provinciarum Præſidi-
bus, ſeu Correctoribus vulgò in illis partibus
65 *Corregedores*, & cum Judicibus forenſibus vulgò
Juizes de fora, omnibus regulariter triennali-
bus, & habentibus ſalaria ſingulis trimeſtribus,
ſeu quarteriis, vulgò *quarteis*, ſicuti defuncto
Judice, ſeu ut vulgò vocant in Italia *Poteſtate*, 66
qui aliquandò tempeſtas eſt, durante adhùc ejus
Judicatura, tranſmittitur ſalarium totius tem- 67
poris ad ejus hæredes, *Giurba obſ.*67. *n.*4. *in fin.
& n.*10. *ubi in fine* ità Meſſanæ determinatum,
*Maſtrill. de Magiſtrat. par.*1. *lib.*1. *cap.*21. *n.*48.
*cum ſeqq. Antonell. de temp. legal. lib.*1. *cap.*32.
*n.*19. *in princip. verſic. idem dicendum eſt, Zacch.
de ſalar. qu.*21. *nu.*11. *Velaſc. de privileg. pauper.
par.*1. *qu.*28. *n.*5. *Cabed. deciſ. Portugall.*8. *n.*9. 68
parte 1. ſicuti intrà annum lecturæ defuncto Le-
ctore per annum legere promittente, ejus hære-
des ſalarium integri anni habere debent *l.* 1. *C. de
Primipilo lib.*12. *Lagunez de fructibus parte* 2.
*cap.*25. §. *Unico num.*142. *Velaſc. de privil. paup.
par.*1. *qu.*28. *nu.*34. *Laudenſ. de privileg. Doctor.
qu.*4. *n.*13. *Zacch. de ſalar. qu.*21. *n.*10. *& qu.*74.
*n.*8. *&* 14. *Giurba obſ.*67. *n.*4. *par.*1. ſicuti intrà
tempus conductæ decedente Medico, integrum 69
ſalariū ad hæredes tranſmittitur, *Cephal. conſ.*70.
*n.*4 *& per tot. & conſ.*71. *n.*18. *ac per tot. vol.*1.
*Zacch. de ſalar. qu.*21. *n.*12. *Carrar. de Medic. &
ejus offic. par.*3. *n.*108. *cum ſeqq. Actius de infir-
mit. parte* 2. *verbo ſalarium nu.*3. *Baron. de effect.
inimicit. effect.* 37. *n.*62. *poſt med. verſic. etſi dece-
dat*, denique ſicuti Milite, qui à Medico (de im- 70
perito loquor) interficiendi peritiam addiſcere
poteſt, intrà annum moriente, integri anni,
immò (quod plus eſt) etiam ſequentis anni ſa-
larium cōſequuntur hæredes *l. his Scholaribus* 14.
*C. de erogation. milit. annon. lib.*12. *Zacchias de
ſalar. qu.*21. *n.*12. *in princip. verſic. item privile-
gio*, ità à fortiori intrà quindennium decedente
Beneficiato, qui ſuæ Eccleſiæ eſt Comes, ac
quodammodo Aſſeſſor, ejuſdem Advocatus, Ju-
dex, Magiſter, Medicus, & denique nobilior 71
Miles, militiæ nempè cœleſtis, Deo militans,
cap. Chriſtianis 12. 11. *qu.*1. *cap.*1. *de Cleric. ægrot.
cap. eo libentiùs* 6. *de ſerv. non ordin. cap. Præ-
sbyteri* 2. *de pæn. de Graſſ. de effect. Cleric. effect.*7.
*n.*2. omnibuſque dignior tanquàm Clericus, &
indè in ſortem, ſeu hæreditatem Domini voca-
tus, uti genus electum, ſal terræ, & lux mundi 72
*cap.*1. *in fine diſtinct.*17. *cap.*1. *diſtinct.*40. *cap. ſi
quis dubitet diſtinct.*96. *cap. viliſſimus* 1. *quæſt.*1.
cap. Sacerdotibus 11. *qu.*1. *cap. duo ſunt* 12. *qu.*1.
cap. unic. §. *Quia verò* 6. *de ſacr. unct. cap. no-
vit* 13. *de judic. cap. ſolitæ* 6. *de majorit. & obed.
Bellett. diſquiſ. Clerical. parte* 1. *tit. de diſciplina
Cleric.* §. 1. *n.*1. *cum ſeqq. & tit. de Cleric. teſt.* §. 1.
*n.*1. *Durant. de Ritib. Eccleſ. lib.*2. *cap.*5. *num.*2.
*Dyoniſ. Paul. Valentin. de Sacerdot. excellent.
parte* 2. §. 13. quindennium non exactum tran-
ſmittere poſſe videtur ad ſuos hæredes, ut occa- 73
ſione I. exempli ſuprà allati inſinuat *Perez in tit.
C. de annon. civil. lib.*11. *nu.*7. *in princip. verſic.
idque multi affirmant*, nec per Beneficiatum ſte-
tit, ſed per caſum fortuitum mortis in ejus per-
ſona contingentem ſtetit, qui ſibi non poteſt ra-
tionabiliter imputari, quominùs per integrum
tempus quindennii ſuo Beneficio, & Eccleſiæ
inſervierit, ità ut cæpto quindennio, videtur ſibi 74
cedere dies pro toto quindennio, veluti in ſimili
ponderat *Luc. de Penna in ſuprà citat. l.*1. *n.*2. *in
princip. C. de Primipilo lib.*12. quin potiùs æquum
eſt,

75 eſt, ut hæredes ſui commodum totius temporis
luctui compenſent, *idem dic.n.2. circà fin. verſic.*
quin potiùs, diſtributio enim fructuum Benefi-
cii, ſivè diverſarum præſtationum per tempora,
puta, ut in caſu noſtro, per ſingula quinden-
nia, quantunvis non faciat plures actiones (aliàs
electiones, vel contractus) tamen cùm fiat prop-
ter cauſas finales pluriès, ſingulis nimirùm quin-
denniis, & ſemper oportet, ut cujuslibet quin-
dennii ſaltem inchoati fructum conſiderari ſepa-
ratum, undè quoad ultimum quindennium, cu-
jus cauſa finalis non ceſſat, vel cæpit propter
inchoatum, dicet effectum totius quindennii
conſumatum, ac integrum fructum ipſius quin-
dennii deberi, cùm non ſtetit per Beneficiatum,
76 quominùs conſummaret, hinc cauſa finalis de-
ficit quantum ad futura quindennia, non tamen
quantum ad præterita, & inchoata, ut in ſimili-
bus terminis *Luc.de Penna in prælaudata l.1.antè*
med. verſiculo ſed quia confertur, & *in fine C. de*
77 *Primipilo lib.*12. ideoque quadam fictione Juris
Beneficiatus habendus pro ſuperſtite ad acqui-
rendum quindennium uſque per totum quin-
dennium ad *text. in l. fin. C. de domeſtic. & Pro-*
*tector. lib.*12. *ibi -- ad quæſtum &c. militiæque*
fructum &c. ſimilis habeatur, *acſi ſuperſtes per-*
manſiſſet ad finem uſque ſupremum, l. matriculam 3.
in fine C. de proxim. Sacr. ſcrin. ibi -- tanquàm ſi
vivus, qui hæc eadem dici ſperaverat, ſibimet vin-
78 *dicaſſet &c.* ad quod facit illud *Eccleſ.30.4 quaſi*
non eſt mortuus, ſimilem enim reliquit ſibi poſt ſe.

VI. Quia ſicuti emolumenta annonarum ci-
vilium ad hæredes tranſmittuntur *l 1.C.de annon.*
79 *civil. lib.*11. ità emolumenta quindenniorum,
quanvis non adhùc exacta videntur poſſe Bene-
ficiati ad hæredes tranſmittere, veluti advertit
Barbat. de diviſione fructuum par.2 cap.8. n.8. in
princip. verſic. addunt in ſimili antè verſic. quarta
additur.

80 VII. Quia ſicuti legatarius fructuum ex fun-
do Teſtatoris, ſeu legantis naſciturorum, ſi in-
terim, antequàm eo anno fructus legati naſcan-
tur, moriatur, tranſmittit ad ſuum hæredem jus
petendi fructus hujuſmodi inexactos *Perez in*
tit. C. de uſur. & fructib. legat. nu.4. verſic. adeò
81 *ut ſi intereà*, ità Beneficiatus quaſi legatarius òm-
nium fructuum ſui Beneficii, & ex fundo ſuæ
Eccleſiæ quaſi legantis naſciturorum quinden-
niorum, ſi interim, antequàm eo quindennio
fructus quaſi legati quindennii naſcantur, mo-
riatur, tranſmittere poſſe videtur ad ſuum hæ-
redem jus petendi fructus hujuſmodi inexacti
quindennii, quod morte præventus non exegit.

VIII. Quia ſicuti Commendatarius moderni
temporis, ſeu Adminiſtrator perpetuus Bene-
ficii (quidquid ſit de Commendis, quæ anti-
quitùs fiebant ad utilitatem Eccleſiarum prin-
cipaliter) cui Commenda hodiè fit ad ejus utili-
82 tatem, non verò Eccleſiæ, lucratur omnes fru-
ctus ſuæ Commendæ, eoſque etiam inexactos ad
ſuos hæredes tranſmittit, veluti aureè notat *Fer-*
*rett. conſ.*256.*n.2. in princip. & in med. verſic. ſi*
ergò Commendatarius, & *n.4. in princip. & per*
83 *tot. vol.2.* ità à fortiori Beneficiatus major Com-
mendatario ob prærogativam tituli, quam ha-
bet, poteſt quindennium etiam inexactum ad
hæredes tranſmittere, penitùs excluſo ſucceſſo-
re in Beneficio.

IX. Quia aliàs maximum ſequeretur abſur-
dum, immò intolerabilis irrationabilitas, ac
propemodum iniquitas, quòd nempè ſi ja s pro-
videretur de Beneficio, cujus omnes fructus
conſiſterent in annuis canonibus, & quinden-
niis ob fundum (ut ità dicam) Beneficii ... ma-
nui mortuæ emphyteuticatum, & primo anno,
vel ulteriori moreretur, factis forſitan expenſis
conſiderabilibus pro expeditione literarũ, nihil
ex ſuo Beneficio, magis maleficio poſteà lucra-
retur, non canones, quia non adhùc lapſus eſſet
annus, ſicque nondùm maturatus terminus, ſeu
(ut vulgò dicitur) pagha, non quindennium,
quia nec adhùc lapſum eſſet quindennium, ſic-
que nondùm maturatus terminus quindennii,
cùm canones ſingulis annis ex fundo Emphyteu-
tico, & quindennium ſingulis quindecim annis
tãtùm à manu mortua debeatur, ad quod dam-
num reparandum, ac reſarciendum, æquum eſt,
ut quod Beneficiatus morte præoccupatus non
exegit, ejus hæres exigat, nè aliter ſucceſſor in
Beneficio percipiens, & quodammodò uſurpans
canones illius anni obitus ſui anteceſſoris, &
quindennium illius quindennii, locupletetur cum
aliena jactura, quod Jura abhorrent, *cap. locu-* 84
pletari 47. de regul. Jur. in 6, l. jure naturæ 206.
ff. eod. l. bona fides 50. ff. de action empt. l. natu-
raliter 13.§. Fin. l. hæc condictio 66. ff. de condict.
indebit. l. nam hoc natura 14. ff. eodem, Barboſa
axiom.139. num.1. Mancin. de Jure ſacro contro-
verſo diſert.20. n.27. etenim mors uti certiſſima,
indeclinabilis ſit juxta illud diſticon in Epitha- 85
phio Grammatici conſcriptum -- *Grammaticam*
didici, multos docuique per annos, declinare tamen
non potui tumulum, attamen in Jure enumeratur 86
inter caſus fortuitos *l. contractus quidam 23. in*
fine ff. de regul. Jur. ubi Jacob. Gothofred. in fine
verſiculo primo igitur loco, *l. in rebus commoda-*
tis 18. in princip. ff. commodati, *Caſtracan. de ſo-*
cietat. offic. cap.16.n.4 cum ſeqq. Medic. de fortuit.
caſib. parte 1. quæſt.12.n.2. in fine, Pacion. de locat.
& conduct. cap. 49.n.86. vel evenire poſſet, quòd
qui poſtquàm per multos annos Beneficio inſer-
vierit, pro ultimo anno, quo inſervivit, vel bo-
na parte inſerviat ſine emolumento contra no-
tiſſimum Juris principium, quod juris eſt de to-
to quoad totum, idem juris eſt de parte quoad
partem, & ità peccat, qui uno menſe defrau- 87
dat mercenarium, ſoluta illi mercede, acſi non
ſerviſſet ultrà illum menſem, ut ait *Sarmient. de*
redditib. Eccleſ. parte 2. monit.13. num.3. in fine
verſic. quia idem eſt, & n.4. in princip. Quod idem
contingere poteſt inconveniens in quolibet Bene-
ficiato, qui decedendo antè tempus collectionis 88
fructuum, vel ſtatim omnibus fructibus collectis,
aut ipſe prædeceſſor ſerviret ſine præmio, aut
etiam ſucceſſor. *Gallus de fructibus diſput.37.*
artic.2. n.3. circà fin. verſic. tertiò facit.

X. Et ultimò, quia fructus Beneficiorum, 89
quantunvis inexacti debentur potiùs hæredibus
ultimi Beneficiatis, quàm ſucceſſori in Benefi-
cio, *Monet. de Diſtribution. quotid. par.3. quæſt.4.*
num.25. Antonell. de Regim. Eccleſ. Epiſcop. lib.3.
cap.9.n.20. cum ſeqq. to.1. D. Advocatus Pitonius
diſcept. Eccleſ. par.2. diſcept.51. n.3. Rota coram Co-
mitulo deciſ.39. num.3. & per tot. undè ultimum
quindennium per anteceſſorẽ non exactum tan-
quàm fructus Beneficii debetur potiùs hæredi-
bus

bus Beneficiati, ſeu ultimi Poſſeſſoris, quàm
ſucceſſori in Beneficio, ſeu novo Beneficiato;
90 hinc fit, quòd afflictus, ſeu penſio etiam non
maturata debita ex fundo per Beneficiatum lo-
cato, interim eodem defuncto, debetur ejus hæ-
redibus, quantò magis ad hæredes Beneficiati
ſpectabit ultimum quindennium inexactum,
91 quanvis fructus adhùc immaturus, ſeu actio ad
illud conſequendum a manu mortua emphyteu-
ta, veluti in ſimili ità arguit *Surd.conſ.333.nu.4.
in fine verſiculo Si igitur ad ſucceſſorem lib.3.* præ-
92 ſertim cùm emphyteuſis in aliquibus fraterni-
zet cum locatione, quantunvis in pluribus ab ea
differat §.*Adeò 3.Inſtitut.de locat.& conduct.Ful-
gin.de jur.emphyt.in prælud.qu.5.n.1.Amicus eod.
tract.in præfat.num.24.Pacion.de locat.& conduct.
cap.3.nu.5.* & Beneficiatus habens actionem ad
93 rem contra manum mortuam pro conſequendo
quindennio, videtur rem quoque ipſam habere
l.qui actionem 15.ff.de Regul.jur. & illam actio-
nem tranſmittit ad hæredem, qui ſuccedit in
94 univerſum jus defuncti *l. hæredem 59. ff. eodem*
quamobrem dies ſolutionis quindennii non eſt
appoſita ortui obligationis, ſed præſtationi, &
exequutioni, nec impedit, quòd non debeatur
quindennium, ſed quòd non petatur, ideòque
95 quindennium ipſum etiam inexactum tranſmit-
titur ad hæredes Beneficiati ad *text.in l.ſi poſt diē
5.in princip.ff.quando dies legat.ced. l.unica §.Cùm
igitur 1.C.de caduc.tollend. Naldus in ſumma caſ.
conſcient.verbo fructus n.11.in fine.*

Hinc videmus, quòd origo rei attenditur,
licet medio tempore ejus qualitas alteretur,
veluti contingit in alternativa menſium in-
ter Papam, & Ordinarium, menſis enim in ſui
96 principio Apoſtolicus integer uſque ad finem
permanet, nec deſinit eſſe talis, quanvis interim
Papa medio tempore ex accidenti prædecedat
ad *text.in l.itinere 3.ff.de verb.ſignif.Rot. dec.144.
num.11 par.2.recen.*

Nihilominùs in nihilum refragantibus recen-
ſitis decem rationibus objectivis, noſtra opinio
triumphat, adductis infraſcriptis aliis decem
reſponſionibus, ſeu replicationibus.

I. Igitur Objectum, ſive ratio objectiva non
obſtat, quia præterquamquòd ſuprà in IX.*ratio-
ne* pro confirmatione noſtræ opinionis contra-
rium firmavimus, quòd nempè fructus penden-
97 tes uſusfructus, finito uſufructu, ſpectent potiùs
ad proprietarium, quàm ad hæredes uſufructua-
rii, *text.ibid.allegat. in l.utifrui 5. §.Si poſt litem
4.ff.Si uſusfruct.petat.* potius noſtrum aſſumptum
probat, proque noſtra opinione militat, dum per
dictionem taxativam *dumtaxat* fructus penden-
tes proprietario adjudicare videtur, & perceptos
hæredi uſufructuarii in verbis ibi: *Si mortuus
fuerit fructuarius, hæredi ejus actionem præterito-
rum dumtaxat fructuum dandam &c.* & in tantum
fructus pendentes poſſunt adjudicari hæredibus
uſufructuarii, in quantum intelligitur de fructi-
98 bus jam maturis, & ſic ſtantibus, qui impropriè,
vel in hoc ſenſu dicuntur pendentes, ut habetur
in *l.ſi pendentes fructus 27.ff. de uſufructu* ibi: *Si
pendentes fructus jam maturos reliquerit Teſtator,
fructuarius eos feret, ſi die legati cedente adhùc
pendentes deprehenderit, nam & ſtantes fructus ad
fructuarium pertinent.* Undè ſicuti de fructibus
perceptis non cadit dubium ſuper eorum tranſ-
miſſione ad hæredes uſufructuarii, ità profectò
etiam nullum cadit dubium, nec eſt præſens quæ-
ſtio de fructibus Beneficii perceptis ſuper eorum
tranſmiſſione ad hæredes Beneficiati, ſed opinio
noſtra firmat pedes, nec dat manus ſuper fructi-
bus Beneficii percipiendis, ac inexactis ad ſuc-
ceſſorem in Beneficio tranſmittendis, non ad
hæredes ultimi Beneficiati: *Bellus* inſuper in præ-
dicta I. *ratione* objectiva allegatus loquitur de 99
fructibus, ſi non exactis ob moroſitatem debi-
toris in ſolvendo, ſaltem jam maturatis in vita
uſufructuarii, ut patet ex lectura *citati conſ.151.
in princip.antè nu.1.verſic.primò quidem,* ubi agi-
tur de redditibus civilibus, ſeu cenſibus per Ban-
chum, ſeu Domum Pariſienſem debitis, decurſis,
& non ſolutis, nec ſolvi ſolitis ſtatim, ac dies eo-
rum ſolutionis cedit ob defectum pecuniarum,
ſed cùm facultas eſt eos ſolvendi, quos quando-
que tardius, quos quandoque non ità tardè ſol-
vit, adeò ut in quittantiis nominatim aſſeri ſo-
let, ſolutionem fieri pro eo anno, & die, quo de-
buiſſet fieri, ſi pecunia eſſet prompta, hinc *Bellus*
in ſuo caſu bellè infert *antè nu.1.verſic. quoad ſe-
cundam rationem*, hujuſmodi redditus, ſeu cen-
ſus maturatos in vita uſufructuarii, non tamen
exactos ex memorata cauſa, & culpa debitoris,
cenſeri perceptos, & meliùs *n. 1.* hoſce redditus
cenſuales decurſos in vita uſufructuarii, non
poſſe dici fructus pendentes, ſed tantùm non de-
decurſos tales cenſeri, decurſos verò haberi pro
perceptis, & tandem *n.2.* optimè reſpondet idem
Bellus ad contrarium theorema, quòd redditus
non exacti cenſeantur fructus pendentes, hoc ni-
mirùm intelligi de iis redditiibus, qui ratione
fructuum naturalium debentur, & tanquàm
tales eorumdem fructuum naturalium ſequun-
tur naturam, non autem de iis, qui non deben-
tur ratione fructuum naturalium, quales ſunt
annui redditus, & ſic fructus civiles, cùm quin-
dennia ad inſtar laudemiorum non poſſint dici 100
percepta, antequàm fuerint exacta, ſed interim
pendere dicuntur, quidquid ſit in fructibus na-
turalibus, veluti diſtinguit *Calvin.de Æquitate* 101
lib.2.cap.151.n.80.cum ſeq. cùmque ex Beneficio
conſiſtente in fundo, poſteà manui mortuæ em-
phyteuticato nullos alios fructus Beneficiatus
percipere poſſit, quàm canones, & quindennia,
planè ſequitur, non ſolvi loco fructuum, ſed eſſe
fructum ipſum, qui ſolvitur in recognitionem
directi dominii, adeòque quoad ejus adjudica- 102
tionem ſpectandum eſſe diem, quo cedit ſolutio,
*Moneta de diſtrib.quotid.par.3.qu.4.num.24.circà
fin.verſic.ex qua opinione.*

Sanèque maxima intercedit differentia inter
fructus naturales, & civiles, etenim fructus na-
turales produci dicuntur ab ipſo inſtanti, quo
terra jam exonerata à fructu præterito, concipe-
re incipit fructum futurum, quem ità aliquo
tempore in viſceribus, ſeu ventre retinet, dein-
deque exiguum parit indies creſcentem uſque-
quò maturus fiat, ut colligatur, ad inſtar mulie- 103
ris, quæ poſt jam editum partum denuò conci-
pit, & conceptum retinet novem menſibus in
ventre, deindè parit parvulum, quem nutrit uſ-
quequò fiat vir, *Card.de Luca de Penſion.diſc.24.
num.8.* Sed fructus civiles non ità ſe habent, cùm
dici nequeant produci, aut naſci, niſi verè pro-
ducantur, aut naſcantur, & ſic niſi venerit dies
eorum

eorum nativitatis, vel productionis, prout quin-
104 dennia, quæ ſingulis quindenniis,ſeu quindecim annis reproducuntur, ac renaſcuntur, veluti in propoſito *Lagunez de fructibus part.1.cap.3.n.8. cum ſeqq.cap.13.n.18.cum ſeqq.& cap.21.n.19. in fine verſic.& in Laudemio,* Et quidquid ſuper hoc ſit, radicitùs tollitur in caſu noſtro omnis controverſia,ſiquæ forſitan de jure communi adhùc ſupereſſet circà fructus maturatos, & non exactos tranſmittendos,vel non ad hæredes fructuarii, ſeu creditoris hujuſmodi fructuum,ob ſuper-
105 ventam Conſtitutionē Julii III. caventem ſucceſſori in Beneficio fructus nō exactos,licet maturatos in vita anteceſſoris, dū venerit dies ſolutionis deberi, ut notavimus ſuprà ſuo loco in III. *ratione* adducta pro confirmatione noſtræ opinionis.

Omiſſo, quòd exemplum uſufructuarii non eſt applicabile ad caſum, etenim uſufructuario abſolutè poſt fructuum perceptionem debetur uſusfructus correſpectivus ad illos, prout inte-
106 gros ſuos feciſſet, ſi illos percepiſſet, qui illi debentur pro jure uſusfructus, non pro jure ſervitii, veluti reſpondet *Peregrin. conſit. 85. num.6. in princip., & med. verſic. Sed hæc non pertinent, lib.5.* ac veluti idem ferè eſt in Penſionario, cui ſolvitur Penſio per reſpectum ad
107 fructus, quo decedente poſt fructuum collectionem tranſmittitur ad ſuos hæredes jus exigendi Penſionem, cùm Penſio ſit quodammodò merum Beneficium abſque onere ſerviendi Eccleſiæ, ex cujus Beneficio fructus percipiuntur, fru-
108 ctus autem Beneficii debentur Beneficiario pro ſervitio, ut ait *idem Peregrin.loc.citat.* quinden-
109 nium autem non debetur reſpectu ad fructus ex fundo per emphyteutam perceptos, verùm in recognitionem tantùm dominii, undè etiamſi emphyteuta antè obitum Beneficiati fructus perceperit,non indè ſequitur,quòd inexactum quindennium debeatur hæredibus Beneficiati.

II. Objectum, ſivè ratio objectiva non ob-
110 ſtat, quia *citatus textus in l.defuncta 58.ff.de uſufructu* potiùs favet, dum ſolummodò fructus perceptos, ſeu penſionem ex fructibus perceptis firmat deberi hæredibus uſufructuarii, ut colligitur ex verbis ibi: *Defuncta fructuaria &c.jam omnibus fructibus* &c.*ſublatis &c.fructuariæ hæredem &c. integram penſionem percepturum*, & notat *Faber.ad dict.l.in ratione dubitandi in princ.* imò meliùs comprobatur ex *l.in ſingulos annos 8. circà fin.verſic.Illud certè ff.de annuis legatis* ibi: *cùm fructuarius, etiamſi maturis fructibus, nondùm tamen perceptis, deceſſerit, hæredi ſuo eos fructus non relinquet,* & quando etiam ex *dicto textu*
111 comprobaretur contrarium, ſimilitudo inter uſumfructuarium,& Beneficiatum non eſt in to-
112 tum vera, cùm Beneficiatus aſſimiletur quidem uſufructuario in vita, ſed in morte uſuario, ut docuimus ſuprà in II. *ratione* confirmatoria noſtræ opinionis, & ad omne pejus procederet objectum in fructibus naturalibus, non autem in civilibus, qualia ſunt laudemia, quindennia, & canones, & ſimilia, hi enim potiùs ad proprie-
113 tarium ſpectant, *Nicol.lucub.lib.2.tit.4. de uſufructu n.6.in medio verſiculo hoc tamen.*

III. Objectum, ſivè ratio objectiva non obſtat,quia opinio tenens,quòd fideicommiſſarius
114 tranſmittit ad hæredes etiam fructus percipiendos, & ſic inexactos, eſt contrà communem, ut fatetur idem *Barbatus de diviſione fructuum parte 2.cap.8.nu.5.in fine verſic.dixerunt alii*, *Carol. Anton.de Luca ad l.fœminæ 3.C.de ſecund.nupt.ſeu in metamorphoſi bonorum legal.ex binubatu qu.56. nu.7.circà fin.verſic.fideicommiſſarius enim*, & ad omne pejus procederet in fideicommiſſario par- 115
ticulari,ut diſtinguit *Rota in recen.dec.308.n.19. par.11.dec.252.n.14. in principio par.12.* & quidquid de hoc ſit, per medium diſtinctionis remanet ſublatum objectum, cùm nanque in caſu noſtro ſit ſermo de fructibus merè civilibus(qualia ſunt quindennia) inexactis, tunc ſanè hujuſmodi fructus civiles ſpectant ad ſequentem voca- 116
tum in fideicommiſſo,non autem ad antecedentis fideicommiſſarii, ſeu hæredis gravati hæredes juxta diſtinctionem allatam per *Rotam poſt Cencium de cenſibus dec.458.num.3.cum ſeq.*

IV. Objectum, ſivè ratio objectiva non obſtat,quia *tex.in l.à vobis 5.ff.de annuis legatis* pro- 117
cedit in caſu particulari ex conjecturata mente legantis ob peculiarem affectionem, quam præſumitur vir habuiſſe ergà uxorem, cujus favore 118
ratione præſumptæ prædelectionis fit lata interpretatio, veluti in puncto reſpondet *Maranta controv.48.nu.32.tom.3. & Maranta Genitor controv.49.num.12.de Luca Melphyten. in obſ.ad de Franch. dec.Neapol.155.n.4.* neque eſt novum in jure, quòd legatum venit interpretandum ex 119
perſona legatarii *l.plenum 12.§.Equitii 4.ff.de uſu, & habitatione*, & quia annuum illud legatum, uti cedens in cauſam alimentorum debetur in 120
principio cujuslibet anni tanquàm momentaneum, & momento in momentum percipi ſolitum, ac ideò citiùs ejus dies cedit, anticipatè illud ſolvendo, præſertim, quando legatarius eſt perſona conjuncta teſtatori, ergà quam dirigatur peculiaris benevolentia *l.in annos ſingulos 2.* ibi: *Initio anni l.in ſingulos annos 8.* ibi: *Ingreſſu cujuslibet anni ff. de annuis legatis*, *l. nec ſemel diem 12.§.1.& §. Sed etſi quotannis 4.* ibi: *Utrumque initio cujuſque anni, an verò finito anno cedat &c.ut initio cujuſque anni &c.mihi videtur etiam in hoc initium cujuſque anni ſpectandum &c. ff. quando dies legati cedat, l.habitationis legatum 11.* ibi: *Ab initio anni deberi conſtat ff.de uſu, & uſufructu legato, l.Statuliberos 3. §.Quòd ſi ſervus 14.l. ſi ità 41.* ibi: *Veriſimile eſt, principio duodecimi anni eum liberum eſſe &c.qui duodecimo anno liber eſſe jubetur, omnibus anni diebus liber eſſe juſſus eſt ff.de manumiſs.teſtam.lib.1.* ibi: *Ab initio cujuſque anni exigendi ea habebis facultatem, C.quando dies legati cedat*, notant *Bellon.de his,quæ in contin.fiunt lib.2.cap.69.nu.2.Antonell. de temp.legal.lib.2.cap.40.n.6.& cap.42.n.21. & lib.4.cap.16.nu.15.cum ſeq.Surd.de aliment.tit.3. qu.9.n.31.& tit.4. qu.17.num.6. cum plurib.ſeqq. Borgnin.Cavalcan.de uſufruct.mulieri relicto n.166 Cyriac. controv.239.n.29.cum ſeq.de Franch.deciſ. Neap.155.n.2.cum ſeqq.* Undè eſt,quòd in hujuſmodi cibario legato debetur integra annua præſtatio, quanvis legatarius per totum annum 121
conditionem ſibi impoſitam non adimpleverit, ut de legato facto filiæ extat bonus *text.in l.filiæ meæ 22.ff.de annuis legatis*, ibi: *Si filia minùs annui temporis vidua fuiſſet, nunquid minùs ei centum deberentur. Reſpondit, ſibi videri, tametſi totus annus nondùm fuiſſet,tamen deberi,* & legatum annuum ad ſummum ſolvitur in principio anni, 122
quan-

quando apparet ex circumſtantiis tempus fuiſſe
adjectum favore legatarii, & ſic creditoris, non
autem quando intelligitur tempus adjectum fa-
vore debitoris, ut in caſu quindenniorum, ve-
luti reſpondet *Nicol.lucubr.canon.& civil. lib.3.*
tit.16.de verb.oblig. §.*Etſi ità num.*11. *verſiculo*
primus eſt.

Ideòque non eſt applicabile argumentum ab
annuo legato præſertim alimentorum ad quin-
dennium, quod nihil penitus commune habet
cum annuo legato, cùm è contrà quindennium
debeatur in fine cujuslibet quindennii, ſeu quo-
123 rumlibet quindecim annorum, tanquàm debi-
tum vigore conſuetudinis, vel pacti, *l.qui hoc*
anno 40.*ff.de verb oblig.* ibi: *Qui hoc anno, aut*
hoc menſe dari ſtipulatus ſit,non rectè petet,de quo
nos infrà ſuo loco latè agemus; omiſſo, quòd
non mirandum, quòd annuum legatum in cau-
ſam alimentorum, tranſmittatur etiam ad hære-
des legatarii, ſeu alimentarii, pro reſiduo tem-
poris, dum illud, ut vidimus, ſolvitur in prin-
cipio anni, cùmque hujuſmodi legati alimento-
124 rum materia ſit favorabilis, latiſſimam recipit
interpretationem, *Surd.de aliment.tit.8.privil.*1.
*n.*1.*Caſtil.eod.tract.cap.*3. *nu.*1. *&* 12. quinden-
nium verò cùm in ſe ſit potiùs odioſum, uti de
125 jure incognitum,venit ſtrictim interpretandum,
ideòque in fine ſolvendum ad *text.in l. qui hoc*
126 *anno* 42.*ff.de verb.oblig.* Sicuti nanque annus in
odioſis debet eſſe completus, quidquid ſit in fa-
vorabilibus,in quibus annus cæptus habetur pro
completo, ut in libertate, uſucapione, teſtamen-
to, & aliis ſimilibus, *l.qua ætate* 5.*ff.de teſtam. l.ſi*
ità 41.*ff.de manumiſs.l.in uſucapionibus* 6.*cum ſeq.*
de uſucapionibus l.in uſucapione 15.*ff.de diverſ.&*
127 *temporar.præſcript.* ità à fortiori quindennium
(quod longius tempus eſt)debet eſſe completum,
*Prat. pract.obſ.*27.*n.*11.*cum ſeqq.* & optima qui-
128 dem ratione, eo quòd annus non eſt in rerum
natura, ſi non eſt perfectus, eodemque modo,
imò à fortiori quindennium, quod ad ſui per-
fectionem majori indiget tempore *l.ſi cui legetur*
49. *ff de legat.*1,*Pacion.alleg.civ.& can.*100.*n.*1.
*Prat.mox cit.obſ.*27. *n.*25. hinc nè manus mor-
129 tua emphyteuta in hoc gravetur anticipando
quindennii ſolutionem, inexactum ad hæredes
non tranſmittitur argumento *l.ſi in annos* 49.*ff.de*
*condition.& demonſtr.*ibi: *Si in annos, decem hæ-*
redes dare damnatus, aut quis liber eſſe juſſus eſt,
noviſſimo ejus temporis die legatum debebitur, &
libertas obtingit, ità ut etiam in omni legato
annuo de rigore iuris, dummodò non ſit alimen-
torum,exactio,ità dicam,annatæ cæptæ, & ratæ
maturatæ in vita legatarii, perque eum non
130 exactæ non tranſmittitur ad ejuſdem hæredes,
ut ait *Maranta Genitor controv.*49.*num.*9.*&* 11.
circà fin.verſic.& propterea concludendo poſt Ma-
*rant.filium cont.*48.*par.*3. vel ſi placet diſtinctio
adducta per *de Luca in obſ.ad de Franch.dec.Nea-*
131 *pol.*155.*n.*2. legatum annuum alimentorum non
eſt tranſmiſſibile ad hæredes legatarii cæpto an-
no, legatum verò annuum eſt tranſmiſſibile
cæpto anno, hinc eſt, quòd, ut *idem de Luca ibi-*
dem notat, & *Berſanus de Viduis cap.*2.*qu.*1.*n.*34.
*cum ſeq.Surdus de aliment.tit.*1.*qu.*44.*n.*72.*Fonta-*
*nella de pactis nupt.to.*2.*clauſ.*7.*gloſ.*3.*par.*5.*n.*33.
quòd alimentorum legatum ſolvitur quidem
uxori in principio anni,verùm præſtita cautione
de illo reſtituendo, ſi antè finem anni tranſiverit
ad ſecunda vota, ad quid enim fidejubere de re-
ſtituendo, ſi anno inchoato tranſmitteret lega-
tum alimentorum totius anni ad haredes,vel di-
cendum eſt in legato favorabili,puta favore cau-
ſæ piæ ſufficere principium cujuslibet anni, eo
quòd favore piæ cauſæ,aut perſonæ prædilectæ,
inque materia favorabili tempus habetur pro 132
completo *l.*1 *ff.de manumiſs.l.minor* 66.*ff.de verb.*
oblig.l.denique 3.§.*Minorem* 3.*ff.de minor. l.anni-*
culus 134.*la* 2.*ff.de verb.ſign.*ibi: *Incipiente planè,*
non exacto die,l.qui filium,& filiam 74.§.*Sabinus,*
aliàs Fabius Antoninus unico ff.ad Senatusconſ.Tre-
*bellian. Tiraquell.de privileg.piæ cauſæ privil.*22.
verſiculo Tamen relictum, Antonell.de temp.legal.
*lib.*2.*c.*42.*n.*22.*& lib.*4. *cap.*1. *n* 9.*Boſſius moral.*
*lib.*2.*de computat.tempor.*§.3.*n.*32.*Bellonus de his,*
*quæ in continenti fiunt lib.*1.*cap.*94.*num.*20. *Rota*
*dec.*75.*n.*27.*cum ſeqq.par.*2.*diverſ.*pro teſtamenti
factione activa tempus cæptum habetur pro
completo (ad quam exigitur decimus quartus 133
annus in maſculo,& duodecimus in fæmina,quæ
citiùs eſt ſagacior, & tanquàm mala herba citò
creſcit, & citò decreſcit, cùm minùs vivat juxta
rationem philoſophicam in plantis) habemus
text. in l.qua ætate 5.*ff.de teſtament.& qui teſtam.*
fac.poſſ.in fine ibi: *Jam etenim compleſſe videtur*
annum quartum decimum, Antonell.de temp.legal. 134
*lib.*2.*cap.*5.*num.*2. pro ſponſalibus contrahendis
tempus cæptum habetur pro completo (ad quæ
ſeptennium requiritur,proque matrimonio tem- 135
pus cæptum habetur pro completo,ad quod de-
cimus quartus in maſculo, & duodecimus in fæ-
mina,*Antonell.de temp.legal.lib.*2.*cap.*4.*n.*3. *cum* 136
ſeq. quidquid ſentiat, *Narbona de ætate anno* 14.
*qu.*9.*n.*7.*cum ſeq.*pro obtinendo Eccleſiaſtico Be- 137
neficio tempus cæptum habetur pro completo
(ad quod ex Sacroſancta *Trident. Synodo ſeſs.*23.
*de Reform.cap.*6. requiritur decimus quartus an-
nus, *Barboſa ad dict.S.Concil.num.*2.*& de Epiſc.*
*alleg.*60.*n.*73.*Valaſc.alleg.jur.tom.*1.*alleg.*8.*n.*2.
*Antonell.de temp.legal.lib.*2.*cap.*8.*n.*2.ubi ità per
S.Congregationem Concilii determinatum,*Boſ-*
*ſius moralium tit.*2.*de computat.tempor.*§.12.*n.*78.
pro aſſequendis Dignitatibus in Cathedrali Ec- 138
cleſia tempus cæptum habetur pro completo(ad
quas requiritur vigeſimus ſecundus annus ex S.
*Concilio Tridentino ſeſs.*24.*de Ref.cap.*12.) *Boſſius*
*moral.tit.*2.§.19.*n.*63.*cum ſeqq.* pro Eccleſiaſticis 139
Ordinibus tempus cæptum habetur pro comple-
to,ad quos Subdiaconatus requiritur vigeſimus
ſecundus annus,Diaconatus, vigeſimus tertius,
& Præsbyteratus, vigeſimus quintus ex S.*Conci-*
*lio Tridentino ſeſs.*23.*de Ref.cap.*12.*Barboſ. ad dic.*
*loc.n.*2.*cum ſeq.Antonell.de temp.legal.lib.*2.*c.*12.
*n.*4.*in princ.Boſſius moral.tit.*2.*de computat. temp.*
§.5.*n.*45 *Gutierrez Canonic.qu.lib.*1.*cap.*26.*nu.*8.
cum ſeqq. pro aſſequendo Canonicatu Pæniten- 140
tiario tempus cæptum habetur pro completo(ad
quem ex *Concilio Tridentino ſeſs.*24.*de Ref. cap.*8.
requiritur quadrageſimus annus, *Boſſius moral.*
*tit.*2.§.12.*n.*86.pro Abbatiſſatu tempus cæptum 141
habetur pro completo(ad quem requiritur qua-
drageſimus annus ex *Concilio Tridentino ſeſs.*25.
*de Regular.cap.*7.)*Boſſius moral.tit.*2.§.8.*num.*57.
quidquid in contrarium inclinet, *Narbona de* 142
ætate anno 40.*qu.*2.*nu.*5. pro obtinendis officiis
ſæcularibus in Republica tempus cæptum habe- 143
tur

tur pro completo (ad quæ expoſcitur annus vi-
geſimus quintus, *l. ad Rempublicam* 8. *ff. de muner.*
& honor. ibi: *Annus autem vigeſimus quintus cœp-*
tus pro pleno habetur, hoc enim in honoribus favo-
ris cauſa conſtitutum eſt, ut pro plenis inchoatos ac-
cipiamus, l. qui filium, & filiam 74. §. *Fabius An-*
noninus, vel (ut alibi) Sabinus 1. *circà fin. ff. ad Tre-*
bellian. ibi: *Annum, quem quis ingreſſus eſſet, pro*
144 *impleto numerari*, pro uſucapiendis fructibus
tempus cœptum habetur pro completo, ad quod
poſtulatur triennium, *l. in uſucapione* 15. *ff. de di-*
verſ. & temporar. præſcript. ibi: *Nec totus dies*
exigitur ad explendum conſtitutum tempus, Vela
diſſertat. 18. *num.* 14.

In materia autem quindennii, quæ eſt mixta,
partìm nempè odioſa reſpectu manus mortuæ
illud ſolvere debentis, & partìm favorabilis reſ-
pectu Domini directi illud recipientis, vel ſi ver-
ſemur in materia dubia, vel quomodocum-
145 que cùm opinio tenens in favorabilibus annum
cœptum haberi pro completo, quantunvis com-
munis, attamen probabiliter controverti poteſt,
ut advertit in ſimili de regula de viginti circa
reſignationem Beneficiorum, *Rota dec.* 75. *nu.* 35.
cum ſeqq. & per tot. par. 2. *diverſ.* potiſſimùm in
caſu noſtro, in quo agitur de præjudicio tertii,
qualis eſt ſucceſſor in Beneficio, quomodocum-
146 que res ſe habeat, in odioſis (qualia ex una par-
te ſunt quindennia) tempus cœptum non habe-
tur pro completo, *l. majores* 3. *ff. de jure immunit.*
ibi: *Qui ingreſſus eſt ſeptuageſimum annum, non-*
dùm ingreſſus eſt, non videtur major eſſe ſeptuagin-
ta annis, qui annum agit ſeptuageſimum, l. in
uſucapionibus 6. *ff. de uſucapion. l. in omnibus* 6. *ff.*
de oblig. & action. l. denique 3. §. *Minorem* 3. *ff. de*
minor. Vela diſſert. 18. *n.* 14. *in fine verſic. At verò*,
147 cùm tempus præfinitum favore debitoris ad ſol-
vendum quindennium exquirat ſui conſumma-
tionem uſque ad ultimnm momentum, *Bellon. de*
his, quæ in continenti fiunt lib. 1. *cap.* 94. *num.* 25.
Fænut. de moment. tempor. cap. 23. *n.* 14. undè quin-
148 dennium ſolvitur de quindennio in quinden-
nium, & quando unum quindennium definit,
aliud incipit, *Valaſc. axiom.* 157. *litera F. Tira-*
quell. de judic. in reb. exig. n. 12. *Phenut. de moment.*
cap. 32. *n.* 21. *Cyriac. controv.* 397. *num.* 1. *cum ſeqq.*
Pignatell. conſult. Canon. to. 2. *conſult.* 4. *n.* 7. *Ciarlin.*
controv. 208. *n.* 20. *lib.* 1. indeque quindennium
tanquàm ortum, & maturatum poſt obitum Be-
neficiati, non debetur illius hæredibus ad inſtar
149 operæ ſervilis præſtandæ, quæ non debetur antè
adventum diei, ſeu antè ejus nativitatem, *l.* 1. *ff.*
de oper. ſervor. ibi: *Opera in actu conſiſtit, nec antè*
in rerum natura eſt, quàm ſi is dies venit, quo præ-
ſtanda eſt, quemadmodùm cùm ſtipulamur, quod
ex Arethuſa natum erit.

V. Objectum, ſivè ratio objectiva non obſtat,
quia in tantum debetur ſalarium reſidui tempo-
ris hæredibus memoratarum perſonarum, in
quantum ad hunc effectum illud tranſmittendi
150 ad hæredes ſunt perſonæ privilegiatæ, quibus
ſalarium ſolvitur initio anni *Lagunez de fructibus*
par. 1. *cap.* 25. §. *Unico num.* 219. quando aliis
151 ſolvitur in fine, quo caſu annus cœptus habe-
tur pro completo, ut advertit *Antonell. de temp.*
legali lib. 1. *cap.* 32. *num.* 18. *in princip. & in fine*
verſic. cùm in tali caſu; hinc fit, quòd decedente
152 Advocato antè operam præſtitam, cùm per
cum non ſteterit, ſalarium, ſeu propriè, ac ac-
commodatè loquendo, honorarium repeti ne-
quit à Cliente *l. qui operas* 38. §. *Advocati* 1. *ff.*
locat. l. 1. §. *Divus Severus* 13. *ff. de var. & extra-*
ordinar. cognition. l. properandum 13. §. *Illo procul*
dubio 5. *C. de judic. l. Advocationis fin. C. de condict.*
ob cauſ. idemque dicendum de Prætore, hodiè 153
vulgò *Poteſtate*, & aliquando potiùs tempeſtate,
Doctore legente, ac Medico ab Univerſitate
conducto, *Antonell. de temp. legal. lib.* 1. *cap.* 32,
n. 10. *in med. verſic. idem dicendum eſt.*

Præterquàmquòd ſalaria hujuſmodi Officia-
lium publicorum non debentur intuitu laboris
tantùm, ſed principaliter ob probitatem intel-
lectus, ac ſcientiæ, ideoque integra perſolvenda
tanquàm non recipientia diviſionem temporis 154
ob ſpeciale privilegium benignè agendo, am-
plèque interpretando, *Caroccius de locato par.* 4.
tit. de quart. grad. accident. qu. 13. *principal. nu.* 1.
& tit. de remiſſion. merced. qu. 195. *nu.* 8. *cum ſeq.*
Zacchias de ſalar. qu. 21. *nu.* 17. *&* 19. *& qu.* 74.
n. 10. *Antonell. de temp. legal. lib.* 1. *cap.* 32. *n.* 21.
Ben. de privileg. Juriſconſ. parte 1. *privil.* 22. *per*
tot. Coſta de rata qu. 93. *nu.* 1. *in med. verſic. nec*
mutat ſententiam, & n. 13. *Maſtrill. de Magiſtrat.*
parte 1. *lib.* 1. *cap.* 21. *nu.* 39. *Giurba obſ.* 67. *nu.* 6.
& 11. *parte* 1. ſummi nominis olim in Urbe Ad-
vocatus *Pacionus de locat. & conduct. cap.* 37.
n. 28. *& cap.* 50. *n.* 17. *cum ſeqq.* intereſt nanque
Reipublicæ privilegiis, & honoribus viros do- 155
ctos ornare, ac decorare, ut alii ſpe præmiorum
allecti viciſſim virtutes, & ſcientias intenſiùs
conſequi ſtudeant *l. Medicos* 6. *C. de Profeſſor. &*
Medic. lib. 10. *ibi -- quò faciliùs liberalibus ſtudiis,*
& memoratis artibus multos inſtituant, cùm ſcien-
tia, & potiſſimùm noſtra Juriſprudentia uti res 156
ſacratiſſima, non ſit prætiabilis *l.* 1. §. *Proindè* 5.
ff. de var. & extraordinar. cognition. indeque Ju- 157
riſconſulti dicuntur Sacerdotes *l.* 1. §. 1. *ff. de juſtit.*
& jure, undè impropriè, ac abuſivè hujuſmodi
perſonæ dicuntur operas ſuas locare, *Pacion. de* 158
locato cap. 15 *n.* 71. 72. *&* 76. *in fine verſ. undè eſt.*
Eſt benè verum, quòd talium perſonarum ſala-
rium non eſt ampliùs ad hæredes tranſmiſſibile,
cùm hodierni Advocati locent operas ſuas, & vi 159
lipendant ſcientiam, ac officia, ut jam antiquitùs
obſervat *Bartol. conſ.* 42. *num.* 1. *in med. verſ. cùm*
hodiè Advocatus, to. 2. *Giurba obſ.* 66. *n.* 18. *par.* 1.
Non omiſſo, quòd in dignitatibus id, quod præ-
ſtatur, magis eſt ſolatium, quàm ſalarium *l. poſt* 160
duos 15. *in fine C. de Advocat. diverſ. Judicior.*
ibi univerſa totius anni ſolatia, l. fin. C. de Dome-
ſtic. & Protector. lib. 12. *ibi -- anni, hoc eſt Primi-*
ceriatus ſolatiis, ac emolumentis fruantur omni-
bus, l. ſi quis in ſcriniis 11. *in princip. C. de pro-*
xim. Sacror. ſcrinior. lib. 12. *ibi -- pro ſolatio, vel*
ſuffragio &c. defuncti hæredes, vel ſucceſſores,
vel liberi ejus &c, conſequantur, l. matriculam 3.
in fine C. de Agentibus in rebus eodem lib. 12. *ibi --*
omnibus potiantur ſolatiis &c.

Omiſſo etiam, quòd hujuſmodi ſalaria, ſeu
honoraria quaſi in alimentorum cauſam dari vi- 161
dentur, ideoque initio anni ſolvenda, fiunt tran-
ſmiſſibilia ad hæredes, ut notat *Solorzan. de ju-*
re Ind. lib. 3. *cap.* 24. *nu.* 19. *tom.* 2. *Capiblanc. de*
offic. Baron. lib. 1. *Pragmatica* 5. *num.* 42. *cum ſeq.*
& practic. quæſt. cap. 22. *nu.* 12. *cum ſeq.* nec iſta
ſalaria dicuntur verè fructus, cùm in illis atten- 162
datur

datur induſtria, & labor Officialis, *Capiblanc.de*
*offic. Baron. lib.*1. *Pragm.*5. *nu* 46. quindennium
autem nihil commune habet cum ſalario hu-
jusmodi perſonarum, dum nec ob probitatem
ſcientiæ præſtatur, nec in cauſam alimentorum,
& ſic inexactum deſinit eſſe tranſmiſſibile, imò
ob hodiernam conſuetudinem nec perſonæ, in
quibus conſideratur, & attendi deberet ad effe-
163 ctum prædictum probitas ſcientiæ, hæredes non
poſſunt prætendere ſalarium reſidui temporis,
quando vix conſequi valent ſalarium præteriti
temporis in vita auctoris debiti, *Zacchias de*
*ſalar. quæſt.*21. *num.*19. *in fine verſiculo ac cùm*
164 *hodierna conſuetudo*, & ad ſummum ſalarium
quoque recenſitarum perſonarum, debetur pro
rata tantùm temporis, *Giurba obſ.*67. *n.*3. *par.*1.
*Coſta de rata quæſt.*93. *nu.*1. ubi etiamſi fiant pa-
ghæ, ſeu præſtationes per menſes, aut (ut ap-
pellant) per quarteria ob quadripartitas paghas
in annum; ſeu in quatuor anni partes juxta mo-
rem Ticinen. ſeu Papien. Academiæ, & *qu.*236.
*nu.*12. *in princip. Capiblanc. pract. quæſt. cap.*22.
*num.*14. *cum ſeq. Cabed. deciſ. Luſitan.*8. *nu.*7. *in*
fine, & *n.*22. *parte* 1. ubi licet Præſidibus Pro-
vinciarum, ſeu Correctoribus ibi *Corregidores*
nuncupatis, vel Judicibus Civitatum, ſeu Oppi-
dorum à Rege miſſis vulgò *Juizes de fora*, vel
Senatoribus vulgò *Dezembargadores* ſtipendia
vulgò *apoſentadorias* ſolvantur quater in annum,
ſeu per quarteria vulgo *quarteis*, *Maſtrill.de Ma-*
*giſtrat. par.*1. *cap.*21. *nu.*51. ubi in Neapolitano
Regno, pluribuſque aliis locis ità practicari, *So-*
*lorzan. de jure Ind. tom.*2. *lib.*3. *cap.*24. *n.*24. *cum*
ſeq. ubi de Inquiſitore Mexicano, & *lib.*4. *cap.*4.
*n.*34. *in med. verſic. quanvis in noſtris Indiis*, &
in fine verſic. quod in Hiſpania. Adeoque in hoc
Hiſpani (prout in omnibus) ſunt delicati, & ſtri-
165 cti Juris, ut occaſione reformationis Kalendarii
Gregoriani, ſeu Gregorii XIII. qua demptum
fuit decendium, ex ſalariis Officialium hu-
jusmodi etiam demptum fuit decendium teſte *So-*
*lorzano de jure Indiar. tom.*2. *lib.*4. *cap.*4. *nu.*35.
in fine; Et miror ſanè, quòd, licet Inquiſitores
166 in Indiis Hiſpaniarum habeant eorum ſalaria
initio anni, ſeu (ut ibi dicunt) tertii ob tripar-
partitam pagham in annum, attamen non illa
tranſmittunt ad hæredes, *Solorzan. de jure Ind.*
tom 2. *lib.*3. *cap.*24. *nu.*34. *in fine verſiculo & ad*
Inquiſitores.

Immò quantunvis aliquando Judicibus fiant
ſolutiones anticipatæ etiam in principio cujusli-
bet quarterii eiſdem Judicibus intrà annum de-
cedentibus, mercedes pro rata tantùm temporis,
quo ſervierunt, tranſmittuntur in hæredes ob ta-
citam conventionem, quam in Portugallia fa-
167 cere videntur cum Rege Magiſtratus, qui cum
conſuetudine illius Regni ſe conformare, ac ſe-
cundùm illam contrahere cenſentur, nihilomi-
nùs *Cabeb. deciſ. Luſitan.*8. *n.*23. *par.*1. teſtatur,
168 ſe vidiſſe ſuo tempore non ſemel conceſſū à Re-
ge hæredibus defuncti Senatoris, ut ſalarium to-
tius quarterii haberent, non obſtante, quòd mo-
riatur in initio quarterii, & idem in totius anni
ſalario, ſi moriatur in medio anni; eſt benè ve-
169 rum, quòd Senatori ægroto, uti legitimè impe-
dito debetur ſalarium ex *Ordination. Reg. Portu-*
*gall. lib.*1. *tit.*1. §.35.

Superiùs autem *citata l.*1. *C. de Primipil. lib.*12.
non applicatur ad caſum, cùm vel forſitan in- 170
telligatur, ſalarium Primipili forè tranſmitten-
dum non ad quoslibet hæredes, ſed ad filios tan-
tùm, & hoc quia ipſi vocabantur in eandem mi- 171
litiam Primipilarem, vel trāſmittendum ad quo-
slibet hæredes, quia hoc eſt ſpeciale in hæredibus
Officialium publicæ utilitati inſervientium, ut
notat *Luc. de Penna ad dic. l.*1. *n.*1. *in princip. ad*
verbum hæredibus, verſic. non quibuslibet. Nec
intrare poteſt aſſerta Juris fictio, quòd eo caſu
Beneficiatus habendus ſit pro ſuperſtite, quia
hoc modo eſſet etiam Beneficiatus poſt mortem,
quando tamen mortuus, eſt incapax Beneficii, 172
cùm mors omnia ſolvat *cap. inter alia* 31. *de ſen-*
tent. excom. l. Neratius 151. *ff. de regul. jur. ibi-*
Neratius conſultus, an quod beneficium dare ſe
quaſi viventi Cæſar reſcripſerat, jam defuncto de-
diſſe exiſtimaretur, reſpondit, non videri ſibi Prin-
cipem, quod ei, quem vivere exiſtimabat conceſ-
ſiſſe &c. Medices tract. mors omn. ſolv. parte 2.
*conc.*15. *nu.*48. & *conc.*49. *nu.*133. *Garz.de Benef.*
*par.*11. *cap.*2. *n.*1. *Gonzal.ad Reg.*8. *Cancel. gl.*15.
*n.*3. *cum ſeqq. Pariſ.de reſign. Benef. lib.*4. *qu.*2.
*n.*72. Undè tunc res deveniret ad caſum, à quo
incipere non poſſet *l. exiſtimo* 98. *in fine*, *l. pluri-*
bus 140. §. *Etſi placeat* 2. *ff. de verb. obl. l. pro*
parte 11. *circ. fin. ff. de ſervit. l. ſi in metallum* 3. §.
item ſi ſervo 2. *ff. de his, quæ pro non ſcript. hab.*
adeò ut etiamſi Beneficiatus miraculosè reſur-
geret, tanquàm homo nouus (quæ quæſtio di-
citur Sabbatina ob reſurrectionem Dominicam 173
die Sabbati ſequutam) non recuperaret ſuum 174
Beneficium *gloſ. in extrau. ſuſcepti unic. nè Sede*
vac. int. com. verbo vacantium in princip. verſi-
culo mors.

VI. Objectum, ſivè ratio objectiva non ob-
ſtat, quia annona civilis nihil commune habet,
nec aliquam ſimilitudinem cum fructibus Bene-
ficii, minùſque cum quindennio, etenim civilis
annona, ſeu popularis, ſeu publica, aliàs civilis
panis, & civica, vel panis gradilis eo, quòd è
gradibus, qui in unaquaque regione Romæ
erant, cuique de Populo præſtabatur, ut habe-
tur in *l. hæreditatis* 12. *C. de hæred. inſtit. l. fin.*
§. *fin. C. de jure dot. l. fin. C. de locato, l. hac edictali* 6.
§. *His illud* 2. *C. de ſecund. nupt. l. privilegia* 12. *C. de*
Sacroſanct. Eccleſ. l. panis gradilis 2. *l. univerſi* 3. *C.*
Theodoſ. de annon. civic. & pane gradili, Novel-
la 88. *de depoſit. & denunciat. inquilin.* §. *Sed &*
totum hoc 2. *latè Mendez de Caſtro ad dict. tit.*
*Codic. de annon. civil. lib.*11. *Barull. ibid. num.*1.
*Barboſa in dic. extrav. n.*5. *Cened. ad Decretal col-*
*lec.*171. *num.*7. *Gonzal. ad Reg.*8. *hodiè* 9. *Cancell.*
*gl.*15. *nu.*6. *Medic. in tract. mors omn ſolv. par.*2.
*conc.*148. *num.*273. *de Monte Laudano in extrav.*
*ſuſcepti Joan. XXII. nè Sede vac. nu.*8. quando
nec bona ſua temporalia recuperaret, ut exem- 175
plificant DD. in Lazaro reſuſcitato, *Cyriac. con-*
*tr.*4. *n.*83. *cum ſeq. Amic. conſ.*68. *n.*4. ubi quòd de
eo non legitur, recuperaſſe bona, quoniam vita 176
nuda, & ſimplex fuit per Dominum illi reſtitu-
ta, *Rubeus de confuſione Jurium cap.*3. *n.*172. *cum*
ſeqq. prout perderet pecunias ſocietatis, quas of- 177
ficialis lucraretur, veluti ſubdubiè notat *Bocacc.*
*de ſociet. offic. nu.*97. quidquid ſentiat *Sfortia Od-* 178
*dus de reſtitut. in integ. par.*2. *qu.*99. *artic.*1. *nu.*5.
Medices ſibi contrarius in tract. mors omn. ſolv par-
te 1. *nu.*95. *de Scaramp. conſ.*112. *nu.*6. *in princip.*
& *conſ.*

*& conſ.*113.*nu.*2. *in princip.poſt conſ.feudal.Brun.*
179 & quidquid ſit in Monacho reſuſcitato,qui tene-
tur redire ad Monaſterium *Cened. coll.* 171. *n.*8.
*Barboſa in Extrav.ſuſcepti n.*5.*nè Sede vac.Alciat.*
180 *Parerg.lib.*4.*cap.*5.*Rota cor.Comitolo dec.*27.*nu.*5.
& 8. in tantum civilis inquam annona, quaſi
annua penſio,ſeu præſtatio tranſmittitur ad hæ-
redes, in quantū in cauſam alimentorum ſolebat
181 dietim præſtari Civibus præſertim literatū Do-
ctoribus,ut advertunt *Perez.in dic.tit.C.de annon.*
*civil. lib.*11. *num.*1. *in princip.Barul.ibid. num.*1.
182 quindennium verò nec præſtatur dietim, nec in
cauſam alimentorum, ſed in cauſam recognitio-
nis dominii, & ad reparandum damnum Domi-
ni directi ob deſperata laudemia, & devolutio-
nem Emphyteuſis penès manum mortuam per-
petuò exituræ, immò dumtaxat ſolet ſingulis
183 quindecim annis præſtari, ſicque etiam in tem-
pore valdè diverſificatur ab annona civili; Non
omiſſo, quòd ulteriùs diverſiſſima militat ratio
in annona, eo nanque annonæ emolumento ve-
184 luti præmio excitabantur Cives ad extruendam,
amplificandamque ædificiis Urbem, ut habetur
*in l.*1.*l.annonas Civicas* 11.*l.eos, qui* 13. *C.Theo-*
doſ.de annon.Civic.& pane gradili, & notat Perez
*in tit.C.de annon.civil.lib.*11.*n.*6.*in fine verſic.quo*
annonæ emolumento.

Suntque adeò privilegiatæ hujuſmodi anno-
185 næ civiles, ut in Portugallia vulgò *Tencas* nun-
cupatæ, præſtari conſuetæ à Rege ob ſervitia,
tanquàm procedentes à munificentia, & bene-
186 ficio Principis, quod latè, benignèque venit in-
terpretandum, *l.beneficium* 3.*ff.de Conſtitut.Princ.*
ſolvantur à tempore gratiæ, ſeu datæ, vulgò in
187 Portugallia *Portaria* nuncupatæ, non à tempo-
188 re captæ poſſeſſionis, *Cabed. dec. Luſitan.*8.*n.*31.
*in med.verſic.in annonis verò civilibus par.*1. &
de alia annona dari ſolita ex cauſa dignitatis Ti-
189 tularibus in illis partibus *Aſſentamento* nuncu-
pata, *Cabed. poſt deciſ. Luſitan. part.*2. *in notis ad*
*Arreſt.*106.*tit.*3.

Prætereà nullius momenti eſt argumentum
190 ab annona, quia poſteà vetitum fuit, nè tranſ-
mitterentur talis annonæ emolumenta, *l. ſiquis*
ex Schola 8.*l.annonas* 9.*C.Theodoſ.de annon.civic.*
& pan.grad.

VII. Objectum, ſivè ratio objectiva non ob-
191 ſtat, quia legatarius eſt invitatus à Teſtatore,
ideòque non debet privari legato ejus hæres,
quod ob mortis caſum idem legatarius conſequi
nequit,ſed in caſu noſtro Beneficiatus ſolùm cer-
to tempore percipere poteſt quindennium, nem-
pè ſingulis tantùm quindenniis, ſeu quindecim
annis, nec inſuper obſtat, quia inibi eſt caſus
192 de fructibus, qui non parificantur in omnibus
cum civilibus, qualia ſunt quindennia, omiſſo,
193 quòd legatum benignè, & latiùs venit interpre-
tandum, *Barboſa vot.Canon.dec.*38.*n.*11.

VIII. Objectum, ſivè ratio objectiva non
194 obſtat, quia *Ferrett.conſil.*256.*vol.*2. loquitur de
fructibus jam perceptis, ut *in princip.conſil.*ibi:
Petit ducatos 300. *à conductore fructuum dictæ*
Abbatiæ ex cauſa fructuum jam perceptorum de
anno 1526.*&c. & n.*1. ibi: *Idem modernus Com-*
mendatarius non habet actionem aliquam ad di-
ctam quantitatem, quia ſibi uti ſucceſſori non de-
bita, ſed vel hæredibus ſanguinis &c. ex eo, quia
fructus de anno 1526. *ex quibus debebatur dictus*
affictus, qui currebat de anno 1527.*jam erant per-*
cepti,& reconditi,& ſic facti Domini locantis &c.
*& n.*4.*circà fin.* ibi: *Beneficiatus facit fructus ſuos*
ſeparatos, & reconditos, & hæredes ſanguinis Cle-
rici ipſos percipiunt poſt ejus obitum, ſecùs ſi mo-
riatur antè fructus perceptos,hoc autem non con-
trovertimus tanquàm ex ſe incontrovertibile,
ſed dicimus, quod quindennium tanquàm fru- 195
ctus civilis, non poteſt dici perceptum, niſi ſit
maturatum prævio totius termini decurſu, aliàs
eſt impracticabile ipſum quindennium, & apud
me contrarium imperceptibile; Quapropter do- 196
ctrina *Ferretti* noſtræ potiùs opitulatur, ultra- 197
quòd idem *Ferrett.conſ.*32.*n.*40.*vol.*1. etiam in
Commendatario pro noſtra videtur militare, 198
nec non *Amadeus apud Gigant.conſil.*24.

IX. Objectum, ſivè ratio objectiva non ob-
ſtat, quia Beneficiatus omnibus periculis ſubja-
cere debet, nec de caſibus fortuitis conqueri va-
let, potiſſimùm quando mors tanquàm non 199
caſus fortuitus præcaveri, & prævideri poteſt
quolibet momento, licet nullibi, nec unquam
declinari juxta illud lepidum Diſtichon. --*Gram-* 200
maticam didici, multos docuique per annos, decli-
nare tamen non potui tumulum, & tanquàm certa,
quanvis incerta hora, cùm quotidiè, licet ſemel, 201
morimur, nec eſt verum in concreto, quòd mors
ſit caſus fortuitus,cùm potius in ſui eſſentia non 202
ſit caſus fortuitus, ſed quidam ordo naturæ, ut
advertit *Baldus in cap. quoniam frequenter* 5.*in fi-*
*ne n.*10.*in medio verſic.in contrarium, juncto ver-*
*ſic.ſed in ſui eſſentia, ut lit.non conteſt.*ideoque Be-
neficiatus cenſetur proviſus de Beneficio ſuo pe- 203
riculo, veluti in ſimili *Valaſc. conſult. deciſ.* 155.
*n.*14. *in princip.verſic.quia electus*, hinc fit,quòd
poteſt dari caſus, ut quis pro expeditione litera-
rum in Dataria Apoſtolica ſolvat ingentem
compoſitionem, quam magis groſſolano,& vul- 204
gari vocabulo nominant componendam,& antè
literarum exequutionem prædecedat, attamen
ejus hæredes non repetunt à Dataria, ut notiſſi- 205
mum eſt.

Præterquamquòd exagerato hujuſmodi ab-
ſurdo facillimè obviatur, ſi ſatisfiat hæredibus 206
Prędeceſſoris,qui inſervivit Eccleſię,de eo,quod
ad honeſtam, & congruam ſubſtentationem in-
digebat,pro eo tempore,quo ſervivit,cùm nemo 207
teneatur propriis ſtipendiis militare, ut arguit
*Valaſc.de partition. cap.*36. *nu.*8.quod tamen ve-
lim habere locum dumtaxat in Beneficiis haben- 208
tibus adminiſtrationem, & ſervitium perſonale,
non autem in ſimplicibus.

Omiſſo, quòd in Beneficiis, de quibus eſt ſer-
mo noſter, conſiſtentibus nimirū in fundis Em-
phyteuticis neſcio videre, quomodò poſſit dari 209
caſus, quòd Beneficiatus prædeceſſor inſerviat
ullo tempore abſque emolumento, cùm ſaltem
percipere potuerit annuos canones, quantunvis
ob præmorientiam intrà quindennium,ſeu quin-
decim annos non potuerit percipere primū quin-
dennium, ſicque in noſtro caſu nec erit locus
propoſitæ ſubminiſtrationi congruæ ſubſtenta-
tionis.

X. Denique, & ultimum Objectum, ſivè ra-
tio objectiva non obſtat, quia congeſtæ aucto-
ritates loquuntur in caſu toto cælo diverſo,nem-
pè de fructibus naturalibus extantibus,& recol- 210
lectis in vita anteceſſoris Beneficiati, quanvis

non adhùc in ejus vita exactis, veruntamen ma-
turatis , & ſic de fructibus habitis pro exactis ,
nos verò verſamur in fructibus civilibus,qui ma-
turati, aut percepti dici nequeunt, niſi exacti ſal-
tem vigore Bullæ ſupra laudatæ Julii III. per
211 quam Beneficii fructus inexacti,licet in vita ulti-
mi poſſeſſoris , ſeu Beneficiati maturati , & ſic
etiamſi dies ſolutionis vivente Beneficiato vene-
rit, ſpectant ad ſucceſſorem in Beneficio, ut ob-
ſervant *Antonell.de regim.Eccl.Epiſc.tom.1.lib.3.
cap.9. nu.27.* & videtur inſinuare *Rota dec. unic.
de translat. Epiſc.in antiqu. citat per citat.Comitol.*
212 *citat. deciſ.39. n.3.* quicquid ſit de Jure commu-
ni, de quo videretur ſtringere dictum objectum,
Novar.ſumm Bullar. par.1. comment.69. nu.6. &
in materia quindennii poteſt exemplificari , ſi
nempè quindennium maturatum ſit in vita ulti-
mi Beneficiati , quia dies ſolutionis quindennii
in vita venerit, ſed Beneficiatus, ſeu ultimus po-
213 ſſeſſor illud in vita non exegerit; undè contrariæ
doctrinæ potiùs noſtram aſtruunt,quàm deſtru-
unt opinionem , nihil enim dicunt de fructibus
immaturis , de quibus eſt ſermo noſter , præter-
214 quamquòd *Rota coram Comitolo dic. deciſ.39.n.3.*
loquitur in caſu generalis conſuetudinis Hiſpa-
215 niæ,ubi Beneficii fructus percepti,licet non exa-
cti ſpectant ad hæredes Beneficiati , veluti pon-
derat *citata deciſio nu.4.* & ſic in caſu particulari,
216 ſeu particularis conſuetudinis , quæ non exten-
denda ad loca, ubi non viget .

Adeòque eſt vera noſtra opinio, ut dari ſoleat
217 juramentum in litem ſucceſſori in Beneficio ad-
verſùs hæredes Beneficiati prædeceſſoris , ſi fru-
ctus perceperat, *Surd.conſ.333.nu.23.in med.lib.3.
Plot. de in lit. jur. § 33. nu 643. in fine verſic nam
contrà tale n.& nu.644.circà fin.verſic.& probata*
218 *in præmiſſis*, juſtius enim eſt, quòd fructus Bene-
ficii ſequatur illum , qui ſervit Eccleſiæ , quàm
eum, qui deſiit ſervire, *Surd.laudato conſ.333.n 9.
in med. verſic. juſtius eſſe,lib.3. Novar.in ſumma
Bullar.par.1.comment.69.n.5.cum ſeq.* ubi de com-
219 muni,& receptiori,ubi idem in Cõmendis Ordi-
num Militarium, quantunvis id evenire videatur
220 potiùs vigore Statutorum eorundem Ordinum,
*Berigei.de Benefic tit.de pecul.Cleric.§.19. n 9 cum
ſeqq.Gallus de fructibus diſp.37.artic.2. n 6.in fine
verſic alia eſt opinio, & n.7.* ubi de communi, in
praxi ſervata , & ab ea non recedendum .

Jam vindicata noſtra opinione à recenſitis
objectis, ſeu rationibus objectivis, ſupereſt locus
ad illam ſaltem certo modo, & quidem propor-
221 tionabili ſaltem modificandam,quòd nempè ul-
timum quindennium ab ultimo poſſeſſore Bene-
ficii morte prævento non exactũ dividatur pro
rata temporis,quo vixit anteceſſor Beneficiatus,
inter hæredes defuncti , & ſucceſſorem in Bene-
ficio pro alia rata reſidui temporis, quo non vixit
defunctus uſque ad quindennii exactionem , ut
hac via æqua lance jus tribuatur tam hæredibus
Beneficiati, quàm ſucceſſori in Beneficio, & hæc
222 ſunt adeò evidentia , ut mathematica ratione ,
ſint communes animi conceptiones, & commu-
nes ſententiæ,veluti in ponderibus,in elementis,
in muſicis , nedùm in quantitatibus datur pro-
portio,ut ad propoſitum diviſionis fructuum in-
ter hæredes Beneficiati, & ſucceſſorem in Benefi-
cio inquit *Sarmient.de redditib.Eccleſ.parte.2.mo-*
223 *nit.13. n.4. in principio*, immò videmus in ſimili,
quòd in Beneficiis , in quibus ex conſuetudine ,
privilegio, vel Statuto, fructus primi, vel ſecun-
di, aut alterius cujuſcumque anni Beneficiorum
vacantium, defuncto, ſeu ejus hæredibus deben-
tur, per medium dividantur, quorum medietatẽ
habeat defunctus Beneficiatus, ſeu ejus hæredes,
reliquam verò medietatem is, cui Beneficium eſt
collatum, ideſt ſucceſſor in Beneficio,ut habetur
in *Extravag ſuſcepti 2. Joannis XXII.de electione,
repetit.in Extravag.ſuſcepti unica nè Sede vacante
inter commun.*& obſerv. *Oldrad.conſ.140.in princ.
verſ.primo in Conſtitutione D. Joannis Papæ XXII.
Zoeſius in jus Canonic.in lib.3. Decretal.tit.27. de
Succeſſion ab inteſt.nu.15.in fine verſic nec eſſe om-
ninò* , nec eſt nova in jure partiaria hujuſcemodi
diviſio at ex *l.ſed etſi lege 25.§.Adeò autem 15. in
fine ff.de petit.hæred.* ibi : *Puto tamen reſiduum in-
tegrum non eſſe reſtituendum , ſed partem ejus di-
midiam , l.Titius rogatus 54.in fine ff. ad Senatuſ-
conſ.Trebellian.in princip.* ibi : *Pro rata matrimo-
nii , & in fine .* ibi : *Pro rata etiam caſtrenſis pe-
culii* ; ad quod ſumendum temperamentum
ſuppetunt decem ſequentes rationes .

1. Quia ſicuti ſoluto matrimonio diviſio fru-
ctuum dotalium ſit pro rata inter virum , & hæ- 224
redes uxoris , pro eo nempè tantùm tempore ,
pro quo maritus onera matrimonialia ſuſtinuit
*l.divortio 8. §. Si fundum 12. l. ſi alienam.11.l.ſi
marito 31.§.fin.l.fructus 7.ff ſolut.matrim.l.cùm in
fundo 78. §.Divortio 5.ff.de jure dot. l.unica §.Sed
& noviſſimè , & §.Cùmque ex ſtipulatu C. de rei
uxor.actione,Pinell.Select.jur.interpret.lib.1.cap.2
per tot.Fragoſ.de Regim.Reipub.Chriſt.par.3.lib.6.
diſput.12.§.2.n.2.* cum pro oneribus matrimonii
detur dos , *l.ſi is , qui Stichum 56.ff. de jure do-
tium l.pro oneribus 20. C.eod. Valaſc. de partition.
cap.29.num.19.& per tot Barbat.de diviſione fru-
ctuum part.2.cap.3.nu.1.cum ſeqq.& per tot. Coſta
de rata qu.51.n.1.cum ſeqq Ripa de act.in in mort.
artic.cap.89.nu.28.Perez in Codic.tit.18 ſolut.ma-
trim.n.11.in princip.Marta conſ.7.de ſucceſſion. ab
inteſtat lib.3.Lotter.de re benef.lib.1 qu.44.nu.24.
cum ſeqq Fontanella de pact. nupt. clauſ.6. gloſ.2.
par 2.n. 41 Giurba obſ.14.n.7.Barboſ. in l.divortio
8.in princip par.2. n.56.ff.ſolut.matrim. Gallus de
fructibus diſput.20.artic.4.nu.1.& per tot. & diſ-
put.37.artic.2 n 2.circà fin.verſic.prima opinio, &
in fine verſic ſecunda eſt opinio, & n.3.Carol.An-
ton. de Luca ad de Marin. meliorat.152. nu.1. cum
ſeqq tom.1.Card.de Luca de dote diſc.160. n.38. in
princip.verſic.ubi enim , & in fine verſic. & licèt,
& n.40.in princip.cum ſeqq. Manfrella in obſ. ad
deciſ.Capyc.Latr.62.nu.7.tom.1.* ità per obitum
Beneficiati ſoluto matrimonio ſpirituali , quod
ex omni canonica beneficii inſtitutione quaſi 225
contrahitur , facienda eſt diviſio fructuum Be-
neficii inter hæredes Beneficiati , & ſucceſſorem
in Beneficio pro rata temporis, & onerum quaſi 226
matrimonialium , vel matrimonialibus parium,
quæ anteceſſor ſubiit , Beneficio inſerviendo,
vel illud adminiſtrando , vel ſaltem horas Ca-
nonicas recitando , & ſic diurnum penſum ſol-
vendo uſque ad diem ceſſus, vel deceſſus, *Na-
var.conſ.7.de Succeſſion. ab inteſtato num.1. in fine
verſic.ſecunda eſt, n.5.in fine , & n.7.in principio,
verſic.ſecundum autem lib.3.Peregrin.conſ.85.n.6.
verſic.Sed hæc non pertinent lib.4. PeKius de Te-
ſtam.conjug. lib.1.cap.24. n.2.verſic.De quo tamen
dubi-*

dubitari poteſt, Scoppa ad Codic. Fabrian. lib. 1. tit. 2. explanat. 40. num. 11. Bayo prax Eccl. & Secular. par. 3. lib. 2. qu. 114. nu. 2. Noal. de tranſmiſſ. caſ. 70. n. 2. in fine, Mancin. de Jure ſacro controverſ. diſſert. 20. n. 13 cum ſeqq. Sarmient. de Reddit. Eccleſ. par. 2. monit. 13. n. 1. cum ſeqq & per tot. & n. 11. in fine verſic. Quare ſi fructuum, Antonell. de jurib. & onerib. Cleric. lib. 1. par. 3. cap. 35. nu. 4. cum ſeqq. Filliuccius qu. moral. vol. 3. tract. 41. tit. de Beneſ. Eccl. cap. 6, n. 44. in princip. Antonell. de temp. legal. lib. 1. cap. 47. nu. 10. & de regim. Eccleſ. Epiſc. lib. 3. cap. 9. n. 25. tom. 1. Capon. diſcept. 147. nu. 20. in fine tom. 3. Rober. rer. judic. lib. 3. cap. 3. in princ. verſic. tertia opinio, Knipchitt. de fideic. nobil. famil. cap. 10. n. 64. Novar. Sum. Bullar. comment 69. n. 5. Barbat. de diviſ. fruct. par. 2. cap. 8. n. 8. in med. verſic. quarta additur, ubi de veriori, receptiori, & æquiori, Eſcobar. de ratiocin, cap. 20. nu. 23. circà fin. verſic. contrariam tamen ſententiam, Valaſc. de partition. cap. 36. nu. 9. cum ſeq. Zecch. de Repub. Eccleſ. tit. de Beneficiat. n. 11. in fine verſic. ita ut collectis, Zoeſ. in jus Canon. in lib. 3. Decretal. tit 27. de Succeſſ. ab inteſt. nu. 13. in princip. circà med. verſic. veriorem judico, Monet. de diſtrib. quotid. par. 3 qu. 4. nu. 20. & 24. in princ. verſic. Admitterem tamen, Berlich. practic. conc. par. 3. conc. 43. num. 11. Perez in Codic. tit. 2. de Epiſcop. & Cleric. nu. 15. in princip. verſic. ſed æquior ſententia, & tit. 24. de annon. civil. n. 7. in princip. verſic. verior opinio, Tondut. reſ. benef. par. 3. cap. 164. n. 3. & 11. cum ſeqq. Coſta de remed. ſubſidi. remed. 106. illat. 8. num. 2. & de rata qu. 29. nu. 2. & per tot. Guttierrez Canon. qu. lib. 1. cap. 33. n. 8. 9. & 11. in fine, ubi de æquiori, veriori, & in praxi recepta, & num. 33. ubi ità in Hiſpania ſervari, Gonzalez in cap. cùm vos 4. nu. 7. in med. & circà fin. de offic. Ordin. Card. de Luca de Benef. diſc. 84. n 6. diſc. 85. n. 4 & diſc. 100. n. 21. in princip. Chriſtin. dec Belgic. 295. nu. 5. vol. 1. Vivius dec. Neapol. 8. nu. 11. tom. 1. Rota in Biſuntina, ſeu Baſilien. Parochialis ſuper manutentione §. Diximus, & §. Adeòque 26. Junii 1706. coram Reve-
227 rendiſs. P. D. Anſaldo Decano, pridiè in Urbe Advocato præſtantiſſimo.

Undè quindennium beneficiale, ſeu ex beneficiali fundo percipi ſolitum, tanquàm fructus ipſius Beneficii venit dividendum pro rata tem-
228 poris adinſtar fructuum dotalium, cùm fructus Beneficii quodammodò dotales dicantur, im-
229 mò verè dos Beneficii, valet equidem argumentum à matrimonio carnali ad ſpirituale cap. inter corporalia 2. cap. fin. de tranſlat. Epiſc. cap cùm inter Canonicos 21. de elect. cap. requiſiſti 15. de teſtamen. Everard. in Topic. Jur. loc. à matrimon.
230 carnal. n. 1. cum ſeqq. & per tot. Barboſa loco 70. num. unic. hinc fructus Beneficii eſt, ſeu dicitur fundus dotalis, ſine quo nullum Beneficium in-
231 ſtitui valet, tàmque neceſſaria eſt dos Beneficio, quando fundatur, quàm mulieri, quando nubit can. nemo Eccleſiam 9, de conſecr. diſtinct. 1. can. placuit 1. 1. q. 2. can. piæ mentis 26. 16. q. 7. cap. cùm ſicut 8. de conſecr. Eccleſ. cap. conquerente 16. de offic. Ordinar. cap. olim 20. de cenſib. cap. ſicut 2. de ſupplend. negligent. Prælat. cap. de Monachis 12. de Præbend. Novella de Eccleſ. titul. §. Siquis autem, Bellett. diſquiſ. Clerical. parte 1. tit. de Cleric. debit. §. 12. n. 22. & §. 15. n. 3. cum ſeqq. Pyrrh. Corrad. in praxi benef. lib. 2. cap. 15. n. 10. cum ſeqq. Vivian. in prax. Juriſpatron. lib. 2. cap. 4. n. 15. cum ſeqq. Lotter. de re ben. lib. 1. quæſt. 31. nu. 1. 3. & ſeqq. Amoſtazz. de cauſ. piis lib. 5. cap. 3. num. 10. cum ſeqq. Durant. de ritib. Eccleſ. lib. 1. cap. 24. nu 9. Paſqualig. de ſacrif. nov. leg. quæſt. 517. n. 1. Barboſa de Epiſc. parte 3. alleg. 64. num. 3. & de jure Eccleſ. lib. 2. cap. 2. n. 20. cum ſeqq. immò matrimonium ſine dote eſſe poteſt, quæ non eſt de 232
eſſentia (quanvis apud ferè omnes, ac præſertim hodiè ſit pluſquàm illius quinta eſſentia) l. ju- 233
bemus 11. C. de repud. Carol. Rota de privileg. mulier. cap. 1. nu. 24. Beneficium verò ſine dote eſſe non poteſt can. nemo Eccleſiam 9. de conſecrat. di- 234
ſtinct. 1. Genuenſ practic. Eccleſ. tricen. 12. qu. 334. n. 3. & quæſt. 384. n. 1. in princip. alias diceretur Beneficium de Pertica, Lotter. de re benef. lib. 1. qu. 31. n. 25. & eſſet Beneficium nomine tenus, 235
ſeu potiùs maleficium.

Et quantumvis longè majora in matrimonio ſint onera ob filiorum ſubſtentationem, quæ in 236
Beneficiato deficit (& ſanè deficere debuiſſet, niſi aliquando aliquis eos habeat ſub honeſtiori 237
nomine nepotum) quàm in Beneficio, non tamen ideò convincitur, Beneficiorum cauſam non eſſe oneroſam, ſed magis confirmat, dum onera verè ſunt ad proportionem in cauſa lucrationis fructuum, ac vigent in utroque caſu, & ſolummodò inter ſe differunt in quantitate, eo quòd maritus majora ſuffert (& ſanè plures ma- 238
riti valdè ſufferentes ſunt) & Beneficiatus mino- 239
ra, non verò in qualitate, Zoeſius in jus Canon. 240
in lib. 3. Decretal. tit. 27. de ſucceſſion. ab inteſtato n. 13. in fine verſic. & licet, Navarr. de redditib. Eccleſ. qu. 3. monit. 13. nu. 3. Moneta de diſtribut. quotid. par. 3. qu. 4. nu. 21. Barbat. de diviſ. fruct. par. 2. cap. 8. nu. 10. in princip. verſic. his fulcitur; & quanvis maritus fiat dominus fructuum do- 241
tis l. pro oneribus 20. C. de jure dotium, non autem Beneficiatus, attamen, quidquid ſit de jure an- 242
tiquo, hodiè ſaltem de conſuetudine etiam ipſe eſt dominus fructuum ſui Beneficii ad omne pe- 243
jus in vita, ut notat Barbat. de diviſione fruct. par. 2. cap. 8. n. 11. in princip. verſic. his fulcitur, juncto verſic. & quoad id. Hinc emanavit conſuetudo in Hiſpania, ut fructus Beneficiorum 244
dividantur pro rata, & in Abulen, ac Cæſarauguſtana Diœceſibus vigent Conſtitutiones Syno- 245
dales ſuper tali diviſione, Garzias de Benefic. par. 2. cap. 1. nu. 98. cum ſeqq. & ad firmandum, quòd fructus Beneficii dividendi ſint inter hære- 246
des ultimi Beneficiati, & ſucceſſorem in Beneficio pro rata juxta ſuprà firmata addimus Layman Theolog. moral. lib. 4. tract. 2. de Eccleſ. Benef. cap. 4. quæſt. 3. n. 10. Pacific. de Salvian. Interdict. inſpect. 4. cap. 1. nu. 191. cum ſeqq. Marta de ſucceſſion. legal. par. 3. qu. 13. artic. 5. n. 53. cum ſeqq. & n. 205. Barboſa de Epiſc. par. 3. alleg. 117. n. 62. Michalor. de fratribus par. 2. cap. 55. n. 7. cum ſeqq. de Franch. deciſ. Neapol. 79. nu. 4. Grivell. deciſ. Dolan. 82. num. 32. verſic. ſed hoc non obſtante, & n. 33. Leo deciſ. Valent. 145. n. 12. cum ſeqq. par. 2. Themud. deciſ. Ulyxbonen. 90. n. 5. cum ſeqq. par. 1. Rota Romana coram Durano deciſ. 448. n. 22.

II. Quia ſicuti Penſio Eccleſiaſtica ſuper Be- 247
neficio impoſita, pro rata temporis dividitur inter hæredes defuncti Penſionarii, & Beneficiatum, Gabriel. conſ. 191. n. 5. lib. 2. Peregrin. de fideicom. artic. 49. nu. 101. Coſta de Rata quæſt. 10. n. 4. Guttierrez canon. quæſt. lib. 1. cap. 33. num. 6.

*cum ſeqq. & per tot. ſignanter n.*34. ubi de verio-
ri, *Filliucc. quæſt. moral. tom.*3. *quæſt.*41. *de Benef.
Eccl. cap.*6. *nu.*44. *in fine verſic. idemque dicendum
eſt*, *Garz. de Beneſ. par.*2. *cap.*1. *n.*120, *Mancin.
de ſacro jure controverſo diſert.*20. *n.*42. *in princip.
Zecchius de Republ. Eccl. tit. de Beneficiat. nu.*11.
in fine verſic. quod ſi Penſio, *Barbat. de diviſ fruct.
par.*2. *cap.*8. *nu.*15. *Valaſc. de partition. cap.*36.
*n.*19. *cum ſeq. Tondut. reſ. benef. par.*1. *cap.*22. *n.*4.
ubi de æquiori, ac communiori, à qua in judi-
cando, & conſulendo non eſſe recedendum,
*Noal. de tranſmiſſion. caſ.*71. *n.*2. ubi de æquiori,
*Bayo prax. Eccl. & ſecul. par.*3. *lib.*2. *quæſt.*114.
*n.*4. *Novar. ſumm. Bullar. par.*1. *comment.*24. *n.*7.
*& comment.*69. *num.*8. *Card. de Luca de Penſion.*
248 *diſc.*24. *n.*7. Quæ opinio hodiè magis tenenda
poſt Conſtitutionem S. Pii V. obligantis Penſio-
narium ad recitationem Officii parvi B.M. quaſi
hodiè etiam Penſio ad inſtar Beneficii, detur
249 propter Officium, *Mancin. de ſacro Jure controv.
diſer.*20. *n.*42. *in prin.* ità à fortiori fructus pen-
dentes Beneficii, ac inexacti dividendi ſunt pro
rata inter hæredes Beneficiati, & ſucceſſorem in
Beneficio, quando ſimilis diviſio, ſeu repartitio
fit inter hæredes Penſionarii, qui nec inſervit
250 Eccleſiæ, nec habet titulum Beneficii, & inter
Beneficiatum, ſeu Titularem.
251 III. Quia ſicuti fructus Beneficii reſignati di-
viduntur pro rata temporis inter reſignantem,
& reſignatarium, *Tondut. reſ. benef. par.*3. *cap.*164.
*n.*12. *circà fin. verſic. ſi enim ageretur*, *Barbat. de
diviſ. fruct. par.*2. *cap.*3. *n.*14. *Antonell. de temp.
legal. lib.*1. *cap.*47. *nu.*15. *cum ſeqq. & de regim.
Eccleſ. Epiſcop. lib.*3. *cap.*10. *n.*1. *cum ſeqq. ac per
tot. tom.*1. *Garzias de Benef. par.*2. *cap.*1. *nu.*96.
*cum ſeq. Mancin. de ſacr. Jur. controv. diſert.*20.
*n.*43. *cum ſeq. Noal. de tranſmiſſ. caſ.*70. *n.*7. *Bayo
prax. Eccl. & ſæcul. par.*3. *lib.*2. *quæſt.* 114. *n.*7.
*Novar. ſum. Bullar. par.*1. *comment.*69. *n.*7. *Gal-
lus de fructibus diſp.*37. *artic.*2. *n.*10. ubi nullum
eſſe diſcrimen inter mortuum naturaliter, &
mortuum civiliter ad hunc effectum, cùm Bene-
ficium detur propter officium, undè debet in-
duci æqualitas juſtæ diviſionis fructuum ad ra-
tam temporis, quo quiſque officium exercuit,
*& n.*15. *in princip.* ubi non admiſit differentiam
actus voluntarii reſignantis, & actus neceſſarii
morientis, ità longè magis fructus inexacti Be-
neficii, quod vacavit per obitum, dividendi
ſunt pro rata inter hæredes Beneficiati, & ſuc-
ceſſorem in Beneficio, ſi enim liberè reſignans,
nemine cogente, non cenſetur abdicare à ſe jus
ſuper fructibus pro ſua ſaltem rata, licet vigore
reſignationis videatur civiliter mortuus, à for-
tiori Beneficiatus naturaliter mortuus, ſicque
per actum neceſſarium, & coactum, ſeu coa-
ctivum amittens, vel dimittens ſuum Beneficium
morte cogente, minùs cenſebitur abdicare à ſe
jus ſuper fructibus ſui Beneficii pro ſua rata, quo
uſque nempè vixit, ſed potiùs illud velle ad ſuos
hæredes tranſmittere, quidquid quando reſigna-
tio non eſt facta in favorem certæ perſonæ, ſed
purè, ac ſimpliciter, tunc reſignans, niſi aliquid
ſibi reſervaverit, videtur à ſe totum jus abdicaſſe
ad differentiam vacationis neceſſariæ, quæ ſe-
quitur per obitum, cùm in moriente nullus poſ-
ſit conſiderari actus poſitiuus, per quem jus,
vel actionem ad fructus illos remiſiſſe videatur;

At verò dum agitur de reſignante ſimpliciter, 252
cenſetur totum jus remiſiſſe, ſi nihil ſibi reſer-
vaverit, veluti diſtinguit *Tondut reſol. can. benef.
par.*3. *cap.*164. *n.*12. *in fine verſic. nam ſi reſigna-
tio*, *& num.*13. licet quo ad alios effectus caſus
mortis, & renunciationis fraternizent, eundem-
que operentur effectum, ità ut diſpoſitum in
uno, etiam militet in altero, undè renuncians
habetur pro mortuo, *Pariſ. de reſign. ben. lib.*2. 253
*qu.*16. *nu.*11. *& lib.*7. *qu.*28. *nu.*1. *&* 16. *Surdus
dec. Mantuan.* 251. *n.*3. *Gama dec. Luſitan.*228. *n.*3.
IV. Quia ſicuti defuncto uſufructuario fru- 254
ctibus pendentibus, fit pro rata diviſio fructuum
inter hæredes uſufructuarii, & proprietarium,
qui quodammodò eſt ſucceſſor in uſufructu *l. ſi
operas* 26. *ff. de uſufructu l. ſi ſervus commu-
nis* 18. §. *Cùm ſervus fructuarius* 3. *ff. de ſtipul. ſerv.
Valaſc. de partition. cap.*33. *n.*7. *cum ſeq. Cencius
de cenſibus quæſt.*70. *num.*17. *Antonell. de temp.
legal. lib.*1. *cap.*47. *n.*1. *cum ſeqq. Ripa de act. in
mort. artic. cap.*89. *n.*26. *in princ. & n.*27. *Carol.
Anton. de Luca ad reſol. de Marin. melior.* 152.
*nu.*7. *tom.*1. *Vivius deciſ. Neapol.*8. *n.* 10. *tom.*1,
ità defuncto Clerico Beneficiato fructibus Bene-
ficii pendentibus, inter quos extat quindennium
inexactum, facienda eſt pro rata temporis, quo
vixit, diviſio quotæ, ſeu quantitatis quinden-
nii inter illius hæredes, & novum Clericum Be-
neficiatum ſucceſſorem in eodem Beneficio, ſa- 255
nèque Beneficiatus æquiparatur in jure uſufru-
ctuario, ut per nos ſupra deductum eſt in *II. ra-
tione* confirmatoria noſtræ opinionis.
V. Quia ſicuti defuncto legatario pendenti- 256
bus fructibus ſui legati, dividuntur pro rata fru-
ctus inter ejus hæredes, & hæredes teſtatoris,
Barbat. de diviſione fruct. parte 2. *cap.*2. *n.*20. *in
fine verſic. & in hoc reſpondit*, *Valaſc. de partition.
cap.*34. *n.*2. ità defuncto Beneficiato, inexacto
quindennio, illud venit dividendum pro rata in-
ter ipſius hæredes, & ſucceſſorem in Beneficio, 257
Beneficium enim quodammodò legatum eſt, &
Beneficiatus etiam quodammodo legatarius eſt,
tanquàm à fundatore, ſeu inſtitutore Beneficii
invitatus, & vocatus.
VI. Quia ſicuti defuncto hærede gravato, 258
pendentibus fructibus Fideicommiſſi, ſeu majo-
ratus, ultimi anni, quo moritur illius ultimus
poſſeſſor, dividuntur hujuſmodi fructus pro ra-
ta inter hæredes hæredis gravati, ſeu ultimi poſ-
ſeſſoris, & inter Fideicommiſſarium, novum
nempè ſucceſſorem in Fideicommiſſo, ſeu majo-
ratu, *Berlich. practic. conc. par.*3. *conc.*43. *nu.*10.
*Knipſchitt. de Fideicom. nobil. famil. cap.*10. *n.*61.
& 66, *cum plur. ſeqq. Molin. de Primogen. Hiſpan.
lib.*3. *cap.*11. *n.*25. *Barbat. de diviſ. fruct. par.*2.
*cap.*2. *n.*20. *in fine verſic. & in hoc reſpondit*, *&
cap.*9. *n.*5. ubi ità conſultum per graves Viros,
& ità judicatum, ità conſulendum, & judican-
dum, hanc veriorem, *& n.*12. *in princ.* ubi pro-
cedere tàm in Fideicommiſſo fundato ſuper bo-
nis patrimonialibus, & ſic burgenſaticis, ſeu al-
lodialibus privati, quàm in bonis annexis Regiæ
Coronæ, *Ayora de partition. par.*1. *cap.*9. *nu.*6.
*Valaſc. eod. tract. cap.*30. *n.*8. *Eſcobar de ratiocin.
comput.*20. *n.*16. *Maldonad. in addit. ad Molin. de
Primogen. lib.*3. *cap.*11. *ad n.*12. *in princ. verſic.
alii in contrarium, ubi antè med. verſic. & quanvis
hæc quæſtio*, de veriori, *Paz de tenuta cap.*11. *n.*35.

Baeca

Bacca de decim. cap.28. n.14. Caſtill. controv. jur. par.1. cap.80. n.1. cum ſeqq. ac per tot. Peregrin. de Fideic. artic.49. n.101. Cenſal. ad eund. aſſert.10. Fuſar. de ſubſt. qu.626. n.72. cum ſeqq. Ripa de act. in mort. artic. cap.89. nu.26. in princ. de Luca Melphiten. ad reſ. de Marin. melior.152. n.6. tom.1. Bayo prax. Eccl. & ſæcul. par.3. lib.2. quæſt.114. n.5. Vivius deciſ. Neapol.8. n.9. lib.1. ità defuncto Beneficiato antè exactionem quindennii, illud tanquàm fructus pendens venit dividendum pro rata inter hæredes Beneficiati, & novum
259 Beneficiatum, ut in genere de fructibus pendentibus beneficialibus inquit *Barbat. de diviſ. fruct. parte 2. cap.9. n.11. in princ. verſic. addas ſecundò in med. juncto verſic. verùm etiam.*

260 VII. Quia ſicuti defuncto Emphyteuta pendentibus fructibus Emphyteuſis, dividuntur fructus inter hæredes ultimi Emphyteutæ, & Dominum directum, ad quem devolvitur, & revertitur Emphyteuſis per obitum Emphyteutæ, vel inter hæredes ejuſdem Emphyteutæ, & ſucceſſorem in Emphyteuſi, in caſu, quo Emphyteuſis tranſeat ad ſequentem nominatum in inveſtitura, habito nimirùm reſpectu ad tempus, quo Emphyteuta vixit, *Berlich pract. conc. par.3. conc.43. num.9. Knipſchitt. de Fideicommiſ. nobil. famil. cap.10. nu.60. Valaſc. de partitión. cap.31. n.1. Barbat. de diviſ. fruct. parte 2. cap.13. nu.1. Antonell. de temp. legal. lib.1. cap.49. n.2. Borgnin. Cavalcan de uſufructu mulieri relicto nu.244. Pinheyr. de Emphyteuſi parte 2. diſp.8. ſect.6. §.1. n.88. Vivius deciſ. Neapol.8. n.12. lib.1.* quiquid ſit, ſi Emphyteuſis finiatur, ſeu devolvatur ex
261 culpa Emphyteutæ, puta ob canonem non ſolutum, ob alienationem, aut aliud delictum, cùm tunc fructus non dividantur, ſed omnes ad Dominum directum ſpectant, nè ex ſua culpa commodum Emphyteuta videatur reportare, *Antonell. de temp. legal. lib.1. cap.49. nu.1.* ità defuncto Beneficiato, pendente ſolutione quindennii adhùc inexacti, dividendum eſt pro rata ad
262 inſtar Emphyteutæ, cui aliquo modo poteſt adſimilari Beneficiatus, ſicuti nanque ille tenetur vigore contractus Emphyteutici meliorare, & colere fundum Emphyteuticum, ità & iſte tene-
263 tur benè adminiſtrare ſuum Beneficium, ſeu Eccleſiam, eamque curare.

VIII. Quia ſicuti mortuo Feudatario, ſeu
264 Vaſſallo pendentibus fructibus feudi, fructus pro rata dividuntur inter hæredes Vaſſalli, ſeu Feudatarii, & inter ſucceſſorem in feudo, ſeu novum Vaſſallum, vel Feudatarium, *Valaſc. de partition. cap.31. nu.9. in fine, verſiculo quanvis etiam, & cap.32. nu.3. Barbat. de diviſione fructuum parte 2. cap.4. n.12. cum ſeqq. Antonell. de temp. legal. lib.1. cap.49. n.4. Vivius deciſ. Neapol.8. nu.8. lib.1.* ità mortuo Beneficiato, pendente quindennio, illud pro rata dividendum inter ejus hæredes, & ſucceſſorem in Beneficio,
265 cum Beneficiatus in aliquibus æquiparari poſſit Feudatario, ſicuti enim ille ſervitia exhibet ſuo Domino, ità & iſte ſervitium exhibet ſuæ Ec-
266 cleſiæ, adeòut licet non omnia Beneficia ſint ſervitoria, indeque non omnia concedantur pro-
267 pter ſervitium, ſed ſint ſimplicia (ac ut plurimum ſimplicibus, & ſimpliciſſimis Viris, poſthabitis literatis juxta notiſſimam experien-
268 tiam conferantur, attamen ſemper omnia propter ſervitium inſtituta ſunt, ideoque ſaltem per ſubſtitutum præſtatur ſervitium, verùm ad omne pejus omnia Beneficia etiam in hoc ſenſu non ſervitoria dantur propter aliquod onus, quale eſt diurnum penſum Horarum Canonicarum, quo
circà legitimum impedimentum non perſoluto, 269
citrà peccatum mortale, eſt locus reſtitutioni ratæ fructuum obtingentium, in pauperum eleæmoſynas, vel fabricam Eccleſiæ pro illa vice erogandorum, juxta *Bullam Leonis X. in ordine la 7. §.38. Bullar. nov. Rom. tom.1. & aliam S. Pii V. in ordine la 135. eod. Bullar. tom.2.* de qua *Barbat. de diviſione fruct. par.2. cap.8. n.9. antè med. verſiculo tenentur, Coſta de rata quæſt.193. n.1. Barboſa de Paroch. parte 1. cap.10. num.35. cum ſeqq. Antonell. de temp. legal. lib.3. cap.14. num.1. & per tot.*

IX. Quia ſicuti vendente rem fructibus pen- 270
dentibus, fit diviſio fructuum pro rata inter venvenditorem, & emptorem, *Barbatus de diviſione fructuum parte 2. cap.5. n.16. in princ. Paz de tenuta cap.11. n.35. Antonell. de temp. legal. lib.1. cap.48. n.24. & ſeqq. Ripa de actis in mort. artic. cap.89. n.29. Carol. Anton. de Luca ad reſol. de Marin. melior.152. n.8. tom.1. Gallus de fructib. diſput.37. artic.2. n.14. in princip. verſic. alia eſt opinio, Manfrell. in obſerv. ad Capyc. Latr. deciſ. Neap.62. num.17. cum ſeq. tom.1. Vivius deciſ. Neap.8. n.15.*

X. Et ultimò, quia ſicuti Militibus pro rata 271
temporis, annona, ſeu capitatio, cibaria nempè diurna præſtatio pro cujuſque capite, ſeu viritim præſtatur *l.1. C. de erogat. militar. annon. lib.*
12. & ſicuti inter Militem anteceſſorē, & ſucceſſo- 272
rem pro rata ſervitii, fructus ex aliquo prædio percipi ſoliti, dividuntur, *Criſpolt. caſ. militar.42. n.3. cum ſeqq. & per tot.* ità fructus Beneficii dividendi ſunt inter hæredes Beneficiati, & ſucceſ-
ſorem in Beneficio, cùm Clerici ſint Milites 273
Chriſti, prout alii ſunt ſæculi, veluti arguit *Barbat. de diviſione fructuum parte 2. cap.8. num.9. in fine.*

Quibus tamen enumeratis ratiociniis non adverſantibus, cùm Doctores circà diviſionem 274
hujuſmodi, forſan magis rem implicarunt, quàm explicarunt, dum magis implicitè, quàm explicitè apud eos legitur diſcuſſa materia, omiſſo, quòd citata *Extravagans ſuſcepti 2. Joannis XXII. de electione, repetit. in Extravaganti ſuſcepti unica nè Sede vacante inter communes,* dividens fructus pro medietate inter novum vivum Beneficiatum, ſeu ſucceſſorem Beneficii, & defunctum, ſeu anteceſſorem, in Regionibus præſertim Ultramonta- 275
nis vel non eſt recepta, vel contrario uſu abrogata, ut refert *Zoeſius in Jus Canon. ad lib.3. Decretal. tit.27. de ſucceſſion. ab inteſt. n.15. in fine verſiculo verùm & Conſtitutio,* puto non eſſe locum 276
diviſioni quindennii pendentis, ac inexacti, inter hæredes Beneficiati, & ſucceſſorem in Beneficio, ſed integrum quindennium inexactum, deberi ſucceſſori in Beneficio, ut in principio *præſentis Cap.* firmavi, & hùc uſque quò melius potui, comprobavi, Undè reſtat, ut enunciata fundamenta pro diviſione quindennii evertam, quod aliis totidem decem fundamentis, ſeu rationibus edocere conabor, ſingulatim, ut infrà reſpondendo.

I. Igitur pro diviſione motivum non obſtat, quia

277 quia,ulttraquamquòd aſſerta opinio pro diviſio-
ne refellitur per *Rodoerium ad de Marinis quotid.
reſol. lib.1. cap.152. nu.17. & per Merendam con-
trov. Jur. lib.17. cap.42. n.*10. ubi in praxi illam
278 non recipi, & ad ſummum procederet in fructi-
bus naturalibus, non autem in civilibus (qualia
ſunt quindennia) veluti advertit *Carol. Anton.de
Luca ad Gratian.diſcept.*471. *num.*10. *in principio
verſiculo attamen in Clerico Beneficiato*,& ad om-
ne pejus (ut dici ſolet) vel potiùs ad omne me-
279 lius, locum haberet in foro interno, *Monach. de
recta feud.interpret.cap.59.nu.13.in princip.verſic.
in foro verò interiori, citatus Barbatus de diviſione
fructuum par.2. cap.8. nu.10. in fine verſic.firmiſ-
ſima*, conſiderat,aliàs reſultare iniquitatem,& ſic
ſolummodò loqui intelligitur de fructibus natu-
ralibus, prout exemplificat in caſu à ſe figurato,
eo, quòd nempè daretur, quòd quis de menſe
Octobris de Beneficio provideretur poſt per-
ceptos omnes fructus(undè loquitur de natura-
libus) deindè moreretur in Beneficio de menſe
Aprilis, quo tempore nulli ſunt fructus penden-
tes,& ſic onera ſuſtinuiſſet, nec aliquid ipſorum
nomine percepiſſet, & idem *Barbatus* exemplifi-
cat in alio caſu, eo, quòd videlicet (ut *n.11.antè
med. verſiculo ſi æquabimus* (Beneficiatus paulò
antè collectionem fructuum,ideſt de menſe Julii,
inſtitueretur,moxque illis collectis,ideſt de men-
ſe Octobris obiret,quæ æquitatis ratio ſuaderet,
ut ſucceſſor in Beneficio(ſi hujuſmodi fructuum
diviſio non intraret) gratis per novem integros
menſes abſque ullis alimentis Altari in ſervire de-
beret? è contrà verò prædefunctus Beneficiarius
tàm brevis temporis ſpatio, ſoloque trimeſtri,
collectos totius anni fructus ad hæredes tranſ-
mitteret, non minùs durum foret, ſi nullam fru-
ctuum portionem liceret percipere hæredibus
Clerici Beneficiati, ideò iis indulgendum, ut
tantundem lucri, & emolumenti percipiant ex
Beneficii redditu, quantum impenderat vivus
operis, & laboris in munere Eccleſiaſtico perſol-
vendo, ac Beneficio deſerviendo, nos verò ver-
ſamur in caſu, in quo conſiderata iniquitas, ſeu
280 injuſtitia ex non facta diviſione conſiderari ne-
quit, fructus enim quindennii tanquàm non na-
turalis non regulatur cum fructibus naturalibus,
indeque non habet recollectionem, ſeu percep-
tionem in certo anni tempore, certoque menſe,
prout habent omnes fructus naturales, & etiam
281 induſtriales, ſed tanquàm fructus civilis, & tan-
quam fructus ſubrogatus in locum alterius fru-
ctus laudemiorum, qui etiam civilis eſt, ſolum-
modò quolibet quindennio, ſeu ſingulis quinde-
282 cim annis colligitur, ſive percipitur, *Fulgin. de
jure Emphyt. tit.de laudem. qu.21. nu.3.& qu.26.
num.2.* ideoque in fructibus civilibus non intrat
diviſio, *Nicolius lucub.Canon.& civil.lib.2. tit.4.
283 de uſufructu num 6.in fine verſic.quod tamen, Rota
poſt Cenc.de cenſib.deciſ.176. n.2.* in tantum enim
fructus naturales dividuntur,in quantum dicun-
tur percipi non ſolùm tempore recollectionis,ſed
toto tempore, quo curantur, & creſcunt, §. *His
conſequenter tit. hic finit lex Corrad. in uſib. feud. l.
divortio 8. ff.ſolut. matrim.* fructus autem civiles
284 dicuntur percipi ſolùm tempore eorum recolle-
ctionis, cùm nulla indigeant cura, nec incre-
285 mento,hinc eſt, quòd ſecundùm aliquos fructus
naturales etiam pendentes ſpectant ad reſignan-
tem,civiles verò ad reſignatarium,ſicque ad ſuc-
ceſſorem, *Peregrin.deciſ. Patav.*40. *nu.*2.*Sperell.
deciſ.* 82. *num.*27.

Immò cùm quindennium percipiatur (ſicuti
etiam percipitur canon, & laudemium) in reco- 286
gnitionem directi dominii, ſingulis quindecim
annis debitum, illi ſolùm debetur, qui Benefi-
cium poſſidet de eo tempore,quo ſolutionis dies
incidit, quaſi non ſolvatur loco fructuum, inde- 287
que non venit dividendum, *Surd.conſ.*84. *num.*4.
*vol.*1. *Moneta de diſtribut. quotid. par.*3. *quæſt.*4.
*nu.*24. *Bonacina de oblig. Beneficiar. circà Benefic.
fruct. punct.*3. *num.*8. *Antonell. de jurib. & oner.
Cleric. lib.*1. *par.*3. *cap,*35. *nu.*9.

Citatus inſuper *Coſta de remed. ſubſidiar. re-* 288
*med.*106. *n.*2. *in princip.& nu.*12.*in princip.* nihil
ad nos, cùm loquatur de fructibus naturalibus
jam collectis, ac in horreo reconditis, & ſic de
perceptis, ut depræhenditur ex illius verbis in
*principio antè nu.*1. ibi: *non ſemel rogatus fui,quid
ſentirem circà ſucceſſorem in Prælatura, vel in Sa-
cerdotio poſt recollectos omnes fructus, in horreum-
que importatos, ac reconditos,& poſt exactos omnes
redditus &c.*, Super fructibus autem perceptis
non eſt præſens quæſtio, immò doctrina *Coſtæ*,
etiam ex alio capite eſt inapplicabilis ad caſum,
cùm loquatur de fructibus quidem civilibus,qui 289
tamen dietim percipiuntur, ac utilitatem diur-
nam afferunt, ut videre eſt *tract. citat. de remed.
ſubſidiar.remed.*106. *illat.*8.*nu.*12.*in princip.& de
rata qu.*129. *n.*11. *in med. verſic. & inter fructus*, 290
quales ſunt penſiones, ſeu affictus urbanorum
prædiorum, locatio operarum ſervorum, Mo-
lendina, Tabernæ, Horti, Diverſoria, paſcua,
vectigalia, ſeu gabellæ, uſus navium, & ſimilia,
*Barbat.de diviſ.fruct. par.*2. *cap.*2. *nu.*22. *in prin-* 291
cip.verſic.primus caſus, inter quos fructus eſt dif-
ferentia cum aliis, qui annuatim, vel longiori
tempore percipiuntur, veluti advertit idem *Coſta
de rata qu.*129. *nu.*11.*in princip. & fine, & Noal.
de tranſmiſſion.caſ.*70.*nu.*6.*in med.verſic.& hoc eſt
quantum in princip. & nu.*7. *in med. verſic.& qui
ſingulo die, Tranchedin. conſult.* 73. *nu.*14. *tom.*1.
*Card.de Luca de Penſion.diſc.*24.*nu.*12.*& diſc.*25.
*nu.*7. *& diſ.*28.*nu.*6.*& de Benef.diſc.*100. *nu.*7.*&*
21.*& diſc.*184. *nu.*4. *Panimolla deciſ.*20. *annot.*1.
*nu.*24. *cum ſeq. & nu.*41. *tom.* 1.

Ejuſdemque furfuris eſt auctoritas *Antonell.* 292
*de regim.Eccl. Epiſc.lib.*3. *cap.*9. *nu.*25. *in med.&
in fine tom.*1. quia etiam de fructibus dietim per-
cipi ſolitis loquitur ibi: *ſi verò redditus Eccleſiæ
conſiſtant in iis fructibus civilibus, qui dietim per-
cipiuntur &c. tunc hujuſmodi fructus ſpectant ad
Beneficiatum, uſque ad diem obitus, & per conſe-
quens ad ejus hæredes &c. Caſtill. de uſufructu
cap.*77.*n.*25.*in fine,Coſta de remed.ſubſidiar. remed.*
106. *illat.*8. *n.*12. *in princip. Rota cor. R.mo P.D.
Anſaldo Decano dec.*56. *n.*4. *& in recent. dec.*178.
*nu.*5. *par.*19. undè longè major differentia inter-
cedit inter alios fructus etiàm civiles quinden- 293
niales, qui non ſolùm ſingulis diebus non perci-
piuntur, ſed nec ſingulis annis, cùm ſolummodò
ſingulis quindecim annis afferre ſoleant utilita-
tem.

Proùt auctoritas ejuſdem *Antonelli de tempore* 294
*legali lib.*1. *cap.*47.*nu.*10. eſt eodem pacto inap-
plicabilis, quia etiam loquitur eodem modo,
quo *Coſta*, de fructibus nempè jam perceptis,
immò

immò fatetur, fructus pendentes, & ſic nondùm
perceptos, nec adhuc exactos ſpectare ad ſuc-
ceſſorem in Beneficio, prout videre eſt apud eun-
dem *Antonell. loc. cit. nu.* 10. *in med.* ibi: *ideò at-
tento Jure communi fructus à ſolo ſeparati perti-
nent ad hæredem Beneficiati defuncti, pendentes verò
ad ſucceſſorem*, meliuſque *idem Antonellus* ſe
explicat in *tract. de regim, Eccleſ. Epiſc. lib.* 3. *cap.* 9.
nu. 20. *in princip.* ibi: *dico, quòd attento Jure com-
muni fructus naturales, & induſtriales collecti &c.
etiam non exacti ſpectant ad hæredem Beneficiati
defuncti &c. & num.* 23. ibi: *fructus verò penden-
tes &c. ſpectant ad ſucceſſorem in Beneficio &c.* noſ-
que in hujuſmodi modo dividendi convenimus,
in eo autem, quòd *idem Antonellus ibidem citato
nu.* 10. *in fine verſic. quod etiam procedit*, aſſerit,
ità quoque tenendum poſt ſæpius ſuprà lauda-
tam Bullã Julii III. reſervantem ſucceſſori omnes
fructus non exactos, cum eodem convenimus,
dummodò tamen fructus percepti ſint jam con-
fuſi, & commixti cum patrimonio Beneficiati
defuncti, aliàs nec iſti, licet percepti, dividendi
erunt inter hæredes, ſed integri ſpectabunt ad
ſucceſſorem in Beneficio, tanquàm habiti pro
non exactis, nec adhùc, pro profanis, ut ſuprà
inſinuavimus ex dicta Bulla Julia, ſeu Juliana in
III. *ratione* confirmatoria noſtræ opinionis.

295 Præterea Rota in *citata Bijuntina, ſeu Baſilien.
Parochialis* 26. *Junii* 1702. §. *Adeoque verum eſt,
cor. R̃mo P. D. Anſaldo Decano,* loquitur de fructi-
bus pendentibus Beneficii tamen Curati, quos
ſolos videtur innuere juxta probabiliorem in
puncto Juris ſententiam dividi ad ratam tem-
poris inter hæredes Parochi, & ſucceſſorem in
296 Parochiali, ità ut ad ſummum diviſio hujuſmo-
di intrare poterit in Parochialibus, non autem
in Beneficiis ſimplicibus, ut etiam advertit *Pere-
grin. conſ.* 85. *nu.* 4. *lib.* 5. & puto rationem diver-
297 ſitatis in eo reſidere, quòd cùm Beneficium Cu-
ratum ſit ſervitorium, æquum eſt, ut pro rata ſer-
vitii, & laboris dividantur fructus, Parochus
enim facit fructus ſuos ratione laboris, & ſervitii,
ideoque in eo in tantum ceſſabit cauſa acqui-
298 rendi, & ſic ipſa acquiſitio, in quantum ceſſabit
labor, undè pro tempore præſtiti ſervitii videtur
eſſe locus diviſioni, veluti in ſimili reſpondet
Criſpolt. caſ. militar. 42. *nu.* 7. *cum ſeq.* & hæc di-
299 ſtinctio in cæteris Beneficiis etiam non Curatis,
ſed reſidentialibus procedit, ut ait *Antonell. de
jurib. & onerib. Cleric. lib.* 1. *par.* 3. *cap.* 35. *n.* 4. *in
300 fine*, ubi de receptiori, licet hujuſmodi diſtinctio,
nunquid Beneficiatus habeat adminiſtrationem,
nec nè, non admittatur in materia iſta diviſio-
nis, *Coſta de remed. ſubſid. remed.* 106. *illat.* 8. *n.* 12.
antè med. verſic. Neque hùc pertinet, ubi illam tan-
tùm intrare in caſu, quo agatur de ligando ſuc-
ceſſore ex prædeceſſoris contractu, in quo tamen
301 parùm ſibi conſtans videtur, dum per prius di-
viſionem hujuſmodi admittit in Beneficiis Cu-
ratis, ac reſidentialibus tantùm, ut in *tract. de ra-
ta ſæpè laudata qu.* 29. *nu.* 1. ibi: *ob miniſterium,
quod aſſiduè exhibent Eccleſiis in earum regimine,
& cura, aliiſque divinis obſequiis, & num.* 2. ibi:
*quo is Eccleſiam rexit ratione ſervitiorum in Ec-
cleſia præſtitorum, & in tract. de remed. ſubſidiar.
dic. remed.* 106. *illat.* 8. *nu.* 2. *in fine* ibi: *ob mini-
ſterium, quod Eccleſiæ exhibent in ejus regimine,
cura, & divinis obſequiis*, quæ verba neſcio vi-
dere, quomodò ſint applicabilia ad Beneficiatos
ſimplices, Beneficium autem ſimplex, cum non
ſit Servitorium, non eſt, cur dividantur fructus,
è contrà Beneficium cum cura in effectu nihil
aliud eſt, niſi militia quædam cœleſtis in ſervitio
Dei ad miniſterium, qua ratione æquum eſt, ut 302
ejus fructus dividantur pro rata cum novo Be-
neficiario, & hæredibus antiqui, veluti inquit
Peregrin. conſ. 85. *nu.* 4. *in princ. lib.* 5. quanvis è
contrà alii diſtinguendo ſentiant, in Beneficiis 303
habentibus adminiſtrationem nullam fieri divi-
ſionem fructuum, nec ad hæredes præmortui Be-
neficiati tranſmitti partem aliquam, ſed in ſim-
plicibus tantùm, *Gallus de fructibus diſput.* 37.
artic. 2. *nu.* 3. *in fine verſiculo tertia eſt opinio*, ubi 304
tamen advertit, contrarium potiùs tenendum,
Card. de Luca de dote diſc. 160. *num.* 40. *in princip.
verſiculo & ex qua ratione*, cùm Beneficia ſim- 305
plicia dentur ad commoditatem, non ad labo-
rem, prout dantur Beneficia (ut ità dicam) ad-
miniſtratoria, alii verò teneant indiſtinctim etiã
in Beneficiis cum adminiſtratione eſſe locum di- 306
viſioni, *Card. de Luca de dote diſc.* 160. *ſub nu.* 40.
Undè à diverſis non benè fit illatio *l. Papinia-* 307
nus 20. *ff. de minor.*

Omitto, quòd in materia fructuum Beneficii
conſiſtentium in quindenniis omnis ceſſat diffi-
cultas, cùm quodlibet quindennium à conſuetu- 308
dine, tanquàm à lege, in locum laudemiorum
introductum, intelligendum ſit de integro, pro-
indeque tanquàm individuum, ſeu indiviſibile
nullam temporis diviſionem recipiat, *Thæuuc-
cius de momento temporis cap.* 30. *in princip. Su d.
deciſ. Mantuan.* 128. *nu.* 12. Præterquamquòd in
primo dicto pro diviſione motivo *citatus Card.
de Luca de benef. diſc.* 84. *nu.* 6. fatetur, hoc moti- 309
vum quidem in puncto Juris videri nimiùm pro-
babile, attamen in praxi è contrà videri parùm
tutum, dum communis opinio eſt in contrarium,
idem de Benef. diſc. 100. *nu.* 8. ubi præſertim ſtante
Bulla in ordine la 60. *Urbani VIII. in Bullar nov.
Rom. tom.* 4.

Hinc triennium cohabitationis, ſeu experientię
conjugalis debet eſſe continuum *cap. laudabi-* 310
lem 5. *& cap. fin. de frigid. & maleficiat. Antonell.
de tempore legali lib.* 2. *cap.* 52. *num* 5. ego tamen 311
nuper obtinui in quadam celebri *Oriolen. Matri-
monii ſub die* 16. *Maii* 1711. per Sacram Congre-
gationem Concilii diſpenſari cum Roſa Fort, ut,
etiamſi triennale experimentum non fecerit cum
Paſchaſio Queſada primo Viro, ex cauſa arcti-
tudinis matrimonium conſummare non valente,
& etiamſi iſte ad ſecundas nuptias convolaſſet
cum Maria Antonia Perez, nihilominùs ſecun-
dum matrimonium inire poſſet cum Antonio
Ximenez Stupratore; hinc bimeſtre Conjugibus 312
à Jure indultum ad deliberandum de ingreſſu in
Religionem debet eſſe continuum, *Antonell. de
temp. leg. lib.* 3. *cap.* 6. *nu.* 1. hinc triennium fami-
liaritatis introducendæ ad effectum recipiendi
Ordines ab alieno Epiſcopo requiſitum a *Sacro
Concilio Tridentino ſeſſ.* 23. *de Reform. cap.* 9. debet 313
eſſe continuum, *Barboſa ad dictum locum nu.* 8. *&
de Epiſcop. par.* 2. *alleg.* 5. *nu.* 9. licet ſufficiat, 314
quòd incæperit, antequàm ordinans fuiſſet Epi-
ſcopus, *Barboſa loco citato ad S. Concil. num.* 9. *&
citata alleg.* 5. *nu.* 8. hinc triennium in notiſſima
Regula. 35. *hodiè* 36. *Cancellariæ de triennali poſ-
ſeſſore*

315 *ſeſſore* Eccleſiaſtici Beneficii, non ampliùs mole-
ſtando, debet eſſe continuum, *Sott. in Regul.* 33.
aliàs 35. *Cancellar.de triennali poſſeſſ.nu.*10.*litera*
*F.ubi Chockier nu.*63. *Antonell. de temp. leg. lib.*2.
cap. 53. *nu.*14. 20. *& ſeqq.* hinc triennium Pro-
316 vincialatus in Ordinibus Regularibus,debet eſſe
continuum *Valenzuela Velazquez conſ.* 44. *nu.*6.
9.15.18.34. *& ſeqq.Valaſc.conſult.deciſ.*155.*n.*15.
*tom.*2. *Lezzana in Mar.magn.Servitar.*§.12. *n.*27.
*Barboſa vot.Can. dec.*4. *n.*118. *lib.*1. *vot.*47.*n.*91.
cum ſeqq. lib. 2. *Pellizzar. man.Regul. tom.* 2.
*tract.*9. *cap.*8.*ſect.*2. *num.*57. *circà fin. verſic.noto*
primò, *& ſect.* 3.*nu.*93. *cum ſeq.* hinc quinquen-
nium à Sacro *Concilio Tridentino ſeſſ.*25.*de Regu-*
317 *lar. & Monial. cap.* 19. præfixum ad dicendum
de nullitate Profeſſionis debet eſſe continuum,
*Antonell.de temp.leg. lib.*2. *cap.*7.*nu.*4.*& cap.*63.
*nu.*2. *Barboſa ad dict. cap.*19. *n.*7.hinc quinquen-
nium conceſſum ad movendum ſtatum alicujus
ex *tot. tit. C. nè de ſtat. defunct. poſt quinquenn.*
318 *quærat.*debet eſſe continuum,*Antonell.de tempor.*
*leg.lib.*2. *cap.*63. *nu* 4. hinc biennium in Emphy-
teuſi Eccleſiaſtica, & triennium in Emphyteuſi
Laycali, ceſſationis ſolutionis Canonis de Jure
319 requiſitum ad incurrendam caducitatem, debet
eſſe continuum, *Fulgin.de jure Emphyt.tit.de ſolut.*
*Canon qu.*1. *nu.*157.*in princip.verſic.& ſic ad hoc*,
*& nu.*377. *cum ſeq.& qu.*7. *nu.*1.*&* 5. *Corbul.de*
cauſ.privat.Emphyteuſ. tit.de cauſ.privat.Emphy-
*teuſ.ob non ſolut.canon. qu.*3. *nu.*1. *& per tot.*hinc
ſeptennium ſervitii à teſtatore injunctum ſervo
favore hæredis ad effectum conſequendi liberta-
320 tem, debet eſſe continuum *l.ſervus, qui teſtamen-*
to 14. §.*ſervus cùm hæredi* 1. *ff. de ſtatuliber.* ubi
Juriſconſultus Ulpianus reſpondit, ſeruum, qui
per ſexennium tantùm ſerviit, ſeu operas ſerviles
præſtitit hæredi, fugitivus tamen annum in fuga
peregit, liberum non fore, niſi totidem, quot
aufugiſſet, ſerviiſſet, *l. cùm hæres* 4. §. *Servire* 2.
ff.eod. ibi: *ſervire Titio anno, & liber eſſe juſſus*,
Titio mortuo, non ſtatim liber fiet, ſed cùm annus
tranſierit &c. etenim abſurdum eſt, maturiùs eum
liberum fieri, l.Paulus 38. §.*Gajus* 3. *ff.de liberali*
cauſa.

Undè, ut concludatur,ità etiam Beneficiatus
ad acquirendum quindennium, debet per inte-
grum quindennium inſervire Eccleſiæ, argumen-
321 to à ſervo ad illum ducto,cùm Beneficiatus quo-
que quodammodò ſervus ſit ſuæ Eccleſiæ, tan-
quàm eidem inſerviens.

Nec facit, quòd in laudatis legibus ſervus eſt
in culpa ob fugam, ideò niſi expleat reſiduum
tempus ſervitutis, non conſequitur libertatem,
322 nè aliàs ex ſua culpa, & dolo commodum re-
portare videatur *cap. novit* 13. *de judic.* cùm ali-
ter occuparetur locus, & tempus ſucceſſoris in
Beneficio, ut in ſimili Capitaneorum navium ad
Indos ſingulis annis à noſtro Portugalliæ Rege
mitti conſuetorum, & non perficientium navi-
gationem aduerſantibus curis, immò naufra-
gantium,indeque ad portum, undè egreſſi ſunt,
remeantium, reclamantibus Capitaneis annorũ
ſequentium, *Valaſc. conſultat.*155. *nu.*15. *verſic.*
*quanvis multum tom.*2.adeò ut opus fuerit decla-
ratione Regia, ut antecedentes Capitanei ad-
mitterentur in ſequentibus annis, cùm ſequentes
Capitanei parùm ſpectaturi eſſent, *Valaſc. loco*
*citato nu.*15. *in princip. verſic.in qua tandem Rex*,
juncto verſic. ſed reſponſum eſt.

Eſt benè verum, quòd quandoque tempus
præfinitum, quando non adeſt præjudicum ter- 323
tii, non ſemper debet eſſe Phyſicè integrum, ut
videre eſt in Temporum interſtitiis, quæ ex Sa-
croſancta *Tridentina Synodo ſeſſ.*23. *de Reform.*
*cap.*13. ſervanda ſunt in ſuſcipiendis Eccleſia-
ſticis Ordinibus,illa non ſunt mathematicè com- 324
computanda, ità ut ordinandus nequeat ad Or-
dines promoveri, niſi inter unum, & alterum
Ordinem traxerit moram duodecim menſium
completorum, ſed moraliter, & juxta ritum Ec-
cleſiæ,videlicet ab una Quadrageſima ad aliam,
à Pentecoſte ad Pentecoſtem, quanvis inter pri-
mam, & ſecundam Pentecoſtis ſolemnitatem
nondùm elapſi fuerint duodecim menſes, *An-*
*tonell. de temp. legal. lib.*1. *cap.*3. *nu.*10. *Barboſa*
*ad citat.loc.Concilii n.*5.*& de Epiſc.par.*2.*alleg.*18.
*nu.*2. *Boſſius moral.par.*3. *tit.*2. *de computat. tem-*
por.§.18. *n.*131.

Præterea ſuperiùs allata ſimilitudo Beneficia- 325
ti cum marito parum probabilis, parùmque
tuta eſt quò ad fructuum diviſionem adinſtar
fructuum dotalium pro rata temporis ſupervi-
ventiæ, quia eſt contrà communem, cùm licet
tàm Beneficiarius, quàm maritus onera ſubſti-
neant, & reſpectu onerum utrique fructus den- 326
tur, attamen negari non poteſt, longè majora
onera, & graviora ſubire virum, quàm Benefi-
ciarium, ut notat *Valaſc.de partition. cap.*36.*n.*6.
quanvis *n.*9. ſtet pro diviſione eo, quòd contra-
ria (ut ipſe ingenuè fatetur) ſibi magis arridet,
ac ſanè conſiderabilis intercedit diſcrepantia in- 327
ter fructus dotales, & beneficiales, dotales nan-
que tranſeunt in verum, ac liberum dominium
Viri, beneficiales autem non tranſeunt in libe- 328
rum dominium Beneficiati, quos quidem poteſt
conſumere in ſuos uſus,& reliquos in pauperum
alimoniam tenetur erogare,veluti arguit *Valaſc.*
*de partition. cap.*36. *nu.*7. *Robert. rer. judic. lib.*3.
*cap.*3. *in princip. verſic. quidam Clericum*, immò
in marito immediata cauſa fructuum acquiren-
dorum, ſunt onera matrimonialia, ideoque pro
rata onerum facienda diviſio, in Beneficiato
verò immediata cauſa acquiſitionis fructuum
eſt titulus canonicus, & ideò non tam propter
onus, quàm ptopter titulum ſucceſſori Clerico
acquiritur, vel Beneficium datur quidem pro-
pter officium, veruntamen non ſub conditione
officii, ſed ſub modo, & onere,quo circà modo, 329
& onere non ſervatis, adhùc fructus Beneficia-
rii eſſe poſſunt ratione tituli, *Mancin. de Sacro*
*Jure controverſo diſert.*20. *n.*21. *cum ſeqq.* licet
plus, & minùs non differant in ſpecie, immò in-
terdum non ſint minora onera Beneficiati,quàm
mariti, ut praxis quotidiana docet, *Caſtill. de* 330
*uſufructu cap.*79.*n.*9. *Gallus de fructib. diſput.*37.
*artic.*2. *nu.*3. *in principio*, ex alio inſuper capite 331
non eſt bona, nec ſolida æquiparatio mariti, ac
Beneficiati, cùm maritus ſit dominus omnium
fructuum dotalium, etiam excedentium pro ſub- 332
ſtentatione onerum matrimonialium, non ſic in
Beneficiato, qui poteſt, & debet ſolùm ſumere 333
neceſſarium, & reliquum pauperibus erogare
tenetur, quanvis videatur, poſſe retorqueri, ſi
nempè Beneficiatus non eſt dominus fructuum, 334
ipſo moriente, debetur ejus hæredibus rata fru-
ctuum illius anni pro tempore, quo Eccleſiæ
inſervivit, & non ultrà, ſed nec minùs, *Gallus*
de

de fructibus diſput.37. artic.2. num.3. in principio
verſic. reſpondeo ſecundo , vel quia fructus dota-
335 les dentur Viro in compenſationem onerum ma-
trimonialium , proinde facienda videtur æqua-
tio, & contrapoſitio fructuum etiam penden-
tium , ac onerum , tanquam debiti , & crediti ,
Card. de Luca de dote diſc.160.n.40.circ.fin.verſ.
& in ſumma . Noſtræ denique opinioni contrà
diviſionem in caſu , aſſiſtit vulgare principium
336 juris, quo cavetur, rem,ſuper qua lis vertitur,di-
videndam non eſſe l. ſi pro parte 10. §. Idem quæ-
rit 9. ff. de in rem verſo, l. quæſitum 12.§. Si quis
eodem inſtrumento 14.ff.de inſtruct.vel inſtrument.
legat. ibi -- neque enim pro parte dividemus inſtru-
mentum, l. Neſennius Apollinaris 34. in fine ff.de
negoc. geſt. & videtur vulgaris ruſticorum opi-
337 nio , qui quæſtiones per medium dividunt , pe-
tendo decem , & ſe componendo in quinque , ut
ait gloſſa in dicta l. Neſennius Apollinaris 34. in
fine verbo videantur ff. de negoc. geſt. eſt benè ve-
338 rum , quòd quandoque (in quo convenio) poſ-
ſunt dari caſus , in quibus omninò ſit locus di-
viſioni hujuſmodi ob tales circumſtantias , velu-
ti quando Beneficium eſt Curatum,ſervitorium,
reſidentiale , aliquamve adminiſtrationem ha-
339 bens , cùm fructus Beneficii dentur ob miniſte-
rium, quod in Eccleſia exhibetur in eius regimi-
ne , & cura , aliiſve divinis obſequiis , ut notat
Covarruvias var. reſol. lib.1. cap.15.n.12.verſic.
ſed in hac ipſa quæſtione , Card. de Luca de Benef.
diſc.100.ex n.12.Rot.in ſæpiùs laudata Biſuntina,
ſeu Baſilien.Parochialis ſup.manutentione 26.Junii
1702. cor. R.mo P.D.Anſaldo Decano,§. Adeoque
340 verum eſt, cùmque operetur eundem effectum
reſignatio , quem vacatio , Card. de Luca de Be-
nef. diſc.92. n.24. intrat diviſio memorata in Be-
341 neficio Curato , reſidentiali , & adminiſtratorio
(ut ità dicam) ſeu adminiſtrationem habente
renunciato,Pariſius de reſignat. Benef.lib.1. qu.6.
num.80. & 81. in fine verſic. opinio verò ; multò
342 magis idem venit firmandum in caſu translatio-
nis Epiſcopi de una Eccleſia ad aliam, per quam
videtur inducta reſignatio , ac dimiſſio primæ
Eccleſiæ potiùs neceſſaria , quàm voluntaria ob
juſſum nempè ipſius ſuperioris transferentis ,
qualis eſt ſummus Pontifex , nec inficias iri po-
teſt , Epiſcopatum verè eſſe ſervitorium, & reſi-
dentiale Beneficium, immò Curatum, dùm Epi-
ſcopus habet curam omnium Animarum ſuæ
Diœceſis , ideoque inter translatum, & transla-
tarium pro rata ſunt dividendi fructus primæ
Eccleſiæ , Leo de Cappellan. quæſt.5. ſect.6. n.75.
in princip. & fine verſic. eccè, quod translatus, Ro-
ta deciſ.278. n.7. parte 2.recent. prout in Capel-
343 lano præmortuo quoque eadem militare debet
diviſio , qui celebrandarum Miſſarum à teſtato-
re onus habet injunctum ob quotidianum labo-
344 rem , vel ſi Beneficium habeat annexam Chori
aſſiſtentiam , aut conſiſtat in diſtributionibus
quotidianis , Perez de Lara de Anniverſar. &
Cappellan. lib.2. cap.11. n.18. cum ſeqq. Leo de
offic. Cappellan. quæſt.5. ſect.6. num.76. in princip.
verſic. ſed propter Miſſas , Caſtill. de uſufructu
cap.77 n.29. Monach de recta feud.interpr.cap.59.
n.13. circà fin. verſic. idem in fructibus Capella-
niæ , Pilaja deciſ. Pontific.1. n.209. in fine tom.2.
lib.3. tit. de Benefic. Eccleſ. Panimolla deciſ.20.
annot.1. n.40. tom.1. In Beneficiis enim Curatis,
reſidentialibus,aliquodque habentibus onus ad-
miniſtrationis,in tantum intrat diviſio,in quan- 345
tum labor perſonalis recipit diviſionem juxta
tempus præſtiti ſervitii l. Sejo 10. ff. de annuis le-
gatis , & putant Caſtill. de uſufructu cap.79. n.6.
Leo de offic. Capellan. qu.5. ſect.6. nu.77. circà fin.
verſic. eſt meo judicio, certum ſiquidem eſt,quod
cùm hujuſmodi fructus dietim percipiantur , 346
ſemper quolibet die adveniat dies eorum ſolutio-
nis,quanvis ratione commodioris exactionis ſo-
lutio deſtinata ſit ad certum tempus , Antonell.
de regim. Eccleſ. Epiſcop. lib.3. cap.9. n.25. in fine
tom.1. quod in Beneficiis ſimplicibus neſcio vi-
dere,ut advertit Ripa de act.in mort.artic. cap.89.
n.31. in princip. in med. & in fine, ubi de æquio-
ri , & veriori .

Eodem modo eſt locus diviſioni,ſi in loco Be- 347
neficii vigeat conſuetudo potiſſimùm immemo-
rialis dividendi tàm fructus collectos,quàm col-
ligendos , inter hæredes defuncti pro rata anni ,
quo obiit , & inter novum ſucceſſorem in Bene-
ficio , Valaſc. de partition. cap.36. nu.10. ubi ità
ſervari in Diœceſi Elboren. in Portugallia ex Sy-
nodali Conſtitut.20. §.ultimo, ac in Diœceſi Civi-
taten. apud Hiſpanos , & idem ſervari in Com-
mendis S. Jacobi de Spatha , Calatravæ, & Al-
cantaræ in Hiſpaniis ex Ordinum Militarium hu-
juſmodi Statutis Gutierrez Canon.q. lib.1 cap.33.
n.12.& in Diœceſi Ulyxbonen,apud noſtros Lu-
ſitanos Conſtitutione Synodali 20 §.2.teſte Valaſc.
de partition. cap.36. nu.12. cavetur , quòd ſi Be-
neficiatus moriatur poſt diem S. Joannis Bapti-
ſtæ , uſque ad diem Natalis Domini poſſit di-
ſponere de medietate fructuum ſui Beneficii .

Nihilominùs etiam in ſuprà recenſitis caſibus 348
puto,non eſſe locum diviſioni fructum Beneficii
conſiſtentium in productione quindenniorum ,
cùm quindennia in ſe tanquàm fructus civiles , 349
nec à natura producibiles,ſint de ſui natura indi-
vidui , nullam temporis diviſionem paſſi , ut ſu-
prà inſinuavi , neſcio videre, quomodò pro rata
temporis diviſionem admittere valeant , prout 350
homo ſine damno , ſuoque periculo ſui commo-
dam partitionem non admitit ad text. in § Ea-
dem interveniunt 5.in fine Inſtitution.de offic.Iudic.
l. rerum mixtura 30. in princip. ff. de uſucapion. l.
ſtipulationum 2.§.Et harum 1. ff. de verb. obl.& ex
noſtr. Ordinat. Reg. Portugall. lib.4. tit.77.§.28.
(in nova Recopilat. lib 4. tit.96 §.5.) de qua
Valaſc. de partition. cap.27. n 3. in princip & ex
l.2. tit.4. delas labores lib.3. fori Hiſpaniæ, de qua
Spin. in ſpecul. teſtam gloſ.13. nu.8. in princip. ex
l.8. tit.31. Partit.3. de qua Caſtill. de uſufruct.
cap.31. n.12. in fine .

Quod ſatis comprobavit fatalis illa ſagaciſſi-
ma , ac ſapientiſſima ſententia omnium ſapien- 351
tiſſimi , nec non veræ , & falſæ , ſeu ſimulatæ
matris diverſa reſponſio -- dividite Infantem vi-
vum in duas partes, & date dimidiam partem uni,
& dimidiam partem alteri . Dixit autem mulier ,
cujus filius erat vivus , ad Regem (commota ſunt
quippè viſcera ejus ſuper filio ſuo) date illi infan-
tem vivum , & nolite interficere eum ; E contrario
illa dicebat , nec mihi , nec tibi ſit , ſed dividatur .
Reſpondit Rex, & ait , date huic Infantem vivum,
& non occidatur , hæc eſt enim mater ejus , 3.
Reg.3.24. & ſeqq. de qua hiſtoria fit mentio in 352
cap. afferte 2. de præſumpt. ubi Gonzalez , Pine-

da de reb. Salomon. lib. 3. *cap.*13. Nec anima ho-
353 minis, quæ eſt tota in toto, & tota in qualibet
parte corporis, ut dicunt Theologi, ac Philo-
ſophi, teſte *Spino in ſpeculo teſtament. gloſ.*13.
*n.*18. *in princip. verſic. nam anima noſtra, Gomez
var. reſol. lib.*2. *cap* 10. *n.*15. *circà fin. verſic.nec
obſtat in princip. pag mih.*204. *col.*1. *in princip. l.
ſi fundum Mevio* 3. *ff. de ſervit. legat. l.*1. *l. ſi
uſusfructus* 9. *in princip. ff. ad leg. Falcid. ibi -- ne-
ceſſariò ex omnibus, quæ ſunt facti, pars decedere
debet, neque pars operæ intelligi poteſt, l. ſi ut certo
loco* 5.§.*Si duobus* 15. *in princip. ff. commodati, l.
viæ* 17. *ff. de ſervit. l. ſtipulatio* 21.§. *quæſitum* 5.
ff. de nov oper. nunc. l. rei appellatio 5.§.*Operæ* 1.
l. ædificia 139.§. *Perfeciſſe* 1. *ff. de verb. ſign. l. ſi
is, qui quadringenta* 80.§. *quædam* 1. *ff. ad leg.
Falcid. l. ut pomum* 8.§.*un. l. pro parte* 11. *ff. de
ſervitut. l. ſi quis duas ædes* 6.§. *Siquis partem* 1.
ff. commun. præd. l. & per jusjurandum 13. §. *Si
id, quod* 1. *&* §.*Illud* 2. *ff. de acceptilat. l.*1.§. *Si
pecunia* 36. *in fine ff. depoſit. l. ſtipulationum* 2.§.*Et
harum* 1. *ff. de verb. oblig. ibi -- quædam partis
quidem dationem natura recipiunt: ſed niſi tota
dantur, ſtipulationi ſatis non fit: veluti cùm homi-
nem generaliter ſtipulor, aut lancem, aut quodli-
bet vaſ. Nam ſi Stichi pars ſoluta ſit, nondùm in ul-
la parte ſtipulationis liberatio nata eſt, l. quod ſi no-
lit* 31,§. *idem ait* 6. *ff. de ædilit. edict. l. ea, quæ in
partes* 152. *ff. de regul jur. l. non ampliùs* 26.
§.*Cùm bonorum parte* 2. *ff. de legat.*1. *l. via* 23.§.
fin. in princip. ff. de ſervit. præd. ruſtic. Hinc etiam
res corporea ſui natura diviſibilis, & dividua,
aliquando tamen ob incommodum, & pericu-
lum ſui in diviſione, diviſionem non recipit jux-
354 ta illud, quod de Q. Fabio Labeone refert *Valer.
Maxim. lib.*7.*cap.*3. qui cùm Antiochum Regem
bello profligaſſet, & ex lege fœderis icti dimi-
diam partem navium accipere deberet, illas ſe-
cuit, ut eum tota claſſe privaret, de quo me-
minit *Deſſelius in additione ad Zoeſium in* §. *Si fa-
miliæ erciſcundæ* 5. *in fine Inſtitution. de offic. ju-
dic.* illinc forſitan emanavit illud *Macrobii -- na-
355 vem, qui dividit, perdit,* teſte *Perez in tit. Co-
dic* 34. *quando, & quib. quarta pars debeat. n.*3.
*in fine verſic. nec enim lib.*10. & comprobatur ex
Extravag. ad conditorem 3 *Joann. XXII. circà
fin. de verb. ſign.*

356 Undè quindennium tanquàm conſiſtens in
facto, vel in facti ſtipulatione, in partes ſcindi
nequit *l. ſtipulationes non dividuntur* 72. *l. in exe-
quutione* 85. *ibi -- aliud, quod totum peti neceſſe
eſt, nec diviſum præſtari poteſt, aliud, quod pro
parte patitur, ſed ſolvi, niſi totum, non poteſt, aliud,
quod ſolidum petendum eſt, licet in ſolutione admit-
tat ſectionem, juncto* §. *Secunda ad opus* 2. *ibi -- ope-
ris effectus in partes ſcindi non poteſt, &* §. *Pro par-
te autem* 4. ibi .. *pro parte autem peti, ſolvi autem,
niſi totum, non poteſt &c. petitio ejus ſcinditur,
ſolvi verò, niſi ſolidus, non poteſt, ff. de verb oblig.*
357 Quibus adſtipulatur *Ariſtotel. Ethycor. lib.*10.
ibi .. *neque poteſt in ullo, niſi in toto tempore, re-
periri motus in ſuo genere perfectus,* latè firmat
*Eguinar. de divid. & individ. oblig. lib.*1. *cap.*3.
circà fin. pag. mihi 28. *in princip. & pag.*29. *in
princip Gomez var. reſol. tom.*2. *cap.*10. *per tot.
Pichard. in Appendice ad tit. Inſtitution. de offic.
Judic. cap.*1. *cum ſeqq. Card. Mantica de tacit. &
ambig. convent. lib.*14. *tit.*36. *per tot. Caſtill. de
uſufructu cap.*31. *per tot.* cumque quindennium
in ſe ſit, & eſſe debeat unum corpus integrale, 358
& tanquàm unum, individuum, indè non ſatis
eſt adeſſe illius partem favore ſucceſſoris in Be-
neficio, ſed requiritur, quòd adſit totum, ut in
ſimili *Pappon. conſ.*26. *nu.*19. *poſt med. circà fin.
a itè verſic. nec movet,* & ſicuti ſtipulatio operæ
ſervilis, aut libertinæ eſt indiviſibilis *l. in ſtipula-* 359
tionibus 54.§. *Operarum* 1. *ff. de verb. oblig.* ibi ..
*ideò diviſio ejus ſtipulationis non in partes opera-
rum, ſed in numerum cedit &c. l. operas* 3. *ff. de
oper. libert.* ibi .. *nec pars operæ per horas ſolvi
poteſt, quia id eſt officii diurni &c. l. libertus* 15.§.1.
ff. eod. ibi .. *neque promitti, neque ſolvi, nec debe-
ri, nec peti pro parte poterit opera &c.* ità ſtipu-
latio quindennii ſimilis operæ hujuſmodi, uti
etiam debiti in recognitionem dominii, eſt in-
diviſibilis, immò ſolutio cujuſcumque debiti eſt 360
individua, *l. planè* 3. *in princip. ff. famil. erciſc.* ibi --
*ut debita, & credita ſingulis pro ſolido aliis alia ad-
tribuat &c. nec tamen ſcilicet hæc adtributio illud
efficit, ut quis ſolus totum debeat, vel totum alicui
ſoli debeatur.* Hinc etiam ſacra Miſſarum my- 361
ſteria individua ſunt *can. nihil* 16.7. *q.*1.

Nec movet, quòd quindennium tanquàm fru-
ctus, ſit dividuum, quia ex natura contractus
reputari debet pro re individua, cùm non ſolva-
tur per partes, ſed ſemel ſingulis quindecim an- 362
nis, ut ad propoſitum *Pappon. conſ.*26. *n.*19. *in
fine verſiculo nec movet, & n.*20. *in princip.*

Tandem radicitùs remanet ſublatum quod-
cumque motivum pro diviſione allatum, quan-
do habemus, quòd ſolutio cujuſcumque debiti 363
eſt indiviſibilis *l. planè* 3. *in princip ff famil. erciſc.*
ibi .. *ut debita, & credita ſingulis pro ſolido aliis
alia adtribuat, quia ſæpè & ſolutio, & exactio par-
tium non minima incomoda habet.* Immò ſicuti
canon ſingulis annis debitus, de ſui natura eſt
individuus, nec per partes ſolubilis, maximè re- 364
nuente, ac invito creditore, nempè Domino di-
recto, *Fulgin. de jure Emphyt. tit. de ſolut. canon.
qu.*1. *n.*30.46. *&* 76. *in fine verſiculo cùm ergo ca-
non,* ita a fortiori quindennium ſingulis quin-
denniis, ſeu quindecim annis debitum, erit in-
dividuum, cum neſciam videre, quænam major
ratio ſit in individuitate canonis, quàm in indi- 365
viduitate quindennii, quando tàm canon, quàm
quindennium ex eadem cauſa, & fonte debean- 366
tur, nempè in recognitionem dominii, non loco
fructuum. *Bonaccina de oblig.* Beneficiar. *circà Be-
nefic. fruct. punct.*3. *n* 8. *Moneta de diſtrib. quotid.
parte* 3. *qu.*4. *n.*34. *Antonell. de jurib. & onerib.
Cleric. lib.*1. *parte* 3. *cap.*35. *n.*9. Anàs novus Be- 367
neficiatus non acquirens integrum quinden-
nium, conquereretur cum Imperatore in *l. me-
minimus* 2. *circà fin. C. quando, & quib. quarta
pars debetur lib.*10. ibi .. *utque ſe nihil habere, qui
non totum habeat, arbitretur.* Immò admittendo
prætenſam diviſionem, maximum ſequeretur ab-
ſurdum, quòd nimirùm eodem tempore duo da-
rentur inſolidum Beneficiati ejuſdem, & unius
Beneficii, de tempore videlicet, quo diſtribue-
rentur illius fructus (ut in præſenti) conſiſtentes
in quindenniis, ſeu ſolveretur ultimum quinden-
nium Beneficiale, quod eſt monſtruoſum, nè
unum corpus duo capita habeat, cùm conferri
nequeat unum, & idem Beneficium duobus; 368
quod tanquàm jus Spirituale individuum ſcindi
ne-

nequit, cap. ſiquis Præbendas 15.1. qu.3. cap. in
apibus 41.7. qu.1. cap. unico §. fin.10. qu.3. cap.
fin.21. qu.2. cap. majoribus 8. cap. cùm non igno-
res 15. cap. tuæ fraternitatis 20. , cap. dilecto 25.
cap. vacante 26. cap extirpandæ 30. de Præbend.
cap. unico, ut Eccleſ. Benefic. ſin diminut. confer.
cap. quoniam 14. de offic. Ordin. Burſat. conſ.185.
n.1. tom.2, de Peruſ. de union. Eccl. cap.5.n.4.cap.
de fructib. Benefic. lib.3. cap.3. n.17. Lotter. de re
benef. in Appar. n.7. & lib.1. qu.28. nu.59. Gar-
zias de Benef. parte 12. cap.4. n.2. Perez de Lara
de Anniverſ.& Cappellan.lib.2.cap.1.n.27.Caldas
Pereyra de Empt. & vendit. cap.26.n.21. in med.
& in fin. cum nn. ſeqq. Tondut. qu. benef. parte 2.
cap.1.§.9.n.36. Poſtius de manut.obſerv.71.n.127.
cùm unaquæque Eccleſia ſit Sponſa, & uxor
369 uniuſcujuſque Beneficiati, non autem ſcortum,
ſicut unaquæque Eccleſia Sponſa uniuſcujuſque
Epiſcopi, Gonzalez ad cap. majoribus 8. n.2. in
princip. de Præbend. & ad cap. quoniam in pleriſ-
que 14. num.8. cum ſeq. de offic. Ordinar. Theophil.
Raynaud. de bicipiti Eccleſ. punct.2. adinſtar Fi-
370 deicommiſſi, quod tanquam individuum, uni
tantùm defertur, Molina de Primogen.lib.1.cap.3.
n.6. & lib.3. cap.1.n.19. Royas de incompatibilit.
par.1. cap.7. n.34. & cap.11. nu.22. Et benè ve-
371 rum, quòd unus poteſt plura obtinere Beneficia,
dummodò ſimplicia, & dummodò ſub diverſo
tecto (ut dicunt) ideſt Eccleſia, etiam citrà ali-
quam diſpenſationem Apoſtolicam, ſi tamen
inter ſe ſint compatibilia, prout ferè ſemper ta-
lia ſunt ſimplicia cap. gratiam 7. de reſcript. in 6.
Clem. gratiæ 4. eod. Vivian. in prax Juriſpatr.
par.2. lib.6. cap.10. n.26. cum ſeqq. Lambertin. de
372 Jurepatron. parte 1. lib.2. qu.7. artic.15. nu.15.
ubi refert, ſe poſſediſſe triginta ſeptem Beneficia.

In nihilum refragante, quòd quantunvis Be-
neficiū ſit de per ſe individuum quoad titulum,
ac uti tale, uni tantùm adjudicandum, nihilo-
373 minùs eſt quodammodò dividuum quoad fru-
ctus, & ſic quoad quindennium, quod inter
duos ex cauſa dividi poteſt, cap. propoſuit 6. de
fil. Præsbyt. ibi --medietatem omnium Beneficiorum
prædictæ Eccleſiæ &c. debeat obtinere &c. Cyriac.
controv.397.n.15. Rota cor. Gregorio XV. dec.479.
n.2. Quia hoc venit ſano modo, & cum grano
ſalis intelligendum, data nimirùm capacitate
perſonæ, quæ in caſu deficit, cùm adſint hære-
374 des ſæculares, & deciſio dicti cap. propoſuit, pro-
375 cedit ex æquitate, & mera gratia Pontificis eo,
quòd ſecundùm Juris principia Beneficium di-
vidi nequit, Gonzalez in notis ad dict. cap. pro-
poſuit n. 4. ſed in illo unitas, ſeu ſingularitas ſer-
376 vanda eſt, Florent. ad lib.3. Decretal. tit.5. de
Præbend. ad cap.8. in princip. verſic. ad ſecundam
partem, cum verſic. ſeqq.

Neque obſtat pro diviſione, quòd dantur
Præbendæ, ſeu Canonicatus dimidii, & inte-
377 gri, & vulgò dicuntur ſemipræbendæ, ac ſemi-
præbendati cap. cui de non Sacerdotali 27. de Præ-
378 bend. in 6. & in pluribus Portugalliæ noſtræ Re-
gni Cathedralibus ità practicatur, prout etiam
379 in aliquibus Hiſpaniarum Cathedralibus adſunt
integri, & dimidii Portionarii, Barboſa de Cano-
nic. & Dignitat. cap.4. n.40. cum ſeqq. & cap.37.
n.10. Corrad. in praxi benefic. lib.1. cap.3. nu.77.
in princip. Gonzalez in Regul.8. hodie 9. Cancellar.
de Menſibus gloſ.5. n.96. in med. verſic. nec dimi-
dia portio, verſic. quòd talis dimidius Portiona-
rius, & n.99. in princip. juncto verſic. ſi igitur,
& gloſ.45. n.42. cum ſeqq. Garzias de benef. par 3.
cap.2.n.377. cum ſeqq. Barboſa de Canonic. & Di-
gnitat. cap.4.n.42. & cap.13.n.11. & collect. Apo-
ſtol.584.n.3. & de Epiſcop. part.1. tit.1. cap.3.n.16.
& in S. Concil. Tridentin. ſeſſ.25. de Reform. cap.7.
n.30. circà fin. Lotter. de re benef. lib.2. qu.21. n.22.
cum ſeq. Filliucc. q. moral. tom.3. tract 41. de Benef.
Eccl. cap.1. nu.17. in fine, Saravia de Juriſdict.
Adjunct. qu.23. nu.5. cum ſeqq. Sanctarell. var.
reſolut. qu.41. n.25. cum ſeqq. Sebaſtian. Cæſ. de
Meneſes de Hierarch. Eccleſ. diſp.12.§.1. num.22.
Themud. deciſ. Luſitan.95. per tot. par.1. immò
(quod plus eſt) etiam in minutiores partes di-
viſi, nempè in Quartenarios, & Tertianarios ſi- 380
miles Cappellanis, Manſionariis, ſeu Aſſiniis,
ob aſſiduum ſervitium in Choro, ſeu quaſi Aſi-
nis, quòd totum ferè divini cultus ferant onus,
& in Cathedrali Meten idem ſervatur; Præteread 381
Portionariis Hiſpaniarū vulgò Racioneros nun- 382
cupatis ſimiles extant in Italia dicti Hebdoma-
darii, Manſionarii, Conſortiales, ſeu Cappellani,
Scoppa ad Gratian. deciſ. March.155. n.2. in med.
& in fine, aliàs (ultrà quòd eſſet ridiculum) eſt
impoſſibile dari dimidia Beneficia, ſeu dimi- 383
dias Dignitates in diverſo ſenſu, cùm homines, 384
aut Dignitates non dimidientur, uti commo-
dam diviſionem recipere nequeuntes.

Minùs ſuffragatur, quòd quindennium uti
conſiſtens in re corporea, in pecunia videlicet 385
de ſui natura diviſibili etiam in particulas minu-
tiſſimas re quidem ipſa commodè dividi poſſit, 386
quia ratione totius compoſiti eſt ſaltem civili-
ter indiviſibile, quod ſi divideretur, tale ampliùs 387
non diceretur, vel non ſaltem tale quindennium
perfectum, conſiderata hoc modo natura pro
formali, ac ſubſtantiali compoſitione, veluti
in ſimili advertunt Tholoſan. Syntagm. Jur. lib.5.
cap.3. n.5. in principio par.1. Pichard. in Appen-
dice ad tit. Inſtitution. de offic. Judic. cap.3. n.25.
cum ſeq. Undè ex dictis patet, non minùs juſtius 388
eſſe, quàm tutius non admittere diviſionem in
caſu.

II. Pro diviſione motivum non obſtat, quia
in tantum Penſio Eccleſiaſtica pro rata tempo-
ris dividitur, in quantum illa debetur loco ali- 389
mentorum, & ſic quouſque ſupervixerit Penſio-
narius, Coſta de re integra diſtinct.54.n.8. in fine,
& n.9. in principio, ubi quòd apponi ſolet clau- 390
ſula in reſervationibus Penſionum, ut commodiùs
te ſubſtentare valeas, Zecchius de Republ. Eccleſ.
tit. de Beneficiar. n.11. in fine verſic. quòd ſi Penſio,
Valaſc. de partition. cap.36. nu.19. in fine verſic.
cùm enim Penſio, & n.20. Garzias de Benef. par.2.
cap.1. nu.113. ubi ex Gabriellio laudaret fieri à 391
Papa Conſtitutionem ad tollendum opiniones,
& obviandum litibus, ut expectaretur dies ſolu-
tionis, & ille terminus daretur hæredibus Pen-
ſionarii integrè, qui vivo Penſionario veniſſet,
alter remaneret Rectori, & quia Penſio debetur
initio anni, atque ità ex eo momento, quo re- 392
ſervatur, & quidem ſolvenda in duobus termi-
nis vulgò paghis, ſeu ſemeſtribus, ut ait Lotter.
de re benef. lib.1. qu.44. nu.7. cum ſeqq. & quia
Penſio non eſt Beneficium, è contra Penſiona-
rius eſt uſufructuarius in vita, & in morte, Bene- 393
ficiarius verò in vita tantùm eſt uſufructuarius,

 & in

& in morte uſuarius , ut reſpondet *Fulgineus de jure Emphyt.tit. de laudem. qu.28. nu.5.in princip. & in med.*

Quidquid tamen ſit ſuper diviſione , communis opinio eſt in contrarium , ut nempè non intret diviſio pro rata in fructibus pendentibus favore hæredum Penſionarii , cùm Penſionarius
394 ad nullum onus præter recitationem Officii parvi B. M. V. poſt Bullam 5. Pii V. & in hoc in foro conſcientiæ , dum non laborat in Eccleſia ,
395 neque ſeminat , ſed metit, & fructus ſine labore manducat , *Trentacinq. conſ. 39. per tot.* & cùm
396 annua Penſio ſoleat reſervari per dictiones *quandiù* , ſeu *quoad vixerit* Penſionarius , qualificata remanet in ea parte gratia , ut eatenùs ſit annua præſtatio, quatenùs Penſionarius per annum vi-
397 vat, dictio enim illa *quandiù* dividit tempus annuum, vel menſtruum in momenta, *Lotterius de re benef. lib. 1. qu.44. nu.17.cum ſeq.* Et ad omne pejus Penſio dividenda eſſet pro rata dumtaxat temporis, quo vixit Penſionarius , ſtante maximè Conſtitutione S. Pii V. quæ obligat Penſionarios ad recitationem Officii parvi B.V. ità ut
398 ex hoc Penſio hodiè dicatur dari propter officium, ſeu Beneficium, *Rota deciſ.448. nu.20.cum ſeqq. coram Durano*.

Præterquamquòd deberetur Penſio hæredi-
399 bus Penſionarii non quidem pro rata temporis, ſed pro rata fructuum per Titularem perceptorum ad notiſſimos terminos *l. defuncta 65. ff. de uſufructu* , ad quos regulatur ſolutio Penſionis tàm activæ, quàm paſſivæ, *Rota coram Durano deciſ.448. nu.26. cum ſeqq. & per tot.* aliter enim æquitas non patitur , ut Rector Beneficii ſolvat Penſionem,ſi non percepit fructus, undè ſi Penſio (ut moris eſt) ſolvenda ſit in duobus terminis vulgò paghis, nempè Nativitatis Domini, & S. Joannis Baptiſtæ , & Rector Beneficii cœperit poſſeſſionem de menſe Maii , non teneretur ſolvere terminum , ſeu pagham in feſto S. Joannis Baptiſtæ de menſe Junii,ſi non percepit fructus, ſivè Rector ipſe conſenſerit Penſioni, ſivè in Beneficio jam Penſione antiqua gravato ſucceſſe-
400 rit, cùm diviſio terminorum fiat cauſa commodioris ſolutionis , & ſemper ſubintelligatur conditio, dummodò Rector fructus perceperit, *Antonell.de tempore legali lib.1. cap.38. num.11. cum ſeqq.& de regim. Eccleſ.Epiſcop.tom.1.lib.3.cap.9. num.34.*

Nec benè à Penſione ad Beneficii fructus arguitur, cùm Penſio non ſit propriè Beneficium,
401 ſed quid merè temporale,licet ſit ſervitus injuncta Beneficio Eccleſiaſtico , *Gigas conſ. 49. nu.1. & 17.circà fin.verſiculo Penſio autem,& verſiculo*
402 *Penſio eſt* , adeò ut non ſolum Penſio nec venit dividenda, ſed ſecundum alios integra tranſmittenda ad hæredes Penſionarii , *Naldus in ſumma caſuum conſcient. verbo fructus nu.7. in principio verſiculo acquiſita itidem.* Undè fructus Beneficii inexacti remanent in dominio ſucceſſoris , non
403 item Penſiones,cùm in mera temporalitate conſiſtant , *Tondut.reſ. ben.par.1. cap.22. nu.2.in fine Mareſcott. var. reſ. lib. 2. cap.2. num.4. &* 10. &
404 tanquàm de talibus Penſionarius tàm ex teſtamento , quàm ab inteſtato diſponere poteſt , ut ajunt *Novar. ſumma Bullar. par. 1. comment. 25. nu.14. Riccius prax.Eccleſ. par.2. reſ.117. num.1. cum ſeqq. & per tot.* ubi probat, Bullam Julii III. ex hac ratione non habere locum in Penſioni- 405
bus, *Card. de Luca de Penſion. diſc.28. nu.2. & 3. Moneta de diſtribution. quotid. parte tertia cap. 3. n.13. cum ſeq. Themud. deciſ. Ulyxbon. 170. nu.3. par.2. Rota in recentior. deciſ.135. num.1. par.10. deciſ.233. nu.2.par.13.* Minuſque verum eſt,quòd
Penſio Eccleſiaſtica ſuccedat loco alimentorum, 406
vel ſubſtentationis , niſi exprimatur in literis deſuper expeditis *Coſta de re integra diſt.54. nu.9. in fine verſ. neque verum eſt*. Omiſſo , quòd, licet etiam de rigore Juris vera eſſet opinio circà hujuſmodi diviſionem,adhùc illa non venit ſequen-
da, cùm ſtet in contrarium ſtylus Romanæ Cu- 407
riæ , quòd, decedente Penſionario , antequàm ceſſerit dies ſolutionis Penſionis , nulla rata debeatur illius hæredibus, *Cabali. conſ.160. per tot. par.1. Coſta de re integra diſtinct.54. nu.9. in med. verſic.aut loquimur de ſtylo , Novar. ſumma Bullar. commentar.69. nu.8. Guttierrez can.qu. lib.1. cap.33. nu.35. cum ſeq.Valaſc.de partition.cap.36. nu.21. Barbat.de diviſ.fruct. par.2. cap.8. n.15. in fine cum ſeq. Fragoſ. de regim.Reipub. Chriſt.par.3. lib.6. diſp.12. §.2. n.4. poſt princip.verſic.nihilominùs cum nn.ſeqq.& per tot.* optima quidem ratione , quia terminus Penſionis non maturatus in
vita , & ſic antè obitum Penſionarii nunquam 408
fuit illi debitus , nec etiam pro rata temporis , quem ideò non potuit ex ſua perſona tranſmittere ad ejus hæredes, *Rota coram Durano dec.448. nu.14.* nec antequàm venerit dies ſolutionis Penſionis aliqua fuit orta obligatio , nullumque jus acquiſitum Penſionario,nec etiam pro rata temporis, quo vixit, cùm licet regula ſit , quòd dies certa non impediat ortum actionis eo,quòd dies non poſſit non venire,ac ideò jus jam radicatum in perſona defuncti antè terminum maturatum , eique debitum ſub die certa tranſmittatur ad ejus hæredes , attamen quando dies certa apponitur
in his, quæ ſuaptè natura non tranſmittuntur ad 409
hæredes, prout eſt Penſio , tunc etiam dies certa impedit ortum actionis, & obligationis, ac conſequenter tranſmiſſionem , *Rota coram Durano deciſ.448. num.15. cum ſeqq.*

Immò poſt Bullam ſuprà ſæpiùs laudatam Julii III. omnis ſublata eſt difficultas, ità ut hodiè
non ſit ampliùs locus diviſioni Penſionis, Penſio 410
nanque inexacta à Penſionario , non evadit ullo modo tranſmiſſibilis in illius hæredes, ſed illa fit Titularis , ſeu ſucceſſoris tanquàm fructus pendens , & tanquàm compræhenſa in præcitata Bulla Julia, *Coſta conſ.62. n.16.in principio, Antonell. de regim. Eccleſ. Epiſcop. tom. 1. lib.3. cap.9. n.33 in med.verſic.alii tamen contrarium, & n.35. Caſtill.de uſufructu cap.77. nu.17. Barboſa in l.divortio 8. par. 2. num.43. ff. ſolut. matrim. Cyriac. controv. 397. num.51. cum ſeq.* & quando adhùc tenenda eſſet opinio pro diviſione , cum diſtinctione eſſet procedendum , aut enim debetur ex fructibus , quos Beneficium annuatim producit , aut ex fructibus, quos dietim , in primo caſu illa
debetur ad ratam perceptorum fructuum , in ſe- 411
cundo ad ratam tantùm temporis , quo vixit Penſionarius, *Gabriell. conſ. 191. num.5.* rejecta itaque contraria tenente, dictam Bullam Juliam non habere locum in Penſionibus Eccleſiaſticis
licet inexactis eo, quòd Penſiones non ſunt fru- 412
ctus Beneficii , quam ſententiam pro hæredibus Penſionarii tenuit *Rota dec.233. n.2. & dec.329. nu.2.*

413 *nu.2. cum ſeqq. par.13. recentior.* quæ tamen non
obſtat, quia loquitur in particulari caſu Penſio-
nis applicatæ maſſæ diſtributionum quotidiana-
414 rum, & ſic ob ſervitium divinum, quidquid con-
trà enunciatum Romanæ Curiæ ſtylum dubitet
eadem *Rota coram Durano dec.448. nu.58. Garz.
de Beneſ. par. 2. cap. 1. nu.116. cum ſeqq.* & quid-
quid ſit in Hiſpania, ubi *idem Garzias ibidem*
415 *nu.122. in fine* inquit vigere conſuetudinem ſol-
vendi Penſionem hæredibus Penſionarii pro rata
præſentis ultimi anni, quo vixit Penſionarius,
416 licet *n.123.* referat, in Diœceſi Abulen. ſuper hoc
fuiſſe variatum, aliquando nempè ſolutam ra-
tam Penſionis, & aliquando non, & aliquando
fuiſſe concordatum. Adeòut, etiamſi in aliquo
vigeat ſola conſuetudo dividendi fructus pen-
dentes Beneficii inter hæredes ultimi Beneficiati,
& ſucceſſorem in Beneficio, non autem dividen-
di Penſionem Eccleſiaſticam, adhùc eſt locus
diviſioni Penſionis vigore prædictæ conſuetudi-
nis licet limitatæ ad ſolos fructus Beneficii, quia
vel ob generalem conſuetudinem Hiſpaniæ in di-
viſione Penſionis, vel cùm ob peculiarem con-
ſuetudinem loci, vel ob Conſtitutionem Eccleſię
fiat diviſio hujuſmodi fructuum, debet per con-
ſequens etiam fieri diviſio eodem modo in ma-
teria Penſionis eo, quòd in literis reſervationis
417 Penſionis ſolet reſervari Penſio in certa quanti-
tate fructuum Beneficii, puta in quarta, tertia,
dimidia, aut alia ſimili, ut in caſu conſuetudinis
Diœceſis Civitaten. de dividendi modo præfa-
tos fructus Beneficiorum inquit *Gutierrez Canon.
qu. lib.1. cap.33. nu.34. circà fin. verſic. præterea,
& ultimò, & verſic. ergò ſi Beneficiatus.*

E contrà autem mortuo Penſionario non exa-
418 cta Penſione in ejus vita decurſa, & à Titulari
non ſoluta, ad hæredes Penſionarii tranſmitti-
tur jus illam exigendi à Titulari, *Gigas conſ.150.
nu.1. cum ſeqq. & per tot.* At quando adhùc pla-
ceret opinio pro diviſione, illa haberet locum in
caſu, quo Penſio ceſſaret per actum neceſſarium,
per obitum nimirùm Penſionarii, non in caſu,
quo ipſa ceſſaret per actum voluntarium, per
translationẽ nempè ipſius Penſionis, tunc enim
419 non eſſet locus diviſioni, ſed juxta noſtram opi-
nionem integra Penſio pertineret ad translata-
rium, ſeu ceſſionarium, cùm tunc non ſolùm non
ceſſerit, nec venerit dies ſolutionis Penſionis, &
ſic actio non ſit orta, immò eam orituram extin-
guat, & caſſet Penſionarius transferendo, ac in
alium transferat, non reſervato jure quoad fru-
ctus præteritos, quos indè cenſetur donaſſe, ut
diſtinguit *Gutierrez Canon. qu. lib.1. cap.33. n.36.
antè med. verſic. hæc autem, & circà fin. verſic. in ne-
ceſſaria autem, & Tondut. reſ. benef. par.1. cap.22.
nu.5.* ubi ità Rotam tenere, *Lotter. de re ben. lib.1.
qu.44. n.34. Noal. de tranſmiſſion. caſ.71. n.4. Rota
coram Card. Puteo. deciſ.14. per tot. lib.3. Duran.
deciſ.* 448. *nu.45. cum ſeqq.*

III. Pro diviſione motivum non obſtat, quia
420 potiùs inter reſignantem, & reſignatarium nulla
facienda eſt diviſio etiam fructuum civilium, ſi
de tempore reſignationis nondùm dies venerat
eorum ſolutionis, *Pacific. de Salvian. Interd. in-
ſp.4. cap. 1. nu.215. Cencius de cenſibus quæſt.70.
nu.19. Antonell. de temp. legal. lib.1. cap.48. n.15.
& de regim. Eccl. Epiſc. tom.1. lib.3. cap.10. nu.3.
Burgius de laudem. par.1. inſpect.4. num.121. cum
ſeq.* ubi in ſimili de laudemio debetur potiùs reſi- 421
gnatario, quàm reſignanti, *Pariſius de reſign. Be-
nef. lib.1. qu.6. in fine, idem Noal.* pro diviſione
citatus, de tranſmiſſ. caſu 70. num.8. & ad ſum-
mum contraria opinio pro diviſione procederet
in Beneficiis Curatis, ac reſidentialibus ob ſervi- 422
tium, quod Eccleſiæ reſignans præſtitit, non verò
in Beneficiis ſimplicibus, in quibus cùm nullum
debeatur ſervitium, nulla debet intrare diviſio
pro rata, ſed integri fructus pendentes ſpectant
ad reſignatarium, *Vivian. in praxi Juriſpatron.
parte 2. lib.13. cap. 10. num.10. verſic. quod verè
procedit.*

Ultraquamquòd frequentior eſt opinio con- 423
trà diviſionem fructuum, ut nempè integri fru-
ctus debeantur reſignatario, *Ventrigl. prax. Ec-
cleſ. tom.2. annotat.16. §.2. n.32. Gimont. Enchirid.
Benefic. tit. 4. de grat. expectativ. num.24. Pani-
molla dec.20. nu.9. & 15. cum ſeqq. tom.1.* ubi mo-
tivum hujuſmodi diviſionis in puncto Juris vi- 424
deri probabilius, & attenta æquitate, attamen
in praxi non eſſe receptum, dum communis eſt
in contrarium, & *nu.18.* ubi ad ſummum diviſio-
nem intrare in vacatione per obitum tanquàm 425
involuntaria; non omiſſo, quòd ad ſummum
hujuſcemodi diviſio intrare poterit, ſi ageretur 426
de fructibus quidem civilibus, ſed dietim percipi
ſolitis, *Antonell. de regim. Eccleſ. Epiſc. tom. 1.
lib.3. cap.10. n.5.* vel ſi ageretur de fructibus per-
ceptis, *Ventriglia prax. Eccleſ. tom. 2. annot. 16.
§.2. nu.38. in princip. verſic. contraria enim.*

Vel ad omne pejus procedendum in hac mate-
ria cum diſtinctione, aut nempè reſignatio Be-
neficii fit liberè, ac ſimpliciter abſque ulla expreſ-
ſa fructuum præteritorum (quorum non venerat
adhùc dies ſolutionis) reſervatione, aut favore
certæ perſonæ; ſi ſimpliciter, ſeu purè, tunc fru-
ctus naturales, & induſtriales à ſolo ſeparati, &
civiles maturati antè reſignationem etiam non
exacti ſpectant ad reſignantem, etenim Conſti-
tutio Julii III. non procedit, niſi in Beneficiato
defuncto, non autem in reſignante, vel in transla-
to de una Eccleſia ad aliam, nec in aliis quibuſ-
cumque vacationum ſpeciebus præter ſolam va-
cationem per obitum, cùm Bulla præfata tan- 427
quàm exorbitans à Jure communi, non ſit exten-
ſibilis ad alios caſus extrà illum expreſſũ, inque
ea proviſum, ſed caſus in ea omiſſus remaneat
ſub diſpoſitione Juris communis, veluti in his
terminis reſpondet *Honded. conſ.85. nu.19. & 35.
cum ſeq. lib.2. Noal. conſ.30. nu.20. in med. verſic.
tertiò denique reſpondetur, Mainat. de fructib. ine-
xact. nu.223.* ubi ità Veronæ, & Romæ judica-
tum, ubi de veriori, *Antonell. de jurib. & onerib.
Cleric. lib.1. par.3. cap.35. n.14. cum ſeq. Panimolla
dec.20. nu.1. & 7. cum ſeqq. tom.1.* alii verò civi-
les, quorum de tempore reſignationis adhùc dies 428
non venerat, ſpectant ad ſucceſſorem, ad quem
etiam ſpectant fructus naturales, & induſtriales
pendentes, cùm tunc ità dimittens Beneficium,
abdicat à ſe omne jus tàm ratione dominii,
quàm poſſeſſionis *Noal. conſ.64. nu.2. in princip.
verſ. alia fuit opinio,* ubi de veriori, *& n.17. in fine,
Lotter. de re benef. lib. 1. qu. 44. nu.33. Capuccius
prax. tom.1. par.3. cap.11. artic.25. nu.420. 427.
& ſeqq. Antonell. de regim. Eccl. Epiſc. tom.1. lib.3.
cap.10. nu.1. cum ſeqq. & de temp. leg. lib.1. cap.48.
nu.15. cum ſeqq. Rota in recentior. dec.240. n.2. cum
ſeqq.*

*ſeqq. par.*1. *dec.*278. *nu.*2. *par.*2. *dec.*515. *num.*5.
parte 3.

Si tamen reſignatio ſimpliciter facta ſit de Be-
neficio Juriſpatronatus in manibus Patroni etiã
acceptantis reſignationem non currunt fructus
ſucceſſori a die hujuſmodi reſignationis, ſed à
die, qua ſuperior Eccleſiaſticus prædictam reſi-
429 gnationem admiſerit, quippè antè Beneficium
non dicitur vacare, *Antonellus de tempore legali*
lib. 1. *cap.* 48. *num.*17.

Si verò reſignatio fiat ad favorem certæ per-
430 ſonæ, tunc reſignans percipit fructus maturan-
dos uſque ad diem poſſeſſionis reſignatarii, cùm
in hujuſmodi reſignatione tanquàm non libera,
ſed conditionali ſpectandum ſit adimplemen-
tum conditionis; Nec obſtat, quòd Beneficia-
tus non amiſerit jus ſuum, fructus ſibi non reſer-
vando, cum ſciret jus ſuum eſſe ſalvum pro rata
temporis uſque ad diem ſuæ dimiſſionis, quia in
vacatione voluntaria, qualis eſt ſimplex, ac libe-
431 ra dimiſſio, ſeu renunciatio Beneficii, ſibi proſpi-
ceret, fructus hujuſmodi reſervando, ut arguit
*Noal. conſil.*64. *nu.*9. *verſiculo non obſtat*, evenire
432 poterit; quòd ex aliqua cauſa talis renunciatio
à Papa non admittatur, vel quòd ob incapacita-
tem reſignatarii non habeat effectum, *Antonell.*
*de regim. Eccl. Epiſc. tom.*1. *lib.*3. *cap.*10. *num.*19.
*cum ſeqq. & de temp legal. lib.*1. *cap.*48. *nu.*15. *in*
fine verſic. ſecundo caſu, Garzias de benef. parte 2.
*cap.*1. *n.*139. *cum ſeqq. Vivian. in prax Juriſpatr.*
*par.*2. *lib.*13. *cap.*10. *n.*8. *cum ſeqq. Scoppa ad Codic.*
*Fabrian. lib.*1. *tit.*2. *explanat.*40. *nu.*23. *Chriſtin.*
433 *deciſ. Belgic.*77. *nu.*3. *vol.*5. aliàs ſimpliciter reſi-
gnans, æquum non eſt, ut fruatur aliqua divi-
ſione, cum potuerit per pactum ſibi providere,
quod moriens facere non poteſt, *Gallus de fru-*
*ctibus diſput.*37. *artic.*2. *nu.*10. *in med. verſic. mibi*
*placet, & nu.*13. *& ſeq. in fine, Card. de. Luca de*
*Benef. diſc.*84. *nu.*5. Adeo ut, etiamſi fructus Be-
434 neficii ſint proximi recollectioni, adhùc deben-
tur reſignatario, *Gallus loc. cit. num.*10. *circà fin.*
verſiculo amplia, ut fructus.

Nec facit, quòd tempore reſignationis non-
435 dùm nata ſit actio, quia ſaltem jam eſt contracta
obligatio, & ceſſit dies, licet differatur exactio
l. lege 130. *ff. de verb. ſign. Gallus loco citato nu.*15.
in fine.

436 Servanda inſuper ſunt Statuta particularia
Eccleſiarum in materia reſignationis pro recta
fructuum adjudicatione, *Noal. con.*30. *nu.*10. *in*
princip. verſic. ſecundò quod ex Statuto, ubi memi-
437 nit Statutorum Eccleſiarum Feltren., Patavinæ,
& Aquilejæ, quibus cavetur, ut dimittentes Be-
neficia poſt Feſtum S. Martini, retineant omnes
fructus uſque ad dictum Feſtum.

Non omiſſo, quòd non abdicatur jus à reſi-
438 gnante, niſi ipſemet reſignans perſonaliter, ſi
præſens fuerit in Curia, alioquin per Procurato-
rem ad hoc ſpecialiter conſtitutum, in Camera,
vel Cancellaria expeditioni expreſsè conſenſerit,
& juraverit, ità ut donec conſenſus hujuſmodi à
Notario in libris authenticis Cameræ, vel Can-
cellariæ infrà tres menſes in materiis Franciæ, in
aliis verò infrà quindecim dies à die, quo Data-
rius ſupplicationem ad Regiſtrnm, vel Summi-
ſtam miſerit, computandos extenſus non fuerit,
immò interim poteſt reſignans proteſtari, nè
parva data (quæ eſt quædam ſignatura, ſeu par-
vus conſenſus parvis characheribus in extrema
ſupplicationis margine apponi ſolitis) extenda-
tur, *Burſat. conſ.* 393. *per tot. lib.* 4. *Antonell. de*
*temp. leg. lib.*1. *cap.*48. *n.*18. *cum ſeqq. Amayden.*
de ſtylo Datariæ lib. 1. *cap.*32. *nu.*51. *Lotter. de re*
*benef. lib.*3. *qu.*14. *nu.*23. *cum ſeqq. Corrad. prax.*
*benef. lib.*2. *cap.*1. *num.*26. *in fine verſic. quare ex*
*his, Pariſ. de reſign. benef. lib.*1. *qu.*6. *num.*38. *&*
*lib.*8. *qu.*8. *nu.*1. *cum ſeq. Capuccius prax. tom.*1.
parte 3. *cap.*11. *artic.*25. *n.*427. *cum ſeqq.* ubi Bulla
Pauli III. & aliæ, *Rota coram Card. Puteo dec.*42.
*per tot. lib.*3.

Denique quomodocumque res ſe habeat,
communis opinio eſt contrà diviſionem fructuũ 439
pendentium, quos tenet integros reſignatario
deberi, ut ingenuè fatetur *Mancinus* (qui mili-
tat pro diviſione) *de Jure Sacro controverſo di-*
ſert. 20. *nu.*43. & de communi teſtatur *Barboſa*
in l. divortio 8. *in princip. nu.*44. *ff. ſolut. matrim.*
Gonzalez ad Regul. 8. *hodiè* 9. *Cancellar. de Menſib.*
*gloſ.*20. §. 2. *nu.*41. *Garzias de Benef. par.*2. *cap.*1.
*num.*125.

IV. Pro diviſione motivum non obſtat, quia
non deſunt DD. contrarium tenentes, nempè fru-
ctus uſufructus pendentes poſt obitum uſufru- 440
ctuarii ſpectare potiùs ad proprietarium inte-
gros, cùm uſufructuarius ſola perceptione nita- 441
tur, ut idem *Antonellus* ſibi parùm coſtans poſteà
tenuit per *text. in l. ſi uſufructuarius* 13. *ff. quib.*
*mod. uſusfruct. amitt. cit. tract. de temp. legal. lib.*1.
*cap.*48. *nu.*11. *Valaſc. de partition. cap.*30. *nu.*16.
*& cap.*31. *nu.*7. *in fine, & n.*8. *in princip. & n.*12.
*in fine verſic. tempus autem, & n.*22. *Berlich. pract.*
*conc par.*3. *conc.*43. *nu.*21. Immò DD. contrarii 442
pro diviſione militantes inter uſufructuarii hære-
des, & proprietarium, loquuntur de fructibus,
qui ſingulis diebus percipiuntur, licet ſingulis
annis ſolvantur, quales ſunt vecturæ navium,
jumentorum, operæ ſervorum, uſus animalium,
fructus hortorum, paſcuorum, cenſus, affictus,
ſeu penſiones domorum, apothecarum, taberna-
rum, & molendinorum, & ſimilia, qui fructus
ob id non maturus, nec pendens dicitur, ſed quo-
tidiè perceptus tanquàm diurnalis, & non præ-
ſumptione Juris conſideratur uti perceptus, ſed
effectualiter perceptus, *Coſta de rata qu.*114. *n.*7.
Caſtill. deciſ. Sicil. 4. *in addit. per tot.* & videre eſt
apud eundem *citat. Barbat. de diviſ. fruct. par.* 2.
*cap.*1. *nu.*18. *in med. verſic. & ob id non maturus,*
*antè verſic. hoc autem, Caſtill. de uſufructu cap.*77.
*nu.*25. *Antonell. de temp. leg. lib.*1. *cap.*47. *nu.*1. 2.
& 4. *in fine verſic. ubi obſervat*, qui *n.*5. ingenuè
fatetur, è contra fructus pendentes, qui ſingulis
tantùm annis percipiuntur, deberi proprietario
integrè, etiamſi de tempore obitus uſufructuarii
maturi eſſent, & proximi perceptioni eo, quòd
in talibus fructibus tempus perceptionis atten-
ditur, tùm quia uſufructuarius facit fructus ſuos
ratione tituli, & juris, quod habet, ideoque fru-
ctus perceptos facit ſuos irrevocabiliter, fructus
verò pendentes poſt ejus mortem non tranſmit-
tuntur ad hæredes, quippè jus illud, ſivè titulus, 443
qui perſonæ uſufructuarii cohæret, extinctus fuit
ejuſdem uſufructuarii morte, idemque probat
*Caſtill. de uſufructu cap.*77. *n.*1. *in princip. & n.*3.
in med. verſic. cæterùm ſi fructibus pendentibus, &
*nn. ſeqq. num.*11. 16. *cum ſeqq.* undè quanto mi-
nùs, Beneficiatus uſufructuario æquiparatus
tranſ-

tranſmittet ad ſuos hæredes ratam fructuum ſui
Beneficii,qui non ſolùm ſingulis diebus non per-
cipiuntur, ſed nec ſingulis annis, verùm ſingulis
duntaxat quindenniis, ſeu quindecim annis,in-
déque quindenniales dicti, ità ut nec ab annuis
444 redditibus benè inferatur ad quindennia, ſeu
quindenniales redditus, ſicuti nec benè ad lau-
demia, *Medices conſ.*152. *nu.*52.*cum ſeq & n.*77.
Inſuper DD. pro diviſione congeſti, potiùs
445 noſtræ opinioni favent, dum firmant (ut videre
eſt penès *citat. Antonellum de temp. legal. lib.* 1.
446 *cap.*47. *nu.*10. *in med. verſic. & ideò*) fructus Be-
neficii à ſolo ſeparatos ſpectare ad hæredem Be-
neficiati defuncti, pendentes verò ad ſucceſſorē
447 in Beneficio, in quo nos etiam convenimus, nec
prætendimus, ultimum quindennium per Benefi-
ciatum anteceſſorem perceptum, eſſe aſſignan-
448 dum ſucceſſori,quod ſanè ſummam iniquitatem
redoleret, nec ſunt confundendi termini diviſio-
nis, ut facit *Antonellus*, hoc enim non eſt divi-
dere, ſed integraliter, quod ſuum eſt, quemque
acquirere,prout eo caſu hæredibus uſufructuarii
debetur,veluti ait *Barbatus de diviſione fructuum*
449 *par.* 2. *cap.*1. *nu.*10. & ſicuti non ambigimus de
quindennio percepto, hæredibus anteceſſoris in-
tegrè acquirendo, nulla facta diviſione ratæ, ſeu
quotæ quindennii inter hæredes anteceſſoris jux-
ta menſuram temporis ſuperviventiæ ultimi Be-
neficiati.
450 Præterquàmquòd Beneficiatus non benè æqui-
paratur uſufructuario ſaltem in morte, in qua
eſt ſimplex, & nudus uſuarius, ut ſuprà proba-
vimus in II. *ratione* confirmatoria noſtræ opi-
nionis.
451 Neque in totum eſt tuta, & vera contra divi-
ſionem replicatio *Coſtæ de rata qu.* 29. *nu.*5. *cum*
ſeqq. quòd in tantum fructus pendentes ex uſu-
fructu ſpectant ad proprietarium, ut latè per nos
ſuprà in IX. *ratione* confirmatoria noſtræ opi-
nionis, in quantum uſufructuarius eſt poſſeſſor
ex cauſa lucrativa, ſicque uſufructuarii exem-
plum trahi nequit ad Beneficiatum ex cauſa, &
titulo oneroſo poſſidentem, cùm in pluribus dif-
452 ferat cauſa lucrativa ab oneroſa, quia ad ſum-
mum hoc procedet in Beneficiis Curatis, & reſi-
dentialibus tanquàm onus, ac ſervitium haben-
tibus, non autem in ſimplicibus nullum onus
habentibus, neque ſervitium in hoc à ſervitoriis
diſtinctis, immò benè cauſam lucrativam tan-
tùm habentibus.
V. Pro diviſione motivum non obſtat, quia
in legatario eſt ſpeciale ob conjecturatam men-
453 tem teſtatoris, cùm in legato præſumatur præ-
dilectus,*Caſtill.deciſ. Sicil.*4. *n.*4. *tom.*1.quæ ratio
454 non militat in Beneficio, nec in Beneficiato, in
quo nulla cadit prædilectio tanquàm incognito
fundatori, ſeu inſtitutori Beneficii, ultraquam-
455 quòd hoc controverſum eſt, ut patet ex *Caſtill.*
*deciſ. Sicil.*4. *per tot. tom.*1.
VI. Pro diviſione motivum non obſtat, quia
ſtant in contrarium DD.aliqui ex cumulatis pro
456 diviſione, & alii, tenentes potiùs ad ſucceſſorem
in fideicommiſſo, ſeu majoratu ſpectare omnes
fructus pendentes fideicommiſſi, ſeu majoratus,
quàm inter hæredes ultimi poſſeſſoris, & ſucceſ-
ſoris eſſe faciendam diviſionem pro rata tempo-
ris, quo ſupervixit ultimus poſſeſſor, inter quos
ſunt *iidem citati* penès *Barbatum de diviſ. fruct.*
*par.*2.*cap.*9. *n.*3.*in med.veſic. ſecunda fuit propte-
reà*, *& idem allegatus Valaſc. de partition.cap.*30.
*n.*10. *cum ſeqq.* noſque ſuprà latè cõprobavimus
in VII. *Ratione* confirmatoria noſtræ opinionis,
quibus addimus *Cencium de cenſibus qu.*70. *n.*21.
*Rotam poſt eund. deciſ.*458. *nu.*4.*in princip & n.*7.
*Monter.Cueu.deciſ.Aragon.*17.*n.*9.*cum plurib.ſeqq.*
Ultraquamquòd opinio pro diviſione ad
ſummum forſitan intraret in caſu, quo ageretur 457
de ſecundo, vel ulteriori loco ſucceſſivè vocato
ad fideicommiſſum, non autem ſi ageretur de
primo ſucceſſore,ſeu de primo vocato, veluti di-
ſtinguit, ac ſequitur tanquàm probabilius,ac de
Jure verius *Barbat. de diviſ. fruct par.* 2. *cap.* 9.
*nu.*10. *in princip.juncto verſic. & primo caſu*, *&*
verſic. Secundo verò caſu, ubi ità per Advocatos 458
Regiæ Cancellariæ Caſtellæ conſultum, per-
que Judices frequentiſſimè ſervatum. Nec benè
quadrare poteſt in materia fideicommiſſaria
cauſa diviſionis, quæ ut plurimum ob quandam
æquitatem introducta fuit ad compenſandum
onera ſupportata,onera verò hæredis gravati ut 459
plurimùm ſunt levia, & multò minora, quàm
ipſius commoda, adeò ut magis figuram, & ap-
parentiam onerum habeant, quàm vim, & effe-
ctum comparativè ad onera matrimonialia,nec 460
comparanda ſunt cum oneribus matrimoniali-
bus longè gravioribus, ut notant *Valaſc. de par-
tition. cap.*30.*nu.*9. *cum ſeqq & citati per Barbat.
de diviſione fructuum par.*2. *cap.*9. *num.*8. immò
nulla ſunt onera, undè videmus, quòd in noſtra
Luſitania fructus non dantur ſucceſſori majora- 461
tus ob aliquod onus,etiamſi ſit bonorum Regiæ
Coronæ juxta *leg. Reg Ordination. lib.* 2. *tit.* 17.
§.3. de qua *Gama deciſ. Luſitan.*350. *nu.*2. *verſic.
non obſtat, juncto verſic.in caſu autem majoratus*, 462
quanvis *Barbat de diviſ fruct. par.*2. *cap.*9.*nu.*11.
circà fin. verſic.nec præfatis, *juncto verſic. addo*,
quia dato, ſentiat, ſufficere, onera dici, ac ea
adeſſe, ratione quorum talis admittitur partitio,
nec aliquid facere, quòd ſint majora iſta, quàm
illa,aut è contrà majora illa,quàm iſta,hoc enim
non efficit, quin onera dicantur, ſed differentia
intercedit tantùm inter illa circà plus, aut mi-
nus, & ſic differentia viget quoad quotam, ſi
ſint æqualia,nec nè,aut majora, vel minora iſta,
quàm illa, non verò quoad qualitatem, ità ut
non dicantur etiam iſta onera,quia minora,cùm
ſic dicantur onera iſta, ſicut illa; Undè ſi dicun-
tur onera, quanvis minora, erit ſemper locus
partitioni ratione onerum competenti, & quan-
vis onera fideicommiſſi non ſint æqualia oneri-
bus matrimonii, ſeu dotis,& ſic minora ſint iſta
fideicommiſſarii, quàm illa mariti, poſſunt aliàs
aliquo tempore fieri iſta majora,ſicque ſufficiet,
adeſſe habilitatem æqualium,ac potentiam ipſo-
rum, non deducendo in argumentum, ipſorum
aut majoritatem,aut minoritatem. Immò etiam
quando onera fideicommiſſaria exequanda fo-
rent oneribus matrimonialibus, dum hæres gra-
vatus, ſeu quicumqne poſſeſſor fideicommiſſi
habet annexum onus alendi fratres, & dotandi
ſorores, non proindè tamen evincitur, facien-
dam fore aſſertam fructuum diviſionem pro ra-
ta, cùm in uno caſu, & altero reperitur diverſa
ratio, nam maritus non facit fructus ſuos ratio-
ne dominii, quod habet, ſed ratione onerum,
quæ ſubſtinet in matrimonio, undè ſolùm pro
tem-

tempore, quo prædicta onera ſubſtinuit, prædictos fructus lucrabitur, hæres autem gravatus facit fructus ſuos non ratione onerum, ſed dominii, ac proindè quoad illos lucrandos nullus haberi debet reſpectus ad onus, ſed dumtaxat
463 ad dominium, cujus ratione eos percipit, quod cùm ipſius morte extinguatur, nullo modo ad ejus hæredes pertinere poſſunt, etiamſi in fideicommiſſo quamplurima onera conſiderarentur, ut ponderat *Valaſc. de partition. cap.* 30. *num.* 10. *cum ſeqq. ubi nu.* 14. in noſtro Portugalliæ Regno ità ſervari, ſivè fideicommiſſum conſiſtat in bonis patrimonialibus, ſivè in bonis Regiæ Coronæ, ac ità non ſemel etiam in iſtis vidiſſe iudicatum, dum ob legem mentalem (ut dicunt in illis Partibus) tranſit ipſo Jure dominium in ſucceſ-
464 ſores bonorum Coronæ, prout tranſit in Regno Caſtellæ ex *l.* 54. *Tauri*, immò etiam poſſeſſio ex *l.* 45. *Tauri, & l.* 8. *tit.* 7. *Ordinam.* vel quia in fideicommiſſo traditio bonorum facta primo vocato, non videtur ei ſolùm facta, ſed etiam omnibus ſequentibus ſucceſſivè, ac ulteriori loco vocatis, ità ut dominium fideicommiſſi non poſſit transferri in alium præter vocatos, neque
465 teneat hujuſmodi translatio ex *Ordinat. Reg. Portugall. lib.* 4. *tit.* 25. §. 1. *in nov. Recopil. lib.* 4. *tit.* 11. §. 1. & 2. nè aliàs dominium ſit interim in pen-
466 denti, quod eſſe non poteſt in fideicommiſſis, veluti ad omnia advertit *Valaſc. de partition. cap.* 30. *num.* 14. *cum plurib. ſeqq.*

Et ad ſummum figurata cauſa diviſionis fru-
467 ctuum pendentium in Fideicommiſſo, forſitan poſſet intrare in Fideicommiſſis, ſeu majoratibus Hiſpaniarum, ubi poſſeſſor ſolet alere magnam familiam, ac juvare etiam pauperes cognatos, tenetur inſuper ſequi Principem in bello, aliaque permulta ſubire onera, & propterea ſicuti ratione onerum in marito fit diviſio fructuum ultimi anni pro rata, ſic pariter eadem onerum ratio efficiet, ut ſucceſſor in majoratu Hiſpaniæ pro rata tantùm percipiat fructus ultimi anni, quo majoratus poſſeſſor objerit, partiendos inter ipſum, & ultimi poſſeſſoris hæredes, veluti notant *Barbat. de diviſ. fruct. par.* 2. *cap.* 9. *nu.* 6. *Gama deciſ. Portugall.* 350. *n.* 3. *in princip. verſic. loqui enim videtur antè verſic. per hæc igitur.* Propterea multò minùs erit locus diviſioni fructuum Beneficii præſertim ſimplicis, in quo cùm
468 ſervitium deficiat, nullum onus conſiderari valeat, ex parte Beneficiati, & ſic nulla cauſa diviſionis adſit, æquum non videtur quòd dividantur fructus inrer hæredes Beneficiati, qui nullum onus in ſuo Beneficio ſubiit, ut in ſimili
469 de non dividendis fructibus Fideicommiſſi nullum habentis onus, obſervat *Barbat. de diviſ. fruct. par.* 2. *cap.* 9. *n.* 13. *in fin. verſic. limitabis modò.*

Neque in totum eſt probabilis contrà diviſio-
470 nem replicatio *Coſtæ de rata qu.* 29. *n.* 5. *cum ſeqq.* putantis, ideò fructus pendentes Fideicommiſſi cedere beneficio Fideicommiſſarii agnoſcentis Fideicommiſſum, ut ſuprà in VII. *ratione* confirmatoria noſtræ opinionis, eo, quòd Fideicommiſſarius, ſeu ad Fideicommiſſum vocatus, eſt poſſeſſor ex titulo lucrativo, Beneficiatus verò eſt poſſeſſor ex titulo oneroſo, indèque non benè ab uno ad alium titulum inferri, tanquàm
471 ad diſſimilem, quippè hoc argumentum habebit locum in Beneficiis Curatis, & reſidentialibus tantùm, ut advertimus ſuprà in IV. *reſponſione* ad IV. motivuum pro diviſione.

Ultràquamquòd nec eſt verum, Fideicommiſſarium eſſe poſſeſſorem ex cauſa lucrativa, 472
cùm potiùs ſit ex cauſa oneroſa ob onus, quod habet alendi ſecundogenitum, & totam familiam, *Tiraquell. de jure Primogen. quæſt.* 4. *n.* 33. *Knipſchitt. de Fideicom. nobil. famil. cap.* 6. *n.* 210. & *cap.* 10. *n.* 71. *Molina de Primogen. Hiſpan. lib.* 2. *cap.* 15. *num.* 57. *cum ſeqq. Maldonad. ad eund. ad n.* 56. & *ſeqq. Surd. de alim. tit.* 3. *qu.* 3. *n.* 1.

VII. Pro diviſione motivum non obſtat,
quia ſtat contrà communis opinio tenens, fru- 473
ctus pendentes in re Emphyteutica reverſa ad Dominum per generationem finitam, vel per caducitatem, etiam maturos, nondùm tamen exactos, pertinere ad Dominum propter cohærentiam ſoli ad *textum in l. ſi fur decerpſerit, aliàs l. arboribus evulſis* 12. *l. defuncta* 58. *ff. de uſufructu, l. ſi uſufructuarius meſſem* 13. *ff quib. mod. uſusfruct. amitt. l. Julianus* 13. §. *Si fructibus* 10. *ff. de action. empt. l fin.* §. *Fructus* 6 *ff quæ in fraud. cred. Fulgin. de jure Emphyt. tit. de contract. Emphyt. q.* 33. *n.* 10. *tit. de alien. q* 1. *nu.* 128. & *tit. de ſolut. canon. q.* 1. *n.* 234. *Corbul. de cauſ. privation. Emphyteuſ. tit. de cauſ. privation. ob non ſolut. canon. ampl.* 37. *n.* 1. *Barbat. de diviſ. fruct. par.* 2. *cap.* 13. *n.* 1. *poſt med. verſic. dicebant alii, juncto verſ. verùm hanc ſupputationem, & n.* 11. *in princip. cum ſeqq. Carol. Anton. de Luca ad reſol. de Marin. melior.* 152. *n.* 8. *in fine verſic. fructus pendentes tom.* 1. *Pinheyr. de Emphyteuſi parte* 2. *diſp.* 8. *ſect.* 6. §. 1. *nu.* 89. *Fragoſ. de regim. Reip. Chriſt. tom.* 3. *diſput* 12. §. 1. *ſub n.* 1. *verſic. ſed penſiones, Gama deciſ. Luſitan.* 350. *nu.* 2. Adeò ut etiam in 474
caſu commiſſi, *Pinheyr. loco citat. n.* 100. cùm enim per mortem Emphyteutæ conſolidetur dominium utile cum directo, conſequens eſt, ut ad 475
Dominum etiam inſolidum pertineant fructus pendentes ipſius rei, & nullo modo ad Emphyteutam, ejuſque hæredes, *Pinheyr. loc. cit. n.* 91. *in fine.*

Neque obſtat ſimilitudo cum fructibus dotalibus, quia hi fructus non ſpectant ad maritum ratione dominii, quod habet in fundo dotali, ſed ratione onerum matrimonialium, quæ ſub- 476
ſtinet, undè quanvis maritus fructus dotales percipiat, non facit eos ſuos irrevocabiliter, niſi pro rata temporis, qui onera matrimonialia ſubſtinuit, & reliquos tenetur reſtituere, Emphyteuta verò non facit fructus ſuos ratione one- 477
rum, ſed ratione tituli, & utilis dominii, quod in fundo Emphyteutico habet, ſiquidem finita Emphyteuſi ceſſat illud dominium in Emphyteuta, nec tranſit in ejus hæredes, ſed revertitur ad Dominum, ad quem ideò ſpectant fructus pendentes, *Pinheyr. loc. allegat. n.* 92.

Immò ſicuti decedente uſufructuario antè fructus perceptos, illi non tranſmittuntur ad hæredes uſufructuarii, ſed debentur proprietario 478
l. ſi uſufructuarius 13. *ff. quib. mod. uſusfruct. amitt. l. in ſingulos* 8. *in fin. ff de annuis legat. l. ſi pater* 5. *C. de uſufructu,* nos ſuprà in IX. *ratione* confirmatoria noſtræ opinionis, ità Emphyteuta uſufructuario aſſimilatus non tranſmittet fru- 479
ctus nondùm perceptos, veluti arguit *Barbat. loco mox allegato n.* 1. *in fine, Valaſc. de partition. cap.* 31. *n.* 7. *in fine,* & 8. *in principio.*

Undè

Undè obj. ctum non ſtringit,ſed potiùs com-
probata remanet exemplo Emphyteutæ ad Be-
neficiatum noſtra opinio. Contraria autem
opinio ad ſummum concludit, ſumptus, & la-
bores ſolvendos fore hæredibus Emphyteutę eo,
480 quòd fructus intelliguntur deductis expenſis *l.*
fructus 7. ff. ſolut. matrim. l. fundus, qui 51. ff.
famil. erciſc. Barbat. loc. mox. allegat. num.2 in
princip. verſiculo undè dicebant alii, Valaſc. de
partition. cap.31. nu.11. circà fin. verſic. quia re-
ſpondetur, & nu.12. quod temperamentum ap-
plicari nequit ad caſum noſtrum, dum Benefi-
481 ciatus nullas impenſas facit in fundo in Emphy-
teuſim conceſſo, & ſic ejus hæredes illos dedu-
cere nequeunt.

VIII. Pro diviſione motivum non obſtat,
482 quia potiùs communis opinio in eo reſidet,quòd
fructus feudi pendentes ad Dominum perti-
neant, vel ſi extent ſucceſſores in feudo, ad il-
los, quod dependet ex intellectu difficillimi *tex-*
tus in cap.1.§. His conſequènter tit. hic fin. lex in
uſib.feud. de quo *Knipſchitt. de Fideicom. nobil.*
famil. cap.10. n.57. Barbat. de diviſ. fruct. par.2.
cap.4. per tot. Valaſc. de partition. cap 31. n 9. in
fine verſic. nihilominùs, & cap.32. n.5. Antonell.
de temp. legal. lib.1. cap.49. n.4. in med. Berlich.
practic. conc. parte 3. conc.43. nu.25. cum plurib.
Manfrella in obſerv. ad Capyc. Latr. deciſ. Neap.62.
n.16. tom.1.

Et quando etiam placeret contraria opinio
pro diviſione, illa ad Beneficiatum nullatenùs
483 eſt applicabilis ob maximam diſparitatem inter
Feudatarium, & Beneficiarium, in tantum enim
hæredes Feudatarii habebunt ratam fructuum
pendentium pro tempore, quo vixit eorum au-
484 thor, in quantum Feudatarius fundum feuda-
lem colit, ſumptus fecit in equis, & armis,
Criſpolt. caſ.militar.42. n.5. cum ſeq. Beneficiarius
verò non eſt in noſtro caſu, qui fundum Bene-
ficialem colit, & ſic nullos ſumptus facit; qua
485 de cauſa cùm Beneficiarius faciat fructus ſuos
ratione tituli, & juris, quod habet in Beneficio,
utique reſoluto titulo, & jure, ceſſare debet cau-
ſa acquirendi, ſicque acquiſitum, ſeu acquiſi-
tio, loquendo præcipuè de Beneficiario ſimpli-
ci, ut reſpondet *Criſpolt. loc. mox cit. n.6. in fine*
verſiculo ad ea verò.

IX. Pro diviſione motivum non obſtat, quia
486 immò citrà aliquam diviſionem fructus penden-
tes in re vendita, ſivè matura, ſivè immatura
tempore venditionis pertinent ad emptorem,
qui uti pendentes pars rei venditæ ſunt,eo,quòd
tanquàm tales cenſentur in venditione compræ-
henſi, veluti notat *Valaſc. de partition. cap.28. n.1.*
cum ſeqq. nos latè ſuprà in V. *ratione* confirma-
toria noſtræ opinionis, vel quia ad ſummum
diviſio intraret ſuper penſionibus, ſeu affecti-
bus rei venditæ, nè venditor gaudeat prætio,
& penſionibus, emptor autem utroque careat,
quare ad evitandum hanc iniquitatem,pro tem-
487 pore, quo prætium fuit apud emptorem, pen-
ſio pertinet ad venditorem, pro tempore verò,
quo prætium fuit venditori erogatum, penſio-
nes pertinent ad emptorem, ut diſtinguit *Ripa*
de act. in mort. artic. cap.89. n.29. diverſa autem
militat ratio inter emptorem, & Beneficiatum,
emptor enim emit ſolum ſtatum præſentem,etſi
occaſione illius rei ſpectarent aliqua ad vendito-
rem, non tranſeunt in emptorem, niſi aliud
convenerit, nec actio pro conſequutione fru-
ctuum tranſit ad emptorem, niſi illa cedatur,
vel venditor tenetur exigere fructus,eòſque reſti-
tuere emptori, aliàs ad intereſſe teneretur, Bene-
ficiatus autem acquirit omnia etiam de præte- 488
rito, *Gallus de fructibus diſput.37. art.2.n.14. in*
fine verſiculo Reſpondeo, quod eſt diverſa ratio.

X. Et ultimum pro diviſione motivum non
obſtat, quia exemplum ſtipendii militaris pro
rata inter milites dividi ſoliti, non trahendum
ad fructus Beneficiales, minùſque ad quinden-
niales, in militibus enim conſideratur favor ali-
mentorum, & publicæ utilitatis, cui inſerviunt,
Rempublicam tuendo, vitæque periculo ſeſe 489
ſubiiciendo, ad *text. in l. Advocati 14. C. de Ad-*
vocat. diverſ. judicior. Criſpolt. caſ. militar. 1. n.13.
& caſ.6. n.19. cum ſeqq. adeò ut annona Milita-
ris etiàm non exacta ad hæredes militum tran- 490
ſmittatur *l. omnimodò 30. §. fin. C. de inoffic. teſtam.*
l. his ſcholaribus 14. C. de Erogat. Militar. annon.
lib.12. quibus præmiis ob merita animati, nec 491
ferrum, nec flammam, nec mortem metuunt,
Perez in tit. Cod.8. de erogat. militar. annon. lib.12.
n.15. in med. & fine.

Neque obſtare poterit, quòd ſicuti Eccleſiæ
bona, quæ reddunt fructum quolibet biennio
(qualia dicunt eſſe in Indiis) & ſunt olivæ, ſeu 492
oliveta, poſſunt locari abſque Beneplacito Apo-
ſtolico ad ſexennium, & quæ reddunt fructum
quolibet triennio, ad novennium(qualia ſunt in
Urbe Caſalia) & quæ reddunt fructum quoli-
bet quinquennio, ad quindennium (qualia ſunt
nemora, ſeu Sylva cædua) indeque ſexennium,
quinquennium, & novènium habentur pro trien-
nio, & quodlibet biennium pro uno anno cum
dimidio, ità ut quodlibet triennium, quodlibet
quinquennium, & quodlibet biennium reſpecti-
vè habeantur pro uno tantùm anno, cùm non
reddant fructum quolibet anno naturali, ſed
quolibet anno artificiali, qui annus conſtat vi-
ginti quatuor menſibus, ſeu etiam pluribus,
Antonell. de temp. legal. lib.1. cap.3. n.9. & cap.48.
n.3. in fine, Card. de Luca de Penſion. diſc.24. n.9.
in princip. & de alienation. diſc.1. num.34. & 37.
& de Regal. diſc. 157. num.5. cum ſeqq. Eminen-
tiſſimus Corradinus meritiſſimus S. D. N. Audi-
tor, & Sacræ Congregationis Concilii Præfe-
ctus, olim in Urbe ſtrenuus Advocatus, *de jure*
prælation. quæſt.27. n.15. Valaſc. de jure Emphyt.
qu.1. nu.14. in fine verſic. ſed ut ad definitionem,
Fulgin. de jure Emphyt. tit. de ſolut. canon. qu.1.
n.376. in princip. & fine verſic. deindè hæc opinio,
Pacionus egregius in Urbe Advocatus, *de locat.*
& conduct. cap.14. §.6. n.1. cum ſeqq. Pyrrh. Corrad.
in praxi diſpenſ. Apoſtol. lib.9. cap.1. n.14. verſic. è
contrà verò, Niger de laudem, tom.2. qu.35. n.27.
Barboſa de jure Eccleſ. lib.3. cap.16. nu.73. Bor-
gnin. Cavalcan. de uſufructu mulieri relicto n.245.
in princip. R. P. D. Petra doctiſſimus Secretarius
S. Cong. Concilii, & poſteà Epiſcoporum, & Re-
gularium, olim Auditoris Cameræ Locumtenens
digniſſimus, in ſuis aureis *Commentar. ad Conſti-*
tution. Apoſtol. tom.1. in Conſtit. III. Eugenii III.
ſect.2. nu.37. in fine verſic. quando Jure fructus,
Giurba ad Conſuetud. Meſſan. cap.10. gloſ.10. par.1.
n.56. Saminiat. controv. for.9. n.13. cum ſeqq. Tran-
chedin. conſult. for. tom.1. conſult. 73. nu.12. cum

ſeq. & tom.2. conſult.52. nu.12. cum ſeq. Eſcobar
Muñoz de ratiocin. par.2. cap.26. nu.9. Capiblanc.
de Baron. lib.2. in pract qu. ad Pragm.4. de Baron.
cap.22.n.3. cùm ſeq. Barbat. de diviſ fruct par.2.
cap.3. n 35. & cap.6. n 13. Card. de Luca de dote
diſc.160. n.41. in princip. juncto verſic. hinc proin-
dè, & n.42. ubi benè redarguit tenentes id pro-
cedere de conſuetudine, *Carol. Anton. de Luca*
ad reſol. de Marin. melior.152.n.5. tom.1. Seſſe de-
ciſ. Aragon. 339. num.13. cum ſeqq. tom.3. Rota
deciſ.27. nu.3. parte 3. diverſ. & in recentior. de-
ciſ.197. in princip. & n.2 in med. parte 1. & ſicu-
493 ti in bonis producentibus duplices fructus in an-
no (qualia ſunt in locis irriguis, ſeu aquoſis)
vice verſa illud ſemeſtre reputatur pro uno anno
ad celebrem *text. in l. divortio, aliàs l. fructus* 8. §.
Quod in anno 6. ff. ſolut. matrim. ubi Barboſa in
princip ita cùm quindennium etiam habendum
ſit pro uno tantùm anno, uti ex Emphyteuticis
bonis reddentibus fructus hujuſmodi quolibet
tantùm quindennio, ſeu ſingulis tantùm quin-
decim annis, pro illo anno admittenda videtur
diviſio pro rata temporis, quia hoc objectum ad
ſummum intraret in fructu naturali, ſeu indu-
ſtriali, non autem in civili, in quo verſamur,
& etiam ab hoc præſcindendo, ſatis eſt replica-
re, quòd ſolùm conſideratur tempus mortis Be-
494 neficiati in videndo, ad quem ſpectent fructus,
de tempore autem illius obitus remanſit extin-
ctum jus colligendi fructus, ut in ſimili reſpon-
det *Tranchedin. conſult. forenſ. locis citatis.*

Undè pro coronide concludimus, quinden-
nium inexactum, omninò deberi ſucceſſori in
Beneficio, non autem hæredibus ultimi Benefi-
ciati, cùm de tempore ejus viventiæ (ut ità di-
cam) ſeu exiſtentiæ, fructus hujuſmodi quin-
dennialis non fuerit adhùc mundatus, & matu-
ratus, ſicque nondùm ad ſuum proprium eſſe
perductus, nec fruitioni, à qua nuncupatur,
adhùc aptus, proindè carens ſua propria, & per-
495 fecta forma, quæ dat eſſe rei, ut ait *Coſta conſ.62.*
n.13. in med. verſic. ſed & ipſe, & n.14. ac ſicu-
ti fructus jam exacti, perceptique non dividun-
tur, ita nec dividendi ſunt inexacti, percipien-
dique, ut æqualitas præſertim inter Eccleſiaſti-
496 cos ſervetur ad evitandam ſocietatem Leoni-
nam, *Barboſa axiom.16. num.1. cum ſeqq.* aliàs
nanque videretur, Beneficiatum diſponere de
fructibus Beneficii jam non ſui poſt obitum, &
497 ſic de tempore inhabili, quod nequaquam quit
facere teſtamento, aut ab inteſtato, ſivè Cleri-
cus habeat adminiſtrationem, ſivè non in Be-
neficio, *Gigas conſ.25. n.8. in princip. cum ſeqq.*
& per tot. ſanèque odioſum, & à ratione Juris
498 alienum videri poteſt, hæredem præmia defun-
cti, debitique officii, quod defunctus nondùm
impleverat, honorarium, & mercedem nullo
ſuo merito conſequi, veluti de Silentiariorum hæ-
redibus, eorum nempè, qui in Palatio Principis
ſilentium indicebant, ait Imperator Anaſtaſius
in *l. fin. C. de Silentiar. lib.12.* ex qua ratione *Pli-*
499 *nius lib.4. Epiſtola 12. ad Anian.* refert. fuiſſe
judicatum in Senatu adversùs hæredes Scribæ,
qui antè legitimum Salarii tempus deceſſerat,
veluti notat *Barbat. de diviſ. fruct. parte 2. cap.8.*
n.11. poſt med. verſic. ſi æquabimus, juncto verſic.
juxta quæ: omiſſo, quòd fructus pendentes Be-
500 neficiorum debentur ſucceſſoribus tanquàm il-
lorum ſpolia, *Fillincc. qu. moral. vol.3. tract.43.*
de ſpol. Eccl. qu.4. n.5. verſic. dico ſecundò, undè 501
neſcio videre, quomodò in fructibus (loquendo
de pendentibus) poſſit intrare diviſio, quando
ſpolium debetur integrum.

Neque pro diviſione movet quædam ſimilitu-
do allata per *Mancinum de Sacro Jure controver-*
ſo diſſert.20. n.15. in princip. & fine, & n.16. quòd
ſcilicet ſicuti juxta vulgatam Bullam S. Pii V. 502
quando Horæ Canonicæ intermittuntur, reſti-
tutio fructuum facienda eſt favore fabricæ Ec-
cleſiæ, aut pauperum, etiam ex fructibus pen-
dentibus, diviſio enim hæc fructuum in dies non
tantum ex perceptis, verùm etiam ex pendenti-
bus fieri debet, & omnes fructus in computatio-
nem veniunt, ac ex omnibus rata deducitur, ut
nemo dubitat, ità ex fructibus pendentibus ac-
quiſitio quoque, ac diviſio eſt facienda, ubi pri-
mum ſolutum officium, impletùmque onus eſt, 503
quia fructus, qui amittuntur ob omiſſionem Ho-
rarum Canonicarum, non poſſunt dici penden-
tes, cùm Beneficiatus eos percipiat, quantunvis
eoſdem teneatur reſtituere pro rata temporis,
quo non recitavit Horas Canonicas, & in hoc
ejus conſcientia remanet onerata, & quando
etiam fructus hujuſmodi dici poſſent pendentes,
adhùc argumentum, ſeu ſimilitudo non eſt bona
eo, quòd non benè arguitur à foro poli ad forum 504
fori, in quo verſamur.

Quibus omnibus pro coronide accedit, quòd
cùm quindennia debeâtur Domino directo ma- 505
gis in recognitionem dominii, quàm pro mer-
cede, & fructibus, prout eodem modo deben-
tur laudemia, & canones, *Valaſc. de jure Emphyt.*
qu.1. nu.15. Fulgin. eod. tract. tit. de ſolut. canon.
qu.1. nu.99. antè med. verſic ego autem in princ.
Antonell. de jurib. & onerib. Cleric. lib.1. par.3.
cap.35. nu.9. Bonaccina de oblig. Beneficiar. circ.
Benefic. fruct. punct.3. n.8. Moneta de diſtrib. quotid.
parte 3. qu.4. nu. 24. Rota in recentior. deciſ.515.
n.5. in princip. parte 3. deciſ.338. n.1. cum plurib.
ſeqq. & per tot. parte 14. indè ſequitur, ſolven-
dum quindennium inexactum ſucceſſori in Be-
neficio, qui eo tempore reperitur Dominus di-
rectus, non autem hæredibus ultimi Beneficiati 506
defuncti, qui per obitum deſiit eſſe Dominus;
Immò ſicuti fructus naturales, licet maturi,
non habentur pro perceptis, ſeu exactis, donec
ab arbore ſeparentur, ſeu in arbore, & ſolo pen-
deant adhùc acerbi, ità civiles (qualia ſunt quin-
dennia) licet maturi, non habentur pro exactis,
ſeu perceptis, donec penès eorum debitorem
(qualis eſt Emphyteuta manus mortua) exiſtât,
& ſicut in naturalibus datur medius ſtatus, ità 507
etiam in civilibus, *Balducc. deciſ.54. nu.19. cum*
ſeq. vel quia neceſſe eſt, ut ab ipſo debitore ſint
ſoluti, cùm tamen argumentum ſit a fortiori,
dum arbores, & ſolum nequeunt reſiſtere haben- 508
ti jus percipiendi fructus naturales, ſicut debitor
poteſt reniti, & repugnare, ac de facto non ſol-
vere creditori habenti jus exigendi, & ità multò
magis difficulter hi poſſũt haberi pro perceptis,
quàm illi, illi enim ob nimiam facilitatem per-
cipiendi, poſſunt faciliùs haberi pro perceptis,
quod in iſtis ob poſſibilem reſiſtentiam non eſt
dicendum, *Manfrella in obſ. ad Capycc. Latr. deciſ.*
Neapol.62. n.19. in med. verſic. prima eſt, quia
tom.1. Balducc. loc. mox cit. & ſicuti fructus na-
tura-

turales nondùm collecti dicitur naturaliter pen-
dere, ità fructus civiles dicuntur civiliter, & le-
509 galiter pendere, & ſicuti naturales pendent in
arbore, ſeu ſolo, ità civiles pendent apud debi-
torem, ſeu pendent in ejus crumena, & bonis,
vel dici poſſunt pendere civiliter in ipſa arbore
ad illos percipiendos, *Manfrella loc. cit. nu.19.
in med. verſic. & licet*. Nec favore hæredum
Beneficiati facit *textus in l. ſi quid poſſeſſor* 31.§.1.
510 *ff. de petit. hæredit.* ubi pecunia in nominibus de-
bitorum habetur pro exacta, quia ibi loquitur
511 de malæ fidei poſſeſſore, qui tenetur etiam de
fructibus percipiendis, quod fortiùs intrat in
noſtris terminis fructuum nempè civilium ine-
xactorum, conſiſtentium in pecunia (qualia
ſunt quindennia) indeque à fortiori non haben-
512 tur pro collectis, & exactis, ſed ſunt pendentes,
*Manfrella loc. mox allegat. nu.19. in medio verſic.
in puncto autem*. Si ergo de fructibus civilibus
annuis hoc dicitur, quantò magis dicendum de
513 fructibus civilibus quindennialibus, qui ſingu-
lis dumtaxat quindecim annis colliguntur, *Card.
Pariſius conſ.*40. *num.*8. *lib.*1. *Cravetta conſ.*212.
*n.*8. *Beroius conſ.*133.*n.*9.*lib.*2. *Surd. conſ.*84.*n.*4.
*lib.*1. Solùm remanet ſcrupulus in caſu, quo vi-
geat in aliquo loco conſuetudo dividendi fru-
ctus Beneficiorum pendentes inter hæredes ulti-
mi Beneficiati, & novum ſucceſſorem in Benefi-
514 cio, prout illa ab immemoriali viget in Civita-
ten. Diœceſi apud Hiſpanos (exceptis in Præ-
bendis Eccleſiæ Cathedralis, ac Præſtimoniis
eiſdem annexis, ob perſonalem earundem reſi-
515 dentiam) & in alia Elboren. apud noſtros Luſi-
tanos vigore *Conſtitutionis Synodalis* 20.§.*ultimo*
ad tradita per *Gutierrez Canon. qu. lib.*1.*cap.*33.
*n.*12. *cum ſeq. & per Valaſc. de partition.cap.*36.
nu. 10. quid tunc ſtatuendum de quindennio,
cùm in hac materia attendendæ veniant pecu-
516 liares conſuetudines locorum, aut Conſtitutiones
Eccleſiarum, ut ait *Gutierrez loc. cit. nu.*33. *in
517 fine*, & puto, non obſtante hujuſmodi contra-
ria conſuetudine adhùc totum, ac integrum
quindennium fore ſolvendum ſucceſſori in Bene-
ficio, cùm ſemper militent per nos ſuprà cumu-
lata de individuitate quindennii in reſponſione
ad primum motivum pro diviſione.

518 Eodem ſanè ſano modo dicendum venit in
caſu *Conſtitutionis Synodalis* 20.§.2. Diœceſis Ulyſ-
519 ſiponen. pariter in Portugallia (cujus Civitas
Ulyſſipo eſt Patria mea) caventis, ut in caſu,
quo moriatur Beneficiatus poſt diem S. Joannis
Baptiſtæ uſque ad diem Nativitatis Domini,
poſſit diſponere de medietate fructuum, & alte-
ra medietas pertineat ad novum ſucceſſorem, ſi
verò moriatur poſt diem Nativitatis uſque ad
diem S. Joannis, de nihilo diſponere poſſit jux-
ta congeſta per *Valaſc. de partition. cap.*36.*n.*12.
nec enim hoc caſu quindennium tanquàm ſem-
per individuum, dimidiandum eſt, ſed adhùc
520 integrum debetur ſucceſſori in Beneficio, non
ſuffraganre in hac parte memorata Synodali
521 Conſtitutione, quæ ſolùm loquitur de fructibus
naturalibus, & induſtrialibus, non autem de
civilibus, quales ſunt quindennia, ut ad ocu-
lum patet ex lectura *Valaſc. loc. cit.* qui ibidem
ſupponit, Conſtitutionem loqui de fructibus
adhùc in agro, vel in horreis, ſeu in Cellaris
(vulgò in illis partibus *celleiros* nuncupatis) Ec-
cleſiæ, nondùm partitis inter Beneficiatos, qui
modus loquendi citrà recti ſermonis vitium, nul-
latenùs eſt applicabilis ad fructus civiles, qui
conſiſtentes in pecunia, non naſcuntur ex agro,
nec reponuntur in horreis.

Nec aliquid faceſſit, quòd Eccleſiæ ſolent ven-
dere ſuo tempore hujuſmodi fructus naturales, 522
& induſtriales, ac poſteà illos in pecunia partire,
& diſtribuere inter ſingulos Beneficiatos, ità ut
ex fructibus naturalibus Beneficiati percipiant
fructus civiles, quia quomodocumque res ſe ha-
beat, quindennium tanquàm individuum ex ſu-
prà probatis, non patitur ſui dimidiationem,
nec etiam in minima, ac minutiſſima parte ſui
ſectionem, ſeu diviſionem, ultraquamquòd in
caſu noſtro loquimur de Beneficio conſiſtente
in prædio Emphyteutico manui mortuæ conceſ-
ſo per Beneficiatum, cujus fructus per neceſſa-
rium conſequens non poſſunt conſiſtere in fru-
ctibus naturalibus, aut induſtrialibus, ſed in ſo-
lis civilibus, videlicet in annuis canonibus, &
quindenniis, de quibus nec per ſomnium men- 523
tionem facit præfata Conſtitutio Synodalis, nec
ullo modo, nec ſano ſenſu in illa poſſunt com-
præhendi, dum Eccleſiæ hujuſmodi fructus ex
prædio Emphyteutico non ſolent diſtribuere
inter Beneficiatos, ſed benè eos Beneficiatus, 524
qui prædium ſuum beneficiale manui mortuæ in
Emphyteuſim concedit tanquàm Dominus di-
rectus recta via, ac mediatè per ſe percipit,
ſuoſque facit, eos exigendo ſuis temporibus à
manu mortua Emphyteuta, nec Eccleſia in hoc
apponit manus.

Quantumvis autem noſtra opinio ſolidiſſimè
munita, ſit juridica, firmans, quindennium
inexactum ex prædio Beneficiali deberi totum,
ac integrum ſucceſſori in Beneficio, nulla etiam
facta diviſione inter ipſum, & hæredes ultimi
Beneficiati, attamen adhuc ſupereſt non con-
temnēda difficultas in caſu, quo adſit contraria
conſuetudo diſponendi, nimirùm de fructibus
Beneficiorum inexactis.

Et pro dicendorum intelligentia præmitten-
dum eſt, quòd Clerici procul dubio de bonis 525
patrimonialibus, vel quaſi patrimonialibus di-
ſponere poſſunt tàm ex teſtamento, quàm ab
inteſtato *cap. Epiſcopi* 19.12.*q.*1. *cap. placuit* 1.
12.*q.*3. *cap. quia nos* 9.*cap. relatum* 12. *il* 2.§.*Cæ-
terùm* 3.*cap. requiſiſti* 15.§.*Illud* 4.*de teſtam. Azor.
inſtit. moral. parte* 2. *lib.*7.*cap.*9. *in princip. lite-
ra E. Pinheyr. de teſtam. tom.*1. *diſp.*1. *ſect.*6.§.1.
*n.*275. & §.9. *n.*344. *cum ſeqq.* & §.12. *nu.*393.
& 407. *Scalona eod. tract. lib.*3.*cap.*5. *n.*25. *Bar-
boſa de jure Eccl. lib.*3. *cap.*17. *n.*50. *de Graſſ. de
effect. Cleric. in prælud.n.*300. *Paſſerin. de Eccleſ.
reconcil. diſp.*4. *cap.*4. *n.*4.*in princ. Ventrigl. prax.
Eccleſ. tom.*2.*annot.*16.§.1.*n.*4.*cum ſeqq.* & *n.*33.
*cum ſeqq. ubi Carol. Anton. de Luca in obſ. ad eund.
Pereyra deciſ. Portugall.*95.*n.*25.*in fine verſic. ex
quibus*, *Cortiada deciſ. Cathalon.*125.*n.*15. *tom.*3.
& ſuper hoc extat *Conſtitutio Synodalis Diœceſis* 526
Egitanien. vulgò *da Guarda* in noſtro Portugal-
liæ Regno, *lib.*3.*tit.*14.§.5. *relata per Themud. de-
ciſ. Vlyxbon.*221. *n.*1. *parte* 2. ibi -- *Item dos bens
patrimoniaes, que os tiverem acquirido por rezaõ
de ſua peſſoa, e induſtria, poderaom diſpor livre-
mente, e deixalos aquem quizerem; e morrendo ab
inteſtado, lhe ſocederaom ſeus herdeiros atè o deci-*

mo grao : e ſe naom tiverem herdeiros , à nos pertence diſpor de ſeus bens , como faremos , mandando primeiro pagar dividas, e ſervicos , e os gaſtos do enterramento , e exequias &c. ideſt item ex bonis patrimonialibus , acquiſierint ex ſe , propriaque induſtria , liberè diſponere poterunt , eaque relinquere quibus voluerint; & ab inteſtato decedentibus ſuccedent eorum hæredes uſque ad decimum gradum : ſi autem hæredes non habuerint , ad nos ſpectat de bonis eorum diſponere, prout exequemur , jubendo priùs æs alienum ſolvi , & præſtita ſervitia , nec non funus , ac exequias &c. Adeò ut in Sacra , ac præclariſſima Hieroſolymitana
527 Religione de conſuetudine , & urbanitate Fratres poſſunt tàm ex teſtamento, quàm ab inteſtato de bonis patrimonialibus diſponere juxta Stabilimentum, ſeu Statutum prædicti Ordinis 30. Rubr. de communi Theſauro tit.5. Berettus conſ.96. ſub num.2. verſic. at Milites Rhodiani , Marta conſ.507. ſub nu.14. verſic. non obſtat igitur, & conſ.58. ſub n.3. verſic. ad hoc reſpondeo , & ſub n.25. verſic. quia poſito , Card. de Luca de teſtam.
528 diſc.9. n.2. Rota recentior. deciſ.302. n.17. par.9. tom.1. prout ex Indulto Leonis X. de fructibus Canonicatuum teſtari poſſunt Canonici Regulares S. Ruffi in Germania , poſſidentes portiones , de quibus Gabriel. conſ.166. lib.1. & in Civitate Legionen. Regni Hiſpaniarum ſimiles
529 Canonici Regulares S. Iſidori teſtari poſſunt in cauſas pias, qui retinent loco Canonicatuum Portiones vulgò in illis partibus privilegiatas nuncupatas, ſeu Capellanias pro congrua, & Veſtiariis inſervientes, inque proprios honeſtos, & licitos alios neceſſarios uſus deſtinatas , de qui-
530 bus Canonicis ſcribunt Navarr. qui fuit Canonicus Regularis Profeſſus Monaſterii Roncisvallis conſimilis Inſtituti , de Regular. commentar.3. qu.5. nu.23. verſic. ſextò principaliter, Barboſa de Canon. & Dignit. cap.1. nu.19. Sarmient. in Apologia de reddit. Eccl. par.1. monit.82. nu.2.

Præmittendum inſuper eſt , quòd ſicuti tenet
531 generalis totius orbis conſuetudo, ut Beneficiati inferiores tàm ſimplices, quàm cum adminiſtratione, & cura (exceptis Epiſcopis ob peculiarem Spoliorum cauſam favore Cameræ Apoſtolicæ introductam) indiſtinctim tàm ex teſtamento, quàm ab inteſtato diſponere valeant etiam in uſus profanos de fructibus exactis , & perceptis cap. cùm tibi 18. de verb. ſignif. cap. præſenti 9. in princip. verſic. niſi de ſpeciali juncto § porrò, de offic. Ordinar. in 6 Gutierrez practic. lib.2. quæſt.114. in princip. verſic. quid tenendum, Molina de juſtit. & Jure tract.2. diſput.149. poſt conc. 5. verſic. ut ex Conſtitutionibus, & verſic. quòd verò attinet, Garzias de Benefic. par. 2. cap. 1. num.11. cum ſeqq. Biagius de conſuetud. qu.11. n.264. Noal. de tranſmiſſion. caſ. 69. nu.7. cum ſeqq. Cevallos commun. contr. commun. qu. 386. nu.36. cum ſeqq. Valaſc. de partition. cap.35. num.9. cum ſeqq. ubi de conſuetudine in Hiſpania , & noſtra Luſitania ex l.
532 Reg. Caſtellæ fin. tit.8. lib.5. Ordin. ſeu nov. Collection. l. 4. & 5. tit. 21. partit. 1. & Ordinat. Reg. Portugall. lib.2. tit.18. §.8. & 9. in nov. Recopilat. lib.2. tit.18. §.7. Barboſa in l. divortio , aliàs l. fructus 8. in princip. nu.63. in fine cum ſeqq. ff. ſolut. matrim. tom.2. Pinheyr. de teſtam. tom.1. diſput.1. ſect.6. §.9. nu.349. & 450. cum ſeqq. Oliva de for.
533 Eccleſ. par. 2. qu. 31. nu.1. ubi teſtatur , omnes ferè Conſtitutiones Synodales Regnorum Luſitaniæ mentionem facere de tali conſuetudine , Linglois deciſ. Juſtinian.16. qu.2. nu.16. circà fin. verſic. ſed his non obſtantibus, Panimolla deciſ. 20. annot. 1. nu.37. tom.1. ubi de eadem conſuetudi- 534
ne in Diœceſibus Lucana , Piſana , & Ditione Mediolanen., Cortiada deciſ. Cathalon.125. n.17. cum ſeqq. tom. 3. ubi de eadem conſuetudine in 535
Gallia , & Burgundia , quidquid Pyrrh. Corrad. prax. diſp. Apoſtol. lib.10. cap.1. nu.3. in princip. 536
verſic. quare etiam, ſentiat ex ſtylo Romanæ Curiæ non poſſe Clericum teſtari de fructibus Eccleſiaſticis etiam ſtante conſuetudine , niſi ad uſus pios, ex quadam Conſtitutione Julii III. de anno 1553. edita ſaltem pro Urbe , indeque in Portugallia in quibuſdam Diœceſibus dubita- 537
tur de hac conſuetudine in caſu deceſſus Beneficiati ab inteſtato, ex Conſtitutionibus Synodalibus Diœceſis Ulyxbonen. tit.20. §.1. & Elboren. tit.20. teſte Valaſco de partition. cap. 35. nu.13. in med. verſic. & eſt Conſtitutio .

Sed optima quidem ratione potuit conſuetudine introduci, ut Beneficiati tàm ex teſtamento, quàm ab inteſtato de fructibus perceptis ſuorũ Beneficiorum diſponere valeant, dum ipſi eorum 538
Domini ſunt, cap. unico de Cleric. non reſid. in 6. ex Sacro Concil. Trident. ſeſſ.22. de Reform. cap.3. & ſeſſ.24. de Ref. cap. 12. & obſervant Antonell. de regim. Eccl. Epiſc. tom.1. lib.3. cap.17. nu.1. in fine verſic. hujus rei, Van. Eſpen. in Jure Eccl. univerſ. par.2. tit.32. de pecul. Cleric. cap.8. n.32. cum ſeqq. Valenzuela Velazquez conſ.47. num.1. cum ſeqq. vol.1. Genuenſ. practic. Cur. Arch. Neap. cap 96. n.4. Azor. inſtitut. moral. par.2. lib.7. cap. 9. qu.1. in princ. juncto verſic. in hac quæſtione , Fragoſ. de Repub. Chriſt. tom. ſeu par.3 lib.6. diſp.12. §.2. n.10. cum ſeqq. Zoeſius in Jus Canon. ad lib.3. Decretal. tit.26. de teſtam. nu.6 & 7. in princip. verſ. verùm falsa, Frances de Eccleſ. Cathedral. cap.16. n.141. Lagunez de fructibus par.7. cap.7. n.14. Gallus eod. tract. diſp.37. artic.1. nu.79. in princip. verſic. Secunda eſt opinio, Panimolla deciſ.20. annot.1. n.19. tom. 1. iſta etiam tenet conſuetudo particularis 539
ſaltem præſcripta per quadraginta annos , tanquàm inducta contrà Jus Canonicum, ſimilique pacto Conſtitutio Synodalis , vel Conciliaris , ſivè Statutum à Papa confirmatum , ut Beneficiati tàm ex teſtamento , quàm ab inteſtato diſponere poſſint de fructibus percipiendis poſt eorum obitum , & ſic de non exactis in præjudicium ſucceſſorum in Beneficiis , Noal. conſ. 30. nu.10. in princip. & de tranſmiſſion. caſ.70. nu.2. in princ. Molina de juſtit & Jure tract.2. diſp. 149. poſt 5. conc. verſ. quod verò attinet in fine ibi : quod attinet ad redditus ex Beneficiis tàm ſimplicibus , quàm non ſimplicibus nondùm perceptis , quouſque ad defunctum , vel ad ſucceſſorem pertineant , vel non pertineant ad ipſius hæredes ab inteſtato , variant Conſtitutiones , ſtandùmque eſt conſuetudini , ac Statutis cujuſcumque loci, Oldrad. conſ.140. in princip. ibi : item conſuetudo eſt in dicta Eccleſia (loquitur de Calaguritana apud Hiſpanos) quòd Clericus ipſius Eccleſiæ decedens poſt Kalendas Decembris fructus omnium Praſtimoniorum(ſunt Beneficia ſimplicia in illis partibus vulgò nuncupata Praſtameras, percipiat anno ſequenti , ſi verò ante Kalendas dicti menſis deceſſerit , nihil percipiet anno ſequenti de fructibus antedictis , Joan. Andr. in

in cap. nemo poteſt. 79. nu. 3. in princip. nu. 6. & 10. poſt med. de regul. Jur. in 6. & in cap. unico nu. 3. in princ. de Cleric. non reſid. in 6. Van Eſpen in Jure Eccl. univerſ. par. 2. tit. 32. cap. 8. nu. 29. cum ſeqq. Novar. ſumma Bullar. par. 1. comment. 69. num. 5. Barboſa de Canonic. & Dignit. cap. 23. nu. 6. in fine, & n. 7. Scoppa ad Codic. Fabrian. lib. 1. tit. 2. explanat. 40. nu. 20. ubi de conſuetudine in Hiſpania, Italia, & Ditione Mediolanen., Roſa de recta diſtribut. reddit. Eccleſ. cap. 7. nu. 49. Romaguer ad Synodal. Gerund. lib. 5. tit. 13. cap. 2. nu. 5. ubi de conſuetudine in Hiſpania, & præſertim in Tarraconen Provincia, ac Diœceſi Gerunden., Card. de Luca de Benef. diſc. 100. nu. 5. in princip. verſ. vel neque, & n. 9. ubi Mediolani, & in Hiſpania ità practicari, & nu. 12. Cyriac. contr. 397. nu. 53. Capon. diſc. 147. nu. 15. Nicol. lucub. lib. 3. tit. 10. de ſucceſſ. Cleric. ab inteſt. deced. n. 81. in princip. verſ. Secundò ampliatur in fine, & n. 84. in princip. verſ. neque diſtinguitur, ubi de conſuetudine in Hiſpania, & Lombardia, Pilaja deciſ. Canon. 1. n. 209. lib. 3. Panimolla deciſ. 20. annot. 1. nu. 19. Rota coram Alexandro VIII. deciſ. 231. nu. 3. cum ſeqq. & per tot. deciſ. 198. nu. 4. poſt Pacific. de Salvian. Interdict. & in recentior. deciſ. 153. num. 5. cum ſeqq. par. 10. repet. poſt Contr. in diſc. 60. quibus addo Pariſ. de reſign. Benef. lib. 1. qu. 6. in fine, Matta in addit. de redditib. Eccleſ. num. 34. ubi de conſuetudine Mediolani ex privilegio Apoſtolico Julii III. de anno 1543. & Sixti V. de anno 1583. Gall. de fructibus diſp. 37. artic. 1. nu. 17. cum ſeqq. Pinheyr. de teſtam. tom. 1. diſp. 1. ſect. 6. § 9. nu. 349. circà fin. verſ. immò hanc conſuetudinem, & n. 352. ubi quòd ſicuti fructus Beneficiorum dantur tanquàm præmium ad alliciendum Beneficiatum ad Horas Canonicas, ſic etiam rationabiliter potuit introduci, ut etiam fructus Beneficiorum darentur eodem modo liberi, cùm per hoc magis alliciantur Clerici ad ſerviendum Eccleſiæ,
540 & obeunda miniſteria, propter quæ Beneficia inſtituta ſunt, & §. 12. nu. 404. in fine, Pereyra de manu Regia tom. 1. cap. 15. nu. 29. cum ſeq. ubi refert, quod Conſtitutiones Synodales Diœceſum
541 Regni noſtri Portugalliæ concedunt Beneficiatis Curatis facultatem teſtandi de fructibus pro ſemiſſe, & quòd altera ſemiſſis reſervetur ſucceſſori in Beneficio, Beneficiatis autem ſimplicibus, & Canonicis de omnibus fructibus. Et (quod
542 plus eſt) in Legionen Civitate Regni Hiſpaniarum extant Canonici Regulares Regii Monaſterii S. Iſidori, & ex eorum Conſtitutione, ſeu Statuto 14. tit. 19. de pecul. Canonic. edito à præclaro Canoniſta, ac Theologo Navarro, cavetur, quòd ex peculiis Canonicorum pro tempore decedentium poſt ſolutum æs alienum, reſiduum bonorum applicetur fabricæ Eccleſiæ, piis ſuffragiis, & Concanonicis ſuperſtitibus, qui habent Collegium B. M. V. de la Vega in Salamantina Civitate, prout in Oppido de Herrin de Campos, & in Monaſterio loci de Rioforco adinſtar Canonicorum Regularium Ronciſvallis, de quibus ſigillatim idem Navarr. de Regular. comment. 3. qu. 5. nu. 23. verſ. Sextò principaliter, & qu. 7. n. 26. Sarmient. de reddit. Eccleſ. par. 1. monit. 82. num. 2. Barboſa de Canonic. & Dignitat. cap. 1. nu. 19.

Malè autem aliqui putant, ad inſtantiam Archiepiſcopi Ulyſſiponen tunc Don Ferdinandi
543 de Menezes correctā fuiſſe de anno 1553. legem latam per Don Joannem III. tunc Portugalliæ Regem ex Extravag. par. 2. tit. 2. lib. 10. fol. 80. ut referunt Molina de Juſtit. & Jur. tract. 2. diſp. 149. poſt 5. conc. verſic. eadem viget, Gama deciſ. Luſitan. 312. nu. 9. in med. verſic hanc autem, & in fine, Pereyra de Caſtro deciſ. Portugall. 95. nu. 21. in fine, quia dicta ſuppoſita Extravag. non 544
reperitur, ut ait Valaſc. de partition. cap. 35. n. 8. in med. verſ. non reperitur.

Adeò ut Romæ olim nulla cadebat ſuper hoc difficultas poſt Conſtit. 8. Sixti IV. Conſtit. 13. Leonis X. Conſtit. 5. Julii III. Conſtit. 19. Pii IV. Conſtit. 101. S. Pii V. & Conſtit. 18. alids 14. Pauli V.
cùm Clerici, ſeu Beneficiati Curiales, nempè in 545
Romana Curia, ac in ejus diſtrictu intrà decem milliaria decedentes, liberè tàm teſtati, quàm inteſtati de fructibus ſuorum Beneficiorum diſponere poterant, & obſervant Bellettus diſquiſ. Clerical. par. 1. tit. de bon. Cleric. §. 5. n. 6. Navarr. de Spol. Cleric. §. 6. & 7. Molina de Juſtit. & Jur. tract. 2. diſp. 147. conc. 5. in fine verſ. Covarruvias
nu. 9. col. 1. in fine poſt liter. D. niſi ſuperveniſſet 546
Bulla 80. Urbani VIII. Bullar. nov. Rom. tom. 4. quæ revocavit hujuſmodi facultates teſtandi de fructibus Beneficiorum, uti in præjuditium ſucceſſorum tendentes, & ſervari mandavit in Urbe Bullam 7. Julii III. in eod. Bullar. tom. 1. favore ſucceſſorum, decernens, non eſſe locum Spolio favore Cameræ Apoſtolicæ decedentibus Clericis Urbis Incolis, & obſervat Pignatell. conſult. Can. tom. 4. conſult. 126. num. 6. in fine, Panimolla
deciſ. 20. annot. 1. nu. 17. tom. 1. De ſimili conſue- 547
dine alibi teſtantur Squillant. de privileg. Cleric. cap. 4. nu. 228. & de oblig. Cleric. par. 2. nu. 31. & 33. in fine verſic. contrarium tamen, Vallenſis Paratitl. Jur. Canon. in lib. 3. tit. 36. de teſtam. §. 5. nu. 9. Zoeſius in Jus Canon. dic. tit. 36. num. 6. cum ſeq. Zecchius de Repub. Eccl. tit. de Beneficiat. nu. 10. in fine verſ. ex conſuetudine, & n. 11. in princip. verſic. valet tamen conſuetudo, & verſic. quòd ſi Beneficiarius, Bellettus diſq. Cleric. par. 1. tit. de bon. Cleric. §. 5. num. 2. & §. 15. num. 2. cum ſeq. Antonell. de regim. Eccleſ. Epiſc. tom. 1. lib. 3. cap. 17. n. 7. & 18. & de Jurib. & oner. Cleric. lib. 1. par. 1. cap. 10. n. 1. cum ſeqq. & per tot. & de loco legali lib. 2. cap. 9. qu. 2. num. 42. Sarmient. de reddit. Eccl. par. 1. antè monit. 2. nu. 1. cum ſeqq. monit. 26. nu. 2. monit. 37. nu. 4. & par. 2. cap. 6. nu. 1. cum ſeqq. ac per tot. & par. 3. cap. 5. n. 9. circà fin. verſic. quod quàm durum, & par. 4. cap. 1. nu. 8. & 15. cum ſeqq. Barboſa de univ. Jur. Eccl. lib. 3. cap. 17. nu. 53. Amoſtaz. de cauſ. piis lib. 8. cap. 9. nu. 25. & cap. 10. nu. 2. 6. & ſeqq. Filliucc. quæſt. moral. tom. 3. tract. 43. de ſtat. Cleric. cap. 7. nu. 9. Capon. diſc. for. tom. 1. diſc. 138. nu. 26. Salzed. de leg. Politic. lib. 1. cap. 5. nu. 16. Sanchez conſ. moral. lib. 2. cap. 2. dub. 54. n. 2. cum ſeq. Duaren. de Benefic. lib. 7. cap. 7. in fine, & cap. 8. in fine, Valaſc. conſult. deciſ. tom. 2. conſult. 165. nu. 10. Cened. collectan. in Jus Canon. ad Decretal. collect. 12. nu. 1. cum ſeqq. ubi de conſuetudine Regni Navarræ, Hiſpaniæ, Galliæ, & Burgundię, Azor. inſtit. moral. par. 2. lib. 7. cap. 9. in princip. verſ. quod attinet, & verſic. in hac quæſtione, Caldas Pereyra de empt. & vendit. cap. 16. n. 41. Tondut. reſ. Can. benef. par. 3. cap. 164. nu. 1. cum ſeqq. Sperell. deciſ. Eccl. 82. nu. 6. cum ſeqq. tom. 1. Pereyra de Caſtro deciſ. Luſitan. 95. nu. 20. cum ſeqq.

Summaque ratione Clerici Prælatis, ſeu Epi- 548

ſcopis

ſcopis inferiores introducere potuerunt talem conſuetudinem inter ſe cum ſcientia ſuorum Prælatorum, qualem introducere non potuerunt è contrà Prælati inter ſe ſine ſcientia ſuperioris, qualis eſt ſummus Pontifex, *Gama deciſ. Portugall.313. nu.11. in princ.* Aliàs velle tollere Bene-
549 ficiato ægroto pro mero uſuario habito facultatem diſponendi de redditibus ſui Beneficii, durū videtur, mitiorque profectò, ac clementior erat
550 lex Fuſia Caninia, etiam in nomine inhumana, ac beſtialis, quæ vivis indulgebat quidem licentiam donandi libertate totam ſuam familiam, morientibus autem licentiam hujuſmodi adimebat, dum non omnes, ſed aliquos tantùm ſervos uſque ad certum numerum poterat libertate donare, ut nempè à duobus ſervis uſque ad decem dimidiam tantùm partem, à decem uſque ad triginta tertiam, à triginta uſque ad centum quartam, à centum uſque ad quingentos quintam, & deinceps non poſſent manumittere ultrà centum Servos, quæ tamen lex ſublata fuit, ut ex *princip. Inſtitut. de leg. Fuſ. Canin. toll. & ex l. unica C. cod. ubi Perez n. 2. Anton. Auguſtin. de legib. & Senatusconſult. pag. mihi 91.* Undè Beneficiatus deterioris evadit conditionis, cùm de nullis fructibus ſui Beneficii teſtari valet, ſimiliſque erit
551 Latinis libertinis, qui in vita erant liberi, ac ſuorum bonorum domini, in morte verò libertatem, & bonorum ſuorum dominium amittebant, cùm Patroni omnia vindicarent: quod ſi in libertinis abſurdum & omni humanitate alienum exiſti-
552 matum fuit, ut *in §. libertinorum 30. Inſtitut. de libertin. §. fin. Inſtit. de ſucceſſ. libertor. l. unica C. de Latin. libert. tollend. l. unica C. de deditit. libert. toll.* multò minùs in Clericis videtur admittendum.

Nec videtur ſequendus *Navarr.* ſibi parùm
553 conſtans alibi ſentiens in *tract. de redditib. Eccleſ. qu. 1. monit. 53. nu. 5. & qu. 3. monit. 3. nu. 4. & 6. in fine, & de Spol. Cleric. §. 2. nu. 3. cum ſeq.* non vigere nempè liberam conſuetudinem teſtandi
554 in Clero Italo, quem tamen *Navarrum* eodem loco refellit *Sarmient.* Minùs obſtat Bulla ſuprà ſæpius laudata Julii III. & alia, de qua etiam ſu-
555 prà Urbani VIII. quia in illis nulla fit mentio de fructibus Beneficiorum jam collectis, & perceptis ut advertunt *Sanchez conſ. moral. lib. 2. cap. 2. dub. 50. n. 13. Barboſa de Epiſc. par. 3. alleg. 117. n. 2. Antonell. de Jurib. & onerib. lib. 1. par. 1. cap. 10. n. 2. Rota coram Card. Seraph. dec. 1053. n. 2. repetit. dec. 660. nu. 2. par. 4. diverſ. & penès Garz. de Beneſ. par. 11. cap. 5. nu. 140.*

556 Eſt verum, quòd in Bracharen Diœceſi apud noſtros Luſitanos, cum moderatione viget conſuetudo hujuſmodi, dum ibi *Conſtitutio Synodalis tit. 21.* ſub Rege Cardinali Henrico quoad Dignitates tantùm, & Beneficia Curata, relata per *Cald. Pereyr. de empt. & vendit. cap. 16. n. 41. in fine verſic. hanc etiam conſuetudinem, & per Molin. de Juſtit. & Jur. tract. 2. diſp. 147. conc. 1.* attenta tali conſuetudine, eam in parte moderando permittit, Beneficiatum teſtari de medietate dumtaxat fructuum Beneficii, ſucceſſori reliquo reſervato, ut ex illius verbis Luſitano Sermone ibi: *coſtume immemorial deſte noſſo Arcebiſpado, de todo o mais, que ficar, haverà a Alma do defuncto ametade para delle poder teſtar, ou em qualquer outra maneira diſpor, como over por bem, ideſt conſuetudo immemorialis hujus noſtri Archiepiſcopatus, de relictorum dimidio poterit defunctus teſtari pro anima,* vel quocumque alio modo diſponere, prout voluerit, in caſu verò deceſſus ab inteſtato, dimidium, de quo poterat Beneficiatus teſtari, jubet dicta Conſtitutio erogari pro anima defuncti, & reſiduum reſervari ſucceſſori. In El- 557
boren Diœceſi extat Conſtitutio Synodalis ſub Don Joanne de Mello *tit. 20.* idem decernens, quod Bracharen, niſi quòd ſi Beneficiarius inteſtatus moriatur, diſinit, ut dimidium, de quo poterat teſtari, pertineat ad ipſius hæredes, ſed 558
poſt editam hujuſmodi Conſtitutionem non ſemel Eboræ lata fuit ſententia declarans ejuſmodi Beneficiarium teſtari poſſe de omnibus fructibus, quaſi hæc, & non illa, quæ in Conſtitutione continentur, ſit antiqua illius Diœceſis conſuetudo, quòd Ordinarius examinare deberet, compertoque, rem ità habere, mutare deberet Conſtitutionem, ut refert *Molina de Juſtit. & Jur. diſp. 147. con. 5. in fine verſic. quod verò attinet circà fin.* In Colimbrien. Diœceſi Conſtitutio Sy- 559
nodalis edita ſub Don Joanne Suarez *tit. 24.* permittit de omnibus fructibus teſtari tam Beneficiatum ſimplicem, quàm habentem Dignitatem, & curam animarum.

In Ulyxbonen denique Diœceſi Conſtitutio 560
Synodalis ſub Cardinali Don Henrico *tit. 20. Conſtit. 1. §. 1.* conſentit, ſi Beneficiatus teſtetur, ſi verò ab inteſtato decedat, omnes fructus reſervat ſucceſſori cum onere tamen ſolvendi omnia debita defuncti, & quoad omnia Beneficia ſimplicia (de quorum numero ſunt etiam Cano- 561
nicatus, & Portionariæ, ſeu Portiones) dictæ Conſtitutiones Synodales, & aliæ in Regno Portugalliæ, Beneficiarii teſtari poſſunt de omnibus fructibus, eiſque ab inteſtato decedentibus ſuccedunt eorum hæredes, ut ſingillatim notat *Molina de Juſtit. & Jur. diſp. 147. conc. 5. verſ. ut ex Conſtitutionibus, juncto § quod verò,* verba autem præfatæ Conſtitutionis Synodalis Ulyſſiponen. relata per *Themud. deciſ. Ulyxbon. 90. nu. 8. par. 1.* ſunt ibi: *e quanto aos fructos da dita Dignidade, ou Beneficio Curado, que ainda naom eſtaom em poder da dita Dignididade, ou Beneficiado, mas eſtaom nos agros, e celeiros, e adegas, ſem ſerem inda repartidos, declaramos, que a dita Dignidade, ou Beneficiado poſſa delles em ſeu teſtamento, ou ultima vontade diſpor na maneira ſeguinte, ideſt ſè falecer deſpois do dia de S. Joaom Baptiſta atè o Natal primeiro ſeguinte excluſivè, diſponha livremente da ametade dos ditos fructos, e a outra ametade fique outro ſi livre ao futuro ſucceſſor; e ſe falecer do dito dia de Natal atè outro dia de S. Joaom Baptiſta, que vem excluſivè, naom poſſa diſpor per via alguma de quaſquer frutos da dita Dignidade, e Beneficio Curado, que inda entaom nos agros, e celeiros eſtiverem por partir &c. porque eſtes inſolidum ficam, e ſaom do dito futuro ſucceſſor, ideſt. Et quoad fructus dictæ Dignitatis, aut Beneficii Curati, qui nondùm exiſtunt penès dictam Dignitatem, aut Beneficiatum, ſed reperiuntur in horreis, quin adhuc diſtributi ſint, declaramus, quòd dicta Dignitas, aut Beneficiatus in teſtamento, aut ultima voluntate de illis diſponere valeat modo ſequenti, ideſt ſi morietur poſt Feſtum S. Joannis Baptiſtæ uſque ad feſtum Nativitatis primum ſequens excluſivè, liberè diſponat de medietate dictorum fructuum, periterque altera medietas remaneat libera futuro ſucceſſori, ſi au-*

autem moriturè dicto ſeſto Nativitatis uſque ad
aliud S. Joannis Baptiſtæ futurum excluſivè, diſpo-
nere nequeat aliquo modo de aliquibus fructibus
dictæ Dignitatis, & Beneficii Curati, qui adhùc in
horreis exiſtentes diſtribuendi erunt, hi enim in ſoli-
dú remanent, & ſpectant ad dictum futurum ſucceſ-
562 *ſorem.* In Civitatibus Novocomen, & Comen di-
tionis Mediolanen extat conſuetudo tranſmit-
tendi ad hæredes etiam fructus Beneficii inexa-
563 ctos, *Merenda controv. Jur. lib.* 17. *cap.* 42. *n.* 5. *in*
fine, & nu. 27. licet poſteà *n.* 40. *cum ſeqq.* videa-
tur ſuper hoc aliquantulùm anceps.

Præterea ſi, ut inferiùs videbimus, valet con-
564 ſuetudo teſtandi de fructibus Beneficii futuris,
565 ſeu percipiendis, & ſic de non exactis, multò
magis illa valebit reſpectu fructuum præterito-
rum quæſitorum, ſeu perceptorum, & ſic jam
exactorum, ut arguit *Caldas Pereyra de empt. &*
vendit. cap. 16. *num.* 42. *in fine verſ. quamobrem ſi*
conſuetudo.

Neque irrationabilis cenſenda eſt talis conſue-
tudo, cujus finis, & ſcopus fuit Clericorum di-
gnitatem augere, pluresque ad hoc ſanctum mi-
niſterium allicere, ut uberrimam animarum fru-
gem cælo lucrifacerent, ac meterent, quod ſi
566 fructibus, & redditibus Eccleſiaſticis abutuntur,
hoc perſonis, non conſuetudini imputandum,
Caldas loc. cit. n. 43. *in princip.* Minùſque replica-
ri valeat, quòd in tantùm in caſu *conſilii Oldradi*
567 140. in Eccleſia Calaguritana viget conſuetudo
teſtandi de fructibus etiam percipiendis ſequenti
anno, Præſtimoniorum, in quantum Præſtimo-
568 nia non ſunt Beneficia Eccleſiaſtica, cùm ſint
merè ſæcularia, & temporalitatis participantia,
tanquàm deſtinata officio temporali, & conſi-
ſtentia in ſolis temporalibus percipiendis in an-
nuo nempè quodam proventu, vel ad ſummum
ſunt Beneficia innominata, ac habentia quan-
dam affinitatem, ſeu fraternitatem, & ſimilitu-
dinem cum veris Beneficiis Eccleſiaſticis, & Præ-
ſtimonium dictum quaſi præſtans munium, ideſt
officium, ſeu obſequium, *Tholoſan. ſynt. Jur.*
par. 2. *lib.* 15. *cap.* 30. *nu.* 1. *in princip. & de re ben.*
cap. 11. *nu.* 9. *Barboſa de Jure Eccl. lib.* 3. *cap.* 8. *n.* 1.
cum ſeqq. Gratian. diſc. 397. *n.* 73. *Tondut. qu. benef.*
par. 2. *cap.* 1. §. 8. *nu.* 1. *cum ſeqq. Gonzalez ad Re-*
gul. 8. *hodie* 9. *Cancel. de menſib. gloſ.* 5. §. 2. *num.* 2.
Lotter. de re ben. lib. 1. *qu.* 35. *num.* 7. *Mandoſius in*
reg. 16. *Cancell. qu.* 38. *n.* 7. *& in Reg.* 34. *qu.* 12. *n.* 1.
cum ſeqq. Mancinus de Sacro Jure controverſo diſ-
ſert. 5. *cap.* 9. *nu.* 1. *cum ſeqq. juncto nu.* 9. inde eſt,
569 quòd appellatione Beneficii non venit Præſtimo-
nium *Abbas conſ.* 47. *nu.* 4. *par.* 2. *Gonzal. in Re-*
gul. 8. *Cancellar gloſ.* 1. §. 2. *num.* 6. *Mandoſius in*
Reg. 16. *qu.* 38. *nu.* 7. *Garzias de Benef. par.* 1. *cap.* 2.
nu. 121. quia Præſtimonium potiùs eſt hodiè Be-
570 neficium Eccleſiaſticum, præſertim in Hiſpaniis,
571 ubi *Preſtamo, & Preſtamera* dicitur, & non niſi
Clerico à Prælato confertur in perpetuum titu-
lum, cùm conſiſtat in perceptione Decimarum,
ſicque collativum perpetuum, unum ex requiſitis
veri Beneficii Eccleſiaſtici, immo æthymologia
vocabuli probat eſſentiam, ſeu qualitatem Bene-
ficii, quanvis quoad alia ab aliis Beneficiis diver-
ſam, dum nullum habet onus, nec etiam ſervi-
tium per ſubſtitutum adimplendum, quidquid
572 olim fuerit, quando ab initio inſtitutum fuit prò
ſtudentibus, proque ſubſidio contrà infideles fa-
vore laycorum militantium, & quidquid ſi etiam
hodiè primordialem naturam retineret, veluti di-
ſtinguunt idem *Oldradus conſ.* 81. *n.* 2. *cum ſeqq. &*
ſuprà cit. conſ. 140. *n.* 1. *verſ. nemo enim, & nu. ſeqq.*
Valenzuela Velazquez conſ. 33. *art.* 1. *n.* 1. *cum ſeqq.*
lib. 1. *Tondut. reſ. ben par.* 2. *cap.* 1. §. 2. *n.* 6. *Corrad.*
prax. ben. lib. 1. *cap.* 3. *n.* 73. *cum ſeqq. ubi n.* 77. me-
minit de duobus Semicanonicatibus in Eccleſia
Meten apud Gallos, qui anteà reputabantur ſim-
plicia officia, vel ſtipendia ad nutum duarum
Dignitatum, nempè Decani, & Cercatoris eju-
ſdem Eccleſiæ, amovibiles, nihilominùs poſtmo-
dùm eos eſſe fuit tentum, perpetuos, & ad eorum
titulum nonnulli fuerunt ad Sacros Ordines pro-
moti, *Garzias de Benef. par.* 1. *cap.* 2. *num.* 117. *&*
ſeq. in fine, Barboſa de Jure Eccleſ. lib. 3. *cap.* 8. *n.* 4.
cum ſeqq. & in cap. fin. num. 2. *de conceſſ. Præbend.*
in 6. *& de Epiſc. par.* 2. *alleg.* 4. *nu.* 48. *cum ſeq. Vi-*
vian. prax. Juriſpatr. lib. 1. *cap.* 1. *n.* 102. *& lib.* 6.
cap. 2. *nu.* 44. *Perez de Lara de Anniverſar. & Cap-*
pellan. lib. 2. *cap.* 8. *num.* 53. *Sebaſtianus Cæſar de*
Menezes de Hierarch. Eccl. par. 3. *diſp.* 14. §. 5. *n.* 2.
Pariſ. de reſig. Benef. lib. 3. *qu.* 1. *nu.* 140. *Gratian.*
diſc. 397. *num.* 73. *Hojeda de incompatibil. par.* 2.
cap. 21. *nu.* 10. *Lotter. de re ben. lib.* 1. *qu.* 35. *nu.* 1.
cum plur. ſeqq. Mandoſ. in Regul. 34. *Cancell. qu.* 12.
num. 2. *cum ſeqq.* ac propriè Præſtimonium venit 573
appellatione Beneficii, adeò ut ſubjacet *regulæ* 8.
hodie 9. *de Menſib. Cancellar.* reſervatoriæ menſi- 574
um, ac Regulæ de annali, *Tondut de Penſion. Eccleſ.*
cap. 17. *n.* 36. *& reſ. ben. par.* 2. *cap.* 1. §. 8. *n.* 7. *Gon-*
zalez in Reg. 8. *Cancell. gloſ.* 5. § 2. *nu.* 11. *Chokier* 575
ad Regul. 32. *Cancellar. nu.* 24. *in fine, Barboſa de*
Epiſc. par. 3. *alleg.* 57. *nu.* 149.

Eſtque hodiè Præſtimonium quædam Penſio
titulata, ut ait *Mancin. de Sac. Jur. contr. diſſert.* 5.
cap. 9. *nu.* 14. *in fine, P. Moren. ad Bull. Innoc. XII.* 576
tract. mor. tit. Benefic. *quæſt.* 1. *dub.* 9. nec ampliùs
hodiè vocandum eſt Præſtimonium illud, quod 577
Laycis tribuitur mero titulo temporali in cau-
ſam ſtudiorum, militiæ, aut aliam quamlibet, ſed
magis vocanda penſio, ſeu redditus, *idem Man-*
cin. loc. cit. num. 11.

Hinc in impetratione alterius Beneficii eſt fa-
cienda mentio Præſtimonii, licet parvi jam ob- 578
tenti, *Oldrad. conſ.* 81. *nu.* 3. *in princip. & nu.* 5.
Barboſa de Jure Eccl. lib. 3. *cap.* 8. *n.* 11. *Garzias*
de Benef. parte 1. *cap.* 2. *n.* 122. *cum ſeqq. Menoch.*
de arbitr. Judic. cap. 201. *n.* 55. *cum ſeq. Granucc.*
ad Simonet. de reſerv. Benef. qu. 72. *n.* 3. *litera A.*
hinc poſſidens Præſtimonium tenetur ad Horas 579
Canonicas juxta *Bullam S. Pii V. in ordine la* 138.
Garzias de Benef. parte 1. *cap.* 2. *n.* 119. *Gonzalez*
ad Reg. 8. *hodiè* 9. *Cancell. de menſib. gloſ.* 5. §. 2.
n. 12. *verſic. ſufficeret tamen, Navarr. de Hor.*
Canon. cap. 21. *n.* 9. *& in manual. Confeſſ. cap.* 25.
n. 180. *Eſcobar à Corro de Hor. Can. qu.* 3. §. 5. *n.* 2.
Fuſch. de viſit. & regim. Eccleſ. lib. 1. *cap.* 20.
n. 22. *circà fin. & n.* 23. *Mancin. de ſac. Jur. contr.*
diſert. 5. *cap.* 9. *n.* 13. hinc Decretum S. Concilii
Tridentini *ſeſſ.* 25. *de Reform. cap.* 15. vetans filiū
illegitimum habere Beneficium in Eccleſia, in 580
qua pater miniſtravit, compræhendit etiam
Præſtimonium, nè illud in eadem Eccleſia filius
obtinere valeat, *Barboſa de Jure Eccl. lib.* 3. *cap.* 8.
n. 15. hinc Præſtimonia inter Eccleſiaſtica Bene- 581
ficia connumerantur in *cap. fin. de conceſſ. Præ-*
bend. in 6. ubi facta mentione Præſtimoniorum,
Cano-

Canonicatuum,& Parochialium,ſubiicitur clau-
ſula -- *& aliis quibuſcumque Beneficiis*, cum illa
582 dictio *aliis* deſignet ſimilitudinem, ac idem in
qualitate, veluti arguit *Gonzalez ad Regul.8. Can-
cellar. hodiè 9. de Menſibus gloſ.5.§.2. n.7.* hinc
583 Præſtimonia connumerantur in Decreto S: Con-
cilii Tridentini *ſeſſ.5.de Reform.cap.1. in princip.
verſic. de cætero,* ibi -- *Præbenda, Præſtimonium,
aut ſtipendium hujuſmodi non niſi perſonis ido-
neis &c. conferantur &c. & aliter facta proviſio
nulla ſit, & invalida &c. ubi nulla Præbenda,
aut Præſtimonium, ſeu ſtipendium hujuſmodi de-
putatum reperitur &c.* Hinc Præſtimonia tan-
quàm Eccleſiaſtica Beneficia connumerantur
584 inter talia in Decreto S. Concilli Tridentini
ſeſſ.14. de Reform. cap.9. ibi -- *ſeu Præſtimonia,
aut Præſtimoniales portiones fuerint, alterius Diœ-
ceſis Beneficia &c. non uniantur*, hinc Præſtimo-
585 nia rectè cum Beneficiis permutantur, cùm &
ipſa Beneficia ſint, *Chokier de permutation. Benef.
parte 2. cap.6. nu.2.* Immo Præſtimonium adeò
Beneficium eſt, ut etiamſi reſidentiale, aut ſer-
vitorium nequidem per alium ſit, attamen Præ-
ſtimoniarius, ſivè Præſtimòniatus, uti Præſti-
586 moniarius intrat Chorum, & ſervit Eccleſiæ
tanquàm Præſtimoniarius, *Barboſa de Jure
Eccleſ. lib.3. cap.8. n.16. Rota coram Card. Puteo
deciſ.358. n.3. in princip. & deciſ.371. nu.3. in
587 princip. & in med.lib.3.* Si nanque Præſtimoniũ,
de quo loquitur *Oldrad. ſuprà citato conſil.140.*
non eſſet (quale verè eſt) Beneficium, Eccleſia
Calaguritana, aut alia nulla indigeret conſue-
tudine, ut Præſtimoniarius teſtari poſſet de
fructibus ſui Præſtimonii, cùm tunc etiam Cle-
ricus de Jure poſſet teſtari, prout liberè teſtari
poteſt de bonis liberis, & patrimonialibus, *Bel-
lett. diſqu. Cleric. parte 1. tit. de bon. Cleric.§.13.
num.1.*

Similia Præſtimoniis ſunt Beneficia in Nea-
588 politano Regno paſſim dicta de Menſa, ſeu ru-
ralia, ſeu terræ beneficiales, & rurales, ſeu præ-
589 diales, quæ ſunt ſine Eccleſia, ſine Altari, ſine
titulo, & in Sarnen Civitate dicta Oratoria,
quia oportet orare pro Anima relinquentis, *Fu-
ſcbus de viſitat. & regim. Eccleſ. lib.1. cap.20.
n.23. in princip. verſic. quod eſt contrà, & lib.2.
cap.7. nu.6. in princip. verſic. immò Beneficium.*
590 Prout & ſimilia ſunt Beneficia dicta obitus, un-
dè eorum poſſeſſores dicti obituarii, quando
legato, vel fundatione à vivente facta, bona
quædam deſtinantur orationibus faciendis pro
aliquo benefactore, qui jam obiit, vel obiturus
eſt, *Tholoſan. Syntagm.Jur. tom.1. par.2.lib.15.
cap.30. n.2. in princip.* Idem dicendum de Bene-
ficiis manualibus. & ad nutum amovibilibus,
591 quæ non indè ſemper deſinunt eſſe Beneficia
Eccleſiaſtica *cap. cùm ad Monaſterium 6.§. Ta-
les 3. de ſtatu Monach. cap.1.§. fin. de privileg.
in 6. cap.1. de Capell. Monach.in 6. Corrad. prax.
ben. lib.1. cap.6. n.280. cum ſeqq. Lotter. de re
ben. lib.1. qu.7. nu.14. cum ſeqq.* licet comparen-
tur precario, *Gonzalez in Regul.8. Cancell. ho-
diè 9. de Menſibus, gloſ.5.§.6. nu.1. cum ſeqq. &
592 per tot.* ut de Perſonatibus vigore antiquæ con-
ſuetudinis, & Conſtitutionis Synodalis Diœce-
ſis, ſeu Provinciæ Tarraconen, duraturis ad
quatuor vitas nominandorum, ità ut Beneficia-
tus Perſonatum hujuſmodi poſſidens nominare
poſſet ſucceſſorem in Perſonatu, quibus vitis
terminatis, ſucceſſura eſt cauſa pia, *Navar.conſ.8.
de Jurepat. nu.17. Leon. de offic. Cappellan. qu.3.
n.46. ad fin. Corrad. prax. ben. lib.1. cap.5.n.284.
cum ſeqq. Altograd. contr.43.n.40. Rota dec.379.
n.1. cum ſeqq. parte 5. recentior.repetit.penes citat.
Leon. poſt citat. n.46. cum ſeqq. & poſt Tamburin.
de jure de Abbat. tom.2. dec.14.* Et tamen Bene-
ficium manuale, quantunvis in ſe verè ſit Bene- 593
ficium, non venit nomine Beneficii ob carentiam
perpetuitatis, *Gonzalez ad Regul.8.Cancell.gloſ.8.
§.6. n.21. Tholoſan.de Benef.cap.11. n.12. Tondut.
reſ. ben. parte 1. cap.106.n.1.& per tot. & par.2.
cap.1.§.6. nu.1. & per tot. Pariſ. de reſig. Benef.
lib.2. qu.11. nu.1. cum ſeqq. ChoKier de permata-
tion. Benef. parte 2. cap.9. n.1. & per tot. Garzias
de Benef. parte 1. cap.2.§.1. n.65. cum ſeqq.* quid-
quid in contrarium malè putet, non eſſe pro- 594
priè, ac verè Beneficium Eccleſiaſticum, *Ric-
cius collect.870. in principio verſiculo & propte-
reà parte 4.*

Eſt benè verum, quòd quãdoque Præſtimoniũ
ob alias circunſtantias non venit nomine Benefi- 595
cii, non quia verè, & propriè hodie non ſit Be-
neficium, ſed quia in certis habet diverſam na-
turam, & qualitatem à reliquis Eccleſiaſticis Be-
neficiis, attenta præſertim conſuetudine, &
communi uſu loquendi, ut notat *Abbas conſ.47.
n.4. parte 2. Garzias de Ben. parte 1. cap.2. n.121.*
prout non diffiteor, quòd poſſit dari Benefi-
cium, quod ob aliquam circunſtantiam verè,
ac propriè non ſit Beneficium, ſed æquivocè,
quale eſt Beneficium vulgò dictum de menſa eo, 596
quòd ſemper unitum, conſolidatum, ac incorpo-
ratum remanet menſæ Epiſcopali, Capitulari,
aut Abbatiali, ità ut nunquam in illo datur va-
catio, *Gonzal. ad Regul.8. Cancell. gloſ.5.§.6.
n.63. cum ſeq. Lotter. de re ben. lib.3. qu.8. n.83.*
nec pariter eſt Beneficium, ſimplex deputatio 597
Sacerdotis pro Miſſarum celebratione abſque
auctoritate ſuperioris, qualis eſt Ordinarius,
*Tondut. reſ. can. ben. parte 2. cap.1.§.2. n.1. cum
ſeqq. Gonzalez ad Reg.8. Canc. gloſ.5. n.20. Rota
coram Dunoz. Jun. deciſ.101. nu.1.* longè minùs
eſt Beneficium Officium Perticherii, ſeu Porti- 598
gherii, vel Portinguerii deſtinatum mero layco
ad dirigendum Proceſſiones, *Lotter. de re ben.
lib.1. qu.16. n.119. Barboſa collectan. Apoſtol.583.
per tot. Rota coram Gregorio XV. dec.310. per tot.*
nec pariter Beneficium eſt Præpoſitura in Ge- 599
runden Cathedrali, ſed ſimplex adminiſtratio,
nihil ſpiritualitatis habens, *Rota coram Durano
dec.340. & dec.381. par.2. repet. poſt Tamburin. de
Jure Abbat. tom.2. dec.12. & 13. Peña dec.679.
dec.757. dec.814. & deciſ.868. Ludoviſ. deciſ.29.
Innocent.X. dec.692. & in recentior.dec.12. & 34.
par.2. dec.263. dec.320. & dec.442. par.4. tom.1.*
& ſimiles Præpoſituræ laycales extant in non- 600
nullis Eccleſiis Regni Aragoniæ, *Rota corã Peña
deciſ.814. n.9. in principio tom.1.* & quanvis *Rota* 601
coram Pamphil. dec.451. nu.1. firmaverit, hiju-
ſmodi Præpoſituras Gerunden eſſe Beneficia
Eccleſiaſtica ob tunc probatum earum titulum
collativum mediante proviſione Papæ, & Ordi-
narii, attamen non indè mutaverunt ſuum anti-
quum ſtatum laycalitatis, ſeu ſæcularitatis, ſed
illo retento, fuerunt conceſſæ potiùs uti officia, 602
quàm uti Beneficia, ut ait *Rota in recentior.
dec.263.*

dec.263. n.5. parte 4. tom.1. ſivè ad omne pejus
603 aliquo tempore fuerunt Beneficia,& aliquo tem-
pore non fuerunt Beneficia, *Rota dec.12. num.6.
& 9. parte 2. recentior. tom.1.* ut idem firmari
604 poteſt de Præpoſituris vulgò *Pabordrias* Cathe-
dralis Valentinæ, *Cipres in vulgari opuſculo de la
origen, y progreſſo delas Pabordrias de la S. Me-
tropolitana Igleſia de Valencia §.4. in princip.pag.
mih.14. & §.12. artic.1. & 2. pag 68.* eodem
605 modo Capellania layca, ſeu (ut politiùs loqua-
mur) laycalis, non eſt Beneficium Eccleſiaſti-
cum, *Vivian. in prax.Jurispatr.par.1.lib.1.cap.3.
n.11. Fagnan. in cap. ſiquis 4. n.29.de for.compet.
Tranchedin. conſult.forenſ.tom.2. conſult.46.n.27.*
606 Annua dicta in Gallia ob munus aliquod tem-
porale dari ſolita, nec Beneficia ſunt, niſi cum
Beneficiis dentur, *Duaren. de Benef. lib.6. cap.4.
poſt princip. verſiculo alia ſunt annua, & verſicu-*
607 *lis ſeqq.* hinc fit, quòd in Hiſpaniis adſunt Per-
ſonatus, qui ſunt Beneficia fictitia, ideoque
608 impermutabilia cum Beneficiis veris, ſunt enim
cenſus vitalitii impoſiti ſuper bonis laycorum,
qui donant ad vitam Perſonatarii cum pacto,
quòd in morte ipſe poſſit diſponere de medie-
tate ad libitum, alia verò medietas redeat ad
hæredem ejus, cujus bonis ſunt impoſiti, po-
tiſſimùm cùm tales Perſonatus erigantur appo-
ſitè, & præordinatè ad faciendam permutatio-
nem, *Card. de Luca de Benef. diſc.40. n.4. verſi-
culo accedente, alter de Luca ad Ventrigl. in prax.
Eccl, parte 2. annotat.4.§.2. nu.2. verſic. acceden-
te, D. Advocatus Piton. diſcept. Eccl. parte 1.
diſc.29. n.8.* Redeundo tandem undè digreſſi
ſumus, non eſt mirandum de conſuetudine te-
ſtandi de fructibus Beneficiorum, deque tanta
vi conſuetudinis, cùm enim Clerici perſonis pri-
vilegiatis æquiparentur, toleranda venit talis
609 conſuetudo adinſtar Advocati Fiſci, qui reſi-
duum Salarii tranſmittit ad hæredes *l. poſt duos
15. in fine C. de Advocat. diverſ. judic.* prout to-
lerabatut olim conſuetudo percipiendi in abſen-
610 tia fructus Canonicatus, & Præbendæ *cap cùm
omnes 6.de Conſtitution.cap.dudùm 2,de elect.*con-
tra *text. in cap. conquerente 6. de Cleric.non reſid.*
611 niſi quòd poſteà Concilium Tridentinum dero-
gaverit contrariæ cõſuetudini *ſeſſ.23. de Reform.
cap.1. & ſeſſ-24. de Reform. cap.12. in med. ver-
ſiculo prætereà, ubi latè Barboſa, & de Canonic.&
Dignitat. cap.24.n.1.cum ſeqq. & per tot.* ac pro-
inde etiam mortuus adinſtar abſentis, vigore
conſuetudinis poteſt fieri capax fructuum, cùm
& ipſe dicatur abeſſe, & abſentia adſimiletur
morti *l. mulieris 13.§.fin. ff. de verb. ſign. cap.
faciat 15.22. qu.2. cap. præſentata 50. de teſtib.
Barboſa ad Concil. Trident. ſeſſ.25. de Reform.*
612 *cap.10. n.24. Medic. tract. mors omn. ſolv. par.1.
nu.95. cum ſeqq.* nec eſt novum in Jure, ut fru-
613 ctus Beneficii etiam quandoque debeantur non
Canonico, nec Beneficiato, ſed ſingulari per-
ſonæ, undè multò magis mortuo, ejuſque hære-
dibus, *Joan. Andr.in cap. ſeu reg. nemo poteſt 79.
n.6. in princip. verſic. perquàm patet, & in fine
verſic. perquàm patet de regul. Jur. in 6.* ſibique
614 imputet ſucceſſor Beneficii, ſi tale Beneficium
aſſumpſit, ut inquit *Joan. Andr. in dic. cap. ne-
mo n.10. poſt med. verſic. & ſibi imputet*, & Be-
neficiatus defunctus transfert jus, quod habet
615 virtute conſuetudinis, quod ſanè non transfer-
ret in caſu, quo non adeſſet conſuetudo, veluti
ſubdit idem *Joan. Andr. loc. cit.n.11. in fine ver-
ſic. ad hanc regulam*, adeò, ut,quanvis conſuetu-
do vix tribuat teſtari de fructibus perceptis,
multò minùs de percipiendis, cùmque jus Bene-
ficiati, ejuſque titulus extinguatur per mortem,
ac proindè quod non habet, in alium transferre
non poſſit, dum non ſerviens non poteſt fructus
percipere, multò minùs ad alios tranſmittere,
attamen quia per talem conſuetudinem princi-
paliter præjudicatur ſucceſſori, hoc reſpectu fa-
ciliùs videtur hoc poſſe permittere de percipien- 616
dis, quod de perceptis ad tradita per *Joan.
Andr. loc. mox citat.n.10. in princip. & poſt med.*

Undè in fortioribus terminis videmus obtine-
re conſuetudinem, ut Beneficiato, vel ejus hære- 617
dibus dentur fructus primi, ſecundi, aut alterius
cujuſcumque anni,ſeu dimidii anni Beneficii va-
cantis, & ſic etiam longè ultrà ſervitium præſti-
tum, in gravius præjudicium ſucceſſorum, &
hinc dicta annalia,ſeu annatæ, & dimidia anna- 618
ta, ſeu annus gratiæ, ſivè domus mortuaria,
*Extravag.ſuſcepti 2. Joan. XXII. de electione re-
pet. in Extravag. ſuſcepti unica, nè Sed. vac. int.
commun. Bellonus Senior conſ.3. n.9.* ubi de ſimili 619
conſuetudine in Mutinen. & Caſalen. Ditione,
Surdus conſ.333. n.5. lib,3. ubi de ſimili in Man-
tuana,& apud Sequanos,nec non in Hiſpaniis,&
Galliis, *Valenzuela Valazquez conſ.47. in princip.
vol.1.*ibi-*eſt probata conſuetudo immemorialis Epi-
ſcopatus Orenſis,confirmata Conſtitutione Synodali
quòd Beneficiatus decedens habeat pro ſuis hæredi-
bus non ſolùm fructus, quos tempore mortis perce-
perat, ſed medietatem fructuum anni ſequentis, &
n.3. cum ſeqq. ſignanter n.13. cum ſeqq. Zoeſius in
Jus Canon. in lib.3.Decretal.tit.27.n.14.*ibi -- *ve-
rùm hac in re conſuetudo plurimùm poteſt &c. ali-
bi etiam totum annum ſequentem adſignat domui
mortuariæ, ſivè hæredibus defuncti, quem vocant
annum gratiæ, Moneta de diſtrib. quotid. parte 2.
qu.12. n.63. cum ſeq. Piagius de conſuetud.qu.11.
n.25. & 265. Navarr.de redditibus Eccleſ. qu.3.
n.12. Sarmient. eod. tract. parte 1. monit.48. n.2.
in med.* ibi -- *nam cùm in Hiſpania in multis Eccle-
ſiis Cathedralibus ſit conſuetudo, ut fructus dimi-
dii anni pertineant ad defunctum cum reliquis bo-
nis illos capiunt, vel hæredes ex teſtamento, ſi te-
ſtatus fuit Clericus, vel venientes ab inteſtato &c.
& parte 2. monit.13. nu.2. antè med. verſic. nam
cùm Sanctiſſimus,* ubi refert, ſe fuiſſe proviſum à
S. Pio V. de pingui Beneficio vulgò *de la Puebla*
Toletanæ Diœceſis,ac hæredes ultimi Beneficia-
ti accepiſſe fructus ſeptem menſium, reſervatis
eidem novo proviſo reliquis quinque menſibus,
*Barboſa de Canon.& Dignit.cap.15.n.31.*ibi -- *va-
let quoque conſuetudo etiã ſtante diſpoſitione ſeſſ.24.
cap.14. ut fructus primi anni reſerventur hæredi-
bus Beneficiarii, Leo theſſor. Eccleſ. par.3. cap.1.
n.6. Matta in addit.de redditib.Eccleſ.n.67. Gallus
de fructib. diſp.37. artic.1. n.14. in fine, & n.79.
in fine verſ.nec illos juvat,Gama dec.Luſitan.313.
num.7. circà fin. verſ. nonnulli autem, Rota coram
Card. Seraphino* dec.1053. *n.1. repet. penès Garz.
de Benef. parte 11. cap.5. n.140. & dec.660. n.1.
par.4. diverſ.* quanvis *Sanchez conſil. moral.lib.2.* 620
*cap.2. dub.50. n.14. Navarr. de redditib. Eccleſ.
qu.1. monit.52. nu.7. Molina de Juſtit. & Jure
tract.2. diſp.147. conc.11. in fine, verſic. quando.*

rò,col.2. litera D.arbitrentur,ex citata Extravag.
ſuſcepti ſolummodò depræhendi, quòd teneat
conſuetudo, ut Beneficiatus poſſit diſponere
ad cauſas pias de fructibus primi, ſecundi, vel
ulterioris anni Beneficii vacantis,& ad ſummum
in cauſam neceſſariam pro ſolvendis nempè ejus
debitis, Navarr. de ſpoliis Clericorum §.15.n.1.
immò cum aliqua moderatione, ac reſtrictione
621 ſe habet laudata Extravagans ſuſcepti, dum ſal-
tem aliquam partem fructuum primi, aut ſecun-
di anni aſſignat ſucceſſori in Beneficio, veluti
obſervat Zoeſius in Jus Can. in lib.3. Decretal.
tit.27. de ſucceſſ. ab inteſtat.n.15. circà fin. verſic.
622 nec eſſe omninò, & medietatem videtur aſſignare
ſucceſſori, ut putat Bellettus diſq. Cleric. par.1.
tit. de bon. Cleric §.15. nu.14. ita ut intret diviſio
623 pro medietate, nec in Beneficiis Curatis intrat
talis conſuetudo, ut ait Rota coram Card. Bel-
lamera dec. unica per tot. de conſuetud.

Nec videtur, poſſe obiici contra hujuſmodi
624 conſuetudinem,quòd cùm tàm Bulla 7.Julii III.
in Bullar. nov. Rom. tom.1. quàm Bulla 80. Ur-
bani VIII. tom.4. fuerunt in Urbe promulgatæ,
dicuntur eo ipſo effectuatæ, contra quas tan-
quàm Papales nequit dari de non uſu, vel de
625 contrario uſu, præſertim cùm in illa Urbani
§.11.in princip. confirmatoria alterius Bullæ Ju-
lii III. derogetur contrariæ conſuetudini etiam
immemoriali teſtandi de fructibus inexactis, ut
occaſione ſimilis conſuetudinis Mediolani notat
Tranchedin. conſult.forenſ. tom.1. conſult.73.n.26.
cum ſeqq. quia idem Tranchedinus loc. citat n.35.
626 ingenuè fatetur ſuſtineri talem conſuetudinem
ſaltem in Clericis inferioribus (quidquid ſit in
627 Cardinalibus, qui tanquàm ſubjecti Papæ) non
ligantur conſuetudinibus, nec Conſtitutionibus
Synodalibus.

Veruntamen, ut veritatem amemus, hoc ca-
ſu dici nequit, quòd vigeat conſuetudo diſpo-
nendi de fructibus percipiendis, & ſic de inexa-
ctis, quod eſſet de directo contrà Bullam ſæpiùs
ſuprà laudatam Julii III. ſed benè dici poteſt
hoc caſu, quòd valeat conſuetudo reſervandi
fructus primi anni hæredibus, quos Beneficiatus
in ingreſſu, & ſic primo anno non percipit, ità,
ut ſolutio hujuſmodi fructuum Beneficiato per
prius debitorum, illi tamen primo anno non ſo-
lutorum differtur poſt ejus obitum, undè potiùs
eſt dilatio ſolutionis debiti, hinc conſuetudo
iſta nullam habet Juris reſiſtentiam, immò ma-
628 gis aſſiſtentiam, cùm illa conſiſtat in debito,
ac interim detinendo fructus primi anni, ut fa-
ciliùs provideri poſſit de iis, quæ ad ſepulturam
Beneficiati ſunt neceſſaria, quæ plerumque ob
inopiam defuncti negliguntur cum magnoOrdi-
nis Eccleſiaſtici dedecore,veluti ponderant Gar-
zias de Benef.parte 11. cap.5. nu.138.& 143. in
fine, Guttierrez Canon. quæſt. lib.1. cap.29. n.30.
Barboſa de Canon. & Dignit. cap.23. n.7. in fine
Wameſius conſ.234. nu.8. Mean. ad Jus Leodien.
parte 3. obſ.277. num.11. ubi hinc argutè infert,
quòd Beneficiatus hac via cenſetur fructus per-
cipere etiam eo anno, quo fructus non perci-
cipit, niſi reſpectivè ad ejus hæredes, in quo-
rùm perſonam eos lucratur, Rota in ſuprà cita-
tis deciſionibus,& deciſ.85. n.2. cum ſeqq. par.16.
629 recentiorum, dicta tamen Extravagans ſuſcepti
in regionibus præſertim Ultramontanis vel non
fuit recepta, vel contraria conſuetudine abroga-
ta,ut ait Zoeſius in Jus Canon.ad lib.3. Decretal.
tit.27. de ſucceſſ. ab inteſt. n.15. in fine verſic. ve-
rùm ea Conſtitutio, quidquid ſit de conſuetudine
reſervandi fructus primi, ſecundi, & ſequentis 630
anni, quod etiam dicunt mortuaria, favore Ec-
cleſiæ, ubi vacat Beneficium, juxta diſtinctio-
nem traditam per Gallum conſ.34. per totum,
Fagnan. in cap. cùm vos 4. n.20. cum ſeq. de Offic.
Ordinar.Plot. de jurejur.n.644.in princip. Coſta de
remed ſubſid.remed.106.illat.8. n.3. in fine,Borell.
ſumma deciſion. par.1. tit.20. de Benef.n.387.The-
mud. à Fonſeca dec.Luſitan. 299. per tot. Rota cor.
Card. Creſcentio dec.3 .lib.2.de ſolution.Card. Cerr.
dec.856 n.3. repetit. in recentior. parte 14.& pen.
Marcheſan. de commiſſ. parte 1. fol. mih.558. &
pen. Garz. de Benef. parte 2. cap.1.n.12. & coram
Durano dec.304. n.2. ac per tot. Merlin. dec.503.
n.7. cum ſeqq. dec.471. & dec.209. n.4. parte 11.
dec.157. nu.3. cum ſeqq. parte 17. & quidquid ſit
de conſuetudine in Sac.OrdineHieroſolymitano 631
reſervandi fructus Beneficii vacantis primi anni
Magno Magiſtro, Borell. ſum dec. tom.1.tit.20.de
Benefic. nu.387. & quidquid ſit quoad diſtribu-
tiones quotidianas, in quibus non admittitur 632
conſuetudo, ut nempè mortuo Canonico, ejus
hæredibus dentur diſtributiones primi, ſecundi,
vel ulterioris anni Cened. qu Can.1. n.41. Mone-
ta de diſtrib. quotid. parte 2. qu.12.n.65.ubi n.66.
in princip. & in fine optimam reddit rationem,
eo nempè, quòd,cùm diſtributiones aſſignentur
Canonicis, & Beneficiatis in Cathedralibus, vel
Collegiatis Eccleſiis, certum eſt, Canonicum,
ſeu Beneficiatum mortuum, non eſſe verum Ca-
nonicum, aut Beneficiatum, tùm per illud vul-
gatum Philoſophi dictum, homo mortuus non 633
eſt homo, tùm quia forma eſt, quæ dat eſſe rei, 634
& conſervat eam in eſſe, anima verò rationalis 635
eſt perſe, & eſſentialiter corporis, & hominis
forma, quid mirum, ſi, mortuo diſtributiones
nulla ratione poſſint conveuire, quoad hæredes
verò cùm eædem diſtributiones dentur ob ſervi-
tium perſonale, & illud hæredes non præſtent,
nequeunt ulla ratione percipere; Attamen in ali-
quibus Eccleſiis ſervatur conſuetudo conferendi
ſaltem per aliquod tempus diſtributiones hære-
dibus defuncti pro ejus debitis, aut legatis ſol-
vendis,prout in Cæſarauguſtana Cathedrali Ec-
cleſia de Pilar practicatur per novem dies poſt 636
obitum Canonici, ubi ex antiquiſſima conſue-
tudine famulis Canonici defuncti, pro eorum
victu aſſignantur diſtributiones, acſi Canoni-
cus adhùc in humanis ageret, teſte Cened. quæſt.
Canon.1. num.41. in med. verſiculo nihilominùs
tamen.

Undè ut teneant Conſtitutiones Synodales
ſuper reſervatione fructuum primi anni favore 637
Eccleſiæ, ſeu illius fabricæ, editæ, reperiuntur
confirmatæ à Sede Apoſtolica, ut de Sacroſan-
cta Vaticana Baſilica S. Petri de Urbe vigore 638
Bullæ Clementis VII. aliorùmque ſummorum
Pontificum circà applicationem integræ medie-
tatis omnium fructuum Beneficiorum primi an-
ni favore Sacriſtiæ, Tamburin. de Jure Abbat.
tom.2. diſp.13. quæſit.14. n.70. de Valentina pro 639
annata teſtatur Rota dec.856. coram Card. Cerro,
repet. in recentior. parte 14. la 471. deciſ.144. in
princip.& dec.295. nu.2.parte 16. de Seguntina
pro

640 pro dimidia tantùm annata *Rota dec.199. par.2.*
641 *recentior.* de Burgen. *Rota coram Mohedano dec.6.*
642 *de conceſſ. Præbend. Card. Seraphin. deciſ.1401. in
princip. & deciſ.1410. in princip. Peña dec.1390.
n.2.dec.1479.n.1. dec.1546. n.1. dec.787. in prin-
cip. par.4. diverſ.dec.302. per tot. par.3.recentior.*
de Mediolanen. *Rota coram Ubaldo dec.196. n.1.
& 7. dec.255. n.7. dec.189. n.1. & dec.215. per*
643 *tot. parte 4. recentior.* licet conſuetudo ſuper hoc
videatur de per ſe ſola valere ex deductis per
*Valenzuel.Velazquez conſ.47.n.6.to.1. Fagnan.in
cap.prætered 1.n.45.nè Prælat. vic. ſuas,Fermoſin.
in cap.Eccleſia S.Mariæ 10.nu.18. de Conſtitution.
Mandoſ. in Regul.34. Cancell. qu.31. n.2. Gutier-
rez. qu. Can. lib.1. cap.29. num.29. Zoeſ. in Jus
Can. in lib.3. Decretal. tit.27. de ſucceſſ. ab inteſt.
n.14. in fine* ibi: *immò & ſecundi anni fructus ali-
bi attribuuntur fabricæ, aut alteri uſui Eccleſiæ,
ut ſucceſſor in Beneficio toto biennio carere debeat
fructibus, Caſtrenſ. conſ.116. nu.3. lib.2.* ubi de
conſuetudine reſeruandi Fabricæ Eccleſiæ S.Vir-
644 gilii Tridentinæ Diœceſis, fructus primi anni
Beneficiorum vacãtium. Nihilominùs poſt Con-
ſtitutionem S. Pii V. videtur, conſuetudinem
645 hujuſmodi reformandam fore, ut nimirùm fru-
ctus non reſerventur ultrà ſemeſtre, & ſic ultrà
dimidium annum, ſeu mediam annatam à die
obitus Beneficiati, favore fabricæ, aut alterius
pii loci, & reliqua dimidia pars fructuum anni
concedatur ſucceſſori in Beneficio, *Zoeſius in
Jus Can. in lib.3. Decretal. tit.27. de ſucceſſ. ab
inteſt. nu.16. in fine verſic. & tantùm permittens.*
646 Extat inſuper (quod plus eſt) conſuetudo Pari-
ſiis, & in Normandia, applicandi Epiſcopis pro
tempore fructus primi anni Beneficiorũ vacan-
tium, *Brunus conſ.67. n.1.* extat ſimilis conſuetu-
647 do, & Statutum Leodii applicandi Eccleſiæ fru-
ctus primi anni Beneficiorum vacantium, *Rota
coram Card. Seraphin. dec.1447. per tot.* extat ſi-
648 milis conſuetudo, ſeu Statutum in Cathedrali
Eccleſia Placentina reſervandi Capitulo medie-
tatem fructuum Canonicatuum vacantium pri-
morum annorum, *Decius conſ.155. per tot.tom.1.*
649 Immò (quod plus eſt) valet etiam conſuetudo
dandi Beneficiato mortuo, ſeu ejus hæredibus
diſtributiones primi anni, quæ tamen dumta-
xat intereſſentibus debentur, *Barboſa de Canon.
& Dignit. cap.23.n.6.* etenim corporalis neceſſi-
650 tas tenet defunctũ, & impoſſibilitas eum arctat,
nè ſerviat, quæ, ſi impedit infirmum, potiùs
mortuum, ideoque fortiùs excuſat, *Joan.Andr.
in cap. unico nu.3. in principio verſiculo & quid
valeat, de Cleric. non reſidentib. in 6.* & nihilomi-
nùs per mortem deſiit eſſe Canonicus, Benefi-
ciatus, ſeu Clericus ſuæ Eccleſiæ, cùm corpori
mortuo, & ab anima ſeparato nulla neceſſitas
imminere poſſit, deficiente anima intellectiva,
651 quæ per ſe, & eſſentialiter eſt corporis forma,
quando etiam ipſum corpus inanimatum diſſo-
luitur per mortem, *Ioan. Andr. loco citato verſ.
ſed contrà.* Utraque autem conſuetudo tàm ſu-
per facultate teſtandi de fructibus exactis, quàm
non exactis, vel ſuccedendi ab inteſtato Bene-
ficiato, tanquàm quid factum, quod non præ-
ſumitur, niſi probetur, probanda eſt cum om-
652 nibus ſuis requiſitis, actuum frequentia, ac eo-
rum uniformitate, *Bellett. diſq. Cleric. par.1. tit.
de bon. Cleric.§.15. n.61 cum ſeqq.*

Quibus pro neceſſitate præmiſſis, cenſeo di-
ſtinguendum eſſe, aut conſuetudo, de qua agi-
tur, eſt (ut ità dicam, & de Clauſula ampliſ-
ſima dici ſolet) effrænatiſſima, complectens ni-
mirùm tàm caſum teſtati, quàm inteſtati, prout
ex ſuprà deductis apparet, talem eſſe conſuetu-
dinem in Hiſpaniis, & alibi,nec ibidem adſunt
Collectores Apoſtolici pro ſpoliis Cameralibus,
aut conſuetudo viget in locis, ubi adſunt Colle- 653
ctores Apoſtolici pro ſpoliis Clericorum, favo-
re Cameræ Apoſtolicæ tàm de ſuccedendo Bene-
ficiato ex teſtamento, quàm ab inteſtato, præ-
ſertim ſi talis conſuetudo fomentum habeat ab
Indulto Apoſtolico forſitan occaſione compoſi-
tionis cum Clero,aut conſuetudo reſtricta eſt ad
caſum dumtaxat cauſæ teſtati,& alicubi adſunt,
& alicubi non adſunt Collectores ſpoliorum,
tunc in primo caſu exiſtimarem,quindennia ine-
xacta ſpectare ad ſucceſſorem in Beneficio, non
autem ad hæredes ex teſtamento,aut ab inteſta-
to, in nihilum ſuffragante tali conſuetudine eo,
quòd nec per Indultum Apoſtolicum(quod ma-
gis eſt) poſſet tolli jus ſucceſſoris in Beneficio,in
quem jam ex decantata Bulla Julii III. transla-
tum fuit, cùm enim Papa,ſeu ejus Camera nul-
lum jus habeat in fructibus, & quindenniis ine-
xactis in locis, ubi non habet Collectores ſpo-
liorum, ſed eo caſu quindennia, ac tales fructus
inexacti ſpectant ad ſucceſſorem in Beneficio ex
dicta Bulla Julia, non poteſt dare,quod non ha-
bet,hæredibus Beneficiati, juxta regulam, quòd
nemo dat, quod non habet, nec quis plus jus
transfert, quàm quod habet, nec proindè poteſt
excludere ſucceſſorem Beneficii à ſucceſſione (ut
ità dicam) fructuum, ſeu quindenniorum ine-
xactorum, & quanvis Papa tanquàm Dominus
Beneficiorum univerſi orbis,poſſit,ſi velit,aufer-
re jus ſucceſſori Beneficii, illud tamen non cen-
ſetur auferre, niſi expreſſè auferat, prout tale
extat Breve Gregorii XIII. ad favorem Mantua- 654
ni Cleri occaſione compoſitionis deſuper initæ
cum Camera Apoſtolica pro prætenſis Clerico-
rum ſpoliis, *Surd.conſ.333. n.1. in fine verſic. ſe-
cundò ubi Jure communi, & n.4. circà fin. verſic.
non obſtat compoſitio cum nu. ſeqq. lib.3.* in ſecun-
do caſu cùm non agatur de præjudicio ſucceſſo-
ris Beneficii, ſed de præjudicio Papæ, illiuſque
Cameræ, tunc cenſerem, quindennia inexacta 655
deberi hæredibus tàm teſtamentariis, quàm
ab inteſtato Beneficiati, tanquàm in jus, & lo-
cum Cameræ ſuccedentibus,ſeu ſubrogatis, *Surd.
conſ.333. num.1. in fine verſic. ſecundò ubi Jure
communi, & n.20. in fine verſic. ea igitur, lib.3.*
ibi -- *non includit ea ſpolia, quæ jam à Pontifice
conceſſa fuerunt iis, qui in Beneficio ſuccedunt,
ſed ea, quæ ad Cameram Apoſtolicam pertinent;*
in tertio tandem caſu ſi adſunt Collectores ſpo- 656
liorum, tunc putarem, eodem modo, quo in ſe-
cundo caſu, deberi hæredibus Beneficiati, ex
teſtamento tantùm quindennia inexacta, ex ea-
dem etiam ratione, quòd tunc non agitur de
præjudicio ſucceſſoris Beneficii, ſed de ſolo præ-
judicio Papæ, ſuæque Cameræ, cujus juribus
faciliùs per conſuetudinem derogari poteſt tan-
quàm in hac materia ex ſolo Jure ſpeciali debi-
tis, non Jure communi, ſed per particulares
Cõſtitutiones Pontificias ſuper ſpoliorum intro-
ductione editas, ac à Jure potiùs exorbitantes,

*Surd. conſ.*333.*n.*10. *in fine verſ. ſecundò quidquid*
ſit, *& n.*11. *tom.* 3. ſi verò non adſunt Collecto-
657 res ſpoliorum, tunc, etiamſi Beneficiatus teſta-
tus deceſſerit, arbitror, ut in primo caſu, quin-
dennia inexacta ſpectare ad ſucceſſorem Bene-
ficii, cùm tunc nec agatur de præjudicio Ca-
meræ, ſed de præjudicio ſucceſſoris Beneficii,
cujus juribus è contrà non tàm facilè per con-
ſuetudinem derogari poteſt tanquàm de Jure
communi, non de Jure ſpeciali tantùm acquiſi-
tis, et ſic fortiori vinculo, proindèque diffici-
liùs diſſolvendo, nec ad cauſam inteſtati poſſet
talis conſuetudo extendi tanquàm ſtricti Juris,
ideòque intrà ſuos limites intelligenda, præci-
puè cùm ſit ablativa juris tertii, nempè ſucceſ-
658 ſoris Beneficii, & tanquàm talis, exorbitans à
Jure, *Amat. var. reſol. lib.*2. *reſ.*76. *n.*36. *Pia-*
*gius de conſuetud. qu.*12. *nu.*1. *in princip. nu.*33.
*cum ſeqq. & num.*98. & in puncto *Zoeſius in Jus*
*Canon. lib.*3. *Decretal. tit.*27. *de ſucceſſ. ab inte-*
*ſtato n.*13. *in princip.* ibi -- *hæc ità in fructibus per-*
ceptis, *quid in pendentibus ſtatuendum*. *Reſpon-*
deo, eſſe, qui omnes ſucceſſori reſervandos putent,
neutiquam autem hæredi competere in caſu, *quo*
ab inteſtato devolvitur hæreditas, *Valaſc. con-*
*ſult. deciſ. tom.*2. *conſult.*165. *num.*11. ibi: *undè*
videtur in illis poſſe ſuccedere venientes ab inteſta-
to &c. cùm illa valuerit in cauſa teſtati tantùm,
certè &c. non poteſt extendi ad causâ inteſtati &c.
*& nu.*12. *in fine*, ubi ait, ità fuiſſe judicatum,
*& in princip. dicti nu. & n.*11. *in fine* teſtatur de
Conſtitutione Synodali Diœceſis Ulyxbonen.
approbante talem conſuetudinem, quaſi imme-
morialem teſtandi, non verò in caſu deceſſus ab
inteſtato, *& n.*14. *circà fin. verſic. in iis autem*,
& verſic. igitur in iis; tunc enim videtur Bene-
ficiatus inteſtatus voluiſſe, quòd Eccleſia, ſeu
ſucceſſor in Beneficio, qui illam repræſentat,
ſuccedat, dum eligens viam Clericatus, atque
659 ità Spiritus, & non carnis, videtur magis dili-
gere Eccleſiam, ſeu illius repræſentantem, quàm
hæredes *Surd. conſ.*333. *nu.*11. *in med. & in fin.*
*lib.*3. debetque quantum poteſt, reſtringi huju-
ſmodi conſuetudo uti odioſa, atque ſi non ma-
nifeſtam iniquitatem, & irrationabilitatem,
ſaltem duritiei aliquid continens, tùm quòd
ſucceſſor in Beneficio fructibus fraudetur totius
anni, vel biennii tempore, tùm quòd abſurdum
ſit, fructus ad eos deferri, qui non ſunt Bene-
660 ficii poſſeſſores (quales ſunt hæredes Beneficiati)
nec ei deſerviunt, quod repugnat intentioni Ec-
cleſiæ, ut inquit *Zoeſius in Jus Canonic. in lib.*3.
*Decretal. tit.*27. *de ſucceſſ. ab inteſtato num.*15. *in*
princip.

Verùm ut quindennia ſpectent ad hæredes te-
ſtamentarios, debet Beneficiatus non ſimplici-
661 ter teſtari de bonis ſuis patrimonialibus, quod
procul dubio facere poteſt, ſed expreſſè de quin-
denniis favore ſuorum hæredum diſponere, aliàs
662 de illis non diſponens, videtur circà illa inteſta-
tus decedere, & ſic non poſſe juvari conſuetudi-
ne reſtricta ad cauſam teſtati, *Surd. conſ.*333.
*nu.*10. *in fine cum ſeq. in principio lib.*3. cujus ta-
663 men opinio mihi videtur aliquantulùm rigida,
cùm ſatis ſit, quem teſtatum fuiſſe ad hoc, ut
quindennia inexacta debeantur illius hæredibus
vigore conſuetudinis, veluti in præciſis termi-
nis fructuum Beneficii inexactorum vigore con-
ſuetudinis in Leodien. Civitate hæredibus Be-
neficiati debitorum, etiamſi teſtator de illis ex-
preſſam non fecerit mentionem, *Rota cor. Durano*
*dec.*304. *n.*2. *in fine verſic. minùs obſtat*, *& nu.*3.

Prætereà duodecim difficultates haud le-
ves reſtant enodandæ adinſtar duodecim labo-
rum Herculis.

I. Quidem difficultas ſeſe offert in caſu, quo
Beneficiatus poſſideat duo Beneficia, unum in
loco, ubi vigeat memorata conſuetudo tran-
ſmittendi fructus Beneficii inexactos tàm ex te-
ſtamento, quàm ab inteſtato ad hæredes, &
aliud in loco, ubi ſervetur ſæpiùs laudata Bulla
Julii III. & utrumque Beneficium conſiſtat in
prædiis manui mortuæ emphyteuticatis, tunc
decedente Beneficiato antè exactionem ultimi
quindennii ex utroque Beneficio debiti, quin- 664
dennium ex Beneficio ſito in loco, ubi talis con-
ſuetudo viget, deberi puto hæredibus Beneficia-
ti, aliud autem quindennium ex Beneficio ſito in
loco, ubi ſervatur Bulla Julia, deberi ſucceſſori in
Beneficio, ut ad propoſitum *Tondut. reſ. Benef.*
parte 3. *cap.*164. *per tot. ubi n.*17. ità ſæpiùs con-
ſuluiſſe in diverſis cauſis.

II. Inſurgit difficultas, ſi omnes Beneficii fru-
ctus conſiſtant in diſtributionibus quotidianis,
Miſſis, Anniverſariis, Cathedratico, ſeu Syno-
datico, & Procuratione, prout in ſolis diſtribu-
tionibus conſiſtunt Canonicatus Sacroſanctæ
Vaticanæ Baſilicæ S. Petri de Urbe, ut ait *Rota*
*coram Emerix Seniore dec.*172. *per tot.* quo caſu
putarem, quindennium inexactum non acquiri
ſucceſſori in Beneficio, ſed hæredibus Beneficia-
ti, quia diſtributiones quotidianæ ſunt quaſi bo-
na propria, ſeu patrimonialia, & dietìm, immò
horatim debentur, licet commoditatis gratia
hebdomadatim, menſtruatim, aut annuatim
ſolvantur, immò magis ratione laboris, & in- 665
duſtriæ, quàm ratione Beneficii debentur, quan-
tunvis habeant dependentiam à Beneficio, *Gigas*
*conſ.*144. *n.*21. ibi: *& ego de anno* 1516. *defun-*
cto Chriſtophoro Pierio Gigante Canonico Foroſem-
pronienſi Patruo meo recolendæ memoriæ viro lite-
ratiſſimo mihi dari quotidianas diſtributiones ſibi
debitas obtinui, *etiam ſimiliter in Romana Curia*
defuncto ibidem Antonio Gigante Canonico Eccle
ſiæ Lateranenſis germano meo, *quòd diſtributiones*
quotidianæ per eum quæſitæ, *nondùm exactæ*, *ejus*
*hæredibus deberentur &c. & nu.*34. *Geminian. in*
*cap. unico n.*3. *de Cleric. non reſid. in* 6. *& conſ.*86.
*n.*18. *Azor. inſtit. moral. par.*2. *lib.*8. *cap.*3. *qu.*9.
*Filliucc. qu. moral. par.*3. *tract.*43. *cap.*3. *qu.*11.
*num.*11. *Moneta de diſtrib. quotid. parte* 1. *qu.*9.
*n.*38. *in fine*, *& par.*2. *q.*12. *nu.*67. *in princip. &*
parte 3. *qu.*3. *n.*4. *cum ſeqq. & per tot. ac ſignan-*
*ter n.*13. *cum ſeqq.* ibi: *conſanguinei Clericorum*,
ſeu eorum hæredes etiam ab inteſtato ſuccedunt Cle-
ricis in ipſis quotidianis diſtributionibus, quàquàm
eæ adhùc exactæ non fuerint tempore obitus ipſo-
*rum Clericorum &c. Bellettus diſqu. Cleric. par.*1.
tit. de bon. Cleric. §.6. *n.*18. *Redoan. de ſpol. Eccl.*
*qu.*1. *n.*27. *& qu.*3. *n.*23. *cum ſeqq. & in* §. *fin. n.*5.
*Pignatell. conſult. Canon. tom.*4. *conſult.*126. *n.*5.
*Bonaccina var. tract. diſp.*4. *punc.*2. §.1. *n.*3. *tom.*1.
*Matta in addit. de reddit. Eccleſ. n.*100. *cum ſeqq.*
*Cyrillus q. Jur. cap.*96. *n.*5. *Randenſ. var. reſ. lib.*1.
*cap.*18. *n.*31. *Panimolla dec. Eccl. dec.*20. *annot.*1.
*n.*5. *cum ſeqq. tom.*1. *Leo dec. Valent.*145. *nu.*25.
par-

parte 2. Chriſtin. deciſ. Belgic. 77. nu. 16. cum ſeqq. vol. 5. Rota coram Bichio dec. 256. n. 17. cum ſeq. tom. 1. & in recentior. dec. 117. num. 2. cum ſeqq. parte 9. dec. 135. n. 1. cum ſeqq. par. 10. dec. 233. n. 2. & dec. 329. nu. 2. cum ſeq. parte 13. equidem de diſtributionibus quotidianis liberè teſtari poteſt Beneficiatus, tanquàm de acquiſitis magis ratione ſervitii, & operæ, quàm Præbendæ, *Gonzalez ad Regul. 8. hodiè 9. Cancellar. de Menſibus §. 7. probam. nu. 164. cum ſeq. Tamburin. de jure Abbat. tom. 3. diſp. 11. quæſit. 15. nu. 15. Redoan. de ſpol. Eccleſ. qu. 6. n. 18. Gratian. diſc. 381. n. 11. lib. 2. Barboſa de Canon. & Dignit. cap. 21. n. 32. ubi in fine* refellit *Navarrum* contrarium tenentem, *Antonell. de regim. Eccleſ. tom. 1. lib. 3. cap. 16. num. 11. Eſcobar à Corro de Hor. Canon. qu. 5. §. 2. n. 25. Moneta de diſtrib. quotid. parte 3. qu. 1. n. 18. & qu. 4. nu. 12. & 17. Chriſtin. deciſ. Belgic. 77. n. 16. lib. 5.*

666 Nec obſtare poteſt *Bulla 7. Julii III. in Bullar Rom. tom. 1.* quæ fructus Beneficii inexactos reſervat ſucceſſori in Beneficio, penitùs excluſis hæredibus Beneficiati, etenim Bulla non loquitur de diſtributionibus quotidianis, minùſque ad illas extendi valet, cùm diſtributiones quo-
667 tidianæ propriè non ſunt fructus Beneficii, nec eorum nomine veniunt, *Gigas conſ. 144. nu. 10. Moneta de diſtrib. quotid. parte 1. qu. 6. nu. 1. cum ſeqq. Lotter. de re ben. lib. 1. qu. 39. num 22. cum ſeqq. Eſcobar à Corro de Hor. Canon. q. 5. §. 2. n. 4. Barboſa de Canon. & Dignit. cap. 21. nu. 6. Antonell. de loc. legal. lib. 1. cap. 13. n. 16. & de regim. Eccl. tom. 1. lib. 3. cap. 16. n. 3. Tondut. de Penſion. Eccl. cap. 42. num. 2. 15. & 19.* ubi teſtatur de ſtylo Curiæ, *& qu. ben. Canon. par. 2. cap. 1. §. 9. n. 25. cum ſeqq. Barbat. de diviſione fruct. parte 1. cap. 15. num. 7. in princip. Hojeda de incompatibil. Benef. par. 1. cap. 12. n. 8. Rota in recentior. dec. 61. n. 1. dec. 88. n. 1. cum ſeqq & dec. 265. n. 9. par. 15. dec. 165. n. 6. & 14. parte 17.* licet dicantur fru-
668 ctus Beneficii quoad alios effectus, quando Beneficium conſiſtit in ſolis diſtributionibus, *Moneta de diſtrib. quotid. parte 1. qu. 6. n. 14. Corrad. in prax. ben. lib. 2. cap. 16. n. 31. cum ſeq. Tondut. qu. ben. can. parte 2. cap. 1. §. 9. n. 29. Lotter. de re ben. lib. 1. qu. 39. nu. 27. cum ſeq. Gonzalez ad Regul. 8. hodiè 9. Cancell. de menſ. §. 7. probam. nu. 157. D. Advocatus Piton. diſc. Eccleſ. tom. 1.*
669 *diſc. 1. n. 18. cum ſeqq. & per tot.* quales ſunt Canonicatus Vaticanæ Baſilicæ S. Petri de Urbe, Lateranenſis Baſilicæ S. Joannis de Urbe, & Liberianæ Baſilicæ vulgò S. Mariæ Majoris pariter de Urbe, & Cathedralium Toletanæ, ac Hiſpalen in Hiſpania, Leodien, & Padebornen in Germania, juxta *Conſtit. 41. Pii IV. in Bullar. nov. Rom. tom. 2. Amayden. de ſtylo Datar. lib. 1. cap. 18. § 3. n. 19 cum ſeqq. Gonzal. loc. mox citat. n. 167. Rota coram Coccino dec. 516. n. 5. cum ſeq. & dec. 530. nu. 1. cum ſeq. & penès Garz. de ben. par. 10. cap. 1. nu. 74. verſic. valor Canonicatus, dec. 61. in princip. verſic. at Domini reſponderunt, & dec. 88. n. 1. par. 15. dec. 306. n. 2. par. 16. recentior.* In nihilum refragante, quòd diſtributiones generaliter dicuntur fructus Beneficii, quando Beneficium conſiſtit dumtaxat in illis ex mox traditis, quippè adhùc diſtributiones inexactæ debentur hæredibus Beneficiati, cùm ſatis ſit,
670 quòd etiam in hoc caſu Beneficiatus de diſtributionibus liberè teſtari valeat, *Bonacina de oblig. Beneficiar. diſp. 4. punct. 2. num. 18. Antonell. de regim. Eccleſ. tom. 1. lib. 3. cap. 16. nu. 11. poſt med. verſic. etiamſi totus Canonicatus, Moneta de diſtrib. quotid. par. 3. qu. 4. nu 17. poſt med. verſiculo ampliatur verò in princip.*

Minùs obſtat *Decius conſ. 279. per tot. tom. 1.* tenens, diſtributiones inexactas minimè deberi hæredibus Beneficiati ſub prætextu præjudicii, ſucceſſoris, quia reiicitur optimis reſponſionibus per *Monet. de diſtrib. quotid. par. 3. qu. 3. n. 21. cum ſeqq.* ubi per errorem citatur *conſ. 280.* 671

Adeò ut etiamſi Beneficiatus inteſtatus deceſſerit, & Beneficium conſtet ex diſtributionibus quotidianis, adhùc quindennium inexactum debetur hæredibus ab inteſtato, *Tondut. reſ. ben. canon. par. 3. cap. 164. nu. 17. Moneta de diſtrib. quotid. par. 3. qu. 3. nu. 7. Sarmient. de redditib. Eccleſ. par. 3. cap. 5. n. 8. Navarr. eod. tract. qu. 1. monit. 19. nu. 1. Rota coram Merlino deciſ. 503. duplicata in recentior. deciſ. 19. nu. 14. cum ſeq. par. 6.* 672

Ego autem diſtinguerem dicendo, quòd benè fructus conſiſtentes in diſtributionibus maſſæ groſſæ, quæ in fine anni, vel ſtatis temporibus diſtribui ſolent, cùm non ſint propriè fructus Beneficii, nec illius emolumenta, ſed purum ſalarium, ſeu merx laboris, quotiès tamen ſint de illis, quæ debentur ratione ſervitii, aut intereſſentiæ per punctaturam, ſecùs ubi debentur ratione Canoniæ, & præſentiæ, utpotè ſubrogatæ loco Præbendæ, mihique placet hæc diſtinctio, tanquàm verior quoad congruam, puta in Epiſcopatibus juxta Sacroſanctam *Tridentinam Synodum ſeſſ. 24. de Reform cap. 13.* taxa eſt Ducatorum mille, & in Beneficiis Curatis centum, quoad exuberantes autem intrat ſucceſſor in Beneficio, *Card. de Luca de Benefic. diſc. 100. nu. 13. cum ſeqq.* 673 674 675

III. Reſtat difficultas in caſu, quo extet conſuetudo legitimè præſcripta, Statutum, vel Indultum Apoſtolicum, ut fructus Beneficii inexacti tempore mortis Beneficiati, ſpectent ad Capitulum Eccleſiæ, & dico hoc caſu, quindennium inexactum, uti fructum pendente in non deberi hæredibus Beneficiati, nec ſucceſſori in Beneficio, ſed ipſi Capitulo, quod vigore conſuetudinis, Statuti, ſeu Indulti eſt ſucceſſor, vel vicem ſucceſſoris gerit ſaltem quoad fructus inexactos, veluti in durioribus terminis Beneficiati de una ad aliã Eccleſiam tranſlati firmat *Rota in recentior. deciſ. 240. n. 7. in princip. par. 1. duplicata penès Card. Cavaler. dec. 104. & penès Marcheſan de commiſſion. par. 1. fol. 388. & tàm poſt Duard. quàm poſt Cenc. de cenſib. utrobique dec. 176. & poſt Pacific. de Salvian. Interd. dec. 224.* nec mirum, cùm in fortioribus terminis teneat conſuetudo, ut fructus Beneficii vacantis uſque ad novam proviſionem cedant Capitulo, ut de ſimili conſuetudine in Regno Neapolitano *Valenzuela Velazquez conſ. 196. n. 53. lib. 2. Redoanus de Spol. Eccl. q. 5. n. 52. Capon. diſc. 138. nu. 27.* 676 677

IV. Succedit difficultas in caſu, quo Beneficium fuerit de Jurepatronatus Regio, quid dicendum de quindennio inexacto, cùmque fructus vacantis Beneficii ſpectent ad Regem Patronum, non ut Regi quærantur, ſed ut, excepta portione moderata Regio Æconomo aſſignanda, fructus conſerventur ſucceſſori in Beneficio, 678

Valen-

Valenzuela conſ.196.n.52. cum ſeqq.tom.2.Fraſſ. de Patronatu Regio cap.16.nu.4.18.19. 25.& 39. Cabed.de Patronatu Regiæ Coronæ Portugall. cap. 26.n. 27. & dec.83. per tot.par.1.Solorzan.de jur. Ind. tom.2. lib.3. cap.12. num.6. cum ſeqq.Valdes de dignit.Reg. Hiſpan. cap.22. nu.12. ubi de conſuetudine Regis Chriſtianiſſimi Galliæ, in Carnotenſi Eccleſia, de eadem apud Hiſpanos,Luſitanos, Polonos, Hungaros, Neapolitanos, & Pedemontanos, Barbat.de diviſ.fruct. parte 2. cap.8. nu.28. Scoppa ad Codic.Fabrian.lib.1. tit.2. explan.40. nu.26. in fine verſic.in Regno verò Galliæ, Novar.Summa Bullar.par.1.comment.24.n.9. in med. verſ. verùm Quaranta, ubi in fine refert ſe ità conſuluiſſe Caſtellanatenſi Civitati tempore, quo idem vices Epiſcopi gerebat, & comment.69.nu.15. ubi de generali conſuetudine, & nu 16. à fortiori ſpectant fructus inexacti, Va-
679 lenzuela conſ.196. nu.62. vol.2. Solorzan. de jur. Ind. tom.2. lib 3. cap. 12. num.41. Ruzæus de jur. Regal.privileg.300. nu.1. & 5. Caſtal.de Impera-
680 tore qu.10.n.29. undè videmus, quòd Parochus de quarta funerali etiam non exacta poteſt diſponere, Bellettus diſqu. Cleric. par.1. tit. de bon. Cleric. §. 6. num.19.

V. Seſe offert difficultas in caſu, quo vel vigore conſuetudinis, vel vigore pacti inter Beneficiatum defunctum inveſtientem, & manum mortuam inveſtitam initi præſtandum ſit quindennium in fructibus ex fundo Emphyteutico colligendis, non autem in pecunia,& puto,quòd cùm tunc quindennium conſiſtat in fructibus naturalibus ipſius ſoli emphyteutici, ſi fructus per manum mortuam emphyteutam collecti fuerint in vita Beneficiati anteceſſoris, quantumvis in ejus vita non exactum quindennium, attamen debetur illius hæredibus, non autem ſucceſſori in Beneficio, tunc enim quindennium tanquàm non conſiſtens in pecunia, ſicque in fructu civili, ſed verè in fructu naturali, ſtatim incipit deberi Beneficiato de tempore recollectionis fructuum, licet Beneficiatus præmortuus illud non exegerit, veluti in ſimili de canone in fructibus ex ſolo emphyteutico præſtari ſolito decurſo, & non
681 exacto à reſignante antè reſignationem, non tamen debito reſignatario, quantumvis quodammodò ſucceſſori per mortem civilem reſignantis reſolvit Rota deciſ.515. nu.5. in med. verſic. quia eſt advertendum par. 5. recentiorum, parùm urgente,quòd fructus hujuſmodi naturalis uti ſubrogatus in locum fructus civilis, debeat participare ex regula ſubrogatorum de natura ejuſdem fructus civilis.

VI. Obiicitur difficultas in caſu, quo Beneficiatus decedat obæratus,nec bona patrimonialia reliquerit,vel relicta non ſatis ſint ad ſolutionem debitorum, & puto, quindennium inexactum non eſſe ſolvendum hæredibus defuncti, minùſque ſucceſſori in Beneficio,ſed benè creditoribus defuncti, ex fructibus nanque pendentibus, ac
682 inexactis Beneficii, & ſic ex ipſis quindenniis ſatisfaciendum eſt creditoribus Beneficiati, Navarr. conſ.4. per tot.de ſucceſſ.ab inteſtat. lib.3. & de reddit.Eccl. qu.2. monit.26. nu.4 Bellet. diſqu. Cler.par.1.tit.de Cleric. debitor.§.10. n.7.Monach. de rect.feud. interp. cap.59. nu.10. Pacific. de Salvian. interd. inſp.4. cap.1. nu.210. Salgad. labyr. credit.par.3. cap. 15. num.42. & de Reg. protect. par.2. cap.4. n.63. P.Caſſian. à S. Elia deciſ.Theologicolegal. 59. nu.32. Matta in addit. de redditib. Eccleſ. num.86. Rota deciſ 1. per tot.de ſolution. in antiqu.& poſt Poſt.de ſubhaſt it. deciſ.158. nu.11. cum ſeqq.in addit Pignatell. conſult.canon. tom.7. conſult.12. nu.9. cum ſeqq. prout videmus, quod fructus pendentes in fundo hæreditario ſpectant ad creditores defuncti, non verò ad illius hære- 683
des, Thor.vot. deciſ.82. nu.3. tom.1. Manent.dec. Mantuan. 34. per tot. & ſumma quidem ratione eo,quòd creditores tanquàm agentes de damno 684
vitando, potiorem cauſam habent in concurſu cum hæredibus Beneficiati,& ſucceſſore in Beneficio agentibus de lucro captando l.fin. C. de jur. deliber. l.fin. in fin. C. de codicill. l.fin. C.de acquir. 685
poſſ. Carleval. de judic. tom.2. lib.1. tit.3. diſp.30. nu.23. cum ſeq. Conſonat Conſtitutio Synodalis Diœceſis Egitanien. vulgò da Guarda in noſtro Luſitaniæ Regno,lib.3.tit.14.§.3. relata per Themud.à Fonſeca deciſ.Eccl.Portugall.221.n.1.& 2. par.2.jubens eodem modo ſolvi debita Beneficiati defuncti,ut in verbis ibi:ſe pagarà dos ditos fructos, e bens,antes de ſerem entregues a ſeus herdeiros,e da meſma maneira ſe pagaraom delles as dividas feitas pellos defunctos &c., dos frutos, que o defuncto venceo, e bens, que lhe acharem, e naom os havendo, ou naom os achando, ſe haom de pagar dos que os Beneficios renderem, em quanto eſtaom vagos, e naom baſtando huns, e outros, ſe podem pedir aos ſucceſſores,nos termos,em que por direito ſaom obrigados a eſtas dividas, ideſt ex dictis fructibus, & bonis, antequàm tradantur eorum hæredibus, eodemque modo ex illis ſolventur debita à defunctis contracta &c. ex fructibus, quos defunctus acquiſivit, boniſque repertis, ipſiſque non extantibus, ſeu non repertis, ſolventur ex illis, quod Beneficia reddent quouſque vacaverint, neutris autem ſufficientibus, peti poſſunt à ſucceſſoribus in caſibus, in quibus de Jure tenentur ad hæc debita.

Etenim ſi in Extravag. ſuſcepti unica, nè ſede 686
vac. int. commun. toleratur conſuetudo, ut poſt mortem Beneficiati reſerventur ipſi Beneficiato, ſeu ejus hæredibus fructus Beneficii vacantis ad effectum ſolvendi debita defuncti, quantò magis toleranda, ut reſerventur fructus inexacti, & ſic ipſum quindennium ad effectum ſolvendi æs alienum defuncti, quando hujuſmodi fructus ſaltem quodammodo nati dici poſſunt in vita Beneficiati,hincque in ejuſdem vita deberi cæpiſſe, arguendo à majori ad minus, quod argumen- 687
tum in Jure validiſſimū eſt ad tradita per Everard. in Topica legali loco 66. Barboſa loc. commun. 67.

Nec de hoc mirandum, cùm videmus, quòd in caſu Beneficiati debitoris deficientibus bonis patrimonialibus, vel illis non ſufficientibus ad creditorum ſatisfactionem, benè fieri poteſt ad inſtantiam creditorum exequutio ſuper fructibus Beneficii,reſervata Beneficiato debitori congrua 688
in ſui honeſtam ſuſtentationem, appoſito ſequeſtro argumento cap. Odoardus 3. de ſolution. cap.pervenit 2.de fidejuſſor. Tamburin.de jure Abbat. tom. 3. diſput. 11. quæſit. 15. num.20 Coler. de Proceſſ. exequut. par. 2. cap. 3. nu.289. Niger de exequut. rei judic. cap. 12. §. 5. num. 17. cum ſeqq.Bellett. diſqu.Cleric par.1.tit.de Cleric.debitor. §. 3. nu.46. Rodriguez de privil credit. par. 1. ſub nu.25. verſic. illud tamen iis præmiſſis, Salgad. labyr.

bvr.credit. par.1. cap.24.nu.40.& cap.42.n.1.cum
ſeqq.Barboſa de jur. Eccleſ. lib.3. cap.17. num.42.
Scanarolla de viſitat.carcer. lib.3. cap.8. n.21. Ca-
rol. de Simone in legal. abuſib. in abuſu Benefic.
tit 6. nu.276. prout fructus ſtatus, & majoratus
689 alicujus Titularis etiam ſequeſtrantur ad ſolven-
dum æs alienum, *Rodriguez loc.cit.Salgad.loc.cit.*
n.39.41.42. & 50. Baeza de inope debitore cap.16.
nu.103. Leo deciſ. Valent.75. per tot. tom.1. & in
durioribus terminis famigeratæ *Bullæ* 41. *Cle-*
*mentis VIII. in Bullar.nov. Rom.tom.3.*inſtituen-
690 tis Congregationem Baronum,ad effectum alie-
nari faciendi Caſtra etiam fideicommiſſaria Ba-
ronum ſtatus Eccleſiaſtici pro ſolutione credi-
torum,adſimilatæ remedio *Auth.res,quæ C.com-*
mun. de legat. de qua Bulla Baronum *Card. de*
Luca in ſua propria ſede, Poſtius de ſubhaſt. in-
ſpect. 20. *num.* 50. *R. P. D. Fatinell. Cleric. Cam.*
de menſe Martii 1719. è humanis ereptus, *Rota*
in magiſtraliſſima deciſ. 1680. *per tot. coram Coc-*
cino, & in recentior. deciſ. 32. *& deciſ.96. par.*
15. *deciſ.*341. *part.* 17. *deciſ.* 229. *deciſ.* 230.
dec.279. par.19. dec.506. dec. 546. dec. 623. ead.
par.19. tom. 2. & poſt Eminum Corradin. de jure
prælation. dec.1. 2.3.& 4.ubi num.1. de alia Bul-
la Urbani VIII. *la* 154.*in eod. Bullar. tom.5.*mo-
deratoria prædictæ Bullæ Clementis VIII. quæ
Conſtitutio Clementina produxit Seminarium
litium quotidiè adinſtar hydræ capitum rena-
ſcentium *Card. de Luca de Benef. diſc.67. nu.1. in*
fine, de alia Cõſtitutione pariter Clementis VIII.
691 mandante Beneficia Calaguritanæ Diœceſis eſſe
patrimonialia: Si autem Beneficium ſit adeò te-
nue, tunc illius fructus arreſtari nequeunt, *Pe-*
692 *ckius de jure ſiſtendi cap.5.nu.8.* vel ſi habeat Be-
693 neficiatus alia bona patrimonialia, *Pellegrin.*
prax.Vicarior. par.2.ſect.3.ſubſect.2. nu.21.

Veruntamen adaugetur difficultas, & vide-
tur ex quindennio inexacto non ſolùm non fore
ſolvenda debita Beneficiati defuncti, ſed non
poſſe illa ſolvi,cùm expreſsè prohibeatur ſolutio
hujuſmodi debitorum ex fructibus Beneficii ine-
694 xactis,in *Bulla 7.Julii III.in 1.declaratione §.2.in*
fine Bullar.nov. Rom.tom.1. ibi: *occaſione ipſorum*
Beneficiorum contractorum debitorum ad ſolutio-
nem minimè teneri,nec ad id etiam vigore Conſtitu-
tionis noſtræ prædictæ cogi,aut compelli poſſe, nihil-
ominùs noſtra opinio firma adhùc remanet fa-
vore creditorum, etenim Bulla præfata ſaltem
695 quo ad dictam declarationem, tanquàm dura,
non eſt in uſu, *Navarr.conſ.4. nu.1.de ſucceſſion.*
ab inteſtat.lib.3.& de reddit.Eccleſ. qu.2.monit.26.
num.4. ibi: *quartò infertur fuiſſe perquàm duram*
Julii III.Summi Pontificis Extravagantem prohi-
bentem debita Epiſcoporum, & aliorum Beneficia-
torum non ſoluta, ſolvi ex fructibus, aut redditi-
bus ipſorum Beneficiorum nondùm exactis. Tùm
quia licet ipſe Julius juſtis ductus rationibus id
ſanxiſſet, & in Luſitania multos excitaſſet tumul-
tus, tandem tamen uſu recepta non fuit. Tùm quia
non fuit ſatis promulgata. Tùm quia redditus Bene-
ficiorum, ſtatim cùm ipſi percipiantur, non ſolent
ſolvi propter ipſorum locationes, quibus ſolutio dif-
fertur. Tùm quia oportet interdum Beneficiatos
mutuum dare, & ſolutionem expectare, ſæpè etiam
ex mutuo vivere &c. Tùm quia decedens obæra-
tus, pauper eſt cenſendus, & ſubindè nomine ejus
ſolutum, pauperi datum intelligi debet &c.Sanchez
conſil.moral. lib.2. cap.2. dub.50. num.13. in fine,
Bellett.diſqu. Cleric.par.1. tit.de Cleric.debit. §.10.
nu.7. P.Caſſian à S.Elia deciſ. Theologico legal.59.
nu.34. omiſſo, quòd benè rem rimando, nec di-
cta Bulla Julia eſt dura, non enim penitùs prohi-
bet (ut non benè videtur intelligere *Navarrus*) 696
debitorum ſolutionem faciendam per ſucceſſo-
rem in Beneficio ex fructibus inexactis ipſius
Beneficii,ſed dumtaxat in caſu, quo ad ſupplan-
tandum ſucceſſorem hæredes Beneficiati, ſucce-
dere non valentes ex dicta Bulla in fructibus ine-
xactis,ſupponunt debita, quæ jam extincta ſunt,
in caſibus autem, quibus debita plenè probata
remanent, nihil innovavit, ſed quod in dicta 597
Conſtit. antè declarationem ſancitum fuerat, in
declaratione poſteà illæſum remanſit,ut legendo
totum contextum tàm Bullæ, quàm ipſius de-
clarationis depræhenditur, & quidem in *dicta*
Bulla 7. §.2. in principo ibi: *omnia ipſorum Bene-*
ficiatorum &c. debita, ſi aliundè ex aliis ipſorum
Beneficiatorum bonis ſolvi non poſſint, ſolvere te-
neantur &c. & circà fin. verſ. & propterea ibi: *ſo-*
lutis, ſi aliundè, undè ſolvant, non erit &c. debi-
tis &c. & in 1. declaratione §. 2. in med. ibi: *ſo-*
lùm &c. debita, quæ occaſione Beneficiorum, ad
quæ fructus inexacti hujuſmodi pertinuerint, con-
tracta extiterint, de quibus ſucceſſores in Beneficiis
informationem veriſimiliter habere poſſunt, & de-
bent, compræhendere, & in eis tantùm intelligi de-
bere, ac ſucceſſores præfatos ad aliorum, quàm, ut
præfertur &c. occaſione ipſorum Beneficiorum con-
tractorum debitorum ſolutionem minimè teneri &c.

Aliàs ſequeretur abſurdum, quòd melioris
eſſet conditionis privatus, quàm Camera Apo-
ſtolica, quæ tamen ſuccedens in fructibus ine-
xactis Beneficii vigore Spoliorum in locis, ubi
eorum Collectores Apoſtolici exiſtunt, tenetur
ad debita Beneficiatorum, *Redoan.de Spol.Eccl.* 698
qu.3. num.29. cum ſeqq.Gratian. diſc.94. num.31.
Bellett. diſq. Cler. par.1. tit. de Cleric. debitor. §.3.
n.47. Rota deciſ.41. per tot.de probation.in antiqu.

Neque obſtat *Rota deciſ. 529. nu.1. in princip.* 699
verſic. neque creditoribus, & num.3 in princip. in
med. & in fin.ac per tot. par.3. recentior. ubi reſo-
lutum fuit, fructus inexactos Beneficii non tran-
ſire ad creditores Beneficiati defuncti ad effe-
ctum ipſis ſatisfaciendi, quia benè in caſu deci-
ſionis reſolutum fuit, dum ibi non benè fuerat
doctum de credito, ut *dic. num.1. verſic. neque*
creditoribus, nec illud liquidatum, ut *num.1. in*
princip. immò ibidem agitur de debito privato
ipſius Beneficiati, ut *nu.3.in fine verſic.ſed non lo-*
quitur, noſtra verò opinio intelligitur procedere
ſolummodò in debitis contractis pro Eccleſia, 700
& quidem pro neceſſitate ejuſdem Eccleſiæ,pro-
bata etiam verſione utilitatis, *Card. Zabarella*
conſ. 110. *nu.5.* cùm enim agatur de præjudicio
ſucceſſoris in Beneficio, reſervando quinden-
nium inexactum creditoribus, quod reſervan-
dum eſſet ipſi ſucceſſori,proindè in terminis no-
bilibus intelligenda eſt, ac ſtrictim, quominùs
præjudicet ſucceſſori, eumque lædat, & obliget,
nè ſequatur inconveniens, quòd ſucceſſor in Be-
neficio teneatur ad debita contracta per ſuum
prædeceſſorem ob proprium commodum citrà
ullam Eccleſiæ, aut ſuam neceſſitatem, quando
ſolummodò tenetur ex fructibus Beneficii, non 701
autem ex propriis bonis ad illius debita contra-
cta

cta pro neceſſitate Eccleſiæ, aut prædeceſſoris *cap. quia Joannes 3. 12. qu. 5. cap. convenior 21. 23. qu. 8. cap. 1. de ſolution. cap. ſignificante 3. cap. ſignificavit 36. de reſcrip. cap. cauſam 8. de judic. cap. veritatis 8. de jurejur. cap. 1. de alienat. judic. cap. dilecti 17. de for. compet. cap. per tuas 5. c. cùm dilecti 6. de donat. cap. de precariis 2. de precar. cap. quod quibuſdam 4. de fidejuſſor. cap. illo 3. de pignor. cap. fin. de his, quæ fiunt à Pralat. cap. 1. de depoſit. Bellett. diſqu. Cleric. par. 1. tit. de Cleric. debit. §. 3. num. 1. cum ſeq. Antonell. de jurib. & oner. Cleric. lib. 2. par. 6. cap. 12. num. 2. cum ſeqq. & num. 14. Caſtill. de alim. cap. 68. num. 6. cum ſeq. Surd. eod. tract. tit. 8. priv. 54. nu. 8. Genuenſ. pract. Eccl. tricen. 20. qu. 588. nu. 1. in fine cum nnu. ſeqq. & per tot. Gratian. diſc. 94. nu. 30. tom. 1. Caccialup. de Penſion. quæſt. 11. per tot. Fragoſ. de regim. Reip. Chriſt. tom. 1. par. 1. lib. 1. diſp. 2. §. 1. n. 115. in fine, Gonzalez in cap. 1. nu. 5. & 6. in med. de ſolution. Maurus alleg. par. 2. alleg. 45. num. 4. cum ſeqq. Matta in addit. de reddit. Eccleſ. num. 84. in fine, Monach. de rect. feud. interpretat. cap. 59. num. 10. Rota in recentior. dec. 705. nu. 2. par. 1. deciſ. 778. nu. 2. par. 2. tom. 2.*

Et ſimilis extat Conſtitutio Synodalis in
702 Diœceſi Egitanien vulgò *da Guarda* in noſtro Portugalliæ Regno relata per *Themud. à Fonſeca deciſ. Vlyxbonen. 221. n. 2. in fine* ibi: *e da meſma maneira ſe pagaraom delles as dividas feitas pellos defuntos na ſuſtentacaom de ſuas peſſoas, e familias &c. E ſe pagarà o ſervico dos criados, que o ſerviraom, em quanto foi Beneficiado, porque eſtas dividas, e outras contrahidas em utilidade, ou neſſidades das tais Igrejas, ou Beneficios ſe aom de pagar dos frutos, que o defunto venceo &c. ideſt eodemque modo ex ipſis ſolventur debita à defunctis contracta in eorum, familiarumque ſuſtentatione, & famulorum ſervitium ſolvetur, qui eis inſervierint donec extitit Beneficiatus, hæc enim, cæteraque debita contracta in utilitatem, ac neceſſitatem hujuſmodi Eccleſiarum, aut Beneficiorum ſolvenda ſunt ex fructibus, quos defunctus acquiſivit &c.*

Non omitto, quòd debita hujuſmodi ad tollendum omnem fraudem, concludentiſſimè ve-
703 niunt comprobanda, qua de cauſa motus fuit Julius III. ad declarandum, ſucceſſorem in Beneficio non teneri ad debita anteceſſoris, ut habetur in 1. *declaratione præfatæ Bullæ 7. Julii III. §. 2. poſt med.* ibi: *cùm &c. per Beneficiatos, ac hæredes prædictos diverſæ fraudes fieri poſſint &c. per hæredes verò diverſa debita jam extincta, & de quorum extinctione ſucceſſores in Beneficiis informati eſſe non poſſunt, pro validis, & veris ſupponendo ſicque ſucceſſores præfatos fructibus non exactis fruſtrando in ſucceſſorum prædictorum detrimentum non modicum, nos fraudibus hujuſmodi ſuccurrere &c.*

Velim autem intelligi, ut ex quindennio inexacto ſatisfiat creditoribus Beneficiati, ſi agatur
704 de primo, & immediato ſucceſſore in Beneficio, non ſi de ſecundo, & mediato, nè fiat proceſſus in infinitum, *Gratian. diſc. 94. num. 35. Rota cor. Card. Puteo deciſ. 45. nu. 2. in med. verſiculo item dicebatur lib. 2.*

705 Nec mihi arridet opinio *Layman. Theolog. moral. lib. 4. tract. 2. de Eccleſ. Benef. cap. 4. quæſt. 3. nu. 10.* tenentis, fructus Beneficii pendentes fore dividendos inter creditores Beneficiati, & parum ſpectare ad illos, ſi ſtatim antè fructuum perceptionem deceſſerit Beneficiatus, multùmque eiſdem contingere, ſi propè fructuū collectionem.

VII. Paratur difficultas in caſu, quo in vita Beneficiati ſit quidem maturatum quindennium ſed illud debeat, vel ſoleat ſolvi in alio loco, ità ut pecunia quindennialis in ejuſdem vita nondùm tracta fuerit, & puto, quindennium hujuſmodi inexactum deberi hæredibus Beneficiati, non autem ſucceſſori in Beneficio, quippè non obſtante conſuetudine, ſivè etiam præſcriptione illud ſolvendi in loco deſtinatæ ſolutionis, eo ipſo, quòd in vita Beneficiati maturatum fuit, dici nequit ampliùs fructus pendens, ſed verè perceptus, & collectus, licet nondùm fuerit exactus, cùm verè dicatur ceſſiſſe, & veniſſe diem vivente adhùc Beneficiato creditore, & talis pecunia quindennialis, quocumque vadat, & quocumque ducatur, ſemper gravata remaneat eodem onere, quam actio realis ſequitur in omni loco, ut in ſimili de translato de una ad aliam 706
Eccleſiam contendente cum ſucceſſore ſuper fructibus inexactis ob nondùm tractam pecuniam antè translationem in loco deſtinatæ ſolutionis *Noal. conſ. 30. num. 11. cum ſeqq. & per tot.* aliàs iniquum eſſet, quòd ob majorem commoditatem debitoris, ſolvendi in certo loco juxta *l. ſi is, qui certo loco 9. ff. de eo, quod cert. loc.* eſſet in illius facultate ſub prætextu electionis loci, præjudicare creditori, ſi pecunia quindennialis tracta ad deſtinatum locum, illùc non perveniret in vita anteceſſoris Beneficiati, quando ſatis eſt adinſtar 707
canonis, & laudemii, quòd de Jure debeatur quindennium in loco rei ſitæ ſuo tempore, *Antonell. de loc. leg. lib. 2. cap. 4. qu. 8. num. 156. Niger de laudem. tom. 1. quæſt. 36. num. 12. cum ſeqq. & ſignanter num. 86.*

VIII. Adſtruitur difficultas in caſu, quo ultimum quindennium eſſet de proximo colligendum ob modicam moram, quæ inter Beneficiati obitum interceſſerit, exempli gratia ob defectum, vel ſimilis brevis temporis arbitrio Judicis, & putarem tunc illud deberi hæredibus ultimi Beneficiati, non autem ſucceſſori in Beneficio, tanquàm pro recollecto habitum, vel ſaltem apud me habendum, cujus temporis defectus profectò eſt modicus reſpectu quindecim annorum, quibus debetur quindennium, cùm penè ſint ob vicinitatem, quæ ſunt in actu, aut in via deductionis ad actum, idemque privilegium 708
competat rei, quæ eſt in fieri, quod competit rei factæ, quando potentia eſt adeò propinqua actui, ut pro actu exiſtimanda ſit, veluti in ſimili *Fænutius de moment. cap. 28. nu. 22. in princip. & in med. verſic. hinc non immeritò*, ſucceſſor equidem in Beneficio æquo animo ferat tantiſper differri ejus locum, & proviſionem, ut ad propoſitum de Capitaneo Navium à Portugalliæ Rege ad Indias mitti ſolito ſingulis annis, navigationem intrà annum non perficiente ob naufragium, indèque ad Portugalliam remeante *Valaſc. conſult. deciſ. tom. 2. conſult. 155. nu. 15. in fine verſic. ſed reſponſum eſt*, ultraquamquòd cùm 709
quindennium inexactum, ſit fructus decurſus poſt Beneficiati obitum, uti tale debetur ſucceſſori habenti ſuam intentionem fundatam in diſpoſitione Juris communis *cap. quoniam diſt. 75.*

cap.

cap.inquirendi, & cap.fin. de pecul.Cleric. cap.rela-
tum 12. *il* 2. *de teſtam. cap. quia ſæpè* 40. *de elect.*
in 6. *cap. præſenti* 9.*de off.Ord.in* 6.*Crott.conſ.* 414.
*n.*7. *lib.*3. *Noal. conſ.*34. *n.*1. & 4. *in fine*, *Surd.*
*conſ.*333. *nu.*23. *lib.*3. *Rota coram Dunozet. jun.*
*dec.*813. *n.*1. cùm Beneficiatus tanquàm ſponſus
ſuæ Eccleſiæ per breve tempus eidem gratis vel
in aliqua ſaltem parte inſervire valet, ſibique
videri præ amoris magnitudine ergà ſuam ſpon-
ſam breviſſimum tempus, prout ſeptennium
ſervitutis, quod eſt longum tempus, Jacob ob
Rachel Sponſam carnalem, quæ non eſt adeò
(licet plus diligi ſoleat) diligenda, ut ſpiritua-
lis, viſum fuit breve, immò pauci dies, & (quod
710 magis eſt) Jacob inſerviit per aliud ſeptennium
gratis -- *quam diligens Jacob, ait ſerviam tibi*
pro Rachel filia tua minore ſeptem annis &c.ſervi-
vit ergò Jacob pro Rachel ſeptem annis, & vide-
bantur illi pauci dies præ amoris magnitudine &c.
hanc quoque dabo tibi pro opere, quo ſerviturus es
mihi ſeptem annis aliis &c. ſerviens &c. ſeptem
*annis aliis Geneſ.*29.19.20.21.28. & 31. & ſicuti
Jacob ferè per quindennium, vel ſaltem per
quatuordecim annos inſerviit Laban Idolatræ
pro Rachel Sponſa, quæ Idolum Jacob erat,
ità à fortiori novus Beneficiatus libenter in-
ſervire debet per quindennium, ſeu per quinde-
cim annos Eccleſiæ Idolatrarum, & Idolo-
rum hoſti, potiſſimùm cùm interim percipere
poſſit alios fructus ſui Beneficii conſiſtentes in
711 annuis Canonibus, Prætor enim de modicis,
ſeu minimis non curat, immò modicum, & nihil
in Iure æquiparantur ex regula, quod parùm
diſtat, nihil diſtare videtur *l. ſcio* 4. *ff. de reſtit.*
in integ. l. ſiquis affirmavit, *aliàs l. ſi oleum* 9.§.
fin.ff.de dolo,l. res bona fide 54. *ff. de contrah.empt.*
l. Senatus 43.§. *Marcellus* I. *ff. de legat.*1. *l.*1. *ff.*
de ventre inſpiciendo, *l. filiusfamilias ff. de milit.*
teſtam. l. ſi proprietarius 22. *ff. de damn. infec.l.*1.
§. *Illud* 10. *ff.de conjungend. cum emancipat. liber.*
*l.*1.§. *Cùm dicitur* 6. *ff. ſi cui plus per leg. Falcid.l.*
quanvis minima 13.*ff.ut in poſſeſſ.legat. l.in rebus*
18.§. *Poſſunt* 2.*ff.commod.l.omninò* 12.*l.quod dici-*
tur 15. *ff.de impenſ.cap.fin.eod. cap. etſi quæſtiones*
18. *de ſimon. cap.requiſiti* 15.*de teſtament.Perez de*
*Lara de vita hominis cap.*25.*n.*55. *Baron. de effect.*
*minor. ætat. effect.*4.*n.*54. *cum ſeqq. Boſſius moral.*
*tit.*2. *de computat. tempor.*§.13. *nu.*93. *in fine ver-*
ſic. demùm de minimis, *Tiraquell. de judic. in reb.*
exig. ferend. in princip. & per tot. ferè tract. non
parvi quidem momenti, *Barboſa axiom.*175. *per*
712 *tot.* undè modica læſio non eſt potens cauſa re-
ſtitutionis in integrum *l. ſed addes* 19.§. *Siquis*
713 *mulierem* 6. *ff. locat.* ubi de partu in navi edito
non ſolvitur naulum, cùm illius vectura magna
non ſit, nec his omnibus utatur, quæ ad navi-
gantium uſum parantur, undè nec pro parva re,
714 aut modico vitio datur actio redhibitoria *l. ſi*
tamen 48.§.*fin.ff. de ædilit. edict. Cæpolla de ædilit.*
edict.§. *Cui dens nu.*5. *pag. mih.*45. *à tergo col.*2.
715 undè minima bona ſtabilia Eccleſiæ abſque be-
neplacito Apoſtolico alienari poſſunt *cap. terru-*
716 *las* 53.12. *quæſt.*2. *cap. ad aures* 7.*cap. ut ſuper* 8.
§. *Poſſeſſiones* 2. *de reb. Eccleſ. non alien. Diana*
reſ. moral. parte 5. *tract.*5. *de parv. mater. reſ.*57.
in principio, ubi ità per S. Congregationem Con-
cilii declaratum, *Tiraquell. de judic. in reb. exig.*
ferend. verſic. vigeſimò tertiò eſt textus, *Turricell.*
*de reb. Eccleſ. non alien. cap.*15.§.3.*n.*1. undè con-
ſuetudo parùm præjudicialis Eccleſiæ ſubſtine-
tur, *gloſ. in cap.*1. *de conſuetud.* undè modicum
præjudicium non attenditur, nec modicus exceſ-
ſus, nec modica melioramenta detrahit Emphy-
teuta, nec modica utilitas publica præfertur pri- 717
vatæ utilitati magnæ, nec cum magno damno
privati concurrit, *Baron. de effect. minor. ætat.*
*effect.*41. *nu.*57. *cum ſeqq.* undè Emphyteuta in
ſolutione canonis deficiens in minimo, non inci-
dit in commiſſum, *Fulgin. de jur. Emphyt. tit.de*
*ſolut. canon. qu.*1. *n.*21. *in fine & n.*22. *in princip.*
undè de proximo condemnandus habetur pro 718
jam condemnato *l. qui pœnæ* 8.§. *Divus* 2. *ff. de*
manumiſſion. undè matrimonium de proximo
contrahendum habetur pro conſummato, vel ſal- 719
tem pro contracto in certis caſibus præſertim
favorabilibus *Fenutius de moment.tempor. cap.*28.
*n.*11. & 17. *in fine*, undè de proximo doctoran- 720
dus habetur pro doctorato, & de proximo ma-
triculandus habetur pro matriculato, *idem n.*17. 721
*circà fin. verſic. quod licentiatus, & n.*18. *in prin-*
cipio, undè, licet lex Ælia Sentia prohibeat,
minorem viginti annis manumittere ſervum, at-
tamen agens ùltimum diem anni vigeſimi, vali- 722
dè manumittit §. *Eadem* 4. *Inſtitut. quib. manumitt.*
*non lic. l.*1. *ff. de manumiſſ.* undè præſcriptio in-
trà pauciſſimos dies, & ſic de proximo perfi- 723
cienda, pro perfecta, ſeu completa habetur *l. ſi*
fundum 16. *in fine verſic. planè ſi pauciſſimi dies ff.*
de fund. dotal. l. rerum mixtura 30.§. *Labeo* I. *ff.*
*de uſucap. Fenut. de moment. cap.*28.*n.*24. *in princ.*
Tiraquell. de judic. in reb. exig. ferend. verſic. ſe-
xageſimò nonò cum ſeqq. quidquid ſit in præſcri- 724
ptione odioſa tricenaria, vel quadragenaria, in
qua requiritur complementum, & integralitas
totius temporis *l. in omnibus* 57. *ff. de oblig. &*
*action. Fenutius de moment. tempor. cap.*30. *n.*10.
verſic. aut ſumus in materia odioſa, undè *Bulla*
Urbani VIII. in ordine la 270. *Bullar. nov. Rom.*
*tom.*5. de qua *Turricell. de reb. Eccleſ. non alien.*
*cap.*14. *n.*38. *cum ſeqq. & cap.*28. *n.*45. *Rota in*
*recentior. dec.*412. *n.*18. *par.*9. *tom.*2. *dec.*47. *n.*12.
*par.*11. *ac alibi paſſim*, requirens centenariam
ad inducendam præſumptionē Beneplaciti Apo-
ſtolici in alienatione bonorum Eccleſiaſticorum,
interpretanda venit, ut illa locum habeat, vel
ut centenaria habeatur pro completa, etiamſi 725
deficiant pauci anni, ſi nempè deficeret qua-
driennium, triennium, ſivè biennium, *Galeſius*
poſt Tract. de reſtitut. in comm. ad citat. Conſtitution.
*Urbani VIII. nu.*306. præclari nominis Advoca-
tus in Urbe *Petr. Pacionus de locat. & conduct.*
*cap.*14.§.11. *nu.*7. *Card. de Luca de Jurepatron.*
*diſc.*57. *n.*33. *Balducc ad Ramon. in obſ. ad conſ.*24.
*n.*53. ubi quod ſatis eſt (quod plus eſt) quòd ſit
ſuprà nonaginta annos, *D. Advocatus Piton. diſc.*
*Eccl. tom.*1. *diſcept.*23. *nu.*4. *Rota coram Merlino*
*dec.*45. *n.*4. *dec.*60. *n.*6. *dec.*164. *num.*11. *Buratt.*
*dec.*142. *n.*9. & *ibi Adden. dec.*875. *n.*4. *ac in re-*
*centior. dec.*509. *nu.*1. *par.*5. & *in Nepeſina devo-*
lutionis §. *Si autem* 22. *Aprilis* 1695. *coram clar.*
me. Card. Thaurusio, olim in Urbe egregio Advo-
cato, & me ſcribente in *Senogallien. Emphyteu-*
ſis §. *Siquidem* 27. *Junii* 1695 *coram* immortalis
ævi *Card. Caprara*, etiam in Urbe ſtrenuo Ad-
vocato; undè centenaria, ſeu immemorialis à 726
*S. Concilio Tridentino ſeſſ.*25. *de Reform. cap.*9. re-

Gg qui-

quiſita ad præſumendum Juſpatronatus in Beneficiis, cenſetur completa, etiamſi reſpectu adeò diuturnæ præſcriptionis deficiat novem, vel etiam decem, & undecim menſes, qui videri poſſunt reſpectu tàm longi temporis, dies pauciſſimi, *Galeſius poſt Tract. de reſtitut. in comment. ad Conſtitut. Urbani VIII. nu.223. Barboſa in Concil. ad dic. loc. n. 10. Lotter. de re ben. lib.2. qu.7. n.62. in fine verſ. verùm exiſtimo, Rota poſt Vivian. in prax. Juriſpatr. dec.17. nu.4. dec.18. num.6. & dec.61. nu.3.* ubi de defectu duorum annorum,
727 undè modicæ expenſæ non repetuntur *l. in rebus 18. §. Poſſunt 2. ff. commodat.* undè munuſcu-
728 lum, ſeu xeniolum Judex licitè accipere poteſt juxta text. ſingularem *in l. ſolet 6. §. Non verò 3. in princ. & in fine ff. de offic. Proconſul.* ibi: *nam valdè inhumanum eſt à nemine accipere, ſed paſſim viliſſimum eſt & omnia avariſſimum &c. ad xeniola non pertinet &c.* undè eſt impermutabile
729 Beneficium fictum de Pertica, ſeu de vento vulgò nuncupatum, ſeu fictitium, nullos habens, vel modicos fructus. *Lotter. de re ben. lib.1. qu.31. n.25. cum ſeqq. Chokier de permut. Benef. parte 1. cap.1. n.20. cum ſeq. & parte 3. cap.1. n.12. Card. de Luca de Benef. diſc.40. n.3. cum ſeq. D. Advocat. Piton. diſc. Eccleſ. parte 1. diſc.29. n.4. poſt med. verſ. vel fieret permutatio, & n.7. in princ.* eodemque modo non obligat ad recitandum Horas Canonicas, cùm inconveniens ſit, quòd quis recitet divinum Officium, propter quod datur Beneficium, & vivat de vento, aut de ae-
730 re, ſicut Chamæleon, qui nec cibo, nec potu, nec alio aliter, quàm aeris alimento vivit, *Corrad. in prax. ben. lib.4. cap.6. n.15. cum ſeqq. & in prax. diſpenſ. Apoſt. lib.4. cap.1. n.49.* undè ob
731 modicam deteriorationem non poteſt expelli Emphyteuta, *Tiraquell. de judic. in reb. exig. fe-*
732 *rend. verſic. quinquageſimò octavò ſimile eſt*, unde vulnuſculum, & modica ſanguinis effuſio non habentur pro vulnere, & pro ſanguinis effuſione ad effectum evitandi pœnas contrà vulnerantem *l. 1. §. Proindè 8. verſic. proindè levis febricula ff. de ædilit. edict. Menoch. de arbitr. Judic. lib.2. cent.6. caſ.553. num.1. cum ſeqq. & per tot. Tiraquell. de judic. in reb. exig. ferend. verſic. un-*
733 *decimò per illum textum*, unde pupillus pubertati proximus, habetur pro pubere, licet ad complementum pubertatis deſint ſex menſes, aut annus *cap. continebatur 6. de deſponſ. impuber. l. pupillum 111. ff. de regul. Jur. l. non tantùm 17. in princip. ff. de excuſat. tut. Fænutius de moment. tempor. cap.28. n.23. Boſſius moral. tit.2. de comput. temp. §.14. n.114. cum ſeq. Antonell. de temp. legal. lib.2. cap.4. n.4. Narbona de ætate anno 10. cum dimidio qu.2. n.3.* undè in auditione Miſſæ,
734 recitatione Horarum Canonicarum, furto, jejunio, & aliis ſimilibus, quæ ob parvam quantitatem, vel (ut Theologi ajunt) ob parvitatem materiæ non dicuntur mortalia, *Boſſ. moral. tit.2. de comput. temp. §.13. nu.93. in med. verſic. & in omni materia, Paſqualig. de jejun. dec.139. n.1. & per tot. Diana reſ. moral. parte 1. tract. de jejun. reſ.1. & par.4. reſ.194. & parte 5. tract.5. de parvit. mater. reſ.11. & reſ.44. in fine*, undè Capellanus cum onere quotidiè celebrandi poteſt
735 aliquandò per annum ex aliqua ingruente neceſſitate, puta quater, vel ſexiès pro ſe ipſo, vel pro ſibi valdè conjuncto ad ſpecialem aliquam Dei gratiam obtinendam celebrare ob præſumptam pii fundatoris mentem, qui, ſi de tali caſu cogitaſſet, vel interrogatus fuiſſet, id (quod incivile eſſet) non negaret ob parvitatem materiæ, *Diana reſ. moral. parte 5. tract.5. de parvit. mater. reſ.23. poſt med. verſ. non negarem*, undè omittens uno, vel altero die recitare Horas Ca- 736
nonicas, non tenetur ad reſtitutionem fructuum ſui Beneficii ob æquitatis rationem, & liberaliſſima benigniſſimi Dei viſcera, *Eſcobar à Corro de Hor. Canon. qu.5. §.4. n.8. in fine verſic. ego verò*, quanvis ex notiſſima Bulla S. Pii V. Pontificis verè Sanctiſſimi, & piiſſimi, immò ſcrupuloſiſ- 737
ſimi pro qualibet die, & pro qualibet hora reſtitutionem fieri præcipientis alii putent, adhùc eſſe locum reſtitutioni ex traditis per *Dian. reſol. moral. parte 2. tract.12. de Hor. Canon. reſ.34. & parte 5. tract.5. de parvit. mater. reſ.24. in med. verſic. ſed hanc ſententiam, & reſ.26. in fine verſic. nota tertiò*, quod tamen uti non parùm duritiei continens haud admitto, & puto mortaliter qui- 738
dem peccare ob omiſſionem quantunvis parùm notabilem, non autem teneri ad reſtitutionem, 739
nec mentem Beatiſſimi illius Pontificis aliàs jujuſtiſſimi, ſed etiam æquiſſimi fuiſſe in hoc caſu reſtitutionem imponere, quando jugum Beneficiariis non eſt magis aggravandum, quàm Jus ipſum, & verba legis imponunt, ut poſteà videtur rigida mutata ſententia, benigniorem 740
amplexum fuiſſe *Dian. reſ. moral. par.5. tract.14. miſcell.2. reſ.46. in fine antè verſic. notandum eſt etiam*, jureque merito, ſi enim famulus omittens uno, vel altero die in anno debitum ſervitium, exemptus remanet ab obligatione reſtitutionis, 741
ſeu facit ſuos (ut ità dicam) fructus integri ſalarii, ac ſi toto anno inſerviiſſet, ex quadam benigna congruitate, nè videatur Dominus rigidus exactor, quantò minùs reſtituere tenebitur Beneficiarius, qui agit cum Deo, qui eſt Dominus, & quidem multùm miſericors, & compatiens noſtras infirmitates, vel cum Eccleſia, quæ mitiùs agit, quàm homo, *Henriquez in compend.* 742
caſ. moral. cap.29. n.30. undè in Jure dicitur propè finem eſſe tempus litis, ſi ſemeſtre tantum ad 743
illam finiendum ſuperſit *l. properandum 13. in princip. C. de judic.* undè mora modici temporis 744
non attenditur *cap. potuit 4. de locat. l. etſi poſt tres 8. ff. ſi quis caut. l. ſi in lege 24. §. Colonus 4. ff. locat. l. ſed etſi alia 17. ff. de conſtit. pecun. l. ſi debitori 21. ff. de judic. l. 1. §.1. l. continuus 137. ff. de verb. oblig. l. ab hoſtibus 15. §. fin. ff. ex quib. cauſ. major. l. duos reos 6. §. Duo rei 3. ff. de duob. reis, l. cùm antiquitas 28. C. de teſtam. Tiraquell. de judic. in reb. exig. ferend. per tot. ferè tract. Barboſa vot. Can. dec.45. n.9. cum ſeq. lib.2. Rota in recentior. deciſ.231. num.21. cum ſeq. par. 16.* undè, quanvis ex *l. Reg. Caſtellæ 4. tit. 6.* 745
lib.3. Recopilat. vicinus, aut naturalis alicujus loci non poſſit eſſe Judex in eodem loco, attamen ibidem Judex eſſe poteſt ad modicum tempus, *Barboſa vot.47. n.9. lib.2.* undè, quantun- 746
vis ex Brevi Leonis X. Provinciales in Ordine Fratrum Minorum Obſervantium S. Franciſci ſint triennales, adhuc tamen Provincialatus officium poteſt ad modicum tempus abbreviari, 747
vel prorogari, & prolongari, *Rodriguez in compend. qu. Regul. reſ.58. num.17. Miranda in man. Regul. to.2. qu.16. art.4. conc. unic. alter Rodrigu. qu. Re-*

qu. Regul. tom.1. qu.53. artic.2. Barboſa vot.47.
n.10. & vot.106. n.53. lib.2. Sigiſm. à Bonon. de
748 *elect. dub.103. num.2. cum ſeq.* multóque minùs
licet, Dei miniſtros curare de minimis, ſeu mi-
nutiis, ut ajunt *S.Thom. 2.2.q.87. artic.2. Rebuff.*
de decim. qu.13. n.51. Aſtenſis in Rubr. de decim.
artic.4. in fine.

Neque obſtant ſex in contrarium Objecta.

Et quidem I. Quòd in contractibus (& ſic in
materia quindenniali) in dubio ad hoc, ut quin-
dennium Domino directo debeatur, requiratur
tempus quindennii, ſeu quindecim annorum
completum, omnique ex parte perfectum abſque
aliquo etiam minimo defectu, eo quòd tempus
ſolutionis appoſitum cenſetur tàm in favorem
debitoris, quàm creditoris, hinc Dominus di-
rectus non poteſt prætendere ſolutionem quin-
dennii, niſi poſt lapſum quindennii, ſeu quinde-
cim annorum, etiamſi modicum tempus deficiat
ad eorum complementum, indeque quinden-
nium dicitur, quòd ſingulis quindecim annis,
ſeu quindenniis ſolvitur Domino directo loco
laudemii, dum creditor in certum diem, ſeu tem-
749 pus non poteſt petere ſuum creditum quodam-
modò conditionale, niſi tranſacto illo die, ſeu
tempore ad *text. in cap. commiſſa 35. in princip.*
de elect. in 6.§. Qui hoc anno 26. Inſtitut. de inutil.
ſtipul. l. eum, qui Kalendis 41. l. qui hoc anno 42.
ibi: *qui hoc anno, aut hoc menſe dari ſtipulatus*
ſit, niſi omnibus partibus præteritis anni, vel men-
ſis, non rectè petet l. in illa ſtipulatione 8. ibi: *ſi*
Kalendis Stichum non dederis, decem dare ſpondes?
mortuo homine, quæritur, an ſtatim antè Kalen-
das agi poſſit, Sabinus, Proculus ſpectandum diem
actori putant, quod eſt verius, tota enim obligatio
ſub conditione, & in diem collata eſt, & licet ad
conditionem committi videatur, dies tamen ſupereſt,
l. liber homo 118.§.1. ibi: *peti non debet, quod in-*
trà tempus compræhenſum ſolvi poteſt, l. eum, qui
certarum 138. ibi: *eum, qui certarum nundina-*
rum diebus dari ſtipuletur, primo die petere poſſe
Sabinus ait, Proculus autem, & cæteri diverſæ
ſcholæ auctores, quandiù vel exiguum tempus ex
nundinarum ſpatio ſupereſſet, peti poſſe exiſtimant,
ſed ego cum Proculo ſentio, ff. de verb. obligation.
Fenutius de moment. tempor. cap.30. n.10. in prin-
cip. & poſt med. verſ. ſi eſt appoſitum, & circà fin.
verſ. certè tempus cæptum.

II. Minùs obſtat, quòd ſicuti, ut Beneficia-
tus juvetur notiſſima Beneficialiſtis *Regula Can-*
cellar.35. hodiè 36. de triennali, debet eſſe ipſe
750 triennalis poſſeſſor uſque ad ultimum momen-
tum triennii, *Rota in recentior. dec.551. n.15. &*
dec.570. n.2. antè verſic. quòd ſi replicetur, par.5.
tom.2. ità, ut Beneficiatus petere poſſit quin-
dennium, debet eſſe ipſe (ut ità dicam) quin-
dennialis poſſeſſor uſque ad ultimum momen-
tum quindennii, ſeu quindecim annorum.

III. Nequaquam refragatur, quòd nulla con-
ſiderata inter modicum, & magnum differentia,
751 in impetratione Beneficii facienda eſt mentio
Beneficii per prius obtenti, etiamſi illud conſi-
ſtat in modico valore, *cap. ad aures 8. cap. ſi pro-*
ponente 42. de reſcript. cap. cùm teneantur 6. de
præbend. cap. non poteſt 21. in princip. cap. ſi mo-
tu proprio 23. in fine de Præbend. in 6. Selva de
Benef. par.3. qu.11. n.11. Garzias eod. tract. par.8.
cap.3. per tot. Lotter. de re ben. lib.3. qu.38. prout
etiam habens Beneficium modicum, exile, ſeu 752
tenue, tenetur ad Horas Canonicas, *Corrad. in*
prax. ben. lib.4. cap.6. num.14. & in prax. diſp.
Apoſt. lib.4. cap.2. n.49. & 53. cum ſeq. Suarez
de Relig. tom.2. lib.4. cap.21. n.4. Covarruu. var.
reſ. lib.3. cap.13. nu.8. Undè nec Deus ipſe, qui
non eſt acceptor perſonarum, ad ſervandam
æqualitatem, nullam facit differentiam modici, 753
immò illam fieri prohibet -- *ità parvum audietis,*
ut magnum Deutoronom.1.17. de quo in cap. no-
vit 13. circà fin. verſic. cæterùm ſcriptum novi-
mus, de judic. & Eccleſia ſicut in magnis, ità in
minimis quoque firmam debet habere unita-
tem, cum idem Juris eſſe debet in parvis, ſicut 754
in magnis, *Tiraquell. de judic. in reb. exig. ferend.*
verſic. quinquageſimo ſeptimo circà fin. & etiam
omnium ſapientiſſimus meminit, minimorum 755
habendam eſſe rationem inquiens -- *quatuor ſunt*
minima terræ, & ipſa ſunt ſapientiora ſapientibus:
formicæ, populus infirmus, qui præparat in meſſe
cibum ſibi, Lepuſculus, plebs invalida, qui collo-
cat in petra cubile ſuum, Regem locuſta non habet,
& egreditur per turmas ſuas, Stellio manibus ni-
titur, & moratur in ædibus Regum, Proverb.30.
14. ubi exornant à Lapide, Tirin. & Gejer. Theo-
phil. Raynaud. de virtut. & vit. lib.2. ſect.3. cap.1.
nu.99. cum ſeq. inter ejus opera tom.4. Ad quod 756
facit Parabola Evangelii -- *qui fidelis eſt in mini-*
mo, & in majori fidelis eſt, & qui in modico ini-
quus eſt, & in majori iniquus eſt Luc.16.10. & 11.
alia Parabola -- *euge ſerve bone, quia in modico*
fuiſti fidelis, eris poteſtatem habens ſuper decem Ci-
vitates Luc.19.17. & 18.

IV. Minùs relevat, quòd nihil ſit tàm modi-
cum, quod æſtimandum non ſit *l. etſi ex modi-* 757
ca 6. in princ. ff. de bon. liber l. ſi quid venditor 18.
§. fin. ff. de ædilit. edict. l. qui duos 10. § fin. ff. de
reb. dub. l. ex facto 17. §. Si quis autem 7. ff. ad Tre-
ellian. l. quanvis 13. ff. ut in poſſeſſ. legat. l. debi-
toris 2. C. debit. vendit. pignor. imped. non poſſe,
l. uxoris 2. l. quod certatum 3. C. de poſthum. hæred.
inſtit. Valenzuela conſ.33. n.176. vol.1. Tiraquell.
de judic. in reb. exig. ferend. verſic. decimò lex eſt,
cum plurib. verſic. ſeqq.

V. Minimè reſiſtit, quòd in reſpicientibus ju-
ſtitiam habetur conſideratio de minimis, præ-
ſertim ut in caſu, ubi tractatur de auferendo 758
jure alterius, nempè ſucceſſoris in Beneficio *l.*
& in majoribus 20. C. de appell. Valenzuel. conſ.33.
n.178. cum ſeqq. lib.1. & maximè quia verſamur
inter Eccleſiaſticos, & quia Jus Canonicum de 659
minimis curat *cap. de appellationibus 11. extrà*
de appell.

VI. Denique nequaquam facit, quòd, ſi etiam
unius tantùm horæ habetur conſideratio *l. ſiquis* 760
eum 16. §. Si ſuo teſtamento unico, verbo alia rur-
sùs hora ff. de vulgar. Tiraquell. de judic. in reb.
exig. fer. verſic. Septimò commendatur, prout vi- 761
demus quoque practicari in alternativa menſi-
um Apoſtolicorum, ac Ordinariorum vigore
Regulæ 8. hodiè 9. Cancellar. de Menſibus ſuper
proviſionibus Eccleſiaſticorum Beneficiorum, de
quo *Ripa de noct. temp. cap. 161. n.3. Rubeus ho-*
rar. univerſ. cap.15. num.4. cum ſeqq. Rota in Pa-
lentina Abbatiæ 27. Aprilis 1693. §. Quod autem
Abbas eum §§. ſeqq. & per tot. coram Muto.

Si inſuper pro viginti millibus paſſuum datur
una dies, & pro viginti uno millibus paſſuum 762

 dantur

dantur duo dies, ſeu biduum, ità, ut pro uno
tantùm milliari, quod ſupereſt, æquè datur
una dies, ac pro viginti milliaribus *l. in itinere 3.*
ff. de verb. ſignif. quando horæ aliquæ tantùm
aſſignandæ eſſent pro illo milliari, quod ſupereſt,
dividendo diem, ſi Joſue ad victoriam aſſe-
763 quendam, tanti fecit duodecim horas diei: *Sol*
contrà Gabaon nè movearis, & Luna contrà Val-
lem Ajalon, ſteteruntque Sol, & Luna, donec
ulciſceretur ſe gens de inimicis ſuis &c. ſtetit itaque
Sol in medio Cœli, & non feſtinavit occumbere ſpa-
tio unius diei, non fuit anteà, & poſteà tàm longa
dies, obediente Domino voci hominis, & pugnante
pro Iſrael, Joſue 10. verſ. 13. & 14. -- in iracundia
ejus impeditus eſt Sol, & una dies facta eſt quaſi
duo, Eccleſiaſtic. 46. verſ. 5. Si Ezechias in ſignum
recuperandi ſalutem, & ſupervivendi per quin-
decim annos, à Deo exquiſivit reverſionem, ſeu
regreſſum Solis per decem gradus, ſeu lineas,
quæ computantur pro decem horis, ſeu, ut alii
tenent, pro decem dimidiis, ſeu pro decem ſe-
mihoris, & ſic pro quinque dumtaxat horis,
tanti faciens decem, vel quinque horas pro ſigno
764 vitæ quindecim annorum -- *addam diebus tuis*
quindecim annos &c. vis, ut aſcendat umbra de-
cem lineis, aut ut revertatur retrorſùm decem gra-
dibus &c. facilè eſt umbram creſcere decem lineis,
nec hoc volo, ut fiat, ſed ut revertatur retrorſum
decem gradibus, 4. Reg. 20. 6. 10. & 11. -- in die-
bus ipſius retrò rediit Sol, & addidit Regi vitam
Eccleſiaſtic. 48. 27. -- ecce ego adjiciam ſuper dies
tuos quindecim annos &c. ecce ego reverti faciam
umbram linearum, per quas deſcenderat in horo-
logio Achaz in Sole, retrorſum decem lineis, &
reverſus eſt Sol decem lineis per gradus, quos de-
ſcenderat, Iſai. 38. 6. & 8. quantò magis habenda
eſt conſideratio unius tantùm menſis, vel pau-
corum menſium, qui deerunt ad complementum
quindennii, ſeu quindecim annorum.

Pro quibus diſſolvẽdis obiectis poteſt reſpõderi.

I. & II. Obiectum habere locum, ſi agatur
de caſu, quo ad complementum quindennii, ſivè
quindecim annorum adſit notabilis defectus
unius, exempli gratia, anni, vel longioris ter-
mini reſpectu ipſius quindennii, ſeu quindecim
annorum, non autem ſi adſit parùm conſidera-
765 bilis defectus, qualis eſſet unius menſis, vel ad
ſummum paucorum menſium, ut in fortioribus
terminis debiti ad diem eſt *textus in l. liber homo*
118. §. 1. *ff. de verb. oblig.* ibi: *decem hodiè dari*
ſpondes. Dixi poſſe vel eo die pecuniam peti, nec
videri præmaturiùs agi non finito ſtipulationis die,
quod in aliis temporibus juris eſt, hinc eſt, quod
766 ſolvens antè tempus, illinc de proximo ſolutu-
rus, caret condictione indebiti *l. in diem 10. ff.*
de condict. indebit. ibi: *in diem debitor adeò debitor*
eſt, ut antè diem ſolutum repetere non poſſit, l. ſti-
pulatio iſta 38. § inter incertam 16. ff de verb.
oblig. ibi: *quod certa die promiſſum, vel ſtatim*
dari poteſt, totum enim medium tempus ad ſolven-
dum, liberum promiſſori relinquitur, quidquid ſi
767 longa temporis intercapedo ſolutioni deeſſet,
veluti ad propoſitum benè diſtinguit *Roderic. de*
annuis redditibus lib. 3. qu. 7. num. 3.

III. Obiectum habere locum, ſi agatur de
Jure communi, quod regulariter de minimis
curat, non autem ſi agatur de Jure ſpeciali,
quod eſt contrà, vel ſaltem præter Jus commu-
ne, & quod de minimis regulariter non curat, 768
veluti reſpondet *Tiraquellus de judic. in reb. exig.*
ferend. verſiculo ex quibus planè in principio, &
in fine verſiculo aut contrà, nec inficias iri, nos
verſari in materia (qualis eſt illa noſtra quin-
denniorum) Juris ſpecialis, tanquàm de gene-
rali conſuetudine potiùs, quàm de Jure commu- 769
ni ortum trahente, immò ipſi Juri communi pe-
nitùs incognita juxta ſæpiùs in noſtro Tractatu
diſperſa, ac ſignanter in *Cap. I.*

IV. Obiectum habere locum, ſi agatur de
modico, quod alicujus ſit capax æſtimationis. 770

V. Obiectum habere locum, ſi agatur de
rigore Juris, non autem in præſenti caſu, ubi 771
de æquitate ex bono, & æquo procedendum vi-
detur cum hæredibus Beneficiati prætendentibus
ſibi deberi quindennium inexactum poſt breviſ-
ſimum tamen tempus à die illius obitus matu-
ratum, *Calvin. de æquit. lib. 2. cap. 176. n. 76. cum*
ſeq. Carpan. ad Statut. Mediol. lib. 2. cap. 398. n. 94.

VI. tandem Obiectum habere locum, ſi aga-
tur de materia, quæ requirit præciſam certitu- 772
dinem temporis ad varios effectus, veluti ad
proviſiones Beneficiorum, ad teſtamenta, &
ſimila, *Gonzalez ad Regul. 8. hodie 9. Cancell. de*
reſerv. Menſ. §. 3. Prohæmial. num. 105. cum. ſeqq.
non autem ſi agatur (ut in caſu) de materia,
quæ habet certitudinem temporis, mortis nimi-
rum Beneficiati antè maturatum quindennium,
& intrat quæſtio, an ob modicum defectum re-
ſidui temporis pro complemento quindennii,
ſeu quindecim annorum, quindennium, ſeu
quindecim anni habeantur pro completo, ſeu
completis ad effectum acquirendi fructum ine-
xacti quindennii favore hæredum ultimi Benefi-
ciati, & cenſui, ut ex huc uſque ſuprà deductis, 773
quindennium inexactum acquiri hæredibus Be-
neficiati, non autem ſucceſſori in Beneficio, dum-
modò tamen menſis, aut ad ſummum pauci
menſes deſint ad complementum quindennii,
ſeu quindecim annorum; & quod habetur in
citata l. in itinere 3. ff. de verb. ſignif. in tantum 774
militat, in quantum propter milliaria, quæ ſu-
perſunt, quanvis non ſint viginti integra,
detur dies unus, alioquin viginti milliarium
conſtitutio certa non eſſet, nam quando aliquid
ſupereſſet, interdum daretur plus, interdum mi-
nus, ſi ſecundùm horas dividerentur milliaria,
& contra, & multæ controverſiæ naſcerentur
propter horas. Ideo, ut ſciat Judex, quid ſta-
tuendum ſit, conſtitutum eſt, ut, ſi ultra viginti
milliaria aliquod ſuperſit, etiamſi unum tantum
milliare, detur nihilominùs alius dies, ac ſi eſſent
adhùc alia viginti milliaria integra, nulla habi-
ta ratione, quod non ſint viginti, & hoc pro- 775
pter certitudinem, ut advertit *Rebuff. ad dict. l. in*
itinere in princip. verſ. ſenſus hujus principii, poſt
med. verſic. hic tamen ſtatuitur. Si autem Capi-
tulum Eccleſiæ, ad quod de conſuetudine, vel
Statuto ſpectat diſtribuere fructus inter Benefi-
ciatos, ultimum quindennium bona fide præſti-
terit ſucceſſori in Beneficio non obſtante, quod
modicum tempus deerat ad illius maturationem
in vita ultimi Beneficiati, tunc hæredes Benefi-
ciati anteceſſoris non poſſunt agere contra Ca-
pitulum diſtributorem pro vindicatione quin-
dennii, ſed debent agere contra eundem ſucceſ- 776
ſorem in Beneficiò, qui quindennium à Capitulo
diſtri-

diſtributore indebitè, ac nulliter percepit, *Ol-
drad. conſ.56. nu.1. in fine verſ.& poſito*.
Modò proſequamur difficultates propoſitas,
IX. Pugnat difficultas in caſu, quo manus
mortua (prout aliquando contingere poteſt, ſed,
ut puto, rariſſimè (ultimum quindennium ſol-
verit Beneficiato antè tempus, & ſic anticipatè,
ſeu præmaturè, Beneficiatus verò deceſſerit antè
lapſum quindennii, ſeu quindecim annorum, &
ſic antè diem ſibi debiti quindennii, & exiſtima-
rem, adhùc ſucceſſori in Beneficio ſolvendum fo-
re ultimum integrum illud quindennium, nec li-
berationem fuiſſe conſequuta manum mortuam
anticipatè ſolvendo dictum quindennium Bene-
ficiato anteceſſori, cùm ipſa potuerit prævidere
mortem Beneficiati, qua nihil certius, undè in
præjudicium ſucceſſoris anticipata ſolutio, tan-
quàm ſuſpecta, fraudulenta, ac inveriſimilis ſub-
ſtineri non debet, ſibique imputet Emphyteuta,
cùm mortem Beneficiati poſſet prævidere, præ-
ſertim ſi Beneficiatus de tempore ſibi factæ ſolu-
tionis quindennialis, ægrotaſſet, vel in extremis
777 poſitus eſſet, reſiſtente *Sac. Concilio Tridentino
ſeſſ.25. de Reform.cap.11. in princip.* ibi: *magnam
perniciem afferre ſolet, cùm earum bona, repræſen-
tata pecunia in ſucceſſorum præjudicium aliis lo-
cantur, omnes igitur hæ locationes, ſi anticipatis
ſolutionibus fiant, nullatenùs in præjudicium ſuc-
ceſſorum validæ intelligantur, quocumque Indulto,
aut privilegio non obſtante, nec hujuſmodi locatio-
nes in Romana Curia, vel extrà eam confirmentur*,
cui adſtipulatur *Regula 69. Cancell. de revoc. In-
dult. ſupervivent.* ibi: *item quia &c. contigit.&c.
Pontifices &c. conceſſiſſe, & indulſiſſe Beneficiatis,
tot. Capon. diſc.147. n.17. tom.3. Ventrigl. prax.
Eccleſ. tom.2. annot.16.§.2. n.21. Pelliccion. illu-
ſtr. quæſt. q.5. cap.2. in princip. verſ. & quia in
percipiendis diſtributionibus , Nicolius locub.can.
& civ. lib.3. tit.1. de ſucceſſ. Cleric. deced. ab in-
teſt. n 68. in fine , & nu.83. in fine verſ. ſed S.Epi-
ſcop. Congregatio,* hoc tamen caſu arridet diſtin-
ctio tanquam verior , aut enim diſtributiones
hujuſmodi ſunt de illis , quæ debentur ratione
ſervitii , aut intereſſentiæ per punctaturam , aut
debentur ſola ratione Canoniæ , & præſentiæ ,
utpotè ſubrogatæ in locum præbendæ , in primo
caſu non deberi Cameræ , & in ſecundo deberi ,
excepta congrua mille Ducatorum pro Epiſco-
po , & centum pro Rectore ex *S. Concil. Trident. 884
ſeſſ.24.de Reform.cap.13.* quoad exuberantes fru-
ctũs , veluti diſtinguit *Card. de Luca de Benef. 885
diſc.100. n.13. cum ſeq.* E contrà verò pro indu-
bitato habeo , quòd in locis , ubi non adſunt
Spolia Clericorum ob compoſitionem inter Ca-
meram Apoſtòlicam , & Clerum initam de di-
ſponendo de fructibus Eccleſiaſticis, etiamſi Be-
neficiatus inteſtatus deceſſerit , adhùc eidem in
quindennio penès Banchum , vel penès Benefi-
ciati miniſtrum , ſeu Procuratorem exiſtente
ſucceſſuri ſint , non ſucceſſor in Beneficio , aut
Camera Apoſtolica , intelligitur enim per com- 886
poſitionem hujuſmodi conceſſum Clericis gene-
raliſſimum indultum diſponendi tàm ex teſta-
mento , quàm ab inteſtato , præſertim ſi vigore
indulti prædicti , & compoſitionis Clerici ſint
ab

ab immemorabili in poſſeſſione diſponendi quovis modo etiam ab inteſtato diù obſervata, *Tondut. reſ. ben. can. parte 3. cap.153. per tot. & cap.164. nu.16. cum ſeq. & per tot.* ubi de ſimili compoſitione cum Camera Apoſtolica, ac Clero Avenionen. & Venaiſſino de anno 1553. die 5. Junii facta, & confirmata per Juliū III. Pium IV. Clementem VIII. & Urbanum VIII. *Rota dec.19. n.12. par.6. recentior.* ubi ad propoſitum de conſuetudine Cleri Mediolanen. diſponendi tàm ex teſtamento, quàm ab inteſtato, *duplicata coram Merlino dec.503.* & compoſitio hujuſmodi operari debet, ut hæredes tanquàm ceſſionarii Cameræ, illam repræſentantes, percipere poſſint fructus inexacti quindennii, excludere enim debent ſucceſſorem in Beneficio, ſicuti illum ex-
887 cluderet Camera, ſi compoſitionem non feciſſet, *Contrius diſc. for. tom.1. cauſ.73. num.6. Sperell. deciſ.82. num.20. cum ſeqq. tom.1.* tantæque virtutis eſt compoſitio cum Camera, ut tàm
888 in fructibus inexactis, quàm etiamſi Beneficium excedat triginta Ducatos auri de Camera, ſemper hæres Beneficiati ſuccedat, *Nicolius lucub. can. & civ. lib.3. tit.1. de ſucceſſ. Cleric. ab inteſt. deced. n.81. in fine verſ. limitatur tamen, Herrera inſtruct. Commiſſar. n.5. Capon. diſc.147. num.16.*
889 *tom.3.* ſi autem Beneficium fuerit Curatum, & Beneficiatus moriatur extrà reſidentiam, aſcendàtque tale Beneficium ad triginta Ducatos, non obſtante compoſitione, in pœnam non reſidentiæ non ſuccedit hæres, ſed Camera in fructibus, *Nicolius loc. mox cit. nu.82. Herrera loc. cit. circà fin.* omitto, quòd in locis, ubi adſunt
890 Spolia, licet Bulla Julia ſæpiùs enunciata expreſſè non loquatur de reſervatario fructuum, de eo nempè, qui ex Indulto Apoſtolico reſervat ſui favore certam partem fructuum Beneficii à ſe dimiſſi, ſed dumtaxat de Beneficiato, et ſic caſus videatur remanere ſub diſpoſitione Juris
891 communis, de quo non intrant Spolia, cùm ſolus Beneficiatus dici poſſit adminiſtrator ſuæ Eccleſiæ, non faciens fructus ſuos, niſi poſtquàm illos perceperit, & ità taliter quòd deſierint eſſe de dominio Eccleſiæ, quæ ratio ceſſat in reſer-
892 vatario fructuum, qui non eſt Rector, nec ſucceſſivè eſt adminiſtrator Eccleſiæ, ità ut dici valeat, quòd fructus colliguntur adminiſtratorio nomine Eccleſiæ, donec ab iſtius dominio exeuntes, efficiantur de privato dominio Beneficiati, cùm reſervatarius eoſdem fructus obtineat directè, ac immediatè Jure proprio tanquàm Papæ donatarius, non autem titulo adminiſtratorio capiens fructus jure ſervitutis pro Eccleſia debitæ ipſius reſervatarii perſonæ, cùmque Benefi-
893 ciatus è contrà dicatur obtinere fructus non principaliter, & directè ex perſona propria, ſed acceſſoriè, ac conſequutivè ad adminiſtrationem tanquàm exuberantes poſt dictam adminiſtrationem completam, ideſt poſt ſupportata Eccleſiæ onera, quibus principaliter deſervire
894 debet (quod an per aliquos de facto ſervetur, Deus ſcit) attamen adhùc prædicta Bulla ad re-
895 ſervatarium fructuum venit extēdenda ex identitate rationis, licet per moram reſervatarii fructuum non dicatur ſequi vacatio Beneficii, cùm tunc deberentur fructus Titulari uti Domino, ac jure Rectori magis proprio per remotionem obſtaculi, ſeu ceſſationem ſervitii, quàm jure tranſmiſſionis ex perſona Beneficiati defuncti, & quanvis reſervatarius fructuum non dicatur adminiſtrator Eccleſiæ, cùm hoc jus reſideat penès Epiſcopum, ſeu Rectorem, qui dicitur ejus 896
ſponſus, ac jure maritali adminiſtrator reſpectu ipſius Eccleſiæ, ac jurium Eccleſiaſticorum, nihilominùs quoad bona temporalia ipſe reſer- 897
vatarius eſt magis adminiſtrator, quàm Titularis, quoniam ſoluta congrua tanquàm uno ex oneribus adminiſtrationi incumbentibus, ad eundem reſervatarium pertinet ipſa bona adminiſtrare, onera ſupportare, ac alia agere, quæ ad patrimonii Dominum, ſeu generalem adminiſtratorem ſpectant, retinendo pro ſe ipſo id, quod neceſſariis oneribus ſupportatis ſupereſt, undè etiam ejus titulus circà fructuum perceptionem eſt acceſſorius, & conſequutivus eodem modo, quo ille Beneficiati, quantumvis cauſa, ſeu ratio tituli ſit diverſa, cùm in Beneficiato militet illa maritalis, ſeu adminiſtrationis Eccleſiæ tanquàm ejus ſponſæ, in reſervatario autem illa donationis, ſeu præfecturæ temporalium tantùm per Papam ſibi conceſſæ, dum etiam in donatario particulari alicujus quotæ, vel quantitatis fructuum, qualis eſt Penſionarius, intrat Spo- 898
lium eo, quòd nullum continetur in dicta Bulla Julia odium, vel gravamen hæredis, ſed ſolum- 899
modò exorbitantia à jure in præjudicium ſucceſſoris, nec in alio immutatur diſpoſitio Juris communis, quàm in eo, quòd alias de Jure deberetur ſucceſſori, ut his ratiociniis ſingillatim adductis firmat *Card. de Luca de Benef. diſc. 81. n.20.21.22.25. & 26.* etiamſi quoad alios effectus, & quoad onera realia, ut ſolvere Penſio- 900
nem, ac ſimilia, reſervatarius fructuum habeatur vice, & loco Titularis *Rota coram Durano dec.60. nu.22. & dec.67. n.18. tom.1. ac in recentior. dec.508. n.3. cum ſeq. & per tot. par.2. tom.1. & dec.30. n.19. par.5. tom.1.*

In locis autem, ubi non vigent Spolia, fructus inexacti ſpectant ad ſucceſſorem in Benefi- 901
cio, non ad reſervatarium fructuum, licet reſervatarius, & Titularis ſint æqualiter verbis conjuncti, attamen quia veniunt diverſo jure, unus nempè tanquàm reſervatarius, & alter tanquàm Titularis, unus jure reſervationis, quæ odioſiſſima eſt, alter jure tituli, qui eſt favorabilis eo, quòd de iure caveatur, ut omnes fructus ad Titularem ſpectent, immò reſervatarius venit ex Jure ſpeciali, & Titularis ex Jure 902
communi, quod potentius eſt, veluti ità ratiocinatur *Noal. conſ.34. per tot.*

Concludendum denique, intrare etiam Spolium 903
in Penſione Eccleſiaſtica quoad fructus inexactos juxta praxim, quam ſervant Camerales, quidquid de Jure ſit, etiamſi Penſionarius habe- 904
ret Indultum Cardinalitium teſtandi, quod poſt 905
Bullam 80. Urbani VIII. in Bullar. Rom. tom.4. non ſuffragatur, *Card. de Luca de Benefic. diſc.81. nu.23. circà fin. & de Penſion. diſc.28. n.4. Panimolla dec.20. annotat.2. n.27. tom.1.* cæterùm in locis, ubi adſunt Spolia, Camera Apoſtolica 906
habebit quindennium inexactum tanquam fructum Beneficii, *Panimolla dec.20. annotat.1. n.20. cum ſeqq. & annotat.2. n.1. cum ſeqq. tom.1.*

ARGUMENTUM.

Emphyteuta ſubiiciente Emphyteuſim ſtrictiſſimo vinculo Fideicommiſſi cum prohibitione alienandi bona Emphyteutica effecta Fideicommiſſaria, ſub pœna caducitatis, vocatus tenetur ſolvere quindennium.

SUMMARIUM.

1 *Emphyteuta, etiam inſcio directo Domino, poteſt ſuper Emphyteuſi conſtituere Fideicommiſſum.*
2 *Reiicitur* Nogueira quæſt. ſingul. diſp.4. qu.14. §.2. n.12. *& declaratur* Manent. de jure contract. livellar. qu.1. pact.7. num.16.
3 *Emphyteuſis ſine conſenſu Domini legari poteſt.*
4 *Talis ratio non placet Auctori.*
5 *Diverſi ſunt effectus legati, & Fideicommiſſi.*
6 *Legatarius poteſt ad libitū Emphyteuſim alienare.*
7 *Legatarius alienans Emphyteuſim abſque conſenſu Domini, incidit in commiſſum.*
8 *Emphyteuta poteſt Emphyteuſim inſcio Domino donare.*
9 *Prohibitio alienationis Emphyteuſis demandata à teſtatore, nihil aliud eſt, quàm Fideicommiſſum.*
10 *Dominus directus vinculare poteſt Emphyteuſim.*
11 *Reſſelluntur contrarium ſentientes.*
12 *Fideicommiſſum inſtitui poteſt ſuper cenſu.*
13 *Fideicommiſſum conſtitui poteſt ſuper feudo.*
14 *Teſtator hæredem gravare poteſt, nè Emphyteuſim alienet.*
15 *Fideicommiſſum inſtitui poteſt in feudo.*
16 *Prohibitio alienationis Emphyteuſis per Fideicommiſſum, videtur conformis prohibitioni legali.*
17 *In* l. fin. C. de jure Emphyt. *prohibetur alienatio Emphyteuſis.*
18 *Reprobatur* Roderic. de an.redd.lib.2.q.22.n.39.
19 *Succeſſores Emphyteutæ contravenire nequeunt facto defuncti.*
20 *Emphyteuſis enumeratur inter bona Emphyteutæ.*
21 *Emphyteuta dicitur quaſi Dominus.*
22 *Bonorum appellatione veniunt bona Emphyteutica.*
23 *Contrarium in Emphyteuſi non hæreditaria.*
24 *Emphyteuta diſponere valet de Emphyteuſi per Fideicommiſſum.*
25 *Emphyteuſis tranſit in Fideicommiſſarium.*
26 *Bona Fideicommiſſaria emphyteuticari poſſunt.*
27 *Niſi reſiſtat contraria diſpoſitio Fideicommittentis.*
28 *In Luſitania adeſt conſuetudo emphyteuticandi majoratuum bona.*
29 *Reprobantur contrarium tenentes.*
30 *Quorum opinio poſſet ad ſummum ſalvari in bonis non ſolitis emphyteuticari.*
31 Ex Reg. Ordin. Portugall. lib.2. tit.35.§.42.& lib.4. tit.66. *Emphyteuſis poteſt Fideicommiſſo vinculari, quando Fideicommiſſarius habet à Fideicommittente facultatem emphyteuticandi.*
32 *Fideicommiſſum conſtitui poteſt in Emphyteuſi hæreditaria tranſitoria ad extraneos.*
33 *Quomodò temperanda hæc opinio.*
34 *Emphyteuſis Eccleſiaſtica regulariter ad extraneos non tranſit.*
35 *In dubio intelligitur uſque ad tertiá generationem.*
36 *Etiamſi conceſſa ſit pro hæredibus, & ſucceſſoribus.*
37 *Ravennæ, ac alibi bona Emphyteutica ſunt ad inſtar allodialium.*
38 *Emphyteuſis conceſſa cum clauſula* in perpetuum, *juncta obſervantia, quòd extranei in ea ſucceſſerint, ſit tranſitoria ad extraneos.*
39 *Quo caſu in illa inſtitui poteſt Fideicommiſſum.*
40 *Emphyteuſis Eccleſiaſtica tranſitoria ad extraneos venit in reſtitutione Fideicommiſſi.*
41 *Pacto fieri poteſt Emphyteuſis tranſitoria ed extraneos.*
42 *Prout ſi in Emphyteuſi adſit pactum de affrancando.*
43 *Si conceſſa ſit pro ſe, & hæredibus quibuſcumque.*
44 *Si adſit pactum renovandi de viginti novem in viginti novem annos.*
45 *Niſi ex conjecturis appareat de Emphyteuſi pro hæredibus ſanguinis.*
46 *Prout ſi habeat clauſulas* pro ſe, & quibus dederit, *& ſimiles.*
47 *Dictæ tamen clauſulæ debent eſſe poſitæ in diſpoſitivis.*
48 *Dantur caſus, in quibus etiamſi Emphyteuſis habeat clauſulas* ad habendum, *& ſimiles, adhùc non ſit tranſitoria ad extraneos.*
49 *Prout ſi ſemel tranſierit ad extraneos.*
50 *Emphyteuſis Eccleſiaſtica, ſi ex communi uſu ſit hæreditaria, tunc Fideicommiſſo ſupponi valet.*
51 *Ità habetur in* Reg. Ordin. Portugall. lib.5.tit.1. §.1.
52 *Etiam in Emphyteuſi Eccleſiaſtica, licet non hæreditaria Fideicommiſſum ordinari poteſt, ſi illud fiat in deſcendentibus compræhenſis in inveſtitura.*
53 *Reprobatur* Gama deciſ. Portugall.70.
54 *Poſſum ei, cui concedo, alienationem, dum vixero, prohibere.*
55 *Emphyteuſis annexari nequit majoratui.*
56 *Nominatus videtur acquirere à Domino directo, non à nominante.*
57 *In Fideicommiſſis inſtitui ſolent Capellaniæ.*
58 *Bona Emphyteutica non ſunt prorſùs aliena, ſed aliquo modo etiam noſtra.*
59 *Emphyteuta imponere nequit onus nominato.*
60 *Onus adiici poteſt in Emphyteuſi ad extraneos tranſitoria.*
61 *Dominus directus prohibere poteſt, nè Emphyteuſis Fideicommiſſo vinculetur.*
62 *Fideicommittens prohibere poteſt vocatis, nè emphyteuticent bona Fideicommiſſaria.*
63 *Non obſtante prohibitione teſtatoris Emphyteuticatio ſubſtinetur ad vitam vocati.*
64 *Probitio Emphyteuticationis comprobatur ex eo, quòd Fideicommittens mandet, ut bona ſemper unita permaneant.*
65 *Emphyteuta nocere nequit directo Domino.*
66 Satis *conſultum remanet amiſſioni laudemiorum per præſtationem quindenniorum.*
67 *Opinio tenentium Emphyteuſim non poſſe ſupponi Fideicommiſſo, eſt contrà communem,*
68 *Taliter tenentes non animadvertunt ad remedium quindenniorum.*
69 *Emphyteuſis alienatio eſt facultativa.*
70 *Emphyteuſis conceditur, ut apud Emphyteutam, ejuſque hæredes perpetuò ſit.*
71 *Emphyteuſis in eadem familia pluribus annis citrà alienationem durare pòteſt.*
72 *Laudemiorum emolumentum pendet ab alieno arbitrio, habetque ſe ad eſſe, & non eſſe.*
73 *Laudemium ſuppleri poteſt quindennii ſolutione.*
74 *Laudemii commoditas uti veniens acceſſoriè, non eſt habenda in conſideratione.*

75 Re-

75 *Reſellitur* Phæb.dec.Portugall.5.n.9.verſ.reſpondetur enim, & verſ. ſuffragatur in med.to.1.
76 *Emphyteuſis conceditur.ut perpetuò remaneat apud Emphyteutam, & ejus hæredes.*
77 *Ultimus de linea poteſt alienare.*
78 *Canon non tàm facilè exigi poteſt à poſſeſſore majoratus.*
79 *Poſſeſſor majoratus non ſemper eſt potens.*
80 *Reprobatur* Roderic. de an. redd.lib.2. quæſt.22. nu.39. in princip. verſ. nec etiam obſtat.
81 *Reprobatur* Pereyr. dec. Luſitan.26. num.2.
82 *Hæres alienare poteſt.*
83 *Emphyteuta non poteſt plus, quàm Dominus.*
84 *Emphyteuta cogere poteſt Dominũ ad conſentiendũ alienationi Emphyteuſis in perſonam idoneam.*
85 *Reiicitur* Manent. de jure contract.livellar. qu.1. pact.7. num.16. cum ſeqq.
86 *Mantuæ feudum, & Emphyteuſis redacta ſunt adinſtar allodialium,*
87 *Mantuæ Emphyteuſis eſt tranſitoria ad extraneos.*
88 *Emphyteuſis perpetua debet perpetuò eſſe penès Emphyteutam, & ſucceſſores.*
89 *Emphyteuſis reputatur hæreditas Emphyteutæ.*
90 *Ità habetur ex* Reg.Ordin.Portugall.lib.4.tit,96. §.23. & tit.97. §.2.
91 *Ità reſolutum in Senatu Luſitano juxta ſententiam Auctoris.*
92 *Emphyteuſis ad generationes, Luſitanè dicitur ad vitas.*
93 *Caſtellanè dicitur ad voces.*
94 *Attamen propriè differt generatio à vita.*
95 *Filii ſunt prima generatio, nepotes ſecunda, & pronepotes tertia.*
96 *Reiiciuntur tenentes nec perpetuam Emphyteuſim poſſe vinculari.*
97 *De conſuetudine vinculari poteſt Emphyteuſis.*
98 *Sequendus venit potiùs Doctor in commentariis, quàm in conſiliis.*
99 *Opinio poſterior ſequenda eſt.*
100 Alciat. *Clientibus morem geſſit.*
101 *Alii DD. tenent poſſe Emphyteuſim Fideicommiſſo vinculari, accedente tamen conſenſu Domini directi.*
102 *Reprobatur diſtinctio eorum, qui aſſerunt, poſſe Emphyteuſim vinculari, ſi eſt perpetua.*
103 *In Portugallia bona regalia dicuntur* Reguengos, *& in Hiſpania* Realengo.
104 *Emphyteuſis proveniens ex talibus bonis non cadit ſub commiſſo.*
105 *Dominus conſentiendo tali vinculo, cenſetur jus ſalvum ſuum relinquere.*
106 *Refellitur* Marta de ſucceſſ. legal. par.4. qu.21. artic.19. num.61. cum ſeqq.
107 *Emphyteuta ſubiiciente Emphyteuſim Fideicommiſſo cum prohibitione alienandi, vocatus tenetur ſolvere quindennium.*
108 *Reiicitur* Matthæu de regim.Regn.Valent.cap.2. §.5. num.119. cum ſeqq.
109 *Idem eſt unicus in ſua opinione.*
110 *Auctor putat, non adeſſe conſuetudinem non ſolvendi quindennium ex conſtitutione Fideicommiſſi in Emphyteuſi.*
111 Matthæu *forſitan loquitur de particulari conſuetudine in Regno Valentiæ.*
112 *Ità pariter intelligendus* Creſp. obſ.106. num.10. cum ſeqq.
113 *Emphyteuta Fideicommiſſum in Emphyteuſi inſtituit, ut ſuæ familiæ proſpiciat.*
114 *Præjudicium ſecundarium non venit in conſideratione.*
115 *Sunt caſus, in quibus de Jure Emphyteuſis alienari poteſt.*
116 *Prout in caſu famigeratæ* Auth.res, quæ C. com. de legat.
117 *In caſu, quo fideicommittens teneatur ad alimenta.*
118 *In caſu captivitatis, aut carceris poſſeſſoris.*
119 *In caſu reficiendi alias res prætioſiores.*
120 *In caſu redemptionis alterius rei ab hoſtibus captæ.*
121 *In caſu æris alieni fideicommittentis.*
122 *In caſu utilitatis ipſius fideicommiſſi, & remunerationis ſervitiorum.*
123 *In caſu conſtructionis Eccleſiæ.*
124 *In caſu magni honoris, quo ſplẽdor domus augeatur.*
125 *In caſu utilitatis publicæ.*
126 *In caſu extinctionis vocatorum.*
127 *Supradicti caſus non ſunt habendi in conſideratione tanquàm raro contingibiles.*
128 *Ex alienatione neceſſaria non debetur laudemium.*
129 *Emphyteuta, alienando ex cauſa neceſſaria non incidit in commiſſum.*
130 *Quotidiè experimur finem copioſarum generationum juxta humanarum rerum contingentiam.*
131 *Non eſt habenda ratio ad caſus raros, ſed ad frequentes.*
132 *Inſtituens fideicommiſſum in Emphyteuſi, actum licitum facit.*
133 *Reiiciuntur tenentes, feudum, aut Emphyteuſim fideicommiſſo ſupponi non poſſe.*
134 *Iſti loquuntur contrà communem.*
135 *In ſtatu Montisferrati ſolvi non ſolent laudemia ex feudi alienatione.*
136 *Ob durationem fideicommiſſi adhùc conſideratur damnum Domini directi.*
137 *In caſu conſuetudinis non ſolvendi laudemia, adhùc eſſet locus quindennio.*

CAPITULUM LI.

PRo clariori exponendorum intelligentia prę-
mittendũ omninò, quòd Emphyteuta etiam 1
inſcio directo Domino, poteſt ſuper re Emphyteutica conſtituere fideicommiſſum, *Ripa in l.filiusfamilias miles* 114. §.*Divi* 11. *nn.*91. ubi de veriori, *ff. de legat.* 1. *& conſ.*5. *nu.*8. *cum ſeq. de jure emphyt.* ubi de veriori, *Caldas Pereyra conſ.*21. *nu.*4. *cum ſeq. & qu forenſ. lib.* 1. *qu.*23. *num.*72. *Solſona in lucerna laudem. cellula* 12.*n.*41. ubi de veriori, *Scnipſchilt de fideic.famil.nobil.cap.*5.*n.*88. *Antonin.var. reſ.lib.*1.*reſ.*101. *nu.*16. *Ancharan. qu. Jur. famil. lib.*1. *qu.* 19. *nu.*9. *Fulgin. de jur. Emphyt.tit. de ſucceſſ.in bon.Emphyt. qu.*3. *nu.*38. *Cirocc. diſc.*1. *nu.*43. *cum ſeqq.Creſp. obſ.*106.*n.*2. *cum ſeqq. par.*2. *ubi nu.*3. teſtatur eam eſſe receptiſſimam in Regno Valentiæ, deque ea nunquam fuiſſe dubitatum, immò nihil frequentius, quàm in Emphyteuſi fideicommiſſa, & majoratus conſtitui, *& nu.*9. *&* 10. *ubi in fine* de veriori apud Valentinos, *Anguian. de legib. lib.*3. *controv.*12. *nu.*7. *cum ſeq. & nu.*14. *cum ſeq. ubi nu.*15. hanc veriorem, & tenendam, *Niger de laudem. tom.*2. *qu.*6. *artic.*2. *nu.*37. *& qu.* 50. *num.*2. *Fragoſ. de regim.Reip. Chriſt.tom.*3. *diſp.*20. §.5. *nu.*70. *Menoch.de præſ.lib.*4. *præſ.*189. *nu.*165. *Cyriac.contr.* 205. *nu.*209. *tom.* 2. *& contr.* 709. *nu.*22. *tom.*4. *Peregrin.de fideic.artic.*51.*n.*84. *Matthæu de regim. Regni Valentiæ tom.*1. *cap.*2. §.5.*n.*115. *cum ſeqq.*

Card. de Luca de Emphyt. diſc. 32. *nu.*12. *Magon.*
deciſ. Lucen 7. *nu* 38. *Ludovicus deciſ. Peruſ.*29.
*nu.*50. *cum ſeqq. Cavagnoll. deciſ. conſult. Lucen.*
*lib.*2. *deciſ.*67. *nu.*18. *Maldonad.in addit.ad Gam.*
*deciſ. Luſitan.*70. *num.*1. *in fine verſic.ſed licet hoc*
dictum, ubi de communi, & ipſe *Gama deciſ.*214.
*nu.*3. ubi hujus opinionis fuiſſe Luſitanos Senatores magni nominis, *Rota coram Card.Seraphino*
*deciſ.*1410. *nu.*1. *Merlino deciſ.*699. *num.*19. *cum*
*ſeqq. & in recentior.deciſ.*741. *nu.*4.*cum ſeq.par.*3.
tom. 3. *deciſ.* 164. *nu.*18. *cum ſeq. par.*7. *dec.*111.
nu 2.3.4.*& 6. par.*11. *deciſ.*91.*nu.*9. *dec.*306.*n.*1.
*& deciſ.*352.*nu.*10.*par.*15. *deciſ.*52.*nu.*2.*par.*16.
2 quidquid in contrarium inclinet *Nogueira quæſt.*
ſingular. diſp. 4. *qu.*14, §.2. *nu.*12. ubi de probabiliori & veriori,ſubdens tamen noſtram opinionem eſſe ſaltem probabilem, *Manent.de jure contract. livellar. qu.*1. *pact.* 7. *nu.*16. qui tamen videtur loqui in caſu conſuetudinis Mantuanæ, ut ipſe *in fine* fatetur *dicto nu.*16. *& nu.ſeqq.*

Cui noſtræ opinioni ſuffragatur viva ratio,
3 etenim ſicuti res Emphyteutica ſine conſenſu
Domini legari poteſt, ita & fideicommiſſo ſup-
4 poni *l.ſi domus* 71.*ff.de legat.*1. *Antonin. var.reſ.*
*lib.*1. *reſ.*101.*n.*16. mihi tamen parùm ſatisfacit,
valdèque videtur mortua, & debilis hujuſmodi
5 ratio,quippè diverſi ſunt effectus legati, & fidei-
commiſſi,immò inter ſe contrarii, ideò non mirandum, quòd Emphyteuta poſſit legare etiam irrequiſito Domino, quia per legatum non præjudicatur Domino, ſicut præjudicatur per fidei-
6 commiſſum, cùm legatarius poſſit ad libitum
poſteà Emphyteuſim alienare, & ſic Dominus
non remanet privatus ſpe laudemiorum, quod
non poteſt facere fideicommiſſarius, legatarius,
7 ſi alienat Emphyteuſim abſque conſenſu Domi-
ni, incidit in commiſſum, è contrà fideicommiſſarius cùm nunquam alienare poſſit, nunquam
incidit in commiſſum, eodem modo poteſt em-
8 phyteuta inſcio Domino Emphyteuſim donare,
quia nec in donatione præjudicatur Domino, dum donatarius poſteà, ſi velit, poteſt Emphyteuſim quoque alienare. Sed ſicuti Emphyteuta poteſt Emphyteuſim per fideicommiſſum relinquere cui placuerit, dummodò non reliquerit perſonis prohibitis, ità etiam debet Emphyteuta poſſe prohibere alienationem hæredibus, dum
9 talis prohibitio nihil aliud, eſt quàm fideicom-
miſſum *Ripa in l. filiusfamilias* 114. §. *Divi* 11.
*nu.*91. *in princip. ff. de legat.* 1. & ſicuti directus
10 Dominus vinculare poteſt Emphyteuſim, ità &
Dominus utilis(qualis eſt Emphyteuta)*Pinheyr.*
*de Emphyteuſi par.*2. *diſp.*2. *ſect.*3. *n.*35.*cum ſeqq.*
quanvis *nu.*38. videatur inclinare in contrariam,
11 quidquid dicant *Pinheyr.de Emphyteuſi parte* 2.
*diſp.*4. *ſect.*7. §.8. *n.*144. *cum ſeqq. Perez de Lara*
*de anniverſar.& Capellan.lib.*1.*cap.*19.*n.*4.*Molina*
*de contract.diſp.*608.*n.*2. *tom.*3.*Mieres de majorat.*
*par.*1. *qu.*73.*nu.*2. *Adden. ad Molin.de Primogen.*
*Hiſpan. lib.*2. *cap.*10. *nu.*71. *cum ſeq. Gama deciſ.*
12 *Portugall.*218. *n.*3. eodem modo, quo fideicom-
miſſum inſtitui poteſt ſuper cenſu, *Pereyra de*
*Caſtro deciſ.Portugall.*26.*nu.*7. *circà fin.verſ.quod*
ampliavimus, ubi *in fine* ità judicatum in ſupre-
13 mo noſtro Luſitano Regio Senatu, eodemque
modo, quo fideicommiſſum conſtitui poteſt ſuper feudo conceſſo pro ſe, & hæredibus quibuſcumque, quod vocat hæreditarium *Molina de*
*Primogen.Hiſpan, lib.*2. *cap.*10. *nu.*72. *in princip.*
verſ. de feudis autem, & ſuper feudo, quod vinculatur favore in eo compræhenſorum *Lanar.*
*repet. feudal. in cap.*1. *de ſucceſſ.feud. nu.*125. *fol.*
*mih.*235. *col.* 2. prout etiam quippè teſtator hæ- 14
redem gravare poteſt, Emphyteuſim nè alienet,
Caldas conſ. 21. *nu.*5. eodem fermè modo, quo 15
fideicommiſſum inſtitui poteſt in feudo, *Card. de*
*Luca de feud. diſc.*9. *&* 10.

His accedit, quòd per fideicommiſſum prohi-
bendo alienationem Emphyteuſis, hujuſmodi 16
prohibitio videtur conformis prohibitioni legali, 17
dum in *l.fin. C.de jur.Emphyt.* prohibetur aliena-
tio Emphyteuſis, nec videtur bona ſolutio rela- 18
ta per *Roderic.de ann. reditib. lib.*2. *qu.*22. *nu.*39.
quòd *dicta l.fin.* non prohibet alienationem Emphyteuſis, ſed illam permittit, dummodò accedat conſenſus Domini, atque ità prohibitio Emphyteutæ non eſt Juri conformis, ſed potiùs Juri adverſatur, Emphyteuſis enim alienari prohibita à teſtatore,nec conſentiente quidem Domino alienari poteſt contra mentem, & contextum
dicta l.fin. quia ſucceſſores Emphyteutæ contra- 19
venire nequeunt facto defuncti *l.cùm à matre* 14.
C. de rei vindic.

Præterea cùm Emphyteuſis enumeretur inter
bona Emphyteutæ ad plures effectus, *Cencius de* 20
*cenſibus qu.*22.*nu,*2.& Emphyteuta dicatur quaſi 21
Dominus *Neguzant. qu.* 413. *nu.*23. & hinc bo-
norum appellatione venire dicuntur bona Em- 22
phyteutica ſaltem quoad utile dominium, *l. bo-*
norum appellatio 49. *la* 1. *ff. de verb. ſign. Barboſa*
appellat. 36. *nu.*14. *Caldas de jur. Emphyt. tit. de*
*poteſt. elig. cap.*4. *nu.*1. *& tit.de reſol. Emphyteuſ.*
*cap.*5. *nu.*67. *& cap.* 16. *num.*65. *Cardos in prax.*
*Judic.verbo bona n.*2.*& verbo Emphyteuſis n.*16.
*Gratian.deciſ. March.*56. *nu.*6. *Rebuff.ad dic.l.bo-*
norum appellatio verbo in bonis autem noſtris fol.
*mih.*364. *Matienz.in leg.Hiſpan. lib.*5. *tit.*11. *l.*7.
*gloſ.*1. *nu.*4. *Aldobrandin. conſ.* 12. *nu.*5. *ubi n.*6.
ait appellatione bonorum in Statuto venire Emphyteutica, quidquid ſit, quando particularis
ratio contrarium ſuadet, ut in Emphyteuſi non 23
hæreditaria *Rota coram Manzanedo dec.*168. *n.*7.
mirum non eſt, quòd de Emphyteuſi per fidei-
commiſſum diſponere valeat Emphyteuta, *Va-* 24
*laſc.de jur.emphyt. qu.*1. *nu.*22. *cum ſeq.*

Hinc eſt quòd, Emphyteuſis venit in reſtitu-
tione fideicommiſſi, ſeu tranſit in fideicommiſ- 25
ſarium, *Noalis de transmiſſion. cap.*64. *num.*1. *&*
*per tot. Card.Mantica de conject. ultim. vol. lib.*7.
*tit.*9. *nu.*6. *Pinheyr. de Emphyteuſi par.* 2. *diſp.* 5.
*ſect.*7.§.2.*nu.*18. ſicuti vice verſa bona fideicom- 26
miſſaria, quanvis inalienabilia, attamen emphyteuticari poſſunt, *Reynoſ. obſ.* 70. *nu.* 39. *Gama*
*deciſ. Luſitan.*16.*nu.*3. *in princip. verſiculo ſi verò*
dicamus, ubi ſæpè ità judicatum, ubi *num.*4. *in*
princip. refert *Ordination. Reg. noſtras Portugall.*
*lib.*2.*tit.*35.§. *E porque temos viſto*, permittentes
bona fideicommiſſaria emphyteuticari, niſi re- 27
ſiſtat contraria diſpoſitio fideicommittentis; &
in fine verſic. & quamquam teſtatur de generali
conſuetudine, in tota noſtra Luſitania emphy- 28
teuticandi majoratuum bona *Reynoſ. obſ.* 70.
*nu.*1. *cum ſeqq. ubi Addens,*quidquid in contra-
rium inclinet ejus *Additionator num.*3. *& Phæb.* 29
*deciſ. Portugall.*6. *in princip.verſ.contraria tamen.*
& per tot. par. 1. quorum opinio poſſet ad ſum- 30
mum

mum ſalvari in bonis ſolitis emphyteuticari *Va-
laſc. conſult. deciſ.95. num.2. & 9 in fine verſ. &
allegata in contrarium, Caldas Pereyra de jur. em-
phyt. lib.1.qu.16.nu.1 in princip.verſ.hæc quæſtio,
& nu.14. cum ſeq.ubi ex Reg. Ordinat. Portugall.*
31 *lib.2. tit.33. §.42. & lib.4. tit.66.* haberi, poſſe
quidem Emphyteuſim fideicommiſſo vinculari,
quando fideicommiſſarius habeat à fideicom-
mittente facultatem emphyteuticandi.

Velim tamen, ut intelligatur poſſe conſtitui
32 fideicommiſſum in Emphyteuſi hæreditaria, ad
extraneos nempè tranſitoria, non autem in mix-
ta, quæ non eſt abſolutè hæreditaria, cùm ad
eam nominentur filii cum qualitate hæreditaria,
*Caldas Pereyra conſ.21.num.6.cum ſeq.Molina de
Primogen.Hiſpan.lib.2.cap.10.nu.71.*

Eſt benè verum, quòd hæc opinio temperan-
33 da venit, ut, ſi Emphyteuſis conceſſa de bonis
fideicommiſſi ſit perpetua, reducatur ad tertiam
tantùm generationem *Gama deciſ. Portugall.16.
nu.3. in fine antè verſic. ſolent Advocati, & nu.7.
in fine.*

Undè videndum, quomodò cognoſcatur, &
diſtinguatur Emphyteuſis hæreditaria ab Em-
phyteuſi ex pacto, & providentia.
Hinc fit, quòd præcipuè fideicommiſſum ordi-
nari poſſit in Emphyteuſi profana, cujus natura
eſt, ut ad extraneos hæredes tranſeat, non in Ec-
34 cleſiaſtica, cujus contraria natura eſt, ut regula-
riter ad extraneos non tranſeat, *Caldas Pereyra
conſ.21. nu.8.cum ſeq.Pereyra de Caſtro dec.Portu-
gall.26, nu.4. Rota in recentior. deciſ.79. nu.1. &*
35 *deciſ.350. nu.6. par.16.* ſed in dubio ad differen-
tiam Emphyteuſis privati, ſeu profanæ intelli-
gatur uſque ad tertiam generationem, *Pacion.de
locat. & conduct. cap. 53. num. 25. & 28. Felic.
alleg 16. nu.10. & alleg.48. nu.13. par. 3. Scapp.
de Jure non ſcript. lib.3. cap.22. nu.12. Antonell.
de temp.legal. lib 1. cap.57. nu.1. & lib.2 cap.55.
nu.49. & cap.72.n.30.cum ſeq & de regim. Eccleſ.
Epiſc. tom.2. lib. 5. cap 16. nu.16. Rota deciſ.170.
n.1. par.2.recentior.* adeò, ut, etiamſi conceſſa ſit
pro hæredibus, & ſucceſſoribus, vel pro hæredi-
36 bus in perpetuum, adhùc non efficitur tranſito-
ria ad hæredes ſanguinis, & deſcendentes, & ſic
dicitur Emphyteuſis ex pacto, & providentia,
*Pacion.de locat.cap.53.nu.37.Antonell.de loco le-
gali lib. 2. cap. 5. qu.2. nu.45. Rota coram Priolo
deciſ.371. nu.5. & in recentior. deciſ. 209. num.1.
cum ſeq. par.10. deciſ.363. nu.1. par.19. & in Ro-
mana laudemii §. Quatenùs itaque in principio 15.
Januar.1700. coram altero Eminentiſs.Priolo,* niſi
agatur de Emphyteuſi Eccleſiaſtica in Statu Ur-
bini ex peculiari Brevi Urbani VIII. in Statu
Ferrariæ ex Brevi Bonifacii VIII. vel ſecundùm
alios IX. in Abbatiis Farfen, & Nonantulæ ex
conſuetudine Ceſænæ, & Ravennæ ex concor-
37 dia Ravennaten. dicta, quia inibi Emphyteutica
bona reputantur adinſtar allodialium, indèque
evadunt alienabilia, & tranſitoria in quoſcum-
que, *Pacion. de locato cap. 53. nu.118. cum ſeqq.
Card.de Luca de Emphyteuſi diſc.3. nu.24. diſc. 8.
nu.2.cum ſeq.& diſc.9. nu.10. & de feud. diſc.52.
nu.1. & 3.Rota in recentior. dec.71. nu.10.par.19.
deciſ.546. nu.6. & deciſ.621. nu.7. cum ſeqq. ead.
par.19. tom. 2.* in caſu autem Emphyteuſis con-
38 ceſſæ cum clauſula *in perpetuum* juncta obſervan-
tia, quòd extranei in ea ſucceſſerint, tunc reddi-
tur ad extraneos tranſitoria, *Pacion. de locato
cap.53. nu.102 & 110. Rota coram Card. Millino
deciſ.245.n.2. verſic.& videbatur Dominis, Priolo
deciſ. 218. nu.5. & in recentior. dec 381. n 6. cum
plurib.ſeqq. par.5. tom.1. deciſ.340. nu.3. 6. & 7.
par.11. deciſ.110.n.5.par.13.deciſ.54. n.24.& 35.
cum ſeq.par.16. deciſ.52. num.5. cum ſeqq.par.19.*

Stante tamen conceſſione, per quam Emphy-
teuſis licet Eccleſiaſtica dignoſcatur tranſitoria 39
ad extraneos, poteſt etiam Emphyteuta in illa,
prout in profana, inſtituere fideicommiſſum, *Cal-
das Pereyra conſ.21.n.9.in fin.verſ.ex quibus,* quia
Emphyteuſis Eccleſiaſtica tranſitoria ad extra- 40
neos, venit in reſtitutione fideicommiſſi, *Fuſar.
de ſubſtitution. qu.630. nu.4.* Et dignoſcitur Em-
phyteuſis Eccleſiaſtica tunc eſſe tranſitoria ad
extraneos, ſi ex pacto effecta ſit tranſitoria ad
extraneos, ſicuti nanque interveniente debita ſo-
lemnitate, rei Eccleſiaſticæ alienatio permitti-
tur, ità & interveniente pacto fieri poteſt Em- 41
phyteuſis ad extraneos tranſitoria, *Antonell. de
loco leg. lib.2. cap.5. qu.2. n.51.* ſi in Emphyteuſi
adſit pactum de affrancando *Pacion. de locat. &* 42
conduct. cap.53. num.93. ſi conceſſa ſit pro ſe, &
hæredibus quibuſcumque, *Antonell.de loco legali* 43
*lib.2. cap.5. qu. 2. nu.51. Pacion. de locat. cap.53.
nu.46. cum ſeq.* ubi de veriori, ac communiori,
*Gratian. diſc.481.n.54 cum ſeqq.Rota coram Card.
Puteo deciſ.110 n.2. & in recentior.deciſ.309.n.4.
par.4 tom.2. deciſ.191. n.3. par.13. deciſ.385.n.5.
par.16.dec.225 n 9.cum ſeqq.par.17.& in Romana
laudemii § Quatenùs itaque in principio 15. Januar.
1700.coram Eminentiſs.Priolo,* ſi habeat pactum 44
de renovando de viginti novem annis in viginti
novem annos *Rota in recentior. deciſ. 381. nu.14.
par.5. tom.1.* niſi ex conjecturis verſemur in Em- 45
phyteuſi pro hæredibus ſanguinis, *Rota dec.209.
nu.3. par. 10. recentior.* ſi habeat clauſulas *pro ſe
& quibus dederit, & ad habendum, tenendum, &* 46
*quidquid habuerit, liberè diſponendum, Giovagnon.
conſ.100. nu 6. cum ſeqq. lib.1. Gratian diſc.481.
nu.57. cum ſeqq. Antonell.de loc.legal. lib.2.cap.5.
qu.2. nu.51. cum ſeqq Raudenſ var. cap.14. n.79.
Rebellus de oblig. Juſtit. par.2. lib.13. qu.14. n.1.
Pacion.de locat. cap.53. nu.60. Sperell. deciſ.120.
n.18. tom.2. Rota in recentior. deciſ.381. n.5 par.5.
tom 1. & coram Priolo dec. 218 nu.7. Card. Celſ.
deciſ.109. nu.11. Buratt deciſ.87.n.3. deciſ.438.
num.2.par.1. recent. deciſ.16. num. 2. cum ſeq. &
per tot. & deciſ. 26. nu.2. par. 3. recent. deciſ. 110.
n.1. & 7. par.13. dec.225.n.17. cum ſeqq.par.17.
deciſ.83. num.3. cum ſeq.par 18. tom 1. deciſ.332.
nu.7.par.19. deciſ.618. nu.3. ead.par. 19. tom.2.&
poſt Giovagnon. conſ.44. nu.69. & 72. cum ſeqq.
lib, 2.* debent tamen dictæ clauſulæ eſſe poſitæ in 47
diſpoſitivis, ſaltem conſequutivè, & immediatè
poſt diſpoſitionem, ac narrativam rei in Emphy-
teuſim conceſſæ, *Rota in recent. deciſ. 438. nu.2.
in fine par.1.*

Eſt benè verum, quòd ſunt caſus, in quibus
Emphyteuſis, licet habeat clauſulas *ad habendum,* 48
& ſimiles, adhùc non ſit tranſitoria ad extra
neos, *Rota deciſ. 79. nu.2. par.16. recen.*

Si inſuper ſemel ad extraneos tranſierit Em-
phyteuſis, quia ſemper eandem retinet qualita- 49
tem, *Noal. de tranſmiſſion. cap.64. nu.5. verſic.8.
ſi Emphyteuſis, Antonell.de loco legal.lib.3.cap.5.
qu.2. nu.56. Rota in recen.deciſ.381. nu.12.par.5.*

 tom. 1.

tom. 1..*deciſ.*155.*n.*17.*par.*16.*deciſ.*52.*n.*8 *par.*19.
Sciendum autem, quòd emphyteuſis Eccleſia-
50 ſtica, ſi ex communi uſu eſt hæreditaria, vel ex
Bulla Apoſtolica effecta alienabilis inter vivos,
vel in ultima voluntate, tunc adhùc fideicom-
miſſo ſupponi valet, quippè in fideicommiſſi
reſtitutione venit, *Fuſarius de ſubſtitution.q.*630.
51 *nu.*7. *&* *S.Reynol. obſ.*15.*nu.*8. & ità ſtatuit *Reg.*
*noſtra Ordin. Portugall. lib.*5. *tit.* 1. §.1.
52 Verum autem eſt, quòd in Emphyteuſi Eccle-
ſiaſtica quantunvis non hæreditaria, etiam fidei-
commiſſum ordinari poteſt, ſi fideicommiſſum
fiat in deſcendentibus compræhenſis in inveſti-
tura, *Cyriac. contr.*205.*nu.*209. *tom.*2.*Fuſar.citat.*
*qu.*630. *nu.*11. *Magon.deciſ.Lucen.*7. *nu.*38.
Qua occaſione libenter non amplector diſtin-
53 ctionem allatam per *Gam.deciſ. Portugall.*70.ubi
firmatur in Emphyteuſi temporali, ad generatio-
nes, ſeu vitas tantum poſſe ordinari fideicommiſ-
ſum, in perpetua autem non poſſe, dum neſcio
videre rationem differentiæ inter unam, & aliam
Emphyteuſim, quia ſi poſſum prohibere aliena-
tionem Emphyteuſis temporalis, dum vixero
ſimiliter poſſum prohibere alienationem Em-
phyteuſis perpetuæ, dum vixero, nec de hoc
Dominus directus conqueri poteſt, quia poſſum,
dum vixero, non alienare, ergò poſſum ei, cui
54 concedo, alienationem, dum vixero, prohibere,
*Roderic. de ann. reddit. lib.*2. *qu.*22. *nu.*35. *in fine*
verſic. ſed non.
Neque turbant contrariæ auctorirates firman-
55 tes, bona Emphyteutica non poſſe annexari ma-
joratui, *Bardellon. conſ.*93. *nu.*3. *Roderic. de ann.*
*reddit.lib.*2. *qu.*22. *nu.*34. *Additionator.ad Molin.*
*de Primogen. lib.*2. *cap.*10. *nu.*71. *circà fin.verſic.*
hæc ultima ſententia, ubi ità practicari, & ità de-
ciſum in Regio Caſtellæ Conſilio, *Marzar.epitom.*
*fideicom.par.*2.*q.*10.*n.*22.*verſic.ſed certè*, ubi hanc
opinionem habere magnam æquitatem, ac hone-
ſtatem, *Amoſtaz.de cauſis piis lib.*2. *cap.*8.*nu.*16.
Perez de Lara de Anniverſar. & Capellan. lib. 1.
*cap.*19. *nu.*13. *Gama deciſ. Luſitan.*70. *nu.*2. *verſ.*
*quod autem, deciſ.*214. *num.*2. *verſ.cùm ad me, &*
*deciſ.*218. *num.*3. ubi temen fatetur, in Jure ejus
ſententiam eſſe dubiam, *& num.*10.
Nihilq; faceſsunt ſeptē in contrariũ ratiocinia.
Non I. quòd non poſſit erigi majoratus de
bonis alienis, qualia ſunt emphyteutica, quæ
56 nominatus videtur acquirere à Domino directo,
non à nominante, hocque repugnat naturę ipſius
majoriæ, ſeu majoratus, *Caldas Pereyra conſ.*21.
*num.*1. *ubi in princip.* non ſemel judicatum fuiſſe
in ſupremo Regio noſtro Senatu Luſitano, bona
videlicet emphyteutica incorporari non poſse
majoratui, ſeu (ut in illis partibus ajunt) Ca-
57 pellæ, forſitan, quia ſolent teſtatores in fidei-
commiſſis inſtituere Capellanias, *Phæb. deciſ.*5.
*n.*4.*par.*1. ubi ità judicatum, juncto *verſ.quam*
ſententiam, ubi de veriori, & meliori, quia, ut
58 ſuprà diximus, bona Emphyteutica non ſunt
prorsùs aliena, ſed aliquo modo etiam noſtra,
& inter bona noſtra enumerantur, ſicque de illis
ob dominium utile, quod habemus, diſponere
poſſumus per fideicommiſſum juxta ſuprà in
principio per nos tradita.
Non II. quòd Emphyteuta non poſſit impo-
59 nere onus nominato, quale eſt vinculandi Em-
phyteuſim, *Caldas Pereyra conſ.* 21. *num.*3. quia
verius eſt, ut ſuſtinemus, quòd nempè, ſi agatur
de Emphyteuſi præſertim hæreditaria, & ſic ad 60
extraneos tranſitoria, onus, ſeu vinculum hujuſ-
modi adiici poſſit, ut de veriori teſtatur idem
*Caldas loc.cit. nu.*5. *cum ſeq.*
Non III. Quòd, ſicuti ſi Dominus prohibeat,
nè Emphyteuſis fideicommiſso vinculetur, valet 61
prohibitio, *Pereyra de Caſtro deciſ.Luſitan.*26.*n.*3.
*Cabed.dec.Luſitan.*130.*n.fin. par.*1. ita tacitè ineſt
tacita prohibitio de non vinculandis bonis ẽphy-
teuticis, quia non eſt arguendum ab expreſſo ad
tacitum, dum emphyteuta poteſt imponere qui-
dem legem ſibi benè viſam, ſed non hinc ſequi-
tur tacitè prohiberi emphyteutæ, nè vinculet em-
phyteuſim, ſicuti & è contrà fideicommittens 62
poteſt prohibere vocatis, nè emphyteuticent bo-
na fideicommiſſaria, *Gama dec.Portugall.*16.*n.*4.
in princip. vel adhùc non obſtante lege teſtatoris
emphyteuticatio ſubſtinebitur ad vitam vocati, 63
qui emphyteuticavit, *Gama dec.*192. *n.*3. *Addens*
*ad deciſ.*16. *ejuſdem Gam. n.*3. *in fine*, ubi ità pra-
cticandum, ſatiſque elicitur prohibitio ex eo, 64
quòd fideicommittens mandet, ut bona ſemper
unita permaneant. *Gama ſæpè laudata dec.*16.*n.*4.
quod ſonant verba Luſitana per eundem rela-
ta -- *andem ſemper eſtes bens juntos.*
Non IV. Quod hinc Dominus directus rema-
neret deluſus in laudemiorum exactione, & in
jure prælationis, ac retentionis in caſu, quo rem
venditam velit retinere, nec unquam emphyteu-
ſis in commiſſum caderet, ac difficiliùs conſoli-
daretur cum Dominio directo, immo ſatis vide-
retur in manum mortuam tranſire, tranſeundo
in fideicommiſſarium, qui adinſtar manus mor-
tuæ, ob prohibitionem alienandi, alienare non
poſſet, eademque ratio militat in emphyteuſi
vinculata fideicommiſſo, quæ militat in emphy-
teuſi ad manum mortuã tranſeunte, ſi fideicom-
miſſarius non poſſet alienare emphyteuſim ob
prohibitam à fideicommittente alienationem,
& ſic noceret Domino directo, quod facere mi- 65
nimè valet emphyteuta, *Caldas Pereyra conſ.*21.
*n.*1. *in med.Pereyra de Caſtro deciſ.Luſitan.*26.*n.*2.
*in med. verſ. & licet ob id, & nu.*7. *in med.Gama*
*deciſ. Portugall.*7. *nu.*1.*&* 2.*verſ. quod autem, &*
*deciſ.*218.*nu.*3. *&* 10.*in princ.* quia ſatis conſul-
tum remanet amiſſioni laudemiorum per ſubſi- 66
diariam præſtationem quindenniorum, de qua
in *præſenti Cap.* acturi ſumus, & dictum hujuſ-
modi contrarium, ſeu contrariantium, quanvis 67
ſingulare, tamen eſt contrà communem, ut refert
*Add.ad deciſ. Gam.*70. *nu.*1.*circà fin.verſiculo ſed*
licet hoc dictum, & contrariæ opinionis aſſeclæ 68
non animadverterunt ad remedium quinden-
niorum.
Præterquamquòd cùm liceat Emphyteutæ
nunquam alienare, & tamen de hoc Dominus
conqueri nequeat, dum emphyteuſis alienatio
non eſt coactiva, ſed facultativa, poſita videlicet 69
in arbitrio, & facultate emphyteutæ, non in illius
obligatione, & neceſſitate alienandi, veluti faten-
tur contrarii, nimirùm *Roderic. de ann. reddit.*
*lib.*2.*q.*22.*n.*39.*Niger de laudem.tom.*1.*q.*12.*art.*3.
*n.*77. *in fine, Pereyra de Caſtro deciſ.Portugall.*26.
*nu.*2.*in fine verſ.& licet emphyteutæ*, & Dominus
ea lege conceſſit emphyteuſim, ut apud emphy-
teutam, ejuſque hæredes perpetuò eſſet, *Cyriac.* 70
*controv.*205.*nu.*200. adeò, ut experientia docet,
quòd

quòd emphyteuſis in eadem familia centum, bis
71 centum, & pluribus annis citrà alienationem
durare poteſt, nec hinc Domini conditio dicitur
facta deterior, nec Dominus de hoc conqueri
valet, *Niger de laudem. tom.*1.*qu.*12.*artic.*3.*n.*77,
in fine, *Papon. Arreſt. lib.*1. *tit.*14. §.4. *in princip.*
72 *verſiculo quandoquidem*, immò tale laudemiorum
emolumentum tanquàm pendens ab alieno ar-
bitrio, & facto emphyteutæ, ex alia etiam parte
non eſt conſiderabile, cùm habeat ſe ad eſſe, &
non eſſe, *Niger de laudem. qu.*12. *artic.* 3. *nu.*79.
tom. 1. benè infertur, non poſſe emphyteutam
impediri, nè fideicommiſſo ſubiiciat emphyteu-
ſim ob ſolum laudemiorum præjudicium, quan-
73 do per æquipollens illa ſuppleri poſſunt quinden-
nii ſolutione, & commoditas talium laudemio-
74 rum non eſt habenda in conſideratione uti ve-
niens ſecundariò, ſeu acceſſoriè, & in conſequen-
75 tiam *Cyriac. contr.* 205. *nu.*200. quidquid dicat
Phæb. deciſ. Portugall. 5. *num.*9. *verſ. reſpondetur
enim, & verſ. ſuffragatur in medio par.*1. hanc re-
gulam non procedere reſpectu tertii, ſed inter,
ſolos contrahentes, immò hujuſmodi intereſſe
verè eſſe æquè principale, dum hac lege emphy-
teuticus contractus celebratus eſt, ut nempè
76 apud emphyteutam, ejuſque hæredes perpetuò
remaneret, ità prædicto argumento reſpondet
Alciat. in l. filiusfamilias miles 114. §. *Divi* 11.
*nu.*21. *in fine verſic. ſed tamen*, *ff de legat.*1. *Ripa
ibidem nu.*91. *circà fin. verſ. non obſtat, & conſ.*5.
*n.*9. *in fine de jure emphyt. Cyriac. contr.*205.*n.*210.
*tom.*2. nec eſt verum, quòd ſpes percipiendi lau-
demia in perpetuum penitùs extinguitur, ut ac-
cidit, quando emphyteuſis transfertur in Eccle-
ſiã, etenim in fideicommiſſo non omninò extin-
77 guitur talis ſpes, dum ultimus de linea vocatorũ
poteſt alienare, & ſic quandoque poteſt eſſe lo-
cus ſolutioni laudemii non obſtante emphyteuſis
vinculo, ut reſpondet *Marta de ſucceſ. leg. par.*4.
*qu.*21. *artic.*19. *nu.*61. *cum ſeqq.*

Non V. Quòd cùm poſſeſſor majoratus ſem-
per eſt perſona potens, & ob ejus potentiam non
78 tàm facilè ab illo emphyteutica penſio exigi po-
teſt in notorium directi Domini præjudicium
79 *Phæb. deciſ. Luſitan.*5. *nu.*8. *par.*1. quia non ſem-
per poſſeſſor majoratus eſt potens.

Minùſque facit replicatio *Roderic. de ann. red-*
80 *dit. lib.*2. *qu.*22. *nu.*39. *in princip. verſ. nec etiam
obſtat*, quòd videlicet prohibita in fideicommiſſo
alienatione emphyteuſis, alienatio non eſt in fa-
cultate ſucceſſoris in emphyteuſi, ſi enim emphy-
teuta habet libertatem non alienandi emphyteu-
ſim, cur eandẽ cõmunicare non poterit ſucceſſori
abſq; præjudicio Domini, aliàs ſequeretur abſur-
dum, quòd Dominus poſſet cogere emphyteutã
ad alienandum, nè laudemiis defraudaretur.

Eodem fermè pacto corruit replicatio *Pe-*
81 *reyr. de Caſtro deciſ. Luſitan.* 26. *n.*2. *in fine verſ.
& licet*, animadvertentis, quòd hoc modo tolle-
retur naturalis potentia, dum res emphyteutica
redderetur inalienabilis, quippè eadem inaliena-
bilitas (ut ità dicam) contingere poteſt in em-
phyteuta, & ſic nihil intereſt, quòd quoque illa
contingat in fideicommiſſario.

Non VI. Quòd hæredes privarentur hac via
82 libertate alienandi ſibi ipſis conceſſa à lege, ut
arguit *Manent. de jure contract. livellar. q.*1. *pact.*7.
*nu.*16. *cum ſeqq.* quia ſequeretur abſurdum, quòd
nemo fideicommiſſum inſtituere poſſet, nè tolle-
ret ſucceſſoribus libertatem alienandi.

Non VII. Denique, quod ſequeretur, Em-
phyteutam cum ſuo Fideicommiſſo plus poſſe,
quam Dominum, & ligare manus Domini, quin 83
poſſet concedere licentiam ſucceſſoribus aliena-
re volentibus, *Manent. de jur. contract. livell. q.*1.
*pact.*7. *n.*16. quia Emphyteuta, ut Emphyteuta
ratione utilis dominii plus poteſt, quàm Domi-
nus, dum cogere poteſt Dominum ad conſen-
tiendum alienationi Emphyteuſis in perſonam 84
idoneam juxta vulgatam *l. fin. C. de jure Emphyt.
Fulgin. de jure Emphyt. tit. de alienat. qu.*1.*n.*229.
*cum ſeq. & qu.*11. *nu.*1. Dominus autem cogere
non poteſt Emphyteutam ad alienandum, im-
mò Emphyteuta, prohibendo hæredi alienatio-
nem, utitur jure ſuo, nec Domino injuriam fa-
cit, mandando, quod ipſe, ſi viveret, facere
poſſet, Emphyteuſim nunquam alienando, non
omiſſo, me arbitrari, non rectè ratiocinari *Ma-* 85
nent. loc. mox citat. etiam in caſu conſuetudinis
Mantuæ, ſub motivo, quòd non debeat valere
Fideicommiſſum in Emphyteuſi eo, quòd cùm
Mantuæ feudum, & Emphyteuſis ſint redacta 86
adinſtar allodialium, ſicque effecta alienabilia
ob penuriam allodialium, non poſſent effici ina-
lienabilia ex ſola cauſa privata ipſius nempè Fi-
deicommittentis, quæ poſtponitur publicæ, ut
ſunt commercia, nevè aliàs hoc pacto derogetur
conſuetudini, quando nemo facere poteſt, quin
leges, & conſuetudines non habeant locum in
ſuo teſtamento, quia præmiſſo, quòd Fideicom-
miſſum etiam eſt cauſa publica, ut bona conſer-
ventur, conſuetudo Mantuæ neminem cogit ad
alienandum, ſed ſolùm permittit alienari, et ſic
eſt facultativa, cujus favori inducto quiſquis
renunciare poteſt, & quando lex ſe habet permiſ-
ſivè, non autem præceptivè, quiſquis facere po-
teſt, ut non habeat locum in ſuo teſtamento,
omiſſo, quòd quando etiam eſſet per modum
præceptiva, ad ſummum conſuetudo procede-
ret inter vivos, non in ultima voluntate; ultra-
quamquòd videtur diſputabile, an talis conſue-
tudo ſubſiſtat tanquàm præjudicialis Domino
in laudemio, quod habiturus eſſet, ſi illa non
adeſſet, & denùm neſcio, quomodò *Manent.
loc. alleg.* non animadvertat ad naturam bono-
rum Emphyteuticorum in Mantuana Civitate,
quæ cùm ſit juxta tradita per *Rot. coram Coccino
dec.*2234.*nu.*11. *cum ſeqq.* tranſitoria ad extra- 87
neos; hinc ſequitur procul dubio poſſe Fidei-
commiſſo ſubiici, et ſic operatur contrarium ef-
fectum, quòd nempè Emphyteuta tàm inter vi-
vos, quàm in ultima voluntate poſſit ad libitum
de Emphyteuſi diſponere, ut de ſimili Emphy-
teuſi in ditionibus Farſen. & Ravennaten. *Spa-
da conſ.*240. *n.*1. *& per tot. lib.*2. *Card. de Luca de
Emphyteuſi diſc.*3.*n.*24. *diſc.*8 *n.* 2. *&* 3. *& diſc.*9.
*n.*10. *Rota coram Card. Celſo dec.*295. *n.*8. *Merlin.
dec.*699. *n.*19. *cum ſeqq. ac in recentior. dec.*152.
*n.*2. *par.*2. *dec.*371.*n.*25. *par.*5. *tom.*1. *dec.*261.*n.*8.
*cum ſeq. par.*10. *dec.*71. *nu.*1. *cum ſeqq. parte* 19.
*dec.*621. *n.*7. *cum ſeqq. ead. par.*19. *tom.*2. & in
ſimili conſuetudine Terræ Pontiani *coram Ninot.
dec.*40.*n.*6. *& in Nullius, ſeu Terræ Pontiani Im-
miſſionis* 26. *Junii* 1709. §. *Verùm & huic fun-
damento, coram Reverendiſs. Anſaldo Decano.*

Adeò autem vera eſt, adeòque benè fundata
Ii 2 noſtra

noſtra opinio, ut ex Doctoribus tenentibus con-
trariam plures ſaltem noſtram admittant in ca-
ſu, quo agatur de Emphyteuſi perpetua, quia
ex ſua natura perpetuò eſſe debet penès Emphy-
88 teutam, & ſucceſſores, hincque nulla fit injuria
Domino directo, ſi ſecundùm naturam ſuam
perpetuò prohibeatur alienari, ut fatentur *Caldas
Pereyra q. forenſ. lib. 1. quæſt. 23. n. 72. ubi antè med.
verſ. ſed prima opinio*, de probabiliori, *Pinheyr.
de Emphyteuſi par. 2. diſp. 4. n. 144. Alvarez Pegas
forenſ. cap. 9. n. 34. in fine, Pereyra de Caſtro dec. Por-
tugall. 26 n. 7. in med verſ. licet non diffitebor*, ubi
ita in praxi ſervari, *Cabed. dec. Portugall. 130. n. 1.
par. 1. Gama deciſ. Portugall. 70. n. 1.* ubi ita judi-
89 catum, Emphyteuſis nanque perpetuò durat,
& reputatur hæreditas Emphyteutæ, *Phæb. dec.
Portugall. 5. n. 3. in princip. verſ. & Emphyteuſis,
90 par. 1.* ubi ità haberi in *Reg. noſtra Ordin. Portu-
gall. lib. 4. tit. 96. §. 23. & tit. 97. §. 2.* immò iidem
91 fatentur, quòd juxta noſtram aliàs in Senatu
Luſitaniæ fuiſſe reſolutum, quando Emphyteu-
ſis fuerit ad generationes, ſivè nominationes, ſeu
92 (ut noſtri Luſitani ajunt) ad vitas, & Caſtella-
93 ni, ad voces, *Gama deciſ. Luſitan. 70. n. 2. in fine,
verſ. & ſunt, qui hoc intelligant, & dec. 214. n. 3.
& 5. in fine*, & è contrà quòd juxta noſtram fue-
rit determinatum in Emphyteuſi ad vitas, ut
ait *Cabed. deciſ. Portugall. 130. n. 3. par. 1.* ſentiat
in hoc caſu tutius eſſe, à Domino directo facul-
tatem impetrare. Attamen loquendo cum pro-
94 prietate ſermonis differt generatio à vita, etenim
cùm datur Emphyteuſis ad vitas, quot ſunt per-
ſonæ in Emphyteuſi ſuccedentium, tot ſunt vitæ,
& cùm datur ad generationes, omnes perſonæ
ejuſdem gradus habentur pro una generatione,
95 ideſt omnes filii ſunt una, ſeu prima gèneratio,
nepotes alia, ſeu ſecunda, & pronepotes altera,
ſeu tertia, *Parlador. quotid. differ. 71. §. 2. nu. 11.*
96 quamvis alii nec perpetuam Emphyteuſim poſſe
vinculari ſenſerint, inter quos *Addens ad Rey-
noſ. obſ. 70. n. 17. in princip. Britt. in cap. potuit 4.
de locat. §. 2. n 54. Carvalh. de utraq. quart. par. 2.
n. 315. verſ. occaſione*, ubi ità in ſupremo Luſita-
niæ noſtræ Regio Senatu non ſemel judicatum,
*Veigas in l. filiusfamilias miles 114. §. Cùm quis ff.
de legat. 1. in fine verſ. in lege finali*, prout etiam
97 admittunt poſſe Fideicommiſſo vinculari Em-
phyteutica bona de conſuetudine, ut Mantuæ,
& alibi, vel ex Bulla Bonifaciana Ferrariæ, & in
Cathalonia, adinſtar allodialium, *Peregrin. de
Fideicommiſs. artic. 6. nu. 29 in fine cum ſeqq. Cor-
tiada deciſ. Cathalon. 284. nu. 54. cum ſeq. parte 5.
Rota coram Ninot dec. 40. n. 6.*

Omiſſo, quòd cum inter DD. contrarios mi-
litet *Alciat. conſ. 8. n. 16. cum ſeqq lib. 6. tom. 2.*
qui *in l. filiusfamilias miles 114. §. Divi 11 ff. de
legat. 1. n. 21. verſ. ſed nunquid Emphyteuta*, pro
noſtra ſententia ſit, ſequendus venit potiùs in
98 commentariis, quàm in conſiliis, *Marta in con-
ſil. præfat. n. 67.* & ſemper ſequenda eſſet opinio
99 *Alciati in commentar.* uti poſterior, *Honded. conſ.
75. n. 48. lib. 2.* nec valdè urgere debet auctoritas
Alciati conſulentis quantunvis doctiſſimi Juriſ-
conſulti, dum ſæpè magis egeſtatis cauſa con-
100 ſulvit, & Clientibus morem geſſit, teſte *Rubeo
practicab. cap. 40. nu. 257.*

Suntque alii DD. qui magis accedentes ad
noſtram ſententiam, diſtinctionis fædere, aſſe-
runt poſſe Emphyteuſim Fideicommiſſo vincu-
lari accedente tamen conſenſu Domini, immò 101
noſtram opinionem ità eſſe intelligendam con-
tendunt *Marta de ſucceſs. legal. par. 4. quæſt. 21.
artic. 19. n. 61. cum ſeqq. Carvalh. de utraque quar-
ta par. 2. n. 315. verſ. occaſione. Phæb. deciſ. Lu-
ſitan. 5. n. 9. verſic. ſed non oberit, cum ſeqq. verſic.
tom. 1.* non animadvertunt tamen ſibi contradi-
cere, etenim ſi inter alia motiva DD. contrarium
ſentientium, potiſſimum eſt illud fundatum in
præjudicio directi Domini ob amiſſionem lau-
demiorum, & carentiam commiſſorum, ſequi-
tur, quòd etiam procedendo cum hac diſtinctio-
ne, nempè vinculari poſſe Emphyteuſim conſen-
tiente Domino, adhùc ipſe Dominus remaneat
defraudatus laudemiis, & commiſſis, ſicque
ſemper noſtra opinio videtur probabilior, verior,
communior, & tutior, per quam mediantibus
quindenniis conſulitur Domino, & teſtatoris
Fideicommittentis diſpoſitio ſervatur.

Nec amplector diſtinctionem eorum, qui aſ-
ſerunt, poſſe quidem Emphyteuſim vinculari, 102
ſi eſt perpetua, ut in noſtro Portugalliæ Regno,
ubi bona provenientia de bonis regalibus, in il- 103
lis partibus *Reguengos* nuncupata, apud Hiſpa-
nos *Realengo*, idem quod Emphyteuſis Reipu-
blicæ, & fiſci, juxta *Ordin. Reg. Portugall. lib. 2.
tit. 16. & lib 4. tit. 36. §. penult. Caldas Pereyra de
jure Emphyt. tit. de extinct. cap. 2. à n. 9. & cap. 4.
n. 35. Valaſc. eod. tract. q. 13. ſub n. 1. verſ. hoc autem,
& qu. 38. in fine, Rebell. de oblig. juſtit. parte 2.
lib. 3. qu. 4. n. fin. Fragoſ. de regim. Reipub. Chriſt.
tom. 3. diſp. 10. §. 3. nu. 11. Pinheyr. de Emphyteuſi
par. 2. diſp. 4. ſect. 7. §. 9. nu. 154. Gama deciſ. Por-
tugall. 142. n. 2. Cortiada deciſ. Cathalon. 284. per
tot. tom. 5.* fatentur poſſe ſine Domini conſenſu
vinculari, quia cùm non cadant ſub commiſſo, 104
in nihilo præjudicatur Domino, *Carvalh. de
utraque quarta par. 2. n. 315. in fine verſ limitabi-
tur*, etenim, quantunvis Emphyteuſis ſit perpe-
tua, & tanquàm talis, alienabilis ſine pæna ca-
ducitatis, nec amplius reverſiva ad Dominum,
attamen poteſt conſiderari præjudicium Domi-
ni in aliquo caſu, dum poteſt Emphyteuta de-
cedere ſine teſtamento, vel ſine hærede ab inte-
ſtato, ità, ut, ſi Emphyteuta non annecteret Fi-
deicommiſſo Emphyteuſim, Dominus illam uti
ad ſe reverſam prætenderet, niſi dicendum, quòd
in illa foret ſucceſſurus fiſcus.

Qui verò ſequi voluerit ſententiam aſſerentiū
Emphyteuſim poſſe conſtitui in Fideicommiſſo,
dummodò accedat conſenſus Domini directi,
non hinc putet, conſenſum Domini operari
exemptionem à quindennio, benè quidem ope-
rari, nè Emphyteuſis ob injunctum Fideicom-
miſſi vinculum cadat in commiſſum, dum Do-
minus conſentiendo hujuſmodi vinculo, ſemper 105
cenſetur jus ſuum ſalvum, ac intactum ſervare,
& ſic nunquam renunciare quindennio, nec ra-
tio *Martæ de ſucceſſ. legal. par. 4. qu. 21. artic. 19.* 106
n. 61. cum ſeqq. quòd nempè Fideicommiſſum
poteſt extingui, & ultimus vocatus de illo tan-
quàm de bonis liberis diſponere, ſtringit, etenim
accidentaria circunſtantia non tollit, quòd inte-
rim non debeantur quindennia à Fideicommiſ-
ſariis, quandiù durat Fideicommiſſum, cùm
interim Dominus privetur commodo laude-
miorum.

His

His præhabitis, devenio ad principalem reſo-
107 lutionem, & dico, quòd Emphyteuta ſubji-
cente Emphyteuſim ſtrictiſſimo vinculo Fidei-
commiſſi cum prohibitione alienandi bona Em-
phyteutica effecta Fideicommiſſaria ſub pæna
caducitatis, vocatus tenetur ſolvere quinden-
nium, *Salzed. de lege Politic. lib.2. cap.2. à n.15.
uſque ad n.54. Cortiada deciſ. Cathalon.284. n.53.
in quæſt.5. par.4.repetit.par.5.& poſt Tract. in or-
dine la IV.int.Deciſion.exter.*

108 Neque facienda eſt magna vis in *Matthæu de
Regim. Regni Valentiæ cap.2.§.5. n.119. cum ſeq.*
quanvis contra noſtram reſolutionem ſentiat,
quindennia non deberi ex Emphyteuſi Fidei-
commiſſo ſuppoſita, quia eſt unicus (quod
109 ſciam) in ſua opinione, nec aliqua ſuum di-
ctum munit auctoritate, etiamſi nonnullas de-
ducat rationes meo tamen judicio futiles.

I. Equidem fundata in eo, quòd cùm quin-
dennia ſint inducta conſuetudine, vel conven-
tione, ſi extat conventio, ſumus extrà dubium,
conſuetudo potiùs extet in contrarium nunquã
ſolvendi quindennia ex conſtitutione Fideicom-
miſſi, ideoque ea non deberi, dum conſuetudo
uti ſtricti Juris non extendenda de perſona ad
perſonam, nec de re ad rem, etenim neſcio vi-
110 dere aſſertam conſuetudinem in contrarium, &
puto, *Matthæu* forſitan loqui de particulari con-
111 ſuetudine in Regno Valentiæ vigente; immò
quantunvis quindennia ortum habeant à con-
ſuetudine, hujuſmodi conſuetudo eſt fundata
ſuper indemnitate Domini directi, & ſic eſt ex-
tendibilis ad omnem caſum, in quo adeſt dam-
num Domini. Eodemque pacto venit intelli-
112 gendus *Creſp. obſ.106. n.10. cum ſeqq. & nu.17.
par.2.* ubi prætendere hoc caſu quindennium, eſ-
ſe rem novam, injuſtam, & contemnendam uti
nec Jure, nec conſuetudine probatam.

Reſpondendum autem ad motivum *Creſp.loc.
citat. n.13. in fine*, quòd cùm nempè Emphyteu-
ta Fideicommiſſum inſtituens in Emphyteuſi,
jure ſuo utatur, & diſponat de dominio utili, id
113 faciens, non ut directo Domino noceat, ſed ut
ſibi, & familiæ proſpiciat, & in ſuo nomine,
ſivè ſucceſſoribus rem conſervet, conſequenter
ad nullam refectionem, aut damni ſolutionem
mediante quindennio tenetur, quia re vera ne-
gari nequit, proprietarium, ſive Dominum di-
rectum ſentire damnum, ideòque æquitas poſtu-
lat, ut mediante quindennio illud ſolvatur, ac
reficiatur. In nihilum relevante, quòd præju-
114 dicium Domini uti ſecundarium non venit in
conſideratione, *Creſp.obſ.106.n.5.cum ſeq. & n.9.
in fin.par.2.* ubi exemplificat in fiſco, qui etiam læ-
ditur ex prohibitione alienationis, cùm jus ga-
bellæ amittat, ſi res inalienabilis fiat, & tamen
non poteſt vetare hujuſmodi fundationes, etiam
quæ abſque Regio aſſenſu fiunt, quia quod in
eis conſtituitur, eſt conſervatio, & favor fami-
liæ, quæ omnem fraudis præſumptionem exclu-
dit, cui argumento non facilè reſponderi poſ-
ſe ait *Anguian. de legib. lib.3. contr.12. num.16.
& 24.* idemque *Creſp. nu.6.* exemplificat in fre-
quenti clauſula in majoratibus etiam abſque Re-
gia facultate conſtitutis, ut, ſi ſucceſſor crimen
læſæ Maieſtatis commiſerit, vel alius, in quo con-
fiſcationis bonorum pæna impoſita ſit, hora de-
licti præambula cenſeatur Majoratu privatus, &
in immediatum ſucceſſorem translatum Fidei-
commiſſum, ſicque excluditur fiſcus.

Minimèque obſtat alia ratio ejuſdẽ *Matthæu
loc.cit.n.121.cum ſeqq.* quòd præjudiciũ Domini
directi ob amiſſionẽ laudemiorum, etiam quan-
doque ceſſat in Fideicommiſſo, nec adeò con-
ſtans, perpetuum, & verum eſt, quòd ex funda-
tione Fideicõmiſſi, ſeu majoratus in Emphyteuſi
ipſa Emphyteuſis evadat omninò inalienabilis,
ſunt enim plures caſus, in quibus rectè, & Jure 115
alienari poteſt *Creſp.obſ.106.n.7.par.2. Anguian.
de legib. lib.3. controv.12. nu.18. cum ſeq.* ſicque
quòd, licet in Fideicommiſſo prohibita ſit alie-
natio, tamen à manu mortua differt, dum Fi-
deicommiſſum paſſim videmus alienari, quan-
do nempè non exiſtentibus bonis liberis pro mu- 116
liere dotanda, vel pro dote reſtituenda diſtra-
huntur ad terminos famigeratæ *Auth. res, quæ
C. commun. de legat.* in caſu, quo ad alimenta
Fideicommittens teneatur, in caſu captivitatis, 117
aut carceris poſſeſſoris, in caſu neceſſitatis refi- 118
ciendi alias res prætioſiores, in caſu redemptio- 119
nis alterius rei ab hoſtibus captæ, in caſu æris 120
alieni Fideicommittentis, in caſu utilitatis ipſius 121
Fideicommiſſi, in caſu remunerationis ſervitio- 122
rum, in caſu conſtructionis Eccleſiæ, in caſu ma- 123
gni honoris, quo ſplendor domus, vel ſucceſſo- 124
rum augeatur, aut ſi titulo dignitatum regiarum,
Marchionis, Comitis, Vicecomitis, vel Baronis,
qui hæc non habeat, decoretur, vel ad gradum,
ſivè ſphæram primorum Magnatum aſcendatur,
in caſu utilitatis publicæ, vel alicujus magni ob- 125
ſequii, ſivè inſignis ſervitii Regi faciendi, in ca-
ſu denique extinctionis vocatorum, tunc enim 126
res redit ad ſuam naturam, fitque alienabilis, ut
dictos caſus, & ſimiles refert *Creſp. obſ.106. n.8.
par.2.* Undè non ſemper Dominus fraudatur ju-
re laudemiorum, ſed bona penès manum mor-
tuam inalienabilia evadunt ratione poſſeſſoris,
quia hujuſcemodi caſus nõ ſunt habendi in con-
ſideratione tanquàm raró contingibiles, & à ca- 127
ſu, ſeu caſualitate dependentes, dum etiam alii
caſus in Eccleſia Domina utili ſunt contingibi-
les, quæ alienare poteſt ſervatis ſolemnitatibus
à Jure præſcriptis in bonorum Eccleſiaſticorum
alienatione, nempè quando alienatio in ejus ce-
dit utilitatem, attamen non hinc ceſſat obliga-
tio ſolvendi quindennia Domino directo, ſed,
etiamſi forſitan pluriès dari poſſent tales caſus,
adhùc non remanet conſultum Domini indemni-
tati circà laudemiorum receptionem, cùm ex
iſtis alienationibus tanquàm ex cauſa neceſſaria
provenientibus non deberentur laudemia Domi- 128
no, et ſic adhùc Dominus illis remaneret defrau-
datus; immò, quantunvis prætendere poſſet lau-
demia Dominus ex alienatione coactiva, pro-
indèque in laudemiis nullum præſentiret detri-
mentum, attamen ex alia parte circà commiſſi
pœnam nunquam illi locus eſſet, et ſic nunquam
reverteretur ad Dominum Emphyteuſis, quia
alienando ex cauſa neceſſaria Emphyteuta mul- 129
ctari nequit pœna caducitatis.

Poſſet etiam addi III. ratio ad ſenſum *Mat-
thæu*, deducta in ſimili ex *Card. de Luca de Em-
phyteuſi diſc.32. nu.12.* quòd nimirùm non mili-
tat eadem ratio in Emphyteuſi ſuppoſita Fidei-
commiſſo, quæ urget in Emphyteuſi penès ma-
num mortuam, eo, quòd durante mundo illa
Em-

Emphyteuſis evadit durabilis apud manum mortuam, & apud eandem inalienabilis, vel ſaltem difficiliùs, & rariùs alienatur, hæc verò ſuppoſita Fideicommiſſo eſt frequentiùs alienabilis, dum juxta humanarum rerum contingen-
130 tiam etiam ad paucos annos, vel menſes, copioſarum generationum finem quotidiè experimur, ſed ratio hujuſmodi valdè frivola eſt, quia non debet Dominus dependere ab eventualita-
131 te, nec habenda ratio ad caſus raros, ſed ad frequentes ad *text. in l. ea, quæ raro* 64. *l. in obſcuris* 114. *ff. de reg. Jur. l. Jura* 3. *l. his* 4. *l. nam ad ea* 5. *ff. de legibus*.

Differentia inſuper maxima verſatur inter
132 unam, & alteram Emphyteuſim, qui enim inſtituit Fideicommiſſum in re Emphyteutica, actum licitum facit, & jure ſuo utitur, qui verò Emphyteuſim in manum mortuam transfert, actum gerit prohibitum, & contra Jus *Creſp. obſ.* 106. *n.* 12. *par.* 2.

133 Nil demùm relevant *Curtius Junior conſ.* 171. *per tot. Soccin. Jun. conſ.* 72. *nu.* 74. *cum ſeq. lib.* 1. *Bardellon. con.* 93. *nu.* 72. *Marta conſ.* 192. *nu.* 13. *cum ſeq. Manent. conſ.* 106. *nu.* 1. *& per tot. vol.* 2. *in ordine conſ.* 1. *poſt ſuas deciſion. Mantuan. & de contract. livellar. pact.* 7. *nu.* 16. afferentes feudum, aut emphyteuſim fideicommiſſo ſupponi non poſſe, quia loquuntur in caſu particularis conſuetudinis Mantuæ, per quam feuda ſunt alienabilia favore commercii ob penuriam bonorum allodialium in illis Partibus, ut fatentur iidem *Manent. nu.* 38. *& conſ.* 41. *nu.* 25. *vol.* 1. *& Bardellon. conſ.* 93. *nu.* 63. *verſ. inſuper ex abundanti*,
134 vel loquuntur contra communem, de qua nos ſupra.

Non omittendum, quòd in locis, ubi ſolvi non ſolent ob emphyteuſis alienationem laudemia,
135 ſicuti in Statu Montisferrati ſolvi non ſolent ob feudi alienationem, ex *Manent. conſ.* 106. *nu.* 39. *vol.* 2. *in ordine* 1. *poſt ſuas deciſ. Mantuan.* ità nec ſolvenda ſunt quindennia eo caſu de emphyteuſi fideicommiſſo ſuppoſita, niſi remaneat ſcrupulus aliquis ſuper hoc, eo, quòd, quanvis eo caſu non poſſit conſiderari præjudicium Domini in talis emphyteuſis alienatione ob non debita laudemia vigore conſuetudinis illa non ſolvendi in
136 certo loco, attamen ex alia parte ob durationem fideicommiſſi de ſui natura perpetui videtur adhùc conſiderari damnum Domini, hoc enim modo non eſt locus devolutioni, & ſic ex hac cauſa videretur applicabilis noſtra principalis reſolutio ſuper ſolutione quindenniorum, de
137 hoc tamen non figo pedem, ſed id relinquo cogitandum.

ARGUMENTUM.

Emphyteuta manus mortua, ſubemphyteuticando de conſenſu Domini, alteri manui mortuæ, ſivè etiam Layco, liberatur à ſolutione quindennii, & onus illud ſolvendi transfunditur in ſubemphyteutam.

SUMMARIUM.

1 *Materia ſublocationis eſt frequentiſſima.*
2 *Non minùs frequens eſt materia ſubemphyteuticationis.*
3 *Subemphyteuſis eſt conceſſio ab emphyteuta facta alteri.*
4 *Vulgò appellatur emphyteuſis ſubalterna.*
5 *Subfeudum latinè ſubbeneficium.*
6 *Apud Gallos retrofeudum.*
7 *In Portugallia* prazo de prazo.
8 *Vel* fateoſi de fateoſi, afforamento de afforamento.
9 *Emphyteuta ibidem dicitur* foreiro.
10 *Latinè quoque* livellus, livellarius, livellare.
11 *Idem ſonat* ſubinveſtitura, ſubinveſtire.
12 *An* livellus *ſcribendus cum littera B.*
13 *Auctori non arridet ſcribi cum litera B. & cur.*
14 *Adducitur alia ratio ab Auctore.*
15 *Auctor tamen id relinquit pertinacibus.*
16 *Emphyteuta poteſt ſubemphyteuticare.*
17 *Citrà Domini tamen conſensû non ſubemphyteuticat.*
18 *Talis conſenſus præſumitur ex lapſu temporis.*
19 *Facta ſubemphyteuticatione de conſenſu Eccleſiæ dominæ directæ, ſubemphyteuſis non dicitur eſſe de juribus Eccleſiæ, prout eſt prima conceſſio.*
20 *Subemphyteuſis eſt ſpecies alienationis.*
21 *Ex ſubemphyteuticatione debetur laudemium.*
22 *Feudatarius ſubinfeudare poteſt abſque conſenſu Domini.*
23 *Subfeudatarios habendo, meliùs inſervitur Domino.*
24 *Ex ſubemphyteuticatione non transfertur utile dominium.*
25 *Subemphyteuta ſubemphyteuticare poteſt.*
26 *Emphyteuta exigere poteſt penſionem à ſubemphyteuta.*
27 *Apud ſubemphyteutam remanent reliquiæ dominii.*
28 *In ſubemphyteutam transfertur utile dominium.*
29 *In ſubemphyteutam transfertur utile dominium alterius ſpeciei.*
30 *Rejicitur* Marſil. de fidejuſſor. num. 214.
31 *Feudatarius poteſt ſubinfeudare irrequiſito Domino.*
32 Niger de laudem. tom. 1. qu. 10. art. 1. num. 27. *ſibi contradicit.*
33 *Laudemium idem eſt quod approbatio.*
34 Niger *parùm ſibi conſtans.*
35 *Laudatur* Sarmient. *& reprobatur* Sel. lib. 3. cap. 2. num. 24.
36 *Singularitatis ambitus vitium pluribus familiare.*
37 *Laudatur* Parlador.
38 Sarmient. *ſibi contrarius* Select. lib. 3. cap. 2. num. 26. & 34.
39 Sarmient. loc. cit. n. 25. verſ. non obſtant, *reiicitur.*
40 *Subemphyteuticari nequit alteri.*
41 *Emphyteuſis, ſeu vectigal conſtitui poteſt in re aliena.*
42 *Dominium non eſt de ſubſtantia emphyteuſis.*
43 *Multò minùs de ſubſtantia ſubemphyteuſis.*
44 *Præſcribens, qui habet utile dominium, poteſt emphyteuticare.*
45 *Fideicommiſſarius poteſt emphyteuticare.*
46 *Conductor poteſt ſublocare.*
47 *Translatio dominii non eſt de ſubſtantia locationis.*
48 *Quiſquis in re ſua eſt moderator, & arbiter.*
49 *Emphyteuta ſubemphyteuticare nequit ſine conſenſu Domini.*
50 *Refellitur* Sarmient. loc. cit.
51 *In re aliena emphyteuticanda nullum datur Dominium.*
52 *Diverſum eſt poteſtas ſubemphyteuticandi, & ſubemphyteuticatio.*
53 Sarmient. *confundit terminos.*
54 *Subemphyteuticatio dependet à voluntate Domini.*

55. Sar-

55 Sarmient. *more ſuo confundit terminos.*
56 *Emphyteuta donare poteſt emphyteuſim de conſenſu Domini.*
57 *Idem in emphyteuſi Eccleſiaſtica.*
58 *Reprobatur* Sarmient. Select. lib.3. cap.2. num.1.
59 *Emphyteuſis donari poteſt ſine conſenſu Domini.*
60 *In Gallia res emphyteutica adinſtar allodialis.*
61 *Ex donatione emphyteuſis debetur laudemium.*
62 *Reiicitur* Staiban. Jun. reſol.49. nu.3. cum ſeqq.
63 *Neapoli de conſuetudine non debetur laudemium.*
64 *Immò Neapoli viget contraria conſuetudo.*
65 *Donando emphyteuſim uti allodialem, eſt locus commiſſo.*
66 *Emphyteuſis pignorari, & hypothecari poteſt.*
67 *Iſta alienari prohibita, non cenſetur prohibita hypothecari.*
68 *Hypothecari tamen nequit, ſi deſit ſpes luitionis.*
69 *Cenſus imponi poteſt ſuper emphyteuſi.*
70 *De ſimplici alienatione loquitur* l. fin. C. de jure Emphyt.
71 *Emphyteuticari nequit in potentiorem.*
72 *Vel in pauperiorem, vel minùs habilem.*
73 *Quiſquis præſumitur inops.*
74 *Dominus non tenetur conſentire alienationi.*
75 *Auctor non ſequitur talem opinionem.*
76 *Dominus directus tenetur conſentire ſubemphyteuticationi.*
77 *Emphyteuta ſubemphyteuticans, remanet emphyteuta.*
78 *In caſu alienationis injuſtè donegatur conſenſus.*
79 *Dominus tenetur recognoſcere novũ emphyteutam.*
80 *In ſubſidium conveniri poteſt ſubemphyteuta.*
81 *In quo caſu per ſubemphyteuſim non abdicetur res.*
82 *Reiicitur* Fulgin. de jure emphyt. tit. de contract. emphyt. quæſt. 10. num.13.
83 *Reliquiæ dominii remanent penès primum emphyteutam in caſu, quo ſecundus emphyteuta non ſit approbatus à Domino directo.*
84 *Prout ſi in inſtrumẽto ſubemphyteuſis conveniatur, quòd in caſu extinctionis generationis revertatur ad primum emphyteutam.*
85 *Conductor poteſt ſublocare etiã ſub majori penſione.*
86 *Etiam in caſu pacti de non ſublocando ſine licentia locatoris, non poteſt locator ſine cauſa illam negare.*
87 *Conductor per ſublocationem non liberatur à ſolutione penſionis.*
88 *Reprobatur* gloſa in §. Adeò 3. Inſt. de locat. & conduct.
89 *Emphyteuta emphyteutæ mei non eſt emphyteuta meus.*
90 *Subemphyteuticatio eſt ſpecies alienationis.*
91 *Emphyteuta ſubemphyteuticare poteſt irrequiſito Domino, ſi vigeat conſuetudo ſubemphyteuticandi irrequiſito Domino.*
92 *Talis viget conſuetudo Mediolani.*
93 *Eadem viget in Portugallia, ubi Auctor eſt originarius.*
94 *Ibidem ſubemphyteuticare dicitur* emprazar a face do ſeu prazo, ou a Sombra do ſeu prazo.
95 *Auctor tamen dubitat de tali conſuetudine.*
96 *Conſuetudo eſt altera lex.*
97 *Conſuetudo excuſat à caducitate.*
98 *Feudatarius feudum in emphyteuſim de conſuetudine concedere poteſt.*
99 *Emphyteuta ſubemphyteuticare valet ſine conſenſu Domini, ſi ex pacto id facere poſſit.*
100 *Conductor, etiam invito Domino ſublocare poteſt.*
101 *Emphyteuta fraternizat cum conductore.*
102 *Sæpè dubitatur, an ſit locatio, an emphyteuſis.*
103 *Argumentum à ſimili in Jure eſt validiſſimum.*
104 *Conductor non ſibi, ſed Domino poſſidet.*
105 *Domino magis expedit habere duos emphyteutas.*
106 *Feudatarius ſubinfeudare poteſt citrà conſenſum Domini.*
107 *Emphyteuſis non inclinat totaliter in locationem.*
108 *Nec in omnibus ambulat pari paſſu cum feudo.*
109 *Subemphyteuticatio eſt alienatio.*
110 *Per ſublocationẽ Domini conditio non deterioratur.*
111 *Talis Subconductor non eſt propriè conductor.*
112 *Sublocans ſemper pro Domino poſſidet.*
113 *In permutatione emphyteuſis requirendus Dominus.*
114 *Refellitur* Corbul. de cauſ. privation. emphyteuſ. ampliat.13. num.3.
115 *Emphyteuta donare, & legare poteſt inſcio Domino.*
116 *Novus emphyteuta ut immittatur in poſſeſſionem, requirendus eſt Dominus.*
117 *In Portugallia ſuper hoc* Ordin. Reg. lib.4. tit.64.
118 *Subemphyteuticatio operatur translationem dominii in ſubemphyteutam.*
119 *Vſusfructus conſtitutio Domino non nocet.*
120 *Intelligendo tamen de nuda uſusfructus cõmoditate.*
121 *Emphyteuta tali caſu ſibi potiùs, quàm Domino præjudicat.*
122 *Emphyteuta imponere nequit cenſũ ſuper ẽphyteuſi.*
123 *Melioramenta emphyteuſis tranſeunt ad hæredes Emphyteutæ.*
124 *Modica melioramenta devolvuntur ad Dominum.*
125 *Meliorationes ſunt bona ipſius emphyteutæ.*
126 *Iſtæ legari, donari, & alienari poſſunt.*
127 *Super hoc in Luſitania extat* Ordin. Reg. Portugall. lib.4. tit.77. §.32. in fine.
128 *Reiicitur* Valaſc. de jur. emphyt. qu. 25. num.1.
129 *In caſu conventionis meliorationes ſunt pars prætii.*
130 *Devoluta emphyteuſi ex culpa emphyteutæ, tunc melioramenta devolvuntur ad Dominum.*
131 *Reprobatur* Valaſc. de jur. emph. qu. 25. num.3.
132 *Refellitur* Fulgoſ. ab Hodierna ad Surd. dec.160. num.6.
133 *Emphyteuſis devolvitur ad Dominum libera.*
134 *Refelluntur contrarium tenentes.*
135 *Dummodò tamen adſit ſpes luitionis.*
136 *Et dummodò emphyteuſis non ſit ex pacto, & providentia.*
137 *Ex Statuto Mantuano prohibetur emphyteuſis hypotecatio, niſi de conſenſu Domini.*
138 *Dictum Statutum intrat etiam in emphyteuſi Eccleſiaſtica.*
139 *Talis emphyteuta non cadit à jure ſuo, ſed hypotheca non tenet.*
140 *Non obſtante dicto Statuto, hypothecari poteſt emphyteuſis favore dotis.*
141 *Ad quod facit* Ordin. Reg. Portugall. lib.3. tit.35. §. fin.
142 *In potentiorem ſubemphyteuticari nequit.*
143 *Expirata emphyteuſi, non expirat ſubemphyteuſis.*
144 *Iſta eſt probabilior, & verior.*
145 *Ità judicatum in Senatu Luſitano.*
146 *In ſubemphyteuticatione non habetur ratio emphyteuſis, ſed attenditur ſubemphyteuta.*
147 *Idem practicatur in feudo.*
148 *Reiicitur* Valaſc. conſult. deciſ.71. nu.2. cum ſeq.
149 *Laus* Gamæ *Senatoris Luſitani.*
150 *Affertur* Ordin. Reg. Portug. lib.4. tit.64. §. penult.
151 *Laus* Petri Barboſæ.
152 *Affertur* Ordin. Reg. Portugall. lib.2. tit.17. §.22.

153 *Sub-*

153 *Subemphyteuſis ceſſat per mortem ſubemphyteutæ.*
154 *Jus receptoris reſolvitur reſoluto jure datoris.*
155 *Subemphyteuticatio eſt prorogatio emphyteuſis.*
156 *Reſoluto jure datoris reſolvitur jus accipientis in emphyteuſi, & aliis contractibus.*
157 *Conſenſus Domini præſumitur ex quadragenaria ſubemphyteutæ poſſeſſione.*
158 *Ità deciſum in Senatu Luſitano.*
159 *Quid apud Luſitanos* Levantada de fogo morto.
160 *Quis ob lapſum temporis præſumitur emphyteuta.*
161 *Mentio legis Venetæ.*
162 Menoch. *oculatiſſimus Juriſconſultus.*
163 *Error Typographi occaſione dictæ legis Venetæ.*
164 *Cur in Typographia Camerali de Vrbe tot errores.*
165 *Ex ſubemphyteuticatione debetur Domino directo laudemium.*
166 *In Cathalonia laudemium dicitur foriſcapium.*
167 *Refellitur* Solſona lucern. laudem. 2. princip. qu. poſt num. 8.
168 *Reprobatur* Valaſc. de jur. emphyt. qu. 13. nu. 12.
169 *Subemphyteuta ex culpa in commiſſum incidente, aperitur emphyteuſis Domino.*
170 *Quod militat etiam in feudatario ſubinfeudante.*
171 *Reiicitur* Florez Diaz de Mena. ad deciſ. Gam. 26. num. 2. in fine.
172 *Vtile dominium ſubemphyteuta habet à Domino.*
173 *Primus emphyteuticando tranfert utile dominium in ſubemphyteutam.*
174 *Iſta opinio eſt verior, ac probabilior.*
175 *Subemphyteuticans transferre debet in ſubemphyteutam omne jus, vel eum ponere in ſuo loco.*
176 *Subemphyteuticatio æquiparari poteſt ſublocationi.*
177 *Qui commodum ſentit, ſentire debet etiam onus.*
178 *Subemphyteuta habet eandem qualitatem emphyteutæ.*
179 *Res tranſit cum onere ſuo.*
180 *Conſentiente Domino cuicumque contractui, comprehenditur ſubemphyteuticatio.*
181 *Penſio debetur primo emphyteutæ ratione recognitionis dominii.*
182 *Quindennia ſucceſſerunt in locum laudemiorum.*
183 *Reiicitur* Valaſc. de jure emphyt. qu. 13. nu. 11.
184 *Emphyteuta non remanet proximior Dõino directo.*
185 *Ad ſubemphyteuticandum non eſt neceſſe, quòd transferatur integrum dominium.*
186 *Dominus directus tenetur conſentire alienationi.*
187 L. fin. C. de jure emphy. *non intrat in ſubemphyteuſi non totaliter abdicativa.*
188 *Per multiplicationem obligatorum fiunt ſecuriora jura Domini directi.*
189 *Domini conditio fieri debet longè melior, cùm multiplicentur obligati.*
190 *Emphyteuta per ſubemphyteuſim non deſinit eſſe emphyteuta Domini directi.*
191 *Si alienatarius ſecundi emphyteutæ fiat non ſolvendo, cedit damno emphyteutæ, & non Domini.*
192 *Laudemium ſolvendum ſubemphyteuticanti.*
193 *Antiqua Rota tenet, laudemium ſolvendum.*
194 *Facta ſubemphyteuticatione ad tertiam generationem, videtur interveniſſe vera alienatio.*
195 *Dominus tenetur conſentire puræ alienationi.*
196 *Subemphyteuſis eſt alienatio interpretativa.*
197 *Per ſubemphyteuticationem Emphyteuta non deſinit eſſe Emphyteuta.*
198 *Emphyteuta dicitur dominus reſpectu ſubemphyteutæ.*
199 *Dicitur quodammodo directus dominus.*
200 *Reliquiæ dominii ſunt modici momenti.*
201 *In ſubemphyteuticatione requirendus directus dominus.*
202 *Non implicat dari diverſa dominia.*
203 *Non debet eſſe in poteſtate Emphyteutæ præjudicare domino.*
204 *In Jure datur dominium ſubalternum.*
205 *Hoc non habet contradictorem.*
206 *Vnum dominium penès duos aliquandò eſt.*
207 *Gazaga quid ſit apud Hebræos.*
208 *Jus Gazaga non reperitur in Pentatheuco.*
209 *Anconæ Univerſitas Hebræorum tenetur ad penſiones per biennium domorum illocatarum.*
210 *In Vrbe Univerſitas Hebræorum tenetur ad naulum domorum dislocatarum.*
211 *Subemphyteuta naturaliter poſſidet.*
212 *Dominium viri reſpicit dotis adminiſtrationem.*
213 *Contractus talis cenſeri debet qualis à partibus nuncupatur.*
214 *Standum literæ Inſtrumenti, & denominationi ſæpiùs repetitæ.*
215 *Ex parte prohæmiali intentio concedentis elucet.*
216 *Magna reſponſio arguit contractum locationis.*
217 *Præſertim dum promiſſa fuit in pecunia numerata.*
218 *Diſcretiva loquutio diverſitatem arguit.*
219 *Obligatio meliorandi ſapit contractum Emphyteuticum.*
220 *Locatio fieri poteſt ad tertiam generationem.*
221 *Non recedendum à denominatione pluries in Inſtrumento facta.*
222 *Dominium remanet penès primum Emphyteutam.*
223 *Quando locator ſibi reſervat annuam præſtationem, tunc utile dominium apud ipſum remanet.*
224 *In compenſationem laudemiorum ſolvuntur quindennia.*
225 *Conductor longi temporis, alienans non tenetur ſolvere laudemium.*
226 *Pro actu nullo non debetur laudemium.*
227 *Durante cauſa conceſſionis quindenniorum, debetur quoque eorundem exactio.*
228 *Qui cauſam damni dat, damnum emendat.*
229 *Annua penſio debetur pro recognitione dominii.*
230 *Reliquiæ dominii remanent, quando in ſubemphyteuſi conventum eſt, quòd in caſu extinctionis revertatur ad primum Emphyteutam.*
231 *Emphyteuta tenetur ad quindennia, ſi aliquid ultrà reſervet.*
232 *Per alienationem Emphyteuta deſinit eſſe Emphyteuta.*

CAPITULUM LII.

CUm in *ſuperioribus Capitulis* egerimus de perſonis, ſeu de corporibus perſonas repræſentantibus, ad quindenniorum ſolutiones obligatis, in *præſenti Capitulo* ſeſe offert larga meſſes agendi de perſonis, ad quindennia non obligatis, & de perſonis ad quindennia obligatis loco non obligatarum. Sicuti igitur frequentiſſima eſt, & paſſim in foro verſata materia ſublocationis teſte *Carocc. de locat. & conduct. tit. de con-* 1
ductore, ſeu de jure ſublocandi n. 1. antè qu. 1. tit. de ſublocatione, ità non minùs forenſis eſt materia ſubemphyteuticationis. Pro dicendorum 2
autem intelligentia præmittendum arbitror diſſerere, quid ſit ſubemphyteuticatio, ſeu ſubemphyteuſis, & dico, nihil aliud eſſe, niſi conceſſionem Emphyteuſis ab Emphyteuta factam favo- 3
re alterius, ſeu ſubemphyteutæ ſubingreſſionem,

nem, ſubrogationem, ſubſtitutionem Emphyteuticam, & ſubalternationem, ut ait *Caldas Pereyra de jur. Emphyt. lib.*1. *q.*13. *n.*9. *circà fin. Fulgin. eod. tract. in prælud. qu.*7. *nu.*4. *&* 6. *& quæſt.*35. *nu.*1. & vulgò appellatur Emphyteuſis
4 ſubalterna, ſeu ſubalternata, *Fulgin. dic. qu.*7. *n.*6. eo fermè pacto, quo ſubfeudum Latinè ſub-
5 beneficium, ſubfeudatarius Latinè ſubbeneficiatus, ſeu ſubbeneficiarius, apud Gallos retrofeu-
6 dum, & retrofeudatarius, *Freccia de ſubfeud. Rubr. de authorit. & poteſt. Baron. ergà ſubfeudatar. ſub tit. quis dicat. ſubfeudatar. n.*8. *cum ſeqq.*
7 & apud nos in Portugalliæ Regno ſubemphyteuſim vocamus *prazo de prazo*, ut tradit *Molina de contract. tract.*2. *diſp.*449. *n.*14. *poſt med. verſ.*
8 *quem contractum Luſitani*, eademque forma poſſet dici *fateoſi de fateoſi*, ſeu *afforamento de affora-*
9 *mento*, ſicuti Emphyteuta dicitur *foreiro*, & Emphyteuticare *aforar* ex traditis per *Molin. de juſtit. & jur. tract.*2. *diſp.*10. *litera B. col.*1. *verſic.*
10 *Emphyteuſis in principio*, Latinè quoque *livellus, livellarius*, & *livellare* dicitur, *Menoch. conſ.*291. *n.*6. *Fulgin. de jure Emphyt. prælud. qu.*7. *nu.*4. *Valaſc. eod. tract. qu.*35. *n.*1. idemque ſonat *ſub-*
11 *inveſtitura, ſubinveſtire &c. Cyriac. contr.*692. *per tot.* an autem livellus ſcribendus ſit cum litera B.
12 an cum litera V. putat cum litera B. *Niger de laudem. tom.*1. *quæſt.*40. *artic.*6. *per tot. Valaſc. de jure Emphyt. quæſt.*35. *n.*11. *Fulgin. eod. tract. in prælud. qu.*7. *n.*2. *Gonzalez in cap.*1. *n.*4. *poſt med. verſ. undè quia de libelli oblatione*, quod mihi non
13 arridet, quia confunditur cum libello, & libellaticis, ſeu libellatis, quales olim dicebantur Chriſtiani in idololatriā lapſi præ Martyrii timore, etenim talium nomina ſcribebantur in libello, ſeu Cathalogo, *Durant. de ritib. Eccleſ. lib.*1. *cap.*9. *nu.*4. *Macri hierolexic. verbo libellatici*, *Gonzal.*
14 *ubi mox*, & confunditur etiam cum libello, ideſt
15 liberculo, in quo tamen non inſiſto, ſed relinquo pertinacibus, & ſcrupuloſis in ſcribendi forma.

Cujus termini habita notione, præmittendum quoque pro fundamentali baſi noſtræ principalis reſolutionis ſuperiùs deductæ, ac inferiùs
16 comprobandæ, Emphyteutam poſſe ſubemphyteuticare alteri rem ſibi emphyteuticatam, ſivè in Emphyteuſim conceſſam, dummodò tamen ad ſubemphyteuticandum expreſſus accedat directi Domini conſenſus ad *text. in cap. potuit* 4. *de locat. l. fin. C. de jure Emphyt.* juxta communem, & veriorem, inque praxi receptam, de qua *Fabian. de Mont. de empt. q.*22. *n.*14. *Montan. controv.*75. *n.*8. *cum ſeqq. Niger de laudem. tom.*1. *qu.*10. *artic.*1. *n.*27. *Cyriac. contr.*82. *n.*9. *tom.*1. *Avendan. de cenſib. cap.*37. *n.*3. *Duard. eod. tract. tom.*1. *§.*1. *qu.*10. *n.*31. *Carocc. de locat. tit. de jure Emphyt. n.*2. ubi ità de Jure, & de conſuetudine, *Amic. de jur. Emphyt. in præfat. n.*23. *in med. verſ. Emphyteuta verò*, *Valaſc. eod. tract. qu.*13. *n.*11. *& quæſt.*38. *n.*7. *Caldas Pereyra eod tract. lib.*1. *qu.*13. *n* 10. *& qu.*15. *n.*38. *in princip. verſ. probantem*, *Fulgin. eod. tract. prælud.*5. *q.*5. *n.*13. *& tit. de contract. Emphyt. qu.*10. *n.*1. *& tit. de laudem. q.*23. *antè n.*1. *Molina de contract. tract.*2. *diſp.*471. *n.*1. ubi ità etiam in Hiſpania ſervari, *Ceccoper lucubr. lib.*4. *n.*160. *Pinheyr. de Emphyteuſi par.*2. *diſp.*2. *ſect.*4. *n.*50. *cum ſeqq. Bacchonius conſ.*7. *n.*12. *lib.*1. *penès Martianeſ. Cæpolla conſ.*46. *nu.*10. *lib.*2. *Bertazzoll. conſ.*17. *num.*4. *Melius ad Caſtill. de aliment. cap.*62. *n.*15. *Coſcia diſert. reſol.*76. *n.*22. *cum ſeqq. lib.*2 *Manent dec. Mantuan.*29. *n.*10. *Ferrer. deciſ. Cathalon.*162. *in princip. Gama dec. Portugall.*29. *nu.*1. *verſ. nam quanquam, & deciſ.*269. *n.*1. *Vargas deciſ. Neapol.*29. *n.*81. *Borgnin. Cavalcan. deciſ.*30. *n.*3. *in med. verſ. nec uti, & n* 123. *par.*2. Citrà autem Domini conſenſum ſubemphyteuticari nequit 17
ob rationes allatas per *Nigrum de laudem. qu.*10. *artic.*1. *per tot. tom.*1. & conſenſus hujuſmodi in ſubemphyteuticatione requiſitus, cenſetur præ- 18
ſtitus ex temporis diuturnitate *Caldas Pereyra de jure Emphyt. lib.*1. *qu.*15. *n.*38. *circà fin.* attamen Emphyteuta ſubemphyteuticante, ſeu livellante de conſenſu Eccleſiæ Dominæ directæ ſub- 19
emphyteuſis, ſeu ſecunda conceſſio non dicitur eſſe de juribus Eccleſiæ, prout eſt prima conceſſio, ſeu Emphyteuſis, ſed dicitur de juribus privati, & layci, & ſic evadit ſecunda Emphyteuſis tranſitoria ad hæredes extraneos *Manent. deciſ. Mantuan.*29. *n.*5. *& per tot.* & quidem jure merito conſenſus Domini in ſubemphyteuſi deſideratur, quia eſt ſpecies alienationis, & ad Do- 20
minum directum ſpectat ſubemphyteutam inveſtire *Pinheyr. de Emphyteuſi par.*2. *diſp.*2. *ſect.*4. *num.*51. *in princip. verſ fundamentum eſt*, *Reynoſ. obſ.*70. *nu.*17. *verſ. & quemadmodùm Emphyteuta*, *Antonell. de temp. leg. lib.*3. *cap.*7. *n.*27. *Panimolla deciſ.*4. *adnotat.*1. *nu.*23. *Rota coram Coccino dec.*75. *n.*1. *& in recentior. deciſ.*40. *n.*8. *cum ſeqq. & n.*21. *par.*7. *deciſ.*77. *num.*14. *& ſeq. & dec.*237. *n.*3. *par.*17. hinc eſt, quòd ex ſubemphyteuticatione debetur laudemium *Rota deciſ.*262. 21
in princip. ac per tot. parte 5. *recentior. tom.*1.

Nec mirum, quòd Feudatarius ſubinfeudare 22
poſſit abſque conſenſu Domini, agendo etiam de feudo Eccleſiaſtico, *Rota coram Royas dec.*143. *n.*1. *cum ſeq. & in recentior. dec.*40. *n.*20. *par.*7. *dec.*26. *n.*1. *par.*9. ſubemphyteuticare autem Emphyteuta non poſſit abſque conſenſu Domini, quia hoc pendet ex Jure poſitivo, & Legiſlatorum voluntate, qui ità de feudis ſtatuerunt, & ratio diſparitatis, quia feuda conceduntur pro ſervitio, & non intuitu melioramentorum rei feudalis, aliorumque emolumentorum proprietarii, ſicut Emphyteuſes, ideoque ſalvo debito ſervitio major relinqui debuit Vaſſallo, ſeu feudatario libertas ad ſubinfeudandum, quàm Emphyteutæ ad ſubemphyteuticandum, præſertim cum habere ſubvaſſallos, ſeu ſubfeudatarios, potentiorem, & idonejorem reddat Vaſſallum, ſeu Feudatarium ad debita ſervitia perſonalia ma- 23
gnificentiùs exhibenda, *Pinheyr. de Emphyteuſi par.*2. *diſp.*2. *ſect* 4. *n.*51. *in fine*; Emphyteuta 24
enim ſubemphyteuticando, non transfert utile dominium, *Fragoſ. de regim. Reip. Chriſt. tom.*3. *diſp.*9. *§.*3. *n.*19. *cum ſeqq & diſp* 13. *§.*2. *nu.*20. *Pinheyr. de Emphyteuſi par.*2. *diſp.*2. *ſect.*4. *§.*1. *n.*55. *ubi de communi, ubi in fine* quia ſicuti quando Dominus directus conſentit, ut Emphyteuta alienet, id intelligitur concedere ſalvo ſuo directo dominio, ſic quando Emphyteuta impetrat ſimpliciter conſenſum ad ſubemphyteuticandum, intelligendus eſt id facere abſque præjudicio in ſuo dominio utili, immò ſubemphyteuta ſubemphyteuticare poteſt, ſicut ſubfeuda- 25
tarius ſubinfeudare poteſt, *Pinheyr. loc. cit.* §.2. *n.*72.

*n.*72. ſed §.1.*n.*56. dicit utramque opinionem
eſſe æquè probabilem, & æquali fermè probabi-
litate defendi poſſe, nam opinio, quæ tenet,
apud Emphyteutam ſubemphyteuticantem ma-
nere utile dominium, ſolummodò ad ſummum
probat, apud ſubemphyteuticantem manere
reliquias quaſdam utilis dominii, vel, ut alii
loquuntur, umbram quandam illius, ratione
cujus manet quodammodò dominus, hujuſmo-
26 di verò reliquiæ conſiſtunt in exigenda penſio-
ne à ſubemphyteuta, quam Emphyteutæ ſolve-
re tenetur, *Pinheyr. mox cit. nu.*56. *verſ. quòd ſi
quæras*. Alia ratio, quia ſubemphyteuticatio
intelligenda eſt ſecundùm naturam ſubemphy-
teuſis, quæ non poſtulat, ut apud ſubemphy-
teutam maneat proprium dominium utile, ſed
27 tantùm dicta reliquia, ſeu umbra illius, *Pinheyr.
ſæpè laudato n.*56. *in med.* Alia ratio, quia de in-
28 trinſeca natura ſubemphyteuticationis eſt, ut
per eam in ſubemphyteutam transferatur utile
dominium, indè fieri nequit, ut quis licentiam
impetret ad ſubemphyteuticandum abſque præ-
judicio, & amiſſione dominii, quod anteà ha-
bebat, *Pinheyr. decantato n.*56. *in fine*. Alia ſen-
tentia contraria fundatur in eo, quòd in ſubem-
29 phyteutam ad ſummum transfunditur dominiū
utile alterius ſpeciei, & ſubalternum, *Pinheyr.
n.*57. *in fine cum ſeqq.*

Cùm itaque Domini beneplacitum exigatur
30 ad ſubemphyteuticandum, non ſequor opinio-
nem *Marſilii de fidejuſſor. poſt Neguzant. de pi-
gnor. n.*214. tenentis, directum Dominum cogi
poſſe ad ſumendum ſubemphyteutam, nec benè
Marſilius ſe fundat in auctoritate *Angeli in l.mu-
rilegul* 11. *C. de murilegul. lib.*12. quia ultra-
quamquòd Rubrica eſt in *libro* 11. *Angeli* apud
Baldum fratrem, nihil ad dictum dicit; minùſ-
que per *Marſilium* applicatur dictum *Corſetti in
ſuis notabilib. ſeu ſingular. verbo feudum*, quia
loquitur in Feudatario, qui, ut ſuprà diximus,
nihil in hoc habet commune cum Emphyteuta,
31 dum Feudatarius, ſeu Vaſſallus de Jure com-
muni poteſt ſubinfeudare etiam irrequiſito Do-
mino, quod facere nequit Emphyteuta.

In nihilum relevante *Nigro de laudem. tom.*1.
*qu.*10. *artic.*1.*n.*27. qui tenet Emphyteutam per
32 ſe poſſe alteri ſubemphyteuticare, quia *Niger*
in hoc ſibi contradicit, dum poſteà inferiùs *eod.
tom.*1. *qu.*40. *artic.*6. *n.*11. *cum ſeqq.* firmat, ſe-
quuta ſubemphyteuticatione deberi directo Do-
mino laudemium, & ſic tacitè, vel (ut ajunt
Philoſophi) implicitè, fatetur, requiri ad ſub-
emphyteuticationem Domini conſenſum, cùm
alias, ſi non requireretur, profectò non deberetur
eidem laudemium in ſignum ſuperioritatis, &
33 pro approbatione, ſeu laudatione, & ut ſonat
vocabulum laudemii, ex *eod. Nigro eod. tract.
eodemque tom.*1.*qu.*1.*n.*35.*cum ſeqq.* pro ut etiam
concludit *dicto tom.*1. *qu.*10. *artic.*2. *n.*86. *circà
fin. verſ. iſtis in utramque partem*, quòd alienan-
te ſubemphyteuta ſubemphyteuſim, tenetur ſol-
vere laudemium primo, ſeu mediato Domino,
34 non autem ipſi Emphyteutæ; immò idem *Ni-
ger* parum ſibi conſtans, & de nigro (ut dici
ſolet) faciens album, ut *dicto tom.*1. *dicta qu.*10.
*artic.*2. *n.*98. fatetur, ſe in alio ſuo *tract. de dif-
ferent. verb. Jur. verbo feudum, & Emphyteuſis*,
ſenſiſſe Emphyteuſim non poſſe ſubemphyteuti-
cari citrà conſenſum Domini.

Præterea cavendum eſt à *Sarmiento*, viro alio- 35
quin à ſua natione non degenere, dum *ſelect. in-
terpr. lib.*3. *cap.*2.*n.*24. *cum ſeqq.* neſcio, an con-
tradicendi ſtudio, an ſingularitatis ambitu (vi-
tio quamplutibus familiari) an ſubtilitatis cau- 36
ſa, qua pollent Hiſpani juxta *Nigrum de laudem.
tom.*2. *qu.*34. *nu.*18. in fœdiſſimum lapſum, tan-
tòque Auctore indignum infæliciter incidit, ſen-
tiens contra noſtram communem, quòd nimi-
rùm nequidem requiſito Domino poſſit Em-
phyteuta ſubemphyteuticare, meritòque refelli-
tur ab altero Hiſpano, *Parlador.* non minori ſuæ 37
nationis luminari, *quotidian. differ. differ.*71.§.3.
*n.*2. *cum ſeq.* & quia ipſe ratiocinia minùs ratio-
nabilia ejuſdem *Sarmient.* non diluit, nos ſingil-
latim ea diluemus.

Suam igitur tuetur opinionem, vel magis opi-
namentum *dict. n.*24. *verſ. ſed pro noſtra opinio-
ne*, ajendo, quòd Emphyteuſis conſtituenda ve-
niat in re immobili, ut transferatur dominium
utile in Emphyteutam, directo apud Dominum
remanente, ſi Emphyteuta poſſet alium facere
Emphyteutam, poſſet jus Emphyteuticum ſine
dominio conſiſtere, nam dominium directum eſt
apud Dominum, utile verò apud primum Em-
phyteutam, & ità apud ſecundum non eſt ali-
quod dominium, in quo jus Emphyteuticum
conſtitui poſſit, ſicque ex defectu materiæ Em-
phyteuta Emphyteutæ eſſe non poteſt, quia do-
minium non poteſt eſſe apud plures inſolidum,
neque dominium utile poteſt aliud utile produ-
cere.

Quo motivo, nihil me commovente, non ob-
ſtante facilis ſeſe offert reſponſio, quòd ad con-
ſtituendam ſubemphyteuſim verum ſit, requiri
dominium utile, ſed non indè ſequitur, quòd
etiam ad conſtituendam ſubemphyteuſim (de
qua eſt noſter tantùm ſermo) requiratur utile
dominium in ſubemphyteutam transferendum,
dum dari poteſt caſus (ut inferiùs ſuo loco)
quòd primus Emphyteuta etiam ſubemphyteu-
ticando, non transferat in ſecundum Emphyteu-
tam ſuum utile dominium, ſed in inſtrumento
conceſſionis ſubemphyteuticæ intactum ſibi re-
ſervat, & tunc ſubemphyteuta remaneat merus,
ac nudus poſſeſſor, & ſic ex peculiari inter par-
tes conventione benè compatitur, primum Em-
phyteutam remanere utilem Dominum, prout
talis antè ſubemphyteuticationem erat, & ſe-
cundum Emphyteutam non eſſe utilem Domi-
num, ſed merum poſſeſſorem, quam veritatem,
expergefactus, ſibique contrarius (ut ſæpè con-
tradicentibus evenire ſolet) idem *Sarmient.* ferè
agnoſcens, poſteà *n.*26. *circà fin. verſ. & ità in* 38
*quæſtione noſtra, & antè med. verſ. & ità licet,
& n.*34. *in fine*, ſupponit contractum hujuſmodi
ſubemphyteuticum non eſſe contractum Em-
phyteuticum, ſed innominatum, & præſcriptis
verbis, proindeque per conſequens fatetur poſſe
conſentiente Domino Emphyteutam ſubem-
phyteuticare, & poſſe dari ſubemphyteuſim ſine
utili dominio penès ſubemphyteutam.

Præterea fruſtrà ipſe *Sarmient. n.*25. *verſ. non* 39
obſtant ergò, conatur reſpondere ad motiva con-
trariæ noſtræ communis opinionis, & quidem
ad I. in quo habetur, quòd, cùm ſubemphyteu-
ticatio ex voluntate Domini non contineat pa-
ctum

ctum turpe, ideò ſit ſervandum, reſpondet, immò pactum hujuſmodi eſſe contrà ſubſtantiam contractus, & tanquàm tale nec ex partium beneplacito ſervandum, quantunvis nullam in ſe contineat turpitudinem.

Inſuper *n.26. in princip.* ad II. motiuum, in quo habetur ex *cap.1.§. Similiter de lege Corradi in uſib. feud.* Feudatarium, ſeu Vaſſallum tanquàm habentem utile dominium in feudo, poſſe alterum ſubinfeudare, ità & Emphyteutam habentem utile pariter dominium, & in hoc Feudatario ſimilem, poſſe ſubemphyteuticare alteri, reſpondet, quòd argumentum *l.1. ff. de uſufructu legato*, in qua cavetur, non poſſe ex defectu materiæ dari ſervitutem ſervitutis, ſed ad ſervandam voluntatem teſtatoris legantis uſumfructum ſervitutis realis, teneri hæredem actione incerti, reſpondet inquam, quòd eodem fermè pacto licet feudalis res ſubinfeudari nequeat, ſed (ut meliùs loquar) licet alius ſubinfeudari
40 nequeat, & alteri ſubemphyteuticari nequeat res Emphyteutica, attamen ſi inter partes ità conveniatur, talis conventio ſervanda eſt.

Hinc *n,27.* ad III. motivum, in quo ex *l.eùm ſponſus 12.§. in vectigalibus 2. ff. de Publician.in rem act.* habetur, poſſe conſtitui Emphyteuſim,
41 ſeu vectigal etiam in re aliena, & ſic ſine aliquo dominio, indèque dominium non eſſe de ſub-
42 ſtantia Emphyteuſis, & ego addo multò minùs
43 de ſubſtantia ſubemphyteuſis, reſpondet, requiri ſaltem dominium quaſi utile, quod ſufficit.

Subindè *nu.28.* ad IV. motivum, in quo ex *Auth. niſi triennale C. de bon. matern.* habetur,
44 præſcribentem, qui habet tantum utile dominium, poſſe emphyteuticare, ſeu (ut magis Latinè loquar) in Emphyteuſim concedere rem à ſe præſcriptam, ſicque Emphyteutam habentem pariter dumtaxat utile dominium poſſe ſubemphyteuticare, reſpondet, quòd præſcribens in tantum poteſt emphyteuticare, in quantum non habet ſimpliciter utile dominium, ſed in quantum habet dominium utile ſuperius, & ſic quaſi dominium directum non recognoſcens ſuperiorem.

Ad V. motivum, in quo ex *l.1. verſ. bonorum*
45 *quoque ff. ad Senatusconſ. Trebellian.* comprobatur, Fideicommiſſarium univerſalem, qui ex *§. Reſtituta 3. in fine Inſtitution. de fideicom. hæred.* ſolummodò habet dominium utile, poſſe rem Fideicommiſſariam in Emphyteuſim dare, idcoque Emphyteutam habentem quoque utile tantùm dominium poſſe, ſubemphyteuticare, reſpondet, Fideicommiſsarium in tantum poſse emphyteuticare, in quantum habet etiam dominium directum ſaltem in ſingulis, ſeu particularibus rebus, quantunvis ſit utilis tantùm Dominus quoad rerum univerſitatem.

Ad VI. & ultimum motivum, in quo ex *l. ne-*
46 *mo prohibetur 6. C.de locato*, patet, conductorem poſſe rem ſibi locatam alteri ſublocare, ſeu ſubconductorem conſtituere, indeque emphyteutam poſſe pariter ſubemphyteuticare, reſpondet in locatione ceſſare inconveniens, quod eſt in emphyteuſi, quia de ſubſtantia locationis non eſt
47 translatio dominii ad *l. nòn ſolet 39. ff. locat.* ſed ſolùm verſatur in obligatione perſonali, quę multiplicabilis eſt multiplicatis perſonis, quæ multiplicatio non cadit in dominio, quod eſt ſubſtantia emphyteuſis.

Vindicaturus igitur ſolidiſſima motiva noſtrę opinionis ab ictibus *Sarmient.* nè vulnerata in aliquo appareat, illos retundere conabor clypeo mearum reſponſionū, ſivè mavis replicationum.

Quod autem ſpectat ad I. eſſe videlicet contra ſubſtantiam contractus emphyteutici conſentire ſubemphyteuticationi, dico hoc effatum nullibi probari, dum hoc modo ligarentur manus Domino directo diſponendi de re ſua, ſi impediretur libertas conſentiendi ſubemphyteuticationi, quando qnis in re ſua eſt moderator, & arbiter 48
l. in traditionibus 48. ff. de pact. l. in re mandata 21. C. mandati.

Quod ſpectat ad II. non poſſe emphyteutam, niſi permittente Domino ſubemphyteuticare, di- 49
co, *Sarmient.* iterum in hoc ſibi contrarium eſſe, dum fatetur idem, quòd nos profitemur, poſſe nempè accedente Domini cōſenſu ſubemphyteu- 50
ticari, quidquid tamen ſubdat, non eſſe proriam emphyteuſim ſubemphyteuſim, ſeu ſubemphyteuticationem, ſicuti non eſſe proprium ſubfeudum, ſeu ſubinfeudationem, & ſic nec eſſe ſubemphyteuticationem contractum Emphyteuticum, ſed innominatum, ſeu facio, ut des.

Quod ſpectat ad III. requiri ſaltem dominium quaſi utile ad conſtituendam emphyteuſim, dico in re aliena emphyteuticanda nullam poſſe con- 51
ſiderari ſpeciem dominii, niſi mediante præſcriptione, & hoc modo *Sarmient.* ſemper fateri, poſſe ſubemphyteuticari, quidquid ſit, an in ſubemphyteutam transferatur utile tantùm, vel quaſi utile dominium, vel ſolam poſſeſſionem (quod dependet à particulari conventione) qui articulus eſt diverſæ inſpectionis, diverſum nan- 52
que eſt poteſtas ſubemphyteuticandi, & effectus ſubemphyteuticationis, ſed *Sarmient.* confundit 53
unum cum altero.

Quod ſpectat ad IV. in tantum poſſe præſcribentem emphyteuticare, in quantum habet quaſi dominium directum, quod tamen non habet emphyteuta, dico, ad ſubemphyteuticandū ideò non requiri dominium quaſi directum, ſed ſufficere ſolum utile, quod habet emphyteuta, quia ſubemphyteuticatio non dependet ab iſto, vel illo dominio emphyteutæ, ſed à voluntate Do- 54
mini, ſine qua ſubemphyteuticari nequit.

Quod ſpectat ad V. in tantum fideicommiſſarium poſſe emphyteuticare fideicommiſſum, in quantum habet etiam directum dominium ſaltem ſuper ſingulis rebus fideicommiſſariis, quod non habet emphyteuta, dico, confundi per *Sar-* 55
mient. more ſuo terminos, nos enim loquimur in ſubemphyteuſi, quæ eſt diverſa ab emphyteuſi, & dicimus ex parte ſubemphyteuticantis ſufficere utile dominium.

Quod ſpectat ad VI. & ultimum, non eſſe de eſſentia locationis translationem dominii, ſed benè eſſe de eſſentia emphyteuſis, dico, ut ad V.

Hinc videmus, quòd emphyteuta poteſt do- 56
nare emphyteuſim requiſito Domino, cui denunciare debet, ut ſciat, quem habiturus eſt in novum emphyteutam, nè aliter Dominus directus remaneat privatus juribus ſuis dominicalibus, quæ contra donatarium, aut legatarium experiri non poſſet, *Gratian. diſc.377. nu.27.* ubi de communiori *cum ſeqq. & diſc.633. nu.23. Intrigliol. de feud. tom.1 cent.1. qu.9. nu.207. cum ſeqq. Azor. inſt.*

in l.moral. par.3. lib.10. cap.8. quæſt.3.Gibalin.de
uſur.lib.4.cap.1.artic.4.n.7.& 9.Layman.Theolog.
mor. lib.3.ſect.5. tract.4. cap.23.nu 11. Caſtropal.
moral. par.7. tract.31. diſp.10. punc. 14. nu.6. De
Luca Melphyten. ad deciſ. de Franch. 201. num.3.
ubi de communiori, Caſtill.deciſ. Sicil.74. nu.10.
tom.1. Cornazzan.deciſ. Lucen.1. nu.64. ubi idem
57 in emphyteuſi Eccleſiaſtica Borell.ſum.dec.tom.1.
tit.33. nu.56. cum ſeqq. Guidopapa deciſ. 46. nu.1.
Muta deciſ.Sicil.10. num.4. cum ſeqq.Cabed. deciſ.
Portugall.103. nu.3.& 4.& deciſ.204.nu.2. & 3.
par.1. Rubeus ad dec.131.n.13.117.& 153.par.8.
rec.Rota coram Gregor. deciſ.520. num.1. ac in rec.
58 deciſ.351. nu.1.2.& 5.par.3. quidquid in contra-
rium inclinet Sarmient.ſelect. lib.3. cap.2. num.1.
59 cum plur.ſeqq.immo aliqui dicunt emphyteuſim
etiam irrequiſito Domino donari,& legari poſſe
abſque pœna caducitatis,ſeu commiſſi,Guido Pa-
pa deciſ. Grationopolit.46. num.1. ubi Ranchin. in
annotat. in princip. ubi in fine talem quæſtionem
60 reddi planè otioſam in Galliis, ibi enim res em-
phyteuticariæ ſunt redactæ adinſtar allodialium,
ſeu patrimonialium, & ſic ſemper alienabiles de
Jure franco, ſeu allodiali, ut ait Baron. in annot.
ad dict. deciſ.in fine, & deciſ. 575. n.1. in princip.
& in not.verſ. valet, Surd. deciſ. Mant.93. nu.21.
& deciſ.173. nu.12. Sperell. deciſ.74. n.4. tom. 1.
& dec.120.n.1.& 14.to.2.Marc.dec.Delphin.549.
nu.3. par. 1. quando tamen experientia docet,
61 quod juxta veriorem ex donatione Emphyteuſis
debeatur Domino laudemium, Niger de laudem.
tom.2. qu.19. nu.20. cum ſeqq. Gratian. diſc. 377.
62 nu.10. Staiban.Jun.reſ.49. nu.3. ubi num.4. cum
ſeqq. quidquid dicat contrariam eſſe commu-
63 niorem, & de conſuetudine Neapoli ſervari con-
64 trarium, quia immò contraria viget conſuetudo
Neapoli ſolvendi laudemium, teſtantibus Mon-
tan. contr.75. nu.11. Hodiern.ad Surd. deciſ. Man-
tuan.31. nu.47. de Luca ad de Franch. deciſ. Nea-
65 pol.201. nu.7. tunc autem induceretur caducitas
donando rem uti allodialem, Corbul.de cauſ.pri-
vat. emphyt. limit. 13. decl. 2. Borell.ſum. deciſ.
tit.33.nu.63. tom.1. Caſtill. deciſ. Sicil.74. nu.10.
cum ſeqq. tom. 1. Hinc emphyteuta conſtituere
valet uſumfructū ſuper re emphyteutica Ciarlin.
contr.for. tom.2. cap.135. num.19. cum ſeq. Marc.
deciſ. Delphin.476. nu.1. & deciſ.554. nu.4.par.1.
Rota rec. dec. 361. num.100. par. 11. Hinc poteſt
66 Emphyteuſim pignorare,& hypothecare Merlin.
de pignor. lib. 2. qu. 8. num.15. & 17. Scaccia de
commerc. §.1. qu.1. nu.187. cum ſeqq. Coſta de re-
trotr. caſ.10. cap. 8. num.13. cum ſeqq. Padilla in
l. & in Provinciali 3. num.8. C. de ſervit. & aqu.
Eminentiſs.Corradin.de jur.prælat.q.19.n.7.Velaſc.
de privil.paup. par.1. qu.22. nu.26. Caſtropal.reſ.
mor. par.7. tract 31. diſp. 10. pun. 14. nu.1. Cenc.
de cenſ.qu.22.nu.3.Valaſc.de partition.cap.6.n.18.
cum ſeq.ubi reiicit contrariam,& conſult.deciſ.to.2.
conſult.186. num.2. Vargas Marchuca deciſ. Nea-
pol.29. nu.82. Ricc.coll. deciſ. par.6. coll.2329. in
princip. & in fin. de Franc. deciſ. 226. num.1. ubi
Viſcont. nu.1. & de Luca, ubi de veriori, rejecta
contraria, Gama deciſ. Luſitan. 108. nu.2. Borell.
ſum. deciſ. tom.1. num.116. cum ſeqq. Rota coram
Ubaldo deciſ.388. num.2. tom.2. Buratt.deciſ.746.
nu.27. ubi in annot. nu.29. deciſ.749. nu.9. ubi in
annot. nu.24. & dec.822. nu.3. ubi in annot. nu.6.
Dunozet.Jun. deciſ.547. nu.3. tom.2. & dec.799.
nu.10. tom.2. deciſ.3. nu.10. par.2. dec.86. nu.28.
par. 5. recentior. ex ratione, quia Emphyteuſis
alienari prohibita, non cenſetur prohibita hypo- 67
thecari,Merlin.de pignor.lib.1. qu.3.nu.4.& lib.2.
qu.6. nu.20. cum ſeq tunc autem non poſſet Em- 68
phyteuſis hypothecari, quando ipſa hypotheca-
retur pro tanto, ut non ſit ſpes luitionis, Coſta
de retrotract. caſ.10. cap.8. num.17. cum ſeq.Ricc.
coll. deciſ. par.6. coll.2329. in princip. verſ. limita
prædictam primam concluſionem, Surd. deciſ. 173.
n.1.Hinc poteſt cenſum imponere ſuper emphy- 69
teuſi, Rota coram Coccino deciſ.1698. nu.10.

Non omittendum inſuper, quòd Domi-
nus directus non tenetur recognoſcere invi-
tus ſubalternum emphyteutam, & perdere obli-
gationem primi emphyteutæ ſolvendi quinden-
nia, & ſic non tenetur præſtare conſenſum, nec
ad id cogi poteſt ad effectum ſubemphyteuti-
candi, ità, ut,an ſubemphyteuſis pari paſſu pro-
cedat cum pura, ac ſimplici alienatione, de qua 70
tantùm loquitur l.fin. C.de jur. emphyt. non verò
poteſt adſtringi, quando ſubemphyteuſis non
fit in æquè idoneum,& ſimilem,nempè in poten- 71
tiorem, qualis eſt manus mortua, Clarus §. em-
phyteuſis qu.22.Fulgin.de jur.emphyt.tit.de ſucceſſ.
in bon.emphyt. qu.14. nu.10.vel quando facta eſt
in pauperiorem,minùſque habilem ad correſpon- 72
dendum Domino id, quod debet, Clarus qu.15.
verſ. arbitror, nè ſcilicet conditio Domini fiat
deterior, talis enim fieret, ſi approbare deberet,
& recognoſcere in ſuum emphyteutam, puta pu-
pillum, paupertas autem non indiget probatio-
ne, quiſquis enim, donec contrarium probetur, 73
adeſt Juris præſumptio,qua quis cenſetur inops,
Menoch.de præſ. lib.6. præſ.25. per tot. Maſcard.de
prob. conc. 1154. per tot. vol.3. immò Dominus
nec in caſu puræ alienationis faciendæ ab em- 74
phyteuta tenetur conſenſum præſtare ſecundùm 75
aliquos, quos non ſequor, ſolùm enim in caſu
ſimplicis, ac puræ alienationis juxta capitalem
text.in l fin.C.de jur. emphyt.& non in caſu noſtro
interpretativæ alienationis,qualis eſt ſubemphy- 76
teuticatio,tenetur directus Dominus conſentire,
ideoque per ſubemphyteuticationem primus
emphyteuta nunquam deſinit eſſe emphyteuta,
ſed immediatè remanet obligatus favore directi
Domini Gabriel. conſ.84. num.17. lib.1. Niger de
laudem. tom.1. qu.10. artic.2. nu.29. differt enim 77
ſubemphyteuſis ab alienatione, cùm emphyteu-
ta purè alienans, abdicet à ſe dominium utile,
illudque penitùs transferat in emptorem, ſicque
in caſu alienationis non ſubeſt juſta cauſa dene- 78
gandi conſenſum, ideò l.fin.C.de jur.emphyt.obli-
gat Dominum directum ad conſentiendum alie-
nationi & in poſterum recognoſcendum in ſuum
novum emphyteutam alienatarium, ſeu empto- 79
rem, Fulgin.de jur.emphyt. tit.de alien.q.1. n.229.
& qu. 11. num.1. & per tot. ſecùs verò quando
agitur de ſubemphyteuſi, quia tunc penès pri-
mum emphyteutam remanent reliquiæ Emphy-
teuſis, nec abdicat à ſe totaliter rem emphyteu-
ticam, ſed exindè aliquid percipit, ſic ſemper
remanens emphyteuta reſpectu Domini directi,
eique nec in minimo præjudicatur, quinimmò
ejus conditio fit tutior, dum in ſubſidium poteſt 80
convenire ſubemphyteutam,ſeu ſubſtitutum pro
canonibus, Fulgin.de jur. emphyt. tit. de contract.
emphyt.qu.10.n.6. cum ſeq.Valaſc.eod.tract.qu.13.
nu.13.

nu.13. Pacion.de locat. & conduct. cap.22. nu.63. cum ſeqq.

Quod autem primus emphyteuta, alteri ſubemphyteuticando,non totaliter à ſe abdicaverit rem emphyteuticam, patet, ſi in inſtrumento
81 ſubemphyteuticationis ſecundus emphyteuta promittat ſolvere canones, & inſuper reſpondere ſcutis tot annuis primo emphyteutæ ſubemphyteuticanti, & concedenti *Marin.reſ.232.n.2. lib.1.* Nec dici valet, nullas remanſiſſe reliquias Emphyteuſis penès primum emphyteutam, annuamque penſionem ſibi reſervatam deberi potiùs pro ſatisfactione prætii quodammodò in plures annualitates diſtributi, & proptereà de-
82 biti actione perſonali, quàm pro recognitione dominii, licet id videatur aſſerere *Fulgin. de jur. emphyt. tit.de contract. emphyt. qu.10. n.13.* nam quemadmodùm dicta penſio annualiter reſervata favore primi emphyteutæ exigenda eſt ab eo, qui volente, & approbante proprietario adſcitus fuit in verum, & realem emphyteutam &c. nullum dubium, quin alter primus emphyteuta reſervatarius annuæ prædictæ reſponſionis, perdiderit omnem ſuam qualitatem emphyteuticam, & inſimul illud dominium utile, quod cum aliquali ſuperioritate habebat ſuper altero ſecundo emphyteuta à Domino directo approbato, & per conſequens etiam ſibi nihil aliud remanſerit, quàm pura, & ſimplex actio perſonalis exercibilis contra ſecundum emphyteutam non ampliùs ſubalternum, ſed per Domini directi approbationem emphyteutam immediatum effectum, contrarium igitur dicendum in caſu, quo ſecun-
83 dus emphyteuta non ſit approbatus, & recognitus à Domino directo, *Fulgin.loc. mox. cit. verſ. quòd ſi.*

Comprobatur quoque remanſiſſe reliquias, quando adiicitur in inſtrumento ſubemphyteuſis fortè conceptæ ad tertiam tantùm generationem, quòd in caſu ejus extinctionis revertatur
84 ad primum emphyteutam concedentem, aliter enim reverſura eſſet ad Dominum directum, ſi penès primum emphyteutam non remanſiſſent reliquiæ *Bald.conſ.156. verſ.porrò lib.1. Niger de laudem.tom.1.artic.1.qu.10.nu.51.*

Pari paſſu videmus, quòd conductor poteſt
85 ſublocare etiam ſub majori penſione ad *text. in l.inſulam.58. ff.locat. l.moſchis 47. §.fin. ff. de jur. fiſc. Barboſa in l.nemo 6. C.de locat. nu.1.cum ſeqq. Gratian.diſc.547. n.51.cum ſeqq.Baron.de citation. tom.3. in annot.ad qu.18.nu.106. in med. verſ. & eadem ratione, Ridolphin. prax. par. 2. cap. 13. num.97. cum ſeq. Carpan. ad Statut.Mediol.lib. 2. cap.379. nu.236. & cap.397.litera D. Roſi ed. Beneventan.qu.Sabbatin.qu.8.n.6.cum ſeqq. Gratian. deciſ. March.67. n.7.De Luca in Schol.ad dict.dec. Rota poſt Pacific. de Salvian. dec. 200. nu.1. Rota coram Peutinger. deciſ.1. nu.5. & in rec. dec.121. nu.5. par.5.* adeò,ut,ſi adſit pactum de non ſub-
86 locando ſine licentia locatoris, non poteſt locator ſine cauſa denegare conſenſum conductori ad ſublocandum, ſed illud denegatum Judex ſupplebit, *De Luca ad mox laudatam deciſ.Gratiani 67. nu.15. verſ.additur, Rota dec. 565. num.3. par.1. recentior.* attamen è contrà conductor per
87 ſublocationem non remanet liberatus à ſolutione penſionis, etiamſi vellet cedere jura locatori contrà ſubconductorem, aliàs nanque aperta quodammodò eſſet via decipiendi locatorem dominum rei à conductore poſteà ſublocatæ, *Manent. deciſ. Mantuan.39. nu.3. in fine cum ſeqq. & per tot.*

Nec ſequenda venit *gloſa in §. Adeo 3. verbo* 88
propriam in principio verſ. ſed nunquid Inſtitution. de locat.& conduct. indiſtinctè, ac ſimpliciter tenens, emphyteutam poſſe ſubemphyteuticare, quam reiicit *Fulgin.de jur.emphyt. tit.de contract. emphyt. qu. 10. num.1. in princip. verſ. communis opinio*,optimaque quidem ratione in ſubemphyteuticando exigitur aſſenſus Domini directi, ut nempè ſubemphyteuta, ſicuti ſubvaſſallus, ſeu ſubfeudatarius in talem à Domino recognoſci valeat ſub vinculo, & obligatione ſubclientelari ſubalterni dominii, nevè aliàs uti extraneus expelli poſſit, regulariter enim emphyteuta em- 89
phyteutæ mei non eſt emphyteuta meus, ſicuti Clientis mei Cliens non eſt mihi Clientulus, nec Vaſſallus Vaſſalli mei, Vaſſallus meus,nec libertus liberti mei libertus meus eſt, ad tradita per *Cald. Pereyr.de jure emphyt. lib.1. qu.13.num.25. & 28.* aliaque fortior ſuppetit ratio, quòd videlicet cùm ſubemphyteuticatio ſit ſpecies aliena- 90
tionis, nè emphyteuta aliter citrà Domini conſenſum ſubemphyteuticando cadat in commiſſum, indiget Domini licentia, *Caldas citata quæſt. 13. num.10.*

Minùſque ſequenda venit (ut ſuperiùs tetigi) contraria opinio minùs communis ſentientium, emphyteutam ſubemphyteuticare poſſe etiam irrequiſito Domino, quia illa ad ſummum procedere poteſt in locis, ubi fieri ſolet ſubemphy- 91
teuticatio inconſulto Domino ob peculiarem regionis inveteratam conſuetudinem, in hoc ſenſu videntur loqui anteſignani contrariæ opinionis *Duran. Speculator* dictus ob ejus opus intitulatum ſpeculum Juris, *Fulgin. de jur.emphyt. tit.de contract. emphyt. qu. 10. num.2.* ubi talem vigere 92
Mediolani conſuetudinem *Corbul.de cauſ. privation.emphyt. ampl.48. nu.2. Faber, & Azo relati per Valaſc. laudata qu.13. nu.11. in princip. verſ. quanvis Speculator,* ubi refert in Portugallia,ubi ſum originarius,conſueviſſe ſubemphyteuticatio- 93
nem fieri etiam abſque domini directi aſsenſu, quando primus emphyteuta in conceſſione habet facultatem à Domino ſubemphyteuticandi totam rem, vel illius partem, quod in illis partibus vulgò dicitur *emprazar a face do ſeu prazo,ou* 94
a ſombra do ſeu prazo, Cald.Pereyr. de jur.emphyt. lib.1.qu.13.n.9.in med.Molina de contract. tract.2. diſp.471. num.1. in principio, quod repetit idem *Valaſc.conſult. deciſ. tom.1. conſult.71. n.2.in fine Pinheyr.de emphyteuſ. par.2.diſput.2.ſect.4. n.50.* neſcio tamen, an ſit adeò certa aſſerta conſue- 95
tudo ſubemphyteuticandi, dum lego apud eundem *Valaſc.cit. conſult.71. nu.1.* quòd Commendatarius Militiæ Hieroſolymitanæ emphyteuticavit prædium ſuum Comitiſsæ, cui conceſſit licentiam ſubemphyteuticandi, quæ ſanè ſuperflua erat,ſi vigebat dicta conſuetudo, ſed hic caſus non facit regulam, potuit enim dari, quòd ille Dominus ignarus eſset conſuetudinis, vel quòd ad majorem cauthelam, & abundantiam voluerit impertiri expreſsè licentiam prædictam.

Nec mirandum, quòd tanta ſit vis conſuetudinis, ut contrà communem, & veriorem inſurgere poſſit,quia eſt altera lex, *Barboſa axiom.56.* 96
num.1.

97 *nu.*1. *&* 5.& hinc fit, quòd in ſimili conſuetudo
potens eſt excuſare emphyteutam à caducitate,
quantumvis locaverit rem emphyteuticam alteri
ad longum tempus, *Pacion. de locat. & conduct.*
*cap.*6.*nu.*11.eodemque fermè pacto feudatarius,
licet de Jure non poſſit feudum ſublocare ad lon-
gum tempus citra Domini conſenſum, attamen
98 de conſuetudine concedere poterit rem feuda-
lem in Emphyteuſim, *Pacion.cap.*32.*n.*12.eodem
modo emphyteuta ſine conſenſu Domini ſub-
99 emphyteuticare valet, ſi ex peculiari pacto cum
Domino habeat in facultate cuicumque ſubem-
phyteuticandi etiam irrequiſito Domino, *Cyriac.*
*contr.*632.*nu.*26. *tom.*4. *Corbul.de cauſ.privation.*
emphyteuſ. ampl. 48. *ſub num.*2.

Et quanvis, præſcindendo à particulari caſu
conſuetudinis circà diſpoticam (ut ità dicam)
ſubemphyteuticandi libertatem, conductor, ſi
non adſit pactum in contrarium de non ſublo-
cando, de Jure poſſit, non requiſita locatoris
licentia, immò nedùm Domino inſcio, ſed etiam
100 eo invito ſublocare alteri rem ſibi locatam, dum-
modò extrà uſum deſtinatum, vel perſonæ non
tutæ, vel rixoſæ non ſublocet, dum lex faculta-
tem hujuſmodi ſublocandi apertè permittit cón-
ductori, ideoque eam auferre nequit locator,
l.ſicui 48. *ff.locat. l.nemo* 6 *C.eod. Pacion. de locat.*
*& conduct. cap.*32. *nn.*1. *&* 36. *Carocc. eod. tract.*
*tit. de ſublocat. qu.*1. *nu.*4. *cum ſeqq. & qu.*2. *n.*1.
cum ſeq.& plurib.qu. ſeqq. Amic. de jur.emphyt.in
*præfat. nu.*23. *in med.verſic.quintò conductor.Emi-*
*nentiſs.Corradin. de jur.prælation. qu.*40. *nu.*3.*Go-*
mez var. tom. 2. *cap.* 3. *nu.*11. *Cyriac. contr.* 234.
*nu.*8. *cum ſeqq.Fulgin.de jur.emphyt. prælud.qu.*5.
*nu.*13.*Niger de laudem tom.*1. *qu.*10.*artic.*1.*n.*35.
*cum ſeq. qu.*34. *n.*12. *cum ſeq.qu.*40. *artic.*7.*n.*23.
*& artic.*10. *nu.*18. *cùm ſeqq.Rebell.de oblig.juſtit.*
*par.*2.*lib.*14. *qu.*17.*n.*1.*cum ſeq.Fillinc.qu.moral.*
*tom.*2. *tract.*36. *cap.*1. *nu.*8.*cum ſeq.* indeque em-
101 phyteuta fraternizat cum conductore §. *Adeò*
autem 3.*Inſtit.de locat. & conduct. Fulgin. de jure*
*emphyt.in prælud. qu.*5. *nnm.*1. *Pacion.de locat.&*
*conduct. cap.*3. *num.*5.ubi notat, contractum em-
phyteuſis, & locationis adeò inter ſe ſimilem eſ-
102 ſe, ut ſæpè in praxi dubitetur, an ſit locatio, an
Emphyteuſis, quod quidem dignoſcere valdè
laborioſum eſse profitetur, quod antè eum faſſi
ſunt *Valaſc. de jur.emphyt. quæſt.*20. *in princip.de*
*Amic.eod. tract.in præfat. nu.*3. *Carocc.de locat.&*
conduct. par. 1. *tit. de ſimilitud. location. verbo de*
*reſcinden.locat. qu.*3. *nu.*46.ità videretur quoque
ſermocinandum, ſeu potiùs ratiocinandum ar-
103 guendo à ſimili, quod argumentum in Jure eſt
validiſſimum *Everard.in Topic.legal. loc.*10.*Bar-*
*boſa loc.*101. ad ſalvandam, immò ſubſtinendam
contrariam opinionem in apparentia probabi-
bilem videretur inquam ratiocinandum in pri-
mo emphyteuta ſubemphyteuticante, quaſi ſub-
locante, præſertim cùm emphyteuta majus, ac
potius jus habeat in re emphyteutica, quàm con-
ductor in re conducta, ſeu colonica, dum ille
104 utilis eſt Dominus, ſibique poſſidet, conductor
verò nullum habet in re ſibi locata dominium,
nec ſibi, ſed Domino poſſidet, veluti arguunt
*Valaſc.de jure emphyt.qu.*18. *nu.*1. *&* 6.*Niger de*
*laudem. qu.*10. *artic.*1.*n.*37. *tom.*1. & abſurdum,
ac ridiculum evadit, quòd plus poſſit conductor
qui minùs, vel nullum jus, nullùmque dominium
habet, quàm emphyteuta, qui majus jus, & ali-
quod domininm habet, ſaltem utile, minùs poſ-
ſit, & domino directo magis expedire videtur 105
nanciſci duos emphyteutas, *Niger cit.tract.q.*10.
*artic.*1. *num.*39. *in fine*, ſicuti & feudatarius, ſeu
vaſsallus, qui etiam eſt utilis Dominus, poteſt 106
ſubinfeudare de Jure communi æquè idoneum,
citrà aſsenſum ſuperioris *cap.* 1. §. *Sed & res per*
quos fiat inveſtitur. cap. beneficium ſi de feud.fuer.
*controverſ.cap.*1.§.*Similiter de lege Corradi,cap.*1.
§.*Callidis, &* §.*Illud quoque de probibit. alien. per*
*Federic. Mareſcott. var.reſ. lib.*1.*cap.*95. *n.*1.*cum*
*ſeqq. Hartman. qu.*44. *per tot. lib.*2. *Laratha theat.*
*feudal. tom.*2. *par.*12. *dilucid.*95.*nu.*1.quia tamen
Emphyteuſis ex alia parte, & alio ſenſu non in-
clinat totaliter ad locationem, *Pacion. de locat.* 107
cap. 3. *nu.*3. nec in omnibus ambulat pari paſsu 108
cum feudo, *Fulgin.de jur.emphyt. in prælud.qu.*9.
*nu.*3. *& qu.*10.*num.*3. ac per conſequens ſubem-
phyteuſis non inclinat ad ſublocationem, immò
quia ſubemphyteuticatio eſt alienatio, ideoq; uti 109
talis, ſine Domini conſenſu non facienda, *Valaſc.*
*de jure emphyt. qu.*13. *nu.*11.quidquid dicat eſse
interpretativam tantùm alienationem, ultra-
quamquòd magna eſt differentia circumſtantia-
rum, quæ cadunt inter ſubemphyteuſim, ſeu
ſubemphyteuticationem, & ſublocationem, dum
diverſos utraque parit effectus, etenim ſubloca-
tio nullum infert Domino, ſeu primo locatori
præjudicium, qui ſemper habet obligatum pri-
mum conductorem, ſeu ſubconductorem, & re-
ſpectivè ſublocantem, ità, ut per ſublocationem 110
primo conductore non prætendente ſe liberari,
Domini conditio non fiat deterior, *Pacion. de*
*locat. cap.*32.*n.*5. 13. *&* 37. *ubi num.*38. *cum ſeq.*
ſubindè notat, beneque infert, ex *l.ſi in lege* 24.
§.*Si colonus* 1. *ff.locat.* Dominum non poſse præ-
tendere, ſubconductorem ſibi teneri, aut ejus
bona ſibi obligata eſse, ſed ad ſummum pignora-
tos fructus rei ſublocatæ, quia talis ſubconductor
aſsumptus à conductore ſine Domini, ſeu loca- 111
toris conſenſu, non eſt, nec propriè dici poteſt
conductor, nec conductoris nomine venire, *Ru-*
*ginell.practic. qu.*33. *num.*19.*cum ſeqq Novar.qu.*
*for.*64. *nu.*3. *Gomez var. reſ. tom.*2. *cap.*3. *nu.*12.
*Rota coram Alexand. VIII. deciſ.*40.*num.*33. nec
ſublocatio, præſertim ad modicum tempus tranſ-
fert utile dominium, aut poſseſſionem in ſub-
conductorem, at illud remanet penès ſublocan-
tem, qui etiam tanquàm inquilinus, & principa- 112
lis conductor ſemper pro Domino poſſidet, *Pa-*
*cion. de locat. cap.*32. *num.*9. *circà fin.* ſubemphy-
teuticatio inferre poteſt Domino præjudicium
notabile, ſi illius aſsenſus ad eam non accedat,
cùm enim à principio conceſſionis emphyteutæ
electa fuerit induſtria perſonæ primi emphyteutę
Domino noti, in quo, & de quo fiduciam habuit
ſuper fundi conceſſi futura melioratione, qualis
eſt natura emphyteuſis, ſicque variando perſo-
ſonam ſecundi emphyteutæ Domino ignoti,
quandoque potiùs deterioratio, quàm meliora-
tio ſperari poteſt, immò & lites ſuper Canonum,
aut laudemiorum ſolutione oriri facilè poterunt,
an nempè ad primum, an verò ad ſecundum em-
phyteutam Canonum, ſeu laudemiorum ſolurio-
tiones ſpectent, ideoque æquum eſt, ut Dominus
directus ſubemphyteutam priùs recognoſcat, &
conſideret, utrùm ei expediat, nec nè ſuam alteri
melio-

melioratandam concedere, ſi idoneum exiſtimave-
113 rit, indèque fit, ut in permutatione Emphyteuſis
requiratur ſecundus conſenſus Domini, ut vi-
deat, an utilis ſit novus emphyteuta, ut ità dicā,
permutatarius, *Molin. de contract. tract. 2. diſp. 461.*
nu. 1. cum ſeq. Amic de jur. emphyt. q 13. n. 4. cum
ſeqq. Amad de laudem. qu. 28. nu. 2. Vivius deciſ.
Neapol. 496. num. 9. Hodierna ad Surd. deciſ. Man-
tuan. 174. n. 17. ubi de veriori, rejecta contraria,
quam amplexus fuerat *Card. Mantica de tacit. &*
ambig. conv. lib. 25. tit. 1. num. 5. & 8. quidquid
114 ſentiat *Corbul. de cauſ. privation. emphyteuſ. am-*
115 *pl. 13. n. 3.* ſicuti & donare, & legare poteſt inſcio
Domino *Amic. de jur. emphyt. qu. 12. num. 5. cum*
ſeqq. Molina de contract. tract. 2. diſp. 461. num. 7.
116 antequàm tamen novus emphyteuta immittatur
in poſseſſionem, requirendus eſt Dominus, an
habeat aliquid, quod ei legitimè opponat, *Molina*
de contract. tract. 2. diſp. 461. nu. 7. in princip. verſic.
117 *debet tamen*, & ad hoc extat *Ordinat. noſtra Reg.*
Luſitana lib. 4. tit. 64. ibi: *O fard toda via ſaber*
ao Senhorio, para ver, ſe tem alghum legitimo em-
bargo, ideſt certiorabit nihilominùs Dominum
directum ad hoc ut videat, utrùm habeat ali-
quod legitimum impedimentum, oppoſitionem,
ſeu exceptionem.

Subemphyteuticatio inſuper operatur transla-
tionem dominii in ſubemphyteutam, *Valaſc. de*
jure Emphyt. quæſ. 13. n. 12. undè Dominus vide-
118 retur non habere ampliùs obligatum primum
Emphyteutam, prout habet obligatum primum
conductorem non obſtante ſublocatione, ideo-
que è contra Emphyteuta poteſt etiam inſcio
Domino conſtituere alium uſufructuarium,
vel uſuarium ſuper re Emphyteutica, vita Em-
phyteutæ durante, vel uſque ad Emphyteuſis
durationem, ſicut & feudatarius, ſeu vaſſallus
ſuper re feudali idem facere poteſt, hujuſmodi
119 enim uſusfructus conſtitutio cùm de per ſe non
ſit apta transferre utile dominium, indeque nec
liberare Emphyteutam, Domino non nocet, ſi-
cuti ſubemphyteuticatio *cap. 1. de inveſtitur. de re*
alien. fact. l. ſervitutes 3. ff. de ſervitut. Valaſc. de
jure Emphyt. quæſt. 18. n. 29. in fine verſic. ſin verò
Emphyteuta, Caldas Pereyra eod. tract. lib. 3. cap. 17.
120 *n. 2. & 4.* intelligenda tamen eſt doctrina de nu-
da uſusfructus commoditate, ut declarat *Moli-*
na de contract. tract. 2. diſp. 461. n. 6. Carvalh. de
utraq. quart. parte 2. n. 341. cum ſeqq. & in caſu
121 impoſiti uſusfructus ſibi potiùs, quàm Domino
præjudicat Emphyteuta tanquàm ſuper fructi-
bus ad ipſum Emphyteutam vigore contractus
ſpectantibus, at in caſu ſubemphyteuticationis
potiùs Domino, quàm ſibi præjudicat, eo quòd
alteri ſubemphyteuticat rem ipſam, ac proprie-
tatem, ſivè directum dominium ad dominum
ſuum ſpectans, *Antonell. de loco legali lib. 2. cap. 7.*
n. 20. cum ſeq. eodemque pacto poteſt Emphy-
teuta cenſum imponere ſuper fructibus rei Em-
122 phyteuticæ, quem imponere non poteſt ſuper re
ipſa Emphyteutica, veluti diſtinguit *Antonell.*
loc. cit. n. 17. cum ſeqq. Card. Mantica de tacit. &
ambig. cōvent. lib. 22. tit. 28. n. 50. Gratian. diſc. 41.
nu. 21. Cenc. de cenſib. par. 1. cap. 2. q. 2. n. 10. cum
ſeq. & n. 13. Rota poſt eund. deciſ. 48. n. 1. & par-
te 1. diverſ. deciſ. 480. num. 1.

E contrà pariter Emphyteuta, ſeu feudatarius
cenſum imponere poteſt ſuper augumentis dictis
meliorамentis inſcio Domino, & ſuſtinetur ta-
lis impoſitio poſtquàm venit caſus reſtitutionis
rei melioratæ, etenim ab initio proprietas me-
lioramentorum acquiſita fuit ipſi melioranti,
proindeque melioramenta hujuſmodi non ve-
niunt in reſtitutione fideicommiſſi, ſed per viam
detractionis remanent libera ipſi hæredi grava-
to, nec dicuntur Emphyteutica, aut feudalia,
quantumvis ſubjectum principale ſit Emphyteu-
ticum, aut feudale, tranſeuntque ad hæredes
Emphyteutæ, ſeu vaſſalli meliorantis, *Eminen-* 123
tiſs. Corradinus de jure prælation. quæſt. 31. nu. 13.
Duard. ad Bull. S. Pii V. de cenſibus §. 1. quæſt. 10.
n. 2. ubi de veriori, tom. 1. Antonell. de loco legali
lib. 2. cap. 7. num. 27. Roderic. de annuis redditib.
lib. 1. quæſt. 3. n. 7. Cencius de cenſibus par. 1. cap. 2.
artic. 1. num. 16. & artic. 2. n. 17. Rota in recentior.
deciſ. 158. n. 4. parte 4. tom. 2. deciſ. 116 n. 20. cum
ſeq. part. 6. etiam in caſu, quo conceſſio Emphy-
teuſis cantet expreſsè ad meliorandum, adhùc 124
Emphyteuta retinet pro ſe melioramenta, & ſo-
lùmodò modica devolvuntur ad Dominū, *Mo-*
lina de contract. tract. 2. diſp. 463. n. 7. ubi, etiamſi
perpetuam rei emphyteuticæ utilitatem concer-
nant, *Pacion. de locat. & conduct. cap. 34. §. 2.*
n. 12. cum plurib. ſeqq. Garzias de expenſ. & me-
lioram. cap. 14. n. 12. Cyriac. contr. 268. n. 21. Surd.
deciſ. Mantuan. 300. n. 22. verſic. prætereà licet, ex
ratione quippè meliorationes ſunt bona propria 125
Emphyteutæ illos facientis, ac diſtinctæ ab ipſa
Emphyteuſi, *Valaſc. de partition. & collation.* 126
cap. 26. n. 23. ubi ait, ideò eas poſſe donari, le-
gari, vel alienari adinſtar reliquorum bonorum
ejuſdem Emphyteutæ, ſeque citat in *tract. de*
jure Emphyt. parte 1. qu. 25. n. 3. & in noſtra Luſi- 127
tania habemus *leg. Reg. vulgò Ordination. lib. 4.*
tit. 77. §. 32. in fine ibi: iſto naom ſe entenderà em al-
ghumas deſpeſas, e bemfeitorias pequenas, ideſt
hoc non intelligetur in nonnullis expenſis, &
melioramentis modicis, quidquid in contra- 128
rium inclinet idem *Valaſc. de jure Emphyt. qu. 25.*
n. 1. quaſi quòd in caſu expreſſæ conventionis
meliorationes ſint pars prætii. 129

Eſt benè verum, quòd devoluta ad Domi-
num Emphyteuſi ex culpa, & delicto Emphyteu-
tæ, puta quia alienavit irrequiſito Domino,
vel ceſſavit in ſolutione canonis, tunc etiam
meliorationes devolvuntur, quaſi omnis gratiæ
indigno reddito Emphyteuta, ſivè Emphyteu- 130
ſis ſit privati, ſivè Eccleſiæ ad *text. in l. in Em-*
phyteuticariis 2. C. de jur. Emphyt. §. Si verò quis
Novella de alienatione Emphyteuſ. Pacion. de lo- 131
cat. cap. 34. §. 3. n. 3. cum ſeq. ubi n. 5. reiicit opi-
nionem *Valaſc. de jure Emphyt. qu 25. n. 3.* tenen-
tis amitti dumtaxat melioramenta parva, di-
cens hujuſmodi ſententiam eſſe valdè periculo-
ſam, benèque veritatem deducit ex *dic. l. 2.* à
certa phraſi, qua loquitur Imperator *ibi: nulla ei*
impoſterum allegatione nomine meliorationis &c.
nullam nempè excipiens meliorationem, *Fulgin.*
de jure Emphyt. tit. de melioram. qu. 1. num. 2. Gra-
tian. diſc. 810. nu. 7. Garz. de expenſ. & melioram.
cap. 6. nu. 20. circa fin. Corbul. de cauſis privation.
Emphyteuſis ob non ſolution. canon. ampl. 36. Sca-
puccin. de Salvian. interdict. inſpect. 6. num. 3. Bur-
gius de laudem. parte 2. inſpect. 6. num. 7 Teſtay al-
leg. 1. n. 172. Molina de contract. tract. 2. diſput. 455.
n. 1. cum ſeqq. & reiecta contaria *Fulgoſii, Hodiern.* 132
ad

*ad Surd. deciſ.*160. *n.*6. Immò quod fortius eſt ,
poteſt Emphyteuta hypothecare , ſeu pignori
obligare Emphyteuſim abſque licentia Domini ,
durante tamen dumtaxat jure Emphyteutæ hy-
pothecantis , quia per hypothecam duraturam
uſque ad Emphyteuſis extinctionem in nihilum
133 præjudicatur Domino , cui ſuo tempore devol-
venda eſt Emphyteuſis libera ab omni hypothe-
ca ad *text. in l. grege* 13. §.*Et in ſuperficiariis* 13.
ff. de pignor. l. etiam 15. *ff. qui potior. in pign.hab.*
l. tutor 16. §.*fin. l. ſanè* 17. *ff. de pignoratit. act.*
& conſonat *l. Reg. Caſtell. ultim. tit.* 8. *part.* 5.
*Valaſc. conſult. deciſ.*186.*num.*2.*Neguzant de pi-*
*gnor. memb.*2. *parte* 1.*nu.*28. *Molina de contract.*
*tract.*2. *diſp.*461. *nu.*12. *Carvalh. de utraq. quart.*
134 *parte* 2.*nu.*308. *cum ſeq.* ubi refellit contrarium ,
*Niger de laudem. tom.*2. *qu.*9. *artic.*2.*num.*23. *in*
*princip.qu.*14. *artic.*2.*n.*6. *& qu.*19. *artic.*2.*nu.*3.
*& qu.*32.*num.*61. *Poſtius de Subhaſt. in addit. ad*
*inſpec.*18.*num.*124. *Eminentiſs. Corradin. de jure*
*prælation. qu.*19.*nu.*7. *Cyriac. contr.*189.*nu.*1. *&*
*contr.*190.*n.*2. *tom.*1. *contr.*692.*n.*1. *tomo* 4.dum-
135 modò tamen adſit ſpes luitionis *Corbul. de cauſ.*
*priv.Emphyt.limit.*33. *n.*6.& dummodò Emphy-
136 teuſis non ſit ex pacto , & providentia , nè præ-
judicetur vocatis , *Rota recentior. deciſ.*332.*n.*2.
137 *parte* 19. ex Statuto nihilominùs Mantuano ſub
Rubr.qualiter inveſtit. ad affict. in princip. prohi-
betur Emphyteuſis hypothecatio, niſi accedente
Domini conſenſu,ut refert *Cyriac. contr.*189.*n.*2.
*tom.*1. ubi dictum Statutum habere locum etiam
138 in Emphyteuſi Eccleſiaſtica, & *contr.*200.*n.*18.
ubi ait non indè Emphyteutam contra Statutum
139 hypothecantem Emphyteuſim citrà conſenſum
Domini cadere à jure ſuo , ſed hypothecam non
140 tenere,attamen favore dotis non obſtante hujuſ-
modi Statuto hypothecari poteſt Emphyteuſis ;
141 ad quod facit *Ordin. noſtra Portugall.lib.*3.*tit.*35.
§.*fin.*

In potentiorem autem , nè deterior conditio
Domini fiat, ſubemphyteuticatio fieri nequit, ſi-
142 cuti nec Emphyteuſis alienatio , *Rubeus ad de-*
*ciſ.*131.*n.*324. *parte* 8. *recentior.*

Præmittendum quoque denique eſt ſubem-
phyteuticationem , ſeu ſubemphyteuſim non re-
ſtringi ad ſolum tempus emphyteuticationis, ſeu
143 primæ Emphyteuſis principalis , ſed expirata
prima Emphyteuſi non expirare ſubemphyteu-
ſim , ſeu (ut ità dicam) ſecundam Emphyteu-
ſim , *Soccin.ſen. conſ.*256.*nu.*2. *in princip. verſic.*
ſed præmiſſis non obſtantibus, ubi de probabiliori,
144 & veriori, *vol.*2. *& conſ.*96.*n.*1. *ac per tot. vol.*3.
*Valaſc. conſult. deciſ.*71.*n.*2. *in fine* , *& nu.*3. ubi
ità Areſto Luſitani noſtri Senatus judicatum ,
145 quanvis proteſtetur non ſibi arriſiſſe talem reſo-
lutionem attento ſtylo , & conſuetudine illius
Regni in licētiis ad ſubemphyteuticandum ſim-
pliciter concedi intelligendis , ſed profitetur ve-
nerabundus *in fine dic. nu.*3. ſatis eſſe , Senatum
146 ſic cenſuiſſe , ut parere teneamur ; ratio autem
ea eſſe mihi videtur , quia in ſubemphyteutica-
tione non habetur ampliùs conſideratio Emphy-
teuſis , ſed attenditur ſola perſona ſubemphy-
teutæ , & habetur ratio ad ſolam ſubemphyteu-
ſim , *Surd. conſ.*353.*n.*19.*in med. cum ſeq. Pacion.*
*de locat. & conduct. cap.*32.*n.*64. *cum ſeq. Cyriac.*
*contr.*14.*nu.*21. *Roſental. de feud. cap.*9. *conc.*39.
*n.*1. *cum ſeq. Barboſa in l. uſufructu* 58. *num.*29.
verſic. undè conſuluit , *ff. ſolut. matr. Rota recen-*
*tior. deciſ.*182.*nu.*5. *cum ſeqq. parte* 6. *deciſ.*388.
*n.*9. *cum ſeq. parte* 12. ſicuti idem practicatur in
feudo, *Lanar. repet. feudal.*§. *ſed etiam res nu.*51. 147
cum ſeqq. Valdeque miror de *Valaſco*, quòd cùm
eſſet Luſitanus , ſcrupulizaverit circà memora-
tam Senatus reſolutionem, quando meo judicio 148
meretur defendi , non offendi tàm æqua deter-
minatio , tanquàm fundata (ad quod non ani-
madvertit *Valaſc.*prout animadvertit *Gama* præ- 149
clariſſimus Luſitanus Senator,*deciſ.Luſitan.*269.
*antè n.*1. ubi tamen *n.*3. *verſic.mihi verò* , *& n.*6.
in fine verſic. per prædicta, *juncto verſic. ſic igitur*,
inclinat in contrariam, licet fateatur reprobatam
inferioris Senatus Sententiam) nempè in ipſa *Or-* 150
*dinat. Regni lib.*4. *tit.*64. §.*penult.* caſum ità de-
cidens , ut de mente *Barboſæ* inſignis Juriſcon-
ſulti quoque Luſitani *in l. uſufructu* 58.*num.*29. 151
verſic.juxta quæ, *ff. ſolut. matr. ubi verſic.ſed cir-*
*cà hæc in princip.*optimam reddit rationem, quia
nempè, ut conſideretur perſona ſubemphyteutæ ,
ſatis eſt fieri ſubemphyteuſim de conſenſu Do-
mini , & ſolùm , ut ibidem notat , ſubſtineretur
contrarium in caſu , quo ſubemphyteuticatio fa-
cta eſſet abſque conſenſu Domini , juxta *Reg.* 152
*Ordination. lib.*2. *tit.*17.§.22. quod idem agnovit
*Valaſc. de jure Emphyt. qu.*10.*num.*4.*poſt med.* &
ob quandam Epichæjam firmiter ita tenerem ,
etenim ſicuti è contrà in caſu , quo ſubemphy-
teuſis , ſeu ſubinveſtitura ceſſat per mortem ſub-
emphyteutæ , ſeu ſubinveſtiti , illaque redit ad
primum Emphyteutam , ſeu ſubinveſtientem ,
*Cyriac. contr.*598. *n.*6. *Schrader. de feud. parte* 8.
*cap.*5. *ſub n.*25. *tom.*1. ità quoque in caſu ceſſa- 153
tionis Emphyteuſis per mortem primi Emphy-
teutæ æquum , ut non ceſſet in perſona ſubem-
phyteutæ ſubemphyteuſim obtinentis magis de
manu Domini , quàm de manu Emphyteutæ .

Nec obſtat famigerata *l. lex vectigali* 31.*ff.*
de pignor. in qua ſe fundat *Cyriac.contr.*692.*n.*49. 154
*tom.*4. ad probandum , reſolvi jus receptoris re-
ſoluto jure datoris , quia , ſi ſecundus Emphy-
teuta de conſenſu Domini (ut in hoc ſenſu lo-
quimur) recipiat Emphyteuſim de manu , ut
ità dicam , primi Emphyteutæ propriè non re-
cognoſcit datorem ipſum primum Emphyteu-
tam , qui in reì veritate dare non poterat , quod
non erat ſuum , ſed recognoſcit ipſum Domi-
num, & ſic, etiamſi reſolvatur jus primi Emphy-
teutæ , largo modo , ſeu impropriè , ac abuſivè
datoris dicti , adhùc durat jus receptoris , nec
ſubemphyteuticatio dici valet nova conceſſio ,
ſed eſt mera, ac ſimplex prorogatio prioris con- 155
ceſſionis favore alterius perſonæ Domino benè
viſæ, ideoque uti talis, ac uti diverſæ ſpeciei non
compræhendenda ſub cenſura *citat. l. lex vecti-*
gali 31. veluti reſpondet *Gama deciſ. Portugall.*
269. *n.*3. ſub fundamento *l.ſed ſi manente* 5. *ff.de*
precar. & l. Martius , ſeu (ut alibi) *Marcius* 59.
ff.locat. quanvis poſteà *eod. n.*3. *verſic. mihi verò*
in contrarium , videatur in contrarium ire , cujus
tamen opinionem , ut ſuprà animadvertimus ,
non fuere amplexati alii Senatores , & de gene-
rali regula reſoluto jure dantis reſolvi jus acci- 156
pientis , tàm in Emphyteuſi , & feudo , quàm in
aliis contractibus latè *Carleval. de judic. tom.* 2.
*lib.*1. *tit.*3. *diſput.*23.*num.*29. *cum plur. ſeqq.*

Prætereà unum valdè notabile centum mani-
bus

bus ſignandum non omittimus, quòd ſcilicet
ad ſubemphyteuticationem etiam tacitus Do-
mini conſenſus ſatis ſit, qui colligitur ex qua-
157 dragenaria ſubemphyteutæ poſſeſſione, Domi-
ni recognitione, ac patientia unà cum certa, uni-
formique canonum ſolutione, nunquam variata,
*Caldas Pereyra de jure Emphyt. lib.1. quæſt.15.
n.23.25.26.27.31. verſic. quarum altera, nu.37.
& 38. in med. verſic. non obſtante, & n.39.* ac in
158 noſtro Senatu Luſitano ità deciſum teſtatur *Ga-
ma deciſ. Portugall.297.n.4. & deciſ.329.n.2. &
per tot.* & æquum videtur, quòd non expellatur
quis fundo ſua induſtria meliorato, quod noſtri
159 Luſitani vocant *levantada de fogo morto*, ut ait
*Caldas Pereyra de jure Emphyt. lib.1. qu.15.n.31.
verſic. quarum altera circà fin.* ſicuti & Emphy-
160 teuta quis ob lapſum temporis præſumitur, ſi
diù Canonem ſolverit, *Menoch. de præſump.lib.3.
præſ.108.num.1. cum ſeqq.*

Qua occaſione mirari non deſinerem, cur Ve-
neta Reſpublica Religioni, divinoque cultui (ut
notum eſt) addicta valde, attamen legem tule-
161 rit, qua ſancivit Emphyteutam in bonis ſæcula-
rium præſumi per continuatam uniformem ca-
nonis ſolutionem ſpatio quinquanginta anno-
rum, in bonis autem Eccleſiarum ſpatio quadra-
ginta tantùm, cùm, nè Eccleſia deterioris eſſet
conditionis, quàm privatus, vel tantùm tem-
poris Eccleſiæ, quantum privato concedendum
162 erat ad præſcribendum Emphyteuſim, vel lon-
gius favore Eccleſiæ, quæ privilegiata eſt, non
autem privatus, niſi *Menochius* oculatiſſimus
Juriſconſultus *conſ.291.num.40. in princip. ver-
ſic. quare volu.3.* cenſeret corruptum eſſe locum
163 vitio Typographi tranſponentis literam illam
numeralem X. quæ legebatur LX. & Impreſſor
præverſo ordine ſcripſit XL. cujus legis Venetæ
originalem ſcripturam idem *Menochius* anhelat
ad errorem hujuſmodi detegendum, nec miran-
164 dum de adeò craſſo errore, quando quotidiè
craſſiores experior in Typographia Camerali de
Urbe circà meas Informationes edendas, licet
bis, ac ter priùs de more corrigendæ tradantur,
quod evenit ab opera Idiotarum compoſitorum,
qui nec Grammaticam calient, vixque legere,
& ſcribere ſciunt.

Omitto, quòd ex ſubemphyteuticatione de-
betur Domino directo laudemium, *Niger de
165 laudem. tom.1.qu.40. artic.9.n.11. cum ſeqq. Sol-
ſona in lucerna laudem. cellula 9.n.2. in fine, cum
166 nn. ſeqq. & 2. princip. qu. poſt n.8.* ubi in Catha-
lonia laudemium nuncupatur foriſcapium, ipſe
167 tamen malè diſtinguit præpoſitionem *ſub* à ver-
bo *ſubemphyteuticare*, niſi ſit error Typographi,
dum inferiùs in *2. principal. qu.poſt n.8.* conjun-
168 git, quidquid incautè ſentiat *Valaſc. de jure Em-
phyt. qu.13.n.12.* primo Emphyteutæ eſſe illud
ſolvendum, qui refellitur à *Cald.Pereyr.eod tract.
qu.13.num.49. & à Molina de contract. diſp.459.
num.18. circà fin. verſic. quare meritò antè verſic.
etenim proprietarius.* Prout omitto etiam, quòd
Emphyteuta ex culpa ſua incidente in commiſ-
ſum ob alienationem Emphyteuſis, vel ex alia
cauſa non amittat ſubemphyteuſim tanqàm
illam habens à Domino, non ab Emphyteuta,
nec nocere debeat ſubemphyteutæ commiſſum
Emphyteutæ, ſed è contrà ſubemphyteuta ex
169 culpa in commiſſum incidente aperitur Emphy-
teuſis Domino, non autem primo Emphyteutæ
qui jus ſuum tranſtulit in ſecundum Emphyteu-
tam, ex traditis per congeſtos à *Nigro de lau-
dem. tom.1. qu.10. artic.2.num.115. Gama deciſ.
Portugall.26.n.2.* quod militat etiam in feuda-
tario ſubinfeudanti, & privando ob culpam in 170
Dominum commiſſam, *Mareſcott. var. reſ.lib.1.
cap.95.n.15.* quidquid dicat *Florez Diaz de Mena
præclarus Additionator ad deciſ. Gam.26.nu.2. in* 171
fine, ſentiens communiter practicari, ut tam à
Domino directo, quam à primo Emphyteuta
aſſenſus poſtuletur, & aſſiſtit viva ratio, ubi
enim damus primum, & ſecundum Emphyteu-
tam, nunquam conſideratur perſona primi Em-
phyteutæ, ſed illa tantum Domini directi, & 172
utile dominium, quod habet ſecundus Emphy-
teuta, procedit à directo Domino, non à primo
Emphyteuta, *Gama deciſ. Luſitan.147.num.2.*

His omnibus ad ſatietatem pro neceſſitate
tamen dicendorum, non pro pompa præhabitis,
tandem poſt longam viam deſcendimus ad no-
ſtram principalem reſolutionem, aſſerendo,
quòd Emphyteuta manus mortua ſubemphyteu-
ticando de conſenſu Domini, alteri manui mor-
tuæ, ſivè etiam layco, liberatur à ſolutione quin-
dennii, & onus illud ſolvendi transfunditur in
ſubemphyteutam, primus enim Emphyteuta 173
abdicavit à ſe utile dominium, illudque tran-
ſtulit in ſecundum Emphyteutam à directo Do-
mino recognitum, ac approbatum, inque locum
primi ſubrogatum, nullis reliquiis dominii pe-
nès Emphyteutam ad livellum concedentem re-
manentibus, indèque primo Emphyteutæ ad ca-
nones ſolvendos non ampliùs obligato, nulloque alio jure apud ipſum manente, niſi illo exi-
gendi novam penſionem impoſitam, ſivè reci-
piendi totam penſionem, poſteàque ſolvendi
domino directo partem vi primi contractus illi
debitam, & reliquum ſibi retinendi non ampliùs
per modum juris Emphyteutici, ſed per mo-
dum cujuſdam juris incorporalis ſuper re Em-
phyteutica, quaſi inducta novatione prioris ju-
ris Emphyteutici, ac ſi primus Emphyteuta
nunquam fuiſſet Emphyteuta, magiſtraliter *Soc-
cin. ſen. conſ.256.num.2. poſt princip. verſic.ſed* 174
omiſſis non obſtantibus, vol.2. ubi de probabilio-
ri, & veriori, repetito *conſ.96. num 1. in fine. &
n.2.vol.3. Caball. conſ.142.n.18. cum ſeq. vol.2.
Quetta conſ.6.nu.23. Papon. conſ.28.nu.4.5 9 10.
& 11 Altograd conſ.74.num.24. cum ſeqq lib.2.
Valaſc. de jur Emphyt qu.13.n11.in princip. verſ.
addunt tamen Interpretes, & num.12. in prinip.*
ubi tamen putat requiri, quòd ſubemphyteu-
ticans expreſſè dicat, ſe omne jus transferre in
ſubemphyteutam, vel ponere eum in ſuo loco,
*& qu.18 nu.29. Cancer. var. reſol part.3.cap.4.
n.198. de Luca Melphyten ad reſol. de Marin me-
lior 232.nu.6, Fulgin. de jur. Emphyt. tit. de con-
tract. Emphyt. quæſt.10.nu.4 cum ſeqq & tit. de
laudem. qu.23.n.4 cum ſeqq Pacion. de locat. &
conduct cap.27.n.12. & cap 32.nu 63. cum ſeqq.
Oddus de fideicom qu.20. artic.13.nu.179. Caldas
Pereyra lib.1. qu. 13 num.41.* ubi reiicit *Valaſc.*
tenentem contrarium per aurea verba ibi -- *ego, ni
fallor, verum eſſe non arbitror, quod ille ait, præ-* 175
*ſupponere noſtros auctores, taliter poſſe Emphyteu-
tam alium conſtituere Emphyteutam, quòd ipſe ni-
hilominùs maneat Emphyteuta, Cyriac. contr.82.*

n.1. cum ſeqq.nu.10. verſic. prædictis non obſtanti-bus, & n.14. cum ſeqq. ac per tot. tom.1. Molina de contract. tract.2.diſp.471.n.5. cum ſeqq. & per tot. Gratian. diſc.718.nu.3. Georg. repetit. feudal. cap.29 num.1. circà fin. Gibalin. de commerc lib.4. cap.3. artic.5.n.4 Magon. deciſ. Lucen 14.nu.43. cum ſeq. Ricc. deciſ Cur. Archiep. Neapol.27.n.3. verſic. quibus tamen non obſtantibus parte 1. Maſtrill. deciſ Sicil 55.per tot. Gama dec.Luſitan.147. num 2. & deciſ.243 num.7. cum ſeqq. Rota coram Merlino deciſ.356.n 3 cum ſeq deciſ.2.num.5. poſt Nigrum de laudem. tom.2. coram Peutinger. deciſ.336.n.7. cum ſeqq. & recentior. deciſ.182.n.5. cum ſeqq. parte 6.deciſ.40.n.3. cum ſeq. parte 7.

176 Hujuſmodi nanque ſubemphyteuticatio æquiparari poteſt ſublocationi ampliſſimæ, quando nempè conductor ponit in ejus locum ſubconductorem ſublocando ei cum ceſſione ampliſſima, ut vulgò dicitur, *d'ogni ſua raggione à bene, e male*, *Gratian. diſcept.547. num.53. cum ſeqq.* Alias durum, & propemodùm iniquum videretur prægravari primum Emphyteutam ampliùs non Emphyteutam, ac ſublevari ſecundum Emphyteutam verè Emphyteutam, cumque Emphyteuta ſubemphyteuticando transferat commodum in ſubemphyteutam, ſentire & debet ſubemphyteuta onus ſolvendi quindennium, ad quod tenebatur Emphyteuta antè ſubemphyteu-

177 ticationem, qui enim ſentit commodum, & onus ſentire debet, *Barboſa axiom.169. n.3.* immò naturale eſt, quòd ſecundus Emphyteuta hoc modo ſubrogatus in locum primi habeat eandem

178 qualitatem, quæ inhærebat primo, *Tappon. conſ.28.n.11.* præterquamquòd res Emphyteuti-

179 ca quindenniis ſubjecta intelligitur tranſire cum ſuo onere juxta naturam contractus *Barboſa dic. ax.169, n.5.* & ex tunc deſinit Dominus habere ſuperioritatem in Emphyteutam, ſed Emphyteuta incipit haberi effectus, & affectus quaſi proprietatis in ſubemphyteutam, immò quanvis non habeat dominium directum, nec utile, dici tamen poteſt habere ſe inſtar Domini directi comparatione ſubemphyteutæ ob eminentiam, quam in illum habet ratione ſuorum jurium, *Molina de contract. tract.2. diſp.471. num.12. in princip. verſic. recedendum non eſt, juncto verſic. quòd ſi dum primo Emphyteutæ, & n.14. in fine verſic. ad tertium argumentum*, puto in hoc ſenſu ſemper manere veſtigia, ſeu reliquias dominii utilis apud primum Emphyteutam ad penſionem conventam cum ſubemphyteuta, & ad pœnam commiſſi, ſeu caducitatis exequendam, ſi illa non ſolvatur, ut benè notat *Molina de cõtract. tract.2. diſput.471 n.12. verſ. recedendum tamen, juncto nu. 14. verſic. undè ad ſecundum argumentũ.* Conſenſus inſuper Domini ad ſubemphyteuticandum ſatis eſt, ut ſaltem in genere appareat,

180 veluti ſi Dominus conſentiat ad vendendum, donandum, & faciendum ſuam voluntatem, ſub illis verbis benè compræhenditur ſubemphyteuticatio, ſeu facultas ſubempyteuticandi, *Valaſc. de jure Emphyt. qu.13. n.12. in fine.*

Neque ad effectum continuandi ſolutionem quindennii in perſona primi Emphyteutæ conſiderari valent aliquæ reliquiæ dominii penès ipſum remanentes, eo quòd ſibi reſervaverit aliquam annuam penſionem per ſecundum Emphyteutam, ſeu ſubemphyteutam ſolvendam, etenim nullum hinc jus reale retinet, nec rem in Emphyteuſim ampliùs tenet, aut poſſidet, quantumvis aliqua jura perſonalia retineat, ſed penſio hujuſmodi primo Emphyteutæ debetur ra- 181
tione obligationis perſonalis, non ratione juris realis, aut Emphyteutici, ſeu emphyteuticarii, *Soccin. ſen. conſ.256. nu.2. circà fin. lib.2. repetit. conſ.96. lib.3.* cùmque ſubemphyteuta, in quem ex oſſibus primi Emphyteutæ pleniſſima jura expreſſè translata ſunt, habeatur adinſtar emptoris rei Emphyteuticæ, qui tenetur ad laudemium, ità etiam talis ſubemphyteuta tenetur ad quindennia in locum laudemiorum ſuccedentia ex 182
traditis ſuprà in *Cap.I. & II.*

Minùs refragatur fragile objectum aliàs doctiſſimi noſtri *Valaſc.de jur. Emphyt. q.13. n.11.* 183
quòd nempè repugnet, Emphyteutam poſſe, conſentiente Domino, ſubemphyteuticare, & penès ſubemphyteuticantem nihil juris remanere, etenim, ut ait *Valaſc.* ſi nullum in eo jus manet, ergò non manet Emphyteuta ſub directo dominio, ac proindè non ſubemphyteuticat conſtituendo alium Emphyteutam ſub ſe, cùm ipſe 184
Emphyteuta non maneat proximior, ſeu immediatus domino directo, quia, ut reſpondet *Molina de contract. tract.2. diſp.471. nu.12. circà fin. verſic. dicendum deindè*, nulla tamen eſt repugnantia, poſſe ex eodem conſenſu ſubemphyteuticare, & non remanere apud ipſum utile dominium, dum Emphyteuta ad ſubemphyteuticandum, non eſt neceſſe, quod tantum juris, 185
ac tàm perfectum, & integrum dominium utile in ſubemphyteutam transferat, *Valaſc. loc.citat.*

Minùſque obſtat, quòd, ſi manus mortua ſubemphyteuticet layco, videtur ceſſare cauſam exactionis quindenniorum, quia, cùm res non tranſierit in aliam manum mortuam, ſed in laycum, ab iſto Dominus directus poteſt exigere laudemia in caſu alienationis, & ſic non ceſſat ſpes laudemiorum, etenim ad ſummum hoc militaret, ſi manus mortua alienaret Emphyteuſim, dum eo caſu juxta *l.fin. C. de jur. Emphyt.* dominus directus teneretur conſentire alienationi. 186
Immò etiam in caſu, quo Dominus directus poſſet adſtringi ad conſentiendum ſubemphyteuticationi, non indè evaneſcit obligatio ſolvendi quindennia, in ſubemphyteuſi nanque non to- 187
taliter abdicativa non habet locum *l.fin.C.de jur. Emphyt.* & ad ſummum poſſet Dominus directus adſtringi ad conſentiendum ſubemphyteuticationi, ſi ſubemphyteuſis fieret in æquè idoneum, ſuique ſimilem, non verò potentiorem, nec in caſu ſimplicis alienationis tenetur Dominus directus conſentire, quando in pauperiorem fit ſubemphyteuſis, & in ſubemphyteuſi vel non eſt neceſſaria Domini directi approbatio, cùm non officiat Domino directo, vel ſi approbatio eſt neceſſaria, id provenit, ut jura domini directi 188
fiant ſecuriora per accreſcentiam, & multiplicationem obligatorum *Niger de laudem to.1.q.10. artic.1.n.39. Fulgin. de jure Emphyt. tit. de contract. Emphyt. qu.10.n.3. & 6. Valaſc. eod. tract.q.13. n.13. Pacion. de locat. & conduct. cap.22. nu.63. cum ſeqq.* aliter dominus directus privaretur quindenniis, & teneretur ſpectare caſualem alienationem faciendam à ſecundo emphyteuta ſubalterno cum domini directi jactura, & in omni caſu poteſt Dominus directus conſentire ſubemphy-

phyteuticationi intacta tamen remanente obli-
gatione primi Emphyteutæ de ſolvere cõtinuan-
do quindennia, nè aliàs Emphyteuta faciendo
ſubalternum, ſeu ſecundum Emphyteutam, &
Dominus directus conſentiendo, ſibimet præju-
dicaret contra naturam, & qualitatem ſubem-
phyteuſis, quando enim Emphyteuta alterum
in ſui locum ſubſtituit, ſed non totaliter, tunc
non dicitur propriè, ſed interpretativè alienare,
ideòque vel non requiritur conſenſus Domini
directi, vel ſi à Domino directo præſtetur con-
189 ſenſus, ejus conditio debet fieri longè melior,
cùm multiplicantur obligati *Niger de laudem.
artic.*1. *qu.*10. *n.*39. *tom.*1. non etiam poteſt do-
minus directus reddi tutior, ſi adſtringeretur ad
conſentiendum ſubemphyteuſi abſque ulla præ-
ſervativa ſuorum jurium, ſic nanque perderet
obligationem primi Emphyteutæ, recognoſcen-
do, & approbando ſecundum, aliàs eſſet Em-
phyteuta quoad purum nomen, dum quoad cæ-
tera nec ipſe foret obligatus, nec Dominus di-
rectus poſſet illum compellere, ſin ejus jura ex-
preſſè præſervata fuiſſent, attamen primus Em-
phyteuta adeò remanet obnoxius ſuæ obliga-
tioni, ut quamplures ex Doctoribus tenuerint
non eſſe exquirendum conſenſum à Domino di-
recto, quando ſubemphyteuta vellet rem emphy-
teuticam alienare, ea ratione, quia ſicuti primus
190 Emphyteuta per ſubemphyteuſim non deſinit
eſſe Domini directi Emphyteuta, ſemperque
Dominus habet illũ obligatum, *Gabriel. conſ.*84.
*nu.*17. *lib.*1. ſic cùm jura primi Domini in tuto
poſita ſint, parum, vel nihil intereſt, in quas
manus vadat res Emphyteutica, cùm, ſi aliena-
191 tarius, ſeu emptor ſecundi Emphyteutæ fieret
non ſolvendo, cederet damno Emphyteutæ, &
non Domini, *Niger de laudem. tom.*1. *artic.*2.
*q.*10. *n.*29. ideò laudemium ſolvendum eſt Em-
192 phyteutæ ſubemphyteuticanti, ejuſque conſen-
ſus implorandus, non autem domini directi *Ro-
ta coram Coccino dec.*75. *n.*5. *cum ſeqq.* quidquid
ſit ſecundùm aliquos de conſenſu implorando à
Domino directo, & de laudemio eidem ſolven-
do, ut *Rota*, recedendo ab antiqua opinione,
poſteà tenuit, integra laudemia Domino dire-
193 cto deberi, & ab eo eſſe auctorandum contra-
ctum, ut in *dec.*4.5. *& 6. poſt Nigrum de laudem.
tom.* 2.

Eſt benè verum, quòd poſſet dari quæſtio ſu-
per impetrando conſenſu, à quo, an à primo
Emphyteuta, an à Domino directo, quando ſub-
emphyteuta alienaret rem ſibi ſubemphyteuti-
catam, & tunc cadere poſſet quæſtio, an ob alie-
nationem ſolvendum eſſet laudemium Domino
directo, qui recipere debet quindennia à primo
Emphyteuta, eſt enim utilius Domino habere
tributum quindenniale, quàm expectare caſua-
lem, ſeu accidentalem, & eventitiam alienatio-
nem, undè in caſu alienationis, nè Dominus
directus utrumque lucretur, tàm laudemium vi-
delicet, quàm quindennium, dicendum eſt, de-
beri laudemium primo Emphyteutæ, & com-
penſandum cum quindennio, quod ipſe ſolvit
domino directo ſingulis quindecim annis.

Prætereà ſi in Inſtrumento ſubemphyteuti-
cationis ſubemphyteuta promittat recognoſcere
in Dominum ipſum Dominum directum in eo-
dem Inſtrumento expreſſè nominatum, eidem-
que ſemper ſolvere canones, & laudemia, cùm
tunc ſubemphyteuta ingrediatur in locum pri-
mi Emphyteutæ, aſſumatque in ſe illius onera,
nec ſit ampliùs quæſtioni, an laudemium debea-
tur domino directo, an primo Emphyteutæ,
ſicque aperiatur via percipiendi laudemia ex
manu ſecundi Emphyteutæ, quæ ex manu pri-
mi Emphyteutæ tanquàm manus mortuæ perci-
pere non poterat Dominus directus, hinc hoc
caſu videretur interveniſſe vera alienatio, quan- 194
vis forſitan temporanea, ſi eſſet facta ſubemphy-
teuticatio ad tertiam tantùm generationem du-
rantibus ſcilicet generationibus ſubemphyteutæ,
ſeu ſubconductoris, *Alexand. conſ.*104. *per tot.
lib.*3. *conſ.*119. *per tot. Beroi. conſ.*123. *per tot. lib.*1.
*Valaſc. de jur. Emphyt. qu.*29. *n.*16. *Fulgin. eod.
tract. tit. de alienation. qu.*1. *nu.*75. *cum ſeqq.* ità
ut in hoc caſu non poteſt dici conditio domini
directi deteriorata, quia ſemper idem eſt recipe-
re canones à primo Emphyteuta, quàm à ſecun-
do, & ſit utilior conditio, eo quòd ſolummodò
in caſu ſimplicis, & puræ alienationis juxta *l. fin.* 195
C. de jur. Emphyt. non autem in caſu interpreta-
tivæ alienationis, qualis eſt ſubemphhteuſis, 196
tenetur directus dominus conſentire, ideòque
per ſubemphyteuticationem primus Emphyteu- 197
ta nunquàm deſinit eſſe Emphyteuta, ſed imme-
diatè remanet obligatus favore domini directi,
*Gabriel. conſ.*84. *num.*17. *lib.*1. *Niger de laudem.
tom.*1. *qu.*10. *artic.*2. *n.*29.

Tunc autem primus Emphyteuta teneretur ad
quindennia, ſi abſque Domini directi conſenſu
ſubemphyteuticaret, ſicque ſubemphyteuta non
eſſet recognitus, ac approbatus à directo domi-
no, quaſi quòd umbra, ſeu aliquæ reliquiæ do-
minii remanſerint eo caſu apud ſubemphyteuti-
cantem, quantumvis utile dominium fuerit in
ſubemphyteutam translatum, attamen ſemper
primus Emphyteuta dicitur dominus reſpectu, 198
ſecundi, ſicuti Dominus directus adhùc eſt do-
minus reſpectu primi, & propriè ſolum exerci-
tiũ dominii utilis transfertur, *Menoch. conſ.*226,
*n.*187. *Caball. conſ.*106. *nu.*5. *circà fin. par.*1. *Ber-
tazzoll. conſ.*110. *n.*5. *cum ſeqq. Schrader. de feud.
tom.*1. *par.*8. *cap.*2. *n.*24 *Alciat. in l. differentia* 17.
*nu.*10. *ff. de acquir. poſſ. Valaſc. de jur. Emphyt.
qu.*13. *n.*53. *Caldas Pereyra eod. tract. lib.*1. *q.*13.
*nu.*20. *cum plurib. ſeqq. Gutierr. de gabell. qu.*43.
*n.*6. *Cyriac. contr.*82. *nu.*10. *tom.*1. *& contr.*598.
*n.*1. *& per tot. tom.*4 *Barboſa in cap. potuit* 4. *n.*8.
*de locat. Antonell. de temp. legal. lib.*2. *cap.*88. *n.*6.
*cum ſeqq. Eminentiſſimus Corradin. de jur. Prælа-
tion. qu.*31. *n.*64. *in fine*, *& n.*94. *cum ſeqq. Can-
cer. var. reſolut. par.*3. *cap.*4. *n.*195. *cum ſeqq Ru-
beus ſingular. par.*1. *ad dec. antiqu. fol. mih.*593.
*verſ. aliis verò Dominis, Surd. dec. Mantuan.*288.
*n.*3. *cum ſeq. Rota coram Coccino dec.*75. *n.*6. *cum
ſeq.* Hinc eſt, quòd ſubemphyteuta, ſeu ſecundus
Emphyteuta non ſolvens canones primo Em-
phyteutæ, vel in aliquo contraveniens, poteſtà
primo Emphyteuta ſubemphyteuticante cadu-
citatis pœna mulctari, immò & à bonorum poſ-
ſeſſione expelli, eo, quòd primus Emphyteuta 199
dicitur quodammodò directus Dominus reſpe-
ctu ſecundi Emphyteutæ, *Caſtald. conſult. for.
tom.*2. *conſult.*293. *n.*12. *cum ſeq.* Eſt benè verum,
quòd tales reliquiæ dominii tanquàm modici 200
momenti, ſicuti quædam chimera, *Freccia com-*

*ment.Aſeudal. tit. de ſubfeud. Baron. n.23. in fine fol. mih.28.col.*1. non attenduntur ad alium effe-
ctum, ad alienandum nempè ſubemphyteuſim,
ſed prima, & potior cauſa, quæ eſt directum
dominium remanens apud primum Dominum,
cujus conſenſus requiſitus eſt in alienatione ſub-
201 emphyteuſis per ſubemphyteutam facienda, non
conſenſus primi emphyteutæ, *Vezembec.conſ.*57.
*n.*11. *in fine verſic. nam poſt factam ſubinfeudatio-
nem. Larath.theat.feudal.tom.*2.*par.*12.*dilucid.*93.
*n.*13. *de Luca Melphiten ad de Franch. dec. Nea-
pol.*437.*n.*4. Et quanvis immediatus, ac ſubal-
ternus Emphyteuta dicatur utilis Dominus re-
ſpectu ad Dominum directum, iſte tamen hoc
caſu reſpicit primum Emphyteutam, quemad-
modùm iſte reſpicit alterum Emphyteutam à ſe
202 ſubſtitutum, cùm non implicet, dari diverſa do-
minia per gradus ſuperioritatis, & inferioritatis
diminuta, *Niger de laudem. qu.*10.*n.*43. *uſque ad
nu.*52. *tom.*1. eo quod talis ſubemphyteuticatio
ſemper eſt intelligenda ſine præjudicio jurium
203 dominicalium, nec debet eſſe in arbitrio, & fa-
cultate Emphyteutæ primo Domino præjudica-
re, *Rota dec.*40.*nu.*15. *cum ſeqq. par.*7. *recentior.*
eſt enim dominium utile ſubalternum, neque
204 eſt novum in Jure, dari dominium utile ſubal-
ternum, ſeu inferius, & minus, & utile domi-
nium ſuperius, ſeu majus, quantunvis ſub dire-
cto dominio non detur aliud ſubalternum,
*Valaſc. de jur. Emphyt. qu.*13. *n.*10. *in princip.&
205 in fine*, ubi hoc non habere contradictorem, quem
viderit, *Cyriac. contr.*82. *nu.*6. *tom.*1. *Molina de
contract.tract.*2. *diſp.*471. *n.*11. *in princip. verſic.
neque eſſe abſurdum*, quaſi quòd primus Emphy-
teuta reſervando ſibi penſionem, non transfe-
rat, ſed potiùs dividat utile dominium cum ſe-
cundo, ſeu ſubalterno Emphyteuta, non poteſt
quidem dari utile dominum utilis dominii ejuſ-
dem ſpeciei ſubalternæ æqualiter, ac pari modo
exiſtens penès duos, ſed benè dari poteſt unum
inferius, & aliud ſuperius, nec id eſt inconve-
niens, quia dominia tunc non exiſtunt inſolidum
penès duos, ſed tantiſper diminuta per gradus,
206 & inferioritatem, & deſcenſum, cùm & alias
diverſis reſpectibus non inconveniat unum do-
minium penès duos eſſe, *Valaſc. de jur. Emphyt.
207 qu.*13. *nu.*12. *verſic. nec obſtabit*. Eodem modo
jus *Gazagà* (quod ſonat juriſdictio) inter He-
bræos vigore Conſtitutionis Clementis VIII. in-
ductum in domibus non Chriſtianorũ in Ghetto
per ipſos inhabitatis cùm operetur, quòd quo-
vis prætextu expelli nequeunt, nec penſiones au-
geri poſſint, tanquàm non conſiſtens in ſolo uſu,
ſeu jure inquilinatus, verùm in jure perpetuo ſta-
bili, inviolabili, ceſſibili, transmiſſibili, ac ven-
dibili, & in dotem dabili habet ſpeciem domi-
nii ſubalterni, quanvis Judæi præſertim in Ur-
be ſint incapaces poſſidendi ſtabilia, *Gratian.
diſc.*842.*n.*21. *cum ſeq. & n.*42.45. *& ſeqq. Ric-
ciull. de jure perſon.ext.grem. Eccleſ.exiſtent.lib.*2.
*cap.*31. *n.*22. *Pacion. de locat. & conduct. cap.*3.
*n.*20. *cap.*20. *n.*107. *cum ſeq. cap.*34.§.1. *nu.*17.
*cum ſeq. & cap.*61.*n.*284. *cum ſeq. Card. de Luca
de Emphyteuſi diſc.*69. *n.*9. *Epiſcop. Rocca Select.
Jur. interpr. tom.*2. *cap.*139.*n.*36. *cum ſeqq. Rota
poſt Mangil. de ſubhaſtat. dec.*65. *n.*4. *cum ſeqq.&
coram Ludoviſ. deciſ.*496. *num.*3. *ac in recentior.
dec.*92. *n.*3. *par.*4.*to.*1.*dec.*349. *in princip.par.*13.
*dec.*38.*n.*8. *cum ſeqq. par.*14. *dec.*49. *nu.*6. *ac per
tot. par.*19.

Non tamen tale jus *Gazagà* reperitur, licet
antiquum, conceſſum in Pentatheuco, ut ex- 208
ploſa Rabinorum ſententia ex *Lirano, & Toſtato
Ricciull.de jur.perſon.extr.grem.Eccl.lib.*2.*cap.*17.
*n.*1. *cum ſeqq. Rota dec.*65. *nu.*7. *poſt Mangil. de
ſubhaſtat. & in recentior. dec.*49. *nu.*7. *par.*19. &
quia vigore prædicti juris *Gazzagà* non poſſunt
Hebræi expelli à domibus Chriſtianorum, poſ-
ſunt tamen ab eorum domibus ad libitum di-
ſcedere, ideò in Anconitana Civitate, ubi etiam 209
(prout in Urbe) Ghettum extat, Univerſitas
Hebræorum tenetur ad penſiones per biennium
domorum illocatarum *Thomat. dec.*236. *per tot.
tom.*2. immò in Urbe juxta *Conſtitution. Alexan-
dri VII. in ordine la* 54.§.2.*in Bullar.Rom. tom.*6.
Univerſitas Hebræorum tenetur ad naulum do- 210
morum pro toto tempore, quo domus disloca-
tæ ſunt, *Rota recentior. dec.*38. *per tot. & dec.*89.
*per tot. par.*14. *dec.*49. *per tot. par.*19.

Hocque modo Emphyteuta civiliter poſſidet,
ſeu juri ſuo civiliter incumbit, ſubemphyteuta 211
verò naturaliter, ſeu corporaliter, *Oroz de apic.
Jur. lib.*4. *cap.*10. *nu.*9. *Monach. de feud. interp.
cap.*48. *nu.*25. *cum ſeqq.* ſicuti videmus in rebus
dotalibus, in quibus vir, & uxor habet domi-
nium, vir quidem ſuperius, & uxor inferius, vel,
ut alii opinantur, durante matrimonio fictitium,
inefficax, & inane, ſeu imaginarium, quale eſt
illud, quod filius habet in vita, ſic uxor etiam
dicitur domina ob ſpem, quam habet conſe-
quendi dominium poſt mortem viri, dominium
autem viri reſpicit tantùm rerum dotalium ad- 212
miniſtrationem, *Caldas Pereyra de jure Emphyt.
lib.*1. *qu.*13. *n.*52. *cum ſeqq.*

Cùmque in caſu, quo citrà Domini conſenſum
ſequitur ſubemphyteuticatio, dominium utile
rei ſubemphyteuticatæ maneat apud primum
Emphyteutam, ſeu ſubemphyteuticantem ob
non factam totalem dimiſſionem, & abdicatio-
nem a primo Emphyteuta æquum eſt, ut ſol-
vantur domino directo quindennia à primo
Emphyteuta, ſicut ſolvebantur antè ſubemphy-
teuticationem, etenim durat tunc ratio, propter
quam conceſſa ſunt quindennia, præſertim ſi ver-
ſemur non in ſubemphyteuſi, ſed in ſimplici lo-
catione ad longum tempus, quando in Inſtru-
mento adiiciantur verba importantia locatio-
nem, & ibidem promittatur de impetrando con-
ſenſu Domini directi ad locandum, ex quibus
verbis, & eorum proprietate concludenter potiùs
locatio, quàm ſubemphyteuticatio, & talis cen-
ſeri debet contractus, qualis à partibus nuncu- 213
patur, *Rota dec.*510.*n.*1. *cum ſeq.par.*4. *recentior.
tom.*3. *dec.*14. *nu.*4. *par.*6. & licet locationis no-
men genericè ſumptum, aptum ſit etiam referri
ad Emphyteuſim, nunquam tamen recedendum
à ſua propria, & ſpecifica ſignificatione, niſi vel
ex narrativa prohæmiali, vel ex conjunctione
verbi *locare* cum magis expreſſivo, *& ſubemphy-
teuticare*, vel ex tenuitate annuæ præſtationis,
& expreſſa promiſſione canonis, aut ex aliqua
conventione nullatenùs conveniente contractui
locationis conſtet, partes voluiſſe potiùs ſubem-
phyteuticare, quàm ſimpliciter locare; Ideò his
circumſtantiis non concurrentibus, ſtandum li- 214
teræ Inſtrumenti, & denominationi ſæpiùs repe-
titæ,

titæ, *Pacion. de locat. & conduct. cap.3. n 6. cum*
ſeq cùm enim verum ſit, quòd ex parte prohæ-
215 miali intentio concedentis eluceat, *Rota coram*
*Duran. dec.*18. *n.*11. non poteſt contractus egre-
di cancellos veræ, ac rigoroſæ locationis, & idem
ſuadet quantitas reſponſionis fructibus illius
temporis æqualis, vel certè tranſcendens, exem-
pli cauſa, quando vinea eſſet tota ferè ſodiva,
& infructuoſa, præter cados puta 27. muſti, &
ſcut.3. annuatim pro canonibus promittat con-
ductor ſolvere ſcut. 26. annua, quæ magna re-
216 ſponſio arguit contractum locationis, *Rota co-*
*ram Buratto dec.*534.*n* 14.*Card. Seraphin. dec.*272.
217 *n* 4. præſertim dum promiſſa fuit in pecunia nu-
merata, *Pacion. de locat. cap.*3. *n.*39. ſi enim an-
nua reſponſio non fuiſſet promiſſa pro affictu,
ſed pro canone, utique conſtituta fuiſſet ſub no-
mine canonis in numero cadorum muſti, prout
conſtituti fuerant reliqui canones, nec eſſet pro-
miſſa in ſeparata periodo, cùmque diſcretiva
218 loquutio diverſitatem arguat ex *vulgat.* hinc
non levis reſultat conjectura, partes noluiſſe fa-
cere contractum ſubemphyteuticum, ſed locati-
tium, quod etiam clariùs emicat ex pœna moro-
ſitatis in ſolvendo canones adjecta in Inſtru-
mento, ut vinea cum melioramentis recidat ad
concedentem, ſeu locantem, ſi nanque eſſet ſub-
emphyteuticatio ſecundùm leges contractus ſub-
emphyteuticationis, ob non ſolutionem cano-
num debuiſſet Vinea devolui ad dominum di-
rectum, non autem ad primum Emphyteutam.
Quæ omnia procedunt, etiamſi conceſſio facta
eſſet ad tertiam generationem cum obligatione
219 meliorandi, quod ſapit contractum Emphyteu-
ticum, quia talis conjectura eſt lubrica, *Pacion.*
*de locat. cap.*3.*n.*48. & 61. ſi nanque locatio fie-
ri poteſt in perpetuum, longè magis fieri pote-
220 rit ad tempus, & ſic ad tertiam generationem,
*Rota in recentior. dec.*14. *n.*7. *par.*6. & dum con-
ductor fruiturus eſt tanto tempore, non repu-
gnat, ut ad majorem fruitionem rem efficere
meliorem teneatur, cùmque tales conventiones
ſint adaptabiles etiam contractui locationis,
221 non recedendum à denominatione pluriès in
Inſtrumento facta, *Surd. conſ.*243. *n.*43. *Pacion.*
*de locat. cap.*3. *nu.*13. & licet ex contractu loca-
tionis ad longum tempus transferatur utile do-
minium, tamen fallit, quando contrahentes ali-
ter voluerunt, dum in Inſtrumento conceſſa le-
guntur omnia jura, excepto dominio, per hæc
verba, vel ſimilia, *nihil penitùs excepto, vel ex-*
cluſo, niſi dominio, ſequitur, quòd dominium
222 remanſerit penès concedentem, & ſic penès pri-
mum Emphyteutam, *Carocc. de locat. tit. de lo-*
*cat. ſine temp qu.*13. *n.*6. *Boer. dec.*134. *nu.*2. vel
quando locatio non fit pro toto tempore, & lo-
223 cator ſibi reſervat annuam præſtationem, tunc
utile dominium ſemper remanet apud locato-
rem, *Pacion. de locat. cap.*27.*n.*10. *Rota dec.*182.
*n.*7. *par.*6. *recentior.* nam etiam poſt locationem
viget adhuc ratio, ob quam conceſſa ſunt quin-
dennia, dum ideò permiſſa eſt eorum exactio,
quia res tranſiens ad manus mortuas, quæ nun-
quam dimittunt, vel rariùs, & difficiliùs, quod
acceperunt, deſinit eſſe in commercio; undè cùm
Dominus directus deſtituatur ſpe recipiendi im-
poſterùm lucrum laudemiorum ob defectum
224 commercii rei ſuæ, in eorum compenſationem
uſus obtinuit, ut ei ſolvantur quindennia ex abun-
dè per nos congeſtis ſuprà in *Cap. I. & II. Rota re-*
centior. dec. 40. *nu.*30. *par.*7. etenim etiamſi con-
ductor longi temporis velit alienare rem a ſe
conductam, attamen non tenetur ſolvere Domi- 225
no directo laudemium *Fulgin. de jure emphyt tit.*
*de laudem. qu.*16. *n.*4. *Pacion. de locat. & conduct.*
*cap.*3. *nu.*54. *Rota dec.* 14. *nu.*2. & 46. *cum ſeqq.*
*par.*6. *recent.* Sicque in omni caſu Dominus dire-
ctus ſentiret jacturam, idèmque in ſubemphy-
teuſi, quæ fieret à primo emphyteuta cum ſtri-
ctiſſima prohibitione alienandi, & præventiva
irritatione, ſeu nullitate gerendorum à ſubem-
phyteuta, ſeu ſecundo emphyteuta, quia, ſi ſub-
emphyteuta alienaret, adhùc nulla competeret
actio Domino directo ad petendum laudemium
ab alienante, cùm pro actu nullo non debeatur 226
laudemium, *Fulgin. de jur. emphyt. tit. de laudem.*
*qu.*8. *nu.*39. *Surd. dec. Mantuan.*122. *nu.*10. *Rota*
*in recentior. dec.*374. *nu.*5. *cum ſeq. par.* 15. & ſic
durante cauſa conceſſionis quindenniorum de- 227
betur quoque eorundem exactio *l. illud* 32. *ff. ad*
leg. Aquil. Aliàs ſi Dominus directus non poſſet
hoc damnum culpa primi emphyteutæ, qui al-
teri locando rem emphyteuticam, ademiſſet illi
facultatẽ ſimul conſequendi quindennia ab ipſo
emphyteuta locatore, & laudemia à conductore
poſteà alienante ad iſta ex deductis nõ obligato,
undè ſaltem pro emendatione damnorum tene-
tur primus emphyteuta continuare ſolutionem
quindenniorum, cùm æquitas naturalis expoſcit, 228
ut qui cauſam damni dat, damnum emendet,
*Cyriac. contr.*583. *num.*56. *Rota deciſ.*611. *num.*1.
par. 1. *diverſ.*

Eodem fermè pacto cenſetur primus emphy-
teuta non totaliter à ſe abdicaſſe rem emphyteu-
ticam, illam alteri ſubemphyteuticando, ſi in
Inſtrumento ſubemphyteuticationis ſecundus
emphyteuta promittat ſolvere canones, & inſu-
per reſpondere tot annua ſcuta emphyteutæ ſub-
emphyteuticanti, & concedenti; nec dici poteſt,
nullas remanſiſſe reliquias Emphyteuſis penès
primum emphyteutam, annuámque penſionem
ſibi reſervatam deberi potiùs pro ſatisfactione
prætii quodammodò in plures annualitates di-
ſtributi, & propterea debiti actione perſonali,
quàm pro recognitione dominii, licet id videa- 229
tur aſſerere *Fulgin. de jur. emphy. tit. de contract.*
emphyt. quæſt. 10. *num.* 13.

Inſuper comprobatur, remanſiſſe reliquias do-
minii, quando adiicitur in Inſtrumento ſubem- 230
phyteuſis fortè conceptæ ad tertiam tantùm ge-
nerationem, quòd in caſu extinctionis reverta-
tur ad primum emphyteutam concedentem,
*Bald. conſ.*156. *verſ. porrò lib.*1. *Niger de laudem.*
*tom.*1. *artic.*1. *qu.*10. *nu.*51. aliter enim reverſura
eſſet ad Dominum directum, ſi penès primum
emphyteutam non remanſiſſent reliquiæ.

Pariter primus emphyteuta adhùc remanebit
emphyteuta, ſicque adhùc obligatus ad quin-
dennia, ſi in Inſtrumento aliquid ultrà reſervet, 231
puta partem fructuum, vel rei adminiſtratio-
nem, vel canones ſibi ſolvendos, & ſimilia, *Rota*
*recentior. deciſ.*408. *num.*77. *par.*16. Nec aliquis
unquam Doctor firmat, quòd Dominus directus
conſentiendo ſubemphyteuticationi, & recipien-
do laudemia, amittat obligationem ſui primi
emphyteutæ, nam primus emphyteuta non ob-
ſtan-

ſtante ſubemphyteuticatione non tamen totali-
ter abdicativa, ſemper remanet emphyteuta re-
ſpectu ad Dominum directum ad differentiam
232 ſimplicis alienationis, per quam primus emphy-
teuta alienans deſinit eſſe emphyteuta, *Rota de-
ciſ.2. nu.5. poſt Nigr. de laudem.*

ARGUMENTUM.

Emphyteuta in ſubemphyteuſi à ſe conceſſa ſibi reſervante canones, effecto poſteà non ſolvendo, indèque in ſolutum dante manui mortuæ creditrici canones prædictos ad effectum ſibi ſatisfaciendi, attamen manus mortua non tenetur ſolvere quindennia Domino directo.

SUMMARIUM.

1 *Manus mortua non tenetur ſolvere quindennia in caſu, quo emphyteuta ſubemphyeuticando reſervaverit ſibi Canones, effectus poſteà non ſolvendo, in ſolutum illos dederit manui mortuæ.*
2 *Quindennium ſubrogatum in locum laudemii, debet eſſe ejuſdem naturæ.*
3 *Quindennium debitum ex translatione Emphyteuſis in manum mortuam, non indè debetur ex translatione canonum.*
4 *Diſpoſita in uno caſu non porriguntur ad alium.*
5 *Manus mortua creditrix emphyteutæ eſt ſimplex, ac nuda ceſſionaria, ſeu translataria ſubcanonum, non autem retinet emphyteuſim.*
6 *Ob retentionem Emphyteuſis apud perſonam incapacem ſolvi ſolet quindennium.*
7 *Ex ſubcanonum translatione non transfertur dominium.*
8 *Ex ſola impoſitione cenſus ſuper Emphyteuſi non transfertur dominium.*
9 *Emphyteuta transferens ſubcanones, remanet adhùc utilis Dominus, & poteſt alienare emphyteuſim de conſenſu Domini.*
10 *Licet canones dentur in ſolutum manui mortuæ, non indè tranſit emphyteuſis in manum mortuam.*
11 *Canonũ ceſſio nihil commune habet cum emphyteuſi.*
12 *Ceſſante cauſa devolutionis, & deſperationis laudemiorum ceſſare debet effectus quindenniorum.*
13 *Ceſſante cauſa periculi ceſſare debet periculum.*
14 *Nemo debet habere duplex lucrum.*
15 *Non poteſt conſiderari ulla perpetuitas acquiſitionis canonum ex parte manus mortuæ, dum ſequuta ſatisfactione ceſſat canonum translatio.*
16 *Non debetur quindennium ex contractu, ex quo non debetur laudemium.*
17 *Laudemium non debetur ex ſola translatione canonum, pro qua nullus requiritur conſenſus Domini directi.*
18 *Conſenſus Domini directi requiritur pro translatione Emphyteuſis ex capite alienationis, vel ſimilis contractus.*
19 *Pro alienatione melioramentorum ſolvitur laudemium.*
20 *Jus exigendi canones nullatenùs reſpicit dominium utile.*
21 *Pro translatione canonum ſolvi non debet laudemium.*
22 *Pro jure exigendi fructus in impoſitione cenſus non ſolvitur laudemium.*
23 *Primus emphyteuta cedere nequit omnia jura emphyteutica, & utilia in præjudicium ſecundi emphyteutæ.*
24 *Manus mortua exigens ſubcanones ſibi ceſſos à ſuo debitore, videtur adinſtar Salvianiſtæ.*
25 *Translatio canonum in manum mortuam nec dominium utile, nec poſſeſſionem avocat ab emphyteuta.*
26 *Debitori competit actio Spolii contrà creditorem.*
27 *Retentio datur pro credito liquidato.*
28 *Salvianiſtæ non debetur principaliter res, ſed creditum.*
29 *Creditor intentare poteſt Salvianum contrà emphyteutam ſuper bonis emphyteuticis.*
30 *Creditor immiſſus in Salviano, percipiens fructus fundi emphyteutici, tenetur ſolvere Canones.*
31 *Immiſſio in Salviano datur ad effectum tantùm percipiendi fructus.*
32 *Fructus ſunt in bonis emphyteutæ, & dicitur jus diſtinctum ab ipſa re.*
33 *Manus mortua vigore Salviani immiſſa in fundum emphyteuticum, non tenetur ſolvere quindennia.*
34 *Primus emphyteuta reſervans canones, ſivè penſiones, cenſetur Dominus reſpectu ſecundi.*

CAPITULUM LIII.

POſt ſatis diſcuſſum in *anteacto Capitulo* arti-
culum de emphyteuta ſubemphyteuticante
manui mortuæ, aut layco, deque ſubemphyteu-
ta ad quindennia obligato, in præſenti firmatur,
quòd emphyteuta in ſubemphyteuſi à ſe conceſ- 1
ſa ſibi reſervante canones, effecto poſteà non ſol-
vendo, indeque in ſolutum dante manui motuæ
creditrici canones prædictos ad effectum ſibi ſa-
tisfaciendi, attamen manus mortua non tenetur
ſolvere quindennia Domino directo, etenim ma-
nus mortua ceſſionaria, ſeu translataria cano-
num, non tenetur Domino quindennia ſolvere,
cùm ex translatione, ceſſione, ſeu datione in ſolu-
tum canonum ſubalternorum, ſivè ſubcanonum,
ad effectum illos exigendi in ſatisfactionem cre-
diti, non debentur quindennia Domino, cui nul-
lum competit jus ſuper hujuſcemodi canonibus,
neque in illorum alienatione, vel translatione
exquirendus eſt conſenſus Domini, indeque ſi-
cuti onus laudemii in ſe odioſum, & ultrà caſum
ſcriptum non extendibile, ita onus quindennii in 2
ejus locum ſubrogati, ejuſdem debet eſſe natu-
ræ, *Schrader. de feud. par. 10. ſect. 2. n. 49. Concioll.
alleg. 15. nu. 25. Gratian. diſc. 784. num. 4. Rota in
Romana laudemii, & quindenniorũ 16. Junii 1690.
cor. Emerix Juniore, regiſtrata poſt Tract. int. dec.
S. Rot. in ordine la XII. nu. 1. cum ſeqq. & per tot.*
ideòque quindennium debitum ex translatione 3
emphyteuſis in manum mortuam, non indè de-
betur ex translatione canonum, ſivè meliùs ſub-
canonum in eandem manum mortuam, etenim
diſpoſita in uno caſu, non porriguntur ad alium 4
caſum omiſſum præſertim omninò diſſimilem, in
quo non ſolùm non militat eadem ratio exten-
ſibilitatis, ſeu extenſionis, ſed potiùs penitùs di-
verſiſſima, nullámque habens connexitatem, aut
identitatis rationem, *Villagut de extenſ. leg. tit. de
extenſ. leg. corrector. qu. un. nu. 146. cum ſeq. Ma-
ſcard. de general. Statut. interp. conc. 2. n. 175.* Cùm-
que manus mortua creditrix emphyteutæ ſit
ſimplex, ac nuda ceſſionaria, ſeu translataria 5
ſubcanonum uſque ad integralem ſui crediti ſa-
tisfa-

tisfactionem,non autem retineat Emphyteuſim, iniquum eſſet,ut ſolveret loco laudemii quindennium non tamen retinendo Emphyteuſim,quan-
6 do ob retentionem Emphyteuſis apud perſonam incapacem ſolvi ſolet quindennium ex per nos
7 ſuo loco cumulatis, immò ex hujuſmodi ſubcanonum translatione dominium utile non tran-
8 sfertur in manum mortuam, ſicuti non transfertur ex ſola impoſitione cenſus ſuper Emphyteuſi, *Fulgin. de jure emphyt. tit de laudem. qu.*10. *nu.*2. *verſ. quam ego quoque amplector*, *Burgius de laudem.par.*2. *inſpect.*20.*nu* 45 *cum ſeq.& inſpect.*38. *nu.*8. *Leotard.de uſur. qu.*52. *num.*12. *Roderic. de ann. reddit. lib.*3. *qu.*4. *num.*4. *Faber in ſuo Codice tit.de jure emphyt. diffin.*72. *Rota poſt Tract. citat.*
9 *deciſ.XII. num.*3. *cum ſeq.*indeque Emphyteuta transferens, remanens adhùc utilis Dominus poteſt alienare Emphyteuſim de conſenſu Domini, ſicque licet canones transferantur, ſeu dentur in
10 ſolutum manui mortuæ, attamen non hinc tranſit emphyteuſis in manum mortuam, ſed emphyteuſis ſemper remanet alienabilis cum emolumento laudemiorum, & devolubilis ob extin-
11 ctam lineam, dum canonum ceſſio nihil commune habet cum Emphyteuſi,undè ceſſante cau-
12 ſa devolutionis, & deſperationis laudemiorum, ceſſare & debet effectus quindenniorum in compenſatione hujuſmodi damni ſolummodò adin-
13 ventorum, quaſi ceſſante cauſa periculi ceſſare debet periculum, præcipuè dum nullæ remanent reliquiæ priſtinæ cauſæ ceſſantis, *Tiraquell. tract. ceſſ.cauſ. ceſſ effect. par.*1.*nu.*204. *& limit.*16.*n.*1.
14 aliter Dominus directus contra juſtitiæ tramites duplici lucro ex eadem re impinguaretur, quindenniis nempè ſingulis quindecim annis, & laudemiis in caſu alienationum quandocumque ſequutarum, veluti ſi laudemium eſſet ſolvendum pro translatione ſubcanonum unum,& aliud pro translatione ipſius Emphyteuſis, ut ponderat *Rota poſt Tract. in ſæpè laudata deciſ. in ordine la XII. nu.*6. *in fine verſic. tantòque certiùs*.

Præterquamquòd etiamſi ex canonum translatione transferretur utile dominium, prout re vera illud non transfertur, adhùc cùm canones translati ſint ad tempus tantùm, donec videlicet manus mortua translataria creditrix ſibi ſatisfaciat de ſuo credito contracto cum emphyteuta
15 transferente, non poteſt conſiderari ulla perpetuitas acquiſitionis canonum ex parte manus mortuæ, dum ſequuta ſatisfactione ceſſat canonum translatio, quæ eſt merè temporalis, ac uti talis nullum infert Domino præjudicium, quod oritur dumtaxat ex perpetuitate penès manum
16 mortuam. Omiſſo, quòd non debetur quindennium ex contractu, ex quo non debetur laudemium, prout procul dubio laudemium non
17 debetur ex ſola translatione canonum, pro qua nullus requiritur conſenſus Domini, ut requiri-
18 tur prò translatione ipſius Emphyteuſis ex capite alienationis, vel ſimilis contractus, per quem novus emphyteuta evadit utilis Dominus, & in actualem fundi emphyteutici immittitur poſſeſſionem ad *text. in l fin C. de jure emphyt. Bonden. collect. legal.*35. *&* 84. *lib.*1. *Camerat. reſponſ.*26. *nu.*50. *lib.*1. *Conciol. alleg.*63. *nu* 9. *cum aliis traditis per Rot. in prælaudata deciſ. XII. num.*2. *poſt Tractat.* In nihilum refragante, quòd ſicuti apud primum emphyteutam poſt ſubemphyteuticationem remanent quandoque reliquiæ dominii, etiam pro alienatione melioramentorum ſolvitur 19
laudemium, *Fulgin de jure emphyt. tit.de laudem. qu.*8. *num.*23. *Burgius de laudem. par.*2. *inſp.*6. *in princip. Solsona eod.tract. cellula* 2. *num.*22. quia catenùs debetur laudemium in alienatione melioramentorum, quatenùs iſta ſunt pars rei emphyteuticæ, & poſſidentur ab Emphyteutis, ſecùs autem in alienatione ſubcanonum, ſeu juris illos exigendi à ſubemphyteutis,quod nullatenùs reſpicit dominium utile, neque poſſeſſionem rei 20
emphyteuticæ, ideoque pro illius translatione non debet ſolvi laudemiū,ſicut non ſolvitur pro 21
jure exigēdi fructus in impoſitione cenſus, ut ad 22
hominem reſpondet *Rota in ſæpè allegata dec.poſt Tract. in ordine la XII. nu.*4. *verſic. non obſtante, poſt med. juncto nu.*5. *& 6.*

Eſtque adeò vera noſtra principalis reſolutio, ut nec quindennium debeatur, etiamſi emphyteuta debitor non ſolùm canones ceſſerit,& tranſtulerit in ſuum creditorem ad effectum illos exigendi à ſubemphyteuta, ſeu ſubinveſtito, indeque de illis ſibi ſatisfaciendi uſque ad ſummam debitam,ſed quoque ceſſerit omnia jura emphyteutica, ac utilia, quippè primus emphyteuta id facere non poſſet in præjudicium ſecundi em- 23
phyteutæ jam per prius ſubinveſtiti cum eiſdem omnibus juribus utilibus, faciendo tertium emphyteutam,& ſic transferendo jura,quæ ampliùs nō habebat uti jam in ſecundum emphyteutam, ſeu ſubinveſtitum translata, veluti in puris terminis animadvertit *citata deciſ. in ordine la XII. nu.*7. *cum ſeqq.*in ſola verò ſubcanonum ceſſione tanquàm primo emphyteutæ debitorum vigore eorum reſervationis in ſubemphyteuſi factæ, idem cedens, ſeu primus emphyteuta habet jus, indeque ceſſibile in ſuum creditorem, nec ullum ſubindè infertur ſecundo emphyteutæ præjudicium ex eorundem ceſſione, cujus nihil intereſt ſubcanones ſolvere primo emphyteutæ, aut primi emphyteutæ creditori in vim ceſſionis.

Quibus ſanè opitulatur viva ratio, eo quòd manus mortua exigens ſubcanones ſibi ceſſos à ſuo debitore emphyteuta, videtur adinſtar ſal- 24
vianiſtæ, qui conſequitur nudum jus ſuper fructibus fundi ad effectum ſibi ſatisfaciendi de credito pro intranti quantitate, eſtque ſimplex detentor, non poſſeſſor, *ad tex. in l. ſciendum* 15. §.*Poſſeſſor autem* 2.*ff qui ſatiſdar.cog. l.pignori* 13. *ff.de uſucap. Scapuccin.de Salvian. interdict. lib.*2. *qu.*10. *nu.*2. *poſt med. verſic. ſecùs verò, & qu.*21. *n.*5.*& lib.*3. *qu.*101. *in princip. Pacific. eod. tract. inſpect.* 1. *cap.*1. *nu.*24. *Menoch. de adipiſc. poſſeſſ. remed.*3. *num.*185. *Gait.de credit. cap.*4. *quæſit.*7. *n.*793.*cum ſeqq.Gobius conſult. deciſ.*96. *n.*5. *Rota coram Coccin.dec.*2237.*n.*2.*cum ſeq.& in recentior. dec.*453. *nu.*4. *verſic quanvis Seraphini*, *dec.*568. *nu.*9.*par.*19.*tomo* 2. Adeò, ut, cùm translatio canonum in manum mortuam nec dominium uti- 25
le, nec poſſeſſionem avocet ab emphyteuta debitore, ſed nudam tantùm detentationem,æquum eſt à quindenniis ſublevari manum mortuam ſimplicem detentricem,quæ ſatisfacta de ſuo credito ſuper fructibus fundi, tenetur reſtituere ſuo debitori corpora data, aliter competeret debi- 26
tori actio Spolii contra manum mortuam creditricem, *Merlin.de pignor. lib.*5. *tit.*2. *qu.*77. *n.*43. *cum ſeqq.*niſi retinere velit pro alio credito priùs 27

ta-

tamen liquidato , *Rota poſt Pacific. de Salvian.*
*deciſ.*55. *nu.*19. dum & ſi agens Salviano, princi-
paliter dirigat judicium contrà rem , ex cujus
28 fructibus petit ſatisfieri, attamen non debetur
illi principaliter res, ſed creditum, *Rota poſt Zac-*
ch. de oblig. Camer. dec. 3. *num.*9.

Hinc videmus, quòd, etiamſi debitor emphy-
teuta non cedat canones creditori ad effectum
ſibi ſatisfaciendi,attamen poteſt creditor contrà
29 illum intentare Salvianum ſuper bonis emphy-
teuticis, *Pacific. de Salvian. Interd. inſp.*3. *cap.*2.
*n.*24.*cum ſeqq. Fulgin.de jure emphyt.tit.de diverſ.*
*quæſtion. qu.*4. *nu.*1. *cum ſeqq.* nec ex tali immiſ-
ſione in Salviano aliquod oritur Domino dire-
cto præjudicium , dum creditor immiſſus , qui
30 percipit fructus fundi emphyteutici, tenetur ſol-
vere canones, *Fulgin.de jure emphyt.tit. de diverſ.*
quæſtion. qu. 4. *nu.*11. nec immiſſio datur in ipſa
re modo , ut tangatur ejus ſubſtantia , aut utile
dominium , ut Domino directo invito alter in-
31 troducatur,ſed ad effectum dumtaxat percipien-
di commoditates,& fructus, ex quarum, & quo-
rum perceptione nullum Domino directo præju-
dicium infertur, *Rota poſt Zacch. de oblig Camer.*
*dec.*238. *nu.*7. *cum ſeq.* indè ſubſtinetur immiſſio
32 ſuper fructibus emphyteuſis , eo quòd fructus
ſunt in bonis emphyteutæ , immò dicitur jus
quoddam diſtinctum ab ipſa re , *Scapuccin. de*
*Salviano lib.*2.*qu.*10. *nu.*2.*in fine verſic.tunc enim*
obligatio. Sicuti igitur manus mortua, ſi vigore
33 Salviani immitteretur in fundum emphyteuti-
cum ad effectum ſibi ſatisfaciendi de ſuo credi-
to , non teneretur ſolvere quindennia Domino
directo ob allatas rationes , à fortiori illa ſolve-
re non tenetur in noſtra hypotheſi , quando fit
ab Emphyteuta ſuo debitore translataria , ſeu
ceſſionaria ſuorum canonum ſibi à ſubemphy-
teuta debitorum vigore eorum reſervationis, ſu-
per hujuſmodi enim canonibus nullum jus ha-
bet Dominus directus , eo quòd illi debentur
primo inveſtito à ſecundo inveſtito,ſeu ſubinve-
ſtito , ſicque de illis ad libitum diſponere poteſt
Emphyteuta favore ſibi benè viſi , multò magis
34 favore ſui creditoris, cui tenetur ſolvere, in tan-
tum , ut primus Emphyteuta in recognitionem
dominii inferioris reſervans canones , ſivè pen-
ſiones , cenſeatur Dominus reſpectu ſecundi ,
ſicut Dominus directus reſpectu primi, & habet
omnia jura contra ſecundum , per quem tamen
(ut in caſu) Domino directo non præjudicetur ,
immò idem habet jus expellendi ſecundum , ſi
ei canonem non ſolvat , ſicut habet Dominus
directus adversùs primum , *Fulgin. de jure Em-*
*phyt. tit. de contract. Emphyt. qu.*10. *nu.* 7. *&* 13.
*Valaſc. eod. tract. qu.*13. *num.*13.

ARGUMENTUM.

In materia quindenniorum eſt locus aſſecurationi, ſi manus mortua illorum debitrix poſt acquiſitionem Emphyteuſis deterioravit conditionem, & efficiatur non ſolvendo .

SUMMARIUM.

1 *Præſens articulus eſt valdè practicabilis in foro .*
2 *Tutius remedium eſt aſſecuratio .*
3 *Aſſecuratio nihil aliud eſt , quàm ſatiſdatio de ſolvendo .*
4 *Aſſecurationis terminus parùm Latinus eſt .*
5 *A Practicis introductus .*
6 *Eſt locus aſſecurationi , ſi manus mortua efficiatur non ſolvendo .*
7 *Prout eſt locus aſſecurationi affictus .*
8 *Hæres gravatus tenetur aſſecurare bona fideicommiſſaria .*
9 *Creditor non poteſt agere antè diem .*
10 *Benè agi poteſt , ut ſolvatur tempore adveniente , mediante aſſecuratione .*
11 *Obligatus in diem,interim deteriorem faciens ſuam conditionem , cogitur præſtare cautionem .*
12 *Non eſt locus aſſecurationi , ſi manus mortua de tempore acquiſitionis Emphyteuſis jam erat non ſolvendo .*

CAPITULUM LIV.

IN *præſenti Cap.* diſcutiendum proponitur de
Domino directo prætendente aſſecurationem
in futuris quindenniis ſibi debitis , qui articulus
erit valdè practicabilis in foro,& frequenter con-
tingibilis,cùm non ſemel manus mortua debitis 1
involuta , efficiatur non ſolvendo , deteriorata
conditione , & in hoc deteriorem facit conditio-
nem Domini ob maximam difficultatem , vel
(quod pejus eſt) ob impoſſibilitatem ſolutionis
quindenniorum , undè Dominus ad tuenda ſua
jura cogitur uti juris remediis , ex quibus expe-
ditius , ac tutius videtur illud aſſecurationis , 2
quod experiri curat contrà manum mortuam
Emphyteutam . Pro dicendorum autem intelli-
gentia præmittendum eſt , in praſenti aſſecura-
tionem nihil aliud eſſe , quàm ſatiſdationem , 3
cautionem , ſeu fidejuſſionem de ſolvendo in fu-
turum quindennia per manum mortuam favore
Domini directi præſtandam , cujus terminus ,
ſeu vox , parùm politus , minùſque Latinus , ut 4
evenire ſolet , à Practicis introductus fuit ,
quamobrem in præſenti firmatur, quòd in ma- 5
teria quindenniorum eſt locus aſſecurationi , ſi
manus mortua illorum debitrix poſt acquiſitio-
nem Emphyteuſis deterioravit conditionem , & 6
efficiatur non ſolvendo ad *text. in l. in omni-*
bus 41.*ff. de judic.l. ſi creditores* 15.*ff. de privileg.*
creditor. l. quod ſi in diem 18. *in princip. ff de*
petit. hæred. l. inter omnes 12. *in fine ff. qui ſatiſ-*
dar. cog. Salgad. labyr. creditor. parte 2. *cap.*30.
*n.*9. *cum ſeq.* eodem fermè pacto , quo vergente
viro ad inopiam eſt locus aſſecurationi dotis ad
text. in l. ſi conſtante matrimonio 24. *ff. ſolut. ma-*
trim. Rodriguez de privileg. credit parte 1. *artic.*6.
*nu.*30. *Rota de privileg. mulier. cap.*3. *ſpecial.*4.
*n.*51.*cum ſeqq.* prout eſt locus aſſecurationi pen-
ſionis , ſeu affictus Domus ad *l. ſi fidejuſſor.*2. *§.* 7
fin. ff. qui ſatiſdar.cog. Pacion.de locat. & conduct.
*cap.*37.*n.*34. eodem modo hæres gravatus tene-
tur aſſecurare bona fideicommiſſaria hæredis 8
vocati *Antonell. de temp. legal. lib.*4. *cap.*5.*nu*4.
cum ſeqq.

Neque obſtat, quòd creditor non poſſit agere
antè diem , ſicque antequàm debeatur quinden- 9
nium , ſeu antequàm adveniat dies ſolutionis
quindennii *l. continuus* 137. *§. cùm ità* 2. *verſic.*
non eſt, quod in diem ff. de verb. oblig. l. cedere
diem 213. *ff. de verb. ſign.* quia agi quidem ne-

quit antè diei adventum ad effectum , ut nunc
10 ſolvatur,ſed benè agi poteſt,ut ſolvatur tempore
adveniente , mediante aſſecuratione, veluti in ſimili de penſione , ſeu affictu domus ponderat
Pacion. de locat. & conduct. cap.37. num.34. &
11 regulare eſt in quolibet obligato in diem,ut,ſi interim deteriorem fecerit conditionem ſuam , cogatur præſtare cautionem de ſolvendo adveniente die , ex vulgatis .

Quandoque tamen non eſt locus aſſecurationi , ſi nimirùm de tempore acquiſitionis Em-
12 phyteuſis manus mortua jam erat non ſolvendo, & Dominus directus non egit pro aſſecuratione, non poteſt poſteà amplius agere , ſibi enim eo caſu imputare debet creditor quindenniorum habens notitiam conditionis ſui debitoris, ſicque non cavens pro ſecuritate debiti ad *text.in l. ſi ab arbitro* 10.*ff. qui ſatiſdar.cog.l. ſi is, à quo* 3. *§.fin.ff. ut in poſſeſſ. legat. l.qui bona fide* 13.*§.De illo* 6.*ff. de damn. infect.l. ſi creditores* 31.*ff.de privileg. credit. Barboſa in l. in omnibus* 41.*num.*58. *cum ſeqq. ff. de judic.*

ARGUMENTUM.

Manus mortua Emphyteuta habens cauſam non ſolvendi quindennium , quouſque illam juſtificet , tenetur ſaltem illud deponere .

SUMMARIUM.

1 *Aliquando ex aliqua cauſa manus mortua prætendit ſe ſubtrahere à ſolutione quindenniorum .*
2 *Manus mortua tenetur aſſecurare Dominum directum pro quindenniis .*
3 *Depoſitum eſt facilior via reddendi ſecurum creditorem .*
4 *Manus mortua Emphyteuta habens cauſam non ſolvendi quindennium, quouſque illam juſtificet, tenetur illud deponere .*
5 *Debitor habens juſtam cauſam dubitandi , ſi benè , vel malè ſolvet , deponere debet pecuniam .*
6 *Remedium depoſiti eſt quoddam temperamentum adinventum pro aſſecuratione judicii .*
7 *Mandatum ad effectum deponendi , nemini præjudicat .*
8 *Deponens , remanet dominus rei depoſitatæ .*
9 *Honorifica mentio R. P. D.*Anſaldi Decani .
10 *Deponens , dicitur adhùc habere pecuniam de Jure , & de facto .*
11 *Deponens non fatetur à ſe deberi quindennium .*
12 *Deponere non eſt ſolvere .*
13 *Præcipuè quando in mandato ad deponendum legitur clauſula præſervativa jurium .*
14 *Manus mortua nunquam moritur .*
15 *Melius eſt præventivè rei incumbere,quàm actioni.*
16 *Manus mortua non tenetur quindennium deponere,ſi ſit adeò pauper,ut non habeat quid deponat .*
17 *Tali caſu tenebitur præſtare cautionem , ſeu aſſecurare judicium .*
18 *Talia proviſionalia remedia concedi ſolent , nè judicium ſit eluſorium .*

CAPITULUM LV.

PRæſens articulus valdè reducibilis eſt ad uſū forenſem , cum aliquando ex aliqua cauſa 1
manus mortua prætendat ſe ſubtrahere à ſolutione quindenniorum in grave Domini directi detrimentum eundem prolixis , ac diſpendioſis litigiis forſitan injuſtis contra omnem Juris tramitem defatigando , quapropter ad reparandum in aliqua parte hujuſmodi præjudicium , ponendùmque in tuto Dominum directum , debitor quindenniorum(qualis eſt manus mortua) 2
tenetur aſſecurare creditorem , qualis eſt Dominus directus ex per nos traditis in *præcedenti Capitulo* , & per *Rotam coram Ubaldo dec.*806. *n.*7. *cum ſeq. par.*2. nec puto , opportuniori , ac faciliori via reddi ſecurum creditorem , quàm me- 3
diante depoſito , undè in *præſenti Capitulo* proponimus aſſertionem, quòd manus mortua Em- 4
phyteuta , habens cauſam non ſolvendi quindennium , quouſque illam juſtificet , tenetur ſaltem illud deponere, *Menoch. de arbitrar. Judic. lib.*2.*centur.*3.*caſ.*232.*n.*19.*Salgad. labyr.creditor. par.*1.*cap.*27.*n.*125.*cum ſeq. Gait. de credit cap.*4. *tit.*11. *n.*1348. *in fine* , *Niger. de exception. cap.*2. *§.*7. *n.*1. eodem fermè pacto, quo admittitur de- 5
poſitum debitoris habentis cauſam juſtam dubitandi, ſi benè, vel malè ſolvet , *l. ſi ſoluturus* 39. *ff. de ſolution. Cancer.var.reſol. par.*3.*cap.*8. *n.*15. *Fontanella dec. Cathalon.* 540. *n.*10. *tom.*2. eſtque depoſiti remedium quoddam temperamentum 6
optimum adinventum pro aſſecuratione judicii, ac indemnitate Domini directi per modum proviſionis, *Rota in recentior. deciſ.*162. *n.*6.*par.*18. mandatum enim relaxatum contra manum mor- 7
tuam Emphyteutam ad effectum deponendi tantùm quindennium à Domino directo prætenſum , ac habente pro ſe intentionem fundatam , neutri partium præjudicat , *Rota dec.*166. *n.*24. *& dec.*177. *n.*11.*par.*10. *recentior.* adeò, ut manus mortua deponens remaneat Domina rei 8
depoſitatæ , quouſque per Judicem declaretur deberi quindennium ad *text.in l.licet deponere* 17. *§. rei depoſitæ* 1. *ff. depoſit. l. depoſui* 39. *ff. de pecul.Onat.de contract.tom.*2.*tract.*19.*diſp.*55.*ſect.*1. *n.*5. *cum ſeqq. Turr. de camb. diſp.*2. *qu.*17. *n.*59 *Niger de exception. cap.*2. *§.*12. *nu.*14. *Carleval. de judic. tom.*2. *lib.*1. *tit.*3. *diſput.*31. *n.*5. *in princip. verſic. tunc enim dominium, Molina de contract. tract.*2. *diſput.*523. *n.*4. *in princip. verſic. in reliquis verò, Filliucc. moral tract.*34.*cap* 1. *q.*3. *n.*5. *Salgad. labyr. credit. parte* 1. *cap.*11. *nu.*20. *cum ſeqq. Reverendiſs. P. D. Anſaldus Decanus, olim* 9
*in Urbe famigeratiſſimus Advocatus, de commerc. & mercatur. diſc.*95.*n.*19. *Card. de Luca de Benefic.diſc.*36.*ſub n.*25.*Rota coram Ludoviſ. dec.*146. *n.*1. *& in annot. n.*20. *Peutinger. deciſ.*15. *nu* 18. *Coccin. dec.*49. *n.*13. *& dec.*851. *n.*2. *dec.*102.*n.*6. *& deciſ.*109. *nu.*20. *&* 22. *poſt Merlin. de pignor. dec.*281. *n.*10. *&* 13. *par.*2. *diverſ. dec* 272 *nu.*4. *par.*4. *tom.*1. *recentior. dec.*35. *n.*8. *&* 13. *par.*13. ideoque non amittit poſſeſſionem , immò dicitur adhùc habere pecuniam depoſitatam de Ju- 10
re , & de facto *l. licet* 17. *ff.depoſit.l. intereſſe* 39. *ff. de acquir. poſſeſſ. Rota dec.*281. *n.*13. *par.*2. *diverſorum*; Nec à ſe deberi quindennium fatetur, 11
faciens depoſitum pro omni eo , quod Dominus directus prætendere poteſt ſuper ſibi ſol-

Mm ven-

vendo quindennio, *Angel.de confeſſion.lib.1.q.4.*
n.5.Cyriac.controv.633.n.27. cùm deponere non
12 ſit ſolvere ad *l. item liberatus 6.§.1. ff. quib. mod.*
pign. vel hypothec. ſolv. Carocc. de depoſit. par.2.
qu.65. nu.1. Ripa obſerv.169. num.4. Rota coram
Ubaldo dec.425.n.5. & 8.Bich.dec.283.n.13.Card.
Celſo dec.127.n.1. & dec.133.n.1. Dunozet.Jun.
dec.546. n.8. Buratt. dec.374. n.5. dec.281. nu.9.
par.2. diverſor.dec.8. n.3. cumſeqq. par.4.recent.
to.2. dec.158.n.8. & dec.234.n.12.par.8. dec.462.
nu.7. par.9. tom.2. ac in Romana Pecuniaria 27.
Januarii 1698.*§.fin. coram Reverendiſſimo P.D.*
Molines Decano, poſtedque Inquiſitore Generali
Hiſpaniarum, præcipuè quando in mandato Ju-
13 dicis ad deponendum quindēnium legitur clau-
ſula præſervativa jurium *citrà præjudicium par-*
tium, Rota coram Ubaldo dec.425. n.7. dec.235.
n.5. par.10. recentior.

Quibus ſic ſtantibus videretur contrarium
firmandum in caſu, non teneri nempè manum
mortuam ad deponendum quindennium, quan-
do habeat cauſam aliquam illud non ſolvendi,
14 eo quòd cùm manus mortua nunquam moria-
tur, aut deficiat, ut ſuprà ſuo loco, ſignanter in
Capitulo I. & II. annotatum extat, ſemper adeſt
debitor, qui pro decurſis quindenniis pulſetur,
15 attamen ad aſſecurandum judicium ob caſuum
contingentias melius eſt præventivè rei incum-
bere, quàm actioni ad *l. minus* 250. *ff. de regul.*
Jur. Gratian. diſc.545. n.17.

In uno tamen caſu putarem manum mor-
16 tuam non teneri quindennium deponere, ſi vi-
delicet ſit adeò pauper, ac miſerabilis, ut non
habeat quid deponat, ideoque abſque aliqua
obligatione depoſiti erit audienda ſuper cauſa,
quam allegat habere non ſolvendi quindennium
Valaſc. conſult. dec. tom.1. conſult.85. nu.5. & 7.
in principio, Cabed. dec. Luſitan.37.nu.2. in med.
verſiculo tamen per illam, ſed ut indemnitati Do-
mini conſultum in aliqua parte remaneat, te-
17 nebitur eo caſu manus mortua præſtare cautio-
nem, ſeu aſſecurare judicium, *Rota coram Bi-*
chio dec.121.n.16: cùm nè alias judicium evadat
eluſorium, ob inopiam, ac impotentiam debi-
18 toris ſoleant talia proviſionalia remedia conce-
di *Rota in recentior. dec.162.n.9. par.18. tom.1.*

ARGUMENTUM.

Manus mortua Emphyteuta non ſolvens quindennium, admittitur ad purgationem moræ.

SUMMARIUM.

1 *Pauper propriè moram incurrere non dicitur.*
2 *Manus mortua non ſolvens quindennium, cadit in commiſſum.*
3 *Quindennium introductum fuit ex conſuetudine.*
4 *Mora committitur abſque aliqua interpellatione.*
5 *Contrarium ſentientes refelluntur.*
6 Hodierna ad Surd. deciſ. Mant.200. n.1. *eſt parùm conſtans.*
7 *Opinio contraria non eſt communis.*
8 *De rigore Juris non eſt locus purgationi moræ.*
9 *Emphyteuta non ſolvens quindennium, admittitur ad purgationem moræ.*
10 *Quindennium ſubrogatum eſt in locum laudemii.*
11 *Attendenda eſt potiùs cauſa tractantis de damno vitando, quàm cauſa tractātis de lucro captando.*
12 *Mora eſt purgabilis, licet aliquid debeatur ſingulis annis, ex quò non eſt appoſitum tempus certæ diei.*
13 *Locus eſt purgationi moræ etiam in caſu præjudicii tertii.*
14 *Manus mortua admittitur ad purgationem moræ ob non petitam renovationem in tempore de 29. in 29. annos.*
15 *Deficiens in ſolutione canonis, admittitur ad purgationem moræ.*
16 *Quindennium debetur de 15. in 15. annos.*
17 *Manui mortuæ competit reſtitutio in integrum, ut quindennium ſolvat, & Emphyteuſim retineat.*
18 *Etiam contrà aliam manum mortuam Dominam.*
19 *Fortiùs admittitur manus mortua ad purgationem moræ, ſi illa fuerit pauper.*
20 *Beneficium purgationis moræ concedi ſolet miſerationis cauſa.*
21 *Impotens non dicitur moroſus, nec negligens.*
22 *Titularis Beneficii admittitur ad purgationem moræ, ad evitandum regreſſum.*
23 *Judex debet eſſe pronus ad declarandum, eſſe locum purgationi moræ.*
24 *Taurini non niſi poſt quinquennium, & trinam monitionem incurritur commiſſum.*
25 *Bononiæ moroſus Emphyteuta, ad declinandum caducitatem debet ſolvere in futurum duplicatos canones.*
26 *Ferrariæ Emphyteuta habet menſem ad purgandum moram.*
27 *Multò fortiùs competit purgatio moræ, ſi in loco deſtinatæ ſolutionis quindennii non fuerit repertus Dominus directus.*
28 *In feudo admittitur purgatio moræ ob non ſolutam annuam recognitionem.*
29 *Canonici, & Parochi tenentur emittere fidei profeſſionem intrà bimeſtre.*
30 *Tales adhùc poſſunt moram purgare.*
31 *Exhibere debens Inventarium intrà certum tempus, poteſt moram purgare.*
32 *Ad tranſportanda Acta admittitur purgatio moræ.*
33 *Bellum, aut peſtis eſt juſta cauſa purgationis moræ.*
34 *In ultimis voluntatibus non habet locum purgatio moræ.*
35 *Exequutor teſtamentarius non adimplens intrà legitimum tempus voluntatem defuncti, gaudet purgatione moræ.*
36 *Contrarium tenentes recenſentur.*
37 *Purgatio moræ ob non ſolutum canonem etiam ex levi, & affectata cauſa admittitur præſertim in Rota.*
38 *Præcipuè ſi adſit aliqua præſumptio pro moram purgare volente.*
39 *Purgatio moræ meliùs intrat, ſi manus martua habeat juſtam cauſam credendi, ſolutum fuiſſe quindennium per colonum.*
40 *Caducitas ſine dolo non incurritur.*
41 *Vel ſi putaverit, fuiſſe ſoluta quindennia mediantibus ſequeſtris procuratis à domino.*
42 *Vel ſi quindenninm fuerit ab alio accolatum, à quo præſumitur fuiſſe ſolutum.*
43 *Vel ſi in loco deſtinatæ ſolutionis non adfuerit Procurator, cui quindennia ſolverentur.*
44 *Titularis admittitur ad purgationem moræ, ſi non repererit Procuratorem Penſionarii in loco deſtinatæ ſolutionis Penſionis.*

45 *Mora*

45 *Mora inducta ex culpa creditoris non eſt imputanda debitori aliàs ſolvere, parato.*
46 *Moroſus non poteſt alium in mora conſtituere.*
47 *Mora creditoris in petendo compenſatur cum mora debitoris in non ſolvendo.*
48 *Non requiritur de neceſſitate depoſitum quindennii, ſed ad cautelam.*
49 *Potiùs creditor dicitur moroſus, qui non fuit in loco diſtinatæ ſolutionis.*
50 *Nec requiritur aliqua proteſtatio.*
51 *In pari mora melior eſt conditio debitoris.*
52 *Maior eſt mora creditoris in non exigendo, quàm debitoris in non ſolvendo.*
53 *Mandatum executivum, licet ab eodem fuerit appellatum, non impedit purgationem moræ.*
54 *Meliùs intrat purgatio moræ, ſi manus mortua deſierit ſolvere quindennia ex eo, quòd Judex eam inhibuerit ſequeſtro, nè quindennia ſolveret Domino directo.*
55 *Dummodo tamen præceptum Judicis ex alia cauſa extrinſeca originem trahat.*
56 *Qui eſt cauſa cauſæ, eſt cauſa cauſati.*
57 *Sequeſtrum præſumitur colluſivè procuratum ad evitandam ſolutionem quindennii.*
58 *Judicis inhibitio ſivè juſta, ſivè injuſta timenda.*
59 *Purgatio moræ competit etiam creditori Emphyteutæ.*
60 *Creditor Emphyteutæ admittitur ad purgandam moram etiam re non integra.*
61 *Meliùs intrat purgatio moræ, ſi forſitan quindennium eſſet adhùc æſtimandum.*
62 *Nondùm facta quindennii æſtimatione manus mortua non dicitur in mora illud ſolvendi.*
63 *Purgatio moræ intrat, ſi manus mortua excipiat de compenſatione cum quindennio.*
64 *Quanvis mora ſit geminata, adhùc eſt purgabilis de æquitate Canonica.*
65 *Niſi creditum manus mortuæ ſit in minori ſumma, quàm debitum quindennii.*
66 *Intrat purgatio moræ, ſi etiam manus mortua per oblivionem omiſerit quindennium ſolvere.*
67 *Non eſt locus purgationi moræ, ſi inter Dominum directum, & manum mortuam fuerit concordatum ſuper excluſione purgationis moræ.*
68 *Titulari non competit purgatio moræ, quando in literis Penſionis adeſt pactum reſolutivum.*
69 *Mater non petens tutorem intrà annum filio, moram non purgat.*
70 *Patronus non præſentans intrà tempus, moram purgare nequit.*
71 *Contraria ſententia ad ſummum procederet data ignorantia vacationis Beneficii.*
72 *Prorogatio ad præſentandum concedi poteſt.*
73 *Docto de legitimo impedimento, Patronus moram purgare poterit.*
74 *Electores non eligentes in tempore, non purgant moram.*
75 *Habens jus prælationis, elapſo bimeſtri, non ampliùs admittitur ad purgandum moram.*
76 *Pactum reſolutivum nihil aliud exprimens, quàm quod de Jure ineſt, non impedit purgationem moræ.*
77 *Non debet eſſe in poteſtate Domini directi auferre beneficium purgationis moræ.*
78 *Alii tenent, non dari reſtitutionem in integrum, quando adeſt pactum reſolutivum.*
79 *Stante paupertate manus mortuæ, non obſtante pacto reſolutivo, adhùc eſt locus purgationi moræ.*
80 *Eccleſia cultrix eſt æquitatis.*
81 *Etiam in Emphyteuſi privati eſt locus purgationi moræ.*
82 *Emphyteutæ Eccleſiæ conceditur biennium ad ſolvendum Canonem.*
83 *Etiam Judæi moram purgare poſſunt.*
84 *Chriſtiani nõ debent eſſe deterioris conditionis, quàm Judæi.*
85 *Eccleſia in integrum reſtituenda ob non ſolutum canonem.*
86 *Contrà caducitatem ſemper in dubio judicandű eſt.*
87 *Manus mortua multo ære alieno gravata, non purgat moram.*
88 *Probanda eſt paupertas ſpecificè, non ſufficit in genere.*
89 *In Aragonia non ſolet mora purgari.*
90 *Tali caſu erit locus irrefragabiliter pœnæ commiſſi.*
91 *Eodem caſu competit reſtitutio in integrum.*
92 *In caſu diverſi privilegii privilegia non conquaſſantur.*
93 *Prout quando una manus mortua tractat de damno vitando.*
94 *Magis in dubio favendum tractanti de damno vitando.*
95 *Fit mentio honorifica* Alvarez Pegas *Luſitani.*
96 *Manus mortua idem habet privilegium, quod privatus.*
97 *Conſuetudo Aragoniæ non purgandi moram forſitan non intrat in manu mortua Eccleſiaſtica.*
98 *Super hoc tamen Auctor non figit pedes, nec dat manus.*
99 *Non valet conſuetudo Laycorum in præjudicium Eccleſiæ.*
100 *Talis conſuetudo ſtrictim interpretanda.*
101 *Per talem conſuetudinem reſtitutio in integrum non aufertur.*
102 *Pro purgatione ſolvendum non eſt quindennium.*
103 *Etiam poſt pugatam moram remanet inveſtitura.*
104 *Fulginate ſolvitur laudemiű pro purgatione moræ.*
105 *Quo caſu ſolvendum eſt quindennium.*
106 *Bononiæ purgatur mora ſub obligatione duplicatorum canonum.*
107 *Quindennia ſingulis quindecim annis ſolvi ſolent.*
108 *Etiam in caſu non eſt locus ſolutioni duplicatorum quindenniorum.*
109 *Bulla ſtrictim intelligenda eſt in ſolo caſu expreſſo.*
110 *Si præciperetur duplicatum laudemium, tunc ſolvendum eſſet quindennium.*
111 *Quindennium ſucceſſit in locum laudemii.*
112 *Quindennium nihil habet commune cum canone.*

CAPITULUM LVI.

Diſcuſſa quantum ſatis in *anteacto Cap.* inſpectione, quòd manus mortua Emphyteuta habens aliquam cauſam non ſolvendi quindennium, teneatur illud deponere, modò porrigitur anſa diſcutiendi præſentem inſpectionem apprimè utilem, ac ſcitu neceſſariſſimam, quòd nempè manus mortua Emphyteuta non ſolvens quindennium, admittatur ad purgationem moræ, quæ quidem inſpectio, ejuſque reſolutio dependet ab alia inſpectione, an videlicet eadem manus mortua non ſolvens quindennium, cadat in commiſſum, ſi etenim cadit in commiſſum, indiget ad retinendum Emphyteuſim beneficio purgationis moræ, ſi autem non cadit, illo ſanè non indiget, eo quòd propriè pauper moram 1
incur-

incurrere non dicitur, ut advertit *Leoncill. de privileg. pauper. par.2. privileg.*276. *n.6.* idemque practicandum in quindennio, quo non ſoluto ſi manus mortua non ſubjacet pœnæ caducitatis, profecto nec indigebit purgatione moræ.

Undè pro dicendorum clariori notione præ-
2 mittendum, quòd manus mortua non ſolvens quindennium, cadit in commiſſum, ſicuti non
3 ſolvens laudemium, cùm ex conſuetudine præfinitum ſit certum tempus ad ſolvendum quindennium ſingulis nempè quindecim annis, in-
4 deque abſque aliqua interpellatione committatur mora, & incurratur caducitas, *Niger de laudem.q.*27 *n.*1.17. *&* 19. *tom.*1. *Capan.de jur.relev. par.*1. *qu.*11. *nu.*8. *Pinheyr.de Emphyteuſi par.*2. *diſput.*8. *ſect.*4.*n.*64.*ad fin. Alvarez Pegas reſol. forenſ. cap.*9. *n.*261. *circà fin. verſiculo idem enim ex laudemio, tom.*2. *Intrigliol. de feud. centur.*1.
5 *qu.*9.*n.*181. quidquid ſentiant relati per *Nigr.de laudem. qu.*27. *n.*15. *to.*2. *Pinheyr. de Emphyteuſ. par.*2.*diſput.*4.*ſect.*4.*n.*40. *Amad. à Ponte de laudem. qu.*19. *n.*1. *ubi Blancard. in notis in princip. Antonell. de temp. legal. lib.*2. *cap.*55.*nu.*52. *Hodiern. ad Surd. dec. Mantuan.*31.*nu.*41. *cum ſeqq.*
6 (qui tamen eſt parùm conſtans ad *dec.*200.*n.*1.) *Rota coram Ubaldo deciſ.*298.*n.*7. *tom.*1. quorum
7 tamen opinionem non eſſe communem teſtatur *Merlin. de pignor. lib.*3. *tit.*1. *qu.*10. *n.*45. adeoque vera eſt recitata opinio contra Emphyteutam laudemium non ſolventem, ut de rigore
8 juris non ſit locus purgationi moræ, *Niger de laudem. qu.*27. *n.*20. *tom.*1. *Laurent. deciſ. Avenion.*143. *n.*6. *cum ſeqq.*

Quibus ſtantibus, aſſerimus, quòd manus
9 mortua Emphyteuta non ſolvens quindennium, admittitur ad purgationem moræ, adinſtar non ſolventis laudemium, ob paritatem rationis de laudemio cum quindennio, immò ob ſubroga-
10 tionem quindennii in locum laudemii, *Blancard. ad Amad. de Ponte de laudem. qu.*19. *in fine*, *Niger eod. tract. qu.*30. *nu.*129. *tom.*1. *Vivius deciſ. Neapol.*496. *n.*14. *lib.*3. attendenda nanque eſt
11 potior cauſa manus mortuæ tractantis de damno vitando mediante purgatione moræ, quàm illa domini directi tractantis de lucro captando, de recuperanda nimirùm Emphyteuſi ex cauſa devolutionis, ſeu caducitatis ob non ſolutum quindennium, veluti in ſimili de canone ponderat *Barzius dec. Bonon.*50.*n.*61. *cum ſeqq.* Ultra-
12 quamquod ſi mora eſt purgabilis, licet aliquid debeatur ſingulis annis, ex quò non eſt appoſitum tempus certæ diei, quantò magis in caſu mora erit purgabilis, cùm quindennium debeatur ſolummodò ſingulis quindecim annis, nec etiam appoſitum ſit tempus certæ diei, *Genuenſ. practicab. Eccleſ. tricenar.*5. *qu.*127. *num.*5. *Vivian. prax. Jurispatron. lib.*2. *cap.*5. *nu.*49. *cum ſeqq.*
13 immò ſi moræ purgationi eſt locus etiam in caſu præjudicii tertii, puta quando eſſet ſubſtitutus alius in caſu non implementi legatarii infrà certum tempus, quantò magis erit locus purgationi moræ in præſenti caſu, in quo non agitur de præjudicio alicujus, *Leo de offic.Cappellan. qu.*5. *ſect.*22. *n.*319. *in princip. &* *n.*320. *in princip. & in fine verſiculo ſi ergo*, *Pignatell. conſult. can. tom.*10. *conſult.*47. *n.*28. *&* 35.

Eodem modo, quo manus mortua admitti-
14 tur ad purgationem moræ ob non petitam renovationem in tempore cõcordatam forſitan cum Domino directo de 29. in 29. annos (prout in Emphyteuſi Eccleſiaſtica practicari ſolet) vel in integrum reſtituitur, *Rota in recentior. deciſ.*65. *n.*5. *cum ſeqq. par.*17. Sicuti nanque deficiens in ſolutione canonis, quæ annuatim fieri ſolet, admittitur ad moræ purgationem tàm de æquitate 15
canonica, quàm etiam civili, ubi non adeſt dolus, ſeu malitia poſitiva, & modicum tempus intercedit, *Altograd.ſenior conſ.*6.*n.*30.*lib.*2. *Menoch. conſ.*467. *n.*8. *& conſ.*1133. *n.*14. *verſic. & quod Vaſſallus*, *Palma ſen. conſult.*10. *nu.*8. *cum ſeqq. Roſental.de feud.cap.*6.*conc.*56.*n.*2. *ubi Add. litera D. & conc.*59. *ubi Add. litera B. Barbat. de diviſ. fruct. par.*2. *cap.*13.*n.*15. *Amic. de jure Emphyt. qu.*28. *per tot. Fulgin. eod. tract. tit. de ſolut. Canon. qu.*6. *per tot. Valaſc. eod. tract. qu.*21. *n.*7. *Pacion. de locat. & conduct. cap.*55. *n.*48. *Capan. de jure Relev. par.*5. *qu.*13.*n.*10. *&* 17. *Bellon. de his, quæ in continent. fiunt lib.*1.*cap.*73. *n.*11. *Calvin.de æquit. lib.*1.*cap.*79. *nu.*3. *Medices exam.*28. *n.*12. *Donad. de renunc. cap.*13. *nu.*34. *& per tot. Noguerol. alleg.*6. *nu.*82. *de Marin. reſol. par.*1. *cap.*133. *n.*8. *Genuenſ. practic. Eccleſ. qu.*48. *n.*3. *in fine*, *Corbul. de cauſ. privation. Emphyteuſ. tit. de cauſ. privation. ob non ſolut. canon. limit.*41. *per tot. Card. de Luca de Emphyteuſi diſc.*36. *n.*6.7.8. *&* 13. *Fontanell. dec. Cathalon.*407 *nu.*17. *tom.*2. *Maſtrill. dec. Sicil.*101. *n.*1. *& dec.*193. *n.*33. *cum ſeq.* ità à fortiori quantò magis admittenda manus mortua ad purgationem moræ, non ſolvens quindennia, ad quæ (ut ità dicam) quindenniatim tenetur, ſeu de quindecim in quindecim 16
annos dumtaxat. Vel ad omne pejus manui mortuæ competit reſtitutio in integrum, ut quinden- 17
nium ſolvat, & Emphyteuſim retineat adinſtar minoris canonem non ſolventis, *Fulgin. de jure emphyt. tit. de ſolut. canon. qu.*1. *n.*171. *cum ſeqq.* etiamſi ageretur contrà aliam manum mortuam 18
Dominam directam prætendentem caducitatem *Fulgin. loc. cit. n.*172. *&* 192. fortiùſque manum mortuam puto fore admittendam ad moræ pur- 19
gationem, ſi fuerit pauper, prout ob canonem non ſolutum ſervatur, *Caball. conſ.*134. *num.*2. *lib.*1. *Corbul. de cauſ. privation. Emphyteuſ. tit. de cauſ. privation. ob non ſolut. canon. limit.*29. *n.*1. *& limit.*41. *num.*25. *Velaſc. de privileg. pauper. par.*1. *qu.*33. *nu.*21. *cum ſeqq. Leoncill. eod. tract. par.*2. *privileg.*121.*n.*2. *cum ſeqq. & privileg.*276. *n.*1. *cum ſeqq. Duran. de condition. de jure impoſſib. par.*1. *cap.*1.*n.*36. *Card. Mantica de tacit. & ambig. convention. lib.*22. *tit.*27. *n.*54. *Medices de fortuit. caſib. par.*1. *qu.*6. *n.*41. *Prat. pract. obſ.*33. *n.*17. *cum ſeqq. Fulgin. de jure emphyt. tit. de var. caducitat. qu.*2. *n.*76. *& tit. de ſolut. canon. q.*1. *n.*379. *cum ſeqq. Card. de Luca de Emphyteuſi diſc.*41. *n.*8. *& diſc.*42. *n.*5. *Rota Lucen. dec.*35. *n.*31. *poſt Balducc. ad conſil. Ramon. to.*2. *Rota Romana poſt Antonell. de jurib. & oneribus Cleric. dec.*32. *n.*8. *dec.*35. *nu.*18. *& dec.*36. *nu.*18. *& coram Card. Cavaler. dec.*94. *n.*5. *Emerix Jun. Decano dec.*1140. *n.*17. *tom.*3. *ac in recentior. dec.*119. *n.*12. *cum ſeq. par.*9. *tom.*1. *dec.*473. *n.*1. *& dec.*516. *n.*6. *par.*13. præ-
ſertim cùm purgationis moræ beneficium conce- 20
di ſoleat miſerationis cauſa, *Rota coram Card. Puteo dec.*456. *nu.*2. *lib.*2. & advertit *Eſcobar. à Corro de utroque foro artic.*4.§.3.*n.*152. *ubi n.*154. etiamſi Dominus directus reperiatur in pari egeſta-

21 ſtate, ex ratione, quia impotens non dicitur
moroſus, nec negligens, ut per *eundem nu.*155.
cum ſeqq. Hinc videmus, Titularem admitti ad
22 purgationem moræ ad evitandam pœnam re-
greſſus, *Gigas de Penſion. qu.*80. *nu.*8. *& per tot.*
*Tondut. eod. tract. cap.*47. *n.*18. *& cap.*52. *n.*24.
*cum ſeqq. Velaſc. de privileg. pauper. par.*1. *qu.*33.
*n.*27. *Leoncill. eod. tract. par.*2. *privileg.*319. *nu.*1.
*Rota cor. Pena dec.*470 *n.*6. *cum ſeqq. & dec.*550.
*n.*6. *tom.*1. *Card. Celſ. dec.*323. *n.*9. *& deciſ.*363.
*n.*2. *ac per tot. Emerix Jun. dec.*427. *n.*1. *tom.*1.
& in dubio amplectenda eſt opinio favens pur-
purgationi moræ, Judexque debet eſſe pronus
23 ad declarandum eſſe locum purgationi moræ,
*Fulgin. de jure emphyt. tit. de ſolut. canon. qu.*6.
*n.*9. *Fontanella dec. Cathalon.*407. *num.*18. *tom.*2.
*Rota coram Emerix Jun. dec.*1140. *nu.*17. *tom.*3.
adeoque caducitati occurrendum, ut Pius Pa-
pa II. de anno 1460. indulſerit, quòd in Tau-
24 rinen Civitate non niſi per lapſum quinquenna-
lem, & non niſi trina prævia monitione, ſeu in-
terpellatione in commiſſum caderetur, de quo
Indulto Pontificio teſtatur *Monach. dec. Floren-
tin.*36. *num.*6. immò Bononiæ viget Conſtitutio
25 Pauli Papæ III. per quam cavetur, quòd mo-
roſus Emphyteuta ad declinandum caducita-
tem debeat ſolvere in futurum duplicatos cano-
nes, *Anan. conſ.*84. *per tot. Soccin. ſen. conſ.*99.
*per tot. lib.*1. *Bolognin. conſ.*31. *in princip. verſic.*
nec habet officere, *Machel. patrocin. in fine*, *Curt.*
*de conſuetud. num.*508 *Rota Bonon. poſt Gozzadin.*
*conſ.*51. *n.*12. *Rota Bonon. ſub Statut. dec.*59. *n.*10.
& 17. *Poſtius dec. Bonon.*63. *nu.*72. *cum ſeqq. &*
*dec.*65. *n.*20. *Rota Romana dec.*52. *in princip. &*
*per tot. par.*19. *recentior.* & Bulla Bonifacii IX.
26 concedit Civibus Ferrarienſibus Emphyteutis
menſem ad purgandum moram, *Berſan de negli-
gent. & omiſſion. par.*2. *artic.*16. *n.*5. multò for-
27 tiùs competit purgatio moræ, ſi Dominus dire-
ctus non fuerit repertus, aut Procuratorem non
elegerit in loco deſtinatæ ſolutionis quindennii,
*Trat. pract. obſ.*12. *n.*44. *cum ſeq.* Idem practica-
ri videmus in materia feudali, dum in illa ad-
28 mittitur purgatio moræ ob omiſſam ſolutionem
annuæ recognitionis feudo impoſitæ, *Tondut.*
*quæſt. can. & civil. par.*3. *cap.*198. *n.*17. *& per tot.*
Hinc videmus, quòd Canonici, & Parochi à
29 *S. Tridentina Synodo ſeſſ.*24. *cap.*12. *de Reform.* ad-
ſtricti ad emittendum fidei profeſſionem intrà
30 bimeſtre, adhùc poſſunt moram purgare *Caruſ.*
*Sylv. termin. arb.*29. *n.*19. *Riccius dec. Cur. Ar-
chiep. Neapol.*220. *nu.*4. *cum ſeq. par.*1. eodem
modo adſtrictus ad exhibitionem Inventarii in-
31 trà certum tempus, poteſt moram purgare,
*Caruſ. Sylv. term. arb.*15. *n.*89. admittitur etiam
32 purgatio moræ pro tranſportatione Actorum
*Mattheu de regim. Regn. Valent. cap.*12. §.2. *n.*178.
eſt inſuper cauſa juſta purgationis moræ bellum,
33 aut peſtis, quæ & bellum divinum dicitur, veluti
apud *Philibert. Marchin. de bell. divin.* immò ſo-
la ſuſpicio tanquàm caſus fortuitus, ac fatalis
incogitatus, *Pacion. alleg. civil. & Canon.*192.
*nu.*5. *&* 7. *Marchin. de bello divino par.*9. *cap.*4.
*num.*3. *Onate de contract. tom.*1. *tract.*3. *diſput.*8.
*ſect.*1. *n.*23. *circà fin. verſiculo juſtum impedimen-
tum*, ſolùmque in ultimis voluntatibus purga-
34 tio moræ non habet locum, *Themud. à Fonſeca*
*dec. Portugall.*301. *nu.*32. *cum ſeqq. par.*3. atta-
men exequutori teſtamentario non adimplenti 35
intrà legitimum tempus voluntatem defuncti,
indulgetur purgatio moræ *Berſan. de negligent.*
*& omiſſion par.*1. *artic.*22. *n.*29. *cum ſeqq. Calvin.*
*de æquit. lib.*1. *cap.*79. *nu.*22. *cum ſeqq. Themud.*
*dec.*16. *nu.*15. *in fine verſic. & darem par.*1. quan- 36
vis contrarium teneant *Buſembaum medull. Theo-
log lib.*3. *tract.*5. *cap.*4. *dubitat.*4. *reſp.*2. *fol.*
*mih.*211. *Marchett. prax. Vicar. Capitular. par.*2.
*tit.*28. *num.*5. *in fine*, *Diana moral. par.*8. *tract.*5.
*reſol.*54.

Ac ſanè æquiſſimum eſt, ut ex cauſa pauper-
tatis manus mortuæ ſit locus purgationi moræ
ob non ſolutum quindennium, quando etiam ex
cauſa fatua, ſeu (ut minùs Latinè ajunt) be-
ſtiali, etſi levi, & opinatione non omninò craſ-
ſa, ſupina, ac affectata paſſim admittitur præ-
ſertim in Rota purgatio moræ ob non ſolutum 37
canonem cum quacumque excuſationis cauſa
etiam minùs juſta, levi, immò leviſſima, *Fulgin.*
*de jure emphyt. tit. de ſolut. canon. q.*1. *n.*81. *Card.*
*de Luca de Emphyteuſi diſc.*42. *n.*2. *& diſc.*46. *n.*9.
in princip. verſic. verùm ſatis, *Rota poſt Antonell.*
*de jurib. & oncrib. Cleric. dec.*36. *nu.*4. *& coram*
*Emerix Jun. dec.*18. *n.*4. *tom.*1. *dec.*775. *num.*6.
*dec.*923. *n.*4. *&* 10. *tom.*2. *dec.*1266. *n.*1. *tom.*3.
Innocent. X. *dec.*8. *n.*5. *ubi Add. n.*9. *dec.*55. *n.*3.
*& dec.*658. *n.*6. *&* 12. præcipuè ſi adſit aliqua
præſumptio pro manu mortua moram purgare
intendente, *Menoch. de præſumpt. lib.*1. *præſ.*34. 38
cum ſeq.

Prætereà meliùs intrabit beneficium purga-
tionis moræ, ſi manus mortua habuerit juſtam, 39
ac probabilem credulitatem, quòd forſitan per
colonum, ſeu villicum juxta communem loci,
vel particularem ipſius manus mortuæ conſue-
tudinem fuerit ſolutum quindennium, veluti in
ſimili de canone *Card. de Luca de Emphyteuſi*
*diſc.*46. *n.*6. *cum ſeqq. Fulgin. de jur. Emphyt. tit.*
*de ſolution. canon. qu.*1. *n.*81. *Corbul. de cauſ. pri-
vation. Emphyteuſ. tit. de privation. Emphyteuſ. ob*
*non ſolut. canon. ampl.*8. *n.*22. *Card. Mantica de*
*tacit. lib.*22. *tit.*27. *n.*26. *Gratian. diſc.*675. *n.*33.
*cum ſeqq. Rota coram Card. Celſo dec.*15. *n.*15. *cum*
ſeq. vel ſi per errorem omiſit manus mortua ſol-
vere quindennia, cùm caducitas ſine dolo non 40
incurratur, *Altograd. conſ.*15. *n.*3. *lib.*2. *Urceol.*
*conſult. forenſ. cap.*37. *num.*15. *cum ſeqq. Sperell.*
*dec.*99. *n.*25. *&* 57. *tom.*1. vel ſi putaverit fuiſſe
ſoluta quindennia mediantibus ſequeſtris factis 41
à Domino directo, *Rota coram Card. Celſo dec.*15.
*n.*13. *ac in recentior. dec.*719. *n.*10. *&* 11. *par.*4.
*tom.*3. vel ſi fuerit debitum quindennium ab alio
accollatum, à quo poſſint præſumi ſoluta quin- 42
dennia, *Rota dec.*201. *n.*41. *dec.*304. *n.*24. *par.*9.
*recentior. tom.*1. vel ſi in loco deſtinatæ ſolutio-
nis non aderat legitima perſona, puta Procura- 43
tor, cui rectè, & tutè manus mortua quinden-
nia ſolverat, *Corbulus de cauſ. privation. Emphy-
teuſis tit. de cauſ. privation. ob non ſolut. canon.*
*limit.*9. *n.*1. *Gratian. diſcept.*241. *n.*15. *cum ſeqq.*
*Cyriac. contr.*682. *n.*28. *&* 33. *tom.*4. *Caroc. de*
*oblat. par.*2. *qu.*5. *num.*2. *Poſtius reſol. civil.*137.
*nu.*24. *Fulgin. de jure Emphyt. tit. de ſolution. ca-
non. qu.*1. *n.*326. *Monach. dec. Florent.*59. *num.*7.
*Rota coram Merlin. dec.*224. *n.*3. ut idem practi-
catur in Titulari ad Penſionem obligato, qui pa-
riter admittitur ad purgationem moræ, ſi non 44
repe-

repererit Procuratorem Penſionarii in loco deſtinatæ ſolutionis Penſionis, *Rota coram Mohedano dec. 15. aliàs 307. per tot. de locat.* mora enim
45 inducta ex culpa creditoris non eſt imputanda debitori aliàs ſolvere parato ad *text. in cap. mora 25. de regul. Jur. in 6. l. rem hæreditariam 65. ad fin. ff. de evictionib. de Franch. dec. Neapol. 16. n. 2.*
46 moroſus autem non poteſt alium in mora conſtituere *Gutierrez de compenſation. tom. 1. lib. 1. qu. 29. nu. 25.* hinc mora creditoris in petendo
47 compenſatur cum mora debitoris in non ſolvendo, *Guttier. loc. cit. n. 24.* nec de neceſſitate requiritur depoſitum quindennii, niſi ad majo-
48 rem abundantiam, & cautelam, *Decius conſ. 566. n. 5. tom. 2. de Franch. dec. 227. n. 2. circà fin. verſic. & deciſiones, & n. 4. in med. verſiculo quando verò, Monach. deciſ. Florent. 59. n. 26.* ita ut potiùs cre-
49 ditor dicendus eſt moroſus, qui cùm ſua intereſſet, non fuit in loco deſtinatæ ſolutionis, nec ibi Procuratorem ad exigendum quindennium curavit deſtinare, *Manent. conſ. 13. nu. 5. poſt dec.*
50 *Mantuan.* minùſque requiritur aliqua proteſtatio, *Corocc. de depoſit. par. 1. tit. de excuſat. excuſat. 4. nu. 11. Monach. dec. Florent 59. num. 8.* ac in pari
51 mora melior eſt conditio debitoris, *Capyc. Latr.*
52 *conſult. 37. nu. 24. tom. 1.* quia major eſt mora creditoris, ſeu Domini directi in non exigendo ſuo credito quindennii, quàm debitoris, ſeu emphyteutæ in illo non ſolvendo, *Capyc. Latr. conſult. 150. nu. 42. tom. 2.*

Neque mandatum exequutivum contrà ma-
53 num mortuam pro quindenniis relaxatum, ſi ab eodem fuerit appellatum, impedit purgationem moræ, cùm per appellationem remanſerit ſuſpenſum, veluti in ſimili *Rota coram Card. Seraphino*
54 *dec. 1150. nu. 3.* meliùſque intrat purgatio moræ, ſi manus mortua deſierit ſolvere quindennia Domino directo, eo quòd Judex eam inhibuerit etiam mediante ſequeſtro, nè quindēnia tàm decurſa, quàm decurrenda ſolveret Domino directo, cùm inhibitio, & mandatum ſuperioris excuſet à pœna commiſſi, ut in ſimili de Canone *Corbul. de cauſ. privation. emphyteuſ. tit. de cauſ. privat. ob non ſolut. canon. limit. 14. nu. 1. Monach. dec. Florent. 59. nu. 8. verſic. item reſpondebatur, juncto nu. 9. & 26. Afflict. dec. Neapol. 328. num. 2. ubi Urſil. in annot. nu. 1. cum ſeqq. ubi nu. 6. circà finem, & ibid. Piſan. in addit. in principio,* dummodò ta-
55 men præceptum Judicis ex alia cauſa extrinſeca originem trahat, non autem ex facto ejuſdem manus mortuæ debitricis ſolvere recuſantis, ſeu negligentis, tunc nanque impedimentum non tribuendum Judici, ſed debitori, eo quòd qui eſt
56 cauſa cauſæ, eſt cauſa cauſati ad *l. 1. §. dejeciſſe 12. ff. de vi, & vi armat. Merlin. contr. forenſ. centur. 2.*
57 *cap. 43. nu. 23.* quia tunc ſequeſtrum præſumitur colluſivè, & affectatè procuratum ad evitandam ſolutionem quindennii, *Cancer. var. reſol. par. 2. cap. 4. nu. 28. Card. de Luca de uſur. diſc. 22. n. 14.* ad quod optimè quadrat *textus in l. cùm quidam 17. §. Si pupillo 3. ff. de uſur.* ibi: *quid enim poteſt imputari ei, qui ſolvere & ſi vellet, non potuit,* & ut conſiderari queat excuſatio moræ in inhibito, ſequeſtrum ſive juſtum, ſivè injuſtum
58 excuſat, cùm Judicis inhibitio ſivè juſta, ſivè injuſta timenda ſit, nec in facultate inhibiti repoſitum eſſe debet Judicis partes aſſumere, & judicare de nullitate, vel injuſtitia ejus, quod Judex, & ſuperior præcepit, nec tenetur ſe exponere periculo reiteratæ, ſeu duplicatæ ſolutionis reſultantis à ſpretu mandati ſequeſtrativi, ſed creditor cogitare debet ad revocationem ſequeſtri, *Leotard. de uſur. qu. 38. nu. 25. in fine, Card. de Luca eod. tract. diſc. 22. n. 13. Rota coram Card. Seraphino dec. 912. nu. 1. cum ſeq. & dec. 919. per tot.*

Adeoque favorabile eſt beneficium purgationis moræ, ob non ſolutum quindennium, ut non ſolùm illud competat manui mortuæ em- 59
phyteutæ, ſed etiam creditori emphyteutæ, nè in præjudicium ipſius creditoris Emphyteuſis cadat in commiſſum ob non ſolutum qnindennium, *Fulgin. de jure emphyt. tit. de ſolution. canon. qu. 1. nu. 323. Amic eod. tract. qu. 98. n. 11. Corbul. de cauſ. privation. emphyteuſ. tit. de privation. ob non ſolut. canon. limit. 7. nu. 4. Rota recentior. dec. 52. nu. 10. cum ſeq. par. 19. ubi nu. 16.* quòd creditor
emphyteutæ admittitur ad purgandam moram 60
etiam re non integra poſt nempè acceptatam
caducitatem, quando emphyteuta debitor eſt 61
decoctus. Omiſſo, quòd meliùs intrabit purgatio moræ, ſi forſitan quindennium eſſet adhùc
æſtimandum, & liquidandum, cùm nondùm 62
facta illius liquidatione, ſeu æſtimatione non dicatur manus mortua emphyteuta in mora illud ſolvendi, tanquàm inſcia in qua quantitate ipſum debeat *Baver. de mora par. 3. n. 8. Thomat dec. Macerat. 210. nu. 21. cum ſeqq. tom. 2.*

Intrat inſuper purgatio moræ, ſi manus mor-
tua veniat excipiendo jure juſtæ compenſationis 63
cum debito quindennii, *Medices de compenſation. par. 1. qu. 26. nu. 1. Berſan. eod. tract. cap. 1. qu. 6. nu. 30. cap. 2. qu. 8. nu. 6. & cap. 3. qu. 17. nu. 10. Roſignol. de contract. contract 4. prænot. 7. num. 22. cum ſeqq. Urceol. conſult. for. cap. 33. n. 20. Gratian. diſc. 515. nu. 32. Fulgin. de jure emphyt. tit. de ſolution. canon. qu. 1. num. 300. cum ſeqq. Magon. deciſ. Lucen. 35. nu. 11.* & quantumvis mora ſit geminata, adhùc eſt purgabilis de æquitate canonica, 64
quidquid ſit de rigore Juris civilis, *Sperell. dec. 71.* 65
nu. 33. tom. 1. niſi creditum ipſius manus mortuæ ſit in minori ſumma, quàm eſt debitum quindennii, *Berſan. de compenſation. cap. 1. qu. 6. n. 31. cap. 2. qu. 8. nu. 7. & cap. 3. qu. 17. nu. 3.* Si etiam
mànus mortua oblivione omiſerit quindennium 66
ſolvere, *Forcatul. de mora par. 3. nu. 24.*

Si tamen inter Dominum directum, & manum mortuam interceſſerit peculiaris conventio ex-
cluſiva purgationis moræ ob non ſolutum quin- 67
dennium, & in Inſtrumento conceſſionis ſolvenda legantur quindennia ſub conditione reſolutionis Emphyteuſis, ac caducitatis in caſu illorum non ſolutionis, dummodò ex Inveſtituræ tenore ad hominem conſtet, Partes intendiſſe per hujuſmodi pactum reſolutivum aliquid addere Juris diſpoſitioni, eàmque alterare, tunc non eſt locus purgationi moræ etiam de æquitate Canonica, quia eo caſu non ampliùs valet conſiderari pœna, ſed pactum, & conditio indita ipſi rei, quæ à contrahentibus innovatur, immò eſt pars contractus, ac hodiè ità practicatur, quidquid ſuper hoc olim controverteretur, *Altograd. conſ. 24. nu. 69. lib. 1. Caball. conſ. deciſ. 134. nu. 13. cum ſeqq. lib. 1. Piſtor obſ. 222. nu. 49. cum ſeq. lib. 4. Cyriac. contr. 158. nu. 44. 47. & 48. & contr. 239. nu. 17. cum ſeq. Gratian. diſc. 786. n. 31. Marott. diſc. for. cap. 25. nu. 95. cum ſeqq. Pacion.*

de

de locat.& conduct. cap.55.nu.49. cum ſeqq Mantin.de juram.par.4. effect.13.n.17. Corbul.de cauſ. privation.emphyteuſ. tit.de privat.ob non ſolut. canon. limit.41. num.1. Fulgin.de jure emphyt. tit.de ſolut.canon.q.6.n.22.Calvin.de æquit.lib.1.cap.79. n.19. Valaſc. de jure emphyt. qu.5.nu.13. Berſan. de neglig.& omiſſ. par.1.art.21.nu.24. Antonell. de temp.legali lib.2.cap.55.n.25.Manſ. conſult.12. nu.26.cum ſeqq.lib.1.Urceol.de tranſaction.q.70. nu.43. qu.88.nu.30.& qu.99.nu.12.Balducc. ad conſil. Ramon.7.nu.92. cum ſeqq. tom.2. Card. de Luca de Emphyteuſi diſc.46. num.11. de donation. diſc.19.n.11.& de Camb.diſc.16.nu.8. Fontanell. dec. Cathalon.406.n.4. cum ſeq.tom.2.Peguer.dec. Cathalon.129.nu.1. Sperell. dec.130. nu.45. to.2. Adden.ad Buratt. dec.896. n.5. Rota coram Ubaldo dec.806. nu.5. tom.2. Priolo dec.358. n.3.Card. Puteo deciſ.66.nu.1. & per tot. lib.3. Manzanedo dec.20. num.13.& deciſ.789.nu.9. Emerix Jun. deciſ.700. nu.8. tom.2. Gregor. XV. dec.559. n.6. ubi Adden. nu.10. limit.3.Card.Millino deciſ.137. nu.13.Coccino dec.1088.num.21. Dunozett. Jun. dec.419.nu.28. Bichio dec.485.num.16.cum ſeqq. tom.2.dec.22.nu.7. in Appendice poſt Scanaroll. de viſit. carcer.& poſt Pacichell.de diſtant. dec.51. nu.4. & in recentior. dec.182. nu.35. dec.252.n.6. cum ſeqq. par.12. dec.164.nu.6. deciſ.378. nu.24. cum ſeqq. dec.435. nu.11.& dec.727.n.28.par.18. prout idem practicatur in materia Penſionis Ec-
68 cleſiaſticæ, quando in literis adeſt pactum reſolutivum, tunc enim non competit Titulari beneficium purgationis moræ ob non ſolutas Penſiones, Rota coram Emerix Jun. dec.427. n.2.tom.1.
69 hinc mater non petens tutorem intrà annum filio, moram non purgat, ut favore pupillorum major terror imponatur matri, nè indefenſi remaneant, Caruſius Sylv. termin. arbor.17. nu.38. circà fin.verſic.quæ non procedunt in mora,cum nn. ſeqq. Galganet. de tut.& cur. lib.3. qu.28. nu.38. Salicet.de mora qu.1.princ. num.4.& qu.2.princ. conc.1.num.16. Hinc videmus ad ſimilitudinem emphyteutæ habentis pactum reſolutivum,quòd
70 Patronus tàm Eccleſiaſticus, quàm laycus, non præſentans intrà debitum tempus, moram purgare nequit, ſeu (quod idem eſt) reſtitui adversùs lapſum tempus, cùm ubi exequutio facta eſt à Jure, non admittatur purgatio moræ, ſed devolvitur ſtatim ob negligentiam Patroni ad ſuperiorem libera conferendi facultas,nè aliter per purgationem moræ præjudicium inferatur tertio Butrius in cap.Si Capitulo 5.nu.10.de conceſſ.Præbend.in 6.Caruſius Sylv.termin.arb.26.n.183.Barboſa de Epiſc. par.2. alleg.72.nu.169. Ricc.prax. Eccl.par.2.reſolut.253.per tot.Lambertin.de Jurepatr. par.2. lib.2. qu.1. princip. artic.26. n.1.cum ſeqq.&per tot.Vivian.prax.Jurispatr.par.2.lib.7. cap.6.nu.10.cum ſeqq.Curt.de Jurepatr.verbo honorificum nu.62.Maſſobr.prax. hab.concurſ. requiſit.1.dub.24.nu.9. Berſan.de negligent.& omiſſion. par.1. artic.12. num.19. Corrad. prax.benef. lib.4. cap.2.num.72. cum ſeq. Marcus deciſ. Delphinal. 1237.per tot. quidquid in contrarium ſentiat, dummodò res ſit integra, hoc eſt nondùm ſequuta proviſio libera Jure devoluto, D. Advocatus Pitonius diſcept.Eccl. tom.1.diſc.22.nu.41. in med.verſic. crederem tamen,qui nullum Doctorem ad ſuum intentum comprobandum addu-
71 cit, ejuſque ſententia ad ſummum procederet data ignorantia vacationis, cùm tunc in Patrono nulla poſſit conſiderari negligentia punibilis, Corrad. prax.benef. lib.4. cap.2. num.72. eſt benè verum, quod Superior Eccleſiaſticus, ad quem ſit devolutio, poteſt, ſi velit, in ſui præjudicium 72
renunciando favori ſibi inducto gratificari Patrono, & prorogationem ad præſentandum impertiri, Vivian.prax.Juriſpatr. par.2.lib.7.cap.6. num.13.& cap.7.num.13. ſi autem Patronus docuerit de legitimo impedimento ad præſentan- 73
dum, tunc procul dubio moram purgare poterit, Berſan. de negligent. & omiſſion. par.1.art.12. num.24.cum ſeqq. hinc electores non eligentes in 74
tempore, non purgant moram Salicet. de mora qu.2.principal. num. 12. hinc habens jus præla- 75
tionis, elapſo bimeſtri, non ampliùs admittitur ad purgationem moræ, niſi ex juſta cauſa in mora fuiſſet, Eminentiſs. Corradin. de jure prælation. qu.24. num.5. ubi num.5. refert contrarium tenentes,aliàs,ſi pactum hujuſmodi reſolutivum nihil aliud exprimat, quàm quod de jure ineſt, 76
in contractu Emphyteuſis (quidquid ſit in aliis contractibus) non impedit purgationem moræ, Rota coram Emerix jun.deciſ.749.num.11.tom.2. & deciſ.1140. num.10. tom.3.

Alia ex parte poſſet ſalvari contraria opinio tamquàm verior, & æquior tenentium non poſſe impediri purgationem moræ ſub prætextu reſolutionis Emphyteuſis volitæ à Domino directo in caſu non ſolutionis quindenii, cùm non debeat eſſe in ejus poteſtate auferre beneficium 77
purgationis moræ de jure competens Emphyteutæ, Antonell. de temp.legal. lib.2.cap.55.n.23. verſic. contraria tamen, quantumvis ſit aliorum 78
ſententia, non dari reſtitutionem in integrum, quando adeſt pactum reſolutivum, Balducc. ad Ramon. conſ.7.num.96. in princip. verſ.ſed neque, Urceol. de tranſact. qu.88.nu.30. & qu.99. nu.12. Pacion. de locat. cap.55. num.49.

Si autem manus mortua paupertate laboraverit, adhùc non obſtante pacto reſolutivo, ad- 79
mittenda venit ad purgationem moræ, Freccia commentar. feudal. tit.de different.feud. quaternat. num.24. circà fin.verſic. ut propter paupertatem.

Scrupulus ſolus remanet, quid dicendum in caſu, quo Emphyteuſis acquiſita per manum mortuam, ſit privati, ſeu laycalis, cùm purgatio moræ locum uſurpare videatur in Emphyteuſi tantùm Eccleſiaſtica, non in profana, in qua non debet ſervari tanta æquitas, quanta in Eccleſiaſtica, cujus mater, & cultrix eſt Eccleſia, 80
juxta diſpoſitionem vulgati cap. potuit 4. de locat.Antonell.de temp.legal.lib.2.cap.55.n.2. & 5. Valaſc.de jure Emphyt.qu.5.num.13.in fin. verſic. nec obſtat, attamen cenſerem, adhùc in hoc caſu eſſe locum purgationi moræ ob non ſolutum 81
quindennium juxta veriorem, de qua Sarmient. Select. Jur. interpr. lib.3. cap.5. num.2. cum ſeqq. Pacion. de locat. & conduct.cap.55. n.48.Chriſtin. deciſ. Belgic.157. per tot. vol.1. Rota in recentior. deciſ.375.num.14.par.13. nec mitiùs agitur cum Emphyteuta Eccleſiæ ceſſante ſolvere canonem, immò duriùs, dum ei conceditur dumtaxat biennium, privato tamen triennium, ut benè 82
reſpondet Sarmient. loc.mox citat. quia, ſi etiam Judæi moram purgare queunt ſecundùm æqui- 83
tatem Canonicam, multò magis illam purgare poterit manus mortua conſtans perſonis Catholicis

licis, quamvis Emphyteuſis ſit privati, nè aliàs
84 Chriſtiani eſſent deterioris conditionis, quam
Judæi, *Antonell. de temp. legal lib. 4. cap. 15. n. 26.*
Fulgin. de jure Emphyt. tit. de Solution. Canon. q. 6.
n. 7. Anichin. de prævention. inſtrum. cap. 6. n. 56.
in princ. verſic. tamen iſta purgatio moræ, Mancin.
de juram. par. 4. effect 13. nu. 42. Surd. de aliment.
tit. 2. qu. 15. num. 79. Gratian. diſc. 658. num. 26.
Merenda contr. Jur. lib. 24. cap. 49. num. 15. cum
ſeqq. Rota coram Emerix ſen. deciſ. 45. num. 3. &
in recentior. deciſ. 269. num. 36. par. 4. tom. 2. vel
85 in omni caſu manus mortua, præſertim Eccleſia
adinſtar minoris in integrum reſtituenda erit
adversùs omiſſam ſolutionem quindenniorum
eadem forma, qua in integrum reſtitueretur ad-
versùs canones non ſolutos, *Antonell. de temp.*
legal. lib. 2. cap. 55. num. 17. cum ſeq. Ultrà quòd
immò etiam in Emphyteuſi Laycali eſt locus
purgationi moræ, præcipuè ad evitandam ca-
86 ducitatem, & pœnam uti odioſam, contrà quam
in dubio ſemper judicari ſolet, & debet, *Barzius*
deciſ. Bonon. 50. num. 60. cum ſeqq.

87 Omitto, quòd, ſi manus mortua Emphy-
teuta de tempore, quo reperitur debitrix quin-
denii, ſit magno ære alieno involuta: tunc non
gaudere valet beneficio purgationis moræ, *Ro-*
vit. conſ. 37. n. 15. lib. 2. Cala de modo articul. & prob.
gloſ. 4. num. 58. Trentacinq. var. reſol. lib. 3. tit. de
ſolution. reſol. 33. num. 6. in fine, de Marin. quotid.
reſol. lib. 1. cap. 133. num. 6. Capyc. Latr. deciſ. 30.
88 *num. 15.* aliàs probanda eſſet paupertas manus
mortuæ ſpecifica oculo viſibilis, non in genere,
quando, ut in caſu, agitur de certo, & deter-
minato effectu, qualis eſt, ſatisfacere debitori,
Themud. à Fonſeca dec. Ulyxbon. 301. n. 40. par. 3.

Denique in locis (prout in Aragonia) ubi non
89 ſolet mora purgari, ſed indiſcreto rigore proce-
di, procul dubio juxta meum judicium, ob non
90 ſolutionem quindennii erit locus irrefragabiliter
pœnæ commiſſi abſque alia commiſeratione,
Fontanella deciſ. Cathalon. 407. nu. 10. tom. 2. ve-
rumtamen hujuſmodi rigori crederem poſſe ob-
viari mediante ſaluberrima cautela, allegando
nempè competere manui mortuæ reſtitutionem
91 in integrum adinſtar minorum adversùs omiſ-
ſam ſolutionem quindennii, ſicque per indire-
ctum habere intentum, hoc modo, ſeu tempera-
mento corrigendo rigorem Aragonenſium, vel
aliarum nationum, ſi quæ ſunt, ex traditis per
Antonell. de temp. legal. lib. 2. cap. 55. num. 17.
cum ſeq.

Verùm non levis ſupereſt difficultas in facti
contingentia, ſi manus mortua ſit Domina uti-
lis, & æquè alia manus mortua ſit Domina di-
recta, ità, ut videretur manum mortuam Em-
phyteutam non poſſe uti privilegio reſtitutionis
in integrum adversùs aliam manum mortuam
Dominam directam ex regula, quòd privilegia
privilegiis conquaſſantur, nihilominùs exiſti-
marem in hoc caſu adhùc manum mortuam al-
92 legare poſſe beneficium, ſeu privilegium reſtitu-
tionis in integrum, quia eſt regula in contra-
rium, quòd privilegiatus utatur privilegio ſuo
contra privilegiatum, quando privilegia hinc
indè ſunt diverſa penitùs, ac imparia, unum
videlicet potentius, & aliud inferius, & quando,
93 prout in caſu, una manus mortua Emphyteuta,
ſeu Domina utilis tractat de damno vitando, &
alia manus mortua Domina directa de lucro
captando, ideòque una contrà aliam ſemper re-
ſtituenda eſt ex traditis per *Sfort. Odd. de reſtit. in*
integr. par. 1. qu. 18. artic. 4. num. 31. cum ſeqq. &
artic. 5. nu. 35. cum ſeqq. artic. 9. n. 59. & art. 10.
num. 64. Nec inficias iri poterit, Dominum di-
rectum agentem ad caducitatem, tractare de
pœna, ſicque de lucro captando, Emphyteutam
verò excipientem de purgatione moræ, tractare
de damno vitando, cui magis in dubio faven- 94
dum, in puncto *Solzon. de laudem. cellula 9. n. 31.*
32. & 64. Burgius eod. tract. par. 3. inſpect. 2. n. 12.
Amad. à Ponte eod. tract. qu. 6. num. 5. verſic. cùm
hic Dominus, Intrigliol. ſingular. 95. nu. 41. lib. 3.
Alvarez Pegas in Luſitania noſtra famigeratiſ- 95
ſimus Advocatus, *reſol. forenſ. tom. 2. cap. 9. n. 34.*
in fine verſic. & maximè, Magon. dec. Florent. 65.
num. 8. omiſſo, quòd verſamur extrà controver-
ſiam, dum manus mortua nullum habet privi- 96
legium circà prætenſionem caducitatis, niſi
idem, quod habet privatus, etſi in Aragonia,
vel alibi vigeat conſuetudo ex *citato Fontanella*
non admittendi ad purgationem moræ, præter- 97
quamquòd ſaltem hoc eſſet diſputabile in manu
mortua, ut ità dicam, Eccleſiaſtica, ſeu corpore
Eccleſiaſtico, an talis conſuetudo contrà corpus
Eccleſiaſticum procedere poſſet, ſuper quo pro
nunc non figo pedes, nec do manus, quanvis 98
benè verum ſit; quòd non valet conſuetudo lay- 99
corum in præjudicium Eccleſiæ, *Fulgin. de jure*
Emphyt. tit. de diverſ. quæſtion. Emphyt. quæſt. 22.
nu. 24. quando hujuſmodi conſuetudo tanquàm 100
correctoria juris communis, immò excluſiva
æquitatis, interpretanda venit ſtrictim, quomi-
nùs lædat ipſum jus commune tàm canonicum,
quàm civile fundatum in æquitativa diſpoſitio-
ne, *de Franch. deciſ. Neapolit. 640. num. 9.* non
indè ſequitur, quòd per talem conſuetudinem 101
ſublatum remaneat beneficium reſtitutionis in
integrum adversùs non ſolutum quindennium
quoque exercibile contra ſimilem manum mor-
tuam.

Pulchra autem ſeſe objicit diſcuſſio non
aſpernanda in examinando articulo, perquàm
neceſſario, an videlicet ultrà quindennium de-
curſum, & non ſolutum teneatur manus mortua
Emphyteuta ſolvere etiam aliud quindennium
pro purgatione moræ, quod dependet ab alia
diſcuſſione, an Emphyteuta teneatur ſolvere
laudemium pro purgatione moræ, & teneo nec 102
laudemium, nec conſequutivè quindennium fo-
re ſolvendum, quia non eſt nova, ſed eadem
ſemper remanet inveſtitura etiam poſt purga- 103
tam moram, indèque Emphyteuta non tenetur
novam ſuſcipere inveſtituram, ſed continuat an-
tiquam, ac ſi nunquam moram contraxiſſet,
Card. Mantica de tacit. lib. 22. tit. 33. nu. 17. Pacion.
de locat. & conduct. cap. 55. nu. 70. Rota poſt An-
tonell. de jurib. & onerib. Cleric. deciſ. 33. num. 6.
deciſ. 34. nu. 4. & deciſ. 36. num. 11. 14. & 23. Ni-
hilominùs ſi (prout in Fulginaten. Civitate) vi- 104
geat contraria conſuetudo ſolvendi laudemium
pro admiſſione ad purgationem, de qua *Fulgin.*
de jure Emphyt. tit. de laudem. qu. 47. nu. 3. pariter
& ſolvendum fore quindennium per manum 105
mortuam exiſtimarem pro purgatione moræ.

Alia ſuccedit non minùs pulchra, quàm utilis
inſpectio in caſu peculiaris Conſtitutionis Pau-
li III.

106 III. pro Civitate Bononien. per quam Emphyteuta moroſus in ſolvendo canone admittitur ad purgationem moræ ſub obligatione ultrà canones decurſos, & non ſolutos, ſolvendi impoſterùm duplicatos canones, ut habetur ex *deciſ.52. in princ. par.19. recen.* an nimirum vigore Paulinæ eodem modo manus mortua Emphyteuta admiſſa ad purgandam moram ob non ſolutum quindennium teneatur ultrà quindennium decurſum, & non ſolutum, ad ſolvendum in futurum duplicata quindennia, & videretur affirmativè reſolvendum ob paritatem, immò
107 majoritatem rationis de uno ad alium caſum, ſi enim Pontifex jubet ſolvi impoſterùm duplicatos canones, qui annuatim ſolvi ſolent, longè magis videtur velle, ut ſolvantur duplicata quindennia, quæ de quindecim in quindecim
108 annis tantùm ſolvi ſolent, verumtamen cenſerem etiam in caſu laudatæ Bullæ Paulinæ manum mortuam moroſam non teneri ad duplicata quindennia, quia cùm quoad materiam purgationis moræ verſemur in favorabilibus,& quoad materiam duplicationis quindenniorum verſemur in præjudicialibus, Bulla loquens de duplicatione canonum, non venit extendenda ad duplicationem quindenniorum, quanvis tàm in uno, quàm in alio caſu eadem, vel forſitan major ratio militet, ob pœnam, quàm continet, ſed
109 potiùs ſtrictim intelligenda in ſolo caſu expreſſo, *Maſcard. de general. Statut. interpret. conc. 4. num.87. 139. & 170.* quidquid ſit in caſu, quo
110 Conſtitutio præciperet duplicatum laudemium pro purgatione moræ ob non petitam in tempore inveſtituram, vel ob aliud ſimile, quippe tunc per manum mortuam crederem & duplicatum quindennium fore ſolvendum, cùm
111 loco laudemii ſucceſſerit quindennium. E' con-
112 tra quidem nihil habet commune cum canone.

ARGUMENTUM.

Dominus directus poſt commiſſam moram à manu mortua Emphyteuta in ſolutione quindenii, prætendere nequit intereſſe quindennii non ſoluti in tempore.

SUMMARIUM.

1 *Debitor impotens ad ſolvendum induciis procraſtinare ſolet ſolutionem.*
2 *Controvertitur inter Doctores, an cenſeatur remiſſum, nec nè intereſſe petitum poſt receptá ſortem.*
3 *Dominus directus prætendere nequit intereſſe quindennii non ſoluti in tempore.*
4 *Prætendi nequit intereſſe non ſoluti relevii.*
5 *Ob ceſſationem ſolutionis relevii in tempore ſuccedit pœna duplicati relevii.*
6 *Pœnæ non ſunt multiplicandæ.*
7 *Nulla eſt appoſita pœna ob ceſſationem ſolutionis quindennii.*
8 *Quindennium ſubrogatum fuit in locum laudemii.*
9 *Idem judicandum venit de quindennio, quod de laudemio.*
10 *De laudemio non ſoluto in tempore non debetur intereſſe.*
11 *Subrogatum non debet eſſe diverſæ naturæ ab eo, in cujus locum ſubrogatur.*
12 *Ex vita, & militia non ſoluta in tempore non debetur intereſſe.*
13 *Rejicitur contrarium ſentiens* Staiban. de intereſſe lib.2. tit.1. qu.un.per tot. & Capan. de vit. & milit. qu.32. n.20. & ſeq.
14 *Sola mora extrajudicialis non ſufficit pro obtinendo intereſſe.*
15 *Debitor cenſus, etiam poſt moram non tenetur ad intereſſe.*
16 *Ad ſolutionem relevii requiritur interpellatio, ut ex illo non ſoluto in tempore debeatur intereſſe.*
17 *Inter relevium, & quindennium adeſt ſimilitudo.*
18 *In dubio pronunciandum pro excluſione intereſſe.*
19 *Tàm ex mora regulari, quàm irregulari debetur intereſſe.*
20 *Debetur intereſſe canonis in tempore non ſoluti.*
21 *Tàm canon, quàm quindennium ſolvitur in recognitionem dominii.*
22 *De dote non ſoluta in tempore debetur intereſſe.*
23 *A Locatione ad Emphyteuſim benè arguitur.*
24 *Conductor prædii urbani, ſivè ruſtici tenetur ad intereſſe penſionis ſeu affictus non ſoluti in tempore.*
25 *De laudemio non ſoluto in tempore debetur intereſſe.*
26 *Ob ceſſationem quindennii videtur adeſſe pœna caducitatis.*
27 *In intereſſe debito officio Judicis non ſufficit mora irregularis.*
28 *Intereſſe quindennii non ſoluti debetur officio Judicis.*
29 *Quindennium non debetur de jure, ſed de conſuetudine.*
30 *Verius eſt, non deberi intereſſe canonis non ſoluti.*
31 *Canon ut plurimùm conſiſtit in modica quantitate.*
32 *Quindennium conſiſtit in magna quantitate.*
33 *Ex diverſis non fit illatio.*
34 *Speciale eſt, ut dotis non ſolutæ debeatur intereſſe.*
35 *Non in omnibus locatio convenit cum Emphyteuſi.*
36 *Contractus locationis eſt oneroſus, ille verò Emphyteuſis gratuitus.*
37 *Abſurdum videtur, ex contractu gratuito deberi intereſſe.*
38 Leotard. de uſur. qu.89.num.28.cum ſeq. *potiùs tenet, non deberi intereſſe de laudemio non ſoluto in tempore.*
39 *In Cathalonia non ſolet condemnari ad intereſſe.*
40 *Pœna caducitatis ob ceſſationem quindennii nihil habet commune cum intereſſe quindennii non ſoluti.*
41 *Fortiùs non eſt locus intereſſe quindennii non ſoluti in tempore, ſi quindennium receptum fuerit abſque proteſtatione de recipiendo etiam illius intereſſe.*
42 *Per receptionem quindennii remiſſum videtur intereſſe.*
43 *Intereſſe debitum officio Judicis, & non petitum inſimul cum ſorte, ampliùs peti nequit.*
44 *Fortiùs ſi manus mortua obtinuerit purgare morá.*
45 *Per purgationé moræ quis reponitur in priſtinum.*
46 *Quindennium eſt creditum infructiferum.*
47 *Quod producere nequit fructus, niſi ſervatis requiſitis Pauli de Caſtro.*

CAPITULUM LVII.

NOn ſemper debitor paratus eſt ad ſolvendum in tempore, ſed aliquando impotens 1
ſolvendo, induciis procraſtinare ſolet ſolutionem, undè poſt diſcuſſum in *præcedenti Capitulo*

articulum, quòd manus mortua Emphyteuta
non ſolvens quindennium, admittatur ad pur-
gationem moræ, in prætenti eſt locus controver-
ſiæ ſuper debito, vel non debito intereſſe, & præ-
ſens articulus verſatur circà manum mortuam
emphyteutam occaſione moroſitatis in ſolven-
do quindennio.

Præmittendum autem eſt, quòd inter DD. eſt
altercatio in caſu, quo intereſſe debiti in tempo-
re non ſoluti petitur poſt receptam ſortem prin-
2 cipalem, cùm alii teneant, illud cenſeri remiſſum,
& alii, non cenſeri, de qua quæſtione *Gaitus de
credit. cap.3. tit.1. nu.72. cum plur. ſeqq.* proinde-
3 que aſſeritur, quòd Dominus directus poſt com-
miſſam moram à manu mortua emphyteuta in
ſolutione quindennii, prætendere nequit intereſ-
ſe quindennii non ſoluti in tempore, ſicuti in ſi-
4 mili prætendi nequit intereſſe non ſoluti relevii,
*Capan. de jure relev. par.5. qu.16. nu.9. & per tot.
& de vita, & militia qu. 32. nu.20. in princip.* ſi
enim ob ceſſationem ſolutionis ſimplicis relevii
5 in tempore, ſuccedit pœna duplicati relevii, ideo-
que intereſſe non ſolvitur, *Capan. de jure relev.
par.5. qu.16. nu.9.* nè duplici onere gravetur feu-
6 datarius, & duplici pœna contra regulam pœnas
non eſſe multiplicandas *cap. odia 15. de regul.
Jur. in 6.* quantò minùs venit ſolvendum inte-
reſſe quindennii, in quo diverſa militat ratio, eo
quòd non ſolvitur duplicatum ob moram, immò
in quindennio conſideratur contractus ſimplex,
7 in eoque nulla eſt appoſita pœna ob ceſſationem
ſolutionis quindennii, veluti in genere conſide-
rat *Capan. de jure relevii par.5. qu.16. n.11.* Cùm-
8 que ex ſuprà deductis in *Cap. 1.* quindennium
ſubrogatum fuerit in locum laudemii, idem ju-
9 dicandum venit de quindennio, quod de laude-
10 mio, de laudemio autem non ſoluto in tempore
non debetur intereſſe *Cortiada dec. Cathalon. 199.
nu.9. tom. 4.* eodem fermè pacto de quindennio
non venit ſolvendum intereſſe, nè diverſæ ſit na-
11 turæ ſubrogatum ab eo, in cujus locum ſubro-
gatur contra Juris regulas *Venturin. conſ. 19. n.40.
lib.2. Palma ſen. conſult. 17. num 15. Palm. Nep.
alleg. 146 nu.14. Manſius conſult. 59. nu.42. cum
ſeq. lib 9. Bonden. collect. leg. tom. 1. collect. 37.
nu.137. Balducc. dec. ac rer. judicat. tit.3. dec.40.
nu.39. Rota poſt Torr. de Majorat. Ital. dec.5. n.37.
& in recentior. dec.303. nu.6. par.16.* hinc fit, quòd
12 ex vita, & militia, quantumvis non ſoluta in tem-
pore non debetur intereſſe, *Molfeſius conſ.9. n.31.
cum ſeqq. vol. 1. poſt Commentar. ad Conſuetud.
Neapolitan.* quidquid contrarium ſentiant *Stai-
13 ban. de intereſſe lib.2. tit.1. qu. unic. per tot. Capan.
de vita, & militia qu.32. nu.20. verſ. ſed ego dubi-
to, juncto nu.21.*

Sola igitur mora extrajudicialis, ſeu (ut ajunt)
14 irregularis, abſque ulla nempè interpellatione ju-
diciali, non ſufficit pro obtinendo intereſſe quin-
dennii non ſoluti in tempore, ſed benè requiritur
mora regularis ipſius debitoris mediante inter-
pellatione facta manui mortuæ emphyteutæ per
Dominum directum, veluti in ſimili advertit
Capan. de jure relev. par.1. qu.7. per tot. prout vi-
15 demus, debitorem cenſus etiam poſt moram
non teneri ad intereſſe, præcipuè ſtante notiſſi-
ma Bulla S. Pii V. ſuper cenſibus, *Leotard. de uſur.
quæſt.88. nu.10. cum ſeqq. Duard. de cenſibus §.4.
qu.23. nu.11. Cencius eod. tract. par.2. cap.1. qu.3.
artic.5. num.9. & in ultima impreſſione Taurinen.
qu.57. num.10. cum ſeq.*

Undè eſt, quòd ſicuti ad ſolutionem relevii
requiritur interpellatio, ut ex illo non ſoluto in 16
tempore debeatur intereſſe, *Capan. de jure relev.
par.5. qu.14. per tot.* ità illa requiritur quoque in
quindennii non ſolvendo intereſſe, arguendo à
relevio ad quindennium ob inter utrumque ma- 17
gnam ſimilitudinem, de qua nos paſſim in ſuis
locis. Et in dubio pronunciandum eſt pro ex- 18
cluſione intereſſe tanquàm in ſe odioſi, & quan-
doque peccaminoſi argumento *cap. odia 15. de
regul. Jur. in 6.*

Quibus ſic ſtantibus adhùc ſequentia ſeſe of-
ferunt primâ facie relevantiſſima ſex objecta.

I. Tàm ex mora regulari, quàm irregulari de- 19
betur intereſſe, ſicque tàm ex quindennio non
ſoluto in tempore præcedente, vel non præce-
dente interpellatione debitoris *l. ſi pœnam 24. ff.
quando dies legat. ced. Staiban. de intereſſe lib. 1.
qu.21. num.8.*

II. Eodem modo, quo debetur intereſſe cano- 20
nis in tempore non ſoluti *Fulgin. de jure emphyt.
tit. de ſolut. canon. qu.7. n.2.* videtur etiam deberi
intereſſe quindennii non ſoluti, cùm eadem mi-
litet ratio in quindennio, quæ in canone, ex quò 21
tàm canon, quàm quindennium ſolvitur in re-
cognitionem dominii, prout & ſolvitur laude-
mium ad eundem finem, *Niger de laudem. tom. 1.
qu.9. artic.4. n.16. cum ſeqq. Fulgin. de jure emphyt.
tit. de var. caducitat, qu.17. nu.6.*

III. Sicuti de dote non ſoluta in tempore de- 22
betur intereſſe *l. tali facta 49. ff. de jur. dot. Staiban.
de intereſſe lib.2. qu.3. nu.5. cum ſeqq. Rota de pri-
vileg mulier. cap.5. num.12. cum ſeqq. Roderic. de
annuis redditib. lib.3 qu.7. nu.57. Gibalin. de præ-
ſtation. ann. cap.5. artic.14. per tot. Leotard. de uſur.
qu.84. num.26.* ità de quindennio non ſoluto in
tempore videtur deberi intereſſe, cùm à locatio-
ne ad Emphyteuſim benè arguatur ob utriuſque 23
contractus ſimilitudinem § *Adeò 3 Inſtit. de locat.
& conduct. Barboſa loc. commun. loc. 43. per tot.
Pacion. de locat. & conduct. cap.3. nu.5.*

IV. Sicuti conductor prædii urbani, ſivè ru- 24
ſtici tenetur ad intereſſe penſionis, ſeu affictus
non ſoluti in tempore *l. quæro 54. ff. locat. l. Præ-
ſes 17. C. eod. Leotard. de uſur. qu.88. nu.2. Staiban.
de intereſſe lib.2. tit.10. qu. unic. nu.176.*

V. Sicuti de laudemio non ſoluto in tempore 25
debetur intereſſe, *Leotard. de uſur. qu.89. nu.27.
cum ſeq. Fontanella dec. Cathalon. 205. nu.12. cum
ſeq. tom.1.* ubi ità bis in Senatu fuiſſe judicatum,
ità de quindennio in locum laudemii ſubrogato
debebitur intereſſe.

VI. Videtur potiùs dicendum, manum mor-
tuam emphyteutam teneri ad intereſſe, cùm ob
ceſſationem quindennii videatur adeſſe pœna ca- 26
ducitatis, prout illa adeſt ob ceſſationem cano-
nis, & laudemii, *Capan. de jure relev. par.5. q.16.
num.14. cum ſeqq.*

In nihilum tamen refragantibus recenſitis ob-
jectis, firma remanet noſtra reſolutio.

Non equidem obſtat I. Objectum, quia in in-
tereſſe debito officio Judicis non ſufficit mora 27
irregularis, ſed illa requiritur regularis, ſeu judi-
cialis prævia debitoris interpellatione, ut decla-
rat *Staiban. de intereſſe lib.1. qu.21. n.16. & lib.2.
qu.3. nu.9.* intereſſe autem quindennii non ſoluti 28
pro-

profectò debetur officio Judicis, cùm illud de
29 Jure non debeatur, ſed de conſuetudine tantum.
30 Non obſtat II. Objectum, quia verius eſt, non deberi intereſſe canonis non ſoluti, qui fructus, & acceſſio juris emphyteutici eſt, nè aliàs contra Juris regulas detur commodum commodi, acceſſio acceſſionis, & fructus fructus, veluti in terminis advertit *Leotard. de uſur. qu.89. nu.26.* immo quia etiam dato, quòd debeatur intereſſe canonis non ſoluti, adhuc non benè infertur ad
31 caſum, ex quo canon, ut plurimum conſiſtit in modica quantitate, *Fulgin. de jure emphyt. in prælud. qu.15. nu.4. & 21. & tit. de ſolut. canon. qu.1. n.127. Gibalin. de præſtation. annuis cap.1. artic.2.* proindeque modicum etiam erit intereſſe, undè in hoc debitor canonis parùm gravatur, è con-
32 trà quindennium conſiſtit in magna quantitate, in æſtimatione nimirùm fundi emphyteutici, quamobrem in hoc debitor quindennii valdè
33 gravatur, ſicque ex diverſis non eſt bona illatio *l. Papinianus 20. ff. de minor.*
34 Non obſtat III. Objectum, quia ſpeciale eſt favore dotis, ut dotis non ſolutæ debeatur intereſſe ex æquitate legis etiam abſque ulla interpellatione, ut declarat *Staiban. de intereſſe lib. 1. qu. 21. num.6.*
35 Non obſtat IV. Objectum, quia non in omnibus locatio convenit cum Emphyteuſi, ut ait *Fulgin. de jure emphyt. qu. præludial.5. nu.3. cum*
36 *ſeqq.* ubi inter alias differentias *n.5.* notat, quod contractus locationis eſt oneroſus, ille vero Emphyteuſis gratuitus, quapropter meo judicio
37 abſurdum videretur, quòd ex contractu merè gratuito deberetur intereſſe.
Non obſtat V. Objectum, quia *Leotard. loc. cit.*
38 potiùs videtur inclinare in contrariam, ut legere eſt *nu.28. in fine* putans, forſitan aliud ſervari in Cathaloniæ Tribunalibus, idemque *Fontanella ibid. nu.14. in fine* fatetur, pleriſque novam, ac inauditam fuiſſe talem opinionem, ideòque ſuper illa cogitandum eſſe cenſuerit, ad quod reflectit idem *Leotard. loco mox allegato n.27. antè med. & antè verſ. quamobrem ego cogitabam;* omiſſo, quòd *Cortiada deciſ. Cathalon. 199 nu.9 tom.4.* potius teſtatur, Regiam Audientiam Cathaloniæ receſſiſſe ab obſervantia, de qua *Fontanella*
39 *loc. citat.* meminit, & non ſolere condemnare ad intereſſe.
Non obſtat denique VI. Objectum, quia pœ-
40 na caducitatis ob ceſſationem quindennii nihil habet commune cum intereſſe quindennii non ſoluti.
Vindicata igitur à memoratis objectis reſolu-
41 tione, cenſerem illam fortiùs intrare in caſu, quo Dominus directus quindennium receperit nulla facta proteſtatione de recipiendo etiam il-
42 lius intereſſe, quaſi per receptionem ſolius quindennii, quod ſors principalis eſt, videatur remi-
43 ſiſſe intereſſe, ex eo quòd quando intereſſe debetur officio Judicis, & non petitur unà cum ſorte, tunc peti ampliùs nequit ad *text. in l. non utique 3. §. Idem Julianus 7. l. centum 8 & l. fin. ff. de eo, quòd cert. loc. l. qui per colluſionem 49. §. Pratii 1. ff. de action. empt. l. Paulus 42. ff. de re judic. l. ſi depoſita 4. C. depoſit. l. eos 26. C. de uſur. Staiban. de intereſſe lib.1. qu.23. nu.5. cum ſeqq. Leotard. de uſur. qu.91. nu.2. cum ſeqq. Menoch. de præſump. lib.3. præſ.113. n.1. cum ſeq. Roderic. de annuis redditibus lib.3. qu.9. num.15. Hodierna ad Surd. dec. Mantuan.69. nu.2. cum ſeq.*
Meliùſque intrabit noſtra reſolutio, ſi manus 44
mortua admiſſa fuerit ad purgationem moræ, eo enim caſu fingitur moram non eſſe commiſſam, proindeque minùs eſſe locum ſolutioni intereſſe quindennii quaſi jam ſoluti ſuo tempore mediante purgatione moræ, per quam debitor mo- 45
roſus reponitur ad ſuum priſtinum ſtatum adinſtar reſtitutionis in integrum, *Oddus de reſtitut. in integ. par. 1. qu. 1. num.44. cum ſeqq. Rota poſt Antonell. de jurib. & onerib. Cleric. deciſ.33. nu.8. dec.34. nu.3. & 9. dec.35. n.4. cum ſeq. & dec.36. nu.11. 12. 23. & 24.*
Cùm denique fructus quindennialis ſit credi- 46
tum infructiferum, non poteſt producere fructus, 47
niſi ſervatis requiſitis *Pauli de Caſtro in l. non utique 3. ff. de eo, quod cert. loc. Staiban. de intereſſe lib.1. qu.16. cum ſeq. per tot. Leotard. de uſur. q.74. cum ſeq. per tot.*

ARGUMENTUM.

Dominus directus, & manus mortua Domina utilis de conſenſu ad majorem utriuſque cautelam convenientes, ut de ſolutione quindennii fiat Inſtrumentum, non contenti Apocha privata, ſivè ſola quietantia fieri ſolita per Dominum directum de recepto quindennio à manu mortua, eo caſu communiter, & æquis partibus, ſeu pro rata ſolvenda merces Notario pro rogitu præfati Inſtrumenti, ſi verò inter ſe diſſentiant, tunc illa ſolvenda venit integraliter, ac inſolidum ab eo tantùm, qui Inſtrumentum confici velit.

SUMMARIUM.

1 *Nulla major probatio, quàm proprii oris confeſſio.*
2 *Ridiculum eſſet, tot Inſtrumenta conficere, quot ſolutiones faciendæ ſunt.*
3 *Solent adeò cauti eſſe creditores, & debitores, vel alterutri, ut non contenti nuda quietantia de recepto quindennio confici deſuper faciant Inſtrumentum ſuper ipſa ſolutione quindennii.*
4 *Quo caſu pro rata ſolvenda eſt merces Notario pro rogitu Inſtrumenti, ſi verò inter ſe diſſentiant, tunc illa ſolvenda inſolidum ab eo tantùm, qui Inſtrumentum confici velit.*
5 *Communes ſumptus faciẽdi ſunt in communi cauſa.*
6 *Si partes in Cauſa petant procedi cum conſilio ſapientis, honoraria pro rata ſolvenda ſunt.*
7 *Expenſæ factæ in re communi cõmunes eſſe debent.*
8 *Mentio honorifica* Advocati Conſtantini.
9 *Qui ſentit commodum, debet ſentire incommodum.*
10 *Praxis in Urbe eſt, quòd rogitus ſolvatur pro Inſtrumento quietationis ab illo, ad cujus favorem ſit acceptilatio.*
11 *Recipiens in Urbe pecunias tàm ex cauſa ſocietatis Officiorum, quàm impoſitionis Cenſuum ſolvere debet mercedem Notario.*
12 *De generali conſuetudine merces Notarii ſolvenda eſt à dante pecuniam ad cenſum, vel ſocietatem.*
13 *Judiciales actus fieri debent expenſis petentis.*
14 *Vnus ex litigantibus altero diſſentiente, petens conſilium ſapientis in Cauſa, tenetur in ſolidum ad honoraria.*

15 *Debitor pauper captus ad inſtantiam ſui creditoris, ab eodem alendus eſt.*
16 *Sumptus litis ſubminiſtrandi ſunt pauperi litiganti.*
17 *Manus mortua non tenetur facere Inſtrumentum de debito ſuo.*
18 *Dominus directus non tenetur facere Inſtrumentum de credito ſuo.*
19 *Bis ſolvi non debet.*
20 *Tàm Dominus directus, quàm utilis poſſunt invicem petere confectionem Inſtrumenti ſuper ſolutione quindennii.*
21 *Nemo tenetur allegare propriam turpitudinem.*
22 *Dominus utilis non poteſt cogere Dominum directum ad conficiendum Inſtrumentum de ſolutione quindennii.*
23 *Confectio talis Inſtrumenti dici nequit præcisè neceſſaria, ac utilis utrique Domino.*
24 *Solutio quindennii etiam probatur ex ſolutione canonum.*
25 *Benè probari poteſt ſolutio quindennii per apocham privatam.*
26 *Nemo gravandus ad faciendam ſcripturam publicam ob ſumptus faciendos.*
27 *Non tenet argumentum à facultate unitim faciendi ad facultatem disjunctim faciendi.*
28 *Multa tenent facta in communi, quæ non tenent facta in particulari.*
29 *Apocha privata ſatis conſulitur.*

CAPITULUM LVIII.

QUantunvis ſimplex quietantia creditoris de per ſe ſola ſatis ſit ad comprobationem ſolutionis debiti, illaque conſtituat concludentiſſimum probationis gradum adversùs creditorem faſſum de recepto, cùm nulla major pro-
1 batio, quàm proprii oris confeſſio, cui contravenire indignum eſt, illaque prævalet Inſtrumento, tanquàm inter probationum genus optima, ac maxima probatio *l. generaliter* 13. *C. de non numer. pecun. Angel. de confeſſion. lib.* 1. *q.* 1. *n.* 11. 13. *&* 15. *& qu.* 7. *effect.* 15. *n.* 1. *cum ſeqq. & lib.* 3. *qu.* 12. *n.* 11. *&* 14. *& qu.* 20, *nu.* 2. cum
2 aliàs ultrà incommodum, ridiculum eſſet, tot Inſtrumenta conficere, quot ſolutiones faciendæ ſunt, quando mediantibus ſolis quietantiis optimè debitoris indemnitati conſuli valet, attamen ſolent adeò cauti eſſe creditores, & debitores, vel alterutri, præcipuè in materia quindenniorum, ut non contenti nuda quietantia de
3 recepto quindennio confici deſuper faciant Inſtrumentum ſuper ipſa ſolutione quindennii, prout idem contingit in ſolutione laudemii, proindeque in præſenti monemus, quòd Dominus directus, & manus mortua Domina utilis de communi conſenſu ad majorem utriuſque cautelam convenientes, ut de ſolutione quindennii fiat Inſtrumentum, non contenti Apocha privata, ſivè ſola quietantia fieri ſolita per Dominum directum de recepto quindennio à manu mortua, eo caſu communiter, & æquis
4 partibus, ſeu pro rata ſolvenda eſt merces Notario pro rogitu præfati Inſtrumenti, ſi verò inter ſe diſſentiant, tunc illa ſolvenda venit integraliter, ac inſolidum ab eo tantùm, qui Inſtrumentum confici velit, quia in primo caſu confecti Inſtrumenti ſolutionis quindennii ad inſtantiam utriuſque tàm Domini directi, quàm utilis cùm naſcatur communis utilitas directi, ac utilis Domini, tàm in probando nempè directo, ac utili dominio, quàm etiam in probanda ſolutione quindennii, nè aliàs, illa non probata Emphyteuta teneatur reiterare ulteriorem ſolutionem quindennii, æquum eſt teneri pro virili ad mercedem Notarii, in ſecundo autem caſu confecti Inſtrumenti hujuſmodi ad inſtantiam alterutrius, ſivè nempè Domini directi, ſivè utilis, cùm naſcatur utilitas particularis ſolius inſtantis pro confectione Inſtrumenti, vice verſa æquum eſt, teneri inſolidum ad expenſas rogitus Notarii ſolum procurantem Inſtrumentum, veluti in ſimili de Inſtrumento ſolutionis laudemii in utroque caſu, *Niger de laudem. to.* 1. *qu.* 43. *n.* 45. *in fine verſiculo ſed quia, & nu.* 46. *Rota in Romana Fideicommiſſi de Matthiettis ſuper expenſis* 7. *Martii* 1704. *coram Reverendiſſimo P. D. Anſaldo Decano*, pro primo enim caſu opitulabitur ratio naturalis, & æquitativa, ut, volente utroque Domino confici Inſtrumentum ſuper ſolutione quindennii, ab utroque etiam pro æquali portione ſolvantur expenſæ Inſtrumenti ab utroque voliti, equidem communes ſumptus faciendi ſunt in communi cauſa, ſeu In- 5
ſtrumento utrique inſerviente, illudque utroque petente. Hinc videmus, quòd, ſi in cauſa Partes petant procedi cum conſilio ſapientis, cùm 6
in tali petitione conveniant, poſteà honoraria communiter pro rata, ſeu contributo ſolvenda ſunt, *Scala de conſil. ſapient. lib.* 3. *cap.* 11. *per tot. Niger. de laudem. tom.* 1. *qu.* 43. *num.* 46. *in med.* Hinc expenſæ factæ in re communi, communes eſſe debent *l. omne æs alienum* 27. *l. cum duobus* 52. 7
§. Idem reſpondit, Socius 10. *l. ſi unus* 66. *§. Siquid unus* 2. *l. ſecundùm Julianum* 61 *ff. pro ſoc. Felicius de ſocietate cap.* 27. *n.* 16. *cum ſeqq. & per tot. Duard. eod. tract. lib.* 2. *cap.* 1. *qu.* 6. *nu.* 6. *Garzias de expenſ. cap.* 19. *num.* 4. *Michalor. de fratribus par.* 3. *cap.* 35. *n.* 10. Advocatus Franciſcus Maria *Conſtantinus* primæ notæ Juriſconſultus, olim Capitulinæ Curiæ Judex rectiſſimus, ac poſteà 8
Capitulinæ Cameræ Fiſcalis integerrimus, ad majora euehi digniſſimus, niſi morte præventus eſſet ſub finem Novembris 1713. *ad Statut. Urb. tom.* 2. *annot.* 59. *artic.* 7. *nu.* 295. *cum ſeqq. Card. de Luca de judic. diſc.* 39. *n.* 25. *cum ſeq. & in Miſcellan. diſc.* 4. *n.* 20. Pro ſecundo autem caſu eadem ratio naturalis, & æquitativa ſuadet, ut petens, volenſque de actu aliquo confici Inſtrumentum, debeat propriis expenſis curare 9
fieri, cùm in illius commodum fiat Inſtrumentum, ad *text. in cap. qui ſentit* 55. *de regul. Jur. in* 6. *Capolla de ſimulat. contract. præſ.* 6. *n.* 41 *cum ſeq. Riccius collect.* 115. *in princip. par.* 1. *Guttierrez practic. lib.* 1. *qu.* 63, *n.* 2. *in princip. Capiblanc. de offic. Baron. lib.* 2. *ſuper Pragmatic.* 19. *de Baron. cap.* 98. *num.* 2. *Marta de juriſdict. par.* 3. *centur.* 2. *caſ.* 173. *n.* 12. *Scaccia de appellation. lib.* 3. *cap.* 2. *qu.* 7. *n.* 87. *in fine, & qu.* 13. *artic.* 14. *n.* 114. *& de ſentent. & re judic. gloſ.* 13. *n.* 57. *in fine, & de judic. lib.* 2. *cap.* 8. *qu.* 6. *n.* 849. *cum ſeqq. Niger de laudem. qu.* 43. *n.* 44. *cum ſeq. tom.* 1. ubi plura ad rem ſubnectit exempla, de petente videlicet ſe remitti ad Regem, vel majorem Magiſtratum, ſuis ſumptibus mittendo, ab eoque ſolvendis mercibus cuſtodum, reliquiſque neceſſariis ad miſſionem, de emptore ſolvente gabellam rei

emptæ, & ſolvere debente emolumentum Notarii rogati de Inſtrumento venditionis, de exponente pecunias fænori, deque expoſitione ſibi caveri volente per publicum Inſtrumentum, proindeque Notarii mercedem ſolvere debente, ad quod allegat *Caſtrenſ. in l. eos 2. §. fin. n. 4. circà med. C. de uſur.* de rogitibus ſolvendis juxta pra-
10 xim in Urbe pro Inſtrumentis quietationum ab illo, ad cujus favorem fit acceptilatio, & tandem de ſolvere debente mercedem Notarii, re-
11 cipiente in Urbe pecunias tàm ex cauſa ſocietatis officiorum, quàm impoſitionis cenſuum, præſertim in Tribunali Auditoris Cameræ referens *Laſſart. de decim. vendit. cap. 10. nu. 7.* ità etiam legibus Hiſpaniæ caveri de inſtrumento cenſus, *Carol. Anton. de Luca Melphiten. ad dec. de Franch. Neap. 332. n. 5.* quanvis de generali conſuetudine
12 merces Notarii ſolvenda eſſet à dante pecuniam ad cenſum, vel ſocietatem, *Poſtius de manutent. obſ. 83. nu. 21. cum ſeqq. Caballin. ad Conſtitution. Marcb. lib. 5. cap. 19. verbo ſumptibus num. unic. Cabed. dec. Luſitan. 83. n. 2. par. 1.* eodem modo,
13 quo judiciales actus fieri debent expenſis petentis *l. Prætor ait 2. ff. quib. ex cauſ. in poſſeſſ. eat.*
14 & unus ex litigantibus, altero diſſentiente, petens conſilium ſapientis in Cauſa, tenetur inſolidum ad ſolutionem honorariorum *Bartol. in l. ſi poſtulaverit 22. ff. ad leg. Jul. majeſt. Bald. in l. ſiquis alicui 3. nu. 8. cum ſeqq. C. eod. Niger de laudem. qu. 43. n. 46. circà fin. tom. 1. Scala de conſil. ſapient. lib. 3. cap. 11. per tot.*

Undè fit, quòd debitor pauper captus ad in-
15 ſtantiam ſui creditoris alendus eſt ab eodem creditore divite, vel non æquè pauper propriis ſumptibus, aliàs excarcerandus ad *l. non quemadmodùm 8. in fine ff. de liber. agnoſc. l. Judices 9. C. de Epiſcop. aud. Scanarolla de viſitat. carcer. lib. 3. cap. 2. n. 1. & per tot. Velaſc. de privileg. pauper. par. 1. qu. 39. nu. 33. cum ſeqq. Leoncill eod. tract. par. 2. privileg. 44. nu. 11. Surd. de aliment. tit. 1. qu. 69. n. 2. & qu. 71. n. 1. & q. 118. per tot. Caſtill. eod. tract. cap. 37. §. 3. num. 2. cum ſeqq. & per tot. Advocatus Conſtantinus ad Statut. Urb. tom. 2. annot. 59. artic. 8. n. 360. cum ſeqq. Melius ad Caſtill. de aliment. cap. 1. per tot. Rota in recentior. dec. 402. per tot. par. 18.* indè fit, quòd alimenta, & ſumptus litis ſubminiſtrandi ſunt pauperi habenti
16 pro ſe præſumptionem boni juris à divite collitigante, *Velaſc. de privil. pauper. par. 1. qu. 39. n. 6. cum ſeqq.*

Quibus ſtabilitis videntur ſaltem quoad ſecundum caſum poſitum in noſtra reſolutione, ſequentia quatuor reſiſtere ſolidiſſima motiva.

I. Quia ſicuti manus mortua, Domina uti-
17 lis, ac debitrix quindennii non tenetur facere Inſtrumentum de debito ſuo ad *text. in cap. legebatur 3. de majorit. & obedient.* ità Dominus directus, ac creditor quindennii non tenetur facere Inſtrumentum de credito ſuo, nec de ſolutio-
18 ne ſui crediti, ſivè quindennii, nè aliàs debitor, & creditor tanquàm correlativi ad imparia judicentur ad *text. in l. fin. C. de indict. viduit. tollen. l. 1. C. de cupreſſ. lib. 11. Gait. de credit. c. 4. quæſit. 7. n. 628.* undè ſivè creditor, ſivè debitor, ſivè nempè Dominus directus, ſivè manus mortua Domina utilis velit confici Inſtrumentum ſuper ſolutione quindennii ad melius eſſe, quod ſemper tendit in communem utriuſque utilitatem, & probationem debiti, ac crediti, ſemper videretur eſſe locum contributo pro ſolutione rogitus Notarii.

II. Quia confecto Inſtrumento ſolutionis quindennii videtur neceſſaria utrique parti, Domino videlicet utili ad probandum, ſe ſolviſſe quindennium, nè Dominus directus, ſi non ap- 19
pareat de illius ſolutione, cogat Dominum utilem ad iterùm ſolvendum, & Domino directo ad docendum de ſuis juribus directis, remque eſſe Emphyteuticam, ut ait *Niger de laudem. qu. 43. nu. 27. & 45. in fine verſic. ſed quia tom. 1.* qua de cauſa videretur, etiam in hoc ſecundo caſu ſolvendum eſſe rogitum Notarii communibus ſumptibus, tanquàm utrique parti communem, ac neceſſarium.

III. Quia cùm tàm Dominus directus, qui creditor quindennii eſt, quàm Dominus utilis, qui debitor quindennii eſt, poſſint invicem pe- 20
tere confectionem Inſtrumenti ſuper ſolutione quindennii, ut ſupponimus in primo caſu, eſtque *text.* apertus in *l. plures apochis 19. C. de fid. Inſtrum. Niger de laudem. tom. 1. qu. 45. num. 5. cum ſeqq.* videretur è contrà etiam in ſecundo caſu, quando altera tantùm ex partibus petit confici Inſtrumentum, eſſe locum contributo, quod enim partes unitim, ac conjunctim facere poſſunt, videretur diſiunctim, ac diviſim quoque facere poſſe.

IV. Denique quia una ex partibus recuſando conficere Inſtrumentum, ſolutionis quindennii, fatendo tamen rem eſſe Emphyteuticam, dicitur venire contra proprium factum, ſeu contra probationem proprii facti, ac per indirectum 21
allegare propriam turpitudinem, ſeu iniquitatem, proindèque neutra ex partibus videtur audienda, ſi excipiat, non teneri facere publicum Inſtrumentum de ſolutione quindennii, veluti in ſimili de laudemio ponderat *Niger de laudem. tom. 1. qu. 43. n. 12. cum plurib. ſeqq.* undè etiam pars diſſentiens, videretur teneri pro ſua rata, ac ſi conſenſiſſet, nè ex facto ipſius altera pars pergravetur in totum ad ſolvendum rogitum abſque contributo.

Adhùc tamen recenſita motiva, ſivè objecta in nihilum turbant veriſſimam noſtram reſolutionem.

Non quidem I. Motivum, ſivè objectum, quia potiùs favet noſtræ reſolutioni, ſi nanque, ſicuti Dominus utilis non poteſt cogere Domi- 22
num directum ad conficiendum Inſtrumentum de ſolutione quindennii, ità nec Dominus directus Dominum utilem, ergò unus ex dominis volens conficere Inſtrumētum, non poteſt alium Dominum gravare pro contributo ad ſolvendum mercedem rogitus Notarii, ſed propriis expenſis tenetur illud conficere, nec confectio hujuſmodi Inſtrumenti dici poteſt præcisè neceſſaria, ac utilis utrique Domino, ſed benè ad 23
melius eſſe, ſivè ad majorem cautelam pro probando credito, cùm ſatis ſit confectio apocæ privatæ de recepto quindennio, per quam ſatis conſulitur indemnitati debitoris ſuper probatione factæ ſolutionis, & indemnitati creditoris ſuper qualitate rei Emphyteuticæ, ultraquamquòd etiam illa ex alio capite probatur, nempè 24
ex ſolutione canonum;

Mon II. Motivum, ſivè objectum, quia, ut

mox

mox reſponſum fuit ad I. Motivum , ſivè objectum , immò confectio Inſtrumenti de ſolutione quindennii eſt ſuperflua potiùs , quam neceſſaria , cùm , ut jam inſinuavimus , aliundè probari valet ſolutio quindennii tàm ad favorem ſol-
25 ventis, quàm recipientis, conficiendo nempè loco inſtrumenti apocham privatam de receptione , ut de laudemio advertit *Niger de laudem. tom.*1. *qu*.43.*n*.18. undè cùm neutra ex partibus
26 gravanda ſit ad aliam faciendam ſcripturam præſertim publicam ob ſumptus in ea erogandos , *Niger loco laudato n.*19. *in fine* , benè ſequitur, quod pars illam facere volens,obligare non poſſit ad contribuendum pro rogitu aliam partem facere nolentem .

Non III. Motivum , ſivè objectum , quia ſignanter in præjudicialibus , ut in præſenti , ubi
27 agitur de contribuendo, non tenet argumentum à facultate unitim , ac conjunctim faciendi ad facultatem diſiunctim, ac diviſim faciendi, cùm
28 multa teneant facta in communi, quæ non tenerent facta in particulari , immò ſtringendo punctum , dicimus contrarium potius ſequi , quòd ſcilicet inſtrumentum de communi partium conſenſu rogatum , communibus expenſis pro contributo ſolvendum ſit, illud verò una tantùm ex partibus volente , non communibus expenſis , ſed volentis tantùm ſolvendum .

Non IV. Denique Motivum , ſivè obiectum, quia ad ſummum illud procederet, ſi non ſupereſſet alia via , per quam utriuſque partis juri
29 conſuleretur , prout mediante apocha privata , ſivè quietantia de recepto , ſatis, ſuperque conſultum remanet .

ARGVMENTVM.

Dominus directus creditor manus mortuæ in jure quindennii liquidi , ſi ſuum creditum quindenniale quantunvis liquidum nec amicabiliter , nec judicialiter ob præpotentiam ejuſdem manus mortuæ debitricis exigere valeat,nulluſque ſubſit ſcandali timor , propria auctoritate pro ſatisfactione ſui crediti citrà animum lucri faciendi ſubtrahere poteſt citrà furti vitium , tantum de bonis mobilibus exiſtentibus in dominio , & poſſeſſione dictæ manus mortuæ ſuæ debitricis , quantum ſufficiat pro ejus crediti quindennialis ſolutione .

SUMMARIUM.

1 *Quandoque manus mortua tanta pollere ſolet potentia , ut quindennium ſolvere renuat .*
2 *Dominus directus , ob præpotentiam manus mortuæ quindennium exigere nequiens , ſibi ſatisfacere poteſt propria auctoritate .*
3 *Impedita actione civili , remanet actio naturalis .*
4 *Creditor conſequi nequiens ſuum creditum ob præpotentiam ſui debitoris , poteſt ſubtrahere de bonis debitoris tantum , quantum ſufficiat pro ſatisfactione .*
5 *Recuperare non valens ſuum , rem alienam æquivalentem ſumere poteſt .*
6 *Famulus ob Domini potentiam conſequi nequiens ſalarium , benè poteſt ſibi propria auctoritate ſatisfacere .*
7 *Hebræi ex Ægypto jure potuerunt ſubripere .*
8 *Principi licet movere bellum, quando aliter Vrbem ſuam , aut Caſtrum recuperare nequit .*
9 *Cenſuræ latæ contrà furtum committentes non afficiunt creditorem occultè ſibi ſatisfacientem .*
10 *Dominus directus potiùs retinere debet pecuniam , quàm rem æquivalentem .*
11 *Nemo eſſe poteſt Judex in Cauſa propria .*
12 *Hac via retineretur non debitum pro debito .*
13 *Hoc caſu creditor ſibi ſolvit ex præſumpta voluntate debitoris .*
14 *Dominus directus adeò inops , ut agere nequeat pro crediti ſui conſequutione quindennialis , ſaltem in* Urbe *ſibi ſatisfacere nequit propria auctoritate .*
15 *In* Urbe *adeſt Congregatio* S. *Juonis pro pauperibus litigantibus .*
16 *Auctor pluribus abhinc annis adſcriptus eſt dictæ Congregationi .*
17 *Mentio honorifica Eminentiſs. D.*Cardinalis Laurentii Corſini .
18 *Mentio pariter honorifica R. P. D.* Vincentii de Amadoris olim de Manieris .
19 *Dominus directus ob ſolam inopiam manus mortuæ ſibi ſatisfacere nequit propria auctoritate .*
20 *In tali caſu ceſſat potentia manus mortuæ , ſicque facilis eſt copia Judicis , ad obtinendum ſalvianum .*
21 *Vel aſſociationem .*
22 *Dominus directus non habens probationes in judicio ſuper debito quindennio , certò tamen ſciens illud ſibi deberi , poteſt propria auctoritate ſibi ſatisfacere .*
23 *Prout in eodem caſu idem fieri licet cuicumque creditori .*
24 *Si Dominus directus paſſurus ſit damnum rerum , vel honoris , poteſt ſibi ſatisfacere .*
25 *Si manus mortua inſcia , poſteà ſolvere velit quindennium dominus directus illud recipere nequit .*
26 *Debitor non tenetur bis ſolvere .*

CAPITULUM LIX.

Arduus ſanè ſeſe offert articulus in præſenti diſcutiendus cùm enim quandoque manus mortua tanta pollere ſoleat potentia , ut quindennium quantunvis liquidum, ſubterfugiis ſolvere renuat , nec Dominus directus ſperet ami- 1
cabiliter , aut judicialiter exactionem ſui crediti quindennialis , undè nè ob alterius potentiam defraudatus remaneat jure ſuo , ſed opportuno remedio eidem conſulatur , indè proponimus , quòd Dominus directus creditor manus mor- 2
tuæ in jure quindennii liquidi , ſi ſuum creditum quindenniale quanvis liquidum nec amicabiliter , nec judicialiter ob præpotentiam ejuſdem manus mortuæ debitricis exigere valeat , nulluſque ſubſit ſcandali timor , propria auctoritate pro ſatisfactione ſui crediti citrà animum lucri faciendi ſubtrahere poteſt citrà furti vitium,tantum de bonis mobilibus exiſtentibus in dominio , & poſſeſſione dictæ manus mortuæ ſuæ debitricis, quantum ſufficiat pro ejus crediti quindennialis ſolutione , *Burgius de laudem. parte* 1. *inſpect.*9. *in addit. num.*42. *Berlich. practic. par.*5. *conc.*44.*n*.23. *verſic. contrarium tamen, Farinacc. de furt.qu.*174. *n.*81. *par.*1.*Gratian.diſc.*269 *n.*14. *cum ſeqq. Mareſcott.var.reſol.lib.*2. *cap.*119. *n.*1. *cum ſeqq. Cyriac. contr.*428.*n.*23.*cum ſeqq.* Siquidem

3 dem impedita actione civili remanet actio natu-
ralis coram Deo, & in foro poli exercibilis pro
conſecutione crediti aliàs inconſequibilis per
viam Juris *Onát. de contract. tom. 1. tract 3. diſp. 8.*
ſect. 8. n. 168. in fine verſic. impedita ergò actione;
hinc enim videmus in genere, quòd quicumque
4 creditor, qui verè creditor eſt certi, liquidique
crediti, ſi non poteſt illud conſequi aliqua via
vel amicè, vel judicialiter ob ſummam debito-
ris potentiam, nullus verè ſubeſt ſcandali timor,
vel ſaltem nullus probabiliter timetur, impunè,
tutàque conſcentia abſque umbra peccati poteſt
citrà furti reatum ſubtrahere tantum ex rebus,
boniſque ſui debitoris quantum ſufficiat ad ſui
crediti ſatisfactionem, nec tenebitur vi bonorum
raptorum, credens id ſibi licere ſubſiſtente juſta
cauſa debiti ad *text. in l. ait Prætor* 10, §. *ſi debi-*
torem 16 *ff. quæ in fraud. creditor. Menoch. de ar-*
bitr. Judic. lib. 2. centur. 6. caſ. 516. nu. 1. Gibalin.
de negociat. tom. 2. lib. 5. cap. 2. artic. 9. per tot. Re-
bell. de oblig. Juſtit. lib. 7, qu. 7. num. 1. circà fin.
Onáte de contract. to. 1. tract 3. diſp. 8 ſect. 8. n. 170.
cum ſeqq. Molina eod. tract diſp. 691. n. 1. in ſecun-
da conditione, Adden. ad Papien. in form. inquiſi-
tion. gloſ. furto, verbo an autem, P. Stephan. de
Napol. de reſtitut. lib. 1. cap. 6. n. 42. cum ſeqq Fa-
rinac. de furt. qu. 174. n. 75. poſt med. cum n. ſeq.
par. 1. Conciol. reſol. crim. verbo furtum reſol. 10.
per tot. Gratian. diſc. 826. n. 23. Neguzant. q. 285.
n. 66. Guttierrez de compenſation. diſp. 2. per tot.
Hinc ob adverſarii potentiam recuperare non
5 valenti rem ſuam permittitur rem alienam
æquivalentem ſumere, ob quam omnis via juſti-
tiæ præcluſa eſt, fortitan quia ſit Dux, vel Prin-
ceps, *Zacch de ſalar. qu. 68. nu. 48. cum ſeqq. &*
qu 96. n. 11. Pacion. de locat. & conduct. cap 42.
n. 15 cum ſeqq. Carocc. eod. tract par. 4. tit. de ne-
ceſſit uſus qu. 2. qu. 13. principal nu 4. cum ſeqq.
hinc tam Canoniſtæ, quàm Theologi ſentiunt,
famulum poſſe propria auctoritate, tutàque con-
6 ſcientia ſibi *ſ*atisfacere de ſalario, auferendo,
vel retinendo res Domini in caſu, quo illud con-
ſequi nequeat aliquo modo ob Domini poten-
tiam, *Menoch. de arbitr. Judic. lib. 2. cent 6. caſ. 516.*
n. 2. Azor. inſt. moral. par. 2. lib. 2. cap. 39. qu. 8.
& par. 3. lib 8. cap. 13. in princip. verſic. his poſi-
tis, Farinac. de furt. qu. 174. par. 1. n. 75. in prin-
cip. hinc divinitùs approbatum fuit ſimile fa-
ctum Hebræorum ex Ægypto Pharaonis ſævi-
7 tiam fugientium, qui propria auctoritate abſtu-
lerunt aurea, & argentea loco ſuarum rerum,
quas inibi relinquebant, vel loco mercedis ſibi
ob ſervitutem, & laborem debitæ, vel jure belli,
quaſi quòd Ægyptii hoſtes eſſent Hebræorum,
ut ex *Exod. 3. 21. & 22. 11. 2. & 3. & 12. 35. & 36.*
hinc Principi licet movere bellum, quando ali-
8 ter Urbem ſuam, aut Caſtrum recuperare nequit
ad *text. in cap. Dominus noſter 23. qu. 3. Boter. de*
bello, & duello lib. 1. cap. 6. n. 10. Menoch. de ar-
bitr. Judic. lib. 2. cent. 6. caſ. 116. n. 4 Carpzov.
de leg. Reg. cap. 4. ſect. 3. n. 1. & per tot. hinc cen-
ſuræ latæ contra furtum committentes, non af-
9 ficiunt creditorem occultè ſibi ſatisfacientem,
nec alio modo ſibi ſatisfacere valentem, *Meno-*
ch. de arbitr. Judic. lib. 2. caſ. 116. n. 6. centur. 6.

Cùm autem quindennium debeatur in pecu-
nia, debet Dominus directus facere omnem poſ-
10 ſibilem diligentiam retinendi potiùs pecuniam,
quàm rem æquivalentem, *Pacion. de locat. cap. 42.*
nu. 24. cum ſeqq.

Nec obſtat, quòd per indirectum eſſet jus di-
cere in cauſa propria, quod nemini licet *l. 1. ff.* 11
nè quis in cauſ. propr. judic. l. miles 6. §. Penult. ff de
re judic. l. hoc interdictum 1. ff. quor. legat. l. 1. §. Et
parvi 2. ff. quod vi, aut clam, l. ſi ex ſtipulatione 5.
ff. de acquir. poſſeſſ. l. ſi non 8. ff. pro legat. l. 1. &
tot. tit. C. nè quis in ſua cauſ. judic. l. nullus 14. C. de
Judæis, immò hac via retineretur non debitum
pro debito contra *l. ſi non ſortem 26. §. Si cen-* 12
tum 4. ff de condict. indebit. l. ſi non inducta 5. C. in
quib. cauſ. pign. tacit. contrah. l. fin. C. commodat.
Maur. de ſolution. tit. de retent. num. 4. Neguzant.
de pignor. memb. 4. par. 5. num. 1. Gratian. diſc. 618.
nu. 4. cum ſeq. quia hæc regula ſilere debet, quan-
do non adeſt copia Judicis ob Adverſarii po-
tentiam, qui ſuæ duritiei, ac pertinaciæ in ſol-
vendo imputare debet, quod creditor ob debi-
toris contumaciam partes Judicis ſumat, nè ſuo
credito fraudatus remaneat, ſibi nullo alio op-
portuniori remanente remedio, quaſi creditor
tunc ſe gerat ut organum, ſeu inſtrumentum ſui
debitoris, nominèque ejus per tertiam, ſeu per 13
propriam perſonam ſibi ſolvat ex voluntate
ejuſdem debitoris, ſi non præſumpta, ſaltem cer-
ta, quæ eſſe deberet, & juſto titulo debiti, ſup-
plente jure creditoris, *Onáte de contract tom. 1.*
tract. 3. diſp. 8. ſect. 8. num. 179. cum ſeq. in fine.

Sed quid dicendum in caſu, quo Dominus
directus tanta laboret inopia, ut agere nequeat
pro conſecutione quindennii contra manum
mortuam illud ſolvere renuentem, utrùm tunc
liceat Domino directo propria auctoritate mo-
do ſupradicto ſibi ſatisfacere, & putarem hoc 14
caſu non poſſe, ſaltem in Urbe, quippè ibidem
adeſt Congregatio S. Ivonis (cui ego pluribus 15
abhinc annis adſcriptus ſum) tempore, quo 16
illius meritiſſimus Præfectus aderat Eminentiſs. 17
D. Cardinalis Laurentius Corſinus, tunc R. Ca-
meræ Apoſtolicæ Clericus, poſteà Theſaurarius
Generalis, vir apprimè doctus, & pius, erecta
apud Eccleſiam SS. Caroli, & Blaſii ad Cattina-
rios PP. Barnabitarum Congregationis S. Pauli,
habens unicum ſcopum committendi pauperum
Cauſas tàm Advocatis, quàm Procuratoribus
gratis pro Deo patrocinandas, & ſubminiſtran-
di etiam expenſas neceſſarias in cauſam, quo
ſtante pio adeò, ac religioſo inſtituto, iniquum
videretur ſub clypeo paupertatis hoc caſu ſibi
quemque Dominum directum poſſe ſatisfacere
propria auctoritate, quando, docto de pauper-
tate per fidem Parochi, à præfata S. Ivonis Con-
gregatione guſtatis priùs meritis Cauſæ, eaque
juſta per Congregationem judicata, committi-
tur ſtatim gratis tuenda, & ſubminiſtrantur aliæ
expenſæ neceſſariæ, vel per manus dictæ Con-
gregationis, vel per manus immortalis ævi 18
R. P. D. Vincentii de Amadoris, olim de Ma-
nieris, utriuſqe Signaturæ Votantis digniſſimi,
ac S. Conſiſtorialis Aulæ ſummi nominis Advo-
cati, majoraque promeriti, niſi ad ſuperos re-
troactis annis evolaſſet.

Quid inſuper dicendum in caſu contrario, ſi
manus mortua potiùs impotens ſit, præque
inopia ſolvere non valeat quindennium, & pu- 19
tarem, ſtante ſola impotentia, ac inexigibilitate
non poſſe Dominum directum ſibi propria au-
ctori-

ctoritate ſatisfieri de bonis ejuſdem manus mor-
20 tuæ debitricis, cùm tunc jam ceſſet potentia,
ſicque facilis eſt copia Judicis ad effectum obti-
nendi immiſſionem vigore Salviani in poſſeſſio-
nem aliorum bonorum ſui debitoris ex deductis
per *Pacific. de Salvian. interdict. inſpect.* 3. *cap.* 4.
num. 600. *cum ſeqq. Paulut. diſcert.* 1. *num.* 22. vel
21 aſſociationem ad eundem fundum juxta tradita
in ſuo peculiari *Cap. LXXVI.*

Quid etiam dicendum, ſi Dominus directus
22 non habeat probationes in judicio ſuper ſibi de-
bito quindennio, ſciat tamen certò certiùs illud
ſibi deberi, & dicerem hoc caſu poſſe propria
23 auctoritate ſolutionem ſibi facere, prout in eo-
dem caſu cujuſque crediti in genere idem fieri
licet, *Conciol reſol. crim. verbo furtum reſol.* 10.
num. 4. *Rebell. de oblig. Juſtit. lib.* 7. *qu.* 7. *num.* 1.
circà fin.

Quid ulteriùs dicendum, ſi manus mortua
non ſit potens, ſed Dominus directus deferendo
24 ad judicium ſuum creditum quindenniale, paſ-
ſurus ſit damnum ſuarum rerum, vel honoris,
vel amicitiæ non parvi momenti jam contractæ
cum adminiſtratore ipſius manus mortuæ debi-
tricis, & crederem tali caſu eſſe locum ſatisfa-
ctioni propria auctoritate, *Rebell. loc. mox cit.*
num. 1. *in fine*, *Onáte de contract. tract.* 3. *diſp.* 8.
ſect. 8. *num.* 171. *tom.* 1.

Quid dicendum denique, ſi fortè manus mor-
tua inſcia occultæ, ac quaſi furtivæ ſatisfactionis
25 hujuſmodi, poſteà ſolvere velit Domino directo
quindennium, & dico eo caſu teneri Dominum
directum in conſcientia denunciare manui mor-
tuæ, quòd ipſe jam ſibi ſatisfecerit, ideoque
nolle ſe quindennium oblatum recipere, nè aliàs
contrà omnem juſtitiam debitor bis ſolvat, &
26 creditor bis recipiat cum aliena jactura, *Leotard.*
de uſur. quæſt. 92. *num.* 48. *in fine verſic. ubi aliam*
conditionem, Rebell. loc. cit. num. 1. *circà fin. Dian.*
reſ. mor. par. 2. *tract.* 16. *reſol.* 48. *in princip. Onáte*
de contract. tom. 1. *tract.* 3. *diſp.* 8. *ſect.* 7. *num.* 172.

ARGUNENTUM.

Exceptiones per manum mortuam deductæ ad effectum declinandi, ſeu retardandi ſolutionem quindennii tanquàm reſpicientes altiorem indaginem, rejiciendæ ſunt ad judicium petitorium, ac interim Dominus directus exiſtens in quaſi poſſeſſione exigendi quindennium, manutenendus eſt.

SUMMARIUM.

1 *Auctor promittit aliũ* Tractatum de Quindenniis.
2 *Camera Apoſtolica manutenenda eſt in quaſi poſſeſſione exigendi quindennia ex Beneficiis unitis.*
3 *Exceptiones pro retardatione ſolutionis quindennii rejiciendæ ſunt ad judicium petitorium.*
4 *Dominus directus exiſtens in quaſi poſſeſſione exigendi quindennium, manutenendus eſt.*
5 *Manutentio faciliùs venit concedenda ob cauſam duplicis obligationis.*
6 *Quindennium eſt præſtatio realis.*
7 *Juxta Legiſtas, quidquid ſentiant Canoniſtæ, non datur quaſi poſſeſſio, deficiente re certa.*
8 *Pro annua præſtatione conceditur mandatum de manutenendo.*
9 *Quindennium tanquàm fructus directi dominii eſt quædam præſtatio.*
10 *Ad manutentionem obtinendam abſque aliqua poſſeſſione exigendi quindennium ſufficit ſola aſſiſtentia Juris.*
11 *Si vinco vincentem te, multò magis vinco te.*
12 *Conceditur manutentio in quaſi poſſeſſione exigendi cenſum.*
13 *Eadem conceditur in quaſi poſſeſſione exigendi affictus.*
14 *Et in quaſi poſſeſſiones exigendi penſionem.*
15 *Quindennium eſt quodammodò cenſus.*
16 *Unicus actus quaſi poſſeſſionis exigendi ſuffragatur ad manutentionem in annua præſtatione ex cauſa cenſus, livelli, feudi, decimæ, & ſimilium.*
17 *Per unicam præſentationem Patronus conſtituitur in quaſi poſſeſſione præſentandi.*
18 *Sufficit unica quindennialis præſtatio in vita auctoris, quamvis ſucceſſor poſteà nunquam fuerit in iſta quaſi poſſeſſione exigendi quindennia.*
19 *Succeſſor habetur pro prædeceſſore, cujus mutatione non variatur jus auctoris.*
20 *Quod multò magis procedit, ſi hæres ſit filius, ex* Statuto Urb. lib. 1. cap. 147. *continuativo poſſeſſionis defuncti in ſuos.*
21 *Stante aliqua turbiditate, ſolet tunc Rota, omiſſo poſſeſſorio, petitorium diſcutere.*
22 *Vel quando manus mortua eſt in ſtatu, & contraria poſſeſſione non ſolvendi quindennium.*
23 *Vel quando concurrit titulus, & bonum jus exigendi quindennium.*
24 *Ad conſtituendum Dominum directum in quaſi poſſeſſione exigendi quindennium, ſufficit, quòd illud ſolutum fuerit Procuratori.*
25 *Ad acquirendam quaſi poſſeſſionem requiritur mãdatum tàm in eo, qui ſolvit, quàm in eo, cui ſolvitur.*
26 *Procuratori creditoris benè ſolvitur.*
27 *Solutio quindennii ſatis remanet probata, ſi illud ſolutum fuerit cum mandato præſumpto.*
28 *Eodem modo, ſi appareat talis ſolutio adnotata in libro exactoris concurrentibus adminiculis.*
29 *In judicio poſſeſſorio liber exactionum probat ſtante conſuetudine, vel Decreto Synodali, pro Eccleſia, ſeu Monaſterio.*
30 *Idem in Canone, & Decima.*
31 *In judicio ſummariſſimo probata remanet ſolutio quindennii per librum Eccleſiæ reviſum.*
32 *Manutenibilis eſt quaſi poſſeſſio, quantunvis manus mortua non totum, ac integrum quindennium, ſed partem tantùm ſolverit.*
33 *Exceptio requirens altiorem indaginem, non valet retardare manutentionem.*
34 *Manutenendus eſt Dominus directus, etiamſi manus mortua abſoluta fuerit per ſententiam, dummodò idem Dominus ab eadem appellaverit.*
35 *Manutentio etiam datur in gradu reſtitutionis in integrum, præſertim quando dubitari poteſt de juſtitia rei judicatæ.*
36 *Poſſeſſio non eſt manutenibilis, quando quindennium ſolutum fuit metu mandati.*
37 *Dummodò tamen fiat proteſtatio de facta ſolutione metu mandati.*
38 *Actus coactivus non conſtituit in quaſi poſſeſſione.*
39 *Solutio quindennii facta cum proteſtatione, inducit adminiculum ad acquirendam quaſi poſſeſſionem exigendi.*
40 *Poſſeſſio non eſt manutenibilis, ſi ſuſceptus fuerit ter-*

terminus ad ſolvendum.

41 *Suſcipiens terminum confitetur quidem debitum, non autem ſolvit.*

42 *Aliud eſt debere, aliud ſolvere, aliud cavere, aliud ſatisfacere.*

43 *Judex poſt termini ſuſceptionem non cogit debitorem ad confitendum debitum, ſed ad illud ſolvendum.*

44 *Manutentio concedenda Domino directo contrà manum mortuam ſuſcipientem terminum.*

45 *Non ſufficit confeſſio debiti per ſcripturam ad obtinendam manutentionem.*

46 *Quaſi poſſeſſio exigendi acquiritur, quando relaxantur mandata ad ſolvendum, non ſolvente manu mortua poſt ſuſceptum terminum.*

47 *Dominus directus conſtitui nequit in quaſi poſſeſſione exigendi ex ſola ſolutione facta nomine alieno citrà ſcientiam manus mortuæ.*

48 *Niſi ſumma ſoluti quindenii fuerit valdè notabilis.*

CAPITULUM LX.

1 PRæſens Capitulum ſymbulizat cum Capitulis in alio Tractatu *de Quindenniis* edendo, ubi de Camera Apoſtolica manutenenda in qua-
2 ſi poſſeſſione exigendi quindennia ex Beneficiis unitis, non obſtantibus exceptionibus per manum mortuam deductis.

In præſenti Capitulo monemus, quòd exceptiones per manum mortuam deductæ ad effectum declinandi, ſeu retardandi ſolutionem
3 quindennii, tanquàm reſpicientes altiorem indaginem, rejiciendæ ſunt ad judicium petito-
4 rium, ac interim Dominus directus exiſtens in quaſi poſſeſſione exigendi quindennium, manutenendus ſit, ut in ſimili de laudemio *Niger de laudem. tom.1. quæſt.7. artic.8. num.12. cum ſeqq. Poſtius de manut. obſ.18. n.26. cum ſeqq. & obſ.53. num.28. Rocca diſput. Jur. ſelect. cap.167. nu.46. Afflict. dec. Neapol. 258. & ibi Adden. Rota coram Buratto deciſ.222. num.1. cum ſeqq. & in Cavallicen. Banalitatis furni ſuper manutentione 5. Decembris* 1696. §. *Admittebant coram Eminentiſſimo Priolo, in Avenionen. Fideicommiſſi ſuper manutentione 20. Januarii* 1700. §. *Alterius cor. Muto, in Bononien. Canalis Navigii ſuper manutentione* 18. *Decembris* 1701. § *Rursùs coram Reverendiſs. P.D. Molines Decano*, poſteàque Inquiſitore Generali Hiſpaniarum, *in Hortana Præheminentiarum* 11. *Junii* 1704. §. *Conſtituit cor Reverendiſs. D. Kaunitz, & in Piſauren. Molendinorum ſuper manutentione* 17. *Junii* 1707. §. *Maximè coram eodem*, ac in terminis quindennii *Rota in Neapolitana Quindennii ſuper manutentione* 13. *Januarii* 1702. §. *Et ſanè cum §§. ſeqq. & per tot. cor. Muto, regiſtrata poſt Tract. in ordine la XX. num.2. cum ſeqq. & per tot.* præſertim cùm verſemur in juribus incorporabilibus, ſeu præſtationibus, quæ debentur tàm ratione rei, quàm ratione perſonæ, nimirùm tàm ex fundo emphyteutico, quàm in recognitionem directi dominii, quo caſu faciliùs venit concedenda manutentio ob cau-
5 ſam duplicis obligationis, ſicque ob fortius vinculum, *Tondut. de Penſion. cap.19. num.8.* quidquid ſi quindennium eſſet præſtatio perſonalis
6 tantùm, non autem realis, prout verè talis eſt, cùm tunc non fundaretur ſuper aliquo corpore,
7 ſeu ſuper re certa, ſicque non daretur ejus quaſi

poſſeſſio, perque conſequens nec manutentio in illius exactione juxta opinionem Legiſtarum, quidquid ſentiant Canoniſtæ, *Pacion. de locat. & conduct. cap.43. num.3. cum ſeqq.*

Nec mirandum, quòd pro quindenniali præſtatione concedatur mandatum de manutenendo, quando illud conceditur pro annua præſtatione, reſponſione, ſive redditu, *Zacch. de Salar.* 8
qu.95. num.2. Poſtius de manutent. obſ.19. nu.61. Gratian. diſc.291. num.4. eo quòd quindennium tanquàm fructus directi dominii eſt quædam 9
præſtatio non annualis, ſed benè quindennialis, eſtque reſponſio, ſeu redditus, ſi nanque ad manutentionem obtinendam abſque aliqua poſſeſſione exigendi quindennium ſufficeret ſola aſſi- 10
ſtentia Juris, vel (ut meliùs dicam) conſuetudinis generalis Domino directo faventis ad *text. in cap. cùm perſonæ 8. circà fin. de privileg. in 6. Marescott. var. reſol. lib.1. cap.11. n.1. & 5. Poſtius de manut. obſ.45. n.1. cum ſeq. Card. de Luca de judic. diſc.44. n.99. Rota dec.25. n.2. poſt Antonell. de jurib. & onerib. Cleric. & dec.19. n.6. poſt Card. de Luca de Juriſdict. inter collect. tom.1.* longè magis ſufficiet ſola poſſeſſio, ſeu quaſi, arguendo à regula ſi vinco vincentem te, multò magis 11
vinco te, de qua ſunt *text. in l. Claudius 16. ff. qui potior. in pign. hab. l. de acceſſionibus 14. ff. de diverſ. & temporal. præſcript. Caruſius in Sylva termin. arb.6. n.61.* Hinc conceditur manutentio in quaſi poſſeſſione exigendi cenſum, *Carol. Ro-* 12
ta florileg. conc.40. per tot. Cenc. de cenſib. qu.91. n.14. Card. de Luca eod. tract. diſc.11. n.7. de Camb. diſc.18. n.2. de judic. diſc.2. n.24. & diſc.44. n.81. & de Penſion. diſc.30. n.4. & diſc.45. n.2. Rota poſt Advocatum Conſtantin. ad Statut. Urbis deciſ.54. nu.17. tom.3. in quaſi poſſeſſione exigendi affictus, *Poſtius de manut. obſ.10. n.72. Pacion. de lo-* 13
cat. & conduct. c.43. n.1. in quaſi poſſeſſione exigendi Penſionem *Valenzuela Velazquez conſ.51.* 14
& 186. per tot. Antunez de donation. Reg. lib.1. par.2. cap.32. per tot. Maranta contr. 68. per tot. par.4. Tondut. de Penſion. cap.19. n.4. cum ſeqq. & cap.50. num.15. cum ſeqq. Barboſa prax. exig. Penſion. par.1. qu.2. num.40. cum ſeqq. eſt enim quindennium quodammodò cenſus, ſive penſio 15
quindennialis, ſingulis nempè quindecim annis debita, in tantum ut etiam unicus actus quaſi poſſeſſionis exigendi quindennium ſuffragatur ad manutentionem, ſi nempè ſemel dumtaxat ſolutum fuerit quindennium, prout idem practicatur in annuis præſtationibus ex cauſa cenſus, 16
livelli, feudi, decimæ, uſus, uſusfructus, juriſdictionalium, aut alterius ſervitii ad *text. in cap. cùm Eccleſia Sutrina 3. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. Gratian. diſc.113. num.2. Caſtald. conſult. forenſ. tom.2. conſult.212. n.13. Card. de Luca de Penſion. diſc.30. n.3. diſc.36. n.3. & diſc.37. n.2. R.mus P.D. Anſald. Decanus de commerc., & mercat. diſc.99. n.3. cum ſeqq. Rota in recentior. deciſ.97. n.1. par.11. deciſ.55. n.1. poſt Advocat. Conſtantin. ad Statut. Urb. tom.3. poſt Card. de Luca ſup. mater. de Juriſd. dict. deciſ.21. nu.12. tom.1. & in laudata Neapolitana quindennii ſuper manutentione, regiſtrata poſt Tract. in ordine la XX. nu.2. cum ſeqq.* eodem modo, quo per unicam præſentationem, quæ eſt fructus Juriſpatronatus, Patronus conſtitui- 17
tur in quaſi poſſeſſione præſentandi, dummodò tamen inſtitutio ſubſecuta, effectuata fuerit, *Gra-*

*tian. diſc.*113.*n.*32. *cum ſeqq.Poſtius de manutent.*
obſ. 18. *nu.*8. *&* 21. Immo ſatis eſt præceſſiſſe
18 unicam quindennialem præſtationem in vita au-
ctoris, quamvis ſucceſſor poſteà nunquam fuerit
in illa quaſi poſſeſſione exigendi quindennia,
19 cùm ſucceſſor habeatur pro prædeceſſore, cujus
mutatione non variatur jus auctoris, *Gratian.*
diſc. 113. *nu.*16. *cum ſeqq.* multoque magis pro-
20 cederet, ſi hæres ſit filius, ex *Statuto Urbis lib* 1.
cap. 147. continuativo poſſeſſionis defuncti in
ſuos, *Poſtius de manutentione obſ.*55. *nu.*86. *cum*
*ſeq.*non debet tamen aſſiſtentia Juris communis
eſſe turbida, & obſcura forſitan ob privilegium
exemptionis à quindenniis, quod haberet ma-
nus mortua, vel ex alio capite, cùm tunc Rota
21 ſoleat, omiſſo judicio poſſeſſorio, aggredi me-
rita cauſæ, & petitorium diſcutere, *Mareſcott.*
var. reſ. lib. 1. *cap.*11. *num.*11. *Poſtius de manut.*
*obſ.*45. *nu.*20. *Rota coram Gregorio XV. dec.*312.
*nu.*1. *ubi Adden. n.*4.*verſiculo limitatur,*nec ma-
nus mortua eſſe in ſtatu, & contraria poſſeſſio-
22 ne non ſolvendi quindennium *Poſtius citat. obſ.*
45. *num.*22. *in fine*.

Meliùſque intrabit reſolutio, ſi concurrat ti-
23 tulus, & bonum jus exigendi quindennium, pu-
ta ſi ex confeſſione ipſius manus mortuæ, ſivè
per Inſtrumentum conceſſionis, ſivè per rem ju-
dicatam,ſivè alio legitimo modo conſtet de ca-
nonica translatione Emphyteuſis in manum
mortuam, illaque indè ſolverit canones, quo
ſtante eo magis poſſeſſio acquiſita, & juſto ti-
tulo continuata,procul dubio eſt manutenibilis,
Rota in ſæpiùs allegata Neapolitana quindennii
ſuper manutentione §. *concurrente præcipuè*, *ſivè*
*num.*8.

Prætereà ad conſtituendum Dominum dire-
ctum in quaſi poſſeſſione exigendi,non eſt neceſ-
ſe, quòd eidem fuerit aliquando ſolutum quin-
24 dennium, ſed ſatis eſt, quòd illud ſolutum fue-
rit Procuratori ex eo quòd ad acquirendam qua-
25 ſi poſſeſſionem requiritur mandatum tàm in eo,
qui ſoluit, quàm in eo, cui ſolvitur, *Gratian.*
diſc. 365. *nu* 9. *cum ſeq. Poſtius de manut. obſ.*35.
*nu.*85.*cum ſeqq.*etenim benè ſolvitur Procuratori
26 creditoris *l. vero Procuratori* 12. *ff. de ſolution. l.*
Lucius 46. § *Tutelæ* 5. *&* §. *Fin. ff de adminſtrat.*
*tutel.Maur. de ſolution. cap.*5. *nu.*14. *cum plurib.*
*ſeqq.*prout etiam probatur vice verſa,ſi quinden-
27 nium ſolutum fuerit per Procuratorem manus
mortuæ cum ſolo mandato præſumpto, præci-
puè in magna ſumma, *Cancer.var. reſol.parte* 2.
*cap.*6. *tit.de ſolution.ſub nu.*44.eodem modo ſatis
28 eſt probari ſolutionē quindennii ex illius adnota-
tione facta in libro exactoris concurrentibus ad-
miniculis,præſertim ſi Domina directa fuerit al-
tera manus mortua, puta Eccleſia, ſeu Mona-
29 ſterium, favore cujus in judicio poſſeſſorio liber
exactionum probat ſtante conſuetudine, vel De-
creto Synodali, ſivè Vicarii mandante libris Ec-
cleſiæ, ſeu Monaſterii fidem præſtari *Cravett.*
*conſ.*158. *nu.*4. *Ancharan. conſ.*41. *nu.*3. *cum ſeq.*
Cephal. conſ 508 *n.*14. *verſic.& præciſè, Turrett.*
*conſ.*33. *num.*8. *vol.*1. *Genoa de ſcript.priv. lib.*5.
*cap.*1. *nu.*9.*Queſada contr.for. cap.*36.*n.*6.*Berlich.*
*pract.conc.par.*1. *conc.*36.*nu.*18.*Gratian.diſc.*912.
*nu.*8. *Thomat.deciſ. Macerat.*41. *nu.*8. *Rota coram*
*Martino Andrea deciſ.*76. *nu.*3. *Coccin. deciſ.*628.
*nu.*6. *Vbald. deciſ.*114. *nu.*1.*par.*3. *Dunozet.Jun.*
*deciſ.*692. *nu.*6.*&* *deciſ.*989.*nu.*2. *ac in recentior.*
*deciſ.*44. *num.*1 *cum ſeq.&* *deciſ.*190. *nu.* 4. *par.*1.
*deciſ.*44. *nu.*2. *par.*4. *dec.*233. *n.*4.*par.*7. *dec.*300.
*nu.*25. *par.*12. & in ſimili de canone, & Decima 30
*Poſtius de manut. obſ.*35. *nu.*34. *cum ſeq.Rota poſt*
*eundem deciſ.*642. *nu.*2. *verſic.adminicula,* longè-
que magis in hoc judicio ſummariſſimo rema- 31
net probata ſolutio quindennii per librum Eccle-
ſiæ reviſum, approbatum,ac ſubſcriptum à ſupe-
rioribus, & ſignanter à Viſitatoribus, *Cravett.*
*conſ.*158. *num.*9. *verſic. eſt & alia*; certò certius
redditur manutenibilis quaſi poſſeſsio,quantum-
vis manus mortua non totum, ac integrum 32
quindennium, ſed partem tantùm ſolverit, *Poſt.*
*de manut. obſ.*18. *nu.*37.

Quinimmò adeò privilegiatum eſt ſummariſ-
ſimum poſſeſſorium judicium manutentionis,ut,
etiamſi manus mortua excipiat de reſolutione,
ſeu extinctione tituli, ſivè contractus emphyteu-
tici ex aliqua cauſa,puta quia conceſſio fuerit ad
tempus, vel nulla ob defectum Beneplaciti Apo-
ſtolici, ſi forté illa facta fuerit ab alia manu mor-
tua, vel ex alia ſimili cauſa turbiditate laboran-
te, adhùc exceptio hujuſmodi tanquàm non in
continenti juſtificata,ſed ſemper requirens altio- 33
rem indaginem, non valet retardare manuten-
tionem Domino directo poſſeſſori *Rota in recen-*
*tior. deciſ.*365. *nu.*27. *cum ſeq. par.*19.

Non omitto, quòd adhùc manutenendus eſt
Dominus directus, etiamſi manus mortua poſt
acquiſitam quaſi poſſeſſionem exigendi quin-
dennium obtinuerit ſententiam latam in petito- 34
rio, in qua Judex illam abſolverit à ſolutione
quindennii, ſi tamen eadem ſententia ſuſpenſa
fuerit per interiectam appellationem à gravami-
ne pro parte Domini directi *Rot.dec.* 97. *n.*4.*cum*
*ſeqq. par.*11. *rec.* immò etiamſi ſententia abſolu-
toria tranſierit in rem judicatam, pendente ta-
men cauſa reſtitutionis in integrum, cujus com-
miſsio obtenta fuerit per Dominum directū antè
commiſſam cauſam exequutionis pro parte ma-
nus mortuæ, adhùc eſt locus manutentioni fa-
vore Domini directi,cùm illa detur etiam in gra-
du reſtititutionis in integrum, per quam lis de-
nuò reſurgit, & omnia in priſtinum revocantur,
ac ſi agitaretur in ſui primordio ſuper plenario
poſſeſſorio, præſertim quando dubitari poteſt de 35
juſtitia rei judicatæ *Pacion.de locat.cap.*43.*n.*11.
*cum ſeq.& nu.*19. *cum ſeqq Advocat. Conſtantin.*
*ad Statut. Vrb. tom.*2. *annotat.* 52. *artic.*1. *ſect.*5.
*nu.*296. *Rota deciſ.*339. *num.*28. *cum ſeqq. par.*9.
recentior. tom. 2. *deciſ.*795. *nu.*15. *cum ſeqq. par-*
te 18. *tom.*2.

Nihilominùs non deſunt caſus, in quibus ſola
quaſi poſſeſsio exigendi quindennium non ſuf-
fragatur ad effectum obtinendi manutentionem,
quales figurari poſſunt ſequentes.

I. Caſus eſt, ſi Dominus directus fretus ſit
poſſeſsione hujuſmodi, quia manus mortua ſo- 36
luit quindennium per viam Juris, ſivè coactivè,
metu nempè mandati contrà illam relaxati, nec
non ad declinandum incurſum cenſurarum con-
trà eandem fulminatarum in caſu non ſolutionis,
dummodò tamen ipſa manus mortua in actu ſo- 37
lutionis, ac numerationis pecuniæ proteſtetur ſe
ſolvere metu mandati,ſeu exequutionis,ſivè cen-
ſurarum, vel ſolvat cum clauſula ſalutari,ac præ-
ſervativa *ſine præjudicio quorumcumque jurium*,
alias

aliàs non docto de proteſtatione, ſolvens cenſe-
retur compulſioni Judicis acquieviſſe, ſpontèque
38 ſolviſſe, cum actus talis tanquàm coactivus non
conſtituat recipientem in quaſi poſſeſsione exi-
gendi, nec comprobat in ſolvente deliberatum
animum ſolvendi, ſeu agnoſcendi debitum *Po-
ſtius de manut. obſ.35. num.36. cum ſeqq. Gratian.
diſc. 113. nu.10. cum ſeqq.* eſt benè verum, quòd
39 ſolutio quindennii facta cum aliqua ex ſupradi-
ctis proteſtationibus, ſaltem inſervit pro admi-
niculo ad acquirendam quaſi poſſeſsionem exi-
gendi *Poſtius citata obſ.35. nu.55.*

II. Caſus eſt, ſi manus mortua à Judice coa-
40 cta ad ſolvendum ſuſceperit à Judice terminum
41 ad ſolvendum, quippè ſuſcipiens terminum con-
fitetur quidem debitum, at verò non ſolvit, ſine
qua actuali ſolutione creditor non conſtituitur
in quaſi poſſeſsione exigendi, & aliud eſt debe-
42 re, aliud ſolvere, aliud cavere, aliud ſatisfacere,
*Rota deciſ.90. num.5. cum ſeqq. & per tot. par.19.
recentiorum.*

In nihilum relevante, quòd immò ſuſceptio
termini conſtitutiva eſſe debet quaſi poſſeſsionis
exigendi, quaſi quòd Judex decernens manda-
43 tum, ſivè antè, ſivè poſt termini ſuſceptionem
non cogat debitorem ad confitendum debitum,
ſed ad illud ſolvendum, proindèque ſemper con-
cedenda videretur manutentio Domino directo
44 contrà manum mortuam ſuſcipientem termi-
num, veluti in his præciſis terminis *Gratian.
diſc.310. nu.45. Poſtius de manutent. obſ.35. n.49.
Rota in recentior. dec.365. nu.4. par.19.* quia con-
trariæ auctoritates, ut ex earum lectura videre
eſt, procedunt, quando poſt ſuſceptionem ter-
mini ſequuta fuit effectiva, ac realis ſolutio, quæ
tanquàm quid facti legitimè conſtituit credito-
rem in quaſi poſſeſſione exigendi, caſus verò no-
ſter ſupponit ſimplicem ſuſceptionem termini ad
ſolvendum quindennium citrà tamen ſequutam
illius ſolutionem, & quòd Dominus directus in-
trà ſuſceptum terminum inſtet manuteneri in
quaſi poſſeſſione exigendi, putans, ſed malè,
ex ſola termini ſuſceptione abſque quindennii
ſucceſſiva ſolutione ſe conſtitui in quaſi poſ-
ſeſſione illud exigendi, quando meliùs ſibi con-
ſulere poſſet, eodem modo, quo petente à Do-
mino dilationem ad ſolvendum quindennium,
illud tamen non ſolvente, nec indè manutenen-
dus venit Dominus directus in quaſi poſſeſſione
45 exigendi, cùm requiratur vera, & actualis ſolu-
tio, quando nec ſufficeret confeſſio debiti per
ſcripturam, *Tondut. reſol. civil. par.2. cap.64. n.16.
Poſtius de manutent. obſ. 35. num.10. cum plurib.
ſeqq.* ſi autem poſt expiratum terminum non ſol-
46 vente manu mortua, contrà illam opportuna
mandata relaxari curet Dominus directus pro
ſolutione quindennii, iſtaque effectuata ſint, tunc
verè, ac legitimè acquiret quaſi poſſeſſionem
exigendi.

III. Caſus eſt, ſi quindennium per prius ſo-
lutum fuerit ſolummodò ab affictuario, colono,
factore, adminiſtratore, ſivè Æconomo manus
mortuæ abſque ſpeciali mandato ad ſolvendum,
47 cùm Dominus directus conſtitui nequeat in qua-
ſi poſſeſſione exigendi ex ſola ſolutione facta no-
mine alieno citrà ſcientiam, & patientiam, ſivè
ratificationem ejuſdem manus mortuæ, *Poſtius
de manutent. obſ.35. nu.59. cum ſeqq.* niſi ſumma
ſoluti quindennii fuerit valdè notabilis, ex qua 48
tunc præſumeretur præceſſiſſe ordo de ſolvendo,
cum nemo cenſeatur velle jactare ſuum abſque
conſenſu debitoris, *Poſtius de manut. laudata
obſ.35. nu.67. cum ſeqq.*

ARGUMENTUM.

Manus mortua Emphyteuta, ad ſolvendum quinden-
nium per Judicem quantunvis condemnata, adhùc
appellare poteſt à ſententia condemnatoria etiam
ad effectum ſuſpenſivum, retardata interim ſolu-
tione quindennii.

SUMMARIUM.

1 *Manus mortua condemnata ad ſolvendum quinden-
nium, adhùc appellare poteſt, etiam ad effectum
ſuſpenſivum.*
2 *Si manus mortua fuerit abſoluta à ſolutione quin-
dennii, Dominus directus appellare poteſt.*
3 *Debitor, & creditor ſunt correlativi.*
4 *In judiciis ſervanda eſt æqualitas.*
5 *Cauſa ſemel effecta appellabilis in actore, remanet
ſemper appellabilis etiam in reo.*
6 *Quindennium eſt de Jure incognitum.*
7 *Prohibitio appellationis non cadit ſuper materia in-
cognita.*
8 *Materia odioſa reſtringitur.*
9 *Appellatio licita eſt in omni cauſa limitata.*
10 *Condemnatus ad ſolvendum Decimam non appellat.*
11 *Quindennium uti debitum in recognitionem directi
dominii, æquiparatur Decimæ.*
12 *Decima debetur in recognitionem univerſalis domi-
nii apud Deum.*
13 *Cauſa Decimarum eſt pia, & tamquàm talis exe-
quutiva.*
14 *In cauſis piis non datur appellatio.*
15 *Cauſa quindennii nullo modo eſt pia.*
16 *Aliqui tenent, etiam in Cauſa Decimarum eſſe lo-
cum appellationi.*
17 *Quindennium debetur vigore conſuetudinis.*
18 *Laudemium debetur ex* l. fin. C. de jur. emphyt.
19 *Deficiente gravamine ſuperfluus eſt recurſus.*
20 *In re aperta, ſupervacua redditur appellatio.*
21 *Plures caſus dari poſſunt, in quibus non debeatur
quindennium.*
22 *Contrariorum una, eademque eſt diſciplina.*
23 *A condemnatione, vel abſolutione laudemii datur
appellatio.*
24 *Cauſa Penſionis eſt inappellabilis.*
25 *Quindennium eſt quodammodò Penſio.*
26 *In alimentis non datur appellatio.*
27 *Undè Signatura reſcribit non retardata ſolutione
Penſionis.*
28 *Quindennium nihil commune habet cum alimentis.*
29 *Se obligans via exequutiva, appellare nequit.*

CAPITULUM LXI.

PRæſens inſpectio tanquàm quotidiana valdè utilis eſt, ſed perquàm difficilis, Dominus enim directus habens pro ſe ſententiam ſuper receptione quindennii inſtare ſolet pro illius exequutione, prætendendo deferri appellationi in devolutivo tantùm, è contrà manus mortua habens contrà ſe ſententiam ſuper ſolutione quin-

den-

dennii, petit illius ſuſpenſionem, prætendendo
ab eadem appellare etiam quoad effectum ſu-
ſpenſivum, quamobrem in præſenti aſſerimus,
1 quod manus mortua emphyteuta, ad ſolven-
dum quindennium per Judicem quantumvis con-
demnata, adhuc appellare poteſt à ſententia con-
demnatoria etiam ad effectum ſuſpenſivum, re-
tardata interim ſolutione quindennii, vel quia in
dubio pronunciandum, deferendum eſſe appella-
tioni in reverentiam Judicis Superioris, cujus
imploratur auxilium, vel quia in quolibet caſu
cenſetur conceſſa appellatio, niſi illa expreſsè
reperiatur denegata, veluti in ſpecie de laude-
mio *Burgius de laudem. par.3. inſpect.17. n.1. cum
ſeqq. Niger eod. tract. tom.1. qu.49. num.6. & 11.
cum ſeqq.* ac in generalibus terminis eſt *textus in
cap. omnis oppreſſus 2.q.6. cap. ut debitus honor.59.
de appellation. l. qui reſtituere 68. ff. de rei vindic.
l. & in majoribus 20. C. de appellation.* & proſequi-
tur *Scaccia de appellation. qu.5. artic.1. nu.5. cum
pluribus ſeqq.* eodem fermè pacto, quo ſi vice verſa
2 fuerit abſoluta per Judicem manus mortua à
prætenſa ſolutione quindennii, tunc licet domino
directo appellare à ſententia abſolutoria, *Niger
de laudem. q.49. n.8. tom.1. Ruginell. de appellation.
§.2. cap.3. num.157. Scaccia eod. tract. quæſt.17.
limit.9. ſub n.58. verſic. ſubextende,* debitor enim,
3 & creditor ſunt correlativi, ità, ut dictum de uno,
dicendum ſit quoque de alio, *Barboſa axiom.60.
nu.1. Gait. de credit. cap.4. tit.1. quæſit.7. nu.628.*
4 ut hac via ſervetur in judiciis æqualitas *cap. in
judiciis 12. de regul. Jur. in 6.* adeòque cauſa ſe-
mel effecta appellabilis in actore, remanet ſem-
5 per appellabilis etiã in reo *cap. non licet actori 32.
de regul. Jur. in 6. l. non debet 41. ff. eod Salgad. de
Regia protect. par.3. cap.4. per tot. R. P. D. Pere-
grinus Maſſerius,* utriuſque Signaturæ Votans,
olim ejuſdem Auditor, ac in Urbe præclariſſi-
mus Advocatus, &, niſi retroactis annis è huma-
nis diſcederet, majora promeritus, ad majora
aſcenderet, *de Legat. à Later. lib.1. cap.7. nu.56.
Advocatus Conſtantinus ad Statut. Urb. lib.1. an-
notat.52. artic.1. ſect.5. nu.288. & artic.2. n.445.
cum ſeq. annot.147. n.107. & annotat.167. artic.2.
nu.445. cum ſeq.*

Præterquamquòd cùm quindennium ſit de
6 Jure incognitũ ex ſuprà congeſtis in *Cap.I.* illius
cauſa non poteſt eſſe de Jure inappellabilis, quia
7 prohibitio appellationis non cadit ſuper materia
8 incognita, & tanquàm odioſa reſtringitur intrà
cancellos certorum caſuum, de quibus in *tit. ff. à
quib. appellar. non lic. & C. quor. appellation. non
recip.* proindeque appellatio licita eſt in omni
9 cauſa non limitata, *Card. de Luca de judic. diſc.37.
nu.2. cum ſeqq.*

In nihilum refragante, quòd, ſicuti condemna-
10 tus ad ſolutionem Decimæ non appellat, *cap. tua
nobis 26. il 2. in fine de Decim. Scaccia de appella-
tion. lib.3. cap.2. q.17. limitat. 18. n.1. Moneta de
Decim cap.8. n.58. Card. de Luca eod. tract. diſc.15.
num.13. cum ſeqq.* ità condemnatus ad quinden-
nium, appellare non debet eo, quòd quinden-
nium uti debitum in recognitionem directi do-
11 minii, æquiparatur Decimæ, quæ etiam debetur
in recognitionem univerſalis dominii rerum,
12 quod penès Deum eſt, *Niger de laudem. tom.1.
qu.49. nu.4. cum ſeq.* quia cauſa Decimarum eſt
13 pia, ac tanquàm talis, exequutiva, nullam ad-
mittens moram, & concernit tributum animæ, 14
in cauſis autem piis denegatur appellatio, *Scac-
cia de appellation. loc. citat. nu.1. in princip. verſic.
ratio hujus limitationis, Barboſa de jur. Eccleſ. lib.3.
cap.26. §.4. nu.7. & de Paroch. par.3. cap.28. §.4.
nu.7.* & cauſa quindennii nullo modo eſt pia, be-
nè verùm temporalis; Ultraquamquòd non de- 15
ſunt Doctores tenentes etiam in cauſa Decima- 16
rum eſſe locũ appellationi ex traditis per *Scacc.
loc. ſæpiùs laudato nu.1. circà fin. verſiculo contra-
riam opinionem.*

Minus obſtat, quòd in cauſa quindenniorum
ceſſet neceſſitas, & juſtitia appellandi ex eo, quòd, 17
cùm quindennium debeatur vigore generalis
conſuetudinis, Judex mandans illud ſolvi, non
poteſt de imperitia, aut iniquitate redargui, adin- 18
ſtar laudemii, quod debetur ex clara diſpoſitio-
ne *l. fin. C. de jur. emphyt.* proindèque deficiente 19
gravamine ſuperfluus eſt recurſus, quaſi quòd in 20
re aperta ſupervacua reddatur appellatio *l. ſi con-
ſtat. 12. ff. de appellation.* quia, quanvis veriſſimum
ſit, quindennium deberi ex notoria conſuetudi-
ne, attamen poteſt in pluribus caſibus illud non 21
deberi, quos paſſim congerimus in hoc *noſtro
Tractatu,* & ſicuti cauſa quindennii, ut mox ſub-
didimus, quando declaretur, illud non deberi,
fit appellabilis, ità fieri debet appellabilis, quan-
do declaretur, illud deberi, quippè contrario- 22
rum una, eademque eſt diſciplina, *Barboſa axiom.
58. nu.11.* immò videmus, quòd, etiamſi laude-
mium debeatur ex cenſura legis (quod idem,
vel forſitan plus eſt, quàm quindennium deberi
ex conſuetudine) adhùc tamen à condemnatio-
ne, vel abſolutione laudemii ex jam dictis datur 23
appellatio.

Minoriſque momenti eſt, quòd, ſicuti cauſa
Penſionis eſt inappellabilis ad effectum ſuſpen- 24
ſivum, *Barboſa de Penſion. par.1. qu.7. nu.17. in
fine, Card. de Luca eod. tract. diſc.19. nu.11. &
diſc.53. num.9.* ità in cauſa quindennii videretur
quoque debere eſſe inappellabilis ob maximam
affinitatem Penſionis cum quindennio, eſt enim
quindennium quodammodò penſio quædam 25
quindennialis, ſingulis nempè quindecim annis
ſolvenda ex paſſim alibi congeſtis in hoc *noſtro
Tractatu,* nihilominùs ad effectum inappellabili-
tatis quindennium non concordat cum Penſio-
ne, quippè in tantum Penſionis cauſa non ad-
mittit appellationem, in quantum illa debetur
ex cauſa congruæ, ſeu alimentorum, in quibus
non datur appellatio ad *text. in Concil. Trident.* 26
*ſeſſ.7. de Reform. cap.7. ſeſſ.21. cap.4. & 8. &
ſeſſ.25. cap.16. Barboſa in prax. exig. Penſion. par.1.
in proœm. n.7. & qu.2. nu.11. cum ſeqq. Caſtill.
de aliment. cap.8. n.3. & 14. cum ſeqq. & cap.27.
antè n.1, & n.4. Surd. eod. tract. tit.8. privileg.60.
n.5. cum ſeqq. & privileg.96. n.1. Card. de Luca
de Penſion. diſc.19. n.11. & diſc.53. n.9. & de ju-
dic. diſc.37. n.51.* Undè Signatura Juſtitiæ in ca-
ſu reſervationis Penſionis etiam ſub modo, vel 27
conditione factæ, ut plurimùm ſolet cauſam
committere cum clauſula præſervativa *non re-
tardata ſolutione Penſionis, Barboſa in prax. exig.
Penſion. par.1. quæſt.2. n.8. & 15. cum ſeq.* quin-
dennium autem nihil commune habet cum ali- 28
mentis.

Quandoque tamen crederem non eſſe appel-
labilem cauſam quindenniorum, ſi nimirùm ma-
nus

29 nus mortua ſe obligaſſet via exequutiva cum pacto de ſe non opponendo ſolutioni quindennii, quo caſu appellare nequit ad effectum ſuſpenſivum, ſed benè tantùm indevolutivo coram Judice, ad quem, veluti in ſimili de laudemio *Burgius de laudem. par.3. inſpect.17. n.5.*

ARGUMENTUM.

Quindennii debitum non admittit compenſationem cum credito manus mortuæ Emphyteutæ in diverſa ſpecie à Domino directo contracto.

SUMMARIUM.

1 *Quandoque contingere ſolet, quòd debitor ſit eodem tempore creditor ſui creditoris.*
2 *Debitum Emphyteutæ manus mortuæ quoad quindennium conſiſtit in pecunia.*
3 *Debitum Domini directi conſiſtere poteſt aliquando in alia ſpecie, puta vino &c.*
4 *Quindennii debitum non admittit compenſationem cum credito manus mortuæ Emphyteutæ.*
5 *Canonis, ſeu laudemii debitum non admittit compenſationem.*
6 *In ſolutionibus ſolvendum eſt idem, non aliud pro alio, invito creditore.*
7 *Renuncians omni legum auxilio, cenſetur renunciaſſe compenſationi.*
8 *Non intrat compenſatio quindennii, ſi manus mortua ſit creditrix in minori ſumma, quàm ſit debitum quindennii.*
9 *Emphyteuta tenetur ſolvere integrum Canonem.*
10 *Manus mortua tenetur ſolvere integrum quindennium.*
11 *Eadem non ſolveret integrum quindennium, ſi illud compenſare poſſet cum ſuo credito in minori ſumma.*
12 *Prout etiam ſi ſe obligaverit ad quindennium in pecunia realiter.*
13 *Præſertim ſi compenſatio redoleat aliquam turbiditatem.*
14 *Quindennium uti onus infixum rei, non eſt compenſabile cum alio credito.*
15 *In Luſitania extat ſuper hoc* Ordin. Reg.
16 *Decima Papalis eſt incompenſabilis.*
17 *Compenſatio reſpicit petitorium.*
18 *Et requirit altiorem indaginem.*
19 *Quindennii ſolutio reſpicit judicium ſummarium, & exequutivum.*
20 *Non eſt locus compenſationi, ſi adſit obligatio Cameralis.*
21 *Compenſatio regulariter retardare nequit exequutionem obligationis Cameralis.*
22 *Niſi in caſu, quo utrumque debitum, ſit Camerali obligatione vallatum.*
23 *Quanvis de æquitate aliquando retardet.*
24 *Compenſare eſt ſolvere.*
25 *Non curandum de modo, quando habemus finem, & effectum.*
26 *Compenſare non eſt verè, ſed fictè tantùm, & imaginariè ſolvere.*
27 *Compenſatio fit ipſo Jure ſine miniſterio hominis.*
28 *De Jure compenſatio non intrat in creditis diverſarum ſpecierum.*
29 *Compenſatio locum habet in quocumque genere creditorum etiam ex diverſis cauſis procedentium.*
30 *Compenſatio venit admittenda ſaltem de æquitate.*
31 *Si non competit compenſatio, competit ſaltem retentio.*
32 *Hoc procedit, ſi credita conſiſtant in eiſdē ſpeciebus.*
33 *Æquitas præferenda eſt rigori.*
34 *Si manus mortua fuerit pauper, tunc admittitur ad compenſationem debiti quindennii cum debito Domini directi.*
35 *Emphyteuta pauper, ad evitandam caducitatem, compenſare poteſt.*
36 *Compenſatio fundata eſt in æquitate.*

CAPITULUM LXII.

CUm quandoque (ut experientia docet) contingere ſoleat, quòd debitor ſit eodem tem- 1
pore creditor ſui creditoris, ideoque beneficio
compenſationis ſe tueatur, verùm quia debitum
Emphyteutæ manus mortuæ quoad quindenniũ 2
conſiſtit in pecunia, & debitum Domini directi
conſiſtere poteſt aliquando in alia ſpecie, puta 3
vino, oleo, frumento, hordeo, vel in ſimili alia
functione penitùs à debito pecuniario abſimili,
haud inutiliter præſens inſpectio ſeſe profert in
medio, firmando nempè, quòd quindennii de- 4
bitum non admittit compenſationem cum credito manus mortuæ Emphyteutæ, in diverſa
ſpecie à Domino directo contracto, ſicuti eodem
caſu compenſationem hujuſmodi non admittit 5
canonis, ſeu laudemii debitum *Corbul. de cauſ.
privation. emphyteuſ. tit. de cauſ. privation. ob non
ſolut. canon. limit.5. n.2. Burgius de laudem. par.3.
inſpect.8. n.8. Amic. de jure Emphyt. qu 97. n.14
Fulgin. eod. tract. tit. de ſolut. canon. q.1. n.316. cum
ſeq. Donad. de renunc. tom.1. cap.30. n.49. cum ſeqq.
Guttierrez Huerta de compenſation. tom 2. lib.5.
qu.6. n.65. Berſan. eod. tract. cap.3. qu.17. nu.4.*
optima ſanè opitulante ratione, quòd in ſolu- 6
tionibus ſit ſolvendum idem, non aliud pro alio
invito creditore *Tyndar. de compenſation. artic.3.
n.3. in fine, & n.16. Scaccia de ſentent. & re Judic. gloſ.7. qu.4. ſpec 3. nu.17.* quod fortiùs procedit, ſi manus mortua in Inſtrumento promiſſionis ſolutionis quindennii renunciaverit omni
legum auxilio, tunc enim cenſetur renunciaſſe 7
oppoſitioni compenſationis, *Burgius de laudem.
in addit. parte 3. inſpect.8. n.22.* Signanterque à 8
fortiori non intrabit compenſatio quindennii, ſi
manus mortua ſit creditrix in minori ſumma,
quàm ſit debitum quindennii *Gutierrez de la
Huerta de compenſation. lib.2. q.4. n.38. & lib.3.
qu.10. nu.33. tom.1.* quia ſicuti integrum canonem tenetur ſolvere Emphyteuta, ità & inte- 9
grum quindennium manus mortua, quod qui- 10
dem integrum non ſolveret, ſi illud compenſare 11
poſſet cum ſuo credito in minori ſumma, quàm
ſit ſuum debitum quindennii *Guttierrez loc. cit.
n.44.* prout etiam ſi ſe obligaverit ad ſolutionem
quindennii in pecunia realiter, verè manualiter, 12
in contanti, vel alio ſimili modo, *Burgius loc. cit.
n.24.* præſertim ſi oppoſita compenſatio redo- 13
leat aliquam turbiditatem ob ambages, quibus involuatur ad *l. fin. C. de compenſation. Berſan. eod. tract. cap.2. q.2. n.25. Cyriac. contr.120.
n.11. Urceol. conſult. for. cap.89. n.22. cum ſeqq.
Rota in Romana pecuniaria §. fin. in princip. 27. Januarii & 13. Junii 1698. §. Totum itaque coram
Reverendiſſimo P. D. Molines Decano*, poſteaque
Inqui-

Inquiſitore Generali Hiſpaniarum. Quinden-
14 nium nanque uti onus infixum rei adinſtar ga-
bellæ, non eſt compenſabile cum alio credito
l. aufertur 46.§. *ut debitoribus* 5. *ff. de jure fiſci*,
l. in ea 3. *C. de Compenſation. ubi Brunneman.n.*7.
*& Barboſa n.*1.3. *& ſeqq. Loſſæus de jure univer-
ſitat. par.*3. *cap.*6. *n.*24. *Guzman. verit. Jur. ve-
rit.*16. *n.*14. *Roſa conſult.juridic. conſult.*56.*n.*22.
*Gutierrez de la Huerta de compenſation. lib.*2.*qu.*1.
*n.*10. *& per tot. tom.*1.*& lib.*2. *qu.*1. *nu.*10. *cum
n.*77. *n.*113.*& n.*130. *tom.*2. *Peregrin. de jure
fiſci lib.*6. *tit.*8. *num.*15. *Laſſart. de decim. vendit.
cap.*18. *n.*86. *in fine verſic. & prætereà, Ludovic.
Montalt. de reprobat. ſentent. Pilat. num.*42. *fol.
mih.*184. *Medices de compenſat. par.*1. *qu.*38. *n.*3.
*Fontanella dec. Cathalon.*466. *n.*4. *cum ſeq. tom.*2.
& in noſtra Luſitania extat etiam ſuper hoc *Or-*
15 *din Reg. lib.*4. *tit.*78.§.5. ac etiam adinſtar deci-
16 mæ Papalis incompenſabilis, *Gutierr. de com-
penſ. lib.*2. *qu.*12. *n.*35.
17 Cumque compenſationis exceptio reſpiciat
petitoriũ ad tradita per *Poſtium de manut.obſ.*65.
18 *n.*4. & requirat altiorem indaginem *Urceol. con-
ſult. for. cap.*89. *n.*30. *Rota dec.*627. *n.*3. *parte* 1.
diverſorum, æquum non videtur, ut retardare
valeat ſolutionem quindennii, quæ reſpicit po-
19 tiùs judicium ſummarium, & exequutivum,
ſeu manutentionis in poſſeſsione illud exigendi.
*Rota poſt eund. Poſtium dec.*110. *nu.*2. *deciſ.*115.
*n.*9. *dec.*224. *n.*2. *dec.*306. *n.*8. *dec.*469. *num.*38.
*dec.*534. *n.*22. *& dec.*570. *n.*7.
Minùſque erit locus compenſationi, ſi in In-
20 ſtrumento promiſſionis quindennii legatur obli-
gatio Cameralis, cujus exequutionem regulari-
21 ter retardare nequit oppoſita exceptio compen-
ſationis *Tindar. de compenſation. artic.*7. *num.*14.
*Gutierrez de la Huerta eod.tract. lib.*1. *qu.*13. *n.*5.
*cum ſeqq. tom.*1. *& lib.*2. *qu.*13. *nu.*5. *eod. tom.*1.
*Urceol. controv. for.cap.*61. *num.*41. *col.*2.*Mart.
Medic. in Addit. ad exam.*60. *n.*6. *Pacific. de Sal-
vian. Interdict. inſpect.*2. *cap.*2. *nu.*315. *Chriſtin.
dec. Belgic.*308. *n.*6. *vol.*3. *Galleſius de oblig. Ca-
meral. qu.*18. *n.*6. ubi ità in Romana, & Neapo-
litana Curiis practicari,& *Zacch. n.*13. *Rota cor.
Duran. dec.*404. *in fine*, *& in rec. dec.*332. *n.*24.
*par.*10. *& dec.*378. *nu.*7. *p.*18. niſi in caſu, quo
22 utrumque debitum, ſit Camerali obligatione
vallatum *Gutierr. ſæpè laud. tract.dict. lib.*2.*q.*13.
23 *n.*13. quanvis de æquitate aliquando retardet,
*Galleſ.n.*7. *cum ſeq. Zacchias n.*23. ubi exempli-
ficat in debitore paupere, & *nu.*24. *Fontanella
dec.*466. *n.*11. *tom.*2. Verùm ut veritas propoſi-
tæ reſolutionis magis elucеſcat, infrà deducen-
dis oppoſitionibus, ac objectis impugnata, ſed
non expugnata, eiſdem ſatisfacere quantum in
me,& mei eſt,contendam, vel ſaltem intendam.
24 Non itaque officit I. Objectum, quòd com-
penſare ſit ſolvere per *text.in l. verùm* 4. *l. ſi am-
bo* 10 *ff. de compenſation.l.ſi conſtat* 4.*& l.fin.C.eod.
l. vel permutavit* 19. *ff. de liberal.cauſ. l. ampliùs
non peti* 15. *ff. rem rat.haber. l.ſi debitor* 4. *ff. qui
potior. in pign.hab. l.ſolutionis* 54. *ff. de ſolution.
l. Julianus ait* 45.*ff.de condit. & demonſt. l.ſi pe-
culium*20.§.1.*ff.de ſtatuliber.Tyndar.de compenſat.
artic.*6. *per tot. Gutierrez dela Huerta eod. tract.
lib.*1. *qu.*4.*n.*11. *cum ſeqq. & per tot.tom.*1. *Eſco-
bar. Munoz de ratiocin* *mput.*14. *nu.*2.3.*&* 10.
*Coſta de rata qu.*61. *n* *Gratian. diſc.*728. *nu.*5.
*Salgad. Labyr. creditor. par.*3. *cap.*6.§.*unic. nu.*4.
*Larrea dec. Granat.*87. *n.*1. *par.*2. *Rota in Roma-
na Pecuniaria* 4. *Februarii* 1699.§. *Obſtare tamen
in princip. coram Reverendiſs. P. D. Molines De-
cano*,quaſi quòd non curandum de modo, quan- 25
do habemus finem, & effectum, quia compen-
ſare non eſt verè, ſed fictè tantum, & imagina-
riè ſolvere, *Prat. diſc. for. tom.*3. *cap.*6. *num.*37. 26
*Larrea dec. Granat.*87. *num.*9. *tom.*2. & quando
adhuc eſſet verè ſolvere, venit intelligendum in
ſuis terminis habilibus.
Minùs officit II. Objectum, quòd compen-
ſatio fit ipſo Jure ſine miniſterio hominis §. *Bo-* 27
næ fidei 28. *Inſtitution. de action. l. verum* 4. *&
l.ſi ambo* 10.*ff.de conpenſation.l.ſi conſtat.*4.*C.eod.*
quia etiam de Jure eſt, ut juxta ſuprà firmata, 28
compenſatio non intret in creditis diverſarum
ſpecierum.
Nec adverſatur III. Objectum, quòd com-
penſatio locum habeat in quocumque genere
creditorum etiam ex diverſis cauſis proceden- 29
tium, *Berſan. de compenſation. cap.*2. *qu.*15. *n.*11.
*Amat. var. reſol.*17. *n.*5. *Card. de Luca de credit.
diſc.*46. *n.*18. *alter de Luca de pluralit. homin. le-
gal. cap.*7. *n.*3. *Rota in Romana Pecuniaria* 4. *Fe-
bruarii* 1699 §. *Obſtare tamen in med. verſic. &
pro quocumque genere,corã Reverendiſs. P.D.Mo-
lines Decano, poſteà Inquiſitore Generali Hiſpania-
rum*, quia in præſenti non cadit ſuper hoc quæ-
ſtio,ſed ſuper diverſitate ſpecierum creditorum.
Ninimèque obſtat IV. Objectum, quòd ſi
compenſatio de rigore Juris non eſſet admitten-
da in caſu, ſaltem de æquitate fundata in ratio- 30
ne inanis circuitus evitandi *Cyriac.contr.*441.*n.*6.
Rota in laudata Romana Pecuniaria §. *Atque
etiam*, quia quando, ut in caſu, agitur de cre-
ditis ex fonte diverſarum ſpecierum provenien-
tibus, ceſſat ratio evitandi circuitus, qui ſolum-
modò conſiderari valent in creditis earundem
ſpecierum, ſi videlicet ego tibi debeam decem,
vel ſi tibi debeam tot amphoras vini, tunc enim
ad quid ſolvere id, quod mutuò debetur.
Neque pariter turbat V. Objectum, quòd in
omni caſu ſi non competit directè compenſatio,
indirectè tamen competet retentio, quæ eſt fa- 31
vorabilior, *Ciarlin. contr.*36. *nu.*30. *Cyriac. con-
tr.*224. *n.*9. *Card. de Luca de credit. diſc.*60. *nu.*8.
Rota in ſæpius enunciata Romana Pecnniaria §.*at-
que etiam in fine*, quia ſemper ſeſe offert reſpon-
ſio ſuperiùs data, quòd hoc procedit in ſuis ter-
minis habilibus, quando nempè credita ſunt in-
ter ſe (ut ità dicam) compatibilia, & recipien-
tia compenſationem, ſi conſiſtant in eiſdem ſpe- 32
ciebus, qualia ſunt pecuniaria, vel ſimilia eju-
ſdem generis, uti fundata ſuper re æquè fungi-
bili, ſeu eandem mutuam functionem recipien-
te, & genere, numero, & menſura conſtante,
*Calvin. de æquitat. lib.*3. *cap.*232. *nu.*23. *Gutier-
rez dela Huerta de compenſation. lib.*1. *qu.*6. *n.*87.
*qu.*8. *n.*4. *qu.*6. *nu.*26.31. *&* 36. *qu.*16. *n.*72. *&
lib.*2. *qu.*8. *n.*12. *cum ſeqq.tom.*1. *& lib.*3. *qu.*11.
*n.*45. *qu.*15. *n.*53. *q.*19.*n.*35. *eod. tom.*1. *& lib.*4.
*qu.*8. *nu.*7.*& qu.*12. *nu.*44. *tom.*2. ſequendo au-
tem æquitatem, quæ rigori præferenda eſt, cen- 33
ſerem, quòd, ſi manus mortua debitrix quin-
dennii ſit pauper, tunc admittatur ad compen- 34
ſationem debiti quindennii cum debito Domini
directi, prout ad evitandam caducitatem ad- 35
mitti-

mittitur Emphyteuta pauper debitor canonum, *Fulgin. de jure emphyt. tit. de ſolution. canon. q.1. nu.305. Velaſc. de privileg. pauper. par.1. qu.33. n.25. Ancharan. qu. Jur. famil. lib.1. qu.2. n.5. Calvin. de æquit. lib.1. cap.7. nu.10. Maur. de ſolution cap.5. num.13. Pax Jordan. lucub. vol.3. lib.14. tit.20.n.445. fol.418. & tit.22.n.135. cum ſeq. fol.447. Gutierrez dela Huerta de compenſation. lib.1. qu.13. n 26. cum ſeq. tom.1.* compenſatio enim eſt fundata in æquitate, & miſeratio-
36 nis cauſa, *Gutier. cit. tract tom.1.lib.1.q.15.n.31.*

ARGUMENTUM.

Quindennii taxatio regulanda eſt juxta æſtimationem currentem de tempore conceſſionis Emphyteuticæ manui mortuæ factæ, non autem de tempore præſenti, ſolutionis nempè ipſius quindennii.

SUMMARIUM.

1 *Quindennii taxatio regulanda eſt juxta æſtimationem currentem de tempore conceſſionis.*
2 *Debitor cenſetur minùs eſſe gravatus, quàm fieri poteſt.*
3 *Obviandum eſt avaritiæ.*
4 *Laudemium Cæſenæ eſt quinquageſima.*
5 *Emphyteuſis datur ad meliorandum.*
6 *Obviandum eſt fraudibus.*
7 *In dubio facienda eſt interpretatio contra eum, qui verbis claris mentem non explicavit.*
8 *Tempus contractus attenditur ad cognoſcendum quid veniat in obligatione.*
9 *Futurus ſtatus benè poteſt in genere cogitari, quando agitur de tractu ſucceſſivo.*
10 *Laudemium æſtimandum deducta gabella, ac ſingulis expenſis.*
11 *Quindennium æſtimandum deductis melioramentis.*
12 *In contractibus attendenda eſt origo.*
13 *In relevii calculatione attendendus valor feudi de tempore conceſſionis.*
14 *Reiicitur* Capan. de jur. relev. par.1. qu.7. n.2.
15 *Quindennium ſimile eſt relevio.*
16 *Laudemium debetur in ſumma juxta ſtatum antiquum, quando agitur de renovatione.*
17 *Æſtimatio rei legata debetur de tempore teſtamenti.*
18 *Compenſatio, ſeu ſubrogatio facienda eſt juxta valorem de tempore contractus.*
19 *Valor locorum Montium inſpiciendus de tempore contractus.*
20 *Auctor acturus eſt alium Tractatum* de Quindenniis *debitis de Beneficiis unitis manui mortuæ.*
21 *Quindennia debentur de Beneficiis unitis ſemper in eadem quantitate, ſivè creſcant, ſivè decreſcant fructus Beneficiorum.*
22 *Auctor putat ſupradictam principalem reſolutionem eſſe fundatam in Epicheja.*
23 *Nemo debet locupletari cum aliena jactura.*
24 *Emphyteuta tenetur meliorare fundum.*
25 *Nemo debet locupletari cum aliena jactura.*
26 *Melioramenta induſtrialia acquiruntur hæredibus Emphyteutæ meliorantis.*
27 *Talia melioramenta ſunt diverſa ab Emphyteuſi.*
28 *Præferendus eſt tractans de damno vitando, tractanti de lucro captando.*
29 *Attendendus eſt valor de tempore contractus.*
30 *Fortiùs ſi adfuerit longæva obſervantia ſolvendi quindennium juxta æſtimationem de tempore conceſſionis.*
31 *Unus Doctor prævalere nõ debet S. Rotæ Romanæ.*
32 *Rota facit communem opinionem.*
33 *De facili recedendum non eſt ab opinione Rotæ.*
34 *In laudemiorum ſolutione attendi non ſolet tempus conceſſionis.*
35 *Quindennium ſucceſſit loco laudemii.*
36 *Ex regula ſubrogatorum.*
37 *In ſolutione Decimæ attenditur tempus illius ſolutionis.*
38 *Laudemium etiam Decima appellatur.*
39 *Quindennium ſubrogatum loco laudemii.*
40 *Singulis 15. annis fingitur fieri alienationem.*
41 *Dominus directus non debet amittere melioramenta.*
42 *Idem laudemium expoſcere poteſt à novo Emphyteuta etiam ratione melioramentorum.*
43 *In contractibus conſiderandus eſt ultimus ſtatus.*
44 *In monetæ valore inſpicitur tempus ſolutionis.*
45 *Attamen dicitur nova acquiſitio.*
46 *Prætium rei attenditur de tempore evictionis.*
47 *In jure prælationis æſtimatio Emphyteuſis facienda eſt juxta tempus, quo fit prælatio.*
48 *Æſtimatio fieri debet juxta tempus, ad quod differtur exequutio contractus.*
49 *In ſolutione quindennii facienda eſt æſtimatio Emphyteuſis quanti valet utile dominiũ ſine directo.*
50 *Excambium Vaſſallo promiſſum calculatur juxta æſtimationem feudi de tempore revocationis.*
51 *Contraria opinio eſt verior tenentium, excambium eſſe calculandum juxta æſtimationem de tempore conceſſionis.*
52 *A feudo ad Emphyteuſim benè arguitur.*
53 *Qualitas juncta verbo regulari debet ſecundùm tempus verbi.*
54 *Valor rei venditæ attenditur tempore venditionis, cùm aliud ſit venditio, & aliud promiſſio de vendendo.*
55 *Aliud eſt ſolutio quindennii, & aliud promiſſio de ſolvendo quindennio.*
56 *Augumentum ſuperveniens, eſt inſeparabile.*
57 *Augumentum dicitur pars rei augumentatæ.*
58 *Melioramentum, dicitur, & efficitur pars rei.*
59 *Quis non tenetur petere inveſtituram de augumento, ſeu melioramento feudi.*
60 *Canon non augetur, licet augeatur valor Emphyteuſis ob melioramentum.*
61 *Augumentum, ſeu melioramentum Emphyteuſis non ſubjacet oneribus.*
62 *Additamentum ejus naturæ eſſe debet, cujus res eſt.*
63 *Acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis.*
64 *Pars accreſcens, cenſetur acceſſoria.*
65 *Melioramenta dicuntur acceſſoria fundo.*
66 *In caſu deteriorationis laudemium calculatur de tempore illius ſolutionis.*
67 *Quindennium ſubrogatum loco laudemii.*
68 *Dominus directus habere debet tàm augumentum, quàm decrementum Emphyteuſis*
69 *Nemo locupletari debet cum aliena jactura.*
70 *Eccleſia debet eſſe juſtitiæ cultrix.*
71 *In æſtimatione melioramentorum conſideratur tempus præſens.*
72 *In gratia de vacaturo Beneficio tanti valoris, attendendus eſt valor de præſenti.*
73 *Creditor antè diem agere nequit.*
74 *In ſolutionibus non admittitur retrotractio.*
75 *In pacto de affrancando rem livellariam per ſubrogationem rei ejuſdem redditus, ſpectandus eſt reddi-*

redditus, qui eſt de tempore affrancationis.

76 *Solutio quindennialis non dicitur nova acquiſitio.*

77 *Emphyteuſis penès manum mortuã perpetuò durat.*

78 *Pro ſolutione laudemii attenditur tẽpus contractus.*

79 *In perpetua penſitatione ſolutio facienda eſt juxta æſtimationem monetæ currentis de tempore contractus.*

80 *Fingitur ſingulis quindecim annis renovatio Emphyteuſis ad conſervandum jura dominicalia ex quindenniis reſultantia.*

81 *Laudemiũ apud aliquas Nationes eſt decima pars.*

82 *Apud manum mortuam nulla fingi valet nova inveſtitura.*

83 *Non debetur quindennium ratione melioramentorum, nec laudemium ex ficta venditione.*

84 *Melioramenta non cedunt ſolo.*

85 *Major utilitas reſultat Domino directo ex invariabili taxa quindennii.*

86 *Auctor editurus eſt alium Tractatum* de Quindenniis *pro Beneficiis unitis manui mortuæ.*

87 *Taxa quindennii pro Beneficio unito ſemper eſt eadem, ſivè redditus Beneficii augeantur, ſivè diminuantur.*

88 *Quindennia Emphyteutica introducta fuerunt ad ſimilitudinem quindenniorum beneficialium.*

89 *Quando conſtat de anteriori ſtatu conceſſionis, iſte remanet immutabilis.*

90 *Valor rei ad dignoſcendum, an adſit læſio, conſideratur tempore contractus.*

91 *Debitore moroſo, diminutio monetæ cedit damno ipſius debitoris.*

92 *Hæc tamen opinio eſt controverſa.*

93 *Non deſunt tenentes, attendendum eſſe valorem monetæ currentis de tempore contractus.*

94 *Quæ opinio fulciri poteſt auctoritate* textus in l. Rutilia Pola *69.* ff. de contrah. empt. *inque aliis legibus.*

95 *Vel fædere diſtinctionis concilianda eſt.*

96 *Perpetua præſtatio habet tractum ſucceſſiuum.*

97 *Solutio ſemper ad originem ſe refert.*

98 *Valor fructuum attenditur de tempore locationis.*

99 *Quindennium inducit contractum ultrò, citròque obligatorium.*

100 *A diverſis non fit illatio.*

101 *Evicta re, ſi ex ſtipulatu agatur, tunc attenditur valor tempore contractus.*

102 *In ſolutione quindennii conſideratur tractus ſucceſſivus, cùm ſingulis 15. annis illud ſolvatur.*

103 *Debitor, & creditor ad imparia judicandi non ſunt.*

104 *Æſtimatio Emphyteuſis facienda eſt de tota re.*

105 *Totum æſtimari debet ut quoddam totum ex partibus collectum.*

106 *Emphyteuſis æſtimanda eſt unà cum melioramentis.*

107 *Nemo locupletari debet cum aliena jactura.*

108 *Qualitas verbi non regulatur ſecundùm tempus verbi, quando agitur de materia habente tractum ſucceſſivum, & quando verbum ſtat demonſtrativè.*

109 *Quando conſiderandus eſt favor debitoris, qualitas juncta verbo non intelligitur ſecundùm tempus verbi.*

110 *Promiſſio de vendendo eſt ſimplex tractatus, qui nihil ponit in eſſe, donec deveniatur ad illius concluſionem.*

111 *Conſuetudo feudalis non extẽditur ad Emphyteuſim.*

112 *Emphyteuſis, & melioramenta proveniunt ex diverſis fontibus.*

113 *Melioramentum ad Emphyteutam ſpectare debet.*

114 *Directus Dominus augere nequit canonem.*

115 *Auctor valdè dubitat de opinione* Nigri *putantis, laudemium eſſe ſolvendum ad ratam decrementi, ſeu diminutionis Emphyteuſis.*

116 *Emphyteuta ex contractu tenetur potiùs Emphyteuſim meliorare.*

117 *Aliàs ob deteriorationem notabilem in ſubſtantia, incidit in commiſſum.*

118 *Opinio allata in XVIII. Objecto habet contradictores.*

119 *In Luſitania ſervatur opinio tenentium, æſtimationem meliorationum attendendam eſſe de tempore præterito.*

120 *Non benè arguitur à taxatione melioramentorum ad taxationem quindenniorum, quæ ſunt diverſa à melioramentis.*

121 *Melioramenta non habent tractum ſucceſſivum, prout habent quindennia.*

122 *Vacaturæ aliàs expectativæ per Sacrum Concilium Tridentinum ſunt hodiè ſublatæ.*

123 *Poſt Concilium rariſſimè, & quaſi miraculosè Pontifices concedere ſolent expectativas.*

124 *Dies collationis Beneficiorum ſolùm cedit tempore vacationis.*

125 *Expectans, plenum jus ſolummodò acquirit tempore proviſionis.*

126 *Materia quindenniorum eſt odioſa.*

127 *Verior opinio eſt, ſpectandum eſſe redditum, qui eſt de tempore conceſſionis.*

128 *Si Emphyteuſis meliorata fuerit Dei proviſione, tunc quindennium taxandum juxta valorem de tempore ſolutionis.*

129 *Relevium ſimile eſt quindennio.*

130 *Si interceſſerit particularis concordia de meliorando Emphyteuſim, tunc attendendum eſt tempus ſolutionis.*

131 *Vel ſi adſit pactum de ſolvendo quindennio juxta æſtimationem de tempore conceſſionis.*

CAPITULUM LXIII.

FRequentiſſima ſanè jurgia in foro mentes Judicum fatigant, & ambiguas trahunt ſuper modo, ac ratione calculandi, ſeu taxandi quindenniorum ſolutiones à manu mortua ex fundis emphyteuticis faciendas, ideò ad ſternendum faciliorem viam, præſens inſpectio perquàm neceſſaria proponitur diſcutienda, firmando, quòd quindennii taxatio regulanda eſt juxta æſtima- 1
tionem currentem de tempore conceſſionis emphyteuticæ manui mortuæ factæ, non autem de tempore præſenti, ſolutionis nempè ipſius quindennii, in puncto *Carol. Anton. de Luca in Append. ad aliq. diſc. Gratian. ad diſc. 794. nu. 4. poſt Schol. ad deciſ. ejuſd. Gratian. & ad de Marin. melior. 235. nu. 13. in fine verſic. quindennialis ſolutio, tom. 1. repetit. poſt Tract. inter Doctores litera A. A. Rota in Romana quindenniorum 1684. & 1687. coram Benincaſa, & in Romana quindenniorum 1701. coram Reverendiſs. P. D. Molines Decano, poſt Tract. in ordine la VIII. nu. 4. & 5. deciſ. IX. num. 13. & deciſ. XVIII. num. 4.* de jure enim debitor (qualis eſt manus mortua emphyteuta) cenſetur minùs 2
eſſe gravatus, quàm fieri poteſt *l. nummis 75. ff. de legat. 3. Rota in recentior. dec. 225. n. 11. par. 16.* & tenendo hanc æquiſſimam opinionem obviatur occaſſioni exercendi avaritiam, ſi Dominus 3
directus quindennium conſequuturus eſſet in lon-

longè majori quantitate de tempore ſolutionis
ratione adaucti valoris fundi emphyteutici ob
ſupervenientia melioramenta, veluti ad aliud
propoſitum ſolvendi laudemium ad rationem
duorum tantùm pro centenario, idest ad ratio-
nem quinquageſimæ juxta Juris taxam per Ho-
4 mines Cæſenaten Communitatis ex privilegio
Pii IV. Gregorii XIII. & Clementis VIII. ſingu-
lariter advertit *Rota dec.400. nu.22. & 29. par.9.
recentior. tom.2. deciſ.492. nu.1. cum ſeqq par.18.
tom. 2.*

Aliàs ſi quindennium foret taxandum juxta
præſentem valorem de tempore ſolutionis, into-
lerabile ſequeretur abſurdùm, quòd nempè ma-
nus mortua emphyteuta ad effectum ſolvendi
quindennium in longè minori ſumma, fundum
emphyteuticum potiùs dereret, & deteriora-
ret, quàm melioraret, ſe in quantum poſſet à
5 meliorando diſtrahens, quando tamen in Em-
phyteuſim recipit fundum ad finem meliorandi,
ut in ſimili de laudemio advertit *Niger de lau-
dem. tom.1. qu.3. num.13.* hocque modo eſſet in
illius poteſtate præjudicare Domino directo; un-
dè Jura obviare debent fraudibus in omni ma-
6 teria præſertim in contractibus, & anſam cir-
cumveniendi præripere, *Barboſa axiom.112.n.1.
cum ſeqq.* Præthereà cùm Dominus directus po-
tuerit cogitare augumentum valoris Emphyteu-
ſis ob inſitā obligationem emphyteutæ de illam
meliorando ex natura contractus emphyteutici,
quàm decrementum valoris ejuſdem Emphy-
teuſis tanquàm contra naturam ejuſdem contra-
ctus, & tamen non expreſſit ſibi fore ſolvendum
quindennium ad ratam valoris Emphyteuſis de
tempore ſolutionis ejuſdem quindennii, ſibi de-
bet imputare, cùm facilè potuerit, verbis claris
7 ſuam mentem non explicaverit, contra quem in
dubio facienda eſt interpretatio *l. veteribus 40.
ff. de pact. l. Labeo 21. & l. ſi in emptione 34. ff. de
contrah. emphyt. l. quidquid adſtringendæ 99. ff. de
verb. oblig.* ac in ſimili in feudo ait *Capan. de jure
relev. par.2. qu.7. num.15. in fine*, undè tempus
8 contractus attenditur ad cognoſcendum, quid,
& quantum veniat in obligatione, ſeu promiſſio-
ne, *l. tale pactum 40. §. Fin. ff. de pact. l. venditor 2.
§. Fin. ff. de hæred. vel act. empt. l. Rutilia Polla 69.
& l. in lege 77. ff. de contrah. empt. l. cùm quis 30. in
princip. ff. de ſolution. Urceol. conſult. for. cap.64.
nu.4. cum ſeqq. Rubeus ad deciſ.523. n.5. cum ſeqq.
par.4. recent. tom.3.* Cùmque in promiſſione quin-
9 dennii cadat præſtatio habens tractum ſucceſſi-
vum, & compræhenſivum temporis futuri, futu-
rus ſtatus benè potuit in genere cogitari *l. ſiquis
domum 9. §.1. ff. locat. Rubeus ad deciſ.523. n.30.
cum ſeqq. par.4. recentior. tom. 3.* & ſicuti laude-
10 mium æſtimandum deducta gabella, ac ſingulis
expenſis, *Fragoſ. de regim. Reip. Chriſt. tom. 3.
par.3. lib.6. diſp.13. §.1. n.21.* ità & quindennium
11 æſtimandum deductis melioramentis, omiſſo,
12 quòd potiſſimùm in contractibus attendenda eſt
origo, & initium *cap. factum legitimè 73. de regul
Jur. in 6. cap. dudùm 22. de elect. cap. eam te 7. cap.
conſtitutus 19. de reſcript. cap. ſi eo tempore 9. eod.
in 6. Clem. literas 5. eod. l. ſi filius 78. ff. de verb. oblig.
l. nam origo 8. ff. quod vi, aut clam l. tutor. datus 70.
ff. de fidejuſſor. l. quod ait 23. §. quod ait lex 4. ff. ad
leg. Jul. de adulter. l. ſi id, quod 58. §. Si filius 2. ff.
pro Soc. l. denique 3. §. Siquis cum minore 1. ff. de mi-
nor. l. ſi Procuratorem 8. in princip. ff. mandat. l. Pom-
ponius 9. ff. de negoc. geſt. l.1. §. Idem Pomponius 13.
in fine, & §. Si Servus 30. in fine ff. depoſit. l. clam
poſſidere 6. ff. de acquir. poſſeſſ. Novar. qu. for. par.1.
qu.74. num.7.* præterquamquòd ſicuti in relevii
calculatione attendendus venit valor feudi de 13
tempore conceſſionis, non autem de tempore
ſolutionis, *Roſental. ſynopſ. feudal. tit. ex quib. cauſ.
feud. amitt. cap.10. nu.43. Schrader. de feud. par.9.
partic. 2. ſect. 2. de Gregor. de conceſſ. feud. par.1.
qu.11. per tot. ubi Maſtrill. in addit. litera B. verbo
& ſimiliter, Inſtrigliol. de feud. centur. 1. qu. 67.
nu.4. Pariſius de Puteo de reintegr. feud. cap.152.
num.1. Kol. de de ſervit. feudal. tit. de cauſ. formal.
ſervit. num.197. Frecc. de ſubfeud. lib.2. auctor.5.
nu.21. Capan. de jure relevii par.1. qu. 6. nu.3. &
q.7. n.1.* (quidquid titubanter ſentiat *d. q.6. n.4.
& dicta q. 7. n.2.*) ità in quindennii calculatione 14
practicandum, cùm illud ſimile ſit relevio, ut ait
*Rota in Rom. quindenniorum poſt Tract. in ordine la 15
VIII. n.4. cum ſeq. & la IX. num.12. cum ſeq. int.
Deciſion. S. Rot. Rom.* & ſicuti laudemium debetur 16
in ſumma juxta ſtatum antiquum, quando agitur
de renovatione favore proximioris, *Rota in Cal-
lien. Laudemii 11. Maii 1703. coram Reveren-
diſs. P. D. Kaunitz*, eoque modo ſi teſtator leget
æſtimationem alicujus rei, præſtanda venit æſti- 17
matio, quæ eſt de tempore teſtamenti, non de
tempore ſolutionis, *Bellon. Jun. conſ.76. num.23.
cum ſeqq.* ſicuti facienda ſit recompenſatio, ſeu
ſubrogatio bonorum, facienda eſt ſecundùm va-
lorem de tempore contractus, non de tempore 18
recompenſationis, ſeu ſubrogationis, *Bellon. loc.
cit. nu.32.* ſicuti valor locorum montium inſpi- 19
ciendus eſt de tempore contractus, *Urceol. in ad-
dit. ad lib.1. conſult. ad cap.1. ad nu.27. nu.2. cum
ſeq. Ceparell. reſ. fiſcal. 60. n.6. Card. de Luca de Regal.
diſc.30. ſub n.7.* eodemque modo, quo alia quin- 20
dennia (de quibus Deo dante *in alio Tract.*) pro
Beneficiis manui mortuæ unitis debita, ſemper 21
ſolvuntur in eadem taxa ſemel deſignata, ſivè
poſteà beneficiales redditus creſcant, ſivè decre-
ſcant, ut arguit *Rota in Romana quindenniorum 6.
Junii 1687. §. Mirificè & 13. Maii 1689. §. Etenim
circà fin. verſiculo undè hoc etiam coram Benincaſa
& in alia Cauſa Romana quindenniorum 13 Maii
1701. §. Quæ omnia antè med. verſic. undè ſicuti an-
natæ, coram Reverendiſs. P. D. Molines Decano,
regiſtrat. poſt Tract. int. Deciſion. S. Rot. Rom in or-
dine la VIII. nu.4. cum ſeq. la IX. n.13. & la XVII.
num.15. cum ſeqq.*

In quadam nanque Epicheja meo judicio vi- 22
detur fundata reſolutio, cùm, ut ſervetur æquali-
tas inter contrahentes, nevè una pars, cum aliena 23
jactura locupletetur, & alia damno prægrave-
tur, benè firmatur, quòd quindennii taxatio
regulanda eſt juxta æſtimationem currentem de
tempore conceſſionis emphyteuticæ manui mor-
tuæ factæ, non autem de tempore præſenti, ſolu-
tionis nempè ipſius quindennii, cùm aliàs ma-
ximum ſequeretur abſurdum, ſi in quindennii
taxatione eſſet attendendus valor de tempore
præſenti, nimirùm quod forſitan tunc reperire-
tur Emphyteuſis potiùs deteriorata, quàm me-
liorata, ſicque Dominus directus damnificare-
tur in recipiendo quindennio minoris ſummæ
proportionabiliter ad valorem fundi emphyteu-
tici ob deteriorationem longè minùs valentis,

Pp quam

quàm valeret de tempore conceſſionis , quando tamen factum , & incuria emphyteutæ manus
24 mortuæ, quæ vigore contractus tenetur meliorare,non debet nocere Domino directo, ut arguendo de relevio ad quindennium , cum quo fraternizat , ſingulariter ponderat *Capan.de jure relev. par.* 2. *qu.*6. *num.*6. E contrà verò augmentum Emphyteuſis ſupervenire poſſet valdè notabile , & ſic manus mortua emphyteuta damnificaretur in præſtando quindennio majoris quantitatis , quàm præſtare teneretur,ſi non juxta ſupervenientem meliorationem, ſed juxta æſtimationem de tempore conceſſionis illud præſtaret, quando tamen æquitas ſuadet , ut talia emphyteutica melioramenta , quæ ſunt emphyteutæ , eique tanquàm ſua acquiruntur , non cedant beneficio Domini directi in calculando quinden-
25 nio , nè hac via per indirectum locupletur aliena jactura, & ex alterius,nempè emphyteutæ induſtria, laboribus, & impenſis ſibi pariat , ac comparet emolumentum , veluti in ſimili de relevio ait *Capan. de jure relev. par.* 2. *qu.*6. *per tot.* hinc
26 eſt , quòd melioramenta induſtrialia acquiruntur hæredibus emphyteutæ meliorantis etiam extraneis tanquàm ab Emphyteuſi ſeparata , ac diſtincta , *Berojus qu.*96.*nu.*4.*in princip.Roſental. de feud. tom.*2. *cap.*10.*nu.*17. *Intrigliol.eod. tract. centur.*1.*qu.*59. *nu.*4. *cum ſeqq. Antonell.de temp. legal. lib.*1. *cap.*49. *nu.*3. *Fulgin.de jure emph. tit. de melior. qu.*2. *nu.*1.*cum ſeqq.& qu.*6. *n.*4.*Amic. eod.tract. qu.*73.*nu.*3. *cum ſeqq. Amad.à Ponte de laudem. quæſt.*8. *num.*3. *Niger eod.tract. quæſt.*23. *num.*80. *tom.* 1. *Vela diſert.* 16. *nu.*82. *Valaſc. de partition. cap.*26. *num.*23. *Eminentiſs. Corradin.de jure prælation. qu.*31. *nu.*13. *Noal.de tranſmiſſion. caſ.*37. *nu.*1. *& per tot.per text.in l.Dominus horreorum* 55. §. *In conducto* 1. *ff. locat. cum vulgat.*
27 quia hujuſmodi melioramenta ſunt merè allodialia , & quid diverſum à jure emphyteutico , *Intrigliol.de feud. tom.*1. *centur.*1.*qu.*59. *n.*1.*Valaſc. de jure emphyt. qu.*2.*nu.*19. & 21.*Manent.de contract.livellar. pact.*6. *ſub n.*9. *verſic.quia aliud eſt, Gobius de permiſſ. feud. & emphyteuſ. alien. qu.*4. *nu.*11.*cum ſeqq.*Cùmque manus mortua emphyteuta prætendendo ſolvere quindennia juxta æſtimationem de tempore conceſſionis , tractet
28 de damno vitando , è contra Dominus directus prætendendo ſibi ſolvi quindennia de tempore adventus ſolutionis , ſicque de tempore, quo veriſimiliter (etiam agendo de primo quindennio) res meliorata jam exiſtit, ac indè prætioſior,ſeu majoris valoris, tractat de lucro captando cum emphyteutæ jactura poſt impenſas factas , pro ipſo emphyteuta ſumi debet omnis interpretatio , ut in ſimili de conductore ſentit *Pacion. de locat.& conduct. cap.*49. *nu.*130. *in fine* Hinc eſt , quòd attenditur valor de tempore contractus,
29 non autem ille , qui poſteà ſupervenit *cap. cùm dilecti* 3. *de empt. & vendit. l. non intelligitur* 3. §. *Divi* 5. *ff.de jure fiſci l.ſi voluntate* 8.*C. de reſcind. vendit.Bellon. Jun. conſ.*76.*n.*17. *cum ſeqq.Pinell. in l.*2.*C.de reſcind.vend.par.*3.*cap.*4.*n.*15.*Fontanella de pact.nupt. clauſ.*8. *gloſ.un. par.*1. *n.*37.*Cenc. de cenſib. qu.*3. *nu.*14. *Cyriac. cont.*61. *num.*3.*cum ſeq.Rota coram Peuting. deciſ.*49. *nu.*1. *& per tot. Dunozet Jun. deciſ.*713. *nu.*9. *Coccin. deciſ.*1450. *nu.*21.*& per tot.& dec.*1527. *nu.*20.*& dec.*1544. *nu.*20. *& in recen. deciſ.* 193. *nu.*7. *& deciſ.* 482. *nu.*22.*par.*18.*dec.*548. *nu.*18.*&* 38.*par.*19.*tom.*2. *ac alibi paſſim,*quod fortiùs procedit , ſi adfuerit longæva obſervantia ſolvendi quindennium juxta æſtimationem de tempore conceſſionis , in 30
puncto *Tondut. reſ. civ. par.*2. *cap.*117. *num.*7. *in fine cum ſeqq.*

Neque facienda eſt vis aliqua in *Tonduto reſ. Can.lib.ſeu par.*1. *cap.*46. *nu.*11.*verſic.ſed duæ notabiles , & nu.*12. *juncto nu.*16. *& reſ. civ. par.*2. *cap.*117. *nu.*1. in terminis terminantibus contrariam opinionem tenente , nempè manum mortuam emphyteutam teneri ad quindennium juxta æſtimationem de tempore ſolutionis , non de tempore acquiſitionis , ſeu conceſſionis, quia *Tondut.*eſt unicus, ac ſingularis in ſuo dicto, aut 31
opinamento , quod non debet prævalere reſolutioni S. Rotæ Romanæ ſuprà per nos in principio allegatæ , quantunvis ſit ex præſtantiſſimis Juriſconſultis Gallis , dum S. Rota Romana loquente cæteri ſilere debent , quæ facit commu- 32
nem, ſignanter quando , ut in caſu laudatæ ſuo loco deciſionis Rotalis fuit articulus utraque parte informante maturè diſcuſus,ut notat *Advocatus Conſtantinus ad Statut.Urb.to.*2.*ad cap.*92 *lib.*3. *annotat.*63. *artic.*2. *nu.*274.278. *cum ſeq.& nu.*293. *& ad cap.*145. *annot.*39. *artic.*1. *num.*39. *cum ſeq. Veſtr.prax. lib.*6. *cap.*1. *num.*18. *Gratian. diſc.*104.*nu.*56. *Epiſcop.Rocc. diſp.Jur. ſelect.cap.* 100. *nu.*30. *tom.* 2. nec de facili recedendum ab opinione Rotæ, *Roſa de rect.diſtribut. reddit.Eccl.* 33
*cap.*1. *num.*114.

Quibus ſtabilitis , deſcendo ad viginti Objecta , quæ afferri poſſunt , eaque poſteà diluere ſingillatim pro viribus conabor .

I. Quidem Objectum in eo verſatur , quòd attendi non ſolet tempus conceſſionis , & reſpectivè acquiſitionis Emphyteuſis in laudemiorũ 34
ſolutione, ſed tempus hodiernum veræ, vel fictæ venditionis ipſius Emphyteuſis , *Celſ. Hug. conſ.* 56. *nu.*9. *in addit.& conſ.*57. *nu.*2. *Paſſeth.conſ.*4. *nu.*1. *cum ſeq.Theſaur. q.for. lib.*2. *qu.*82 *per tot. Amad.à Ponte de laudem. qu.*8. *nu.*9. *cum ſeq.Roſignol. de contract. contr.*4. *prænot.*4. *nu.*1. *& prænot.*11. *num.*6. *aſſert.*3. *Gallin. de verb ſign. lib.*3. *cap.*4.*n.*14. *Carpzou.reſponſ. Jur.electoral.Saxon. lib.*1. *reſponſ.*90. *nu.*6. *tit.*9. *Advocatus Joannes Maria Sentena in una allegatione Juris nu.*5. *poſt Tract.inter Deciſion. S.Rotæ Rom.poſt dec.in ordine la XI.* undè ità in ſolutione quindennii , quod ſucceſſit loco laudemii,non videretur attenden- 35
dum tempus conceſſionis Emphyteuſis,ſed benè modernum tempus ſolutionis , ex regula ſubro- 36
gatorum *l.filiæ* 28. §.*Aviæ* 1.*ff.de condit.& dem. l.Pomponius* 13. §.*Cùm quis* 1. *ff.de acquir. poſſeſſ. l.ſi ſtipulatus* 4. *ff.de uſur. l.*1. §.*Belliſſimè* 13. *ff.ut legat.nom. cau. l.ſi eum* 10. §.*Qui injuriarum* 2.*ff. ſiquis caut.Ciarlin. contr.for. par.*3. *cap.*209.*n.*26. *& cap.*240.*nu.*74.*Bonden.collect. legal.*37.*n.*137. *Palma Nep.alleg.*146. *n.*14.*cum ſeq.& alleg.*147. *nu.*6. *cum ſeq. tom.*2

II. Objectum in eo conſiſtit , quòd ſicuti in ſolutione Decimæ attenditur tempus illius ſolu- 37
tionis , ſeu recollectionis fructuum , non autem illud primæ ſolutionis, ſivè acquiſitionis,*Rener. Budel.de monet.& re nummar. cap.*22. *nu.*5. & ſicuti in ſolutione laudemii , quod etiam Decima 38
appellatur, idem tempus attenditur , ut ex *dicta Juris allegatione nu.*5. *cum ibi ad ſatietatem allegatis ,*

39 *gatis*, ità & in quindennio, quod tanquàm ſubrogatum in locum laudemii, decima quoque dici valet, attendendum veniret tempus præſens ſolutionis, non præteritum acquiſitionis.

III. Objectum in eo reſidet, quod cùm de tempore ſolutionis quindennii verſemur in vera
40 alienatione, Juris, ſivè praxis, & conſuetudinis miniſterio, ac auctoritate effectivè fieri ſuppoſita ſingulis quindecim annis in perſonam privatam, quindennia debentur de tempore ſuppoſitæ alienationis, non autem conceſſionis, ut in *citata allegat. Juris num.*5.

IV. Objectum in eo eſt, quòd cùm melioramenta medio tempore per emphyteutam facta acquirantur Domino directo, per conſequens ſpectandum eſt tempus præſens in quindennio-
41 rum ſolutione, nè aliàs per indirectum Dominus directus amitteret melioramenta ſibi debita, ut in *memorata Juris allegatione nu.*5. & per tradita a *Fulgin de jure emphyt. tit. de laudem q.*1.*n.*7.

V. Objectum in eo fundatur, quòd commenſurando quindennium de tempore conceſſionis, non verò de tempore ſolutionis, notabile paratur Domino directo præjudicium, qui, ſi emphyteuticum fundum in manum mortuam transferri
42 non permiſiſſet, potuiſſet ſemper à novo emphyteuta laudemium expoſcere etiam ratione meliorамentorum, ut conſideratur in ſæpiùs *laudata deciſ. VIII. nu.*4. *& deciſ. IX. nu.*13. *poſt Tract.*

VI. Objectum in eo vertitur, quòd in con-
43 tractibus ultimus ſtatus, & non alius eſt conſiderandus ad *text. in l. ſi mater* 6. *C. nè de ſtat. defunct. poſt. quinquen. quær.*

VII. Objectum ad id reducitur, quòd in debito proveniente à lege, vel Statuto non eſt attendendum aliud tempus circà ſolutionẽ ipſius
44 quindennii, niſi illud ſolutionis, ſicuti ſi mutetur monetæ valor, non inſpicitur, qui erat tempore contractus, ſed qui viget tempore ſolutionis, *Menoc. conſ.*49. *nu.*24. *Gratian. diſc.*51. *n* 13. *Cancer. var. reſ. parte, ſeu lib.*2. *cap.*6. *n.*151. *Budel. de monet. cap.* 23. *per tot. Gobius eod. tract. cap.* 4. *&* 5. *per tot.* tamen dicitur nova acquiſitio, ſeu
45 continuatio, vel renovatio prioris *Gratian. diſc.* 913. *nu.*21. & in ſpecie quindennii *Tondut. reſol. par.*1. *cap.* 46. *num.*10. *Panimol. deciſ.*4. *annot.*1. *num.*53. *cum ſeqq. tom.*1.

VIII. Objectum in eo incidit, quòd ſicuti de
46 tempore evictionis rei attenditur prætium, non autem de tempore venditionis *l. evicta re* 70. *la* 2. *ff. de eviction. l. cùm ſucceſſores* 23. *in fine C. eod. l. Titius* 43. *la* 1. *ff. de action. empt. Antonell de temp. legal. lib.*4. *cap.*6. *num.*23. *Card. de Luca de empt. diſc.*16. *nu.*9. *Rota in recentior. deciſ.* 710. *num.*1. *par.*3. *tom.* 1. *& poſt Merlin de pignor. deciſ.*143. *nu.*13. *& poſt Vrceol. de tranſaction. dec.*100. *n.*2. ità de tempore ſolutionis quindennii, non autem de tempore conceſſionis videretur attendenda æſtimatio quindennii.

IX. Objectum in eo ſtat, quòd ſicuti in jure prælationis, quam habet Dominus directus in
47 Emphyteuſis venditione, æſtimatio venit facienda juxta tempus, quo fit prælatio, *Tondut. reſ. par.*1. *cap.*46. *nu.*13. ità æſtimatio in caſu noſtro videretur facienda de tempore, quo fit ſolutio quindennii.

X. Objectum in eo figitur, quòd ſicuti æſti-
48 matio fieri debet juxta tempus, ad quod differtur executio contractus, & quo naſcitur actio *l. quotiès in diem* 59. *ff. de verb. oblig. l. ſi hominẽ* 30. *ff. mandat.* ita in ſolutione quindennii videretur facienda æſtimatio juxta tempus, ad quod differtur ipſa ſolutio quindennii.

XI. Objectum in eo collimat, quòd in ſolutione quindennii facienda eſt æſtimatio rei em- 49
phyteuticæ quanti valet utile dominium ſine directo, *Tondut. reſol. par.*1. *cap.*46. *nu.*17. *cum ſeqq.*

XII. Objectum in eo ſtabilitur, quòd ſicuti excambium à Rege promiſſum Vaſſallo, nempè 50
recompenſatio, ſeu permutatio, in caſu revocationis feudi, calculatur juxta æſtimationem ipſius feudi de tempore revocationis, non de tempore conceſſionis, licet tunc feudum reperiatur magna ex parte notabiliter melioratum. ac per conſequens in majori prætio valutatum, *Petr. de Gregor. de conceſſ. feud. par.*8. *qu.*8. *n.*12. *cum ſeq.* ubi hanc ſapere majorem æquitatem, (quanvis *n.*5. *in fine* referat, Fiſcales in Regno Siciliæ prætendere eſſe veriorem contrariam opinionem 51
tenentium excambium hujuſmodi eſſe calculandum juxta æſtimationem de tempore conceſſionis feudi, *Intrigliol. de feud. centur.*2. *artic.*87 *n*1. *cum ſeqq. & per tot.* ità è converſo quindennium à manu mortua Emphyteuta promiſſum Domino directo advenientibus ſingulis quindecim annis, videretur pari ratione calculandum juxta æſtimationem Emphyteuſis de tempore ſolutionis ipſius quindennii, non de tempore conceſſionis ipſius Emphyteuſis, etiamſi tunc Emphyteuſis reperiatur meliorata, & ſic magis appretiata, cum à feudo ad Emphyteuſim be- 52
nè arguatur, *Everard. Topic. legal. loc. à feud. ad Emphyteuſ. Valaſc. de jure Emphyt. qu.*39. *n.*19 *Amic. eod. tract. in præfat. n.*18. *& qu.*1. *num.*2. *ac alibi paſſim, Caldas Pereyra eod. tract. lib.*2. *qu.*17. *n.*28. *& lib* 4. *cap.*3. *n.*1. *poſt med. Fulgin. eod. tract. prælud. qu.*10. *n.*1. *&* 4. *in princip. & tit. de melior. qu.*10. *n.*20. *& tit. de contract. emphyt. qu.*41. *n* 6.

XIII. Objectum in eo corroboratur, quòd qualitas juncta verbo, regulari debet ſecundùm 53
tempus verbi *l. in delictis* 4. §. *ſi extraneus* 1. *ff. de noxal. action. l. ſed etſi (aliàs l. eum, qui* 8.) §. *Prætor ait* 11. *&* §. *Publiciana* 14. *ff. de Public. in rem act. l. Titius* 25. *verſ. Marcellus ff. de teſtam. Milit. l. qui tibi* 2. *ff de aur. & arg. leg. l. ex facto* 17. §. *Si quis autem ſuſceperit* 7. *ff. ad Senatusconſult. Trebellian. cap. ſi eo tempore* 9. *de reſcript. in* 6. *Alvarez axiom. Jur. lit. Q. n.*13. *Caſtill. controv. to.*4. *cap.*31 *n.*36. *& tom.*5. *cap.*90. *n.*22. *Fænut. de moment. temp. cap.*10. *n.*34. *cum ſeq. Vela diſſert.*26. *n.*21. *Antonell. de temp. leg. lib.*1. *cap.*36. *nu.*12. *Gratian. diſc.*979. *nu.*14. *Pareya de Inſtrum. edit. tit.*7. *reſ.*10. *n* 44. *Menoch. de præſ. lib.*4. *præſ.*81. *n.*17. *Vrceol. conſult. for. cap.*57. *n.*23. undè qualitas quindennii juncta verbo ſolvendi quindennium, regulari debet ſecundùm tempus ſolutionis quindennii.

XIV. Objectum in eo fulcitur, quòd ſicuti valor rei venditæ attenditur tempore venditionis, non tempore promiſſionis de vendendo, cùm aliud ſit venditio, & aliud promiſſio de 54
vendendo *l. cùm fundus* 31. §. *Servum tuum imprudens* 1. *ff. ſi cert. pet. Ricc. col.*2799. *in princip.* ità valor rei emphyteuticatæ attendendus eſt tempore ſolutionis quindennii, non tempore

 pro-

55 promiſſionis de illo ſolvendo, eo quòd aliud eſt
ſolutio quindennii, & aliud promiſſio de ſolven-
do quindennio.

XV Objectum in eo eſt, quòd ſicuti valor
feudi attenditur de tempore illius augumenti, ſeu
additamenti ex induſtria feudatarii ſupervenien-
tis, licet de tempore dationis feudi illud longè
56 minùs valeret, quippè augumentum ſuperveniens
eſt inſeparabile a feudo, eique radicitus adhæ-
ret infixum, tanquàm idem cum ipſa re *l. inter
Socerum 26. §. cùm inter 2. ff. de pact. dotal. l. ea,
quæ 3. C. de alluvion.* eodem modo valor Em-
phyteuſis attendendus eſt de tempore illius me-
lioramenti ex induſtria Emphyteutæ superve-
nientis, & ſic de tempore ſolutionis quindennii,
cùm melioramentum ſuperveniens ſit inſepara-
bile ab Emphyteuſi, alias non ſolveretur quin-
dennium de tota Emphyteuſi, ſed de parte tan-
tùm Emphyteuſis, quæ tamen eſt individua cum
melioramento adinſtar feudi etiam meliorati,
57 dum augumentum dicitur pars rei augumentatæ
Adden. ad Buratt. dec.65. n.6. adeoque meliora-
58 mentum infixum Emphyteuſi, dicitur, & pars
rei efficitur, *l. quod dicitur 5. ff. de impenſ. in reb.
dotal. fact. Amic. de jure Emphyt. quæſt.70. n.1.*
undè eſt, quòd de augumento, ſeu melioramen-
59 to feudi quis non tenetur petere inveſtituram
*Capan. de jure relev. par.2. qu.6. n.5. & 23. Syl-
van. de recognit. feud. qu.90. nu.2. cum ſeq.* ſol-
vendo autem quindennium ob imaginariam in-
veſtituram, quæ fingitur, ac ſupponitur fieri ſin-
gulis quindecim annis favore manus mortuæ,
de augumento, ſeu melioramento Emphyteuſis
non tenetur Emphyteuta petere inveſtituram,
arguendo à ceſſante cauſa, eoque modo, quo
60 canon non augetur, licet augeatur valor Em-
phyteuſis ob melioramentum Emphyteutæ in-
duſtria factum, *gloſ. in l. ſi merces 25. §. Vis ma-
jor 6. verbo cui in fine ff. locat. Capan. de jure re-
lev. par.2. qu.9. nu.3. & 6. Pariſ. de Puteo de re-
integr. feud. cap.152. n.7.* ità & quindennium non
augendum, licet Emphyteuſis valor de tempore
illius ſolutionis adauctus reperiatur ob meliora-
mentum Emphyteutæ, cùm à Canone putarem
eſſe validum argumentum ad quindennium, eo
quòd tàm canon, quam quindennium habet
tractum ſucceſſivum, & utrumque ſolvitur in
recognitionem dominii ex per nos ſuprà dedu-
ctis *in Cap. 1. ac alibi paſſim*, & ſicuti augumen-
tum, ſeu melioramentum in Emphyteuſi factum,
61 non ſubjacet oneribus *l. fin. C. de jur. emphyt.*

XVI. Objectum in eo ſtat, quod quinden-
nium calculandum ſit habita etiam ratione ad
valorem additamenti, ſeu augumenti per Em-
phyteutam facti, cùm ipſum additamentum,
ſeu melioramentum ſit quaſi Emphyteuticum,
tanquàm ſuper fundo Emphyteutico factum,
ideòque ejus naturæ eſſe debeat, cujus res eſt,
62 ad quam adiicitur, & conſiderari tanquàm ipſa
Emphyteuſis, immò unum, & idem fiat, *cap.
ſuper eo 6. de præbend. in 6. l. inter 26. §. cùm in-
ter 2. ff. de pact. dot. l. etiam 8. C. de jure dot. Brun.
de augum. qu.9. n.1. Barboſa in Rub. ff. ſolut. ma-
trim. par.3. n.65. cum ſeqq. Niger de laudem. tom.1.
qu.20. nu.17. & qu.23. nu.140. & tom.2. qu.48.
n.40. cum ſeq. Bellon. de jure accreſc. par.3. q.43.
n.13. cum ſeq. Capan. de jure relev. parte 2. qu.6.
nu.19. & qu.9. nu.8. cum ſeq.* opitulante ad hoc
vulgata regula, quòd acceſſorium ſequitur na- 63
turam ſui principalis *cap. acceſſorium 42. de re-
gul. Jur. in 6. cap. ſuper 27. de offic. & poteſt Ju-
dic. Deleg. Barboſa loc. mox cit. Rubr. par.4. n.30.
Tiraquell. de jure conſtit. limit.7. par.3. num.116.*
dum pars accreſcens cenſetur acceſſoria, ſeu con-
ſecutiva ad portionem principalem, *Bellon. de* 64
de jure accreſc. tom.3. qu.43. nu.10. cum ſeqq. &
melioramenta verè dicuntur acceſſoria fundo
Emphyteutico, *Coſta de ratione ratæ q.134. n.4.* 65

XVII. Objectum in eo collocatur, quòd ſi-
cuti in caſu deteriorationis, vel ſaltem non me-
liorationis Emphyteuſis laudemium calculatur 66
de tempore illius ſolutionis, & ſic de tempore
diminutionis valoris ipſius Emphyteuſis dete-
rioratæ, vel ſaltem non melioratæ, beneficio no-
tiſſimæ *l.2. C. de reſcind. vend.* eodemque modo
calculandum eo caſu quindennium uti ſubro-
gatum loco laudemii, & in contrario caſu me- 67
liorationis laudemium calculatur ad ratam me-
liorationis, & ſic de tempore ſolutionis, ut di-
recto Domino tàm commune ſit augumentum, 68
quàm decrementum rei, & pro rata, qua pati-
tur, pro eadem rata lucretur *§. Illud 3. Inſtitut.
de Societ. l. ſi laborante 2. ff. ad leg. Rhod. de jact.
l. ſecundùm naturam 10. ff. de regul. Jur. l. id,
quod 7. ff. de pericul. & commod. rei vend. l. ſed ſi
quid 15. l. ex mille 64. §. 1. ff. de eviction. Niger de
laudem. tom.2. qu.48. n.43. cum ſeqq.* ità quoque
quindennium loco laudemii calculandum veni-
ret ad ratam meliorationis, & ſic de tempore
ſolutionis, non autem de tempore promiſſionis,
quo adhùc res non eſt meliorata, immò ut plu-
rimùm quia tunc deteriorata datur ad melio-
randum, quod idem eſt in Emphyteuſim, nè
alias inæqualitas maxima intercedat, & manus
mortua Emphyteuta non ſolvens quindennium
ad ratam melioramentorum locupletetur cum
aliena jactura *cap. locupletari 48. de regul. Jur.* 69
in 6. l. nam hoc natura 14. ff. de condict. indeb. quod
maximè Jura abhorrent in manu mortua, quæ
ſit Eccleſia, idque ipſa Eccleſia Domina utilis,
ſeu Emphyteuta abhorrere debet tanquàm iuſti- 70
tiæ cultrix, *Fulgin. de jure Emphyt. tit. de alien.
qu.1. n.37. & tit. de var. caducit. qu.9. nu.6. &
tit. de contract. Emphyt. qu.22. n.32. Amic. eod.
tract. qu.37. n.12. & qu.73. n.3.*

XVIII. Objectum in eo extruitur, quòd ſi-
cuti in æſtimatione melioramentorum Emphy-
teuſis, aut fideicommiſſi conſideratur tempus 71
præſens illorum reſtitutionis, non tempus præ-
teritum illorum factionis ad *text. in l. domos 61.
ff. de legat.1. Antonell. de temp. legal. lib.1. c.61.
n.7. & per tot. Coſta de fact. ſcient. diſtinct. 34. n.12.
cum ſeqq. Fulgin. de jure emphyt. tit. de melioram.
qu.7. num.11. & per tot. Valaſc. eod. tract. lib.1.
qu.25. n.28. & conſ.116. n.17. in fine, & conſ.161.
nu.10. tom.2. & de partition. & collation. cap.13.
n.115. cum ſeqq. Niger de laudem. qu.24. artic.2.
n.5. cum ſeq. & per tot.* ità in calculatione quin-
dennii conſiderandum tempus præſens illius ſo-
lutionis, non tempus præteritum illius promiſ-
ſionis.

XIX Objectum in eo conſolidatur. quòd
ſicuti in gratia Pontificis de vacaturo Beneficio 72
tanti valoris, attendendus eſt valor de præſen-
ti tempore vacationis, & proviſionis, non de
præterito tempore datæ, *Surd. conſ.335. nu.21.*

cum

cum ſeqq. vol.3. Rota *dec.10. aliàs 857. n.2. cum ſeqq. & per tot. de conceſſ. Præbend. in antiqu.* ità in quindennio attendendus valor de tempore ſolutionis, cujus dies obligationis tunc ſolùm cedit, & conditio illud ſolvendi adimplenda eſt, cùm tunc naſcatur actio, ſicuti antè diem
73 creditor agere nequit, *Antonell. de temp. legal. lib.4. cap.5. nu.1. & per tot.* non autem de tempore conceſſionis, quo nondum venerat dies
74 obligationis, nec in ſolutionibus admittitur retrotractio, *Salgad. labyr. credit. parte 2. cap.21. n.42. Coſta de retrotract. cap.7. n.1. cum ſeqq.*

75 XX. Objectum in eo vertitur, quòd ſicuti ſi fiat pactum de liberanda, ſeu, ut vulgò dicimùs, affrancanda re livellaria per ſubrogationem rei ejuſdem redditus, ſpectandus redditus, qui eſt de tempore liberationis, ſeu affrancationis, non qui eſt de tempore ſubrogationis, *Manent. de jure contract. livellar. q.4. n.18. cum ſeq. verſic. idem eſſet,* ità quindennium videretur calculandm de tempore ſolutionis, non de tempore illius reſervationis.

In nihilum tamen recenſitis Objectis refragantibus, faciles ad ſingula dantur reſponſiones.

I. Enim Objectum non obſtat, quia ſtingeret, quando Emphyteuſis unà cum melioramentis alienaretur in tertium, vel devolveretur, cùm tunc ratione etiam melioramentorum novus Domini conſenſus in nova inveſtitura requiratur, debetur etiam ratione illorum laudemium, non autem in caſu noſtro, ubi durante adhùc Emphyteuſi proceditur per viam ſimplicis renovationis, quæ non importat novum conſenſum, ſed continuationem præcedentis, ità, ut quan-
76 tunvis ſolutio quindennialis quodammodò renovationem contineat recognitionis, non tamen dicitur nova acquiſitio, ſed continuatio, vel renovatio prioris, *Gratian. diſc.913. nu.21.* & in ſpecie quindennii *Tondut. reſol. par.1. cap.46. n.10.* ideoque idem ſervandum in quindenniorum ſolutione, quando, ut in caſu, Emphyteuſis non transfertur in diverſam perſonam, ſed
77 penès manum mortuam perpetuò duratura eſt, veluti magiſtraliter reſpondet *Rota in præcitata dec.VIII. n.1. cum ſeqq. & dec.IX. n.4. cum ſeqq. poſt Tract.* Inmò quando, prout in caſu, verſamur in Emphyteuſi perpetua tanquàm penès manum mortuam exiſtente (quidquid, ſi verſaremur in Emphyteuſi temporaria) pro ſolu-
78 tione laudemii non attenditur tempus ſolutionis, ſed tempus contractus, nec propriè poteſt conſiderari renovatio, ut in terminis quindennii ſolvendi juxta æſtimationem de tempore conceſſionis diſtinguit *Tondut. reſol. civil. parte 2. cap.117. n.16. cum ſeqq. Panimol. dec.4. annot.1. n.53. cum ſeqq. tom.1. Rota coram Alexand.VIII. dec.183. n.12.13. & 16.* Sicuti in perpetua pen-
79 ſitatione ſolutio facienda eſt juxta æſtimationem monetæ currentis de tempore contractus, *Theſaur. de monet. par.2. nu.64. cum ſeq. Tondut. reſol. tom.2. cap.6. n.5.* & in tantum fingitur ſingulis quindecim annis renovatio Emphyteuſis,
80 in quantum ad conſervandum jura dominicalia ex quindenniis reſultantia, *Valaſc. de jure emphyt. quæſt.34. n.10. in fine verſic. propter alias utilitates.*

II. Objectum non turbat, quia in Decima conſideratur particularis favor miniſtrorum, quibus debetur, & in tantum laudemium etiam Decima nuncupatur, in quantum ſicuti de Jure eſt quinquageſima pars, apud aliquas Nationes 81
eſt Decima ad tradita per *Nigrum de laudem. tom.1. qu.1. n.62.*

III. Objectum nequaquam officit, quia immò, quando, ut in caſu, Emphyteuſis tranſit in manum mortuam, apud quam perpetuò dura- 82
tura eſt, nulla prorsùs fingi valet nova Inveſtitura, niſi in perſonam ejuſdem Emphyteutæ, *Panimol. dec.4. annot.1. n.34. tom.1.* & licet ſupponatur, ſeu fingatur nova alienatio ſingulis quindecim annis ad reparandum præjudicium laudemiorum, non tamen debetur quindennium ratione melioramentorum, nec laudemium ex 83
ficta venditione, ut ſatisfacit ſæpiùs laudata *dec.VIII. n.8. cum ſeqq. poſt Tract.*

IV. Objectum minimè faceſſit, quia laudemium in tantum ſolvitur de melioramentis, ex quibus valor fundi augetur, in quantum ratione directi dominii acquiruntur domino fundi, & cedunt fundo, cujus naturam, & qualitatem aſſumunt, quindennium verò non debetur ex melioramentis poſteà factis per Emphyteutam manum mortuam, quæ cedere nequeunt ſolo, 84
quod ratione illorum nullius ſub dominio remanet, ut animadvertit memorata *dec.VIII. nu.10. cum ſeqq. poſt Tract.*

V. Objectum nullatenùs reluctatur, quia cùm evenire quoque poſſet, ut quolibet decimo quinto anno non augeretur, ſed fortaſſè diminueretur quoque valor rei emphyteuticæ etiam 85
ex cauſa inopinata, maior fortaſſè reſultat utilitas Domino directo ex invariabili taxa quindennii, quàm ſi determinato tempore eſſet varianda, ac renovanda, ut reſpondet Rota in recenſita ſæpiùs *dec.VIII. poſt nu.12. poſt Tract.* Et videmus idem practicari in aliis quindenniis, de 86
quibus in alio *Tractatu* favente Deo agemus, pro Beneficiis unitis ſolvi ſolitis, in quibus ſemper una, eademque quindenniorum taxa repe- 87
ritur, ſivè Beneficiorum redditus augeantur, ſivè diminuantur, ut perpendit Rota in *citata deciſ.VIII. n.8. cum ſeq. & dec.IX. n.13. poſt Tract.* ideoque idem practicandum in hujuſmodi quindenniis emphyteuticis, quod practicatur in illis beneficialibus, ad quorum ſimilitudinem iſta 88
Emphyteutica fuerunt introducta.

VI. Objectum nec movet, quia quando conſtat de anteriori ſtatu in conceſſione Emphy- 89
teutica, iſte remanet immutabilis, *Rota in recentior. dec.285. nu.14. par.7.* hinc eſt, quòd valor rei ad dignoſcendum, an adſit læſio, nec nè, 90
tantùm conſideratur tempore contractus, non verò ulteriori, *Gutierrez conſ.22. n.30. cum ſeq. Surd. de aliment. tit.9. qu.11. nu.9. cum ſeqq. & qu.41. n.20. cum ſeqq.*

VII. Objectum minùs faceſſit, quia hoc provenit ob moroſitatem debitoris in ſolvendo, ſicque ob culpam, quæ non debet nocere credito-
ri, tunc enim diminutio monetæ cedit damno, 91
& præiudicio debitoris moroſi ad *text. in l. quod te 5. & l. vinum 22. ff. ſi cert. petat.* latè *Guttierrez conſ.10. 17. 18. & 19. Antonell. de temp. legal. lib.1. cap.42. n.15. Larrea allegat.85, nu.1.6.10. & 11. par.2. & dec. Granat.17. n.2. par.1. Covarruv. de veter. numiſm. cap.7. §. unic. concl.7. & 10.*

Budel.

*Budel. de monet. cap.26. nu.5. Cancer. var. reſol.
par.2. cap.6. ſub n.140. Mareſcott. var. reſol. lib.1.
c.94. n.15. Scaccia de commerc. gloſ.5. §.2. ſub n 148.
verſ. aut agimus, Brun. de augum. & diminut. mo-
net. limit.1. n.1. cum ſeq. Theſaur. dec. Pedemont.* 174.
92 *n.4.* omiſſo, quòd hæc opinio eſt controverſa,
quam Doctores vocant antiquam, altam, pro-
fundam, confuſam, & involutam, habentem à
tergo lupos, & à fronte præcipitium, *Rubeus
ad dec.67. n.10. par.9. recentior. tom.*1. non enim
93 deſunt, qui tenent, attendendum eſſe valorem
monetæ currentis de tempore contractùs ex tra-
ditis per *Regnaud. de monet. & pecun. nu.1. cum
ſeqq. Brun. de augum. monet. conc. ult. declar.5.
Diana moral. reſ. par.8. tract.7. reſ.18. verſic. ſed
modò ego, & per tot. Roſignol. de contract. contr.4.
diſquiſ.3. §.1. num.* 6. immò opinio, quòd at-
94 tenditur tempus contractus, fulciri poteſt au-
ctoritate *text. in l. Rutilia Pola 69. ff. de contrah.
empt. l. cùm quis 22. ff. de oblig. & action. l. bo-
minem 37. ff mandat. l. fundum Cornelianum* 28.
95 *ff. de novation.* vel ad omne pejus fœdere diſtin-
ctionis componendæ controverſia, ſi nempè mo-
netæ bonitas intrinſeca mutata eſt, attendendum
eſſe tempus obligationis, ſi verò bonitas extrin-
ſeca, tunc attendendum eſſe tempus ſolutionis,
*Palm. Jun. alleg.146. nu.3. & alleg.147. nu.1.
tom.2. Creſp. obſ.103. num.2. Berlich. pract. conc.
par.2. conc.35. per tot. Bellon. de his, quæ in contin.
fiunt lib.1. cap.12. per tot. Layman. Theolog. mo-
ral. lib.3. ſect.5. tract.3. par.1. cap.5. nu.19. cum
ſeqq. Panimol. dec.44. annot.1. num.2. & per tot.
tom.2.* ſed in caſu non poteſt manus mortua con-
ſiderari moroſa debitrix quindennii, & ſic in
nulla culpa eſt, cùm non debeat quindennium,
niſi poſt maturatum tempus, ità, ut potiùs mo-
netæ antiquus valor, quàm præſens veniret at-
tendendus, dum ſolutio quindennialis eſt reite-
rabilis, habens tractum ſucceſſivum de quinde-
cim in quindecim annos, prout talis eſt perpe-
96 tua præſtatio annui canonis, vel cenſus, vel pen-
ſionis, vel alia ſimilis de tempore ad tempus ſo-
lutio *cap. olim.20. & cap. cùm Canonicis 26. de
cenſibus, Antonell. de temp. legal. lib.1. cap.42.
n.6. & 23. Cyriac. contr.388. n.12. cum ſeq. Niger
de laudem. tom.1. qu.39. artic.1. n.81, Tondut. de
Penſion. cap.40. n.20. & 31. & reſol. par.2. cap.6.
n.5. Theſaur. de monet. par.2. n.65. Sola eod. tract.
caſ.28. n.4. Gratian. diſc.51. n.20.* quidquid ſen-
ſerit *Palma Nep. alleg. Jur. tom.2. alleg.146. n.7.
& 10.* Præterquamquòd Objectū procedit dum-
taxat in debito proveniente à lege, vel Statuto,
caſus autem noſter loquitur de debito, quale
eſt quindenniale, proveniente à conſuetudine,
& tunc inſpiciendus eſſet valor antiquus, & præ-
teritus, non verò præſens, eo quòd conſuetudo
habet oculos retrò, & robur ſumit à præterito,
lex autem, & Statutum reſpiciunt futura, nec
ad præterita porriguntur, etenim quantum ad
obligationem ipſam in genere formatam inſpici-
tur principium, & valor monetæ ſecundùm il-
lud tempus, cùm ſit una obligatio pro omni
tempore, licet quantum ad obligationem naſci-
turam inſpiciatur principium cujuſlibet quin-
dennii, taliter, quòd ſemel cedit dies pro omni
tempore, & retrorsùm ſe habet ſecundùm eum,
indeque in quindenniali, ſivè alia annua obliga-
97 tione ſemper ſolutio ad originem ſe refert, cùm
indè ſumat uniformem, certam, & invariabi-
lem formam, ut peregrinè ponderat *Natta
conſ.664. n.2. cum ſeq. vol.*4. hinc attenditur va-
lor fructuum à conductore pro penſione debi- 98
torum, de tempore locationis, ſeu conductionis,
non de tempore ſolutionis, *Pacion. de locat. &
conduct. cap.49. nu.128. cum ſeqq.* ideoque quin-
dennium tanquàm onus intrinſecum, ex obli-
gationis natura ortum à die, quo in manum
mortuam transfertur Emphyteuſis, inducit con- 99
tractum ultrò, citròque obligatorium inter Do-
minum, & Emphyteutam, veluti in ſimili de
relevio *Donad. de renunciat. lib.2. cap.19. n.7.*

VIII. Objectum neque terret, quia ad repri-
mendum venditoris fallaciam in materia evi-
ctionis Jura rigidè ſe habent, quorum rigor ob
rationis diſparitatem non venit adaptandus ad
quindennialem ſolutionem, quæ ex contractu 100
debetur, ad terminos *l. Papinianus 20. ff. de mi-
nor.* quando etiam evicta re, ſi ex ſtipulatu aga- 101
tur, tunc attenditur valor tempore contractus
l. ex mille 64. §.1. & l. bonitatis 13. ff. de eviction.

IX. Objectum nec torquet, quia cùm in præ-
latione non conſideratur tractus ſucceſſivus,
prout talis conſideratur in ſolutione quindennii, 102
quod ſingulis quindecim annis in perpetuum
penditur, ſed bene in unico actu non reiterabi-
li conſumitur, prætenſio directi dominii longè
minùs incommodum, & damnum ſentit manus
mortua Emphyteuta ex tali æſtimatione, quæ
unica tantùm vice contingit.

X. Objectum minùs fatigat, quia citati tex-
tus non loquuntur in re Emphyteutica, cujus
melioratio dependet ab induſtria Emphyteutæ,
ſed in re, cujus prætium eſt variabile, prout
oleum, vinum, frumentum, & ſimilia, undè
æquum eſt, ut obligatus præſtare oleum, vel quid
ſimile in certum tempus, ad illius æſtimationem
teneatur, quæ currit de tempore, quo dies obli-
gationis venit, non de tempore ipſius obligatio-
nis, cùm ob variationem valoris olei, ac ſimi-
lium dari poſſit, quòd oleum pluris ſtaret de
tempore promiſſionis, ſeu obligationis, quam
de tempore, quo dies obligationis, ſeu præſta-
tionis advenerit, quo caſu ſi attendendum eſſet
tempus promiſſionis, obligatus ſentiret illud
damnum ob augumentum prætii illius tempo-
ris, quod non ſentiret, ſi teneretur ad æſtimatio-
nem juxta decrementum prætii de tempore ad-
venientis præſtationis olei, & vice verſa creditor
olei ſentiret damnum, cùm dari poſſet caſus,
quòd oleum minoris ſtaret de tempore obliga-
tionis, quàm de tempore, quo dies obligatio-
nis advenerit, & ſic ſi attenderetur tempus pro-
miſſionis, debitor olei minus ſolveret, & locu-
pletaretur cum aliena jactura, quando debitor,
& creditor ad imparia judicandi non ſunt tan- 103
quàm inter ſe correlativi *l. fin. ff. de acceptilation.
l. fin. C. de indict. viduit. tollend. Gratian. diſc.*853.
n.48. Gait. de credito cap.4. tit.1. quæſit.7. n.628.

XI. Objectum nihil ſtringit, quia, licet veriſ-
ſimum ſit, quòd æſtimatio rei emphyteuticæ 104
facienda veniat de tota re, prout tota valet, &
ſic de tempore ſolutionis quindennii, quo caſu
vel plus, ut frequentiùs evenit, vel minùs, ut ra-
riùs, valere poteſt, plus nempè, ſi meliorata
exiſtat, & minùs, ſi deteriorata, non autem per
partes *l. Mævius 52. §. Fin. ff. famil. hercisc.* cùm
totum

105 totum æſtimari debeat ut quoddam totum ex
partibus collectum, non verò ut ſingulæ partes,
nec habito reſpectu ad partes quantum quælibet
pars per ſe conſiderata valeret *l. 1. ff. commun.*
divid. nè aliàs res emphyteutica æſtimetur tan-
106 quàm libera, quando æſtimanda eſt cum onere
ſubjectionis, & verè tanquàm emphyteutica,
ſicque unà cum melioramentis, *Amad. à Ponte
de laudem. quæſt. 5. cum ſeqq.* attamen non indè
ſequitur ſolvendum quindennium ratione ad
melioramenta.

XII. Objectum nullatenùs torquet, quia im-
mò opitulatur, noſtramque comprobat opinio-
nem, & validiùs communit, dum in caſu æqui-
valentis excambii in tantum attenditur tempus
ultimum revocationis feudi, nè additamentum,
augumentum, ſeu melioramentum feudi ſuper-
veniens induſtria feudatarii ei obſit, & ejus dili-
gentia eidem evadat damnoſa, ac Rex, ſeu Re-
107 gia Curia cum aliena jactura locupletetur, ut
animadvertunt *Petr. de Gregor. loc. cit. num.13.
in princip. Intrigliol. de feudis centur. 2. artic. 87. n. 1.
in principio*, quæ ratio vice verſa militat in noſtro
caſu emphyteutæ ſolventis quindennium ob pa-
ritatem feudatarii recipientis excambium à Do-
mino cum emphyteuta ſolvente quindennium
Domino.

XIII. Objectum minimè laceſſit, quia in ma-
teria, quæ habet tractum ſucceſſivum, & in qua
108 verbum ſtat demonſtrativè, veluti in quin-
denniali ſolutione contingit, tunc qualitas
verbi non regulatur ſecundùm tempus verbi, ſed
ſecundùm tempus diſpoſitionis *l. ſemper 5. §. Ne-
gotiatores 3. ff. de jure immunit. Caſtill. controv.
Jur. lib. 5. cap. 90. num. 28. Fenutius de moment.
tempor. cap. 10. nu. 34. verſic. at hæc regula*; ultra-
quamquòd cùm in ſolvendo quindennio conſi-
109 derandus ſit favor debitoris, ſeu manus morruæ
ſolventis, qualitas juncta verbo non intelligitur
ſecundùm tempus verbi, *Monach. loc. cit. nu. 18.*

XIV. Objectum in nihilum refragatur, quia
110 cùm promiſſio de vendendo ſit ſimplex tracta-
tus, qui nihil ponit in eſſe, donec deveniatur ad
illius concluſionem, *Coſta de fact. ſcient. & igno-
rant. inſpect. 6. n. 2. Rubeus de validit. legal. cap. 22.
nu. 30. & 34. & practic. reſol. cap. 7. n. 274. Tondut.
quæſt. civil. par. 2. cap. 159. n. 7. Hodiern. contr. 13.
nu. 3. Ciarlin. contr. 180. nu. 5. Gratian. diſc. 115.
nu. 33. cum ſeqq.* æquum eſt, ut ille non attenda-
tur ad conſtituendum æſtimationem, ſed ſola
concluſio, ſeu ſolum tempus concluſionis tracta-
tus, ac venditionis, in noſtro autem caſu in ipſa
reſervatione quindennii conſideratur concluſio,
non tractatus.

XV. Objectum nec concutit, quia non ſem-
per valet argumentum à feudo ad Emphyteuſim
præſertim quando objectum procedit ex parti-
111 culari quadam conſuetudine feudali, quæ ad
Emphyteuſim non venit trahenda, *Fulgin. de ju-
re emphyt. tit. de ſolution. canon. qu. 13. num. 10. &
alibi paſſim*, prout de tali conſuetudine in Regno
Siciliæ teſtatur *idem Petrus de Gregorio num. 6. in
principio*, nec in hoc puto immorandum, cùm
coincidat cum *XI. Objecto*; nec eſt verum, quòd
melioramenta emphyteutica ſint adeò infixa ſo-
lo, ac inſeparabilia, quia immò tanquàm diver-
ſa ſeparationem admittunt, equidem ex diverſis
fontibus proveniunt, Emphyteuſis nempè ex in-
veſtitura, melioramenta verò ex diligentia, la- 112
bore, ac expenſis emphyteutæ, *Amic. de jure em-
phyt. qu. 70. num 7.*

XVI. Objectum non relevat, quia meliora-
mentum induſtriale, & civile, licet per modum
ſimilitudinis, impropriè tamen dicatur quaſi
emphyteuticum, cùm acquiratur emphyteutæ
præſertim manui mortuæ, apud quam perpetuò
permanſura eſt Emphyteuſis, nec tàm de facili,
ut Emphyteuſis privati, ad Dominum directum
reditura, ſicque non eventurus caſus ſuper reſti-
tutione melioramentorum, indè non debet alte-
rare valorem puræ Emphyteuſis, etenim que-
madmodùm damnum in re emphyteutica con-
tingens, ad emphyteutam ſpectat, niſi res in to-
tum pereat, ità etiam omne melioramentum vice 113
verſa ad emphyteutam ſpectare debet, ut æqua-
litas ſervetur, *Fulgin. de jure emphyt. tit. de ſolution.
canon. qu. 13. nu. 7. cum ſeqq.* hinc eſt, quòd di-
rectus Dominus augere nequit canonem, etiamſi 114
meliorata ſit Emphyteuſis, *Fulgin. loc. mox. cit. n. 1*

XVII. Objectum nihil ſuppeditat, quia valdè
dubito de opinione *Nigri* putantis, laudemium 115
eſſe ſolvendum ad ratam decrementi, ſeu dimi-
nutionis Emphyteuſis, dum negligentia emphy-
teutæ non debet nocere Domino, quando potiùs
emphyteuta ex contractu tenetur emphyteuſim 116
meliorare *Caldas Pereyra de jure emphyt. lib. 2.
q. 12. nu. 39.* aliàs ob deteriorationem notabilem 117
in ſubſtantia incidit in commiſſum, *Amic. de jure
emphyt. qu. 47. nu. 9. cum ſeqq. & qu. 70. per tot.
Fulgin. eod. tract. tit. de var. caducit. qu. 2. nu 37.
cum ſeqq. Coſta de rat. qu. 134. n. 3. Fragoſ. de regim.
Reip. Chriſt. tom. 3. par. 3. lib. 6. diſp. 9. § 11. nu. 2.
& lib. 7. diſp. 14. § 3. nu. 5. cum ſeqq. Surd. deciſ.
Mantuan. 78. nu. 26. cum ſeqq.* & ùt putarem, lau-
demium fore ſolvendum in quantitate correſpe-
ctiva ad valorem de tempore conceſſionis, in
quantum autem ad rationis identitatem per *Ni-
grum* allatam in illatione alterius caſus, augu-
menti ſcilicet, quòd iſta ad ratam augumenti
laudemium ſit liquidandum, neſcio videre, quo-
modò in manu mortua hoc poſſit locum uſurpa-
re, in qua ideò fuit introducta obligatio ſolvendi
quindennium ex eo, quòd in illa difficilis, vel
ferè impoſſibilis conſiderari poteſt ſpes ſolvendi
laudemium ob difficultatem, ferè impoſſibilita-
tem, vel ſaltem raritatem alienationum, prout è
contrà hujuſmodi ſpes quotidiè conſideratur in
privato ob alienationes de facili eventuras.

XVIII. Objectum minùs conturbat, quia ul-
traquamquòd recitata opinio habet contradi- 118
ctores, & quidem graviſſimos, ut ex citatis Do-
ctoribus videre eſt, cui adſtipulatur *Gama deciſ.
Luſitan. 137. n. 2.* & in Luſitania ſervatur opinio 119
tenentium, æſtimationem meliorationum atten-
dendam eſſe de tempore præterito, illarum nem-
pè factionis, ex *Ordinat. Reg. Portugall. lib. 4.
tit. 77. §. E por quanto muitas vezes in fine*, quan-
vis in emphyteuta declaret procedere contra-
riam *Adden. ad dict. deciſ. Gam. 137. in fine verſi-
culo communis reſolutio* non benè arguitur à ta- 120
xatione melioramentorum ad taxationem quin-
denniorum, quæ ſunt diverſa à melioramentis,
etenim melioramenta non habent tractum ſuc- 121
ceſſivum, prout habent quindennia.

XIX. Objectum minimè adverſatur, quia
ultraquòd hujuſmodi vacaturæ aliàs nuncupatæ
expe-

122 expectativæ, per S.Concilium Tridentinum ſunt
hodiè ſublatæ,prout ſimiliter reſervationes men-
tales, ſeu pectorales tanquàm inducentes votum
captandæ mortis, *ſeſſ.24. de Reform.cap.19. cap.
nulla 2. de conceſſ.Præbend. & per Regul.10.Can-
cellar.ubi Cockier & in Schol. ad Preces Primar.§.1.
ſect.5.inprinc.verſic.gratia expectativa litera B.Si-
monet. de reſervat. q.45. n.4. Rebuff. prax.ben.tit.
de expectativ. n.4. Amayden.de ſtyl. Datar. lib.1.
cap.18. §.2. nu.24. Gonzalez ad Regul.8. hodiè 9.
Cancell.prohæm. §.1.nu.57 67.68.& ſeqq.Mandoſ.
ad Regul.33. Cancell. qu.8. nu.3. Lotter. de re ben.
lib.1. apparat.nu.16.& lib.2.qu.25.nu.4.Chokier.
de permutation.Benefic. cap.1. nu.16.*adeò,ut poſt
Concilium Pontifices rariſſimè, & quaſi mira-
123 colosè concedere ſolent expectativas, *Gonzalez
loc.cit. nu.60. Lotter. loc. cit. lib.2. qu.25. num.5.*
non applicatur argumentum ad caſum noſtrum,
in alio enim caſu agitur de materia gratioſa,
124 qualis eſt Beneficiorum collatio, cujus dies ſo-
lùm cedit tempore vacationis, ſeu proviſionis,ut
ponderat *Rota in allegata deciſ.10. n.2. cum ſeqq.
de conceſſ.Præb. in antiqu.* & interim poteſt Pon-
125 tifex,ſi velit,revocare expectativam,immò expe-
ctans plenum jus ſolummodò acquirit tempo-
re proviſionis *cit. deciſ. 10. num.6.* in caſu verò
non agitur de materia gratioſa, potiùs de odio-
126 ſa, qualis eſt quindenniorum ſolutio, nec interim
poteſt manus mortua illam declinare, ſed illicò
ab initio conceſſionis quindennium debetur,
quantumvis ejus ſolutio differatur de quindecim
in quindecim annos favore debitoris, vice verſa
Dominus directus illicò acquirit jus ab initio
ſuper prætenſione quindenniorum.

XX. Objectum nullius eſt ponderis, quia im-
127 mò verior eſt opinio,ſpectandum eſſe redditum,
qui eſt de tempore conceſſionis, ut in puncto,
reſpondendo ad contraria, firmat *Bellon. Jun.
conſ. 76. num.40.*

Pro coronide tandem non omittendum,quòd
128 ſi Emphyteuſis meliorata fuerit Dei proviſione,
vel temporis curſu, non autem ex induſtria ma-
nus mortuæ Emphyteutæ, putarem tunc quin-
dennium eſſe taxandum juxta valorem de tem-
pore ſolutionis, non de tempore conceſſionis, ut
129 de relevio ſimili quindennio *Capan.de jure relev.
par.2. qu.8. n.3. & 8. & per tot.* quia tantùm
operati ſunt Deus, natura, res ipſa, & tempus,
Emphyteuta verò nihil de ſuo impendit; eodem
fermè pacto putarem, etiam eſſe attendendum
130 tempus ſolutionis, ſi interceſſerit particularis
concordia de meliorando Emphyteuſim, veluti
in ſimili de feudo *Capan. cit. parte 2. qu.9. nu.24.*
vel pactum de ſolvendo quindennio juxta æſti-
mationem de tempore conceſſionis, *Tondut. re-
ſol. civil par.2. cap.117. n.1. in principio.*

ARGUMENTUM.

Periti, in diminutionem valoris rei, præter canonem, in longè majorem diminutionem valoris, non debent calculare æſtimationem, ſeù valorem fundi emphyteutici etiam habita ratione ad quindennium, quod manus mortua illius poſſeditrix ſolvere tenetur.

SUMMARIUM.

1 *Fundus Emphyteuticus ad plures effectus æſtimari ſolet à peritis.*
2 *Intrare poteſt altercatio ſuper modo æſtimandi.*
3 *Periti, in diminutionem valoris rei, præter canonem in longè majorem diminutionem valoris,non debent calculare æſtimationem fundi etiam habita ratione ad quindennium.*
4 *Manus mortua eſt incapax acquirendi Emphyteuſim, niſi mediante ſolutione quindennii.*
5 *Quindennium tanquàm onus extrinſecum, non venit deducendum ad effectum diminuendi valorem Emphyteuſis.*
6 *Laudemium calculandum eſt non habita ratione ad canones.*
7 *Laudemium ſecundùm aliquos eſt res quædam ſeparata ab ipſa Emphyteuſi.*
8 *Quindennium ſolummodò à manu mortua ſolvitur.*
9 *In æſtimatione Emphyteuſis habetur ratio canonis.*
10 *Canon eſt onus intrinſecum, verè reale, ipſi rei infixum, proindèque eſt pars pretii.*
11 *Quindennium à ſola manu mortua ſolvitur.*
12 *Tàm Canon, quàm quindennium debentur ſolummodò in recognitionem dominii.*
13 *Habetur ratio ſolutionis canonis pro diminutione prætii.*
14 *Si ex facto Domini emphyteuta vel nullos, vel tenuiores fructus percipiat, canon vel non debetur, vel reducitur.*
15 *Quindennium non debetur, ſi nullos fructus manus mortua percipiat ex facto directi domini.*
16 *Conductor domus, ſi illa ex culpa locatoris uti non poſſit, vel defalcari penſionem, vel ad nullam teneri obtinebit.*
17 *In æſtimatione Emphyteuſis habetur ratio laudemii.*
18 *Quindennium ſucceſſit in locum laudemii.*
19 *Laudemium eſt onus reale, tàm à privato, quàm à manu mortua indiſtinctè debitum.*
20 *Nō benè arguitur ab onere reali ad onus perſonale.*
21 *Emphyteuſis translata in manum mortuà,ultrà onus canonis habet etiam illud quindennii, proindeque debet habere magis diminutionem de prætio.*
22 *Onus quindennii eſt perſonale, ac uti tale non eſt in numero onerum.*
23 *Solum periculum caducitatis ſolet diminuere valorem Emphyteuſis.*
24 *Quindennium eſt perpetuū reſpectu manus mortuæ.*
25 *Periculum caducitatis diminuit æſtimationem,quia ineſt ipſi rei.*
26 *Quindennium non diminuit æſtimationem, quia non ineſt ipſi rei,ſed perſonę,qualis eſt manus mortua.*
27 *Auctor non invenit Doctores, qui dicant, valorem diminui etiam ob quindennium.*
28 *Nec eos invenit, hoc ſaltem firmantes in laudemio.*
29 *Et quando hoc firmaret aliquis, non obſtaret ex dictis.*

CAPITULUM LXIV.

CUm ad plures effectus æſtimari ſoleat fun- 1
dus Emphyteuticus à peritis ex officio Ju-
dicis, ſivè de conſenſu partium deputatis, &
intrare poſſit altercatio ſuper modo æſtimandi, 2
diminuendo valorem fundi extra limites juſtitiæ
ſub prætextu plurium onerum tàm fundo inhæ-
rentium, ſicque realium, uti rei infixorum, qua-
lia ſunt illa canonum, & laudemiorum, quàm

extrà

extrà fundum exiſtentium, ſicque perſonalium,
uti perſonæ tantùm adhærentium, qualia ſunt
3 illa quindenniorum, ideò in præſenti firmamus,
quòd periti, in diminutionem valoris rei, præter
canonem in longè majorem diminutionem va-
loris, non debent calculare æſtimationem, ſeu
valorem fundi Emphyteutici etiam habita ra-
tione ad quindennium, quod manus mortua
illius poſſeditrix ſolvere tenetur, onus enim quin-
dennii eſt potiùs perſonale, quàm reale, reſpe-
ctu nempè poſſeſſoris, ſeu ex illius facto, & cul-
pa, vel quaſi culpa, qualis eſt manus mortua ob
incapacitatem qualificati emphyteutæ incapacis
4 acquirendi Emphyteuſim, niſi mediante ſolutio-
ne quindennii, ut latè egimus ſuprà *Cap. I.* Undè
5 tanquàm onus extrinſecum, extrà rem nimirùm,
non venit deducendum ad effectum diminuendi
valorem Emphyteuſis, veluti ad propoſitum
6 ſolvendi laudemium, illùdque calculandi non
habita ratione ad canones firmat *Rota in Roma-*
na quindenniorum 6. Junii 1687. §. *Sed extranea,*
& 13. *Maii* 1689. §. *Præmiſſo cum ſeqq. & in Imo-*
len. bonorum 4. *Julii* 1692. §. *Sola ſupererat diffi-*
cultas, ac per tot. coram Benincaſa int. impreſſ. in
ordine la 113.181. & 313. ſi enim ſecundùm ali-
7 quos laudemium eſt res quædam ſeparata, ſivè
præſtatio quædam extrinſeca ab ipſa re in Em-
phyteuſim conceſſa, nec poteſt dici onus reale,
nec perſonale, ſed vel nec reale, nec perſonale,
vel ad ſummum mixtum, *Fulgin. de jure emphyt.*
tit. de var. caducitat. qu. 16. *nu.* 4. *cum ſeq. & tit. de*
laudem. qu. 2. *nu.* 5. *Pacific. de Salvian. Interdict.*
inſpect. 3. *cap.* 4. *nu.* 158. quantò magis quinden-
nium erit res ſeparata ab ipſa Emhyteuſi, quan-
tòque minùs dici poterit onus reale, quando
8 non ab omni emphyteuta illud ſolvitur, ſed à
qualificato tantùm, qualis eſt ſola manus mor-
tua.

Nec obſtat, quòd in æſtimatione Emphy-
9 teuſis habeatur ratio canonis, ità, ut illius æſti-
matio diminuatur in ſexta, vel tertia parte, vel
etiam quarta parte juſti valoris juxta diverſas
regionum conſuetudines *l. fundi* 79. *ff. de contrah.*
empt. l. ſi ſterilis 21. §. *Si tibi* 4. *ff. de action. empt.*
Poſt. de ſubhaſt. inſp. 60. *nu.* 57. *cum ſeqq. Antonell.*
de temp. leg. lib. 1. *cap.* 65. *num.* 14. *Fulgin. de jur.*
emphyt. tit. de ſolut. canon. qu. 1. *nu.* 100. *cum ſeqq.*
ubi n. 101. *circà fin. verſic. quinimmò in æſtimatione*
teſtatur, quòd in Fulginaten Civitate Patria ſua
diminuitur æſtimatio in quarta parte, *Gratian.*
diſc. 723. *nu.* 17. quia eſt onus intrinſecum, verè
10 reale, ipſi rei infixum, ac inhærens, proindeque
eſt pars prætii, cùm canon tàm à privato, quàm
à manu mortua ſemper ſolvatur, ſed quinden-
11 nium à ſola manu mortua ſolvatur ex luculenter
ſuprà congeſtis in *Cap. I.*

Minùs obſtat, quòd, cùm tàm canon, quàm
12 quindennium debeantur ſolummodò in recogni-
tionem directi dominii, non autem pro fructi-
bus, ſicque non pro poſſeſſione fundi, *Fulgin. de*
jure emphyt. tit. de var. caducit. qu. 17. *nu.* 6. *& tit.*
de ſolut. canon. qu. 1. *nu.* 960. noſque ſuprà *Cap. I.*
13 ſequitur, quòd ſicuti habetur ratio ſolutionis ca-
nonis pro diminutione prætii, ità & habenda ſit
eadem ratio ſolutionis quindennii, quia, licet tàm
canon, quàm quindennium non debeatur pro
fructibus, ſed pro recognitione dominii, attamen,
14 ſi ex facto, & culpa Domini emphyteuta vel nul-
los percipiat, vel tenuiores fructus, canon vel
non debetur, vel reducitur, ut reſpondet idem
Fulgin. loc. cit. idemque contingeret in quinden-
nio, quod nec deberetur, ſi nullos fructus ex 15
fundo manus mortua percipiat ex facto Domini 16
directi, adinſtar conductoris, qui vel defalcari
penſionem domus, vel ad nullam teneri obtine-
bit, ſi illa ex culpa locatoris uti non potuit, *Pa-*
cion. de locat. cap. 45. *nu.* 1. *& per tot.*

Ejuſdem irrelevantiæ eſt ſimile objectũ, quòd,
ſicuti in æſtimatione Emphyteuſis habetur ratio 17
laudemii, ità & habenda eſt ratio quindennii,
quod in locum laudemii ſucceſſit ex latè per nos 18
ſuprà in *Cap. I.* cumulatis, quia laudemium verè 19
etiam eſt onus reale tàm à privato, quàm à ma-
nu mortua indiſtinctè debitum, *Niger de laudem.*
tom. 1. *qu.* 7. *artic.* 6. *nu.* 7. *cum ſeqq. juncto n.* 15. &
tom. 2. *qu.* 24. *n.* 36. & 42. *in fine verſic. nec obſtant,*
Solſona eod. tract. cellula 1. *ſub num.* 12. *verſic. ſed*
dic, & ſub nu. 9. & 10. undè cùm non militet ex
jam dictis eadem ratio, non benè arguitur ab 20
onere reali ad onus perſonale.

Non eſt minoris momenti objectum quòd,
cùm Emphyteuſis tranſlata in manum mortuam
ultrà onus canonis habeat etiam illud quinden- 21
nii, perque conſequens tanquàm habens plura
onera, & ſervitutes, debeat habere magis diminu-
tionem de prætio, *Card. de Luca de Regal. diſc.* 30.
nu. 9. *de credit. diſc.* 53. *per tot. & de legat. diſc.* 12.
nu. 17. *cum ſeqq. R. P. D. Maſſer.* ad majora evehen-
dus, niſi retroactis annis ad empyreum evehere-
tur, *de Legat. Avenion. lib.* 1. *cap.* 25. §. 3. *nu.* 23.
Fulgin. de jure emphyt. tit. de ſolut. canon. quæſt. 1.
nu. 101. *Manent. de contract. livellar. qu.* 2. *per tot.*
Advocat. Conſtantin. ad Statut. Urb. tom. 2. *in cap.*
154. *annotat.* 46. *artic.* 3. *nu.* 269. *Gobius conſult.*
deciſ. 124. *nu.* 4. *cum ſeqq. Bonden. collect. legal.* 35.
n. 49. *to.* 1. *Rota poſt Poſt. de ſubhaſt. in addit. deciſ.*
ultim. quæ eſt deciſ. 264. *nu.* 5. *par.* 11. *recentior. &*
coram Buratto deciſ. 675. *num.* 10. *cum ſeqq.* quia
ſatis eſt, ſuprà reſpondiſſe, quòd onus quinden- 22
nii eſt perſonale, ac uti tale non eſſe in numero
onernm ad diminuendam æſtimationem, proin-
deque in emphyteuſi ad manum mortuam tran-
ſeunte unicum tantùm conſiderari onus, quale
eſt illud canonis, quod etiam conſideratur in
emphyteuſi privata.

Nullius denique etiam roboris eſt, quòd, ſicuti
ſolum periculum caducitatis, cui ſubjacet fundus 23
emphyteuticus, ſolet diminuere valorem ipſius
Emphyteuſis, *Poſſidon. de emptione lib.* 3. *dub.* 10.
n. 12. ità longè magis diminuere debet quinden-
nium, quod quidem certum eſt, ac perpetuum 24
reſpectu manus mortuæ, quia ſemper eadem oc-
currit reſponſio, quòd periculum caducitatis in 25
tantum diminuit æſtimationem, in quantum
ineſt ipſi rei, ipſiuſque oſſibus, quindennium ve- 26
rò è contrà in tantum non diminuit, in quan-
tum non ipſi rei, ſed ſolummodò ipſi perſonæ,
qualis eſt manus mortua poſſeditrix Emphyteu-
ſis, ineſt; cùmque non invenerim Doctores, qui 27
dicant, valorem diminui etiam ob quindennium,
immò nec eos invenerim hoc firmantes ſaltem 28
ob laudemium, mihi videtur ſatis benè firmata
reſolutio, & quando hoc firmaret aliquis quoad 29
laudemium, non obſtaret ex ſuperiùs allatis.

ARGUMENTUM.

Pro exactione quindenniorum non competit Domino directo via exequutiva, ſicuti non competit pro exactione laudemiorum, niſi ſit in quaſi poſſeſſione exigendi quindennia.

SUMMARIUM.

1 *Pro quindenniis non competit via exequutiva.*
2 *Niſi Dominus ſit in poſſeſſione illa exigendi.*
3 *Inutiles circuitus vitandi ſunt.*
4 *Pro canone competit via exequutiva.*
5 *Quindennium ſolvitur ſingulis quindecim annis.*
6 *Pro Penſione Eccleſiaſtica, & profana datur via exequutiva.*
7 *Quindennium quodammodò eſt penſio.*
8 *Quindennium debetur in recognitionem dominii.*
9 *Pro collectis, gabellis, ſeu tributis competit via exequutiva.*
10 *Quindennium quodammodò tributum eſt.*
11 *Pro Decimis competit via exequutiva.*
12 *Quindennia quodammodò Decimæ temporales ſunt.*
13 *Quindennia ſucceſſerunt in locum laudemiorum.*
14 *Laudemium eſt decima pars prætii.*
15 *Auctor dubitat, an verum ſit, quòd pro canone competat via exequutiva.*
16 Ex Statuto Urbis lib.1. cap.88. in med.verſiculo itē Cauſæ, *pro canonibus datur via exequutiva.*
17 *Tàm de jure communi, quàm ex eodem* Statuto Urb. lib.1.cap.95. *pro mercede, ſeu ſalario competit via exequutiva.*
18 *Auctor putat in caſu à canone ad quindennium non benè argui.*
19 *Quindennium ſubrogatum fuit in locum laudemii.*
20 *Subrogatum ſapit naturam ejus, in cujus locum ſubrogatur.*
21 *Pro laudemio exequutivè procedi nequit.*
22 *Penſio Eccleſiaſtica habet paratam exequutionem.*
23 *A penſione domus non benè arguitur ad quindennium.*
24 *Penſio domus derivatur à cauſa neceſſaria.*
25 *Quindennium non cohæret cauſæ neceſſariæ.*
26 *Non deſunt tenentes, non poſſe pro penſionibus Domorum exequutivè agi.*
27 Ex Statuto Urbis lib.1. cap.88. *locator habet facultatem exequutivè procedendi contrà conductorem pro penſione.*
28 *Collectæ, gabellæ, ſeu tributa habere dicuntur Jura fiſci, ſicque publicam cauſam.*
29 *Quindennia habent tantùm privatam cauſam.*
30 *A diverſis non fit illatio.*
31 *Secundùm aliquos nec in cauſis gabellarum exequutivè procedi valet.*
32 *Decimæ tàm de Jure divino, quàm humano debentur.*
33 *Quindennia ſunt de Jure incognita, & introducta de conſuetudine, vel partium conventione.*
34 *Obligatio Cameralis quotidiè in omnibus ferè Inſtrumentis in Urbe practicatur.*
35 *Si in conceſſione Emphyteuſis adſit obligatio Cameralis, tunc exequutivè conveniri poteſt pro quindennio manus mortua.*
36 *Obligatio Cameralis de ſui natura dat viam exequutivam.*
37 *Mentio honorifica R. P. D.* Cyriaci Lancettæ.
38 *Extrà Curiam non viget obligatio Cameralis.*
39 *Obligatio quarantigiata ſimilis eſt obligationi Camerali.*
40 *Pro quindenniorum exactione competit via exequutiva Domino directo, ſi ſit in quaſi poſſeſſione illa exigendi.*
41 *Judicium poſſeſſorium decernit poſſeſſori manutentionem.*
42 *Quis conſtituitur in poſſeſſione exigendi per unicum actum exactionis.*
43 *Per unicum actum exactionis laudemii conſtituitur Dominus in quaſi poſſeſſione illud exigendi.*
44 *Etiamſi unica tantùm ſolutio proceſſerit ex mandato Judicis.*

CAPITULUM LXV.

PRæſens, ac quotidiana occurrit in præſenti tractatio circà modum intentandi judicium contrà debitores quindenniorum, quam dividimus in duas partes, ideoque in prima parte aſſerimus, quòd pro exactione quindenniorum non 1
competit Domino directo via exequutiva, ſicuti non competit pro exactione laudemiorum, & in ſecunda parte addimus, niſi ſit in quaſi poſſe- 2
ſſione exigendi quindennia, in puncto *Carol. Anton. de Alexio in obſerv.*156. *nu.*11. *ad conſult. Capyc. Latr. lib.*2. *poſt Carol. Anton de Luca in obſerv. ad ejuſd. conſult. repetit. poſt Tract. inter Doctor. litera EE. Altimar. ad Rovit. deciſ. Neapol.*73. *per tot.* equidem non exiſtente Domino directo in poſſeſſione exigendi quindennia, dubium eſt auferri neceſſitatem cognoſcendi, an manus mortua eorum debitrix ſit, cùm, licet ſit manus mortua, & tanquàm talis ad quindennia teneatur, habere tamen poteſt cauſam aliquam illa non ſolvendi, indèque debitor non eſt habendus pro condemnato (quod operatur via exequutiva) niſi in judicio ordinario per tres ſententias conformes, hacque tutiori via evitatur inutilis circuitus facilè contingibilis, ſi concederetur pro exactione quindenniorum via exequutiva, quòd nempè poſt ſoluta quindennia vigore condemnationis, interjecta appellatione ad effectum devolutivum, & obtenta ſententia abſolutoria ſit locus repetitioni, ſeu condictioni indebiti quan- 3
do inutiles circuitus vitandi ſunt, ad tradita per *Barboſ. axiom.* 43.

Non deſunt autem ſequentes quatuor obices.

I. Si pro canone, qui vel annuus eſſe ſolet, vel menſtruus, vel ſimilis temporis juxta partium conventiones, competit via exequutiva, quantò 4
magis illa competet pro quindennio, quod de 5
quindecim in quindecim tantùm annos ſolvitur.

II. Si pro Penſione Eccleſiaſtica, & profana, ſeu affictu domorum competit via exequutiva, *Tondut. de Penſion. cap.*51.*nu.*18. *Vivius commun.* 6
*opin. opin.*678.*nu.*26. *Rota in recentior. deciſ.*335. *nu.*3. *par.*10. ducti ex contextu *l. Præſes* 17. *C. locat.* ibi: *Præſes Provinciæ, quæ ex locato debentur, ſolvi ſine mora curabit*, cur non competet eadem via exequutiva pro quindennio, quod quodammodò penſio eſt, & quidem quindennialis, ſin- 7
gulis videlicet quindecim annis ſolvenda directo Domino in recognitionem dominii ex abundè 8
ſuprà deductis in *Capit. I.*

III. Si pro collectis, gabellis, ſeu tributis com- 9
petit via exequutiva, *Mauſon. de cauſ. exequutiv. lib.*1.

lib.1. ampl.29. nu.10. cum ſeqq. & ampl.30.n.21. cum ſeqq. Burgius de mod. proced. ex abrupt. cent.1. q.5.n.11. verſiculo ſecundus caſus, cur non compe-
10 tet eadem via exequutiva pro quindennio, quod quodammodò tributum eſt.

11 IV. Si pro Decimis competit via exequutiva *cap. tua 26. il 2. in fine de decim. Moneta de decimis cap.8. n.58. Niger de laudem. tom.1. qu.48. nu.4. Mauſon. de cauſ. exequutiv. lib.1. ampl.34. n.10.20. & ſeqq.* cur non competet eadem via
12 exequtiva pro quindenniis, quæ quodammodò Decimæ temporales nuncupari valent, cùm illa
13 in recognitionem dominii loco laudemiorum ſolvi ſoleant, indéque laudemium apud plures
14 gentes appellatur, eſtque decima pars prætii, vel æſtimationis rei Emphyteuticæ *Niger de laudem. qu.1. n.62. & qu.48. n.5. in fine tom.1.*

Nihilominùs oppoſita in contrarium, non refragantur ex ſequentibus quatuor reſpônſionibus.

Non I. Quia omiſſo, an verum ſit, quòd pro
15 canone competat via exequutiva, in quo pro nunc nolo figere pedem, nec manus dare, quid-
16 quid ſit ex *Statuto Urbis lib.1. cap.88. in med. verſic. item Cauſæ*, ubi pro canonibus via exequutiva peculiariter conceditur (prout etiam pro mer-
17 cede, ſeu ſalario tàm de jure communi, quam de eodem Jure ſtatutario, & municipali *Urbis lib.1. cap.95. Pacion. de locat. & conduct. cap.39.*
18 *n.37.*) ſatis eſt meo judicio aſſerere, quòd à canone ad quindennium hic non benè arguitur, cùm in quindennio militet prorsùs diverſa ratio,
19 eo quod quindennium tanquàm ſubrogatum in locum laudemii, ut ex ſupra adductis in *Cap.I.* non poſſit, nec debeat habere privilegium, quod non habet id, in cujus locum fuit ſubrogatum, nè alias plus poſſet ſubrogatum, quàm id, in
20 cujus locum aliquid ſubrogatum eſt, cujus naturam ſapere debet, non verò alterare *l. ſi eum, qui 10.§. Qui injuriarum 2. ff. ſiquis caut. Bonden. collect. legal. tom.1. collect.37. nu.137. Palma Nep. alleg.146. n.14. Mantica conſult.59. nu.42. cum ſeq. lib.9. Balducc. deciſ. ac rer. judicat. tit.3. deciſ.46. nu.39. Rota coram Emerix Jun. Decano dec.889. n.7. cum ſeq. deciſ.5. n.37. poſt Turr. de*
21 *Majorat. Ital.* quòd autem pro laudemio exequutivè procedi nequeat, & appellabilis reddatur ſententia in cauſa laudemiorum lata, latè tractant *Burgius de laudem. par.3. inſpect.17. per tot. Niger eodem tractatu tom.1. qu.48. n.6.12. & 27.*

Non II. Quia in Penſione Eccleſiaſtica ſpe-
22 ciale eſt ob privilegium paratæ exequutionis inſertum in ventre ipſarum literarum reſervationis Penſionis, & in quantum ad penſionem do-
23 mus nec benè ad quindennium ab illa arguitur, penſio enim privilegiata eſt, cùm domus detur ad inhabitandum, & ſic illius penſio derivetur à
24 cauſa neceſſaria, prout eſt habere domum ad
25 inhabitandum, quindennium verò non cohæret cauſæ neceſſariæ, cùm habere Emphyteuſim non ſit inhabitare domum, nec importet præciſam neceſſitatem, prout illam importat inha-
26 bitare domum. Omiſſo, quòd non deſunt contrarium ſentientes, non poſſe nempè in cauſa penſionum, ſeu affictuum domorum exequutivè contrà debitores procedi, *Pacion. de locat. & conduct. cap.39. nu.7. cum ſeqq.* quidquid ſit in Urbe, in qua adeſt Statutum *lib.1. cap.88.* in-
27 dulgens locatori facultatem exequutivè procedendi contrà conductorem pro penſione.

Non III. Quia collectæ, gabellæ, ſeu tributa Jura fiſci habere dicuntur, & ſic publicam 28
cauſam, *Peregrin. de jure fiſci lib.6. tit.5. nu.33. verſiculo nec mirum, Mauſon. de cauſ. exequutiv. lib.1. ampl.30. n.22.* quindennia autem nec habent Jura fiſci, nec publicam cauſam, ſed pri- 29
vatam, undè non eſt bona illatio ab habentibus publicam cauſam ad illam non habentia ad *text.* 30
in l. Papinianus 20. ff. de minor. immò ſecundùm aliquos nec in cauſis gabellarum exequutivè 31
procedi valet, ſed via ordinaria agendum eſt, ut tenet *Guttierrez de gabell. quæſt.164. nu.12. cum ſeqq.*

Non IV. Quia Decimæ longè fortius jus habent, quàm quindennia, Decimæ enim tàm de 32
Jure divino, quàm humano debentur, *Monet. de decim. cap.2. nu.1. cum ſeqq. Mauſon. de cauſ. exequut. ampl.34. n.3. cum ſeqq.* quindennia autem nec de Jure divino, immò nec de Jure humano debentur, tanquàm de Jure incognita, ſed de conſuetudine, vel partium conventione, 33
ut abundè docuimus ſuprà in *Cap.1.* undè patet ad ſenſum, non applicari illationem ad hoc propoſitum à Decimis ad quindennia ob diverſiſſimam inter utraque differentiam *l. Papinianus 20. ff. de minor.*

Putarem tamen, quòd, ſi in Inſtrumento conceſſionis Emphyteuſis appareret concepta obligatio Cameralis (prout quotidiè in omnibus fe- 34
rè Inſtrumentis practicatur in Urbe) tunc Dominus directus convenire poſſet exequutivè ma- 35
num mortuam pro primo quindennio, & ſic, etiamſi non ſit in quaſi poſſeſſione quindennia exigendi, eo quòd obligatio Cameralis, niſi per 36
ſententiam ſit vulnerata, de ſui natura dat viam exequutivam, *Pacion. de locat. & conduct. c.48. n.49. Ridolphin. in prax. par.1. cap.1. n.73. Rota poſt Zacch. de oblig. Camer. dec.84. n.7. cum ſeq. & dec.270. n.5. & 17.* ac in terminis in *Romana Quindenniorum 16. Decembris 1707. in principio verſiculo indè ſequitur coram R. P. D. Lancetta*, 37
olim in Romana Curia inter Primarios diſertiſſimo Advocato, *regiſtrat. poſt Tract. inter Deciſion. S. Rot. Rom. in ordine la XXII. n.4.* Undè in Curia non videtur tàm neceſſaria præſens tractatio, quàm extrà Curiam, ubi non viget obligatio Cameralis, nec in locis, ubi practicatur obli- 38
gatio quarantigiata, quæ ſimilis eſt obligationi 39
Camerali, vel ſaltem parùm diſſimilis ex traditis per *Galleſ. de oblig. Camer. qu.2. n.13. in fine, & ſeqq. ubi Zacch. n.30. cum ſeqq.*

Abſoluta itaque prima parte præſentis tractationis, & diſſolutis contrariis motivis, deveniendo ad ſecundam partem, dicimus, quòd è contrà pro exactione quindenniorum competit 40
Domino directo via exequutiva, ſi ſit in quaſi poſſeſſione exigendi quindennia, cùm judicium poſſeſſorium ſit privilegiatum, & decernat poſ- 41
ſeſſori manutentionem remota appellatione quoad effectum ſuſpenſivum, *Poſt de manut. obſ.10. n.40.61. & 69. & obſ.73. n.1.*

Modò ſupereſt inquirendum, quando, & per quot actus dicatur quis conſtitutus in quaſi poſſeſſione exigendi quindennia ad effectum exequutivè procedendi contrà quindenniorum debitorem, & cùm verſemur in incorporalibus, videtur reſolvendum, per unicum actum exactionis,

42 tis quem conſtitui in poſſeſſione, ac per conſequens exequutivè conveniri poſſe manum mortuam quindenniorum debitricem, ſicuti per
43 unicum actum exactionis laudemii conſtituitur Dominus in quaſi poſſeſſione illud in futurum exigendi, *Niger de laudem. tom.*1. *qu.*7. *artic.*8. *n.*12. *cum ſeq. Rota poſt Poſt. de manutent. dec.*113. *n.*4. *dec.*139. *n.*2. *dec.*201. *nu.*2. *dec.*265. *n.*3. 10. *&* 13. *& dec.*297. *n.*2.

Quod adeò verum eſt, ut, etiamſi unica tan-
44 tùm ſolutio quindennii non ſpontè proceſſerit, ſed ex mandato Judicis, adhùc Dominus directus dicitur eſſe in quaſi poſſeſſione exigendi quindennia, proindèque exequutivè pulſare poteſt manum mortuam, *Poſt de manut. obſ.*35. *num.*3. *&* 5.

ARGUMENTUM.

Dominus directus præfertur in exactione quindennii, anterioribus creditoribus manus mortuæ Emphyteutæ.

SUMMARIUM.

1 *Dominus directus præfertur in exactione quindennii, anterioribus creditoribus manus mortuæ.*
2 *Idem præfertur in exactione laudemii.*
3 *Dominus directus habet ſuam intentionem fundatam in generali conſuetudine.*
4 *Idem habet fortius, & duplicatum jus.*
5 *Creditum quindenniale fundatum eſt in recognitione dominii.*
6 *Si Dominus directus non præferretur, quodammodò non recognoſceretur in Dominum.*
7 *Abſurdum vitandum.*
8 *Quindennia ſingulis dumtaxat quindecim annis ſolvuntur.*
9 *Dominus directus præfertur in conſequutione canonum.*
10 *Dominus ſuperficiei præfertur aliis creditoribus.*
11 *Contractus Emphyteuticus. & ſuperficiarius ſunt inter ſe ſimiles.*
12 *Locator pro penſione præfertur etiam anterioribus creditoribus conductoris.*
13 *Argui poteſt à locatione ad Emphyteuſim.*
14 *Creditum quindennii eſt neceſſarium.*
15 *Idem eſt ſubrogatum in locum laudemii.*
16 *Proindè potius venit æſtimandum.*
17 *Idem debetur ex cauſa onerosa.*
18 *Prout tale eſt laudemium.*
19 *Dominus directus habet jus privativè quò ad alios ſuper quindennio ſibi debito.*
20 *Quindennium recipere nequit hypothecam favore aliorum creditorum etiam anteriorum.*
21 *Donatarius, ſeu ceſſionarius, ſeu quomodocumque cauſam habens à Domino directo præfertur pro quindennio creditoribus anterioribus.*
22 *In caſu quindennii jus prælationis non eſt privilegium perſonale, ſed reale.*
23 *Quindennium bona fide conſumptum, irrepetibile remanet.*
24 *Non datur avocatio pecuniarum, niſi in aliquibus caſibus particularibus, ut dotis, & ſimilibus.*
25 *Prior in tempore potior in Jure.*
26 *Fallit, quando adſunt circumſtantiæ peculiares, quibus ratione crediti Dominus directus prælatione dignus eſt tanquàm privilegiatus in conſequutione quindennii.*
27 *In Jure non reperitur Dominus directus privilegiatus quò ad exactionem quindennii.*
28 *Quindennium novũ eſt de Jure cognitum.*
29 *Dominus directus, pro conſequutione quindennii venit ex cauſa privata.*
30 *Eccleſia veniens ex cauſa Decimarum, venire dicitur ex cauſa publica, prout mulier ex cauſa dotis, & fiſcus ex cauſa gabellarum.*
31 *Potioritas fundatur ſæpiùs in ſola cauſa privata.*
32 *Domino directo competit prælatio ſuper ſolis bonis Emphyteuticis.*
33 *Ob non ſolutionem quindennii Emphyteuſis devolvitur ad Dominum.*
34 *Dominus, exigendo quindennium, videtur facere meliorem conditionem creditorum.*
35 *Fructus proveniunt ex ſolo.*

CAPITULUM LXVI.

Cum ſæpius contingere poſſit, quòd manus mortua multo ære alieno gravata ſit, & inter ejus creditores occaſione formati concurſus, ſeu graduationis, jurgia ſuper hinc indè prætenſa potioritate, vel etiam ſuper anterioritate, ſeu prælatione oriantur ad effectum conſequendi ſatisfactionem, inter quos quandoque adeſſe quoque poteſt Dominus directus tanquàm quindennii creditor, ſed poſterior, proindè haud immeritò in præſenti firmandum duximus, quòd Dominus directus præfertur in
exactione quindennii anterioribus creditoribus 1
manus mortuæ Emphyteutæ, prout præfertur in
exactione laudemii, *Burgius de laudem. parte* 3. 2
*inſpect.*39. *nu.*4. *Niger eod. tract. qu.*38. *n.*5. *cum ſeqq. tom.*1. negari enim nequit, pluribus ex cauſis potius jus habere Dominum directum, licet poſteriorem, pro conſequutione ſui crediti quindennialis, quàm creditores anteriores, cùm Dominus directus habeat ſuam intentionem fundatam tàm in generali conſuetudine exigendi 3
quindennia, quàm in promiſſione debitoris, undè Dominus tanquàm habens fortius, & dupli- 4
catum (ut ità dicam) jus, perneceſſè præferendus eſt in concurſu anteriorum creditorum ſimplex, minùſque jus habentium, immò creditum hujuſmodi quindenniale fundatum eſt in recog- 5
nitione dominii, adeò, ut, ſi Dominus directus 6
non præferretur, quodammodò non recognoſceretur in Dominum, quod uti abſurdum vi- 7
tandum venit, nec niſi mediante prælatione illud evitari valet.

Præterea æquum eſt, ut Dominus directus præferatur in conſequutione quindenniorum,
quæ ſingulis dumtaxat quindecim annis ſolvun- 8
tur, quando ipſe præfertur in conſequutione ca- 9
nonum, qui ſingulis annis ſolvuntur, *Fulgin. de jure emphyt. tit. de contract. Emphyt. q.*31. *nu.*20. *Niger de laudem. qu.*38. *nu.*15. *&* 30. *circà fin. tom.*1. *Burgius eod. tract. par.*3. *inſpect.*39. *nu.*5. *ubi in additione nu.*12. *Rodriguez de concurſu creditor. par.*1. *artic.*8. *n.*21. *cum ſeq.* eodem modo, quo in contractu ſuperficiario Dominus ſuper-
ficiei præfertur aliis creditoribus *l. etiam ſuperfi-* 10
cies 16. *ff. qui potior. in pign. hab.* ob maximam
ſimilitudinem inter contractum emphyteuti- 11
cum, ac ſuperficiarium, veluti notat *Niger de lau-*

laudem. tom.1. qu.38.n.6. cum ſeqq. fortius quip-
12 pè videmus, quòd locator tanquàm Dominus
fundi locati, creditor penſionis ob fructus per-
ceptos per conductorem præfertur creditoribus
conductoris etiam anterioribus, *l. eo jure uti-
mur 4. l. in prædiis 7. ff. in quib. cauſ. pign. tacit.
contrah. l. ſi in lege 24. § ſi colonus 1 ff. locat. Ro-
driguez de concurſu creditorum par.1. artic.8.n.13.
& 20. Pacion. de locat. & conduct. cap.33.n.37.
47.48. & 58. Antonell. de temp. legali lib.4. cap.
ultim. n.113. Gait. de credit cap.4. n.1580. cum
ſeq.* quantò magis Dominus directus præferetur
creditoribus anterioribus manus mortuæ Em-
13 phyteutæ in exactione quindennii, arguendo à
locatione ad Emphyteuſim, quod fieri poteſt ob
magnam inter utrumque contractum familiari-
tatem, quantunvis etiam in nonnullis magna
adſit diſcrepantia, *Fulgin. de jure Emphyt. in
prælud. qu.5. nu.1. cum ſeqq. Pacion. de locat. &
conduct. cap.3. n.5.* non omiſſo, quòd, cùm cre-
14 ditum quindennii ſit neceſſarium, provenit enim
15 ob ſictam alienationem, tanquam ſubrogatum
in locum laudemii eadem neceſſitate debiti ex
16 vera alienatione, proindè potius venit exiſti-
mandum, veluti de laudemio inquit *Niger de
laudem. tom.1. qu.38. nu.31. in fine*, potiſſimùm
enim quindennium tamquàm debitum ex cauſa
17 oneroſa, potius eſt aliis creditis etiam anterio-
ribus, prout tale eſt laudemium, in cujus locum
18 ſucceſſit, *Burgius de laudem. par.3. inſpect.39.
n.8. & in additione n.14. verſic. n.8.*

Patefit inſuper juſtitia Domini directi in
prætenſa prælatione adversùs anteriores credi-
tores, dum portio iſta quindennialis nunquam
ad manum mortuam Emphyteutam, & com-
munem debitricem ſpectavit, vel in bonis illius
19 fuit, ſed verè Dominus directus habet jus pri-
vativè quoad alios ſuper quindennio ſibi debi-
20 to, quod recipere nequit hypothecam favore
aliorum creditorum etiam anteriorum, ut in ſi-
mili de laudemio advertit *Niger de laudem. q.38.
n.33. circà fin. tom.1.*

Adeoque vera eſt noſtra reſolutio, ut non ſo-
21 lùm Dominus directus, ſed etiam illius donata-
rius, ſeu ceſſionarius, ſeu quomodocumque
cauſam habens ab illo, præferatur pro quinden-
nio creditoribus anterioribus, prout præferretur
in cauſa laudemii, *Niger de laudem. tom.1.q.38.
n.30. in principio*, ex ratione, quia jus prælatio-
nis in hoc caſu non eſt privilegium perſonale,
22 ſed potiùs reale, & competens rei, ut illud lau-
demii.

Quibus accedit, quòd faciliùs Dominus di-
rectus jus ſuum conſequetur, ſi ipſe, quantunvis
creditor poſterior, quindennium exegerit, illud-
23 que bona fide conſumpſerit, ex quò irrepetibile
remanſit, *Coſta de re integra diſtinct.46. n.6. &
de facti ſcient. & ignorant. diſtinct.8. centur.1. n.5.
& de remed. ſubſidiar. remed 37. nu.1. cum ſeqq.
Burgius de laudem. par.3. inſpect.39. nu.7. ubi in
additione n.13. cum ſeq. Antonell. de temp. legal.
lib.4. cap. ultim. n.89.* ex ratione, quia non da-
24 tur avocatio pecuniarum, niſi in aliquibus ca-
ſibus particularibus, ut in caſu dotis, & ſimilibus,
ex quò primò venientibus benè ſolvitur *Spin.
conſ.42. per tot. Gobius conſult.89. per tot. An-
dreol. contr.351. per tot. Calvin. de æquitate lib.1.
cap.34. per tot. & lib.2. cap.135. & lib.3. c.281.
Coſta de remed. ſubſidiar. remed.37. illat.2, Mer-
lin. de pignor. lib.4 tit.1.q.28. Brun. de ceſſion. bon.
qu.24. per tot. Gait. de credito cap.4.q.11.n.1296.
Maur. de ſolution. quæſt.68. Salgad. labyr. credit.
par.1. cap.10. nu.83. Rota coram Card. Seraphino
deciſ.1074.*

Nec obſtare poteſt regula prior in tempore, 25
potior in Jure ex *cap. qui prior 54. de regul. Jur.
in 6. l. quotiès 99. ff. eod. l. potior 11. ff. qui potior.
in pign. hab. l. ſi fundum 4. C. eod.* quia non pro-
cedit, quando, prout in caſu, adſunt circumſtan- 26
tiæ peculiares, quibus ratione crediti Dominus
directus prælatione dignus eſt, tanquam privi-
legiatus in conſequutione quindennii,

Minùs obſtat, quòd in Jure non reperiatur
quoad exactionem quindennii privilegiatus Do-
minus directus, tanquàm non numeratus inter 27
creditores privilegiatos à *l. quæſitum 2. cum ſeq.
ff. de privileg. creditor.* quia quindennium, ut ſuo
loco paſſim monuimus, non eſt de Jure cogni- 28
tum, tanquàm ex ſola generali conſuetudine in-
troductum, proindeque de illius creditore in
Jure nec per umbram mentio fieri valet, ſed be-
nè ex ſuprà recenſitis cauſis privilegium potio-
ritatis competit Domino directo pro conſequu-
tione ſui crediti quindennialis, prout idem com-
petit pro conſequutione crediti laudemialis.

Minoris etiam relevantiæ eſt, quòd Dominus
directus tanquam veniens ex cauſa privata pro 29
conſequutione quindennii, nullam potioritatem
meretur, quidquid, ſi veniret ex cauſa publica, ut
Eccleſia ex cauſa Decimarum, mulier ex cauſa 30
dotis, fiſcus ex cauſa vectigalium, ſeu gabella-
rum, & alii ſimiles privilegiati, quia potioritas
non ſemper fundatur in ſola cauſa publica, ſed
quandoque, immò ſæpiùs in ſola cauſa priva- 31
ta habente aliquam circumſtantiam, ob quam
creditor aliàs poſterior, adhùc potior ſit, ut vi-
dere eſt ex pluribus caſibus adductis per *Anto-
nell. de temp. legal. lib.4. cap. ult. n.16.21,35.38.
45.46.81.82.84.89.108 109.110.111.112.113.
117.118.122.123. & 142.*

Supradicta tamen declaranda ſunt, ut locum
habeant, quando fundus Emphyteuticus poni-
tur ſub concurſu, & de prælatione ſuper eo, ejuſ-
que fructibus quæſtio eſt, nam in hoc caſu credi- 32
mus, competere prælationem Domino directo,
non autem ſuper aliis bonis, ratio ſpecialitatis ea
poteſt eſſe, quia, cùm ob non ſolutionem quin- 33
dennii devolvatur ad Dominum directum fun-
dus Emphyteuticus, Dominus exigendo quin- 34
dennium, videtur facere meliorem conditionem
concreditorum, quia, hoc modo facit, ut fundus
remaneat in bonis debitoris communis, undè
videtur poſſe applicari *text. in l. interdum 5. ff. qui
potior. in pign. hab.* quæ quidem ratio non eſt
applicabilis quo ad reliqua bona debitoris. Præ-
tereà conſiderari poteſt, quòd fructus prove-
niunt ex ſolo, cujus proprietas eſt Domini dire- 35
cti, undè tanquam provenientes ex re propria,
æquiſſimum eſt, ut Domino debeantur cum
prælatione pro rata quindenniorum.

AR-

ARGVMENTVM.

Quindennium quandoque, ſignanter in nonnullis locis non ſolvitur juxta generalem conſuetudinem ſingulis quindecim annis, ſed de triginta in triginta annos, de quadraginta in quadraginta annos, vel longiori, vel breviori tempore.

SUMMARIUM.

1 *Quindennii vox denotat ſolutionem illius faciendam eſſe ſingulis quindecim annis.*
2 *Quindennium in aliquibus locis ſolvitur ſingulis triginta, vel quadraginta annis.*
3 *Talis viget conſuetudo in Cathalonia.*
4 *Alienatio Emphyteuſis fingitur contingere ſingulis quindecim annis.*
5 *Non ubique, nec ſemper ſingulis quindecim annis vendi ſolet fundus.*
6 *Cùm alicubi res etiam breviori tempore, quàm quindecim annorum vendi ſoleat, fit, quòd ſingulis novenniis debeatur quindennium.*
7 *Hinc in Gallia quindennium dicitur novennium.*
8 *Dari poteſt, quòd fundus non alienetur per 300. annos.*

CAPITULUM LXVII.

1 NE ex voce ipſa quindennii facilè ſumatur æquivocum, cùm denotet ſolutionem quindennii fieri ſingulis quindecim annis, proponimus præſentem articulum, firmantes, quòd quindennium quandoque, ſignanter in nonullis
2 locis non ſolvitur juxta generalem conſuetudinem ſingulis quindecim annis, ſed de triginta in triginta annos, de quadraginta in quadraginta annos, vel longiori, vel breviori tempore, quippè plus, minùſue Judicis arbitrio conſiderata bonorum Emphyteuticorum qualitate, ac poſſibilitatis facilioris, vel difficilioris alienationis, tempus ſolutionis quindenniorum abbreviandum, vel elongandum eſt, in puncto *Fontanella de pact. nuptial. tom.1.clauſ.4.gloſ.12.*
3 *n.23.* ubi loquitur de conſuetudine in Cathalonia, *Capan. de jure relev. par.4. qu.27, n.7. cum ſeqq. Card. de Luca de emphyteuſ. diſc.50. ſub n.9. alter de Luca in Appendice poſt Scholia ad Gratian. diſc.784. n.4. fol. mihi 308. col.1. verſiculo undè plauſibilis eſt*, ubi de veriori, licet ob articuli raritatem à nemine diſputati, cogitandum relinquat, *Carol. de Alexio obſ.156. nu.8. ad conſult. Capyc. Latr. lib.2. poſt Carol. Anton. de Luca ad conſult. ejuſd. Capyc. Latr. Tondut. reſ. Can. par.1. cap.46. n.5. Rota in recentior. dec.474. n.20. par.9. tom.2.* cùm enim quiudennium debeatur ex alie-
4 natione Emphyteuſis, quæ ſingulis quindecim annis fingitur contingere, ſi penès privatum illa exiſteret, benè ſequitur, quòd illud etiam debeatur ſingulis triginta, vel quadraginta annis, ſi agatur de re, quæ ſingulis triginta, vel quadraginta annis tantùm alienari ſolet; Hinc eſt, quòd non ſemper æquum eſt, quòd ſemper, & ubique ſingulis quindecim annis quindennium ſolvatur indiſtinctim ex fundo Emphyteutico, nulla habita ratione ad illius qualitatem,
5 eo quòd non ubique, nec ſemper ſingulis quindecim annis vendi ſolet quilibet fundus, ſed unus longiori tempore, & alius breviori, adeò, ut, quia etiam breviori tempore, quàm quinde- 6
decim annorum alicubi res vendi ſolet, reſultat, quòd non ſolum ſingulis quindecim annis debeatur quindennium, ſed (quod fortiùs ſtringit) ſingulis etiam novenniis, illud debeatur, proindeque dicatur in Gallia novennium loco quin- 7
dennii habita menſura ad tempus, quo id ſolvitur, *Tondut. reſol. Canonic. par.1. cap.46. n.5. & per tot. & reſol. civil. par.2. cap.117. per tot. Card. de Luca de judic. diſc.46. n.1.* immò experientia docet, ſæpè accidere fundum 300. vel 400. annis ab una familia poſſideri citrà ullam aliena- 8
tionem, *Papon. Arreſt. Franc. lib.1. tit.14. de amortizatione, arreſt.4. antè med. verſiculo quandoquidem.*

ARGVMENTVM.

Quindennium ſolvendum eſt in fine cujuslibet quindennii, ſeu quorumlibet quindecim annorum.

SUMMARIUM.

1 *Solent quandoque creditores eſſe diligentes, è contra verò debitores ſæpiùs tardi.*
2 *Quindennium ſolvendum eſt in fine cujuslibet quindennii, ſeu quindecim annorum.*
3 *Canon ſolvitur in fine cujuslibet anni.*
4 *Penſiones domorum de Jure faciendæ ſunt in fine cujuslibet anni.*
5 *De conſuetudine in Vrbe apponi ſolet in Inſtrumento obligatio ſolvendi penſiones anticipatè quolibet ſemeſtri.*
6 *Quod minus eſt, cenſetur promiſſum.*
7 *Minus dicitur ſolvere, qui tardè ſolvit.*
8 *Magis dicitur ſolvere, qui citiùs ſolvit.*
9 *Tempus ſolvendi ſemper cenſetur adjectum gratia promiſſoris.*
10 *Tempus debet eſſe completum, ad hoc, ut quis teneatur ſolvere.*
11 *Tempus eſt pars prætii, & ſummæ.*
12 *Partes intelliguntur ſe conformare Juri.*
13 *Annus imperfectus non eſt in rerum natura.*
14 *In termino plurium annorum, ultimus annus non habetur pro completo.*
15 *Servus veteranus dicitur, qui ſerviit integro anno.*
16 *Materia quindennialis eſt odioſa.*
17 *Filia peccans in corpus ſuum, ut evitet pœnam exhæredationis, debet habere 25. annos completos.*
18 *In Hiſpania filia nubere poteſt abſque conſenſu Parentis poſt triginta annos.*
19 *Aliquis actus, antequàm compleatur, propriè dici nequit actus.*
20 *Quindennium, antequàm debeatur, dici nequit debitum.*
21 *Obviandum eſt litigiis.*
22 *Vltima dies termini cedere debet commodo promiſſoris.*
23 *Anniculus amitti dicitur, qui extremo anni die moritur.*
24 *Præſcriptio 30. annorum, in fine illorum allegabilis eſt.*
25 *Materia quindennii eſt odioſa.*
26 *Decimæ perſonales regulariter debentur in fine anni tantùm.*
27 *Quindennium ſimile eſt Decimæ.*

28 *Rele-*

28 *Relevium antè tempus exigi nequit.*
29 *Quindennium ſimile eſt relevio.*
30 *In pluribus negociis annus cæptus habetur pro completo.*
31 *Annuum legatum debetur in principio anni.*
32 *S. Concilium quando exigit integrum tempus, exprimit.*
33 *Ad profeſſionem emittendam requiruntur 16. anni.*
34 *Ætas Subdiaconatus, Diaconatus, & Preſbyteratus.*
35 *Tempus cæptum habetur pro completo favore libertatis.*
36 *Præſertim, quando libertas relinquitur certo tempore.*
37 *Non eſt arguendum à libertate ad contractus.*
38 *Speciale eſt in honoribus, ut tempus habeatur pro completo.*
39 *In materia partim favorabili, & partim odioſa annus cæptus non habetur pro completo.*
40 *In Portugallia ætas publicorum Officialium eſt 25. annus completus.*
41 *Verbum* perveniſſet *denotat complementum.*
42 *A legato non arguitur ad contractum.*
43 *In omnibus ferè actibus tempus debet eſſe completum.*
44 *In legato conditionali tempus non habetur pro completo.*
45 *Conſuetudo, quantò minùs Juri derogare debet.*
45 *Poſſunt dari caſus, in quibus quindénium debeatur in principio.*
47 *Pactum eſt altera lex.*
48 *Partes cenſentur ſe conformare conſuetudini.*
49 *Conſuetudo habet legis vigorem.*
50 *Ex actu facultativo non inducitur obſervantia.*
51 *Quiſque renunciare poteſt favori ſuo.*
52 *Solvitur quandoque in principio quindennium ad faciendam rem gratam Domino directo.*
53 *De Jure communi ſolutiones fiunt in fine.*
54 *Conſuetudo varia dicitur modò alba, modò nigra.*
55 *Conſuetudo reducens tempus ſolutionis ad Jus commune, dicitur favorabilis.*
56 *Conſuetudo contrà Jus dicitur odioſa, ac oneroſa.*
57 *Conſuetudo non inducitur ex actibus erroneis.*
58 *Error communis facit Jus.*
59 *Limitatur, quando error eſt particularis.*
60 *Solutio facta per plures inducit conſuetudinem.*
61 *Ultima, ſivè proxima conſuetudo attendenda eſt.*
62 *Alimenta legata, ſolita præſtari à legante, intelligantur legata illa, quę in morte preſtari ſolebant.*
63 *In cauſa ſtatus inſpiciendum ultimum tempus.*
64 *Poſteriora derogant prioribus.*
65 *In beneficialibus attenditur ultimus ſtatus.*
66 *In omni materia inſpicitur ultimus ſtatus.*
67 *In dubio attendenda eſt conſuetudo favorabilior.*
68 *In dubio ſequenda conſuetudo ſolvendi laudemium in minori ſumma.*
69 *In dubio minimum ſequendum.*
70 *Redeundum ad Jus commune in caſu diverſarum, & inter ſe contrariarum conſuetudinum.*
71 *De Jure ſolutio facienda eſt in fine.*
72 *In ſolutione laudemii ſervanda eſt potiùs conſuetudo loci rei ſitæ, quàm illa loci contractus.*
73 *In feudo ſequenda eſt potiùs conſuetudo loci ſituationis feudi, quàm illa loci conceſſionis feudi.*
74 *Emphyteuſis habet promiſcuam naturam cum feudo.*
75 *Præſtatio rei intelligitur facienda ſecundùm conſuetudinem loci, ubi tradenda eſt.*
76 *Veterum Juriſconſultorum formulæ.*
77 *In vectigalibus prædia ipſa, non Domini conveniuntur.*
78 *Conſuetudo eſt altera natura.*
79 *Quælibet hominis diſpoſitio à conſuetudine regulatur.*
80 *Proviſio de Beneficio intelligitur facta juxta conſuetudinem loci, ubi illud collatum fuit.*
81 *Feudum dicitur beneficium.*
82 *Beneficiare pro infeudare.*
83 *In caſu oneris rei inſpicitur conſuetudo loci, ubi res ſita eſt.*
84 *In ſolutione Decimarum attenditur potiùs conſuetudo loci, ubi res decimandæ ſitæ ſunt.*
85 *Quindennium ſimile eſt decimæ.*
86 *Fundus cenſetur venditus juxta menſuram loci contractus, non autem juxta menſuram loci ſituationis fundi.*
87 *In materia monetarum prævalet conſuetudo loci contractus conſuetudini loci rei.*
88 *Gabella ſolvenda de certo contractu, ſolvitur juxta quotam taxatam in loco contractus.*
89 *In omnibus actibus ſemper attenditur conſuetudo loci contractus.*
90 *In conceſſionibus Emphyteuticis ſervanda eſt conſuetudo loci contractus.*
91 *Etiam non ſubditi ſervare tenentur in loco contractus, illius conſuetudines ſub pœna nullitatis actus.*
92 *Minùs ſolvit qui tardiùs ſolvit.*
93 *In moneta conſiderari poteſt privilegium locale.*
94 *In quindennio conſiderandum eſt privilegium partim perſonale, & partim reale.*
95 *Aliquando non ſemper attenditur conſuetudo contractus.*
96 *Locus dominans dicitur ille, in cujus territorio ſunt bona.*
97 *Caſus, in quo attenditur conſuetudo loci ſervientis.*
98 *Papa conferendo Beneficium, illud conferre intelligitur ſalvis rationabilibus conſuetudinibus loci, ubi ſitum.*
99 *Deficiente conſuetudine in loco Beneficii, attenditur illa Urbis.*
100 *In ſolvendo quindennio ſervanda eſt conſuetudo loci ſervientis, ubi nempè fundus ſitus eſt.*
101 *In feudo inſpicitur potiùs conſuetudo loci ſervientis.*
102 *A feudo ad Emphyteuſim benè arguitur.*
103 *Quoad tempus ſolvendi quindennium potiùs inſpicienda conſuetudo loci ſervientis.*
104 *A pacto ad conſuetudinem benè arguitur.*
105 *Materia laudemialis ſimilis eſt quindenniali.*
106 *Decimæ ſolvuntur juxta conſuetudinem loci ſervientis.*
107 *Quindennium ſimile eſt Decimæ.*
108 *In jure retractus attenditur conſuetudo loci ſervientis.*
109 *Cauſa agitanda eſt in foro, ubi Grangiæ ſitæ ſunt.*
110 *In ſolutione laudemii potiùs ſervanda conſuetudo loci dominantis, quàm illa ſervientis.*
111 *Quindennium eſt loco laudemii.*
112 *Quod eſt prædicabile de laudemio, eſt prædicabile de quindennio.*
113 *Locus ſerviens eſt veluti membrũ loci dominantis.*
114 *Membrum ſeparari non debet à capite.*
115 *Acceſſorium ſequi debet naturam ſui principalis.*
116 *In ſolvendo lucro dotali inſpicitur potiùs Statutum domicilii viri, quàm conſuetudo domicilii uxoris.*
117 *Quindennium etiam lucrum eſt.*
118 *Decimæ potiùs ſolvuntur Eccleſiæ Baptiſmali.*

119 Beroi. conſ.20. per tot. lib.1. *putat, Decimam ſolvendam eſſe tàm Eccleſiæ Baptiſmali, quam Parochiali.*
120 *Quindennium eſt ſimile Decimæ.*
121 *In judicando locus ſerviens ſervare debet conſuetudinem loci dominantis.*
122 *Conſuetudo Eccleſiæ dominantis ſervanda eſt.*
123 *Doctores, qui tenuerunt, ſervandam eſſe in ſolutione laudemii, conſuetudinem loci dominantis, poſteà tenuerũt ſervandã potiùs loci ſervientis illã.*
124 *Materia ſeſſionis, & præcedentiæ eſt præheminentialis.*
125 *Membra caput non ſequuntur quoad rei exequutionem.*
126 *Quando una ex duabus cauſis ſubalternatur alteri, agendum eſt ex prima, non ex ſecunda.*
127 *Locus ſerviens eſt cauſa proximior, ac immediata, tamquàm continens ipſum fundum.*
128 *Acceſſorium non ſequitur naturam ſui principalis, quando acceſſorium habet propriam naturam diverſam ab illa ſui principalis.*
129 *Contraria regula fallit, ubi militat diverſa ratio in acceſſorio.*
130 *Prout ubi acceſſorium verè, & propriè eſt principale.*
131 *Eſt peculiare favore matrimonii, quòd in lucro dotali ſequenda ſit conſuetudo domicilii viri.*
132 *Non tamen ſemper eſt vera præfata regula.*
133 *Decimæ prædiales ſolvendæ ſunt Eccleſiæ Baptiſmali.*
134 *Propria conſuetudo loci ſervientis prævalere debet contrariæ loci dominantis.*
135 *A diverſis non benè fit illatio.*
136 *Si in loco ſerviente adſit conſuetudo particularis, tunc ſequenda illa loci dominantis.*
137 *Conſuetudo non inducitur ex actu unius tantùm perſonæ.*
138 *Servanda eſt conſuetudo loci deſtinatæ ſolutionis.*
139 *Conceſſio interpretanda eſt juxta conſuetudinem Domini.*
140 *Conſuetudo Domini directi in ſolvendo quindennio inſervire debet pro interpretando tempore ſolutionis.*
141 *Attendenda eſt particularis conſuetudo circà ſalarium.*
142 *In ſolvendo relevio attenditur conſuetudo loci.*
143 *Quindennium ſimile eſt relevio.*
144 *In locatione operarum attenditur conſuetudo Domini.*
145 *In ſolutione laudemii attenditur conſuetudo ſolventis.*
146 *Quindennium ſimile eſt laudemio.*
147 *Dominus, & Emphyteuta, tanquàm correlativi, non debent ad imparia judicari.*
148 *Declaratur* Niger de laudem. to.1.q.4.art.6.n.6.
149 *Perneceſſe una ex conſuetudinibus ſervanda eſt, vel illa loci domini, vel illa loci Emphyteutæ.*
150 *Proportionabilius videtur, ſequendam eſſe conſuetudinem loci Domini directi.*

CAPITULUM LXVIII.

CUm ſoleant quandoque creditores pluſ-
1 quàm æquum eſt, diligentes eſſe, ac indiſcretè, nimiùmque ſolliciti de eorum ſatisfactione, è contrà verò ſæpiùs debitores tardi, ac ſegnes ad ſatisfaciendum, vel præ impotentia ſolvendi, vel præ pertinacia non ſolvendi, *Pacion. de locat. & conduct. cap.37. nu.38.* idque in materia noſtra quindenniali haud raro accidere poſſit, in præſenti *Capitulo* ſubnectimus ſupraſcriptam reſolutionem, quòd quindennium ſolven- 2
dum eſt in fine cujuslibet quindennii, ſeu quorumlibet quindecim annorum, non autem in illius, ſeu illorum ingreſſu, prout ſolvitur canon 3
emphyteuticus in fine cujuslibet anni, *Fulgin.de jur. ēphyt.in prælud.q.1.n.11.& tit.de ſolut.canon. q.8.n.unico, Corbul.de cauſ.privation. emphyteuſ. tit.de cauſ.privation. ob non ſolut.can. q.8. n.unic. Barbat.de diviſ.fruct. par.2.cap.13.n.10.circà fin. verſiculo amplia hoc, Roſignol. de contract. contract 4. prænot.6. n.3.* eodemque modo, quo pen- 4
ſiones domorum de Jure faciendæ ſunt in fine cujuslibet anni, *Pacion.de locat.& conduct.cap.37. n.15.&* 18.licet de conſuetudine in Urbe apponi 5
ſoleat in Inſtrumentis locationum obligatio de ſolvendo penſiones anticipatè de ſemeſtri in ſemeſtre. Adſtipulantur equidem duodecim rationes noſtræ opinioni,

I. Quid in dubio quod minus eſt, promiſſum 6
cenſetur *l.ſemper in ſtipulationibus* 54. *ff.de regul. Jur.* undè debitor quindennii intelligitur illud promiſiſſe ſolvere in fine temporis, ſeu termini cujuslibet quindennii, cùm minùs dicatur ſolve- 7
re, qui tardiùs ſolvit §. *Si quis* 33. *verſic. plus autem Inſtitution. de action.* è contrà magis dicatur ſolvere, qui citiùs ſolvit, temporiſque com- 8
modum in ſolvendo ſit in prætio, ac æſtimatione, *Gallerat. de renunciat. tom. 2. centur. 2. renunc.*198. *n.*1. *Rota poſt Salgad.labyr. creditor.deciſ.27. n.29.& in recentior.deciſ.86. n.*14.*cum ſeq. par. 18. tom.* 1.

II. Quia tempus ſolvendi ſemper cenſetur ad- 9
jectum gratia promiſſoris, ſeu debitoris *l. cùm tempus 17. ff de regul. Jur. l. eum, qui Kalendis 41. §. Quotiès 1. ff. de verb.oblig. l. quod certa die 70. ff. de ſolution.* ideoque tempus debet eſſe completum ad hoc, ut teneatur ſolvere, *Thenut. de moment.* 10
tempor. cap.30. n.10. circà fin. verſiculo tertius caſus eſt, Gallerat. de renunciation. centur. 2. tom.2. renunc.198. n.2. tempus enim eſt pars prætii, & ſummæ *l.1.§. Additiones 2. verſiculo diem autem ff.* 11
de edendo.

III. Quia etiamſi partes non convenerint de tempore ſolutionis quindennii, nec expreſſerint illud ſolvendum fore in fine cujuslibet termini quindennialis, adhuc intelliguntur ſe conformaſ- 12
ſe diſpoſitioni Juris communis, quod terminos, ſeu (ut vulgò dicitur) paghas in fine cujuslibet termini ſolvi mandat, *Pacion. de locat. & conduct. cap. 37. num.21.*

IV. Quia ſicuti quando fit mentio de anno, intelligitur de perfecto, præſertim in materia, ut iſta, obligatoria, & ſic odioſa, ac præjudiciali, in qua agitur de ſolvendo reiteratis vicibus, dum magis propriè dicitur annus, quando eſt perfectus, quàm quando eſt imperfectus; quinimmò annus non eſt in rerum natura, ubi eſt imper- 13
fectus, cùm aliquid dicatur eſſe tale, quod eſt magis tale *l. majores* 3. ibi: *qui ingreſſus eſt ſeptuageſimum annum, nondùm egreſſus, hac vacatione non utetur, quia non videtur major eſſe ſeptuaginta annis, qui annum agit ſeptuageſimum ff. de jure immunitat. Antonell. de temp. legal. lib.4. cap.1. n.7. Pignatell. conſult. can. tom.1. conſult. 309. n.2. & conſult. 11. n.1. cum ſeqq. ac ſignanter nu.47. cum ſeqq.*

ſeqq. Surd. deciſ. Mantuan. 178. nu. 12. cum ſeqq. ubi Hodierna n. 1. Rota coram Innocentio X deciſ. 543. n. 6. & in annotat. n. 12. cum ſeqq. & in recentior. deciſ. 175. nu. 7. par. 1. ita quando ſit mentio de quindennio, intelligendum eſt de perfecto ad minùs gravandum debitorem, cujus reſpectu materia eſt odioſa, vel ſaltem mixta reſpectu Domini directi, cujus reſpectu eſt favorabilis, eo quòd eodem modo quindennium magis propriè dicitur quindennium, quando eſt perfectum, quàm quando non eſt perfectum, quinimmò nec dicitur in rerum natura quindennium, ubi non eſt perfectum, ac per conſequens æquitas ſuadet, ut non debeatur quindennium, niſi in fine quindennii, quando ſuam recipit perfectionem, undè fit, quòd in termino plurium annorum, qui in
14 quindennio inſunt, ultimus annus non habeatur pro completo, *Antonell. de temp. legal. lib. 4. cap. 1. nu. 7. in fine*, ſicuti ſervus veteranus ad differen-
15 tiam novitii dicitur ille, qui integro ſerviit anno *l. fin. §. Quotiès 3. ff. de publican. & vectigal.*

V. Quia in materia habente tractum ſucceſ-
16 ſivum, qualis eſt noſtra quindennialis, ac de per ſe non parùm odioſa, vel ſaltem mixta, tempus debet eſſe completum uſque ad ultimum momentum termini, *Vela diſert. 18. nu. 14. in fine*, *Rota recentior. dec. 208. nu. 3. in fine par. 1.* prout
17 etiam dicimus de filia, quæ in corpus ſuum peccavit, quòd debeat eſſe completus vigeſimus quintus ætatis annus ad evitandam pœnam exhæredationis, cùm tunc Patri imputandum ſit, quòd filiæ nuptias tandiù diſtulerit, veluti ità interpretantur capitales *textus in Auth. ſed ſi poſt C. de inoffic. teſtam. & in Novella ut cùm de appellat. cognoſcitur §. alud quoque, Antonell. de temp. legal. lib. 2. cap. 84. n. 6. Sanchez de matrimon. tom. 1. lib. 4 diſp. 24. n. 9. Merlin. de legitima lib. 4. tit. 1. q. 5. n. 26. Barboſa in dic. Auth. ſed ſi poſt n. 4. cum ſeq. alter Barboſa in l. 1. n. 40. par. 4. ff. ſolut. matrimon. Rota de privileg. mulier. cap. 1. n. 59. cum ſeqq. Ægidius de privileg. honeſtat. artic. 7. nu. 4. cum ſeqq. Narbona de ætate anno 30. q. 10. n. 12. cum ſeq. Tiraquell. de legib. Connubial. leg. 6. n. 39. Paſchal. de patr. poteſt. par. 2. c. 5. n. 17.* idemque diſponit noſtra *Ordinatio Regia Portugalliæ lib. 4. tit. 88. §. 1. & lex Regia Caſtellæ 5. tit. 7. partit. 6. & lex 10. tit. 1. partit. 4.* ac in ſimili de filia abſque pœna exhæredationis nubere valen-
18 te citrà conſenſum Parentis poſt ætatem trigeſimi anni in Hiſpaniis juxta *legem 6. fori tit. 1. lib. 3. Narbona de ætate anno 30. quæſt. 10. nu. 11. cum ſeqq.*

VI. Quia ſicuti actus aliquis, antequàm com-
19 pletus ſit, propriè dici non poteſt actus, *extravag. ad conditorem 3. in med. verſiculo quòd autem hoc nequeat fieri, Joannis XXII. de verb. ſign.* ibi: *quod non eſt, nequaquam haberi poteſt &c. actus ipſe in rerum natura, niſi in potentia non exiſtit, cùm autem actus eſt in fieri, nec adhùc quòd ipſe actus in rerum natura ſit, poteſt dici, licet pro eo, quòd ſit in fieri, dici poſſit, quod enim de actu, qui eſt in fieri, præteriit, vel futurum eſt, jam non eſt in rerum natura &c. quod autem in præſenti ſit, momentaneum, vel inſtantaneum eſt &c. undè non poteſt haberi pro tunc, niſi pro momento illo, ſeu inſtanti, in quo cùm ſit, poteſt dici actum poſt*
20 *actum completum &c.* ità quindennium, antequàm ſuo tempore debeatur, non poteſt propriè dici debitum.

VII. Quia aliàs orirentur lites, ſi quindennium ſolveretur in initio cujuſlibet quindennii, poſſet enim accidere, quòd poſt ſolutum quindennium mutaretur Dominus directus, & iſte novus Dominus prætenderet ſibi ſolvi quindennium, allegando malè ſolutum fuiſſe antiquo Domino tanquàm intempeſtivè, ac præmaturè quindennium tunc nondùm debitum, adeò, ut manus mortua, quæ ſolverat quindennium, actura eſſet condictione indebiti contrà antiquum Dominum, vel ejus hæredes; undè ad obviandum litigiis tuta, & æqua videtur noſtra 21
opinio de ſolvendo quindennio in fine quindennii.

VIII. Quia promiſſor, ſeu debitor quindennii, moroſus eſſe dici nequit, niſi integer terminus ad ſolvendum quindennium priùs labatur, cùm ultima dies termini cedere debeat com- 22
modo promiſſoris, qui nec priùs dicitur eſſe in mora, ac per conſequens antè lapſum quindennii non tenetur ſolvere quindennium *§. Omnis ſtipulatio 2. Inſtit. de verb. oblig.* ibi: *ſtatim quidem debetur, ſed peti priùs, quàm dies venerit, non poteſt &c. totus is dies arbitrio ſolventis tribui debet, neque enim certum eſt eo die, in quem promiſſum eſt, datum non eſſe, priuſquàm is prætererit, §. qui hoc anno 25. Inſtit. de inutil. ſtipulat.* ibi: *qui hoc anno, aut hoc menſe dari ſtipulatus eſt, niſi omnibus partibus anni, vel menſis præteritis, non rectè petet, l. qui hoc anno 42. l. eum, qui 138. ff. de verb. oblig.* ibi: *eum, qui certarum nundinarum diebus dari ſtipuletur, primo die petere poſſe Sabinus ait, Proculus autem, & cæteri diverſæ Scholæ auctores, quandiù vel exiguum tempus ex nundinarum ſpatio ſupereſſet, peti poſſe exiſtimant, ſed ego cum Proculo ſentio. l. ſi in annos 49. ff. de condit. & dem.* ibi: *ſi in annos, decem hæres dare damnatus, aut quis liber eſſe juſſus eſt, noviſſimo ejus temporis die legatum debebitur, & libertas obtingit, l. operas 3.* ibi: *operas ſtipulatus, antè peractum diem operam ejus diei petere non poteſt, l. ſiquis hac lege 13. §. judicium 2.* ibi: *præterire autem non poſſunt, antequàm incipiant cedere, l. quotiès 24.* ibi: *peti quidem non poſſunt, niſi præteritæ, ff. de oper. libert. l. 1.* ibi: *nec antè in rerum natura eſt, quàm ſi is dies venit, quo præſtanda eſt, ff. de oper. ſerv. l. cedere diem 213. ff. de verb. ſig.* ibi: *cedere diem ſignificat incipere deberi pecuniam, venire diem ſignificat eum diem veniſſe, quo pecunia peti poſſit. Ubi purè quis ſtipulatus fuit, & ceſſit, & venit dies, ubi in diem, ceſſit dies, ſed nondùm venit &c. l. ſi dies 21.* ibi: *dies quidem legati ſtatim cedit, ſed antè diem peti non poteſt, & l. Firmio 26. §. pater annua 2. in fine* ibi: *non initio cujuſque anni peti pecuniá oportere &c. ff. quando dies legati cedat, l. in omnibus 6.* ibi: *niſi noviſſimus totus dies compleatur, non finit obligationem ff. de oblig. & action. l. ex his verbis 5.* ibi: *non cœptum enim annum, ſed impletum &c. expectandum eſſe, Juris prudentibus placuit, C. quando dies legati cedat, l. ſi cui legetur 49.* ibi: *cùm quatuordecim annorum erit, certo Jure utimur, ut tunc ſit quatuordecim annorum, cùm impleverit, & ità Imperatorem decreviſſe Marcellus ſcripſit, juncto §. hoc autem legatum 2.* ibi: *quamdiù quartus decimus annus ſit completus &c. ex die completi quarti decimi anni ſtatim cedere &c. ff. de legat. 1.*

IX. Quia ſicuti anniculus non dicitur ſtatim
ut natus eſt, ſed cùm dies ultima anni incœpit,
23 & anniculus amitti dicitur, qui extremo anni
die moritur *l. anniculus* 132. *la* 1. *l. anniculus* 134.
la 2. *ff. de verb. ſignif.* ità quindennium non di-
citur ſtatim ut natum eſt, ſed cùm dies ultima
quindennii incœpit.

X. Quia ſicuti in præſcriptione triginta an-
24 norum, quæ eſt odioſa, in fine trigeſimi anni
eſt allegabilis præſcriptio, *Antonell. de temp. le-
gal. lib.* 4. *cap.* 1. *n.* 5. ità in materia quindennii,
25 quæ eſt etiam odioſa, in fine cujuslibet quinden-
nii ſolvendum erit quindennium.

XI. Quia ſicuti Decimæ perſonales regula-
26 riter debentur dumtaxat in fine anni, *Moneta de
27 decim. cap.* 6. *qu.* 2. *n.* 11. ità quindennium deci-
mæ ſimile debetur dumtaxat in fine cujuslibet
quindennii.

XII. Quia ſicuti ſolutio relevii inducta ex
generali conſuetudine in materia feudali, ab-
breviari, ſeu anticipari nequit, tanquàm habens
præfinitum tempus in gratiam debitoris, à quo
28 antè tempus exigi nequit, *Capan. de jure relev.
par.* 5. *q.* 27. *n.* 12. *cum ſeqq.* ita ſolutio quinden-
29 nii relevio ſimilis etiam ex generali conſuetudi-
ne dilata ad quodlibet quindennium, & ſic fa-
vore debitoris, ſeu emphyteutæ manus mortuæ,
nec poterit abbreviari.

Quibus adductis in confirmationem noſtræ
opinionis, adhùc ſequentia ſeſe offerunt tria
objecta, quæ videntur illam non parùm labefa-
ctare.

I. Quidem quia ſicuti in pluribus negociis
30 annus cœptus habetur pro completo, ità, ut in
principio anni res debeatur, antequàm integer
annus labatur *l.* 1. ibi: *placuit, eum, qui Kalen-
das, quaſi annum vigeſimum compleverit, poſſe
manumittere &c. Jam autem minor non eſt, qui
diem ſupremum agit anni vigeſimi, ff. de manumiſſ.
l. ſi ità* 41. ibi: *ſi ità fuerit libertas relicta Stichus
ſervus meus anno duodecimo, poſtquàm ego mor-
tuus ero, liber eſto, veriſimile eſt, principio duo-
decimi anni eum liberum eſſe &c. duodecimus an-
nus eſt, cùm quamtumlibet ex duodecimo anno ve-
niſſet, aut præteriiſſet, & qui duodecimo anno li-
ber eſſe juſſus eſt, ff. de manumiſſ. teſtam. l. ad
Rempublicam* 8. ibi: *annus autem vigeſimus quin-
tus cœptus pro pleno habetur &c. ff. de munerib.
& honorib. l. qui filium, & filiam* 74. §. *Sabinus*,
vel (ut alibi) *Fabius Antonianus* ibi: *cùm ad an-
num vigeſimum ætatis perveniſſet &c. quòd ſi an-
tè annum vigeſimum deceſſiſſet filius annum agens
plenum nonum decimum, & ingreſſus vigeſimum,
nedum tamen eo expleto deceſſit &c. eum annum,
quem quis ingreſſus eſſet, pro impleto numerari
&c. ff. ad Senatuſcònſult. Trebellian. l. ſi maritus* 15.
§. *lex Julia* 6. *in fine* ibi: *Minorem viginti quin-
que annis etiam eum accipimus, qui vigeſimum
quintum annum ætatis agit, ff. ad leg. Jul. de ad-
ulter.* ita quoque quindennium cœptum haben-
dum eſt pro completo ad effectum, de quo agi-
tur, nempè ad ſolvendum quindennium in prin-
cipio intrantis cujuslibet quindennii.

II. Quia ſicuti annuum legatum debetur le-
31 gatario in principio cujuslibet anni *l. nec ſemel
diem* 12. §. 1. ibi: *ſed utrùm initio cujuſque anni,
an verò finito anno cedat, quæſtionis fuit, & La-
beo, & Sabinus, & Celſus, & Caſſius, & Ju-
lianus in omnibus, quæ in annos ſingulos relinquun-
tur, hoc probaverunt, ut initio cujuſque anni, hu-
jus legati dies cederet, &* §. *ſed & ſi quotannis* 4.
ibi: *mihi videtur etiam in hoc initium cujuſque
anni ſpectandum, ff. quando dies legat. ced. l.* 1.
ibi: *ab initio cujuſque anni exigendi ea habebis fa-
cultatem, C. eod.* notat *Antonell. de temp. legal.
lib.* 2. *cap.* 43. *n.* 11. *cum ſeqq.* ità quindennium
adinſtar annui legati videtur ſolvendum eſſe in
principio cujuslibet quindennii.

III. Quia ſicuti, ubi *S. Concil. Tridentin.* exi- 32
git integrum, ac completum tempus, id expri-
mit, ut in emittenda regulari profeſſione in de- 33
cimo ſexto anno *ſeſſ.* 25. *de Regular. cap.* 15. aliàs
non exprimens, intelligitur velle ſolummodò
tempus cœptum, ut in promotione ad Subdia- 34
conatum in vigeſimo ſecundo anno, ad Diaco-
natum in vigeſimo tertio anno, & ad Præsbi-
teratum in vigeſimo quinto anno *ſeſſ.* 23. *de Re-
form. cap.* 12. veluti advertit *Antonell. de temp.
legal. lib.* 2. *cap.* 12. *n.* 2. *cum ſeqq.* ità ubi conſue-
tudo non expreſſit, quòd tempus quindennii ad
illius ſolutionem debeat eſſe completum, vide-
tur ſatis eſſe, quòd ſit cœptum, cùm aliàs id
expreſſiſſet.

His tamen, & ſimilibus in nihilum turbanti-
bus, firma remanet noſtra opinio.

Non quidem obſtat I. Objectum, quia in
tantum quandoque tempus cœptum habetur
pro completo, in quantum agitur de aliqua ſpe-
ciali cauſa, quæ ad id inducat, puta favore li-
bertatis, quæ moræ impatiens eſt, uti naturalis, 35
l. ſi ità 41. *in fine, ff. de manumiſſ. teſtam.* ibi: *com-
penſanda etenim eſt hæredi libertatis celeritas præ-
maturæ pecuniarum ſolutioni*, ideoque facit, ut
tempus cœptum habeatur pro completo, præ-
ſertim quando à teſtatore libertas relinquitur 36
certo tempore, ex conjecturata voluntate de-
functi, veluti ponderatur in *cit. l. ſi ità* 41. ibi:
nam hoc mortuum ſenſiſſe, & obſervat *Antonell.
de temp. legal. lib.* 2. *cap.* 42. *num.* 21. *cum ſeq.* nos
autem verſamur potiùs in caſu ſervitutis, quàm
libertatis, etenim agitur de ſolvendo quinden-
nio, undè potiùs ſerotinùs, quàm citò videtur
illud ſolvendum, & ſic in fine cujuslibet quin-
dennii, non verò in principio, nec à materia
legati favorabilis, quale eſt illud libertatis, ar-
guendum ad materiam quindennii odioſi, nec 37
ad contractus, *Tondut. reſol. par.* 3. *cap.* 136. *n.* 7.
in principio Phænut. de moment. tempor. cap. 30.
n. 10. *in principio*, prout nec facit in contrarium
allegata *l. ad Rempublicam* 8. quia eſt ſpeciale in 38
honoribus, veluti in eodem textu ſubnectitur ibi:
*hoc enim in honoribus favoris cauſa conſtitutum eſt,
ut pro plenis inchoatos accipiamus, ſed in his ho-
noribus, in quibus Reipublicæ quid eis non com-
mittitur; cæterùm cum damno publico honorem eis
committi non eſt dicendum, etiam cum ipſius per-
nicie minoris*.

Undè colligitur, quòd etiam in materia favo-
rabili ex una parte, ſed odioſa, ſeu præjudicia- 39
li ex alia ob damnum alterius partis annus cœp-
tus tunc non habendus ſit pro completo, ut ait
Pignatell. conſult. can. tom. 1. *conſult.* 309. *nu.* 2.
Paſqualig. qu. moral. can. centur. 1. *qu.* 1. *n.* 10. *in
fine*; hinc eſt, quòd nova *Regia noſtra Ordinatio* 40
Portugalliæ lib. 1. *tit.* 87. §. 1. *& tit.* 93. nec non
antiqua lib. 1. *tit.* 73. in Officialibus publicis exi-
git

git ætatem 25. annorum completorum ibi:*naom paſſando de idade de 25. annos &c.e ſendo Juiz dos Orfaos, ſerà de idade de 30. annos, e dahi para cima &c.* ideſt non excedendo ætatem 25. annorum &c. cùmque fuerit Judex Orphanorum, erit ætatis 30. annorum, & illinc ultrà &c. & advertit *Valaſc. alleg.7. cum ſeqq.*

Minùſque movet citata *l. qui filium* 74.§. *Sabinus* 1. quia etiam hoc eſt ſpeciale ex quadam æquitate, in favorabilibus favore filii, cui reſtituenda erat hæreditas, cùm ad vigeſimum ætatis annum perveniſſet, quantunvis de rigore
41 tis annum perveniſſet, quantunvis de rigore
verbi *perveniſſet*, deberet agere vigeſimum annum completum, veluti inſinuatur in textu ibi: *motus & æquitate rei*, & obſervat *Cala de feriis qu.4. num.697. & 784. Antonell. de temp. legal. lib.4. cap.1. n.9. Caruſ. Sylv. termin. arb.10.n.20. Thænutius de moment. tempor. cap.30. n.14. in fine, Leoncill. de privileg. paupe. parte 2. privileg.385. num.2.*

Non obſtat II. Objectum, quia à legato,
42 quod eſt favorabile, ut ſuprà jam inſinuavi, non
benè arguitur ad contractum, præcipuè in materia odioſa, qualis eſt quindennialis, ſatis eſt
43 aſſerere, quòd in ſtipulationibus, & contractibus, immò in omnibus ferè actibus tempus debet eſſe completum, *Thænut. de mom. temp.c.30. n.10. in principio verſiculo quod hæc concluſio, Cala de feriis qu.4. nu.581. cum plurib.ſeqq.* Ultraquamquòd nec etiam in legato conditionali
44 tempus cœptum habetur pro completo, ut in *l. ex his verbis in fine C. quando dies legati cedat* ibi: *ut eo tempore ſolutio fiat, quo Severina, ſi rebus humanis ſubtracta non fuiſſet, vigeſimum quintum annum ætatis impleſſet, non cæptum enim annum, ſed impletum, ſi de emolumento relicti fideicommiſſi tractetur, expectandum eſſe Juriſprudentibus placuit*, quod comprobatur quoque ex *l. ſi Titio* 22. *ff. eod.* ibi: *ſi Titio, cùm is annorum quatuordecim eſſet factus, legatum fuerit, & is antè quartum decimum annum deceſſerit, verum eſt, ad hæredem ejus legatum non tranſire, quoniam non ſolùm diem, ſed & conditionem hoc legatum in ſe continet ſi effectus eſſet annorum quatuordecim. Qui autem in rerum natura non eſſet, annorum quatuordecim non eſſe non intelligeretur &c.* meliùſque comprobatur ex *l. ſi cui legetur* 49. *ff. de legat.*1. ibi: *ſi cui legetur, cùm quatuordecim annorum erit, certo Jure utimur, ut tunc ſit quatuordecim annorum, cùm impleverit*, juncto §. *hoc autem legatum* 2. ibi: *hoc autem legatum & conditionale eſt, in diem, conditionale tamdiù, quamdiù quartus decimus annus ſit completus &c. & ideò ſiquidem antè quartum decimum annum deceſſerit, ad hæredem nihil tranſit, certè poſteà ad hæredem transfert, quòd ſi teſtamenti facti tempore minor quatuordecim annis filius inveniatur, puto tempus &c. ex die completi quarti decimi anni ſtatim cedere, niſi evidens alia mens probaretur teſtatoris aliud ſentientis, l. non putabam* 48.*ff. de condition. & demonſt.* ibi: *non putabam diem fideicommiſſi veniſſe, cùm ſextum decimum annum ingreſſus fuiſſet, cui erat relictum, cùm ad annum ſextum decimum perveniſſet, & ità etiam Aurelius Imperator ad appllationem ex Germania judicavit, l. ſi in annos* 49. *ff. eod.* ibi: *ſi in annos decem hæres dare damnatus, aut quis liber eſſe juſſus eſt, noviſſimo ejus temporis die legatum debebitur, & libertas obtingit, l. libertis* 18.§. *hæredibus* 2. *ff. de aliment. legat.* ibi: *cùm ad annum vigeſimum quintum perveneris &c. Sejus annum vigeſimum quintum expleturus fuiſſet, ſi ſupervixiſſet &c. non antè deberi, quàm id tempus ceſſiſſet.*

Non obſtat. III. Objectum, quia conſuetudo, quæ introduxit ſolutiones quindenniorum 45
de Jure ignotorum, ut quantò minùs poſſibile ſit, deroget Juri *cap. cùm dilectus* 8. *in fine de conſuetudine, Carleval. in Apologia adversùs quaſdam deciſiones Roviti poſt Tract. de judic. tom.2. n.27. in principio verſiculo præſertim cùm idem*, in omiſſis cenſetur ſe conformare cum diſpoſitione Juris, de Jure autem ex deductis habemus, quòd ad exigendum, tempus debet eſſe completum.

Verumtamen haud diſſiteor, poſſe dari caſus,
in quibus quindennium ſolvendum ſit in princi- 46
pio cujuslibet intrantis quindennii, & enumerari poſſunt ſequentes.

I. Caſus eſt, ſi inter partes conventum fuerit de ſolvendo quindennio in principio, cùm pa-
ctum ſit altera lex, immò rumpat legem, & re- 47
cedere faciat à regulis in contrarium ad *textum in cap. qualiter* 3. *de pact. l. ſi cùm dotem* 22. *ff ſolut. matrim. l.*1.§. *ſi convenit* 6. *ff. depoſiti l.*1.*l. ea lege* 51. *in principio verſiculo in hujuſmodi obligationibus ff. locati, l. legem* 16. *C. eod. l. legem* 10. *C. de pact. l. fin. C. de pact. convent. Pacion. de locat. & conduct. cap.37. n.4. Corbul. de cauſ. privation. Emphyteuſ. tit. de cauſ. privat. ob non ſolut. canon. q.8. n.1. Fulgin. de jure Emphyt. tit. de ſolut. canon. qu.8. n.1. Gratian. diſc.376. n.28. Rota recentior. dec.325. n.3. cum ſeqq. par.19.*

II. Caſus eſt, ſi vigeat contraria conſuetudo ſolvendi quindennium in principio, cùm tunc
cenſeantur partes cum ea ſe conformare voluiſſe 48
per *text. in l. excepto tempore* 18. *C. locat. Corbul. de cauſ. privation. Emphyteuſ. tit. de cauſ. privation. ob non ſolut. canon. qu.8. n.1. Fulgin. de jure Emphyt. tit. de ſolut. Canon. qu.8. n.1. Pacion. de locat. cap.37. n.5. cum ſeq. Gratian. diſc.376. n.28. Fontanella dec. Cathalon.280. n.20. par.1. Rota dec.325. n.5. par.19. recentior.* legis enim habet
vigorem conſuetudo, ideoque unicè attendenda 49
cap. cùm dilectus 8. *cap. cùm conſuetudinis* 9. *de conſuetud.* §. *conſtat.*3. *Inſtit. de jure naturali, gentium, & civili, l. minimè* 23. *l. ſi de interpretatione* 37. *l. de quibus* 32. *ff. de legibus, l.*1. *&* 2. *C. quæ ſit longa conſuetudo.* Prout tenet conſuetudo, quòd Decimæ prædiales ſolvantur certo tempore. *Caſtill. de tertiis cap.32. nu.9. in fine, Fontanella de pact. nuptial. tom.1. clauſ.4. gloſ.19. par.1. n.28. Moneta de decim. cap.6. qu.2. nu.15. cum ſeq. Cortiada deciſ. Cathalon.25, n.2. cum ſeq. tom.3.*

Non omittendum, quòd ad hoc, ut in conſuetudine, ſeu obſervantia anticipatè ſolvendi fundetur intentio Domini directi, articulandum eſſet, vel in loco vigere generalem conſuetudinem ſolvendi quindennium in principio cujuslibet quindennii per actuum frequentiam, eamque eſſe notam, vel particularem adeſſe circà Emphyteuſim hujus, vel illius Domini directi, eandemque pariter diùfrequentatam, ac eſſe notam, non autem ſufficit, quòd quandoque aliqua manus mortua ſolverit quindennium in principio, & ſic rarò, cùm hoc ex actu faculta-

50 tivo procedere potuerit, nec indè inducatur
obſervantia impoſterum ità ſemper ſolvendi,
*Marciott. var. reſ. lib.2.cap.10.n.1. in fine, Phe-
nut. de moment. temp. cap.10. n.8. Maſcard. de
gener. Statut.interpret. conc.6. n.90. Piag. de con-
ſuetud. qu.13. n.97.*

Immo etiamſi eadem manus mortua, quæ re-
nuat quindennium in principio ſolvere, aliquan-
do illud in principio ſolverit, eo quòd benè il-
lud potuit quandoque antè terminatum quin-
dennium ſolvere, cum tempus ſolvendi colla-
tum ſit in favorem ipſius manus mortuæ, cui re-
51 nunciare poteſt pro aliqua vice, nullum hinc
ſibi parans præjudicium in futurum circà anti-
cipationem ſolutionis quindennii, ut in ſimili
ait *Rota dec.388. num.2. par.19. recentior.* poteſt
enim dari caſus, quòd etiam ex aliquo acciden-
ti, ſivè aliqua urgente neceſſitate, quæ non ha-
bet legem, nec tempus, forſitan ſolutum fuerit
quindennium ex eo nempè, quòd Dominus di-
rectus rogaverit manum mortuam, ut eidem
52 rem gratam faciendo, ſolveret in principio quin-
dennium, cùm quò citiùs à loco, ubi illud ſol-
vendum foret, diſceſſurus eſſet, vel ex alia juſta
cauſa, ut ad propoſitum *Rota recentior.dec.560.
n.20. par.19. tom.2.*

Undè ſi modò conſuetum fuerit ſolvi quin-
dennium anticipatè, & modò poſticipatè, tunc
ob actuum deformitatem (quando uniformitas
requiritur) non induceretur conſuetudo tan-
quàm non uniformis, & ſufficeret unicus actus
difformis, ſeu contrarius præſertim in materia,
ut iſta odioſa, per quem redeundum eſt ad Jus
53 commune, quo cavetur, ut ſolutiones fiant in
fine, *Antonell. de loc.legal. lib.2. cap.38.n.2.cum
ſeq. Pignatellus conſult. can. tom.9. conſult.144.
n.8. Saminiat. contr.14. n.77. Prat. diſc.36.n.14.
cum ſeqq. tom.1. Gallina de verb.ſign.lib.10.c.37.
n.2. Giurba in Conſuetud. Meſſan. probem. nu.15.
Gratian. diſc.126.n.8. & diſc.561. n.26. cum ſeq.
& diſc.679. n.12. Tondut. reſol.par.3. cap.155.
n.7. cum ſeq. Galeota controv. cap.28. n.61. cum
ſeq. Larrea alleg. fiſcal. par.1. alleg.50.n.30.cum
ſeqq. & par.2. alleg.94.n.9.Menoch.de præſ.lib.4.
præſ.31.n.8. Conciol. alleg.14. num.48. cum ſeqq.
Staiban. reſol. for.tom.2. reſ.130. n.24. Caſtill.dec.
Sicil.18. n.42. tom.1. Rota Bonon. dec.40. nu.47.
cum ſeqq. Barz. dec. Bonon.95. num.7. & 10. &
dec.98. n.3. Fontanella dec. Cathalon.324. n.8. &
dec.337. n.23. par.2. Peregrin dec.Patav.78.n.2.
in princip. Sperell.dec.67.n.23. cum ſeq. & dec.91.
n.78. Thomat.dec.Macerat.240.n.11. & 13.tom.2.
Rota coram Coccino dec.1552. nu.12. Innocent.X.
dec.288. n.5. Card. Millin. dec.156. nu.3. dec.19.
nu.6. par.2. diverſ. & in recentior. dec.65. n.16.
par.1.dec.112.n.5. & dec.441.n.2.par.2. dec.280.
n.3. par 3. dec.336. nu.7, parte 5. tom.1. dec.208.
n.16. par.17. dec.53. n.7. par.18. dec.752. nu.7.
& dec.538. n.25. & dec.820. nu.22. ead. par.18.
tom.2.* Adeò, ut hujuſmodi conſuetudo varia di-
54 catur modò alba, modò nigra, *Scaccia de judic.
lib.2. cap.8. nu.350.* conſuetudo enim reducens
55 tempus ſolutionis ad Jus commune, dicitur fa-
vorabilis ad *text. in l. quidem cùm filium 132.ff.
de verb. oblig. l. quæro 54.§. inter locatorem 1. ff.
locat. l. ſi unus 27.§. quod ſi non 2.ff.de pact. Prat.
diſc. for. tom.4. cap.32. n.29. Maſcard. de general.
Statut. interpret. conc.2.nu.170.* è contrà conſue-
tudo contrà Jus dicitur odioſa, ac oneroſa, *Piag.* 56
de conſuetud. qu.12. n 28. cum ſeq. prout nec in-
duceretur conſuetudo in caſu ex actibus per er- 57
rorem factis, ſi fortaſſè erroneè, ac inadverten-
ter fuerit aliquando ſolutum quindennium in
principio ad *text. in l. quod non ratione 39. ff. de
legibus, Amoſtaz. de cauſ. piis lib.5. cap.8.n.44.
Tranchedin. conſult. for. tom.2. conſult.66. nu.39.
Rota coram Coccino dec.1552. n.17.*

In nihilum obſtante contrario brocardico,
quòd error communis facit jus ex capitali *textu* 58
in l.Barbarius 3. ff.de offic.Prætor. quia procedit,
quando error eſſet communis, & univerſalis, 59
non quando, ut in caſu, error eſt particularis,
unius nempè emphyteutæ manus mortuæ, vel
quando ageretur de ſubſtinendo aliquid ob pu-
blicam utilitatem, *Rota in recentior.dec.255.n.4.
par.1. dec.112. nu.6. & dec.497. nu.2. par.2.*

Non tamen omittendum, quòd ad inducen-
dum actuum difformitatem non ſufficit, fuiſſe
ſolutum quindennium modò in principio, mo-
dò in fine per aliquas tantùm manus mortuas
emphyteutas, & per aliquos tantùm Dominos
directos fuiſſe exactum quindennium modò in
principio, & modò in fine, ſed neceſſe eſt, illud
fuiſſe modò ſolutum in principio, & modò in
fine per plures manus mortuas, vel per majorem 60
earum partem, & ità reſpectivè exactum per plu-
res Dominos directos, vel eorum majorem par-
tem, *Cancer.var.reſol.par.3.cap.7.n.175. Chartar.
dec. Mediolan.94. n.103. Afflic.deciſ.Neapol.321.
nu.17. & dec.388. num.7. Rota Bonon deciſ.140.
n.46.* & ex duplici conſuetudine ſemper ultima,
ſivè proxima venit attendenda, ſivè illa fuerit 61
ſolvendi quindennium in principio, ſivè ſolven-
di in fine, *Caballin.milleloqu.Jur. par.2. millelo-
qu.830. num.1. Maſcard. de gener.Statut. interpr.
conc.8. nu.9. cum ſeqq. Piag. de conſuetud. qu.14.
nu.67. cum ſeqq. Card. Mantica de tacit.& ambig.
convent. tom.1. lib.3. tit.9. num.76. Antonell. de
temp. leg. lib.1. cap.78. nu.18. Merlin. Pignatell.
contr. for. cent.2. cap.33. nu.23. Niger de laudem.
tom.1. qu.4. artic.5. nu.12. Anchaian.famil.Jur.
quæſt. lib.3. qu.8. num.17. Calvin.de æquit. lib.2.
cap.151. n.53. Pacion.de locat.& conduct.cap.17.
nu.16. cum ſeqq. Salas de legibus qu.97. tract.14.
diſp.19. ſect.13. nu.98. in fine, Rota coram Card.
Puteo dec.174. nu.4. lib.1. deciſ.37. nu.35. par.2.
diverſ. dec.222. nu.28. cum ſeq. par.15. recentior.*

Hinc eſt, quòd legata alimenta ſolita præſta-
ri à legante, intelliguntur legata illa, quæ in 62
morte præſtari ſolebant, non quæ per prius præ-
ſtabantur juxta capitalem *text. in l.Mela 14.
§. Sed & ſi generaliter 2. ff. de aliment. legat.* ibi:
*Sed ſi alimenta, quæ vivus præſtabat, reliquerit,
ea demùm præſtabuntur, quæ mortis tempore præ-
ſtare ſolitus erat, quare ſi fortè variè præſtiterit,
ejus tamen temporis præſtatio ſpectabitur, quod
proximum mortis ejus fuit. Quod ergò ſi, cum te-
ſtaretur, minùs præſtabat, plus mortis tempore,
vel contrà? adhùc erit dicendum, eam præſtatio-
nem ſequendam, quæ noviſſima fuit.* Hinc pro-
miſſo Salario conſueto, intelligitur de ultimo,
*Rebuff. in Reg. Conſtitution. Gall. probæm. gloſ.5.
num.12.* hinc in cauſa ſtatus inſpiciendum eſt 63
ultimum tempus *l.ſi mater 6.C.nè de ſtat.defunct.*
ibi: *An autem pro ingenua in die mortis egerit, in
judicio requiretur. Quòd ſi varietas interveniat,
poſte-*

poſteriora tempora ſpectari convenit, hinc ex duabus cauſis poſſidendi, ultima prævalet *l. Siquis antè 10. ff. de acquir. poſſeſſ.* ibi: *potiùs enim hoc procedere videtur, quod noviſſimè factum eſt, &*
64 *hoc Pomponius ait*, hinc brocardicum, quòd poſteriora derogant prioribus tàm in legibus, quàm in pactis, contractibus, & ultimis voluntibus, in Statutis, & ſententiis *l. ſed & poſteriores 28, ff. de legibus, l. ſi unus ex argentariis 27. §. Pactus 2. ff. de pact. l. pacta noviſſima 12. C. cod.* ibi: *pacta noviſſima ſervari oportere, tàm Juris, quàm ipſius rei æquitas poſtulat*, hinc in beneficialibus, & in quaſi poſſeſſione Juriſpatronatus
65 attenditur ultimus ſtatus juxta tritum in ore Beneficialiſtarum *textum in cap. conſultationibus 19. de jurepatronat.* hinc denique in omni
66 materia ultimus inſpicitur ſtatus, *Barboſa axiom. 229. nu. 2. Corrad. prax. benef. lib. 1. cap. 6. nu. 293. & 310. cum ſeqq & lib. 2. cap. 8. num. 53. Lotter. de re benef. lib. 1. qu. 43. nu. 21. cum ſeqq. Roſa de exequut. lit. Apoſtol. par. 1. cap. 7. nu. 96. cum ſeqq.*

Si tamen non conſtiterit, quænam ex conſue-
67 tudinibus ſit poſterior, putarem in dubio attendendam eſſe conſuetudinem ſolvendi quindennium in fine tanquàm favorabiliorem debitori, veluti in ſimili de ſequenda in dubio potiùs con-
68 ſuetudine ſolvendi laudemium in minori ſumma, *Solſona Lucerna laudem. in prælud. 4. nu. 25. verſic. nam ſemper, Niger de laudem. tom. 1. qu. 4. artic. 5. num. 30.* & in ſimili de menſura adhiben-
69 da, quæ promiſſori utilior ſit, deque minimo in dubio ſequendo, *Antonell. de loc. legal. lib. 2. cap. 15. qu. 5. nu. 65. in fine*, cùm in caſu contrariarum inter ſe, ac diverſarum conſuetudinum
70 redeundum ſit, ut tutiùs agatur, ad Jus commune *l. nemo alieno 123. §. 1. ff. de regul. Jur. Prat. diſc. 36. nu. 15. tom. 1. Gama deciſ. Luſitan. 78. n. 1.*
71 de Jure autem eſt, ut ſolvatur in fine.

Quibus omnibus poſitis, ſuccedit haud levis difficultas, quid nimirùm dicendum in caſu, quo varia ſit conſuetudo, ità, ut in loco contractus emphyteutici ſolitū ſit ſolvi quindennium in principio, in loco autem ſitæ rei emphyteuticæ ſolitum ſit illud ſolvi in fine, vel è contrà, & in loco dominante in principio, & in illo ſerviente in fine, vel è contrà, in loco deſtinatæ ſolutionis in principio, & in loco contrahentium in fine, vel è contrà, in loco autem unius contrahentis in principio, & in loco alterius contrahentis in fine, vel è contrà; Ut verò meliùs difficultas dilucidetur, quatuor ſequentes caſus enodandi proponuntur.

I. Igitur caſus eſt, ſi in loco contractus, ſeu ubi conceſſa fuerunt bona in Emphyteuſim manui mortuæ, ſolitum ſit ſolvi quindennium in principio, in loco autem, ubi bona emphyteutica ſita ſunt, ſolitum ſit illud ſolvi in fine, vel è contrà, qualis ex duabus diverſis conſuetudinibus ſit attendenda, an videlicet illa loci contractus, an verò illa loci ſituationis rei, & puto ſervandam eſſe potiùs conſuetudinem loci rei ſitæ, quàm illam loci contractus, ſicuti in ſolu-
72 tione laudemii ſervanda eſt potiùs conſuetudo loci rei ſitæ, quàm illa loci contractus, *Niger de laudem. tom. 1. qu. 4. artic. 1. nu. 23. cum ſeqq. & per tot. & artic. 6. num. 8. cum ſeq. qu. 36. num. 39. Larath. theat. feudal. tom. 1. par. 2. dilucidat. 24. nu. 4. cum ſeq. & par. 9. dilucid. 30. num. 4. Paz de tenuta tract. 2. cap. 65. nu. 4. Gutierrez pract. qu. lib. 5. qu. 76. nu. 11. Eminentiſs. Corradin. de jure prælation. qu. 3. nu. 20. Borell. ſum. deciſion. tit. 14. nu. 87. tom. 1. Rota coram Bellamera deciſ. 1. nu. 1. cum ſeqq. de conſuetudine.*

Ad quam tenendam opinionem, vel illam tentam confirmandam ſex ſuppetunt validiſſimæ ſequentes rationes.

I. Quia ſicuti in feudo ſequenda eſt potiùs 73
conſuetudo loci ſituationis feudi, quam illa loci conceſſionis feudi *cap. 1. de feud. cognit. Capan. de jure relev. par. 5. qu. 25. nu. 11. Niger de laudem. qu. 4. artic. 1. num. 26. tom. 1.* ità in Emphyteuſi habente promiſcuam, ſeu conjunctam naturam 74
cum feudo, *Niger de laudem. tom. 1. qu. 4. artic. 1. num. 25.*

II. Quia præſtatio rei intelligitur facienda ſecundùm conſuetudinem loci, ubi tradenda 75
eſt ad *text. in l. ſemper in ſtipulationibus 35. ff. de regul. Jur.* undè emanavit veterum Juriſconſultorum formula *ſententiam prædio dari, injuriam* 76
prædio fieri, libellum denunciatorium prædio, ſivè ædibus dari, & in vectigalibus prædia ipſa, non 77
autem Dominos conveniendos *l. dies cautioni 4. §. Totiès 6. ff. de damn. infect.* ibi: *eſt tamen tutius libellum ad ipſas ædes proponere, l. Imperatores 7. ff. de publican. & vectigal.* ibi: *ipſa prædia, non perſonas conveniri, l. denique 19. ff. de jure fiſci* ibi: *quoniam res, non perſona convenitur, l. is, cui 23. ff. de nov. oper. nunciat.* ibi: *quia nunciatio operis, non perſonæ fit.*

III. Quia cùm conſuetudo ſit altera natura 78
ad *text. in l. 1. §. 1. ff. de aqu. pluv. arcend.* undè conſuetum dicitur innatum, natura ſeparari non debet à ſubjecto ſuo, & ſic à re ſita in loco, ubi illa viget, ideò quælibet hominis diſpoſitio ab 79
illa informatur, reformatur; deformatur, & regulatur, neceſſariò dicendum in ſolutione quindennii, inque regulando illius tempore ſpectandam eſſe conſuetudinē rei, ſeu Emphyteuſis ſitæ, tanquàm quid innatum, & junctum ſine ſpe ſeparationis à re ipſa, cujus cauſa inducta fuit conſuetudo, *Niger de laudem. tom. 1. qu. 4. artic. 1. num. 34.*

IV. Quia ſicuti proviſio de Beneficio intelli- 80
gitur facta juxta conſuetudinem loci, ubi illud ſitum eſt, non autem juxta conſuetudinem loci, ubi illud collatum fuit *Niger de laudem. qu. 4. artic. 1. nu. 36. tom. 1.* ità conceſſio Emphyteuſis intelligitur facta juxta conſuetudinem loci, ubi illa ſita eſt, non autem juxta conſuetudinem loci, ubi illa conceſſa fuit, cùm rectè argui valeat à Beneficio ad Emphyteuſim, quæ etiam bene- 81
ficium quodammodò dici poteſt, prout beneficium dicitur feudum, ut habetur *lib. 2. feud. tit. 23. beneficium quid ſit, & quibus modis amittatur, tit. 24. quæ fuit prima cauſa beneficii amittendi, & tit. 52. de prohibit. feud. alien.* undè benefi- 82
ciare pro infeudare, *Gonzalez in cap. ex parte 2. nu. 7. in fine verſiculo hinc beneficiare, de feud.*

V. Quia quando, prout in caſu ſolvendi quindennii, verſamur in onere rei proveniente ex 83
quadam neceſſitate reſpectu manus mortuæ illud ſolventis, vel ex facultate reſpectu Domini directi illud exigentis, inſpicitur conſuetudo loci, ubi res ipſa Emphyteutica ſita eſt *Niger de laudem. tom. 1. qu. 4. artic. 1. num. 48.*

VI. Quia

VI. Quia ſicuti in ſolutione Decimarum at-
84 tenditur potiùs conſuetudo loci , ubi res deci-mandæ ſitæ ſunt, *Barboſ. de Paroch. par.* 3. *cap.* 28. § 3. *n.* 72. *in fine verſic. aut in loco, Rota dec.* 528.
85 *num.* 4. *par.* 4. *diverſ.* ità in ſolutione quindennii, quod Decimæ ſimile eſt, attendenda venit conſuetudo loci, ubi fundus emphyteuticus exiſtit.

Nihilominùs noſtra opinio circà I. caſum ſequentibus videtur elidi quinque objectis.

86 I. Quia ſicuti vendito fundo, qui non exiſtit in loco contractus, ad menſuram cenſetur cõtracta venditio juxta menſuram loci contractus, non autẽ juxta mẽſuram loci ſituationis fundi, argumento inſignis *textus in l. Si fundus venierit 6. ff. de evict. ibi ex conſuetudine ejus regionis, in qua negotium geſtum eſt &c.* ubi *gloſ. verbo geſtum, Piagius de conſuetudine qu.* 9. *n.* 42. *cum ſeq. Card. Mantica de tacit. & ambig. convention. to.* 1. *lib.* 3. *tit.* 13. *num.* 14. *cum ſeqq. & n.* 58. *Niger de laudem. qu.* 4. *artic.* 1. *num.* 4. *tom.* 1. ità conceſſa Emphyteuſi manui mortuæ, quæ non exiſtit in loco contractus, cenſetur facta conceſſio juxta conſuetudinem loci contractus, non autem juxta conſuetudinem loci ſituationis Emphyteuſis circà ſolutionem quindennii in principio, vel in fine.

87 II. Quia ſicuti in materia monetarum prævalet conſuetudo loci contractus conſuetudini loci rei ſitæ, *Brun. de monet. præſuppoſit.* 2. *nu.* 15. *Card. Mantica de tacit. & ambig. convention. lib.* 3. *tit.* 13. *nu.* 50. *tom.* 1. *Niger de laudem. tom.* 1. *qu.* 4. *artic.* 1. *n.* 5. *cum ſeq. Antonell. de loco legal. lib.* 1. *cap.* 3. *q.* 16. *n.* 298. ità in materia ſolutionis quindennii prævalere debet conſuetudo loci contractus conſuetudinis loci emphyteuticæ rei ſitæ.

88 III. Quia ſicuti gabella ſolvenda de certo contractu, ſolvitur juxta quotam taxatam in loco contractus, non autem juxta quotam taxatam in loco rei ſitæ, *Niger de laudem. quæſt.* 4. *artic.* 1. *num.* 15. *tom.* 1. *Antonel. de loco leg. lib.* 1. *cap.* 3. *qu.* 16. *num.* 299. *cum ſeq.* ità quindennium ſolvendum eſt juxta tempus inductum à conſuetudine loci contractus, non verò juxta conſuetudinem emphyteuſis ſitæ.

89 IV. Quia ſicuti in omnibus contractibus, & actibus, & in ultimis voluntatibus ſemper attenditur conſuetudo loci contractus, & ultimæ voluntatis, ſeu teſtamenti *l. cùm de conſuetudine* 34. *l. ſi de interpretatione* 37. *ff. de legibus, l. quòd ſi nolit* 31. §. *Quia aſſidua* 20. *verſiculo ea enim ff. de ædilit. edict. l.* 1. *l. & in contraria* 37. *circà fin. verſic. eas autem ff. de uſur. l. ſi fundus* 6. *ff. de evict. l. teſtium fides* 3. §. *Teſtes* 6. *in med. ff. de teſtibus, l. ſi prius* 17. §. 1. *ff. de aqua pluv. arcend. l. tutor* 7. §. *Quæ ſint autem* 10. *in fine verſiculo ex cæteris cauſis ff. de adminiſtrat. tut. l.* 1. §. *Quod autem Prætor* 15. *in fine verſic. ſed mos regionis ff. de ventr. inſpic. l. ſi ſervus* 50. §. *Si numerus nummorum* 3. *ff. de legat.* 1. *l. nummis* 75. *ff. de legat.* 3. *l. an in totum* 3. *C. de ædific. privat. l.* 1. *C. quæ ſit longa conſuetudo, l. circà locationes* 19. *C. locati.*

90 V. Quia in conceſſionibus emphyteuticis ſervanda eſt conſuetudo loci contractus, *Rota deciſ.* 518. *num.* 1. *par.* 4. *diverſorum.*

Quibus adductis objectis non obſtantibus, adhùc benè ſtabilita remanet noſtra opinio, ut ex ſequentibus reſponſionibus ad recitata objecta videre erit.

I. Quidem objectum nullius eſt relevantiæ, quia procederet, ſi ageretur de ſolemnitate contractus, cùm etiam non ſubditi teneantur ſerva- 91
re in loco contractus, illius conſuetudines ſub pœna nullitatis actus, *Bertazzol. de clauſ. Inſtrument. clauſ.* 3. *gloſ.* 38. *n.* 1. *Antonell. de loco legali lib.* 2. *cap.* 15. *qu.* 5. *num.* 68. *cum ſeqq.* contrarium inſuper militaret in caſu, quo manus mortua emphyteuta coacta à Domino directo ad ſolvendum quindennium in principio ſecundùm conſuetudinem loci contractus, non exciperet de contraria conſuetudine Juri conformi, vigente in loco ſitæ rei emphyteuticæ, de ſolvendo quindennio in fine, cùm tunc videretur tacitè acquieſcere, & acceptare legem, ſeu conſuetudinem loci contractus, neglecta, vel prætermiſſa conſuetudine in loco ſiti fundi, ſecùs ſi manus mortua exciperet de conſuetudine ſolvendi quindennium in fine, vigente in loco bonorum ſitorum ſibi procul dubio utiliori, quaſi minùs ſolveret, cùm tardiùs ſolveret, ut in ſimili re- 92
ſpondendo ponderat *Niger de laudem. tom.* 1. *quæſt.* 4. *artic.* 1. *num.* 45. *cum ſeq.*

II. Objectum de moneta, minùs relevans eſt, quia in illa forſitan poteſt conſiderari privile- 93
gium locale, datum nempè loco, ubi contractus geſtus eſt, *Niger de laudem. qu.* 4. *artic.* 1. *num.* 50. *tom.* 1. in quindennio autem, inque illius ſolutione conſiderandum eſt privilegium partim 94
perſonale, & partim reale, datum nempè perſonæ, & rei, perſonæ quidem, ut illud ſolvatur in fine, & rei, ut illud ſolvatur juxta conſuetudinem loci, ubi fundus emphyteuticus ſitus eſt.

III. Objectum de gabella pariter inſubſiſtens eſt, quia meretur eandem reſponſionem datam ad II. objectum, ut proſequitur *Niger de laudem. loc. mox citat. num.* 50 & 54.

IV. Objectum in nihilum refragatur, quia ad ſummum procederet, quando in loco rei ſitæ non vigeret ſuper controverſia conſuetudo, nec regula in objecto adducta, ſemper eſt vera, dum 95
aliquando non ſemper attenditur conſuetudo loci contractus, & teſtamenti, ut, omiſſis aliis, habetur in *l. cùm certum pondus* 4. *ff. de tritic. vin. vel ol. legat.* ibi: *non ſolet quæri, cujus generis oleo uti ſolitus fuerit teſtator, aut cujus generis oleum iſtius regionis homines in uſu habeant &c.*

V. Objectum minoris ponderis eſt, quia procedit, quando in loco rei ſitæ non adeſſet conſuetudo contraria.

Modò progrediamur ad II. caſum ſuprà propoſitum, pro illius autem intelligentia præmittendum eſt, dici locum dominan- 96
tem ad differentiam loci ſervientis, illum, in cujus territorio, ſeu diſtrictu continentur bona emphyteutica, & è contrà ad differentiam loci dominantis dici locum ſervientem illum, in quo Emphyteutica bona reperiuntur ſita ex traditis per *Nigrum de laudem. qu.* 4. *artic.* 2. *n.* 14. *verſiculo ità & in ſolvendo, tom.* 1.

II. Caſus eſt, ſi in loco dominante ſolitum ſit ſolvi quindennium in principio, & in loco ſerviente, in fine, vel è contrà, tunc attendenda eſt conſuetudo loci ſervientis, non autẽ illa loci 97
dominantis, veluti in ſimili de laudemio *Niger de laudem. to.* 1. *q.* 4. *art.* 2. *n.* 9. *cum ſeqq. & per tot.*

In cujus opinionis tutelam ſequentes militant ſex validiſſimæ rationes.

I. Quia

98 I. Quia ſicuti Papa conferendo alicui Beneficium, illud conferre, ſeu contuliſſe intelligitur ſalvis rationabilibus conſuetudinibus loci, ubi idem ſitum eſt, non attenta contraria conſuetudine loci dominantis, nempè Romanæ Curiæ, ubi collatum fuit Beneficium, *cap. cùm olim. 6. de conſuetud. cap. licet Romanus Pontifex* 1. *de Conſtitution. in 6.* (quantunvis deficiente conſuetu-
99 dine in loco Beneficii, tunc per modum ſubſidiarium in ſupplementum ſervanda eſſet conſuetudo Romanæ Eccleſiæ, ſeu Curiæ, *cap. quis neſciat* 11. *diſtinct.* 11. *cap. ſanè ſuper eo* 2. *de temp. ordin. cap. conſilium* 2. *de obſerv. jejun. cap. ad abolendam* 9. *de hæretic. cap. in cauſis* 19. *de re judic.*) ità à fortiori & in ſolvendo quindennio, ſeu (ut meliùs dicam) in tempore ſolvendi quin-
100 dennii potiùs ſervanda eſt conſuetudo loci ſervientis, ubi nempè fundus emphyteuticus reperitur ſitus, quàm conſuetudo loci dominantis, ubi ille continetur, ut in ſolutione laudemii per medium prędicti argumenti notat *Niger de laudem. quæſt.* 4. *artic.* 2. *num.* 13. *tom.* 1.
101 II. Quia ſicuti in feudo inſpicitur potiùs conſuetudo loci ſervientis, ubi nempè feudum ſitum eſt, quàm contraria conſuetudo loci dominantis, ubi nempè feudum conceſſum fuit, *Niger de laudem. tom.* 1. *qu.* 4. *artic.* 2. *nu.* 13. ità in emphy-
102 teuſi (arguendo à feudo ad illam, ut benè fieri valet ex vulgatis) quoad tempus ſolvendi quin-
103 dennium ſivè in principio, ſivè in fine, potiùs inſpicienda conſuetudo loci ſervientis, quàm dominantis, veluti in ſimili *Niger de laudem. quæſt.* 4. *artic.* 2. *num.* 14. *tom.* 1.

III. Quia ſicuti (ut ſuprà oſtenſum eſt) quindennium eſſe ſolvendum tempore conventionis inter partes initæ, ità illud ſolvendum juxta
104 conſuetudinem loci ſervientis, arguendo (quod
105 benè fieri poteſt) à pacto ad conſuetudinem, veluti in materia laudemiali ſimili quindenniali advertit *Niger de laudem. tom.* 1. *quæſt.* 4. *artic.* 2. *num.* 16. *cum ſeqq.*
106 IV. Quia ſicuti Decimæ ſolvuntur juxta quotam taxatam per conſuetudinem loci ſervientis, ubi bona decimalia, ſeu decimanda ſita ſunt, *Barboſa de Parocho par.* 3. *cap.* 28. §. 3. *num.* 72.
107 ità quindennium ſimile Decimæ ſolvendum venit tempore introducto per conſuetudinem loci ſervientis, *Niger de laudem. q.* 4. *artic.* 2. *n.* 19. *to.* 1.
108 V. Quia ſicuti in jure retractus gentilitii, ſeu jure prothomiſeos attenditur conſuetudo loci ſervientis, ubi res retrahenda, ſita eſt, *Laſſart. de decim. vendit. & permut. cap.* 4. *num.* 39. *circà fin. Tiraquell. de retract.* §. 1. *gloſ.* 1. *num.* 1. *cum ſeqq. & gloſ.* 7. *num.* 86. *Niger de laudem. tom.* 1. *qu.* 4. *artic.* 2. *num.* 20. *& qu.* 36. *n.* 39. *Eminentiſs. D. Card. Corradinus de jure prælation. q.* 3. *num.* 20. *cum ſeqq. & qu.* 6. *num.* 27.
109 VI. Quia ſicuti quando agitur de grangiis, ſeu membris Abbatiarum, & Prioratuum, cauſa agitanda eſt in foro, ubi membra hujuſmodi ſita ſunt, non autem coram Judice loci ſuperioris, ſeu dominantis, à quo dependent ad *textum in Clement.* 1. *de reſcript.* ità quindennium ſolvendum eſt juxta conſuetudinem loci inferioris, ſeu ſervientis, ubi fundus emphyteuticus ſitus eſt, non juxta conſuetudinem loci dominantis, ſeu ſuperioris, à quo dependet ipſe fundus.

Non deeſt tamen opinio circà II. caſum ſuprà propoſitum ſequentibus infrà adductis ſeptem objectis expugnari.

I. Quia ſicuti in ſolutione laudemii potiùs eſt ſervanda conſuetudo loci dominantis, quàm illa loci ſervientis ex deductis per *Calvin. de æquitate lib.* 2. *cap.* 200. *num.* 93. *Molfeſ. ad Conſuetud. Neapol. par.* 1. *cap.* 5. *num.* 17. *Novar. quæſt. for. par.* 1. *qu.* 130. *nu.* 5. *cum ſeq. Nigrum de laudem. tom.* 1. *qu.* 4. *artic.* 2. *num.* 1. *Rot. coram Acchile de Graſſis deciſ.* 308. *aliàs* 3. *nu.* 7. *cum ſeq. de decim. Card. Cavaler. deciſ.* 95. *num.* 1. ità in ſolutione quindennii circà tempus potiùs eſt ſervanda conſuetudo loci dominantis, quàm illa loci ſervientis, cùm quindennium ex ſuprà cumulatis in *Cap. I.* ac alibi paſſim, ſit loco laudemii, ità, ut quod eſt prædicabile de laudemio, eſt quoque prædicabile de quindennio. 110 111 112

II. Quia locus ſerviens eſt veluti membrum loci dominantis *l. ut pomum* 8. §. *Si prædium* 1. 113
l. ſi cui Simplicius 9. *ff. de ſervitutib.* & tanquam membrum citrà diſſonantiam humani corporis diſcordare non debet à capite, nec diſcedere, aut ſeparari, immò tanquàm in caput incorporatum, ab eodem trahi, & cum eo inſeparabiliter unum corpus effici, *cap. cùm non liceat* 12. *de præſcription. cap. recolentes* 3. *de Statu Monachorum, Barboſa axiom.* 147. *num.* 7. *Salgad. labyr. creditor. par.* 1. *cap.* 4. *num.* 23. *cum ſeq.* undè potiùs attendenda eſt conſuetudo loci, ſeu prædii dominantis, quàm ſervientis, quando, prout hic, agitur de onere illi à natura annexo, quale eſt jus quindennii. 114

III. Quia locus ſerviens, tanquàm acceſſorium loci dominantis, ſequi debet naturam ſui principalis, & ſic ſequenda conſuetudo loci dominantis, non verò conſuetudo loci ſervientis *cap. ſi ſuper gratia* 9. *de offic. Judic. Deleg. cap. acceſſorium* 42. *de regul. Jur. in* 6. *l. cùm principalis cauſa* 138. *l. nihil dolo* 171. §. *Cùm principalis cauſa unic. ff. eod.* §. *fin. Inſtitution. de nupt. l. dotis appellatio* 3. *ff. de jure dotium, l. nam quæ acceſſionū* 2. *ff. de pecul. legat. l. ex parte* 39. §. *Duos filios* 4. *ff. famil. hercíſc. l. penu* 2. *ff. de pen. legat. l. ſi cui fundum* 5. *ff. de fund. inſtruct. legat. l. cùm aurum, vel argentum* 19. §. *Perveniamus & ad gemmas* 13. *l. ſi ut habiliter* 20. *l. ſi quando* 29. §. *Utra autem unic. ff. de aur. & argent. legat.* 115

IV. Quia ſicuti in ſolvendo lucro dotali potiùs inſpicitur Statutum, ſeu conſuetudo domicilii viri, qui eſt Dominus, & caput uxoris, quàm conſuetudo domicilii uxoris, quæ viro ſervit ad capitalem *text. in l. exigere dotem* 65. *ff. de judic. l. de Jure* 37. *in fine, l. Imperatores* 38. §. *Item reſcripſerunt* 3. *ff. ad Municipal.* latè *Torniol. conſ.* 49. *num.* 29. *cum ſeqq. & per tot. Molina de contract. tract.* 2. *diſp.* 443. *num.* 1. *cum ſeq. Giurba in Conſuetudin. Meſſan. cap.* 1 *gloſ.* 1. *par.* 1. *num.* 65. *cum ſeqq. Antonell. de loco legali lib.* 2. *cap.* 17. *qu.* 7. *n.* 71. *cum ſeqq. Card. Mantica de tacit. & ambig. convention. tom.* 1. *lib.* 3. *tit.* 14. *num.* 1. *cùm ſeqq. Roland. de lucr. dot. qu.* 13. *n.* 3. *cum ſeqq. Molfeſius ad Conſuetudin. Neapolit. par.* 1. *cap.* 5. *nu.* 45. *cum ſeq. Larrea deciſ. Granat.* 62. *num.* 15. *cum ſeqq.* & ſignanter *num.* 20. *cum ſeqq. par.* 2. ubi ità per Senatum deciſum, ità in ſolvendo quindennio, ſeu in tempore ſolvendi quindennii, quod etiam lucrum eſt, potiùs inſpicienda conſuetudo loci dominantis, quàm ſervientis. 116 117

V. Quia

118 V. Quia ſicuti Decimæ potiùs ſolvuntur Ec-
cleſiæ Baptiſmali tanquàm dominanti, fonti, &
origini, ſeu matrici, quàm Parochiali, tanquàm
ſervienti, & rivulo *cap.*1. §. *In Diæceſi* 13. *qu.*1.
cap.de Decimis, *cap. ſtatuimus* 16. *qu.*1. *cap. ve-
niens* 19. *de præſcription. cap. cùm contingat* 29.
cap. cùm in tua Diæceſi 30. *de Decim. Rebuff. de
Decim. qu.*6. *num.*10. *cum ſeq. Moneta eod. tract.
cap.*7. *qu.*2. *nu.*27. *cum ſeqq. Barboſa de Parocho
par.*3. *cap.*28.§.2. *n.*16. *cum ſeqq.* quanvis *Beroi.*
119 *conſ.*20. *per tot. lib.*1. putet utrique, tàm nempè
Parochiali, quàm Baptiſmali Eccleſiæ ſolven-
120 dam eſſe Decimam, ità quindennium, quod De-
cimæ ſimile eſt, potiùs ſolvendum venit juxta
tempus introductum à conſuetudine loci domi-
nantis, quàm ſervientis, veluti de ſolutione lau-
demii inquit *Niger de laudem. qu.*4. *artic.*2. *n.*6.
*in fine tom.*1.

121 VI. Quia ſicuti generaliter in judicando lo-
cus ſerviens debet ſervare conſueſudinem loci
dominantis §.*fin. Inſtitution. de ſatiſdation.* ità in
tempore ſolvendi quindennium locus ſerviens
deberet ſervare conſuetudinem loci dominantis.

VII. Quia ſicuti in pſallendo Eccleſiæ ſuffra-
ganeæ tanquàm inferiores, ac ſervientes ſervare
debent conſuetudinem Eccleſiæ Metropolitanæ
122 tanquàm ſuperioris, ac dominantis, adeò ut
conſuetudo Eccleſiæ dominantis ſervanda ſit,
cap. de iis 13. *diſtinct.* 12. *Barboſa de Jure Ec-
cleſ. lib.*1. *cap.*7. *nu.*71. *Ventrigl. de juriſdict. Ar-
chiepiſcop. cap.*89. *num.*1. *& per tot.* ità in ſolven-
do quindennium ſervanda conſuetudo loci do-
minantis.

Nullatenùs tamen obſtantibus memoratis
objectis, opinio circà propoſitum II. caſum, ex
infrà deducendis reſponſionibus adhuc benè
vallata apparebit.

123 I. Equidem Objectum nequaquam turbat,
quia *citatus Niger* poſteà *num.* 9. *cum ſeqq. &
Rota coram Card. Cavalerio cit. deciſ.*95. *num.*3. *in
princip.* contrarium tenent, ut nempè in ſolutio-
ne laudemii ſequenda ſit potiùs conſuetudo lo-
ci ſervientis, quàm dominantis.

II. Objectum minùs relevat, quia ad ſum-
mum procederet in materia præheminentiali,
qualis eſt illa ſeſſionis, & præcedentiæ in actibus
124 publicis, *Gratian. diſc.*111. *num.*3. non autem in
materia, ut iſta, indifferenti de ſolvendo quin-
dennio in principio, vel in fine, quæ nihil com-
125 mune habet cum præheminentialibus, præter-
quamquòd quoad rei exequutionem eſt regula
in contrarium, membra nempè non ſequi caput,
ut ait *Larath. theatr. feudal. tom.* 1. *par.* 2. *dilu-
cid.*24. *num.*7.

III. Objectum minimè relevans eſt, quia
tunc acceſſorium ſequi debet indolem, & regu-
las ſui principalis, quando principale eſt pro-
pinquum, ac immediatum, ſecùs ſi remotum,
& mediatum, cùm in concurſu cauſarum, quæ
non ſunt æquè proximæ, ſed una alteri eſt re-
motior, inſpicitur proximior, & immediata,
poſthabita remotiori, & mediata, tanquàm in-
firmiori ad producendum effectum, eò quod
126 quando una ex duabus cauſis ſubalternatur al-
teri, agendum eſt ex prima, non ex ſecunda, &
confirmata, non autem ex confirmante ad *text.
in cap. de occidendis* 23. *qu.*5. *l. ſi cum emptore* 16.
ff. de pact. l. ſi mulier 21. *ff. rer. amot.* & notar. *Ni-
ger loc. citat. num.*21. *cum ſeqq.* negari autem ne-
quit, quòd locus ſerviens ſit cauſa proximior, 127
ac immediata, tanquàm continens fundum
ipſum emphyteuticum, ideoque conſuetudo in
loco ſerviente uti proximo vigens venit atten-
denda, non diverſa conſuetudo in loco domi-
nante uti remoto.

Omiſſo, quòd acceſſorium non ſequitur na- 128
turam ſui principalis, quando acceſſorium habet
propriam naturam diverſam ab illa ſui princi-
palis *l. centum Capuæ* 8. *ff. de eo, quod cert. loc.
l. ſi ego* 9. §. *dotis* 2. *ff. de jure dotium*, *l. fin. ff. de
fund. inſtruct. legat. Auth. ex cauſa C. de liber.
præterit.* præterquamquòd contraria regula fal-
lit, ubi militat diverſa ratio in acceſſorio, quod 129
patet ad ſenſum, *Barboſa in reg. ſeu cap. acceſſo-
rium* 42. *n.*8. *de regul. Jur. in* 6. *& axiom.*4. *n.*10.
prout ubi acceſſorium verè, & propriè eſt prin- 130
cipale, & per ſe ſubſiſtit in ſua propria virtute,
quanvis habeat figuram acceſſorii, *Barboſa in
reg. acceſſorium* 42. *n.*13. *de regul. Jur. in* 6.

IV. Objectum nec movet, quia, ut iidem
DD. citati ajunt, eſt peculiare favore matrimo- 131
nii, quòd in lucro dotali ſequenda ſit conſue-
tudo domicilii viri, qui eſt Dominus uxoris, quæ
tenetur ſequi virum, indeque effecta de foro il-
lius, non mirum, ſi in lucro ligetur conſuetudi-
ne domicilii mariti, veluti ad rem advertit *Ni-
ger de laudem. tom.*1. *qu.*4. *artic.*2. *nu.*28. immò
non ſemper eſt vera præfata regula ex deductis 132
per *eundem num.*29. *cum ſeqq. Molin. de contract.
tract.*2. *diſput.*443. *n.*2. *in principio verſiculo ex-
cipitur.*

V. Objectum minimè faceſſit, quia eſt verum
dumtaxat, quòd Decimæ prædiales ſolvendæ 133
ſunt fonti, ſeu Eccleſiæ Baptiſmali potiùs, quàm
Parochiali, de prædiis ſitis intrà fines Eccleſiæ
Baptiſmalis, *Niger de laudem. quæſt.*4. *artic.*2.
*n.*32. *tom.*1.

VI. Objectum in nihilum facit, quia proce-
dit, quando locus ſerviens, ſeu inferior non ha-
bet propriam conſuetudinem, Statutum, ſeu le-
gem, ſecùs quando propriam habet, cùm tunc
illa prævalere debet contrariæ conſuetudini loci
dominantis, ſeu ſuperioris, *Cyriac. controv.*321. 134
*n.*90. *& contr.*377. *n.*13. *cum ſeqq. Niger de lau-
dem. tom.*1. *q.*4. *artic.*2. *n.*33. *cum ſeqq. Leoncill.
dec. Ferrar.*47. *n.*5.

VII. Objectum nec ullius ponderis eſt, quia
cùm modus canendi in Eccleſia ſit introductus
ab Eccleſia, indeque dictus cantus Eccleſiaſti-
cus, æquum, ac decens eſt, ut Eccleſiæ inferio-
res, ſeu ſervientes attendant conſuetudinem ca-
nendi, quam ſervat Eccleſia ſuperior, ſeu do-
minans, qualis eſt Romana reſpectu cæterarum,
vel Metropolitana reſpectu ſubjectarum, & à
diverſis non benè ſit illatio *l. Papinianus* 20. *ff.* 135
de minor. eſt benè verum, quòd, ſi in loco ſervien-
te non vigeat adeò generalis conſuetudo, ut ab
omnibus in communi pro lege habeatur, ſed ſit
conſuetudo, ſeu potiùs uſus aliquorum particu-
larium, vel ipſius tantùm Domini directi, quam
ipſe in ſui commodum obſervaſſet circà præma-
turam exactionem quindennii in principio, tunc
ſanè ſequenda potiùs conſuetudo loci dominan- 136
tis, quàm illa ſervientis, *Niger de laudem. q.*4.
*artic.*2. *n.*38. *tom.*1. cùm non inducatur conſue-
tudo ex actu unius tantùm perſonæ, *Rota coram* 137
Gregor.

Gregor. dec.162.n.12. & in recentior.dec.112.n.6. parte 2.

His poſitis, deſcendamus ad III. Caſum ſuprà propoſitum.

III. Caſus eſt, ſi in loco deſtinatæ ſolutionis quindennii ſolitum ſit ſolvi quindennium in principio, in loco autem contrahentium in fine,
138 vel è contrà, cenſeo ſervandam eſſe conſuetudinem loci deſtinatæ ſolutionis, juxta quam cenſentur partes contraxiſſe, cùm verſemur in reſpicientibus exequutionem contractus ad *text. in l. contraxiſſe 21. ff. de oblig. & action.* ibi: *contraxiſſe unuſquiſque in eo loco intelligitur, in quo ſolvere ſe obligavit, l. aut ubi quiſque contraxerit 3. ff. de reb. auctorit. Judic. poſſid.* ibi: *Contractum autem non utique eo loco intelligitur, quo negotium geſtum ſit, ſed quo ſolvenda eſt pecunia, Antonell. de loc. legal. lib. 2. cap. 1. qu.16. n.258. cum ſeq. Piagius de conſuetud. q.9. n.44. Gaitus de credito cap.2. tit.7. n.2446.*

IV. Demùm Caſus eſt, ſi in loco unius contrahentis ſolitum ſit ſolvi quindennium in principio, & in loco alterius contrahentis in fine, vel è contrà, & tunc puto ſequendam eſſe potiùs conſuetudinem loci domini directi, quàm loci Emphyteutæ manus mortuæ, in terminis tamen habilibus, dummodò nempè in loco rei ſitæ, vel in loco ſerviente, vel in loco deſtinatæ ſolutionis quindennii non adſit particularis conſuetudo juxta præcedentes tres caſus ſuprà ad ſatietatem diſcuſſos, penitùſque explanatos, quia ſi dubia conceſſio Emphyteutica interpre-
139 tanda eſt juxta uſum, & conſuetudinem Domini directi *Caldas Pereyra de jure Emphyt. lib. 3. cap.6.n.3. in fine, & n.28. Gama dec. Luſitan.241. n.2.* quantò magis attendenda erit conſuetudo loci Domini directi in tempore ſolvendi, ſive (ut meliùs dicam) exigendi quindennium.

Quæ opinio tribus ſequentibus fulcitur rationibus.

I. Quia conſuetudo Domini directi in tem-
140 pore exigendi quindennium ex Emphyteuſi aliàs conceſſa, inſervire debet pro interpretando impoſterùm, quo tempore quindennium ſolvendum ſit, ac reſpectivè exigendum à Domino directo, ut in ſimili de conſuetudine, ſeu obſervantia interpretativa locandi pro tanta mercede, *Pacion. de locat. cap.17. n.22. cum ſeqq.*
141 II. Quia ſicuti attendenda eſt particularis conſuetudo alicujus, ſolvendi certum ſalarium, *Rota poſt Zacch. de ſalar. dec.15. n.2. & ſeqq.* ità à fortiori ſolvendum venit quindenniũ tempore, quo in loco Domini directi ſolvi conſuetum eſt.
142 III. Quia ſicuti in ſolvendo relevio attenditur conſuetudo loci, *Capan. de jure relev. par.5. qu.27. n.21.* ità à fortiori in ſolvendo quinden-
143 nio ſimili relevio videtur attendenda conſuetudo loci domini directi.

Quibus trutinatis rationibus, adhùc everti videtur noſtra opinio ſequẽtibus tribus objectis.
144 I. Quia ſicuti in locatione operarum attenditur particularis conſuetudo Domini, ſeu conductoris operarum, non autem earum locatoris, ſeu mercenarii circà quantitatem mercedis, exẽpli gratia locari poſſunt operæ pro decem, conduci verò pro duodecim, vel è contrà ad text. inſignes in *l. ſi non ſortem 26. §. libertus 12. poſt med.* ibi: *poſſe condici quanti operas eſſem conducturus &c. l. in ſumma 65. §. ſic habitatione 7.* ibi: *pecuniam condicam, non quidem qua iti locare potui, ſed quanti tu conducturus fuiſſes &c. ff. de condictione indebiti, Pacion. de locat. & conduct. c.17. n.31.* ità multò magis in tempore ſolvendi quindennium videtur ſequenda conſuetudo loci Domini directi, non verò Emphyteutæ.

II. Quia ſicuti in ſolutione laudemii attenditur conſuetudo potiùs ſolventis, quàm exi- 145
gentis, & ſic potiùs illa Emphyteutæ, quàm Domini directi, *Niger de laudem. tom.1. qu.4. artic.6. n.6. cum ſeq.* ità in ſolutione quindennii 146
laudemio ſimilis attendenda potiùs conſuetudo loci ſolventis, quàm loci exigentis, & ſic potiùs illa loci Emphyteutæ, ſeu manus mortuæ, quàm loci Domini directi.

III. Quia Dominus, & Emphyteuta tanquàm inter ſe correlativi, non debent ad imparia 147
judicari, *Fulgin. de jure Emphyt. tit. de renovation. quæſt.11. n.2. & tit. de var. caducitat. q.17. num 12.*

Verumtamen in nihilum turbantibus memoratis objectis firmior evadit opinio.

Non enim obſtat I. Objectum, quia potiùs favet, dum ſupponit, attendendam eſſe conſuetudinem Domini in menſuranda quantitate mercedis, ità, ut à fortiori attendenda venit conſuetudo loci Domini directi in menſurando tempore ſolutionis quindennii.

Minùs obſtat II. Objectum, quia *Niger loco* 148
citato loquitur circà ordinem, & ſolemnia judicii, non circà tempus ſolutionis, de quo eſt quæſtio, vel ad omne pejus ſequenda ſententia *gloſ. in l.1. verbo controverſiarum C. quæ ſit longa conſuetudo,* quanvis ſententiam hujuſmodi non amplectatur *Niger loco citato n.4. cum ſeq.*

Minùſque obſtat III. Objectum, quia adaptabile non eſt caſui noſtro, cùm ſemper per neceſſe una ex conſuetudinibus ſervanda eſt, ſivè 149
illa loci Domini directi, ſivè illa loci Domini utilis, ſeu Emphyteutæ, ex ſuprà autem congeſtis videtur proportionabilius, ſequendam eſſe 150
conſuetudinem loci Domini directi.

ARGUMENTUM.

Quindennium incipit deberi, ſeu currere à die captæ poſſeſſionis rei Emphyteuticæ, non autem à die ſtipulationis Inſtrumenti.

SUMMARIUM.

1 *Inhumanum eſt, quòd debitor colludat creditorem, & etiam inhumanum quòd creditor vexet debitorem, præproperè illum pulſando.*
2 *Quindennium deberi incipit à die captæ poſſeſſionis Emphyteuſis.*
3 *Canon deberi incipit à die inveſtituræ.*
4 *Quindennium ex Beneficiis manui mortuæ unitis debitum, currere incipit à die effectuationis unionis.*
5 *Auctor conſcripturus eſt* alium Tractatum de Quindenniis.
6 *In tantum manus mortua tenetur ad quindennium, in quantum poſſidet.*
7 *Obligatio ſolvendi quindennium eſt correſpectiva ad poſſeſſionem.*

8 *Tempus in compromiſſo appoſitum non currit, niſi à die acceptationis.*

9 *Annus in ordeſcentia in excommunicatione computatur à die, quo declarata ſuit.*

10 *Tractatus non attenditur, ſed concluſio.*

11 *Ad incurrendam caducitatem in Emphyteuſi Eccleſiaſtica requiritur biennium.*

12 *Et triennium in laycali.*

13 *Utrumque incipit currere à die inveſtituræ.*

14 *Annus in venditione, alioque contractu aſſignatus ad ſolvendum pretium, currit à die traditionis fundi.*

15 *Tempus ſolvendi currit à die, quo alter ex contrahentibus adimpleverit ex parte ſua.*

16 *Tempus currit à die traditionis rei.*

17 *Dominium acquiritur ſequuta traditione rei.*

18 *Emphyteuta irrequiſito Domino alienans, re tamen non tradita, non incidit in commiſſum.*

19 *Annus ad petendum renovationem inveſtituræ, currit à die captæ poſſeſſionis.*

20 *Annus ad exequendum ultimam voluntatem, currit à die aditæ hæreditatis.*

21 *Hæredi abſenti datur annus ad conficiendum inventarium, præſenti verò trimeſtre.*

22 *Idem tempus currit à die captæ poſſeſſionis hæreditatis, ſeu ipſius aditionis.*

23 *Tempus promiſſionis dotis currit à die contracti matrimonii.*

24 *Proviſo de Parochiali conceditur annus ad ſe promovendum ad Ordinem Præsbyteralem.*

25 *Tale tempus incipit currere à die pacificæ poſſeſſionis ipſius Beneficii Curati.*

26 *Trimeſtre requiritur ad procurandam conſecrationem, à promoto ad Cathedralem.*

27 *Idem currit à die præconizationis.*

28 *Trimeſtre pro conſequendo Pallio incipit currere etiam ab ultimo tempore conſecrationis.*

29 *Annus conceditur obtinentibus Dignitates, Canonicatus, Præbendas, aut Portiones, ad ſe ordinandum in ſacris.*

30 *Idem currit à die habitæ poſſeſſionis.*

31 *Annus conceditur per Regulam Cancellariæ, ad ſe tuendum in poſſeſſione Beneficii.*

32 *Idem currit à die pacificæ poſſeſſionis.*

33 *Semeſtre præfigi ſolet à Dataria proviſo ad dimittendum Beneficium per prius obtentum.*

34 *Proviſus à Cardinali Indultario de reſervato excedente 24. Ducatos, tenetur, ſi eſt citrà montes, intra 4. menſes, ſi ultrà, intrà 8. novam proviſionem à Sede Apoſtolica expedire.*

35 *Semeſtre conceditur in Brevibus de capienda poſſeſſione nomine Cameræ.*

36 *Idem currit à die captæ poſſeſſionis.*

37 *Pariterque in Brevi, in quo cavetur, ut fiat expreſſio infrà ſex menſes à die datæ, cùm intelligatur à die habitæ poſſeſſionis.*

38 *Onus ſolvendi charitativum, incipit à die poſſeſſionis Beneficii.*

39 *Officiali emolumenta currunt à die captæ poſſeſſionis Officii.*

40 *Annus Pontificis in Dataria incipit à die Coronationis.*

41 *Si contingat expediri literas Apoſtolicas antè Coronationem, ſub earum plumbo appenſo facies, in quo cudendum erat nomen Pontificis, relinquitur vacua.*

42 *Fructus dotales debentur marito à die traditionis fundi.*

43 *Contra Emphyteutam non currit tempus ſolvendi canonem, donec capiat poſſeſſionem.*

44 *Tempus conficiendi inventarium currit hæredi à die poſſeſſionis hæreditatis.*

45 *Annus datus emptori ad præſtandam fidelitatem Domino, currit à die adeptæ poſſeſſionis.*

46 *Terminus incipit currere poſt actum.*

47 *Emphyteuta antè traditionem fundi non eſt in dolo.*

48 *Emphyteuta alienans abſque conſenſu Domini, non tamen tradens fundum, in nihilo præjudicat Domino.*

49 *Tempus computandi initium quindennii non poteſt, nec debet eſſe aliud, niſi priùs in eſſe deducto ipſo effectu.*

50 *Tempus appoſitum à teſtatore non currit, niſi prius deducto ipſo effectu.*

51 *In Portugallia quadriennium conceſſum adversùs tertium ad reſcindendum venditionem currit à die decimi quinti anni primæ venditionis.*

52 *Ibidem actio hypothecaria durans per decennium, incipit currere à die finitæ primævæ, ac principalis actionis.*

53 *Quæcumque diſpoſitio regulanda eſt à ſua cauſa.*

54 *Tempus quindennii incipit currere exiſtente cauſa.*

55 *Tempus ad publicandum reſignationem Beneficii nòn currit, ſi Datarius retineat ſupplicationem,*

56 Nihil tranſeat *apponi ſolitum in Dataria, facilè removetur, citando coram Datario ad videndum illud lacerari.*

57 *Non currit tempus ad publicandum reſignationem, ſi literæ retineantur in Conſilio Regio Hiſpaniarum.*

58 *Canon deberi incipit à die conceſſionis.*

59 *Tempus ad retrahendum currit à die traditionis rei retrahendæ.*

60 *Præparatorium judicandum ut præparatum.*

61 *Etiam in inveſtitura habente clauſulam conſtituti quindennium incipit currere à die traditionis fundi.*

62 *Idem judicium eſt de exiſtente in via ad actum, quod de exiſtente in actu.*

63 *Quindennium currere incipit à die rogati Inſtrumenti.*

64 *Damnum ex ſervo vulnerato incipit currere Domino ſtatim à die inflicti vulneris.*

65 *Salarium Officialis currit à die electionis.*

66 *Datur annus ad celebrandum Synodum Diœceſanã.*

67 *Idem currit à die præcedentis Synodi.*

68 *Gabella deberi incipit ſtatim de tempore contractus.*

69 *Contractus antè poſſeſſionem non acquirit perfectam ſui eſſentiam, in Emphyteuſi.*

70 *Hoc eſt ſpeciale ad evitandam caducitatem ob non ſolutum canonem.*

71 *Tempus retrahendi currere à die venditionis tenent aliqui.*

72 *Æquiparatio de exiſtente in actu, cũ via ad actum, continet materiam brocardicam.*

73 *Deſtinatum non habetur pro facto, quando facti eſſentia exigitur.*

74 *Regula retrotractionis non habet locum in caſu, quo agitur de præjudicio tertii.*

75 *Tempus actionis legis Aquiliæ uti in pœnam vulnerantis computatur ſtatim ex die vulneris.*

76 *Quando lex diſponit de tempore reſpectu actus, incipit tempus currere ſtatim à die illius actus.*

77 *Officialis habens ſolam dignitatem, illam non conſequitur, niſi per adminiſtrationem.*

78 *A die electionis acquiritur jus electo ad effectum*

tan-

tantùm, nè illa caſſari poſſit.
79 *Ut gabella debeatur, ſatis eſt, quòd contractus initus ſit, quanvis res nondùm tradita.*
80 *Si per manum mortuam ſtet, quominùs capiat poſſeſſionem, deberi incipit quindennium à die ſtipulati inſtrumenti.*
81 *Non debet quis ex propria malitia commodum reportare.*
82 *Tempus conceſſum ad conficiendum inventarium incipit currere etiam antè aditam hæreditatem, ſi aditionem dolo hæres protraxerit.*
83 *Annus ad ſe promovendum currit antè poſſeſſionem Beneficii, ſi per eum ſtet, quominùs antè poſſeſſionem percipiat.*
84 *Impedimentum, ut excuſet, debet eſſe irremovibile.*
85 *Si in inveſtitura adſit certa dies, à quo incipere debeat quindennium, ab illo incipere debet.*
86 *Idem dicendum in compromiſſo.*

CAPITULUM LXIX.

1 SIcuti inhumanũ ſanè eſt quòd debitor ſuum
colludat creditorem, ità & inhumanum,
quòd creditor ſuum vexet debitorem, præpro-
perè illum pulsando, undè poſtquàm in *ſupe-
riori Cap.* monuimus, quo tempore ſolvendum
ſit quindennium, impræſentiarum monemus, à
quo tempore illud incipiat deberi, ut hoc modo
nota ſint principium,& finis quindennii,ſi enim
enunciatum jam eſt tempus maturationis, ac
recollectionis fructus hujuſmodi quindennialis,
ſupereſt enunciandum tempus ejus nativitatis,
2 benèque ſequitur, quòd firmamus, videlicet
quindennium incipere deberi, ſeu currere à die
captæ poſſeſſionis rei emphyteuticæ, non autem
à die ſtipulationis Inſtrumenti, eodem fermè
3 modo, quo canon emphyteuticus incipit debe-
ri, ſeu currere à die inveſtituræ, ſeu immiſſio-
nis in poſſeſſionem fundi emphyteutici, non ve-
rò à die contractus, ſeu factæ conceſſionis, *Ful-
gin.de jure emphyt tit. de ſolut.canon.qu.*1.*n.*158.
ſicuti enim ſimile quindennium ex Beneficiis
4 manui mortuæ unitis debitum, currere incipit
à die effectuationis unionis, non verò à die gra-
tiæ ipſius unionis, ut legitur in Bullis ſuper ma-
teria hujuſmodi quindenniorum editis, & regi-
5 ſtratis poſt *alium Tract.de Quindenniis*, favente
Deo, per nos conſcribendum, & in tantum ma-
nus mortua tenetur ad quindennium, in quan-
6 tum Emphyteuſim actualiter poſſidet ex per
nos congeſtis ſuprà in *Cap. I.* propterea ſi eam
ſubemphyteuticaverit alteri, eximitur à ſolutio-
ne quindennii, cùm illam ampliùs non poſſi-
deat, eo quod obligatio ſolvendi quindennium
7 eſt correſpectiva ad poſſeſſionem. Ad quod facit
pulcher *textus in l. annus 6. ff. de calumniat. ibi:
annus autem in perſonam quidem ejus, qui dedit
pecuniam, nè ſecum ageretur, ex eo tempore cedit,
ſi modò poteſtas ei fieret experiundi. In illius verò
perſonam, cum quo, ut agatur, alius pecuniam
dedit: dubitari poteſt, utrùm ex die datæ pecuniæ
numerari debeat: an potiùs quo cognovit datam
eſſe: quia qui neſcit, is videtur experiundi poteſta-
tem non habere. Et verius eſt & eo annum nume-
rari, ex eo quo cognovit,* & ſicuti compromiſſum
non operatur, nec dicitur compromiſſum, niſi
poſtquàm acceptatum fuerit ab Arbitro, & à
8 Partibus, ideoque tempus in eo appoſitum, non
currit, niſi à die acceptationis, *Antonel. de
jurib & onerib.Clericor. lib.*1. *par.*3 *cap.*34.*n.*13.
cum ſeqq. annus quoad inſordeſcentiam in ex-
communicatione, non computatur à die, quo 9
incurſa fuit excommunicatio, ſed à die, quo de-
clarata fuit, *Tondut.reſol. canon.par.*2.*cap.*5.§.3.
*n.*14. undè, fit, quòd tractatus non attenditur,
ſed concluſio, *Ciarlin. controv.* 82. *num.*12.*cum* 10
ſeq. & controv. 180. *n.*5. *Gratian.diſc.*115.*n.*33.
*cum ſeqq Bertazzol. de Clauſul. Inſtrum. clauſ.*1.
*gloſ.*5. *nu.*11. *in fine, & clauſ.*30. *gloſ.*3. *nu.*4. *in
fine, Hodierna controv.*13.*n.*3. *Menoch.de arbitr.
Judic.lib.*2.*caſ.*170.*num.*4. Jure quidem merito,
cùm in ſimili compertum ſit, quòd biennium in
Emphyteuſi Eccleſiaſtica ad incurrendam ca- 11
ducitatẽ de Jure requiſitum juxta *cap potuit* 4.
*de locat. Auth. qui rem C.de Sacroſanct.Eccleſ.No-
vell. de non alienand. cap.* 3. §. *Scire autem* 2. &
triennium in emphyteuſi laycali juxta *text. in* 12
l. in emphyteuticariis 2. *C. de jure emphyt.* incipit
currere à die obtentæ inveſtituræ, ſeu immiſſio-
nis in poſſeſſionem fundi, non à die contractus, 13
ſeu rogati Inſtrumenti, *Fulgin. de jure emphyt.
tit. de ſolut. canon.qu.*1.*num.*378. *in fine verſic.&
iſtud triennium, & qu.*7. *num.*1. *in princip.Corbul.
de cauſ. privat. emphyt. tit. de cauſ. privation. ob
non ſolution. canon. qu.*1. *nu.*1. non enim novum
eſt in Jure, quòd in venditione, alioque contra-
ctu aſſignatus terminus unius anni ad ſolven-
dum prætium, non currit à die celebrati contra- 14
ctus, ſed à die traditionis fundi empti *l. Julia-
nus* 13.§.*offerri* 8.*ff.de action.empt.l pro emptore* 2.
in princip.ff. pro emptore l.ſi aliena res 10. *in prin-
cip.l.ſi is,qui pro emptore* 15. §.*Si ex teſtamento* 3.
l.juſto errore 44. §. *Et ſi poſſeſſionis* 2. *ff. de uſuca-
pion.l.ſi Sponſus Sponſæ* 5.*in princip.ff.de donation.
int.vir. & uxor. l.de diviſione* 5. *ff.ſolut. matrim.*
ibi: *de diviſione anni ejus, quo divortium factum
eſt, quæritur, ex die matrimonii, an ex die traditi
marito fundi maritus ſibi computet tempus. Et uti-
que in fructibus à viro retinendis neque dies dotis
conſtitutæ, neque nuptiarum obſervabitur: ſed quò
primùm dotale prædium conſtitutum eſt, ideſt tradi-
ta poſſeſſione, l.*1.*C.de peric.& commod.rei vendit.
Antonell.de temp. legal. lib.*4. *cap.*6. *num.*2. *Ber-
tazzol. de Clauſul.Inſtrum. clauſ.*4.*gl* 3.*num.*2.*in
princip.* ultraquamquòd tempus ſolvendi non
currit, niſi à die, qua alter ex contrahentibus 15
adimpleverit ex parte ſua; *Poſt.reſol.*115.*nu.*22.
*Antonell. de temp. legal. lib.*4.*cap.*6. *num.*2. *cum
ſeqq. Rota in recentior.deciſ.*77.*nu.*4. *& dec.*215.
*num.*8. *par.*18. ideoque quindennium non inci-
pit deberi, ſeu currere, niſi à die, qua Dominus
directus (qui quindennii creditor eſt) adimpleat
ex parte tradendo manui mortuæ fundum em-
phyteuticum ab omnibus moleſtiis liberum, ac
immunem, eſtque trita regula in Jure, quòd
tempus currat à die traditionis rei tanquàm 16
partis integralis ipſius contractus, *Giurba deciſ.
Sicil.*80. *num.*15. undè dominium acquiritur ſe-
quuta traditione rei *cap. cùm Joannes* 10. *de fide* 17
Inſtrum. §. *Per traditionem* 40. *Inſtitution. de rer.
diviſ. l.ſi ager* 50. *ff. de rei vindic. l. traditionibus*
29. *C. de pact. l.qui tibi* 6. *C. de hæred. vel action.
vendit.* indè Emphyteuta irrequiſito Domino 18
alienans, re tamen non tradita, non incidit in
commiſſum, *Corbul.de cauſ.privation.emphyteuſ.
tit. de alienat.irrequiſit. Domin.fact. limit.*38. *per*

 tot.

tot. Giurba deciſ. Sicil. 80. *num.* 15. *cum ſeqq.* &
ſicuti non dicitur res vendita, niſi ſit tradita
l.alienatum 67. ff.de verb.ſignificat. ità non dici-
tur res Emphyteutica, ac per conſequens in ma-
num mortuam translata, niſi ſit tradita manui
mortuæ, re autem nondùm emphyteuticata ma-
nui mortuæ, tanquàm nondùm translata in
manum mortuam, iniquum eſſet, quòd incipe-
ret quindennium illicò deberi; prout annus ad
19 petendum renovationem inveſtituræ, datus Em-
phyteutæ, incipit currere à die, qua Emphyteu-
ta nactus eſt poſſeſſionem rei emphyteuticæ,
Caldas Pereyra de jure emphyt. lib.1. qu.2.nu.27.
in fine verſic. quamobrem, & num.32. annus exe-
quutori aſſignatus, vel aliud brevius tempus,
20 ad exequendam ultimam voluntatem, currit à
die aditæ hæreditatis, non à die obitus teſtato-
ris, *l.ſtatuliberos 3. §.Si quis hæredi 11.ff.de ſtatu-*
liber. ibi: *ſiquis hæredi in diebus triginta proximis*
mortis teſtatoris dare juſſus fuerit, deindè hæres
tardiùs adierit. Trebatius, & Labeo &c. dantem
eum intrà dies triginta aditæ hæreditatis ad liber-
tatem pervenire, quæ ſententia vera eſt &c. l.ſi in
diem 46. ff.de condit. & demonſtrat. Niger de exe-
quut.rei judic.cap.15. §.7. nu.96. ſimiliter annus
ad conficiendum inventarium rerum hæredita-
21 riarum, hæredi abſenti præfixum, vel præſenti
trimeſtre ad *text.in l.ſcimus 22. C.de jure delibe-*
rand. currit à die captæ poſſeſſionis hæreditatis,
22 ſeu ipſius aditionis, *Monticul.de inventar.q.230.*
nu.3. Antonell.de temp. legal. lib.3. cap.30. nu.2.
hinc tempus promiſſionis dotis non currit à die
23 conceptæ ſtipulationis ipſius dotis, ſed à die
contracti matrimonii *l.tali facta ſtipulatione 48.*
ff.de jure dotium ibi: *quæſitum eſt, annus ex quo*
tempore eſſet numerandus, utrùm ex die ſtipulatio-
nis factæ, an ex eo die, quo dos eſſe potuiſſet, ideſt
nuptiarum. Et reſponſum eſt ex die nuptiarum an-
num eſſe numerandum &c., Antonell.de temp.leg.
lib.4. cap.7. nu.1. Giurba deciſ. Sicil.80. num.15.
circà fin.verſic. ideò ſi dotis, hinc annus conceſſus
24 proviſo de Parochiali, ad ſe promovendum ad
Ordinem Presbyteralem per *text. in cap.licet ca-*
non 14.circà fin.§.Is etiam 2.& cap.commiſſa 35.de
*elect.in 6.*non currit, niſi à die pacificæ poſſeſſio-
nis ipſius Beneficii Curati mediante Parochialis
25 regimine ad *text.in dic.cap.commiſſa 35.§.Annus*
autem 1.de elect.in 6.Cancer.var.reſol.par.3.cap.2.
n.22.Ameyden.de ſtylo Datar.lib.1.c.16.§.7.n.15.
Chokier de permutat. Benefic. par.2. cap.11. nu.4.
Barboſa de Paroch.par.1.cap.5.n.5.Rota cor.Card.
Bellamera dec.153.n.1.in princip. verſic. tenui ta-
men, Giurba deciſ. Sicil.8. nu.15. circà fin.verſic.
& annus promotionis, Riccius deciſ.Cur.Archiep.
26 *Neapol.238.per tot.par.3.*hinc primum trimeſtre
pro conſecratione procuranda, à Sacris Cano-
nibus, ac Sacro Concilio Tridentino conceſſum
promoto ad Eccleſiam Cathedralem in *cap. 1.*
diſtinct.10.cap.quoniam quidam diſtinct.75.Concil.
Tridentin. ſeſſ. 23. de Reform. cap. 2. non currit à
27 die electionis, ſed à die ſuæ confirmationis, ſeu
præconizationis, & Conſiſtorialis propoſitionis,
Barboſa ad idem Concil.loc. cit.nu.2.& de Epiſcop.
par.1. alleg.1. nu 49. cum ſeq. Antonell. de temp.
leg. lib.3. cap.12. nu.4. hinc trimeſtre pro conſe-
28 quendo Pallio etiam ab ultimo tempore conſe-
crationis incipit currere, *Leo de auctorit. & uſ.*
Pallii cap.9.nu.5. Antonell.loc. citat.nu 6. annus
inſuper conceſſus à S.Tridentina Synodo *ſeſſ.22.* 29
de Reform. cap. 4. §. Infrà annum, obtinentibus
Dignitates, Canonicatus, Præbendas, aut
Portiones, currit à die habitæ poſſeſſionis, *Bar-* 30
boſa in Concil.loc.cit.n.21.de Canonic.& Dignitat.
cap.16. nu.7. & de Paroch. par. 1. cap. 5. num.5.
*circà fin.*ubi refert ità fuiſſe reſolutum per S.Con-
gregationem Concilii, annus in *Regul. 32. ho-*
diè 35. Cancellar.de annali conceſſus incipit cur- 31
rere à die pacificæ poſſeſſionis *Chokier in dict.Re-* 32
gul. nu.26. Antonell. de temp. legal. lib.2. cap.34.
num.4. in princip. Semeſtre præfigi conſuetum à 33
Dataria Apoſtolica vigore Decreti contrà pro-
viſum de aliquo Beneficio, ut plurimùm pingui,
aut incompatibili dimittendo in manibus San-
ctiſſimi, Beneficium aliàs per prius obtentum,
ſub pœna vacationis ipſo Jure ſecundi Beneficii,
ſeu ultimo loco per Papam collati, vel clauſula
de certa ſolutione facienda, vel literis infrà cer-
tum tempus expediendis, vel clauſula, quòd
proviſus à Cardinali Indultario de Beneficio re- 34
ſervato excedente valorem viginti quatuor Du-
catorum auri de Camera, intrà quatuor, ſi ci-
trà, ſi verò ultrà montes collatio facta fuerit, in-
frà octo menſes novam proviſionem à Sede
Apoſtolica, & literas Apoſtolicas deſuper expe-
dire teneatur, juraque Cameræ Apoſtolicæ cum
effectu ſolvere, nempè annatam, aut dimidiam
annatam juxta naturam Beneficii, ſub pœna
vacationis ipſo facto Beneficii per alium poſteà
à Sede Apoſtolica dumtaxat impetrandi, & ſe- 35
meſtre conceſſum ad expediendum literas, ap-
poſitum in Brevibus de capienda poſſeſſione no-
mine Cameræ, non incipit currere, niſi à die
captæ quietæ poſſeſſionis, non autem à die pro- 36
viſionis, ſeu Datæ de inveterato ſtylo, & viridi
obſervantia Curiæ, *Gonzalez ad Regul.8.hodiè 9.*
Cancellar. gloſ. 15. nu.110. cum ſeqq. & nu.118.
verſic.prout etiam, Garzias de Benefic.par.6.cap.3.
nu.158. verſic. contrarium cum nu.ſeq. & par.11.
cap.5. §.1. nu.106. poſt med.verſic.ex quibus deci-
ſionibus, Lotter.de re benef. lib.2. qu.30. num.14.
cum ſeqq.& lib.3. qu.20. nu.40 & qu.23. nu.28.
cum ſeqq. Ameyden. de ſtylo Datar. lib.1. cap. 22.
nu.4.Roſa de exequut.liter. Apoſtol. par.1. cap.5.
nu.66. cum ſeqq. Rota coram Arguelles deciſ. 34.
nu.31. pariterque in Brevi, in quo cavetur, ut 37
fiat expreſſio infrà ſex menſes à die datæ, cùm
ſupplicatur, ſeu intelligatur à die habitæ poſſe-
ſſionis *Rota coram Card.Seraphino deciſ 844. n.2.*
Undè onus ſolvendi charitativum ſubſidium in-
cipit à die poſſeſſionis Beneficii, indeque cen- 38
ſuræ comminatæ contrà Beneficiatum illud non
ſolventem, non afficiunt, niſi poſtquàm Benefi-
ciatus poſſederit, *Gonzal. ad Regul. 8. hodiè 9.*
Cancellar.de Menſib.gloſ.15.n.111.verſic.ſic etiam
cenſuræ, hinc Officiali electo deberi incipiunt,
ſeu currunt emolumenta à die captæ poſſeſſionis 39
officii, non à die electionis per *text. in Novella*
de Adminiſtrator.§.Illud autem 2.Zacch.de Salar.
qu.15.nu.9. cum plurib. ſeqq. Pacion. de locat.&
*conduct.cap.23.nu.124.cum ſeq.*hinc cùm initium
temporis dependeat à perfectione, & conſum-
matione actus, annus Pontificis incipit in Data-
ria Apoſtolica à die illius conſecrationis, & Co- 40
ronationis, quo poſſeſſionem capit, non verò
à die aſſumptionis, *Intrigliol. de feud. centur. 1.*
qu.53. num.118. cum ſeqq. Niger de exequut. rei
judic.

judic. cap.8. §.8. nu.18. cum ſeq. Pyrrh. Corrad. in prax. diſpenſ. Apoſtolic. lib.2. cap 7. nu.50. in fine verſic & hic notatur, Rota coram Penna dec.288. nu.2. hinc ſi contingat, literas Apoſtolicas ex-
41 pediri antè Coronationem, ſub earum plumbo appenſo facies, in quo cudendum, ſeu imponendum erat nomen Pontificis, relinquitur vacua, *Niger loco citato nu.18. in fine*, hinc fructus do-
42 tales debentur marito à die traditionis fundi, *Giurba obſ.14. nu.10. in princip. & nu.16.*

Aliàs ſi à die ſtipulationis Inſtrumenti inciperet quindennium deberi, ſeu currere, non autem dumtaxat à die captæ poſſeſſionis bonorum Emphyteuticorum, maximum ſequeretur abſurdum, quòd interim moveretur quæſtio ſuper re emphyteutica, ità, ut non poſſet emphyteuta
43 ejus poſſeſſionem aſſequi, quando tamen contra emphyteutam non currit tempus ſolvendi canonem, donec poſſeſſionem adipiſcatur, veluti ex *textu in l.1. ff. de action. empt. & l. quandiù. 5. C qui admitt. ad bonor. poſſeſſion.* advertit *Antonell. de temp. legal. lib.4. cap.30. n.10. in fine verſic. ubi etiam, Cancer. var. reſol. par.3. cap.2. nu.23.*
44 eodem modo, quo tempus conficiendi Inventarium rerum hæreditariarum non currit hæredi, niſi à die poſſeſſionis hæreditatis, quanvis ipſa hæreditas adita fuerit, *Monticul. de inventar. qu.236. nu.96.* & annus, ac dies emptori datus
45 ad præſtandam fidelitatem Domino, non currit à die emptionis, ſed à die traditionis rei venditæ, ſeu illius adeptæ poſſeſſionis, *Giurba deciſ. Sicil.80. nu.15. circà fin. verſic. ſicut annus*; nec
46 terminus unquã incipit currere, niſi poſt actum, qui natura ſua præcedere debet ſolutionem, ſeu præſtationem in termino faciendam, & ſic poſt traditum fundum, *Cancer. var. reſol. par.3 cap.1. nu.157. Giurba dec. 80. num.15. circà fin. verſic. quoniam terminus*, ſanè enim iniquum, irrationabile, & à Juris ratione, ac Juſtitia longè alienum, ſi manus mortua ex fundo emphyteutico nondùm poſſeſſo ad quindennii ſolutionem adſtringeretur, adhùc Emphyteuſis commodo carens, & ſic ex bonis, ex quibus nec adhùc fructus percepiſſet, oneribus antè traditionem rei
47 inciperet teneri, cùm dici nequeat eo caſu emphyteuta eſſe in dolo, aut culpa defraudandi Dominum directum laudemiis, reliquiſque juribus dominicalibus, ut in ſimili de feudo *Valaſc. de jure emphyt. lib.1. qu.5. nu.32. in princip.* cùm antè traditionem fundi impoſſibile ſit, per manum mortuam nondùm fundi poſſeditricem inferri aliquod Domino detrimentum in laudemiis, quando nec laycus Emphyteuſim alienare poſſet, ſi prius illam non poſſideret, eodem mo-
48 do, quo è contrà in caſu emphyteutæ nullum parit præjudicium Domino emphyteuta alienans abſque illius conſenſu, non tamen tradens fundum emphyteuticum, *Giurba dec. Sicil.* 80. *nu.16. in fine verſic. quia antè traditionem*.

Nec tempus calculandi, ſeu computandi initium quindennii poteſt, aut debet eſſe aliud, niſi
49 priùs in eſſe deducto ipſo effectu *l. ſtatuliberos 3. §. Si quis hæredi 11. ff. de ſtatuliber.* Effectus autem ſolutionis quindennii nullus alius eſt, nec alius eſſe poteſt, niſi translatio bonorum emphyteuticorum in manum mortuam, quæ per ſolam eorum poſſeſſionem induci valet, undè eſt, quòd jubente teſtatore pecunias hæreditarias erogari in emptionem bonorum ſtabilium fructiferorum, ad hoc ut eorum fructus diſtribuantur in pauperes per decennium immediatè à teſtatoris obitu, tempus hujuſmodi non cur- 50
rit, niſi priùs deducto ipſo effectu, qualis eſt ipſa emptio ſtabilium *l. ſi mihi, & tibi 12. §.1. ff. de legat.1. Antonell. de temp. leg. lib.1. cap.22. n.3.* & in Portugallia per noſtram *Regiam Ordination.* 51
lib.4. tit.30. §. E naom obſtarà, quadriennium conceſſum adversùs tertium poſſeſſorem ad reſcindendum venditionem non currit à die celebratæ emptionis in primo emptore, ſed à die decimi quinti anni primę venditionis; eodem modo, quo actio hypothecaria ex eodem Jure Regio 52
durans per decennium, incipit currere à die finitæ primævæ, ac principalis actionis, ſeu à die finitæ facultatis conveniendi principalem debitorem, ex *Ordinat. eodem lib.4. tit.33.* §. ibi: *contados do primeiro dia, que a dita cauſa for à poder do dito poſſuidor &c.* ideſt, numeratis à prima die, qua præfata cauſa perveniet ad prædictum poſſeſſorem, veluti utrumque caſum refert *Gama deciſ. Luſitan. 21. num.4. cum ſeq.* præterea quæcumque diſpoſitio regulanda eſt à ſua cauſa, 53
l. Lucius Titius 21. §. Imperatores 6. ff. ad Municipal. l. ſi uno anno, aliàs l. ex conducto 15. §. Papinianus 4. ff. locat. cauſaque ſolutionis quindennii eſt ipſa poſſeſſio Emphyteuſis, ut patet ad ſenſum, indè benè requiritur, quòd quindennium incipiat currere dumtaxat à die poſſeſſionis, non à die conceſſionis, ſeu ſtipulationis Inſtrumenti, cùm tempus quindennii apponatur re- 54
ſpectu cauſæ, ideoque non incipit currere, niſi priùs exiſtente cauſa prædicta, *Antonell. de loco legali lib.1. cap.22. nu.2.* Quandoquidem etiam videmus, quòd in notiſſima Bulla Greg. XIII. de publicanda reſignatione Beneficii intrà cer- 55
tum tempus, illud non currit, ſi Datarius Papæ retineat ſupplicationem, quæ, facta diligentia, non poſſit haberi, cùm tunc reſignatarius non ſit in culpa, ſed impedimentum procedat ex facto Officialis, quidquid ſit, ſi expeditio literarum impediretur per appoſitum in Dataria Apoſtolica *nihil tranſeat*, cùm tunc hujuſmodi impedimentum facilè removeri valeat, citando 56
partem adverſam coram Datario ad videndum illud lacerari, juxta quotidianam laudabilem praxim, *Roſa de exequut. liter. Apoſtol. par. 1. cap.15. num.148. verſic. ſic ſi Datarius Papæ, & num.* 149. eodem modo ſi retineantur literæ 57
Apoſtolicæ in Senatu, ſeu Conſilio Regio Hiſpaniarum ad inſtantiam adverſarii, non currit tempus publicationis, cùm per proviſum non ſtet, quominus publicet, *Salgad. de retentione Bullarum,* vel (ſuaviùs loquendo) *de ſupplicat. ad Sanctiſs. par.1. cap.15. per tot.*

Quibus ſtantibus, videretur nihilominùs contrarium firmandum potiùs, nimirùm quindennium incipere deberi, ſeu currere à die ſtipulationis Inſtrumenti, ſeu conceſſionis Emphyteuſis, non autem à die poſſeſſionis, prout etiam 58
canon deberi incipit à die conceſſionis ipſius Emphyteuſis, *Rota in recentior. deciſ.361. nu.69. verſiculo ſecundò principaliter, & n.70. in princip. par.11. repet. coram Dunozet. jun. deciſ. in ordine la* 419. tempuſque ad retrahendum currit à die 59
traditionis rei retrahendæ, ut per congeſtos à *Giurba deciſ. Sicil.* 80. *num.* 5. *cum ſeqq.* quippè

ſti-

ſtipulatio Inſtrumenti, & conceſſio Emphyteu-
60 ſis tanquàm quid præparans, ſeu præparato-
rium ad ipſam poſſeſſionem, & quid deſtinans,
ad paria judicanda venit cum præparato, ſeu
deſtinato, & tempore ſtipulationis fingitur
adeſſe præparatum, ſeu deſtinatum, qualis eſt
poſſeſſio ad *text. in l. non eſt maximum* 65. *ff. de
ritu nuptiar. l.qui pupillam* 7. *ff. ad legem Jul.de
adulter. l.quid ergò* 3. §.*Quid ergò* 6. *ff de contrar.
& util. action. tutel. l.ligni* 55. §.1. *l.ſi chorus* 79.
§.1. *ff. de legat.*3. *l.fundi* 17. *in fine cum l.ſeq.ff.de
action.empt.l.argumento* 25. §.*penult. ff.de aur.&
argent.legat. l.ex facto* 35. *l.grande poſt med. ver-
ſic. veruntamen ff. de hæred. inſtit. l.cùm te propo-
nas* 2. *C.de tranſaction. Barboſa axiom.*96.*num.*5.
Immò, etiamſi in inveſtitura (prout in omnibus
61 Inſtrumentis communiter fieri aſſolet) adjecta
legatur clauſula *conſtituti*, adhùc quindennium
incipit currere à die traditionis fundi, ſeu illius
poſſeſſionis, *Bertazzol. de clauſul. Inſtrum. clau-
ſul.*41. *gloſ.*3. *num.*2. *antè med.verſic.ſed ſi tradi-
tio, Antonell. de temp.leg. lib.*4. *cap.*6. *num.* 2. *in
62 fine verſic. nec ſufficeret*, cùmque idem judicium
ſit de exiſtente in via ad actum, quod de exi-
ſtente in actu *l.filiusfamilias* 43. *ff. de militar. te-
ſtam.* potiſſimùm eo quòd legitima poſſeſſio
bonorum Emphyteuticorum capi nequit citrà
conceſſionem emphyteuticam, poſſeſſio poſteà
63 capta retrotrahenda venit ad tempus rogati In-
ſtrumenti, ut ab eo incipiat currere quinden-
nium, *Coſta de retrotraction.cap.*5.*num.*2. indeque
64 damnum ex ſervo vulnerato incipit currere
Domino non à die ſequutæ mortis, ſed ſtatim
à die inflicti vulneris juxta legem Aquiliam per
viam retrotractionis, fingendo ſervum occiſum
fuiſſe, quo vulneratus eſt *l. ait lex* 21. §.1. *ff. ad
leg.Aquil.* ibi: *annus autem retrorſus computatur,
ex quo quis occiſus eſt*.

Omiſſo, quod ſalarium Officialis currit à die
65 illius electionis, ſeu creationis, non à die exer-
citii, ſeu poſſeſſionis officii *l.Legato* 5. *ff.de dele-
gation.* ibi: *Legato tempus prodeſt,ex quo Legatus
66 creatus eſt, non ex quo Romam venit*, annus in-
ſuper ad celebrandam Synodum Diœceſanam
præfixus à *S. Tridentina Synodo ſeſſ.* 24. *de Ref.
cap.*2.*in fine* §.*Synodi quoque*, currit à die præce-
67 dentis Synodi ultimo loco celebratæ, non verò
à die captæ poſſeſſionis Epiſcopatus, *Antonell.
de temp. leg. lib.* 2. *cap.*57. *num.*2. *& de regimin.
Eccleſ. Epiſcop. tom.*1. *lib.*3. *cap.*5. *num.* 2. *circà
fin. verſic.annum verò, Barboſa de Epiſcop. par.*3.
*alleg.*60.*num.*50.*& de Paroch. par.*1. *cap.*2.*n.*60.
cum ſeq. gabella quoque incipit ſtatim deberi
68 de tempore contractus, non ſpectata traditione
rei gabellandæ, *Laſſart. de decim. vendit. & per-
mutat. cap.*3. *num.* 2. *cum ſeqq.* ubi de veriori.

Veruntamen in nihilum refragantur oppoſi-
ta, quippè quòd canon deberi incipiat à die
conceſſionis, vel hoc intelligitur, & ſubauditur
à die captæ poſſeſſionis, cum tunc contractus
emphyteuticus ultimam ſuam habere incipiat
perfectionem, & antè poſſeſſionem eſt contra-
69 ctus ſimplex, nondùm acquirens perfectam ſui
eſſentiam ad inſignem *text.in l.ſi debitor* 47 §.*Si
filius* 1. *ff. de fidejuſſor.* vel eſt ſpeciale ad evitan-
70 dam caducitatem ob non ſolutum canonem,
de quo caſu loquitur *Rota in citat.dec.*361.*n.*69.
verſic. ſecundo principaliter, & num. 70. *in princ.
par.*11.*recentior.repetit.cor.Dunozet.jun.dec.*419.
& quòd tempus retrahendi currat à die vendi- 71
tionis, non deſinunt contrarium tenentes relati
per eundem *Giurb. deciſ. Sicil.* 80. *num.* 24. *cum
ſeqq.* inſuperque æquiparatio de præparante,
ſeu deſtinante cum præparato, ſeu deſtinato, &
de exiſtente in actu, cum via ad actum, conti- 72
net materiam brocardicam, *Zacch.de ſalar.q.*15.
num. 17. ac ad ſummum procederet in materia
favorabili, non in odioſa, qualis eſt iſta quin-
dennii, nec deſtinatum habetur pro facto, quan- 73
do facti eſſentia exigitur, *Prat. diſc. for. tom.*1.
*cap.*21. *num.* 40. In quantum ad regulam retro-
tractionis, illa locum habere nequit in caſu no-
ſtro, in quo agitur de præjudicio tertii, qualis 74
eſt manus mortua emphyteuta, ut per *text. in
l.*1. *C. an ſervus ex ſuo facto*, notat *Coſta de retro-
traction. cap.* 9. *caſ.* 16. *num.* 8. In quantum ad
damnum ex lege Aquilia ob ſervum vulnera-
tum nulla facienda vis pro dinumeratione tem-
poris à primo actu, quia actio legis Aquiliæ da-
tur ratione damni, & vulneris illati, ideoque
tempus illius actionis in odium, ac pœnam vul- 75
nerantis computatur ſtatim ex die vulneris, non
ex die mortis, ut reſpondet *Laſſart. de decim.
vendit.& permutat.cap.*3. *nu.*4. *in princip.* quan-
do nanque lex diſponit de tempore reſpectu 76
actus, incipit tempus currere ſtatim à die illius
actus *l. mariti lenocinium* 29. §. *Sex menſium* 5.
ff.ad leg. Jul. de adulter. Et in quantum ad regu-
lam de ſalario debito Officiali à die ſuę electio-
nis, illa ſolùm ex ſpeciali cauſa militat in Offi-
ciali, ut Judice, ratione probitatis ſcientiæ, &
intellectus, non in alio Officiali habente ſolam
dignitatem, quam non conſequitur, niſi per ad-
miniſtrationem, ut ex *l. omnes* 2. *C. ut dignit.* 77
ordo ſerv. lib. 12. advertit *Zacch. de ſalar. qu.*15.
*num.*17. *verſ. non obſtat, & num.* 18. *cum ſeqq.*
quod meliùs comprobatur ex *l.ex eo tempore* 42.
ff. de teſtam. milit. ibi: *ex eo tempore quis Jure
militari incipit poſſe teſtari, ex quo in numero re-
latus eſt, antè non. Proindè qui nondum in nume-
ris ſunt, licet etiam lecti tyrones ſint, & publicis
expenſis iter faciunt, nondum milites ſunt, debent
enim in numeros referri*, & acquiritur quidem jus
electionis ad unum effectum tantum, ne caſſari, 78
revocarique poſſit electio, non autem ad effe-
ctum perceptionis ſalarii, veluti animadvertit
Zacch. de ſalar. qu. 15. *num.* 16. In quantum ad
celebrationem Synodi, hoc evenit, quia conjun-
gitur præcedens cum ſubſequenti, quod in quin-
dennii ſolutione non militat. In quantum ad
gabellam non deſinunt contrarii aſſeclæ, de
quo tamen, quidquid ſit, à gabellæ ſolutione
ad quindennii ſolutionem in caſu non benè ar-
guitur, cùm gabella debeatur ratione contra-
ctus, undè ſatis eſt, quòd contractus initus ſit, 79
quantumvis res nondum tradita, ut reſpondet
idem *Laſſart. loc. citat. n.*3. *cum ſeqq.* nevè fiat
fraus, illicò illa debetur, in quindennio autem
non fieri poteſt fraus, illudque debetur eo quòd
per manum mortuam poſſidetur Emphyteuſis.

Cœterum ſi per manum mortuam ſteterit,
quominus cœperit poſſeſſionem fundi emphy-
teutici, tunc quindennium inciperet deberi, ſeu 80
currere à die ſtipulationis Inſtrumenti, vel à die,
quo Dominus directus claves fundi tradiderit
manui mortuæ, cùm tunc Emphyteuta ſit in
mora ad inſignem *text. in l.tempus vacationis* 4.
circ. fin. ff. de vacation. muner. ibi: *ſi quis tamen*

plus

plus juſto temporis, aut itinere, aut in alio loco commoratus conſumpſerit, ità ea interpretanda erit, ut ex eo tempore vacationis dies incipiat ei cedere, quo iter ex commodo peragere potuiſſet, veluti in ſimili de penſione domus *Pacion. de locat. & conduct. cap.* 28. *num.* 30. & de Emphyteuta *Caldas Pereyra de jure emphyt. lib.* 1. *qu.* 5. *nu.* 34. factum nanque Emphyteutæ non debet obeſſe Domino dimittenti ædes liberas, nè aliàs ſequatur abſurdum, quòd manus mortua Domina utilis ad defraudandum Dominum directum in exactione quindennii, ſerotinùs caperet poſſeſſionem fundi, ut hac via per dolum à die tantùm captæ poſſeſſionis quindennium
81 deberi inciperet, fraudibus autem obviandum eſt, nè quis ex ſua malitia cum damno alterius lucrum, ſeu commodum reportet *cap. intelleximus* 7. *de judic. Barboſa axiom.* 143. *num.* 3. Undè
82 tempus conceſſum hæredi ad conficiendum inventarium rerum hæreditariarum incipit currere etiam antè aditam hæreditatem, ſi illius aditionem malitiosè protraxerit, *Antonell. de temp. legal. lib.* 4. *cap.* 30. *num.* 2. *in principio*, *Cancer. var. reſol. par.* 3. *cap.* 2. *nu.* 29. *cum ſeq.* hinc etiam
83 proviſo de Canonicatu currit annus ad ſe promovendum ad ſacros Ordines pro habenda voce in Capitulo antè poſſeſſionem, ſi per eum ſtet, quominùs antè poſſeſſionem percipiat, *Barboſa ad S. Concil. Trident. ſeſſ.* 22. *de Reform. cap.* 4. *num.* 21. *& de Canonic. & Dignitat. cap.* 16. *nu.* 7.
84 impedimentum enim, ut excuſet, debet eſſe penitùs, vel non niſi magna cum difficultate irremovibile, docendumque eſt de adhibitis diligentiis pro ipſo removendo, *Gratian. diſc.* 465. *num.* 1. *Pacion. de locat. & conduct. cap.* 46. *n.* 32. *Card. de Luca de empt. diſc.* 51. *n.* 3. *& de Benefic. diſc.* 56. *num.* 3.

Eodem fermè pacto non deberet incipere à
85 die poſſeſſionis Emphyteuſis, ſi in inveſtitura adſit ſpecialis conventio de incipiendo ſolvere quindennium tali die, ut in ſimili de canone *Fulgin. de jure emphyt. tit. de ſolut. canon. qu.* 7. *num.* 4. prout eodem modo in compromiſſo ex-
86 preſſum tempus inchoandum ab hodie, vel à certa die, tali caſu etiam antè illius acceptationem ſtatim currit, *Antonell. de jurib. & onerib. Cleric. lib.* 1. *par.* 3. *cap.* 34. *num.* 16.

A R G U M E N T U M.

Jura quindenniorum ſaltem in præteritum ſunt præſcriptibilia.

S U M M A R I U M.

1 *Jura quindenniorum ſaltem in præteritum ſunt præſcriptibilia.*
2 *Jura laudemiorum in cauſam de præterito præſcriptibilia.*
3 *Hodie poſt Bullam Urbani VIII. ad præſcribendum requiritur centenaria.*
4 *Fit mentio honorifica Card.* Alexandri Capraræ.
5 *Canon triginta, vel quadraginta annis præſcribitur.*
6 Ex Statuto Urbis lib. 1. cap. 159. *canon præſcribitur ſolo decennio.*
7 *De Jure communi cenſus triginta annis præſcribitur.*
8 Ex Statuto Urbis dicto lib. 1. cap. 159. *cenſus ſolis decem annis præſcribitur.*
9 *Pauper dignus eſt excuſatione ob agendi impoſſibilitatem.*
10 *Eccleſia contra aliam Eccleſiam præſcribere poteſt quindennium ſpatio quadraginta annorum.*
11 *Contra Eccleſiam Romanam præſcribi nequit, niſi ſpatio centum annorum.*
12 *Judæorum Univerſitas dicitur etiam manus mortua.*
13 *Canones triennio præſcribuntur.*
14 *Canones debentur in recognitionem dominii.*
15 *Declaratur* Theſaur. deciſ. Pedemont. 114.
16 *Jura quindenniorum ſunt fructus directi dominii.*
17 *Ad præſcriptionem requiritur poſſeſſio, vel quaſi.*
18 *Emphyteuta naturaliter, & Dominus directus civiliter poſſidet.*
19 *Poſſidenti non currit præſcriptio.*
20 *Ex retentione in parte conſervatur jus in toto.*
21 *Dominium directum eſt impræſcriptibile.*
22 *Cauſatum regulandum eſt juxta naturam cauſæ cauſantis.*
23 *Quindennii exactio tanquàm poſita in voluntate Domini, tolli nequit abſque ejuſdem voluntate.*
24 *Quæ ex facto noſtro ſunt, abſque facto noſtro tolli non poſſunt.*
25 *Quindennium participat de natura Homagii.*
26 *Emphyteuta ſemper dicitur in mala fide.*
27 *Auctor non reſolvit, an Emphyteuta poſſideat naturaliter tantùm, an etiam aliquo modo civiliter, & an ad præſcriptionem requiratur poſſeſſio naturalis cum civili, an ſola civilis ſufficiat.*
28 *Emphyteuta præſcribere poteſt ſolutionē laudemii.*
29 *Poſſeſſio Emphyteutæ non eſt habilis ad poſſidendum directum dominium.*
30 *Eſt tamen habilis ad præſcribendum laudemium.*
31 *Ob lapſum temporis præſumitur, Emphyteutam ſolviſſe laudemium.*
32 *Eccleſia debet eſſe cultrix juſtitiæ.*
33 *Jura vigilantibus ſubveniunt.*
34 *Quindennii exactio potiùs eſt jus quoddam, quàm facultas ex conſuetudine.*
35 *Quindenniorum petitio eſt in arbitrio Domini.*
36 *Præſcriptio non cadit dumtaxat ſuper obedientia Principi Supremo debita.*
37 *Aſſertur* Statut. Urb. lib. 1. cap. 158.
38 *Non valenti agere non currit præſcriptio.*
39 *Rejicitur* Antonell. de temp. leg. lib. 2. cap. 40. num. 5. & 8.
40 *Rejicitur* Duard. de cenſib. §. 5. qu. 34. conc. 4. num. 51. cum ſeqq. tom. 2.
41 *Non eſt locus præſcriptioni quindennii etiam in præteritum, ſi manus mortua per prius interpellata fuerit à Domino directo intrà* 30. *vel* 40. *annos.*
42 *Adducitur* Statut. Urb. lib. 1. cap. 158. & 159.
43 *Quindennium eſt impræſcriptibile, ſi Dominus directus abfuerit à loco, in quo illud exigere ſolitus eſt.*
44 *Impedito non currit tempus.*
45 *Impedito, aut ignoranti non currit præſcriptio.*
46 *Ignoranti competit reſtitutio in integrum adversùs præſcriptionem.*
47 *Ut ſuffragetur ignorantia, illa debet eſſe invincibilis.*
48 *Eccleſia intrà quadriennium uti debet beneficio reſtitutionis in integrum adversùs præſcriptionem.*

CA-

CAPITULUM LXX.

OCcurrit inſpectio valdè practicabilis, ac quotidiè contingibilis, cùm ſæpiùs accidere poſſit, quòd manus mortua poſt acquiſitam Emphyteuſim per aliquod tempus ceſſaverit in ſolutione quindennii forſitan ob negligentiam Domini directi in illo exigendo, indèque inſurgat contentio inter Dominum directum ſuper quindennii prætenſa exactione, interque manum mortuam Dominam utilem, ſeu Emphyteutam ſuper ejuſdem quindennii præſcriptione ſaltem pro tempore præterito, propterea
1 cenſemus reſolvendum in præſenti, quòd jura quindenniorum ſaltem in præteritum ſunt præ-
2 ſcriptibilia adinſtar jurium laudemiorum, quæ pariter in cauſam de præterito præſcriptibilia ſunt ſpatio triginta annorum, ſi agatur de Emphyteuſi laycali, & ſpatio quadraginta annorum, ſi agatur de Emphyteuſi Eccleſiaſtica, *Antonell. de temp.legal. lib.*3. *cap*.7.*nu* 87.*Niger de laudem. tom.*1. *quæſt*.18. *num*.24. *cum ſeqq.* & hodiè ſecundùm noviſſimam, ac notiſſimam
3 Bullam Urbani VIII.de præjudicialibus Eccleſiæ *in ordine la* 270. *Bullar.nov.tom*.5.ſpatio centum annorum, de qua latè *Galleſius in ſuo Tract. de reſtitut.in integ.Ciarlin.contr for.cap.*39.*ſub n*.31. *verſic. non obſtat*, *Rodulphin. alleg. fin. num.* 54. *Pacion. de locat. & conduct. cap*.14. §.11.*num*.7. *Turricell de reb. Eccleſ. non alien. cap*.14. *nu*.38. *cum ſeqq. cap*.20. *num*.9. *& cap*.27.*n*.35. *Rota in recen. deciſ*.481.*num*.8. *par.* 13. *deciſ*.7. *num*.23. *par*.15. *deciſ*.155.*n*.8. *& deciſ*.328.*n* 13. *par*.17. *deciſ*.512. *n*.8. *& deciſ*.574.*nu*.10. *par*.19.*tom*.2. *& in Romana Domus* §. *Neque* 10. *Martii* 1692. *coram Reverendiſs. P.D. Molines Decano*, poſteàque Inquiſitore Generali Hiſpaniarum, *ac in Senogallien. Emphyteuſis* 27.*Junii* 1695. §.*Siquidem*, *cum ſeqq* coram immortalis ævi Cardinali
4 Alexandro *Caprara*, olim inſigni Advocato Conſiſtoriali.

Si namque canon pro tempore præterito de
5 Jure communi, qui ſingulis annis debetur, triginta, vel quadraginta annis præſcribitur, *Fulgin. de jure emphyt. tit. de ſolut. canon.qu*.9.*n*.10. *cum ſeq. Antonell. de temp.leg. lib*.2. *cap*.88. *n*.2. *in princip. & nu*.4. quantumvis ex *Statuto Vrbis*
6 *lib.* 1. *cap.* 159. ſolo decennio præſcribatur, quantò magis quindenniū, quod ſingulis quindecim tantùm annis debetur, præſcribi poterit triginta, vel quadraginta annis, eodemque modo, quo quælibet annua præſtatio præſcribi ſolet triginta, vel quadraginta annis, quindennialis præſtatio præſcribetur etiam triginta, vel
7 quadraginta annis. Et ſicuti de Jure communi cenſus triginta annis præſcribitur, *Antonell. de temp. legal. lib*.2. *cap*.40. *num*.8. *in princ. Duard. de cenſib. qu*.34. *conc*.1. *num*.1. 6. *& ſeqq. tom*.2. quidquid ſit ex *Statuto Vrbis lib.* 1. *cap*.159. eo
8 quòd in cenſu ſola decennalis præſcriptio ſufficit, ità quindennium cenſui ſimile pariter præſcribendum venit.

Aliquando tamen etiam contra privatum quadragenaria præſcriptio requiritur, ſi fortè quindenniorum creditor ſit pauper, contra quem manus mortua præſcribat quindennium quadraginta annorum ſpatio adinſtar Eccleſiæ, pauper enim excuſatione dignus eſt ob agendi 9
impoſſibilitatem *Velaſc. de privil. pauper. par*.1. *qu*.32. *num*.8. *cum ſeqq.*

Non omitto, quòd etiam Eccleſia Domina utilis præſcribere poteſt quindennium contrà 10
aliam Eccleſiam Dominā directam ſpatio quadraginta annorum *cap. de quarta* 4.*de præſcript.*

Notandum autem eſt, quòd contrà Eccleſiam Romanam quindennii creditricem per privatum,ſeu aliam Eccleſiam præſcribi nequit,niſi 11
centenaria, idemque dicendum contra Romanum Imperium, aliumque Principem Imperii jura habentem *cap. ad audientiam* 13. *cap. cùm nobis* 14. *cap. diligenti* 17. *de præſcription. cap. ſi qui* 2. *eod.in* 6. *cap.cùm dilecta* 4. §.*Quia vero* 3. *de confirm util. Galganet. ad Statut. Vrbis lib.* 1. *cap.* 158. *num*.40. *colum*.1.

Et in locis, ubi Judæi poſſident, ſi eorum Univerſitas (quæ etiam ob perpetuitatem ma- 12
nus mortua dici valet) à Judæis, ſivè à Chriſtianis in Emphyteuſim recipiat bona, præſcribet quindennia contra Judæos, aut Chriſtianos Dominos directos, ut ad propoſitum *Galganet. loc. cit. num.* 30. *col*.1. *verſiculo an hoc Statutum il penultimo*.

Qua occaſione advertendum duxi,erroneum eſſe putare ſolo triennio præſcribi quindennia, prout ſolo triēnio præſcribi poſſe canones putat 13
Theſaur.deciſ.Pedemont.114.*& ibi Add*.ſub falſo fundamento,quòd canones debeantur loco fructuum, quia eſt falſa hujuſmodi opinio, cùm canones debeantur potiùs in recognitionem do- 14
minii, prout etiam taliter debentur quindennia, veluti dictam opinionem refellit *Antonell. de temp. leg. lib*.2. *cap.* 88. *num*.2. *in med. verſiculo quanvis contrarium*, niſi forſan explicemus *The-* 15
ſaur. ut intelligatur de poſſeſſore fundi emphyteutici tanquàm liberi, hic enim cùm ſit in bona fide, & juſto titulo retinendo fructus fundi pro canonibus præſtari ſolitos, videtur poſſe ſpatio ſolius triennii, illos præſcribere, ſicuti eo tempore regulariter præſcribuntur mobilia.

Noſtra tamen reſolutio ſequentibus ſeptem videtur everti fundamentis.

I. Quia jura quindenniorum ſunt fructus directi dominii renaſcentes ſingulis quindecim 16
annis adinſtar jurium laudemiorum argumento *l.fin. C.de jure Emphyt.* ad præſcriptionem autem requiritur poſſeſſio, vel quaſi *l.ſine poſſeſſio-* 17
ne 25. *ff. de uſucapion.* nihilominùs Emphyteuta naturaliter tantùm, Dominuſque directus civi- 18
liter poſſidet ad *text. in l.ſciendum* 15. §.1. *verſic. item qui ſolam ff. qui ſatiſdar. cog. Valaſc. de jure Emphyt. qu*.18. *num*.1. *Fulgin. eod. tract. in prælud. qu*.1.*num*.27. poſſidenti autem non cur- 19
rit præſcriptio *l. malè agitur* 3. *l.cùm notiſſimi* 7. §.*fin. C.de præſcript.trigint. vel quadragint. ann.*

II. Repugnat poſſe præſcribi quindennia à manu mortua, & exigi eodem tempore annuos canones à directo Domino ex re emphyteuti- 20
ca, cùm ex retentione in parte conſervetur jus in toto, *Niger. de laudem. quæſt*.18. *num*.21.*cum ſeqq. tom*.1.

III. Jus quindenniorum conceſſum in recognitionem dominii, debet eſſe impræſcriptibile, tanquàm proveniens à jure,& dominio directo, 21
quod impræſcriptibile eſt, *Ripol.var.reſol.cap*.7. *de jure Emphyt. nu.* 276. *Fulgin. de jure Emphyt.*

tit.

22 *tit. de ſolut. canon. qu.9. nu.2.* cùm cauſatum re-
gulandum ſit juxta naturam cauſæ cauſantis,
Barboſa axiom 40. *num.*27. *cum ſeq.*

IV. Exactio quindennii tanquàm poſita in
23 voluntate directi Domini, tolli nequit abſque
ejuſdem voluntate ad *text. in l. viam publicam* 2.
24 *ff. de via publica*, quæ enim ex facto noſtro ſunt,
abſque facto noſtro tolli non poſſunt *l. id, quod
noſtrum eſt* 11. *ff. de regul. Jur. ubi Jacob. Go-
thofred.*

25 V. Quindennium tanquàm quid obedientia-
le, & participans de natura homagii in ſignum
ſubjectionis, efficitur impræſcriptibile *cap. cùm
non liceat* 12. *de præſcript. l. competit* 6. *C. de præ-
ſcript. trigint. vel quadragint. ann. Duard. in Bull.
S. Pii V. de cenſib. tom* 1. *qu.*27. *num.*11. *Gibalin.
de annuis præſtation. lib.*4. *cap.* 6. *artic.* 5. *num.*5.
in princip.

VI. Manus mortua tanquàm Emphyteuta,
26 ſeu Domina utilis cùm ſemper dicatur eſſe in
mala fide, eo quòd optimè ſcit ſe teneri ad quin-
dennium, nunquam præſcribere valet ſaltem de
Jure Canonico *cap. fin. de præſcription. Antonell.
de temp. legal. lib.*2. *cap.*88. *n.*1. *Duard. de cenſib.
qu.*34. §.5. *conc.*1. *num.*18. *cum ſeqq. tom.*2.

VII. Non benè arguitur ab annuis præſtatio-
nibus, quippè militat ratio differentiæ, dum in
iſtis emergit totiès iterata negligentia non pe-
tentis per ſingulos annos, at in quindenniis bis
dumtaxat creditor ſe negligentem præbet, &
major negligentia magis punibilis eſt, quàm
minor.

Nihilominùs enumerata fundamenta nullius
ſunt roboris ex ſequentibus ſeptem rationibus.

27 I. Quia omiſſo, an Emphyteuta naturaliter
tantùm, vel aliquo modo etiam civiliter poſſi-
deat, & an naturalis poſſeſſio ſimul cum civili
requiratur, vel civilis ſola ſufficiat ad præſcri-
ptionem, de quo *Valaſc. de jure Emphyt. qu.*18.
*nu.*1. *cum ſeq.* ſemper verum eſt, quòd Emphy-
teuta, quantunvis naturaliter poſſidens, uti ta-
men quaſi civiliter quoque poſſidens ratione ſui
utilis dominii, juriumque emphyteuticalium,
poſſit præſcribere quindennii ſolutionem tan-
quàm jus quoddam emphyteuticum infrà do-
28 minium, veluti in ſimili de præſcribenda ſolu-
tione laudemii reſpondet *Niger de laudem. q.*18.
*n.*42. *cum ſeqq. tom.*1. vel quanvis poſſeſſio Em-
29 phyteutæ non ſit habilis ad præſcribendum di-
rectum, ſeu verum dominium, ipſam nimirùm
Emphyteuſim, ſe in totum liberando à ſolutio-
ne canonum, ac à totali recognitione in Domi-
num etiam in futurum, veluti explicat *Antonell.
de temp. legal. lib.*2. *cap.*88. *num.*5. eſt tamen ha-
bilis, & ſufficit ad præſcribendum, ſeu uſuca-
piendum aliud jus ex quindennio proveniens,
30 quo caſu ſola poſſeſſio naturalis penès Emphy-
teutam reſidens ſuperabundat, ut in laudemio
advertit *Niger de laudem. tom.*1. *qu.*18. *num.*47.
cum ſeqq. & quia non præſcribit directum domi-
nium, ſed ſolam libertatem non ſolvendi, ſicut
dicimus in materia ſervitutum, in quibus benè
intrat præſcriptio libertatis.

II. Quia immò nulla adeſt repugnantia in eo,
quod dari poſſit caſus, quòd ſoluti fuerint cano-
nes, & eodem tempore prætendatur quindennii
præſcriptio, cùm ex non ſolutione quindennii
ſub clypeo præſcriptionis, non tollatur directum
dominium, ſed ſolummodò inducatur præſum-
ptio ſolutionis quindennii ob negligentiam di-
recti Domini in eo exigendo, qui potiùs præſu-
mitur illud tanto tempore exegiſſe, & Emphy- 31
teutam è contrà illud ſolviſſe ob lapſum tanti
temporis, *Fulgin. de jure Emphyt. tit. de ſolut. ca-
non. qu.*9. *num.*11. *in princip.* quis enim diligens
præſumitur in re ſua *cap. ſuper* 5. *de renunciat. l. ſi
conſtante matrimonio* 24 *l. ſi maritus* 36. *ff ſolut.
matrimon. Menoch. de arbitr. Judic. caſ.*40. *n.*10.
& debitor præſumitur nolle deludere credito-
rem, præſertim ſi manus mortua (prout pluri-
mùm evenit) fuerit Eccleſia, quæ præ aliis cul- 32
trix eſſe debet juſtitiæ, nec locupletari debet
cum alterius pernicie, *Amic. de jure Emphyt.
qu.*37. *nu.*12. & *qu.*73. *num.*3. *Fulgin. eod. tract.
tit. de alien. qu.*1. *num.* 37. nè aliàs detur caſus,
quòd non admiſſa præſcriptione, contra omnem
Juris tramitem manus mortua bis ſolvat quin-
dennium.

III. Quia licet quindennium proveniat à Do-
mino directo, attamen uti quid de per ſe ſepa-
ratum, benè poteſt præſcribi in pœnam negligen-
tiæ Domini directi illud non exigentis, dum Ju- 33
ra vigilantibus, non autem dormientibus ſub-
veniunt, *Barboſa axiom.*227. *in princip.*

IV. Quia quindennii exactio potiùs eſt jus 34
quoddam, quàm facultas, Domino directo, ex
generali conſuetudine competens, ut de laude-
mio inquit *Niger de laudem. qu.*18. *num.*53. *cum
ſeqq. tom.* 1. vel ſi verè jura quindenniorum fa-
cultativa eſſent, nihilominùs cùm à Jure, ſivè
(ut meliùs inquam) à conſuetudine ad ea exi-
genda prodita ſit actio, ſeu jus in judicium de-
ducibile, ſequitur, benè eſſe locum præſcriptioni,
quantunvis quindenniorum petitio ſit in arbi- 35
trio Domini directi *Niger de laudem. tom.*1. *q.*18.
*num.*56.

V. Quia præſcriptio dumtaxat non cadit ſu- 36
per obedientia, & recognitione debita Principi
Supremo, non autem (ut in caſu) inferioribus,
quales ſunt Domini directi quindenniorum cre-
ditores, veluti ad propoſitum reſpondet *Galga-
net. ad Statut. Vrb. lib.*1. *cap.*159. *nu.*50. *circà fin.
verſic. ſecùs autem, Duard. de cenſibus qu.*27. *n.*11.
tom. 1. *Gibalin. de annuis præſtation. lib.*4. *cap.*6.
*artic.*5. *num.*25. *in princip.*

VI. Quia quanvis manus mortua Emphy-
teuta ſciat, ſe teneri ad quindennia, non hinc
dici poteſt eſſe in mala fide, cùm etiam ſciat, in-
trare poſſe præſumptionem ſolutionis quinden-
nii intrà tantum tempus, immò dari poſſe ca-
ſum, quòd quindennium ſolutum fuerit; undè
*Statut. Vrb. lib.*1. *cap.* 158. induxit præſcriptio- 37
nem debiti intrà tempus ſexdecim annorum ſub
motivo ſolius præſumptionis ſolutionis, præter-
quamquòd etiam ipſe Dominus directus dici
poſſet in mala fide, qui poſt adeò longum tem-
pus petit quindennium, volens in hoc locuple-
tari aliena jactura, bis illud petendo. Præthereà
licet manus mortua ab initio ſciat ſe debitri-
cem, proceſſu tamen temporis poteſt in bona
fide conſtitui eo, quòd creditor quindennii ſpa-
tio tanti temporis non petens, videatur con-
donaſſe.

VII. Quia cùm quis debeat eſſe non ignarus
Juris, & de Jure cautum ſit, ut ſilentio triginta
annorum quælibet actio præſcribatur, ſi debitor

tandiù tacet, ſibi debet imputare, etiamſi ne-
gligentia non ſit totiès repetita, videtur enim
tanto temporis lapſu jus ſuum remittere.

Vindicata tandem præſenti reſolutione ab
objectis, ſupereſt declarandum, prout de per ſe
ſatis ſe declarat propoſita reſolutio, quòd ma-
nus mortua Emphyteuta benè quidem, ut præ-
diximus, præſcribit quindennia præterita, ſeu
in præteritum decurſa per curſum triginta an-
norum in Emphyteuſi privata, & quadraginta
annorum in Emphyteuſi Eccleſiaſtica, non au-
tem quindennia futura, ſeu in futurum decur-
renda, cùm quælibet præſtatio quindennialis in-
digeat unica præſcriptione, nec unica præſcri-
ptio ſufficiat ad omnes præſtationes quinden-
niales in futurum, ſicuti quælibet præſtatio an-
nua indiget unica præſcriptione, nec unica præ-
ſcriptio ſufficit ad omnes præſtationes annuas
38 in futurum, cùm non valenti agere ob non ad-
ventum temporis non currat præſcriptio, quæ
nec inchoata, minùſque completa dici valet,
*Antonell. de temp. legal. lib. 2. cap. 40. num. 5. & 8.
Fulgin. de jure Emphyt. tit. de ſolut. canon. qu. 9.
num. 14. in princ. verſ. debeo etiam juncto verſ. &
ſic dubitari etiam, Cenc. de cenſib. qu. 118. num. 17.*
39 quidquid in contrarium ſentiat *Amic. de jure
Emphyt. qu. 52. num. 4. cum ſeqq.* tenens præſcribi
40 tàm canones præteritos, quàm futuros, & *Duard.
de cenſibus §. 5. qu. 34. conc. 4. num. 51. cum ſeqq.
tom. 2.* loquens in cenſu.

Ulteriùs non erit locus præſcriptioni quinden-
nii etiam in præteritum, ſi manus mortua per
41 prius interpellata fuerit à Domino directo judi-
cialiter, ſivè extrajudicialiter intrà tempus tri-
ginta, vel quadraginta annorum, & ſic antè
completam præſcriptionem, ad ſolvendum quin-
dennium, cùm tunc eo caſu non præſcribet ad-
versùs Dominum directum, niſi à die factæ in-
terpellationis effluxerint triginta, vel quadra-
ginta anni ob interruptam præſcriptionem, *Ful-
gin. de jure Emphyt. tit. de ſolut. canon. qu. 9. n. 10.
in fine verſ. & ſupradicta*, cenſetur enim in præ-
ſcribendo debito præſervata interpellatio, undè
42 ſtatutaria præſcriptio in Urbe inducta ſilet ob
interpellationem tàm judicialem, quàm extra-
judicialem, ut habetur *lib. 1. cap. 158. in princip.
& cap. 159. in med.* ubi agitur de præſcriptione
decennali penſionum, canonum, & cenſuum.

43 Eodem pacto cenſerem eſſe impræſcriptibile
quindennium, ſi Dominus directus abfuerit à
loco, in quo illud exigere ſolitus eſt, ſtante legi-
timo impedimento ob obſervantiam ad *text. in
l. 1. in fine C. de annal. except. Duard. de cenſibus
§. 5. qu. 34. num. 23. cum ſeq. tom. 2.* quia hoc caſu
taquàm abſens ex juſta cauſa, dignus eſt in in-
tegrum reſtitutione, nec ſolius abſentiæ impedi-
mentum validum eſt ad elidendum, ac interum-
pendum præſcriptionem, ſed etiam aliud quod-
cumque, ac in ſpecie illnd hoſtilitatis, peſtis,
44 mortalitatis, vel ſimile, cùm impedito non cur-
rat tempus, niſi à die ceſſati impedimenti, dum-
modò tamen impedimentum fuerit omni ex
parte irremovibile etiam adhibita quacumque
poſsibili diligentia, ad *text. in cap. ex tranſmiſſa
10. cap. de quarta 4. de præſcription. Antonell. de
temp. legal. lib. 2. cap. 58. num. 1. cum ſeqq.*

Pariter ignorantia Domini directi eum excu-
ſat à petendo quindennio, ac tollit penitùs præ-
ſcriptionem, cùm præſcriptio currere incipiat
contra Dominum ſolummodo à tempore, quo
quindennium ſibi deberi ſciverit, quod in hæ-
rede Domini directi non informato figurari po-
teſt, ſicuti, nanque impedito non currit præſcri-
ptio, ità nec ignoranti, *Duard. de cenſibus §. 5.* 45
*qu. 34. conc. 1. num. 25. cum ſeq. tom. 2. Antonell.
de temp. leg. lib. 3. cap. 7. num. 87. in fine, Niger de
laudem. tom. 1. quæſt. 18. num. 29. in princip.* vel in 46
omni caſu ignoranti competit reſtitutio in inte-
grum adversùs præſcriptionem, *Vela diſertat. 8.
nu. 37.* ignorantia tamen debet eſſe invincibilis,
ut ſuffragetur, *Molina de contract. tract. 2. diſp. 80.* 47
circà fin. verſ. illud etiam.

Si inſuper Dominus directus fuerit altera ma-
nus mortua, puta Eccleſia, vel ſimilis, tunc hu-
juſmodi Domino directo competet beneficium
reſtitutionis in integrum adversùs præſcriptio-
nem adinſtar minoris, cùm miniſter Eccleſiæ, ne-
gligendo petitionem quindennii, præjudicare
nequeat ipſi Eccleſiæ, dummodò tamen Eccle- 48
ſia intrà quadriennium à die completæ præſcri-
ptionis utatur beneficio prædicto *Barboſa in l. ſi-
cut 3. num. 358. C. de præſcript. 30. vel 40. annor.
Molina de contract. tom. 2. diſput. 80. in princ. lit. C.
verſiculo hoc ipſum beneficium.*

ARGUMENTUM.

Etiam in caſu, in quo Emphyteuſis reperiatur diviſa
in plures partes æquales, ſivè inæquales inter plu-
res Dominos directos, diverſi tamen fori, exempli
gratia inter Eccleſiam, & Laycum, ità, ut ſit par-
tim Eccleſiaſtica, & partim laycalis, ſeu profana,
ſicque debeantur quindennia pluribus diviſim pro
rata condominii, adeundus eſt Judex Eccleſiaſti-
cus pro dictorum quindenniorum ſolutione; ſi au-
tem Emphyteuſis ſit de directo dominio plurium
perſonarum ſæcularium, quàm Eccleſiaſticarum,
adhùc pro ſolutione quindenniorum adeundus eſt
Judex Eccleſiaſticus.

SUMMARIUM.

1 *Evitanda eſt prolatio ſententiæ contra ſententiam.*
2 *Clericus, & laicus cohæredes, coram Judice Ec-
cleſiaſtico pulſandi ſunt.*
3 *Cauſa ſociorum Laycorum, inter quos licet unus
tantùm adſit Clericus, tractanda eſt coram Ju-
dice Eccleſiaſtico.*
4 *Si laycus cum Eccleſiaſtico fuerint deputati Judi-
ces, appellatio proſequenda coram Eccleſiaſtico.*
5 *Juſpatronatus mixtum regulatur juxta naturam
Jurispatronatus Eccleſiaſtici.*
6 *Contrà laycum habentem rem communem cum Ec-
cleſia requiritur præſcriptio, quæ requiritur con-
trà Eccleſiam.*
7 *Laycus poſſidens cum Clerico, non tenetur ad col-
lectas.*
8 *Perſona Clerici tanquàm dignior trahit quoque per-
ſonam layci.*
9 *Tot ſunt obligationes, quot ſunt Domini directi.*
10 *Debitor communis conveniendus eſt ab omnibus
creditoribus, quantumvis diverſi fori, coram
uno tantùm Judice.*

CA-

CAPITULUM LXXI.

IN præſenti ſequitur articulus valdè utilis, in quo aſſerimus, quòd etiam in caſu, in quo Emphyteuſis reperiatur diviſa in plures partes æquales, ſivè inæquales inter plures Dominos directos diverſi tamen fori, exempli gratia inter Eccleſiam, & Laycum, ità ut ſit partim Eccleſiaſtica, & partim laycalis, ſeu profana, ſicque debeantur quindennia pluribus diviſim pro rata condominii, adeundus eſt Judex Eccleſiaſticus pro dictorum quindenniorum ſolutione; ſi autem emphyteuſis ſit de directo dominio plurium perſonarum ſæcularium, quàm Eccleſiaſticarum, adhùc pro ſolutione quindenniorũ adeundus eſt Judex Eccleſiaſticus, eo quòd ratione permixtionis dignioris perſonæ, qualis eſt Dominus directus Eccleſiaſticus, magis dignum trahit ad ſe minùs dignum, qualis eſt alius Dominus directus ſæcularis, cum etiam in cauſa quindenniorum uti individua, connexa, ac inſeparabili Judex Eccleſiaſticus tãquàm dignior, ſemper ſit competens ad evitandam diviſionem continentiæ cauſæ, nè ob diverſitatem ſententiarum facilè coram diverſis Judicibus ſequuturam
1 detur ſententia contra ſententiam, ſi ob diverſum forum directorum Dominorum agendum eſſet coram diverſis Judicibus ad exactionem quindennii contra *text. in l. nulli prorsùs* 10. *C. de judic.* & ad regul. *text. in l. ſi communem* 10. *ff. quemadmod. ſervit. amitt. Gratian. diſc.* 641. *n.* 1. *cum ſeqq. Niger de laudem. tom.* 1. *qu.* 4. *artic.* 4. *n.* 2. *& quæſt.* 17. *artic.* 5. *nu.* 14. *&* 16. *Gutierrez practic. lib.* 1. *q.* 6. *n.* 2. *&* 9. *Salgad. labyrint. creditor. par.* 1. *cap.* 6. *n.* 12. *Marta de Juriſdict. par.* 4. *cent.* 2, *cap.* 118. *nu.* 1. *& per tot. Palma Nep. alleg.* 270. *n.* 31. *tom.* 3.

2 Hinc fit, quòd Clericus, & Laycus cohæredes, vel ex eodem contractu inſimul obligati, ambo coram Judice Eccleſiaſtico pulſandi ſunt, etiãſi plures ſint hæredes layci, quàm Clerici, immò, etiamſi unus tantùm ſit Clericus, & omnes alii layci, *Niger de laudem. qu.* 4. *artic.* 4. *n.* 4. *cum ſeqq. tom.* 1. hinc cauſa ſociorum laycorum, in-
3 ter quos licet unus tantùm adſit Clericus, tractanda eſt coram Judice Eccleſiaſtico, *Tondut. de prævent. par.* 2. *cap.* 14. *n.* 9. hinc ſi laycus cum
4 Eccleſiaſtico fuerint deputati Judices, vel Clerici arbitri, interiecta ab eorum ſententia appellatione, appellatio proſequenda eſt coram Judice Eccleſiaſtico ſuperiore, non autem coram ſæculari, *Scaccia de appellation. lib.* 3. *cap.* 2.
5 *quæſt.* 8. *num.* 101. hinc ſi Juſpatronatus partim ſit Eccleſiaſticum, & partim laycale, regulatur juxta naturam Juriſpatronatus Eccleſiaſtici, *Gonzalez ad Regul.* 8. *hodiè* 9. *Cancellar. de Menſib. gloſ.* 18. *num.* 9. *de Curte de Jurepa-*
6 *tronat.* §. *jus num.* 23. hinc contra laycum habentem rem communem cum Eccleſia, ratione communionis, ſeu conſortii, & ratione individuitatis rei eadem requiritur præſcriptio, quæ requiritur contrà Eccleſiam, *Portol. de conſort.*
7 *cap.* 35. *n.* 12. *Felicius de ſocietate cap.* 12. *num.* 15. hinc laycus poſſidens bona in communione cum Clerico, non tenetur ad collectas, prout ad illas non tenetur Clericus, *Felic. de ſociet. cap.* 12. *n.* 16. hinc notiſſima Ægidiana prohibens appellationem in poſſeſſorio, non ſolùm non intrat, quando Clericus eſt in cauſa, ſed nec quando laycus eſt etiam collitigans, & compræhenſus in eadem ſententia, cùm perſona Clerici tanquàm dignior 8
hoc caſu trahat perſonam quoque layci, *Rota coram Priolo dec.* 149. *n.* 7. *cum ſeqq.*

Nec obſtat, quòd non videtur implicare, quòd quando, ut in caſu, ſunt plures creditores, & quilibet pro parte tantùm ſua agere debet ad quindennium, Eccleſiaſticus remittendus ſit ad Judicem Eccleſiaſticum, & Laycus ad Judicem laycum, cùm hoc caſu dividua ſit obligatio, totque ſint obligationes, quot Domini directi, 9
ad *text. in l. in ſtipulationibus* 54. §. *operarum* 1. *ff. de verb. oblig.* quia ſaltem ad evitandam contrarietatem ſententiarum apud diverſos Judices ſequuturam, coram uno tantùm Judice, & quidem digniore conveniendus eſt debitor com- 10
munis ab omnibus concreditoribus, quantumvis diverſi fori, *Salgad. labyr. credit. parte* 1. *cap.* 2. §. 2. *num.* 26.

ARGUMENTUM.

Eccleſia conveniens Dominum directum Laycum pro aliqua ſumma ſibi debita, coram Judice Layco, poteſt coram eodem reconveniri pro ſolutione quindenniorum.

SUMMARIUM.

1 *Eccleſia convenienda eſt pro quindenniis coram Judice ſuo Eccleſiaſtico.*
2 *Eadem conveniens Dominum directum Laycum pro aliqua ſumma ſibi debita, coram Judice Layco, poteſt coram eodem reconveniri pro ſolutione quindenniorum.*
3 *In Hiſpaniis non habetur (prout de Jure communi) ratio, utrùm ſit utriuſque litigantis Judex competens, vel alterius dumtaxat.*
4 *Idem procedit in Luſitania.*
5 *Adducitur locus* Matth. 7. 12.
6 *Judex aliàs incompetens, fit competens vigore reconventionis.*
7 *Reconventio recepta eſt in corpore Juris Canonici, ſub* tit. de mut. petition.
8 *De Jure civili cavetur, ut fiat reconventio coram Judice conventionis.*
9 *Eodem modo dicendum eſt, quòd fieri debeat de Jure Canonico.*
10 *Arbiter judicare nequit, niſi de contentis in compromiſſo.*
11 *Tali caſu non intrat reconventio contra Laycum, ità longè minùs intrare debet contrà Eccleſiam.*
12 *Arbiter nullam habet Juriſdictionem, ſed notionem tantùm, ſeu cognitionem.*
13 *Reconventio intrat coram eodem arbitro, quando eſt electus ex neceſſitate legis, Statuti, vel conſuetudinis.*
14 *Judex ſuper cauſa conventionis, & reconventionis judicare debet.*
15 *Niſi vigeat contraria conſuetudo non reconveniendi coram eodem Judice conventionis.*
16 *Actor non poteſt reconvenire reum reconvenientẽ.*
17 *Reconventio fieri poteſt coram Judice delegato.*
18 *Reconventio dicitur ſecunda conventio.*
19 *Eo modo, quo Eccleſia conveniri nequit coram Judice*

dice Layco , ità nec reconveniri .
20 *Eccleſia conveniens coram Judice ſæculari in poſſeſſorio, non poteſt reconveniri coram eodem Judice in petitorio .*
21 *Reconventionis prorogatio dumtaxat delet Judicis incompetentiam , non autem illius incapacitatem .*
22 *In Cauſis merè Eccleſiaſticis non poteſt alius ſe intromittere , niſi Eccleſiaſticus .*
23 *Quoad alias Cauſas merè civiles Eccleſiarum , & Clericorum Judex laycus non eſt incapax .*
24 *Clericus non poteſt prorogare etiam ſponte juriſdictionem Judicis ſæcularis , licet accedat conſenſus ſui Ordinarii .*
25 *Reconventio nihil aliud eſt,quàm mutua conventio.*
26 *Reconventio procedit ex tacita prorogatione , ſeu conſenſu .*
27 *Inveriſimile eſt , comprehenſam fuiſſe Eccleſiam in Conſtitutione Juſtiniani .*
28 *Jura prohibentia conventionem Clerici, ſeu Eccleſiæ coram Judice Layco, non loquuntur in caſu reconventionis .*
29 *Jus Canonicum tolerat reconventionem .*
30 *Per reconventionem prorogatio non fit miniſterio hominis , ſed legis .*

CAPITULUM LXXII.

1 VIſo in *Superiori Cap.* quòd Eccleſia convenienda ſit pro quindenniis coram Judice ſuo Eccleſiaſtico, nunc erit videndum , quod eadem Eccleſia conveniens Dominum directum laycum pro aliqua ſumma ſibi debita , coram
2 Judice Layco , poteſt coram eodem reconveniri pro ſolutione quindenniorum , quippè natura mutuæ petitionis operatur, ut reconventio fiat coram eodem Judice , quem actor forum rei ſequens elegit , non habita ratione , utrùm ſit utriuſque litigantis Judex competens, vel alterius dumtaxat, *Urſin. de reconvent.cap.19.n.1. & 8. cap.24. n.11. cum ſeqq. & cap.29. n.2. cum ſeqq. & ſignanter n.18. circà fin. verſ. nam eodem modo, Marcſca eod. tract. enarrat.2.n 96. cum ſeq. & n.144. de Graſſ. de effect Cleric. effect.1. n.745. cum ſeqq. Bellet. diſquiſit. Clerical. par.1. tit. de favor. Cleric. real §.3. n.1. cum ſeqq. Coſta de remed.ſubſid. remed.120. nu.4. cum ſeqq Marta de Juriſdict. par.4. cent.2. caſ 107. nu.1 cum ſeqq. Antonell. de jurib. & onerib. Cleric. lib.1. par.2. cap.20. n.1. cum ſeqq. Anſald. de juriſdict par.3. tit. unic. cap.9. n.52. Tondut. de prævent. parte 2. cap.58. n.11. Fragoſ. de regim.Reip.Chriſt. par.1. lib.2. diſp.4.§.4. memb.3. n.349. Scaccia de judic. par.1. cap.11. num.93. Duard. in Bull. Cæn. lib.2. canon.15. qu.11 n.66. Oliva de for. Eccleſ. par.3. qu.32. nu.9. in fine verſic. inſertur ſecundò , Scialoya de for. compet. cap.13. n.1. cum ſeqq. Bottin. ad Statut.Genuæ lib.6. cap.4.§. ſi verò aliquis Clericus nu.5. Advocatus Conſtantin. ad Statut.Urb. lib.1. in cap.67. annot.7. n.54. cum ſeqq. Scoppa ad Merlin. Pignatell. tom.2. in cap.23. nu.3. cum ſeqq. Vidman. in Jur. reſp. penès Calà de præbem. Magn. Cur. Vicar. cap.23. n.39. verſic.upereſt , Manfrella ad Capyc.Latr.obſ.141. n.1. Romaguer. ad Conciol. ſup. Statut.Eugub.lib.2.Rubr.15.n.21. Amigant.in addit. ad Peguer. in praxi civil. Rubr.11. n.21. Caſar.peregr. quæſt.qu.24. n.9. Marcian. diſp.73. n.7. cum ſeqq. tom.2. Cirin. de Juriſdict. Eccl. cap.7. ſect.4. n.16. cum ſeqq.del Bene de immunit. Eccleſ. tom.1. cap.7. dub.1.n.6. Gambao eod. tract. lib.7. cap.13. n.2. de Marin. in obſ. ad Reverter. obſ.413. n.3. tom.2. & quotid. reſol. cap.179. n.6. tom.2. Larrea dec. Granat.4. nu.11. cum ſeq.par.1.Tryſtan. dec.Cathalon.7.n.29.& 31. Fontanella dec. Cathalon.334. nu.10. cum ſeq. & dec.335. n.4. Pilaja dec. Pontiſ.lib.1. dec.11.n.73. Thor. dec. ſeu vot.99. n.19. tom.1. Cortiada deciſ. Cathalon.30. n.136. cum ſeq. tom.1. & dec.242. n.27. tom.4. Chriſtin.deciſ. Belgic.280. per tot.volum.1.* idemque procedit tàm in Hiſpaniis ex 3
leg. Reg.57.tit.6.partit.1. & leg.4. tit.3. partit.4.
quàm in noſtra Luſitania ex *Ordinat. Reg. lib.2.* 4
*tit 1.§.1. Pereyra de man. Reg. par.2. cap.22. ſub n.2.*quaſi quod ratio reconventionis nitatur Jure divino juxta illud *Matth.7.12.quod vultis vo-* 5
bis homines facere,hoc & illis facite, adeò, ut vigore reconventionis,juriſdictio Judicis alioquin incompetentis prorogetur , qui de reconventione cognoſcit , aliàs de conventione , ſeu actione 6
cognoſcere nequiens,*Tondut de prævention.par.2. cap.58.n.2.* Cùmque reconventio in corpore Juris Canonici recepta ſit ſub *tit. de mut. petition.* 7
& Sacri Canones nihil correxerint,videtur eam recepiſſe juxta regulas Juris civilis , at quia de Jure civili cavetur , ut fiat reconventio coram 8
Judice conventionis *l.qui non cogitur 22.ff.de judic. l. cùm Papinianus 14. juncta Auth. & conſequenter C. de ſentent. & interloq.Judic.Urſin.de reconvent cap.2. per tot.* eodem modo dicendum eſt , quod fieri debeat de Jure Canonico , *An-* 9
ſald. de juriſdict. par.3. tit. unic. cap.9. num.56. cum ſeqq.

Perutiles autẽ ſeſe offerũt quinq;difficultates.

I. Difficultas, ſi cauſa conventionis pendeat coram Arbitris compromiſſariis,ſeu voluntariis, an etiam cauſa reconventionis agenda ſit coram eiſdem, & putarem hoc caſu non eſſe locum reconventioni, quia arbiter voluntarius eligitur de conſenſu utriuſque partis , nec poteſt judicare , niſi de contentis in compromiſſo , *cap. cùm* 10
dilectus 6.de arbitr l.de his 46. ff.eod. Urſin.de reconvent. cap.22.nu.6.cum ſeqq.Antonell.de jurib. & onerib. Cleric. lib.1. par.2. cap.20. num.12. de Graſſ.de effect.Cleric. effect.1. nu.779. Cancer.var. reſol.par.2.cap.13. nu.45.Oliva de for.Eccl.par.3. qu.32.nu.14. Berſan.de compenſation. cap.1. q.13. nu.15. ſicuti nanque tali caſu non intrat recon- 11
ventio contra laicum , ità longè minùs illa intrare debet contra Eccleſiam *Duard.in Bull.Cæn. lib. 2. canon. 15. qu.11. num.66. antè med. verſic. ſecundus eſt*, immò arbiter nullam habet juriſdictionem , ſed notionem tantùm , ſeu cognitio- 12
nem *l.notionem 99.ff.de verb. ſignif.* ſi verò arbiter fuerit neceſſarius, tanquàm electus ex neceſſitate legis, Statuti, vel conſuetudinis, tunc in- 13
trat reconventio coram eodem arbitro,*de Graſſis de effect.Cleric.effect.1.n.780. Antonell.de jurib.& onerib.Cleric.lib.1.par.2. cap.20. n.12. verſ. ſecùs eſſet, Urſin.de reconven. cap.22. nu.17. cum ſeqq.*

II. Difficultas inſurgit, an cauſæ conventionis, & reconventionis poſſint unica ſententia terminari , & crederem non poſſe , cùm Judex ſuper utraque cauſa ſimul pronunciare debet , 14
non autem omittere cauſam reconventionis , & decidere ſolam cauſam conventionis , *Advocat. Conſtantin. ad Statut. Urb. lib.1. cap.67. annot.7. nu.12.*

*nu.*12. *Molignat.de reconvent. qu.*12. *per tot.Car-*
*leval. de judic. lib.*1. *tit.*2. *diſp.*7. *num* 3. *Paz de*
*tenuta cap.*64. *nu.*19. *Altimar.de nullit Rubr.*13.
qu 26.*nu.*46.*cum ſeq Reverendiſs.P.D. Anſaldus*
*Decanus de commerc. & mercatur. diſc.*74. *nu.*23.
*Caſtill. dec.Sicil.*19. *nu.*1. *cum ſeqq. tom.*1.
III. Subnectitur difficultas, an caſu, quo vi-
geat contraria conſuetudo non reconveniendi
coram eodem Judice conventionis, eadem ſer-
15 vanda ſit, arbitrarer ſervandam eſſe, *de Graſſis*
*de effect.Cleric. effect.*1. *nu.*787.*cum ſeq.Antonell.*
*de jurib.& onerib.Cleric.lib.*1.*par.*2. *cap.*20.*n.*21.
IV. Adſtruitur difficultas, an actor poſſit re-
16 convenientem reum reconvenire, & non poſſe
dicerem, nè ſic mutuæ petitiones in infinitum
procedant, *Anſald. de juriſdict. par.* 3. *tit. unic.*
*cap.*9. *n.*104. *cum ſeqq.Oliva de for.Eccleſ. par.*3.
*qu.*32. *nu.*60.
V. Demùm ſubſequitur difficultas, an re-
17 conventio fieri poſſit coram Judice delegato,
& exiſtimarem poſſe ad tradita per *Scac. de Sen-*
*tent.& re judicat. gloſ.*7. *qu.*4. *ſpec.*3. *nu.*69.
Quibus ſtabilitis videntur obnubilare noſtrã
reſolutionem ſequentia objecta, quæ tamen non
obſtant.
Non igitur obſtat, quòd, cùm reconventio
18 dicatur ſecunda conventio, ut per *DD. in tit. de*
mut. petition. eo modo, quo Eccleſia conveniri
19 nequit coram Judice Layco, ità nec reconveni-
ri argum. *cap.*2. *&* 3.*de judic.*proindè in *cap.fin.*
de judic. habetur, Eccleſiam convenientem co-
20 ram Judice ſæculari in poſſeſſorio, non poſſe
reconveniri eandem coram eodem Judice in pe-
titorio, ſeu ſuper proprietate, quæ vicem recon-
ventionis obtinet, præterquamquòd reconven-
21 tionis prorogatio dumtaxat delet Judicis in-
competentiam, non autem illius incapacitatem
l. cùm Papinianus 14. *C. de ſentent. & interlocut.*
omn.Judic. undè cùm Laicus non ſolùm incom-
petens, ſed omninò incapax ſit ad cognoſcen-
dum de quibuslibet cauſis Eccleſiæ, ac Clerico-
rum ex vulgatis, ſequitur reconventionem mi-
nimè poſſe intrare, attamen quia circà incapa-
citatem diſtinguendum eſt, ut de Jure divino
22 in cauſis merè Eccleſiaſticis, ac Spiritualibus
non poſſit alius ſe intromittere, niſi Judex Ec-
cleſiaſticus, puta in matrimonio, cæteriſque
Eccleſiæ Sacramentis, in articulis fidei, in cen-
ſuris, & clavibus Eccleſiæ, in Beneficiis, & De-
cimis *cap.tuam* 3.*de ordin.cognition.cap.cauſam* 4.
qui fil.ſint legitim.cap.ut inquiſitionis 18. §. *Prohi-*
bemus 2.*de hæretic.in* 6.cæterum quoad alias cau-
ſas merè civiles, & profanas Eccleſiarum, ac
Clericorum, quales ſunt iſtæ quindenniorum,
23 quæ quanvis Eccleſiaſticæ ratione perſonæ, non
tamen ſimpliciter, & abſolutè Judex laycus in-
capax eſt de Jure divino, *Molina de juſtit.& Ju-*
*re tom.*1. *tract.*2. *diſp.*31. *verſic.ſecunda concluſio,*
*& tom.*4. *tract.*2. *diſp.*49. *nu.*4.
Minùs obſtat, quòd ſicuti Clericus, & à for-
tiori Eccleſia trahi nequit ad forum ſæculare,
24 immò, etiamſi velit, non poteſt juriſdictionem
Judicis ſæcularis prorogare etiam de conſenſu
ſui Ordinarii *cap.Eccleſia S. Mariæ* 10. *de conſti-*
*tution.cap.fin.de judic.c.*1. *cap.nullus* 2.*cap.ſi dili-*
genti 12. *de for. compet.* ità videtur nec poſſe re-
conveniri, cùm in reconventione ſint rei Cleri-
25 cus, aut Eccleſia, eo quòd reconventio nihil
aliud eſt, quàm mutua conventio, ut in *Rubr.*
& nigr.extrà de mut petition. cap. cùm dilectus 2.
de ord. cognit. cap. diſpendia 3.§ *Reus quoque* 2.*de*
reſcript in 6 *l.ſi idem cum eodẽ* 11.§.*Sed & ſi mu-*
tuæ 1. *ff.de juriſdict.omn.Judic.*reconventio autẽ
procedit ex tacita prorogatione, ſeu conſenſu 26
cap.accuſatores 1. §.*Cujus in agendo* 3 *qu.*8. *l.Pa-*
pinianus 14.*C.de ſentent.& interloquutor.omn.Ju-*
dic. undè videtur non poſſe intrare reconventio-
nem, quotiès (prout in caſu) agitur de tali ma-
teria, in qua prorogatio neque de partium con-
ſenſu fieri poteſt, nec reconventio invenitur ex-
preſſè exceptuata in Jure Canonico, & non poſ-
ſe reconveniri Clericum, aut Eccleſiam coram
Judice layco ſentiunt Canoniſtæ ſub Religionis
clypeo, quòd inveriſimile ſit compræhenſam 27
fuiſſe Eccleſiam in Conſtitutione Juſtiniani Im-
peratoris pientiſſimi, *Ambroſin.de immunit. Ec-*
*cleſ. cap.*21. *per tot.Morla empor.Jur.'par.*1.*tit.*2.
*q.*13.& Iura prohibentia conventionem Clerici, 28
ſeu Eccleſiæ coram Judice layco, non loquun-
tur in caſu reconventionis, *Scoppa ad Merlin.*
*Pignatell. tom.*2. *in cap.*23.*nu.*5.*in fine verſic.quæ*
prorogatio; immò non ſolum Jus Canonicum 29
non prohibet reconventionem hujuſmodi, ſed
illam permiſſivè tolerat, *Scoppa loc. cit. nu.*9. *in*
princip. Ultraquamquòd per reconventionem
prorogatio non fit miniſterio hominis,ſed legis, 30
*Bottin. ad Statut. Genuæ lib.*6. *cap.*4. *in* §. *Si verò*
*aliquis Clericus n.*5. *poſt med. verſiculo nec obſtat.*

ARGVMENTVM.

Eccleſia, ſivè quæcumque Univerſitas Eccleſiaſtica, Emphyteuſis laycalis, ſeu de directo dominio layci poſſeditrix, pro decurſis tamen quindenniis convenienda eſt coram Judice ſuo Eccleſiaſtico, & quæcumque manus mortua ſæcularis poſſeditrix Emphyteuſis Eccleſiaſticæ, ſeu de directo Dominio Eccleſiæ, pro decurſis quindenniis convenienda eſt coram Judice ſuo layco ejuſdem Domini directi, nempè ipſius Eccleſiæ.

SUMMARIUM.

1 *Eccleſia Emphyteuta Layci, pro decurſis quinden-niis convenienda eſt coram Judice ſuo Eccleſiaſtico.*
2 *In materia competentiæ attenditur potiùs dominium directum.*
3 *Judex laicus in petitorio, ſivè poſſeſſorio etiam inter laycos ſemper eſt incompetens ratione rei.*
4 *Eccleſia Domina directa convenienda eſt coram Judice Eccleſiaſtico.*
5 *Eccleſia eſt exempta à Juriſdictione laycali tàm in bonis liberis, & allodialibus, quàm in Emphyteuticis.*
6 *Dominium directum Eccleſiaſticum, tamquàm dignius trahere debet ad proprium Judicem occaſione controverſiæ ſuper Dominio utili.*
7 *Quæ fortiùs intrant, ſi vigeat obſervantia conveniendi Eccleſiam debitricem quindenniorum, coram Eccleſiaſtico.*
8 *Arbor germina, una eſt, ſeu pro una judicatur.*
9 *A mundi origine Cauſæ omnes etiam ſæculares ad Judices Eccleſiaſticos deferebantur.*
10 *Idem in Canone.*

11 *Pa-*

11 *Pariter ſi Eccleſia ſit in poſſeſſione exigendi quindennia à manu mortua ſæculari.*
12 *Non plus poteſt conſuetudo, quàm Conſtitutio.*
13 *Acceſſorium ſequitur ſuum principale.*
14 *Eccleſia convenienda eſt coram Eccleſiaſtico, etiamſi Emphyteuſis ſit de directo Dominio layci.*
15 *Conductor rei Eccleſiaſticæ conveniendus eſt pro penſione coram layco.*
16 *Idem judicandum de quindennio, quod de directo dominio.*

CAPITULUM LXXIII.

PRo dicendorum intelligentia diſtinguendi
ſunt duo caſus, primus eſt, quando Eccleſia
tanquàm Domina utilis debet quindennia, ſe-
cundus verò, quando Eccleſia eſt Domina dire-
cta, eique debentur quindennia à manu mortua
laycali, ità ut in primo caſu ratione perſonæ Ju-
dex Eccleſiaſticus debet cognoſcere ſuper debi-
to quindennio, in ſecundo autem caſu ratione
rei Judex laicus, videndum igitur, quòd Eccle-
ſia, quantunvis retinens Emphyteuſim laycalem,
pro decurſis tamen quindenniis convenienda ſit
coram Judice ſuo Eccleſiaſtico, cùm ſæpiſſimè
lis vertatur ſuper fori competentia inter Eccle-
ſiam Dominam utilem, ſeu emphyteutam, &
1 laycum Dominum directum, firmando in præ-
ſenti, quòd Eccleſia, ſivè quæcumque Univer-
ſitas Eccleſiaſtica, Emphyteuſis laycalis, ſeu de
directo dominio laici quantunvis poſſeditrix,
pro decurſis tamen quindenniis convenienda
eſt coram Judice ſuo Eccleſiaſtico & quæcum-
que manus mortua ſæcularis poſſeditrix Em-
phyteuſis Eccleſiaſticæ, ſeu de directo dominio
Eccleſiæ, pro decurſis quindenniis convenienda
eſt coram Judice ſuo laico Domini directi, nem-
pè ipſius Eccleſiæ, veluti in ſimili de canonibus
emphyteuticis, & laudemiis debitis etiam in re-
cognitionem directi dominii *Burgius de laudem.
par.3. inſpect.1. nu.6. cum ſeqq. Antonell. de jurib.
& onerib. Clericor. lib.1. par.2. cap.14. nu.50. cum
ſeqq. & cap.16. nu.5. Bellett diſquiſ. Clerical par.1.
tit. de favor. Clericor. real. §.3. nu.4. & 7. Niger
de laudem. tom.1. qu.17. articul.2. n.95. & artic.5.
nu.17. Fulgin. de jure emphyt. tit. de diverſ. quæſt.
emphyt. qu.5. nu.1. Baruſ. reſol.28. per tot. Oliva
de for. Eccleſ. par.3. qu.39. nu.35. Gobius conſult.
dec.47. nu.8. cum ſeqq & nu.18. Paulutius diſert.
legal. par.1. diſert.36. nu.1. Sperell. dec. for. Eccl.
tom.1. deciſ.98. per tot. Panimolla dec.4. annot.1.
nu.51. Rota apud Fulgin. de jure emphyt. tit. de di-
verſ. qu. emphyt. qu.22. n.1.* quippè tàm vice verſa
Univerſitas, Civitas, quàm fiſcus, vel alia ſimi-
lis manus mortua ſæcularis poſſidens Emphy-
teuſim de directo dominio Eccleſiæ, convenien-
da eſt etiam coram Judice Eccleſiaſtico ratione
directi dominii, quod retinet Eccleſia ſuper bo-
nis emphyteuticis, cùm eò caſu ſit incompetens
Iudex laycus, nec ſe ingerere poſſit ſuper bonis
hujuſmodi, quanvis reſpectu utilis dominii oc-
caſione decurſorum quindenniorū agatur cum
2 laico, quaſi quòd in materia competentiæ atten-
datur potiùs dominium directum tanquàm no-
bilius, ac ſolidius, ut in puncto quindenniorum
*Novar. in ſumma Bullar. par.1. comment.145. n.27.
& Michael Juſtinian. in additioae ad eund. repetit.
poſt Tract. inter. Doctores litera P. & R.* ubi refert
reſolutionem ſacræ Congregationis Immunita-
tis, *Baruſius reſol.28. n.15. de Marin. reſol.207. per
tot. lib.1. Carol. Anton. de Luca ad eund. melior.207.
tom. 1. Valaſc. de jure emphyt. qu.39. nu.14. verſic.
quòd ſi Emphyteuſis, Cortiada deciſ. Cathalon.196.
per tot.* quia ſivè agatur in petitorio, ſivè in poſ- 3
ſeſſorio etiam inter laicos Judex laicus ſemper
erit incompetens ratione rei, juxta firmata per
*Rot dec.238. per tot poſt Pacific. de Salvian. Inter-
dict.* ità à pari paſſu, nè ad imparia judicentur
Eccleſiaſticus, & laycus, quando Emphyteuſis
poſſidetur ab Eccleſia, illaque eſt de directo do-
minio Eccleſiæ, convenienda venit coram Judi- 4
ce Eccleſiaſtico, quòd res ipſa in judicium, non
verò perſona trahi videatur ad *text. in l. Impera-
tores 7. ff. de Publican & vectigal. Gobius conſult.
deciſ.478. num.9.*
Præterquamquòd Eccleſia eſt exempta à ju-
riſdictione Laycali tàm in bonis liberis, & allo- 5
dialibus, quàm in emphyteuticis, de quibus eſt
controverſia, *Dondæus conſult.31. n.10. cum ſeq.*
ità, ut dominium directum Eccleſiaſticum tan-
quàm dignius, & potentius ratione connexio- 6
nis trahere debet ad proprium Judicem occaſio-
ne controverſiæ ortæ ſuper dominio utili, quod
eſt complicatum, ac connexum cum directo ad
inſtar incrementi, alluvionis, & Inſulæ, *De Lu-
ca Melphiten. ad Gratian. diſc.732. nu.7. Rota pen.
Fulgin. de jure emphyt. tit. de diverſ. qu. emphyt. poſt
qu.22. nu.9. cum ſeqq. & nu.21. cum ſeq.*
Quæ fortiùs intràt, ſi vigeat obſervantia con- 7
veniendi Eccleſiam debitricem quindenniorum
non obſtante qualitate Emphyteuſis laycalis,
coram Judice Eccleſiaſtico, & conveniendi pa-
riter emphyteutam laicum coram Judice Eccle-
ſiaſtico, ut de canonibus pro emphyteuſi debi-
tis *Baruſ. reſol.28. nu.22.* Non omiſſo, quòd, cùm
quindennia ſint fructus ipſius Emphyteuſis, im-
mò quodammodo unum, ac idem corpus cum
ipſa Emphyteuſi, de illis idem ferendum judi-
cium, quod de arbore germina, quæ una eſt, ſeu 8
pro una judicatur, ſi ſuprà terram appareat jun-
cta, *l. ſi germina 9. ff. arbor. furt. cæſar.*
Adeo, ut facilius amplectenda reſolutio, ſi Ec-
cleſia conſenſerit in Judicem laycum, nihil facit,
quanvis è contrà laycus in Judicem Eccleſiaſti-
cum conſentire poſſit, cum faciliùs prorogabilis
ſit de ſui natura juriſdictio Eccleſiaſtica, eo
quòd à mundi origine cauſæ omnes etiam ſæcu- 9
lares ad Judices Eccleſiaſticos deferebantur jux-
ta *Exod.17.* veluti in ſimili de canone emphyteu- 10
tico *Baruſius reſol.28. nu.29.*
Pariter ſi Eccleſia ſit in poſſeſſione exigendi 11
quindennia à manu mortua ſæculari, puta fiſco
Regio, vel Univerſitate, vel ſimili, ſivè è contrà
laicus ſit in poſſeſſione exigendi quindennia ab
Eccleſia, veluti in canone *Carol. Anton. de Luca
ad reſol. de Marin. melior.207. nu.6. tom.1.*
Contraria autem obſervantia tanquàm abuſi-
va, & de directo contraria immunitati Eccleſia-
ſticæ, reiicienda eſt, cùm non poſſit plus con-
ſuetudo, quàm Conſtitutio, per notata ad aliud 12
propoſitum à *Roderico de ann. redditib. lib 2. q.9.
nu.59. Tranchedin. conſult.17. nu.38 tom.2.* actio
enim pro quindenniis eſt merè perſonalis, & pro-
indè Eccleſia convenienda pro quindenniis, de
cujus perſona agitur, & contra quam actio diri-
gitur, pulſanda eſt coram Iudice ſuo, nempè
Eccle-

Eccleſiaſtico, vel quanvis actio quindenniorum forſitan non ſit merè perſonalis, ſed mixta, partim nempè perſonalis reſpectu poſſeſſoris, ſeu poſſeditricis, qualis eſt ipſa manus mortua, & partim realis, tanquàm onus adhærens, infixùmque ipſi rei emphyteuticæ ob qualitatem poſſeſſoris, ideoque aſſumat naturam bonorum Eccleſiaſticorum, quando Emphyteuſis eſt de directo dominio Eccleſiæ, & quindennia tanquàm partes, ſeu fructus ipſius directi dominii ſequi debeant illius conditionem ex regula, quòd
13 acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis *cap. acceſsorium* 42. *de regul. Jur. in* 6. attamen ob præexcellentiam Eccleſiæ etiam in caſu, quo Emphyteuſis poſſideatur ab Eccleſia, & ſit de
14 directo dominio layci adhùc convenienda eſt Eccleſia coram ſuo Iudice Eccleſiaſtico ratione perſonæ, & quia actor ſequitur forum rei; immò ratione Emphyteuſis de directo dominio Laycali poſſeſſæ per Eccleſiam, Eccleſia eſt exempta à foro ſæculari non ſolùm in actione perſonali, ſed etiam in reali. vel mixta, qualis eſt illa pro quindennio, *Aufrer de poteſt. ſæcular. reg.* 2. *limit.* 4. *de Matthæis de prorogat. Juriſdiction. nu.* 75. *Marta de Juriſdict. par.*4. *cent.*2. *caſ.*101. *num.*4. *& caſ.*125. *per tot. Chartar. de immunit. n.*439. *Del Bene eod. tract. par.*1. *cap.*7. *dub.*2. *& par.*2. *cap.*9. *num.*35. *de Graſſis de effect. Cleric. effect.* 10. *nu.* 10. *Bordon. de privileg. Cleric. cap.*2. *n.*4. *& cap.*16. *n.*2. *Vulp. prax. for. Eccl. cap.*41. *n.*6. *Bobadilla Politic. lib.*2. *cap.*18. *n.*164. *Tranchedin. conſult. forenſ. tom.*2. *conſult.*17. *num.*12. *cum ſeq.*

15 Non obſtat animadverſio, quòd, ſicuti conductor rei Eccleſiaſticæ conveniendus eſt pro penſione coram Judice laico, *Theſaur. Jun. quæſt. lib.*2. *qu.*15. *n.*2. *cum ſeq.* ità videretur dicendum in quindennio, laudemio, & canone emphyteutico, quia opinio hujuſmodi ultraquamquòd non eſt tuta, argumentum de penſione pro locatione, ad quindennium, laudemium, & canonem Emphyteuticum, ob rationis diſparitatem non captivat intellectum, cùm penſio in locatione ſolvatur pro uſu rei, in Emphyteuſi autem quindennium, laudemium, & canon fructibus non correſpondens ſolvitur in ſignum re-
16 cognitionis directi dominii, quo fit, quòd idem judicandum ſit de quindennio, quod de directo dominio, cujus eſt pars, veluti reſpondet in ſimili de canone, & laudemio *Sperell. deciſ. for. Eccleſ. tom.*2. *dec.*98. *n.*11. *cum ſeqq.*

ARGUMENTUM.

Manus mortua Eccleſiaſtica Emphyteuta conventa à Domino directo Layco ad ſolvendum quindennium, habet fori electionem, ità, ut inſtare poſſit, quòd cauſa cognoſcatur potiùs per unum Judicem, quàm per alium, & è contrà manus mortua ſæcularis Emphyteuta conventa ab Eccleſia Domina directa ad ſolvendum pariter quindennium, non habet fori electionem, ità, ut inſtare poſſit, quòd cauſa cognoſcatur potiùs per unum Iudicem, quàm per alium.

SUMMARIUM.

1 *Manus mortua Eccleſiaſtica, quantunvis poſſidens Emphyteuſim Laycalem, attamen pro decurſis quindenniis convenienda eſt coram Judice Eccleſiaſtico.*

2 *Manus mortua Eccleſiaſtica conventa à Domino directo Layco ad ſolvendum quindennium, habet fori electionem.*

3 *Intelligitur conceſſa electio fori, dummodò Judex electus, ſit Judex competens.*

4 *In Cauſis feudalibus non competit privilegium electionis fori.*

5 *A feudo ad Emphyteuſim argui valet.*

6 *Sacri Canones cum uſibus feudorum ſe conformarunt per viam prorogationis Juriſdictionis.*

7 *Iidem permiſerunt facultatem conveniendi Eccleſiam coram Domino feudi ob majorem peritiam in materia feudali.*

8 *Hujuſmodi facultas à principio fuit indulta in uſibus feudorum.*

9 *Prout practicatur in mercatoribus ob eorum peritiam in mercatura.*

10 *Refellitur* Niger de laudem. tom.1.q.17.artic.5. *n.*17. *& alii.*

CAPITULUM LXXIV.

Cum in *Superiori Cap.* edoctum ſit, quòd manus mortua Eccleſiaſtica, quantunvìs poſſidens Emphyteuſim de directo dominio 1
layci, attamen pro decurſis quindenniis conconvenienda ſit coram Iudice Eccleſiaſtico, manùſque mortua ſæcularis poſſidens Emphyteuſim de directo dominio Eccleſiæ, pro decurſis pariter quindenniis convenienda ſit coram Iudice Eccleſiaſtico, modò, quia ſub clypeo electionis fori competentis manui mortuæ Eccleſiaſticæ, poteſt declinari forum Domini directi, edocendum ſupereſt, quòd ſaltem manui mortuæ Eccleſiaſticæ hoc beneficium competat, firmando in *præſenti Cap.* quòd manus mortua Eccle- 2
ſiaſtica Emphyteuta conventa à domino directo layco ad ſolvendum quindennium, habet fori electionem, ità, ut inſtare poſſit, quòd cauſa cognoſcatur potiùs per unum Iudicem, quàm per alium, & è contrà manus mortua ſæcularis Emphyteuta conventa ab Eccleſia Domina directa ad ſolvendum pariter quindennium, non habet fori electionem, ità, ut inſtare poſſit, quòd cauſa cognoſcatur potiùs per unum Iudicem, quàm per alium, quippè intelligitur conceſſa electio fori, dummodò Iudex electus, ſit Judex 3
competens, *Novar. de elect. for. tom.*1. *qu.*49. *per tot. Card. de Luca de judic. diſc.*35. *n.*40. *Sperell. dec. for. Eccl. tom.*1. *dec.*98. *per tot.*

Non obſtat, quòd, ſicuti in cauſis feudalibus non competit privilegium electionis fori, *Novar.* 4
*de elect. for. ſect.*4. *qu.*45. *n.*1. *& per tot. tom.*1. ità in cauſis Emphyteuticis illud competere non videretur, arguendo à feudo ad Emphyteuſim, 5
quod fieri valet, veluti in ſimili de laudemio advertit *Niger. de laudem. tom.*1. *qu.*17. *artic.*5. *n.*17. quia Sacri Canones cum uſibus feudorum in hoc conformare ſe volentes per modum condonationis, relaxationis, ſivè veriùs per viam 6
prorogationis Juriſdictionis, in *cap. cæterùm* 5. *de judic. & in cap. ex tranſmiſſa* 6. *& cap. verù* 7.
de for.

de for. compet. permiſerunt hanc facultatem con-
7 veniendi Eccleſiam coram Domino feudi privativè quoad alios Judices ex peculiari circumſtantia jam conceſſam in uſibus feudorum, vel coram Paribus Curiæ, quando lis eſt inter Dominum, ac feudatarium, tùm quia nè Domini ſæculares retrahantur à conceſſione feudorum Eccleſiis, & quia Dominus feudi tanquàm periti ſſimus in materia feudali, poteſt meliùs, quàm cæteri quæſtiones ſuper re feudali emergentes diffinire, ut notant *Novar. de elect. for. tom.1. ſect.4. q.35. n.2. de Graſſis de effect. Cleric. effect.1. n.718. cum ſeq & effect.2. n.207. Cyriac. contr.381. per tot. Carleval. de judic. tit.1. diſp.2. num.650. & 1093. Vela diſert.44. n.48. & diſert.45. n.91. Solorzan. de jure Ind. tom.2. lib.2. cap.28. nu.14. & Politic. lib.3. cap.6. fol.278. verſic. y por, & cap.30. fol.464. verſic. y lo meſmo, Scialoya de for. compet. c.36. per tot. Marta de juriſdict. par.4. centur.1. caſ.89. n.1. Fermoſin. in cap. cæterùm 5. qu.2. nu.5. cum ſeqq. de judic. Cancer. var. reſol. par.1. cap.12. de feud. n.87. verſ. nuper, Barboſa de Jure Eccleſ. lib.1. cap.39. §.2. nu.132. Fontanella dec. Cathalon.341. num.19. cum ſeqq. tom.2.* quoniam verò verſamur in materia odioſa, & læſiva immunitatis Eccleſiaſticæ, non videtur, Iura loquentia de feudo, extendenda ad Emphyteuſim ob diſparitatem rationis, cùm appareat ex uſibus feudorum hanc facultatem à principio
8 fuiſſe indultam, ut in *cap. Imperialem in fine verſic. prætereà de prohib. feud. alien. cap.1. de controv. int. Epiſc. & Vaſſall. & in lib.2. feudor. tit.15. tit.46. & tit.55.* ſicque illam eſſe faciliùs prorogabilem, in materia autem Emphyteutica nulli legitur tributa ſimilis facultas Domino directo, ſicque difficiliùs prorogabilis eſt, non ènim eſt novum, quòd in peculiaribus cauſis ob aliquas circumſtantias cencedatur juriſdictio pri-
9 vativa, prout practicatur in mercatoribus ob eorum peritiam in mercatura *l. conſulta 23. C. de teſtam. l. jure 5. C. de Fabricenſ. lib.11. l. quicumque 2. C. de exeq. lib.12. Guttierrez practic. lib.3. quæſt.24. cum ſeq. Capon. diſc.30. per tot. tom.1. Carleval. de judic. tit.1. diſput.2. n.1176. R.P.D. Decan. Anſald. de commerc. & mercat. diſc.43. n.4.*
10 Nec ſequenda eſt opinio *Nigri de laudem. tom.1. q.17. artic.5. n.17. de Graſſ. de effect. Cleric. effect.1. nu.720. & Fontanellæ dec. Cathalon.341. n.23. cum ſeqq. tom.2.* putantium Eccleſiam non ſolùm in materia feudali quoad Iudicem non eſſe privilegiatam, ſed nec in materia Emphyteutica, quia horum opinio ex dictis apparet vera quoad feudum, ſed falſa, vel ſaltem parùm tuta quoad Emphyteuſim, etenim in dubio fimbriæ extendendæ favore Eccleſiæ, ſed non contra Eccleſiam.

ARGUMENTUM.

An quindennia debeantur nec nè, cognoſcit Judex Ordinarius, non autem Delegatus à Domino directo in cauſis emphyteuticabilibus.

SUMMARIUM.

1 *An quindennia debeantur, nec nè, cognoſcit Judex Ordinarius, non autem Delegatus à Domino directo in Cauſis emphyteuticalibus.*
2 *Dominus directus ſicuti cognoſcere nequit de cauſis emphyteuticalibus, ità nec poteſt Judicem delegare ad earum cognitionem.*
3 *Nemo poteſt eſſe Judex in cauſa propria.*
4 *In petitione quindennii non agitur de cauſa emphyteuticali.*
5 *Declaratur* Pignatell. cõſult. canon.34. n.20. to.8.
6 *Declaratur* Leo deciſ. Valent.77. tom.1.
7 *Qui quidem, inſpecto jure communi, pro noſtra potiùs pugnat ſententia.*
8 *Dominus feudi eſt Judex competens in controverſia orta ſuper juribus ipſius feudi.*
9 *Inter feudum, & emphyteuſim adeſt ſimilitudo.*
10 *Dominus Emphyteuſis tanquàm nullam exercens juriſdictionem, non poteſt delegare Judicem ad Cauſæ cognitionem.*
11 *Contrarium ſuſtineri poterit in caſu. quo Dominus Emphyteuſis, ſit Dominus abſolutus Emphyteutæ.*
12 *In tantum Dominus feudi eſt Judex competens, in quantum innititur ſola conſuetudine.*
13 *Conſuetudo ſtrictim intelligenda in ſuo tantùm caſu.*
14 *Contraria intelligenda ſunt, quando cauſa feudalis agitur inter Confeudatarios.*
15 *Epiſcopus eſſe poteſt Iudex in cauſis ſuæ Menſæ.*

CAPITULUM LXXV.

SUper ſolutione quindenniorum ſæpiùs contingit diſputari, an in certis caſibus manus mortua teneatur, vel non teneatur ad quindennia, ſuccedit conſequutivè alia diſputatio, coram quo Judice movenda ſit controverſia hujuſmodi, ideò in præſenti ſeſe offert inſpectio, quæ ſe habet, quòd an quindennia debeantur 1
nec nè, cognoſcit Judex Ordinarius, non autem Delegatus à Domino directo in cauſis emphyteuticalibus, Dominus enim directus ſicuti non poteſt cognoſcere de cauſis emphyteuticalibus, ità non poteſt ad earum cognitionem Judicem 2
delegare, *Sola ad Decret. Sabaud. tit. de jure Emphyt. in Decret. Rempublicam par. 2. gloſ. ultim. n.1. Schrader. de feud par. 10. ſect. 1. n. 207.* & in proximioribus terminis *Michael Iuſtinian. in additione ad Novar. in ſumma Bullar. par. 1. comment. 145. num 21. in fin. & comment. 190. ad nu.26. par.2. idemque Novar dict comment 145. nu.27. ampl.8 par.1. repetit poſt Tract. int. Doctor. litera P. De Marinis quotid. reſol. lib.5. cap. 207. num.1. R.P.D. Vincentius Petra in Commentar. ad Conſtitution. Apoſtol. in Conſtitution. Innocent. III. ſect.2. num.11. tom.2.* & quidem jure merito nè aliàs, ſi Judex delegatus à Domino directo cognoſcere poſſet ſuper debito quindennii, ſequatur abſurdum, quòd quis ſit Judex in cauſa propria contra omnia jura de mundo *l. qui juriſdi-* 3
ctioni 10. ff. de juriſdict. omn. Iudic. l.1. C. nè quis in ſua cauſ. præterquamquòd cùm quindennium petatur actione perſonali ad pecuniam, in qua quidem conſiſtit ipſum quindennium, cauſa ſuper hujuſmodi petitione venit tractanda coram Judice Ordinario, eo quòd tunc negocium non eſt ſuper cauſa emphyteuticali, ut ad pro- 4
poſitum de feudo ponderat *Cyriac. controv.381. num.31. cum ſeqq tom.2.*

In nihilum relevante auctoritate *Pignatelli* 5
conſult.

conſult. can. tom 8. *conſult* 34. *num* 20. & magiſtrali ſima in contrarium *dec. Valentiæ Leon.* 77. *per tot tom.*1. *& repetit. poſt Tract. inter Deciſion. exter. la III.* in qua individualiter, ac præclarè ſtatuitur, adeundum eſſe Judicem Delegatum, non verò Ordinarium ſuper controverſia, an debeantur nec nè quindennia, quia *Pignatellus* innititur falſo fundamento, quòd nempè cauſa quindennialis ſit verè emphyteuticalis, quæ tamen talis non eſt, quanvis in alio ſenſu verum ſit, in tantum deberi quindennium, in quantum res, ex qua debetur, emphyteuticalis eſt, quod nequaquam deberetur, ſi talis non eſſet, attamen quindennium etiam debetur, quia res emphyteuticalis ſit, & per privatum retineatur, non
6 ex hoc debetur quindennium, *Leo* autem loquitur in particulari caſu juxta forum Valentiæ, ut apud *eundem* videre eſt, ſignanter *num.* 14. qui *numer.* antecedentibus pro noſtra potiùs pugnat
7 ſententia inſpecto jure communi, ad quod advertit *Niger. de laudem. tom.*1. *qu.*13. *num.*23. *cum ſeqq. ubi num.*25. teſtatur ſimile vigere Statutum Cathaloniæ, & in Delphinatu tribuens juriſdictionem hujuſmodi Domino directo in cauſis emphyteuticis.

Minùs obſtat, quòd ſicutì Dominus feudi eſt
8 Judex competens in controverſia orta ſuper juribus ipſius feudi, *Niger de laudem. qu.*17. *n.*12. *cum ſeq. tom.* 1. ità Dominus Emphyteuſis erit Judex competens, vel legitimè poterit delegare Judicem in controverſia ſuper juribus ipſius Emphyteuſis, qualia ſunt illa quindenniorum ob ſimilitudinem, quæ inter feudum, & Emphy-
9 teuſim adeſt, *Everard. in Topic. legal. à feud. ad Emphyteuſ. num.* 1. etenim Dominus feudi uti exercens juriſdictionem, & nullum recognoſcens ſuperiorem, privativus benè poteſt eſſe Judex in cauſa propria etiam inter Eccleſiaſticos, proindeque Judicem delegare ad cauſæ cognitionem,
10 non autem Dominus Emphyteuſis tanquàm nullam exercens juriſdictionem *cap. ex tranſmiſſa* 6. *& cap. verùm* 7. *de for. compet cap. cœterùm* 5. *cap. novit* 13. *verſ. non enim de judic. ubi Gonzalez, cap. Romana* 3. §. *Debet* 8. *de appellat. in* 6. *cap. Imperialem in fine verſic. prætereà de prohib. feud. alien. cap.* 1. *de controverſ. int. Epiſcop. & Vaſſall. Carleval. de judic. tit.*1. *diſp.*2. *num.*650. *Giurba de feud.* §.2. *gloſ.*12. *n.*91. *Roſental ſynopſ. jur. feudal. cap.*12. *num.*1. *cum plur. ſeqq. & per tot. tom.*2. *Larath. theatr. feudal. par.*11. *dilucid.*4. *num.*1. *& per tot tom.*2. *Intrigliol. de feud. cent. ſeu tom.*2. *artic.*94. *n.*42. *cum ſeqq. Pareya de Inſtrum. edit. tit.*5. *reſol.*9. *nu.*62. *&* 73. *Solorzan. de jure Ind. tom.*1. *lib.*2. *cap.*23. *nu.*172. *cum ſeq. & to.*2. *lib.*2. *cap.*28. *num.*14. *cum ſeqq. Cyriac. contr.*381. *num.*10. *tom.*2. undè ſi evenerit caſus, quòd Do-
11 minus Emphyteuſis ſit Dominus abſolutus in temporalibus, & habeat juriſdictionem ſuper Emphyteuta, poterit ſuſtineri contraria opinio, quòd nimirùm cognoſcere poſſit Judex delegatus à Domino directo ſuper debito, vel non debito quindennio, ut in ſimili de laudemio *Niger de laudem. tom.*1. *qu.*17. *num.*38.

Omiſſo, quòd non eſt bona illatio in caſu à feudo ad Emphyteuſim, dum in tantum Dominus feudi eſt Judex competens, in quantum in-
12 nititur ſola conſuetudine minimè fundata in ratione naturali, minuſque in civili, ſed moribus utentium poſteà approbatis *Antonell. de jurib. & onerib. Cleric. lib.*1. *par.*2. *cap.*14. *n.*50. *cum ſeqq.* proindèque ſtrictim intelligenda in ſuo tantum 13
caſu, nec tunc valet argumentum à feudo ad Emphyteuſim, ut benè notat *Niger de laudem. qu.*12. *num* 17. *cum ſeqq. tom.*1. vel auctoritates ſuprà citatæ intelligendæ veniunt, quando cauſa feudalis agitur inter confeudatarios, ſeu con- 14
vaſſallos, non verò, quando illa agitur inter Dominum, & Vaſſallum ſuper juribus feudalibus *Rota coram Coccino deciſ.* 574. *num.*13. prout eſt caſus noſter ſimilis ſuper juribus emphyteuticalibus, ſeu quindennialibus; eodem modo, quo 15
Epiſcopus eſſe poteſt Judex in cauſis ſuę Menſæ, *Barboſa de Epiſc. par.*3. *alleg.*87. *num.*2. *cum ſeq. Antonell. de jurib. & onerib. Cleric. lib.*2. *par.* 6. *cap.*17. *num.* 39. *Sperell. deciſ. for. Eccleſ. tom.*1. *deciſ.*39. *per tot.*

ARGUMENTUM.

Aſſociatio, ſeu mandatum de aſſociando concedenda eſt Domino directo ad fundum Emphyteuticū per manum mortuam poſſeſſum, ſi manus mortua renuat ſolvere quindennia decurſa, & nequeat ſe obligare ad ſolutionem quindenniorum in poſterum decurrendorum.

SUMMARIUM.

1 *Auctor editurus eſt* Tractatum de Aſſociatione.
2 *Concedenda eſt aſſociatio Domino directo ad fundum emphyteuticum, ſi manus mortua renuat ſolvere quindennia decurſa.*
3 *Competit aſſociatio in caſu, quo Canones non ſolvantur.*
4 *Dominus habet manus injectionem ſuper re propria.*
5 *Nec incidit in pœnam* l. ſi quis in tantam 7. C. undè vi.
6 *Locator aſſociari debet ad domum pro penſione non ſoluta.*
7 *Impoſitor cenſus aſſociandus eſt ad fundum cenſitum pro fructibus decurſis, & non ſolutis.*
8 *Facilius eſt amplecti viam facti.*
9 *Emphyteuta non incidit in commiſſum ob non ſolutum laudemium.*
10 *Quindennia ſucceſſerunt in locum laudemiorum.*
11 *Quis non eſt puniendus ob delictum alterius.*
12 *Dominus directus in caſu non ſoluti canonis non habet facultatem ingrediendi propria auctoritate fundum emphyteuticum.*
13 *Non ſemper arguitur à laudemio ad quindennium, quando diverſa militat ratio.*
14 *Subrogatum, ob rationis diſparitatem non eſſe debet ejuſdem conditionis, cujus eſt res, in cujus locum ſobrogatur.*
15 *Emphyteuta in commiſſum incidit, quando alienat Emphyteuſim inconſulto Domino.*
16 *Etiam ſecundus Emphyteuta, ſeu emptor Emphyteuſis non ſolvens laudemium, incidit in commiſſum.*
17 *Nemo debet ex proprio delicto victoriam reportare.*
18 *Opinio circà ſecundum emphyteutam declaratur.*
19 *Laudemium debetur poſt ſequutam inveſtituram.*
20 *Favores ampliandi, & odia reſtringenda.*
21 *Civilis poſſeſſio remanet penès Dominum directum.*

22 *Offi-*

22 *Officium Judicis non imploratur pro impetranda licentia ingrediendi fundum, ſed pro obtinenda familia, ut aſſociet.*
23 *Donatarius venit aſſociandus ad bona donata cum clauſula conſtituti, & precarii.*
24 *Aſſociatio competit habenti à teſtatore facultatem capiendi poſſeſſionem propria auctoritate.*
25 *Quindennia debentur poſtquàm emphyteuſis translata eſt in manum mortuam.*
26 *Arguitur à minori ad majus.*
27 *Reſervatio quindenniorum tribuit reſervatario jus petendi aſſociationem.*
28 *Mandatum de aſſociando retardari nequit ſub prætextu melioramentorum.*
29 *A mandato de aſſociando non datur appellatio.*
30 *De Jure Canonico inter Eccleſiaſticos tali caſu ob judicium poſſeſſorium datur appellatio.*
31 *A mandato de aſſociando cum aſſiſtentia Familiæ non datur appellatio.*
32 *Idem procedit in mandato de manutenendo.*
33 *Per tranſactionem non dicitur receſſum ab aſſociatione.*
34 *Manutentio non competit conductori adversùs locatorem.*
35 *Manus mortua moram purgare poteſt in materia quindenniorum.*
36 *Per celerem quindenniorum ſatisfactionem conſultum remanet indemnitati Domini.*
37 *Debitor reintegrandus eſt ad fundum, in quem immiſſus fuit Salvianiſta ſatisfactus.*
38 *Mentio commiſſionis jactationis jactationum.*
39 *Stante clauſula* quam, & quas, *non cenſetur quis ſe reſtrinxiſſe ad certum caput, neque elegiſſe certam viam.*
40 *Aſſociatio competit etiam contra tertium.*
41 *Dummodò habeat cauſam à principali.*
42 *Hypotheca datur pro canonibus, & laudemiis.*
43 *Aſſociatio non competit pro futuris quindenniis.*
44 *Nec pro futuris fructibus cenſus.*
45 *Aſſociatio datur ceſſionario etiam contrà tertium.*
46 *Idem in materia cenſus.*
47 *Salvianum competit ceſſionario.*
48 *Aſſociatio competit ceſſionario etiam contra tertiũ.*
49 *Exceptio nullitatis conceſſionis requirens altiorem indaginem, non retardat aſſociationem.*
50 *Aſſociatio præſupponit creditum liquidum.*
51 *Judicium aſſociationis eſt ſummarium.*
52 *Pro obtinenda aſſociatione priùs ſolet citari ad dicendum contrà jura in forma.*
53 *Refellitur contrarium tenens* Gaitus de credito cap.4. quæſt.11. num.2104. cum ſeqq.
54 *Ceſſionarius non tenetur citare tertium, nec ſingularem ſucceſſorem.*
55 *Quod procedit, ſi manui mortuæ nulla competat defenſio.*
56 *Illiquiditas non retardat aſſociationem.*
57 *Pro liquidatione procedendum eſt via ordinaria.*
58 *Actori incumbit onus probandi.*
59 *Aſſociatio conceſſa à Judice layco contrà duas manus mortuas, quarum una eſt Eccleſiaſtica, non ſubſtinetur etiam reſpectu alterius manus mortuæ ſæcularis.*
60 *Aſſociatio confirmanda eſt, non autem revocari poteſt poſt relaxationem mandati.*
61 *Judex retractare poteſt ſuam interloquutoriam.*
62 *Rejicitur contrarium ſentiens* Vaud. lib.1. qu. 49.
63 *Aſſociatio etiam conceditur diebus feriatis.*
64 *Feriæ non retardant mandatum de manutenendo.*

CAPITULUM LXXVI.

IN caſu non ſolutorum canonum procul dubio venit aſſociandus cum familia Dominus directus ad prædium per Emphyteutam poſſeſſum ob ſibi reſervatam in conceſſione facultatem ingrediendi fundum etiam propria auctoritate, cum expreſſa declaratione incurrendi caducitatem, ſed an idem quoque procedat in alio caſu non ſolutorum quindenniorum per manum mortuam moroſam, in dubium controverti poſſe videtur, cùm in tali caſu non ſoleat per Dominum directum reſervari facultas capiendi poſſeſſionem propria auctoritate, minùſque imponi pœna commiſſi, ſeu caducitatis incurrendæ, ſubindè per nos præmiſſo in *Tract. de Aſſociatione*, Deo dante, edendo, quid ſit aſſocia- 1
tio, firmatur in præſenti, quòd aſſociatio, ſeu 2
mandatum de aſſociando concedenda eſt Domino directo ad fundum emphyteuticum per manum mortuam poſſeſſum, ſi manus mortua renuat ſolvere quindennia decurſa, & nequeat ſe obligare ad ſolutionem quindenniorum impoſterùm decurrendorum, veluti in puris terminis reſolvit *Rota in Romana laudemiorum 31. Ianuarii 1707. in principio, verſ. verùm etiam, & §. Quibus ità conſtabilitis, coram Eminentiſs. Priolo, regiſtrat. poſt Tract. inter Deciſion. S. Rot. Rom. in ordine la XXI. num. 1. in med. & poſt num. 21. in fine, ac in Romana Domus, ſeu Domorum 31. Ianuarii 1708. §. His igitur poſt med. verſ. poſtquàm autem, & §. Et ſanè in princip. coram Reverendiſs. P.D. Molines Decano, & Inquiſitore Generali Hiſpaniarum, regiſt. poſt Tract. in ordine la XXIII.* & ad aliud propoſitum *Valaſc. de jure emphyt. qu. 10. num. 10. verſic. nec etiam, & qu. 18. n. 20. Barzius deciſ. Bonon. 47. num. 49. Palma deciſ. Lucen. 296. n. 8. tom. 3. Rota coram Coccino dec. 2123 num. 2.* eodem nanque modo, quo competit Do- 3
mino directo aſſociatio, ſi canones decurſi non ſolvantur, ob incurſum commiſſum ex non ſolutione, *Fulgin. de jure emphyt. tit. de var. caducit. qu. 10. n. 13. Rota coram Priolo deciſ. 171. in princ. & n. 1. & in recentior. deciſ. 145. num. 1. cum ſeqq. par. 9. tom. 1. deciſ. 255. nu. 10. cum ſeqq. par. 19.* competere debet eadem aſſociatio, ſi quindennia decurſa pariter non ſolvantur, multòque magis, ſi manus mortua nec velit ſe obligare ad ſolvendum futura, ſeu decurrenda quindennia, ità, ut, licet deficiat clauſula ingrediendi fundum propria auctoritate, nihilominùs Dominus ex vi dominii, illiuſque reſervationis, intelligendo de directo, quod remanet penès Dominum, habet manus injectionem ſuper re pro- 4
pria, inque hoc nullam infert injuriam Emphyteutæ, utendo jure ſuo in re ſua *l. ſed ſi hac 10. §. 1. ff. de in jus vocand. l. cauſam 20. ff. de manumiſs. l. Titius ſervum 9. ff. de ſerv. exportand. l. 1. & tot. tit. ff. ſi ſerv. exportat. ven. l. extat 13. ff. quod met. cauſ. l. creditores 7. ff. ad leg. Iul. de vi privat. l. creditor 3. C. de pignor.* nec incidit in pœnam 5
amiſſionis rei propriæ incurrendam vigore *l. ſi quis in tantam 7. C. undè vi.* Hinc eſt, quòd pari paſſu locator quoque aſſociari debet ad domum in caſu non ſolutæ penſionis per conductorem ad capienda ibidem illata, & invecta pro pen- 6
ſione hypothecata, *Pacion. de locat. & conduct. cap. 40. num. 49. cum ſeqq.* hinc impoſitor cenſus

pro

pro illius fructibus decurſis, & non ſolutis aſſo-
7 ciandus venit ad fundum cenſitum, *Cencius de cenſib. qu.94. num.14. cum ſeqq. Palm deciſ. Lucen. 263. n.8 & dec.296. n.4. tom.3. Rota poſt Cenc. de cenſib. dec.542. n.1. cum ſeqq. & coram Dunozet. Jun. dec.821. n.1. tom.1. Bich. dec.310. n.1. cum ſeqq. eadem Rota ad Card. de Luca ſup. mater. de uſur. deciſ.37. n.1. & coram Reverendiſſimo P. D. Anſaldo Decano deciſ.24. n.2. & in recentior. dec. 486. n.2. par.18.*

Debet tamen Dominus directus cautiùs agere, nè petat à Iudice mandatum de immittendo in poſſeſſionem eodem tempore, quo petit mandatum de aſſociando, dùm tunc videretur ex una parte recedere à via facti, quam reſpicit aſſociatio, & ingredi, eligereque viam Iuris, quam reſpicit immiſſio, proque adipiſcenda poſſeſſione opus eſſet Decreto judiciali formiter, & ſervatis ſervandis obtento, ideoque petere debet ſimpliciter familiam pro aſſociatione, & obtine-
8 re ſimplex mandatum de aſſociando, faciliùs nanque eſt amplecti viam facti, ut in ſimili de cenſu *Cencius de cenſib. qu.94. n.26. Ab Eccleſia obſerv. forenſ. obſ.183. nu.7. par.1. Capucc. prax. judiciar. tom.2. cap.8. artic.4. n.68. cum ſeqq.*

Nec obſtat, quòd ſicuti pro laudemiis non
9 videtur competere aſſociatio, cùm Emphyteuta non incidat in commiſſum ob non ſolutum laudemium, *Niger de laudem. qu.6. artic.3. n.5. q.7. artic.6. n.140. & q.27. n.15. tom.1. Fulgin de jure emphyt. tit. de var. caducit q.16. n.1. cum ſeq.* ità pro quindenniis, quæ ſucceſſerunt in locum
10 laudemiorum ex congeſtis ſuprà in *Capitulo I. ac alibi paſſim*, pariter non videretur competere aſſociatio, cùm Emphyteuta manus mortua non debeat incidere in commiſſum ob non ſolutionem quindenniorum, nè aliàs diverſæ ſit conditionis ſubrogatum, quàm res, in cujus locum ſubrogatur contra regulam, de qua *Barboſa axiom.213. n.1.* quia hoc ſaltem procederet, ſi Dominus ageret ad devolutionem rei, ſecùs ſi ut tantùm ſatisfiat de quindenniis, cùm hoc caſu non devolvatur res, & quia cùm novus acquirens, ſeu emptor, & translatarius Emphyteuſis teneatur ad laudemium, non autem venditor, non mirum, quòd Emphyteuta alienans non incidat in commiſſum ob non ſolutum laudemium ab alienatario, ſeu acquirente, tanquàm in hoc nullam culpam habens ex facto
11 alieno, nè aliàs puniatur ob delictum alterius *l. abſentem 5. ff. de pæn. l. ſancimus 22. C. eod.* ſicque non competat Domino directo aſſociatio, non quidem contra Emphyteutam, qui ob alienationem non ipſe tenetur ad laudemium, niſi contrarium ſervetur de conſuetudine, quaſi quòd ſequuta alienatione verè deſierit eſſe emphyteuta, non contra novum acquirentem, quantunvis iſte juxta jam deducta teneatur ad laudemium, cùm emptor tanquàm novus emphyteuta non incidat in commiſſum, nec adhùc capax ſit caducitatis, nec Dominus directus habeat contrà illum facultatem capiendi propria auctoritate fundum emphyteuticum in caſu non ſoluti laudemii, prout illam habet in caſu non
12 ſoluti canonis per primum emphyteutam, *Fulgin. de jure emphyt. tit. de var. caducit. q.12. n.1. cum ſeqq.* ideoque pro laudemiis non competat aſſociatio contrà ſecundum emphyteutam, ſeu emptorem, in quindenniis verò cùm illa ſemper debeantur per manum mortuam, benè intrat aſſociatio contrà eandem, prout intrat contrà emphyteutam pro canonibus; undè quanvis laudemia, & quindennia ſint inter ſe ſimilia, attamen non ſemper à laudemio arguitur ad quin- 13
dennium, præſertim quando ut in caſu, diverſa militat ratio, *Barboſa axiom.74. n.6.* prout res ſubrogata ob rationis diſparitatem non eſſe 14
debet ejuſdem conditionis, & naturæ, cujus eſt res, in cujus locum ſubrogatur, *Barboſa axiom.213. n.3.* ſatiſque eſt, quòd Emphyteuta ſolummodò puniatur, quando peccat contrà Dominum directum, alienando Emphyteuſim ipſo Domino inconſulto, tuncque in commiſſum incidat *Fulgin. de jure emphyt. tit. de alienat. q.1.* 15
n.1. cum ſeq. præterquamquòd poſſet ſecundùm aliquos relatos à *Nigro de laudem. tom.1. qu.27. n.1. cum ſeqq.* ſuſtineri, etiam ſecundum emphyteutam, ſeu emptorem non ſolventem laude- 16
mium incidere in commiſſum, ſicque etiam contrà illum poſſe intentari per Dominum directum remedium poſſeſſorium aſſociationis, nè em- 17
ptor ex proprio delicto victoriam reportet, juraque dominicalia defraudet ad *text. in cap. intelleximus 7. de judic.* Vel contraria opinio venit intelligenda nondum adepta poſſeſſione per ac- 18
quirentem, quaſi quòd nondùm nata ſit actio ad petendum laudemium à nondùm inveſtito, ſibique imputare debet Dominus directus, quòd per prius non inveſtierit ſecundum emphyteutam debentem priùs ex parte ſua ſatisfacere legibus reciproci contractus, antequàm petat à reo adimplementum, ità, ut tractandum non ſit de pœna commiſſi, nec de aſſociatione ob non ſolutum laudemium, eo quòd nec venerit, aut 19
ceſſerit dies ad petendum laudemium, niſi poſt inveſtituram, veluti benè diſtinguit *Niger de laudem. qu.27. n.27. cum ſeq. tom.1.* ſolutio autem quindennii non dependet ab aliqua inveſtitura, ob cujus defectum poſſit manus mortua ſe ab illo excuſare, donec inveſtiatur.

Minùſque turbat, quòd, cùm verſemur in odioſis, & pœnalibus, qualia ſunt quindennia tanquàm de Jure ignota, à caducitate incurri ſolita ob non ſolutum canonem, & à conceſſa ex indè aſſociatione non rectè infertur ad caducitatem etiam incurrendum ob non ſolutum quindennium, & ad concedendam exindè aſſociationem, aſſiſtente regula, favores ampliandos, odia verò, & pœnas reſtringēda *cap. odia 15.* 20
de regul. Jur. in 6. l. illam 19. C. de collation. quia aſſociatio etiam competere poteſt abſque reſervata facultate capiendi poſſeſſionem, ſed ratione ſolius directi dominii, & civilis poſſeſſionis, 21
quæ remanet penès Dominum directum, *Capucc. prax. judic. tom.2. cap.8. artic.1. num.2.* immò quando, ut in caſu, eadem militat ratio in quindenniis, quæ militat in canonibus, juridica, beneque fundata videtur extenſio ad quindennia etiam in materia pœnali, ac odioſa, ac potiſſimùm in æquiparatis.

Ineſſicacioris eſt ponderis objectum, quòd non benè arguatur ab aſſociatione pro decurſis canonibus ad aſſociationem pro decurſis quindenniis ob maximam differentiam inter unum caſum, & alium, cùm in tantum conceditur aſſociatio pro canonibus non

ſolutis,in quantum Dominus directus in Inſtru-
mento conceſſionis ſoleat ſibi reſervare faculta-
tem capiendi poſſeſſionem fundi de facto, pro-
priaque auctoritate abſque licentia Iudicis, &
vitio ſpolii, caſu, quo emphyteuta ceſſet in ſo-
lutione canonum, nè aliàs ſequantur rixæ, &
ſcandala, quaſi quòd officium Judicis non im-
22 ploretur pro impetranda licentia ingrediendi
fundum, ſed pro obtinenda familia, ut aſſociet,
*Rota coram Merlino dec.*104. *n.6. & in recentior.*
*dec.*146. *n.*1. *cum ſeq. & ſignanter nu.*13. *par.9.*
*& dec.*40. *in princip.par.*13. Hinc fit,quòd dum-
23 taxat in donatione, in qua adeſt clauſula con-
ſtituti, & precarii, donatarius venit aſſocian-
dus ad bona donata, *Capucc. prax. judic. tom.*2.
*cap.*8. *artic.*3.*n.*54.*cum ſeq.Card.de Luca de feud.*
diſc 66.*n.*2.*Rota poſt* ſtrenuum in Urbe bon; me:
Advoc. Conſtantin. Cameræ Capitolinæ Fiſca-
lem ſoiertiſſimum, ad ſuperos elatum, *ad Statut.*
*Urb. tom.*3. *dec.*553. *n.*1. *Rembold. dec.*131. *n.*5.
*& in Romana donationis in princ.*26.*Junii* 1699.
coram R.P.D. del Olmo Magno Mediolani Cancel-
lario, hinc fit, quod aſſociatio competit habenti
24 à teſtatore facultatem capiendi poſſeſſionem
propria anctoritate,*Melius ad Caſtill. de aliment.*
*cap.*70.§.8. *n.*7. *Saminiat. controv.*99. *n.*3. *tom.*1.
in conceſſione autem non ſolet reſervari huju-
ſmodi facultas capiendi poſſeſſionem etiam ca-
ſu, quo quindennia ſoluta non fuerint, ſicque
non videtur intrare aſſociatio ob defectum præ-
dictæ facultatis, quia Dominus directus in con-
ceſſione facta privato, ſeu layco, non cogitat de
quindenniis, cùm iſta per laycum non debean-
tur, ideoque non ſibi reſervat hujuſmodi facul-
tatem in caſu non ſolutorum quindenniorum,
cùm verò poſteà Emphyteuſis per privatum
25 transferatur in manum mortuam, debeantur
quindennia, ut dictum eſt ſupra in *Cap.I.* ac ali-
bi paſſim, veriſimile eſt, quòd Dominus dire-
ctus hoc caſu voluerit ſibi caveri etiam pro non
ſolutis quindenniis per viam aſſociationis, ſicu-
ti expreſſè ſibi caveri voluit in conceſſione fa-
cta cum privato pro canonibus non ſolutis,ma-
jor nanque, vel ſaltem par ratio militat,ut ſicuti
datur aſſociatio pro canonibus, qui debentur
ſingulis annis, à fortiori illa detur pro quinden-
niis, quæ debentur ſingulis tantùm quindecim
26 annis, arguendo à minori ad majus, *Barboſa loc.*
*commun. loc.*73.*n.*1.

Ceſſabit autem omnis ſcrupulus, ſi ab initio
directus Dominus emphyteuticãdo manui mor-
tuæ, convenerit de ſibi ſolvendis quindenniis
cum expreſſo pacto, quòd fructus fundi emphy-
teuticati indè amoveri nequeant, niſi priùs ſa-
tisfacto de quindennio Domino directo, quæ re-
27 ſervatio indubitanter tribuit reſervatario jus pe-
tendi aſſociationem, ut de canonibus firmat *Ro-*
*ta dec.*146.*n.*15. *par.9. recent. tom.*1.

Quibus diſſolutis objectis, ſexdecim occur-
runt pulchræ difficultates,

I. Difficultas. utrùm manus mortua, ſaltem
ſub prætextu melioramentorum, retardare, &
impedire poſſit mandatum de aſſociando con-
tra ſe relaxatum pro decurſis, & non ſolutis
quindenniis, & putarem negativè reſolvendum,
28 veluti ad aliud propoſitum firmat *Rota coram*
*Coccino deciſ.*2123. *nu.* 13. *cum ſeqq.* quia petens
quindennia, non intentat devolutionem, ſed
dumtaxat intendit conſequi ſatisfactionem ex
fructibus, qua ſatisfactione ſequuta, res redit
ad emphyteutam una cum meliorationibus ſuis.

II. Succedit non aſpernanda difficultas, an
à mandato de aſſociando detur appellatio favo-
re manus mortuæ expulſionem paſſæ, & videre-
tur, illam eſſe denegandam, cùm agatur de re-
medio poſſeſſorio, qualis eſt aſſociatio, quod 29
de ſui natura inappellabilem reddit cauſam de
Iure civili caſu, quo manus mortua ſit ſæcula-
ris, puta Civitas. Univerſitas, vel quodcum-
que aliud ſimile corpus laycale,*Scaccia de appel-*
*lation. qu.*17. *limit.6. memb.*2.*n.*39. *Capucc.prax.*
*judic. tom.*2. *cap.*8. *artic.*4. *nu.*77. *Card. de Luca*
*de judic. diſc.*37. *n.*57. *& diſc.*44. *n.*94. ſi autem
manus mortua fuerit Eccleſiaſtica, & hoc judi-
cium ſit poſſeſſorium, datur appellatio de Iure 30
Canonico, quod ſervandum eſt in cauſis Eccle-
ſiæ, *Scaccia de appellat. lib.*3. *cap.*2.*q.*17.*limit.6.*
*memb.*7. *n.*1. *cum ſeq.* nihilominùs rem definien-
dam eſſe cum fœdere diſtinctionis exiſtimarem,
aut videlicet mandatum de aſſociando Domi-
nus directus obtinuit per viam monitorii me-
diante cedula, ſervatis terminis ſubſtantialibus,
& canonizato dominio directo, factis per Do-
minum directum neceſſariis probationibus, &
tunc cenſerem, mandatum de aſſociando eſſe
appellabile, efficereque judicium ordinarium,
quanvis per capita ſeparata ſententia lata fuerit
ob mixturam, ſeu complicationem remedii poſ-
ſeſſorii cum petitorio non implicitè, & inciden-
ter, ſed explicitè, ac æquè principaliter, aut
conceſſum fuit mandatum de aſſociãdo per De-
cretum importans ſimplicem aſſociationem, ac
aſſiſtentiam familiæ, & tunc dicerem, ab illo 31
non dari appellationem, veluti ad aliud propo-
ſitum in ſimilibus terminls *Card. de Luca de em-*
phyteuſ. diſc 46. *n.*2. *de hæred. diſc.*22. *n.*3. *de ju-*
*dic. diſc.*37. *ſub n.*56. *verſ. cum ea, & nu.*57. *&*
*diſc.*44. *n.*94. *Rota coram Priolo dec.*149.*n.*2. *cum*
ſeqq. & per tot. eademque diſtinctione videmus 32
uti DD. in mandato de manutenendo, quod
fraternizat cum mandato de aſſociando, *Poſth.*
*de manut. obſ.*106. *n.*68.

III. Subſequitur difficultas non minùs ſingu-
laris, quid dicendum, ſi Dominus directus poſt
à ſe obtentum mandatum de aſſociando ad poſ-
ſeſſionem fundi ob non ſoluta quindennia, hu-
maniùs agendo, tranſegerit cum manu mortua
de recipiendo pro nunc aliquam tantùm ſum-
mam decurſorum quindenniorum, vel quam-
cumque aliam conventionem inierit, ſalvis ſem-
per juribus dominicalibus, & poſſeſſionem fun-
di dimiſerit eidem manui mortuæ, an poſteà ob
non adimpletam tranſactionem pro parte ma-
nus mortuæ ex eodem capite non ſoluti quin-
dennii iterùm obtento per Dominum directum
mandato de aſſociando, bonum jus foveat Do-
minus directus, mandatumque hujuſmodi ſit
exequendum tanquàm juſtum, an verò compe-
tat manutentio manui mortuæ vigore concor-
diæ, & crederem, eſſe locum petitæ aſſociatio-
ni favore directi Domini,cùm ex ſecundo man-
dato de aſſociando remaneat privata manus
mortua ſua poſſeſſione auctoritate Judicis ritè,
rectèque procedentis, quanvis ad poſſeſſionem
per priùs fuerit reintegrata, cùmque receſſum 33
non dicatur ab aſſociatione per tranſactionem
maxi-

maximè jura dominicalia præſervantem, veluti in ſimili de canonibus decurſis, & non ſolutis reſpondet *Rota poſt Antonell. de jurib. & onerib. Cleric. dec.* 31. *ferè per tot. & coram Priolo dec.* 171. *n.* 2. *cum ſeq. & per tot. repetit. in recentior. dec.* 208. *par.* 13. præſertim cùm manus mortua tanquàm poſſidens pro Domino directo, non autem poſſidens ſibi, non meretur manutentionem in re non penitùs ſua, quando manutentio non datur
34 contra Dominum, ut in ſimili de conductore non manutenendo adversùs locatorem *Pacion. de locat. & conduct. cap.* 28. *n.* 22.

IV. Difficultas occurrit, an è contrà volens
35 manus mortua moram purgare (quod & in quindenniis facere poteſt) ut notavimus ſuprà in *Cap. LVI.* ſpoliata ſua poſſeſſione ob Dominum directum à Iudice aſſociatum, poſſit obtinere reintegrarionem ad eandem priſtinam poſſeſſionem, eamque puto hoc caſu eſſe reintegrandam,
36 facta enim celeri ſatisfactione quindenniorum conſultum remanet indemnitati Domini directi, *Rota dec.* 35. *n.* 1. *& per tot. & dec.* 36. *nu.* 29. *poſt Antonell. de jurib. & onerib. Cleric.* eo modo, quo ſatisfacto creditore ſalvianiſta de fructibus, & negante poſſeſſionem fundi reſtituere eſt lo-
37 locus ſpolio, ac per conſequens reintegrationi ad fundum favore debitoris, *Pacific. de Salvian. Interdict. inſpect.* 4. *cap.* 1. *nu.* 216. *cum ſeqq. ac ſignanter n.* 225. *cum ſeqq.*

V. Difficultas obvenit, quid dicendum, ſi manus mortua ad evitandum ſolutionem decurſi quindennii negaverit directum dominium, proindeque Dominus directus pro conſequutione quindēnii ab initio obtinuerit committi cau-
38 ſam jactationis jactationum ex notiſſimo remedio *l. diffamari* 5. *C. de ingen. manumiſſ.* utrùm poſteà poſſit intentare aliud remedium aſſociationis, & videretur, non poſſe, eo quòd judicium jactationis jactationum eſt ordinarium, ac petitorium, illud verò aſſociationis eſt poſſeſſorium, ſicque deficiat juriſdictio reſpectu aſſociationis, attamen putarem poſſe intentari quoque remedium aſſociationis, cùm enim commiſſio habeat in ventre clauſulam *quam, & quàs*, abſque ulla taxativa, & reſtrictiva, cenſetur data juriſdictio nedùm reſpectu judicii ordinarii, ſeu petitorii, quale eſt illud jactationis jactationum, ſed etiam reſpectu judicii poſſeſſorii, quale eſt iſtud aſſociationis ob naturam, & vim prædictæ clauſulæ compræhendentis omnem cauſam, omneque judicium, ac jus tàm in petitorio, quàm in poſſeſſorio quomodolibet deductum, & deducendum, ità, ut quis non cenſea-
39 tur ſtante ea clauſula ſe reſtrinxiſſe ad certum caput, neque elegiſſe certam viam, veluti in proximioribus terminis conſequutionis canonum reſolvit *Rota in recentior. dec.* 146. *n.* 33. *cum ſeq. par.* 9. *tom.* 1.

VI. Difficultas obvia eſt, quid dicendum, ſi Emphyteuſis ſit penès tertium poſſeſſorem, non debitorem originarium decurſorum quindenniorum ex datione in ſolutum, vel ex alia qualibet cauſa ad eundem perventa, an etiam contrà iſtum poſſit intentari à Domino directo aſſociatio pro conſequendis quindenniis non ſolutis à manu mortua eorum originaria debitrice, &
40 crederem, poſſe intentari etiam in hoc caſu aſſociationem ex deductis in ſimilibus terminis non ſolutorum fructuum cenſus per *Cencium de cenſib. qu.* 94. *nu.* 16. *cum ſeqq. Gait. de credit. cap.* 4. *qu.* 7. *nu.* 924. *cum ſeq. Hodiern. controv.* 31. *nu.* 2. *Andreol. controv.* 421. *nu.* 7. *Contr. diſc. for. tom.* 1. *cauſ.* 56. *nu.* 2. *circà fin. Capucc. prax. judic. tom.* 1. *cap.* 8. *artic.* 3. *nu.* 53. *Urceol. de tranſaction. qu.* 74. *nu.* 23. *de Marinis quotid. reſol. lib.* 1. *cap.* 302. *n.* 4. *cum ſeqq. De Luca ad eund. de Marin. melior.* 302. *nu.* 5. *cum ſeq. tom.* 1. *Rocca ſelect. Jur. diſp. tom.* 2. *cap.* 130. *nu.* 1. *Card. de Luca de judic. diſc.* 44. *n.* 28. *cum ſeqq. & nu.* 57. *Rota coram Ubaldo deciſ.* 19. *nu.* 2. *cum ſeqq. & dec.* 88. *nu.* 1. *cum ſeqq. tom.* 1. *Rembold. dec.* 131. *nu.* 3. *Duran. dec.* 48. *n.* 3 *&* 7. *Reverendiſs. P. D. Anſald. Decano dec.* 24. *n.* 2. *dec.* 72. *n.* 1. *poſt expertiſſimū, Advoc. Conſtantin. ad Statut. Urb. tom.* 3. *& in recentior. dec.* 184. *n.* 13. *par.* 18
quod tamen aliqui intelligunt, dummodò ter- 41
tius poſſeſſor habeat aliquo modo cauſam à principali, ut declarat *Rota coram Royas dec.* 41. *nu.* 2. ſed quid, ſi non poſſet probari, quòd tertius poſſeſſor haberet cauſam à manu mortua, utrùm ſaltem agi poſſet actione hypothecaria,
& putarem, poſſe, prout in canonibus, & lau- 42
demiis datur hypotheca, *Merlin. de pignor. lib.* 3. *tit.* 1. *qu.* 10. *num.* 46. *Burgius de laudem. parte* 1. *inſpect.* 9. *nu.* 1. *Amad. à Ponte eod. t. act. quæſt.* 45. *nu.* 2. *cum ſeqq. Amic. de jure emphyt. qu.* 57. *nu.* 5. *cum ſeqq.*

VII. Exſurgit difficultas, an ſicuti jam firmatum eſt, quòd pro quindenniis decurſis, & non ſolutis competit aſſociatio contrà manum mortuam, ità & competat pro quindenniis in futurum decurrendis, & exiſtimarem nullo modo competere, cùm divinari non poſſit, an manus mortua ſolvere futura quindennia recuſatura ſit, nec nè, ſicque abſque negligentia debitoris, ac illius protervia in ſolutione non vide-
tur pro futuris etiam quindenniis concedendam 43
eſſe aſſociationem ad *text. in l. non poteſt* 23. *l. non quemadmodùm* 35. *ff. de judic. l.* 1. §. *Socius* 1. *ff. de uſur. l. ſi ità ſtipulatus* 14. *ff. de verb. oblig. l. facta* 63. §. *Si ſub conditione* 7. *ff. ad Senatuſconſult. Trebellian.* & de futuris fructibus cenſus ponderat
Cencius de cenſib. qu. 94. *num.* 26. *in fine verſiculo* 44
ad effectum autem.

VIII. Subſequitur difficultas, utrùm ceſſionarius Domini directi poſſit intentare hujuſmodi remedium aſſociationis adverſùs debitorem ceſſum, qualis eſt manus mortua pro decurſis quindenniis, & non ſolutis cedenti Domino directo creditori originario, cùmque jus aſſociationis in ſe ſit quoque ceſſibile, videtur ceſſionarius bonum jus fovere uti repræſentans in omnibus perſonam cedentis, ac in illius juribus ſuccedens, immò (quod plus eſt) non ſolùm con-
trà manum mortuam, ſed etiam contrà tertium 45
obtinere debet aſſociationem, *Contrius diſc. for.*
tom. 1. *cauſ.* 56. *num.* 2. *in fine* & in cenſu firmat 46
Rota coram Ubaldo deciſ. 88. *nu.* 3. *tom.* 1. *Rembold.*
dec. 131. *nu.* 5. *& in recentior. dec.* 250. *nu.* 2. *cum* 47
ſeqq. par. 13. eo modo, quo ceſſonario competit Salvianum, *Pacific. de Salvian. Interdict. inſpect.* 3. *cap.* 2. *à nu.* 990. *Olea de ceſſion. jur. & action. tit.* 6. *qu.* 5. *nu.* 18. in tantum, ut ceſſionarius veniat aſ-
ſociandus etiam contrà tertium poſſeſſorem, ſeu 48
ſingularem ſucceſſorem, *Rota deciſ.* 250. *num.* 3. *par.* 13. *recentior.*

IX. Ingruit difficultas, quid dicendum, ſi

manus

manus mortua ad effugiendam ſolutionem quindennii excipiat de nullitate conceſſionis, an per hujuſmodi exceptionem retardetur judicium aſſociationis, & putarem, diſtinguendo rem fore reſolvendam, aut objecta nullitas requirit altiorem indaginem, aut illa eſt notoria,
49 ac evidens, primo caſu exceptio hujuſmodi non eſt apta ad retardandam, & impediendam aſſociationem, ſed illa remittenda venit ad judicium petitorium, ſecundo autem caſu apta eſt ad retardandum, deque illa priùs habenda cognitio, *Capucc. prax. judic. tom.2. cap.81. art.2. nu.29. Card. de Luca de feud. diſc.66. nu.12. & de donation. diſc.14. nu.6. Saminiat. controv.32. n.5. cum ſeqq. tom.1. & controv.143. nu.33. & controv.151. nu.29. tom.2. Caſtald. contr.5. num.11. tom.1. Rota coram Reverendiſs. P.D. Anſaldo Decano dec.60. num.13.*

X. Succedit difficultas, quid dicendum, ſi creditum quindennii non ſit omninò certum, & clarum, ſed aliquantulùm turbidum, forſitan quia appareat aliàs ſolutum, vel compenſatum, vel facilè compenſandum cum debito Domini directi prætendentis aſſociari, an hoc caſu poſſit Dominus directus, non obſtante turbiditate ſui crediti obtinere aſſociationem, & putarem, non poſſe, quippè aſſociatio præſupponit credi-
50 tum liquidum, ut de fructibus cenſus firmat *Saminiat. controv.29. n.1. cum ſeqq. & nu.16. tom.1.*

XI. Proponitur difficultas, quid dicendum ſi excipiatur de læſione, & crederem, non indè
51 retardari remedium aſſociationis, quia judicium aſſociationis eſt ſummarium, vel exequutivum ſecundùm aliquos, judicium verò læſionis eſt ordinarium, à quo datur appellatio per *text. in l. quæſitum 8. §.1. & fin. l. cùm precariò 12. §.1. ff. de precar. Saminiat. controv. for. tom.1. contr.32. nu.4. in fine verſic. alterum eſt, & nu.98.* & quanvis læſio opponi poſſit etiam per viam exceptionis, attamen priùs debet eſſe declarata, nè dicatur exceptio turbida, & requirens altiorem indaginem, quæ non retardat aſſociationem ex ſuprà deductis.

XII. Adſtruitur difficultas, utrùm ſit citanda manus mortua poſſeditrix ad videndum decerni, & relaxari mandatum de aſſociando, an verò illud relaxari poſſit abſque partis citatione, et exiſtimarem, non requiri citationem, nec cauſæ cognitionem in caſu, cùm petatur ſimplex aſſociatio Curiæ, ſeu familiæ, quæ eſt actus extrajudicialis, quantunvis iſte per intimationem, ſeu inhibitionem ſubſequutam convertatur in actum judicialem vigore inhibitionis intimatæ potiùs, quàm aſſociationis, ut dicitur de ſimplici Edicti publicatione, quæ non inducit litis pendentiam, cùm etiam ſit actus extrajudicialis, niſi ſequuta oppoſitione per legitimum contradictorem, quanvis pro obtinenda aſſocia-
52 tione priùs ſoleat citari ad dicendum contrà Jura in forma, & producere in actis Inſtrumentum conceſſionis, *Pellegrin. prax. Vicar. par.2. ſect.2. ſubſect.11. nu.102. cum ſeqq. Coſta de fact. ſcient. inſpect.32. nu.7. Argel. de legitim. contradict. q.10. artic.8. nu.111. cum ſeqq. Capucc. prax. judic. tom.2. cap.8. artic.2. nu.63. & artic.4. num.59. Urceol. controv. for. cap.31. nu.12. Contrius diſc. for. tom.1. cauſ.56. n.3. Cadecomb. diſquiſ. legal. cap.8. n.48. cum ſeq. ubi n.47.* ità practicari Avenione, *Amat. dec. March.48. num.16. in princ. Fontanella deciſ. Cathalon.353. n.10. tom.2. Vivius dec. Neapol.44. & 177. per tot. lib.1. Magon. dec. Lucen.87. n.14. cum ſeqq. ubi in annot. litera B. Palma deciſ. Lucen. 203. nu.8. tom.3. Rota poſt Salgad. labyr. credit. dec.36. nu.21. & coram Card. Cerro dec.318. nu.6. ac in recentior. dec.73. num.22. par.10.* quidquid
in contrarium inclinet *Gaitus de credito cap.4.* 53
qu.11. n.2104. cum ſeqq. In noſtra tamen Curia Romana exiſtimarem, id eſſe obtentu difficile, quia ſemper ſpectat ad Superiorem cognoſcere, an aliquod jus competat manui mortuæ, ac proindè ad hunc effectum ſemper erit citanda pars; aliàs adeò vera eſt de Jure recitata opinio, ut
nec ceſſionarius Domini directi agens pro quin- 54
dennio còntrà tertium, ſivè ſingularem ſucceſſorem, teneatur citare tertium *Rota dec.250. n.4. par.13. recentior.* Quæ omnia procedunt, ſi ma-
nui mortuæ nulla competat defenſio, *Rota in* 55
Urbinaten., ſeu Senogallien. Emphyteuſis 22. Junii 1699. §. Minùſque ex pacto coram Illuſtriſs. Magn. Mediolani Cancellario Del Olmo, & 28. Jun. 1700. coram Reverendiſs. P.D. Molines Decano, & Inquiſitore Generali Hiſpaniarum.

XIII. Imminet difficultas, an ad hoc, ut competat aſſociatio, priùs, ſivè poſteriùs liquidandum ſit quindennium, & crederem, etiam illiquidato quindennio eſſe aſſociandum Dominum directum, non enim oppoſita illiquiditas,
ſivè neceſſitas liquidationis eſt apta ad retar- 56
dandum remedium aſſociationis exequutivum, & poſſeſſorium ex ſuprà cumulatis in *XI. Difficultate, Rota in recentior. dec.250. nu.6. cum ſeq. par.13.* cùm pro liquidatione procedendum ſit
via ordinaria, *Poſth. de manutent. obſ.107. nu.53.* 57
quippè Dominus directus habet intentionem fundatam in inveſtitura, & in tranſitu Emphyteuſis ad manum mortuam, quòd verò quindennium ſit ſolutum, vel non, eſt exceptio probanda ab ipſa manu mortua, cùm reus actor
ſit in probanda exceptione, & actori incumbit 58
onus probandi *cap. inter dilectos 6. de fid. Inſtrum. cap. ex literis 3. de probation. l. ei incumbit 2. l. ab ea parte 5. l. in exceptionibus 19. ff. eod. l. actor. C. eod. Maſcard. de probation. conc.36. n.5. vol.1. Pacian. eod. tract. cap.7. nu.42. lib.1. & cap.38. n.8. lib.2.*

XIV. Subditur difficultas, quid dicendum, ſi Dominus directus ſit Laycus, & Emphyteuſis poſſideatur diviſim pro rata per duas manus mortuas, quarum una ſit Eccleſiaſtica, puta Eccleſia, ſeu Monaſterium, & altera ſæcularis, puta Communitas, Univerſitas, vel quid ſimile, & Dominus directus fuerit aſſociatus à Judice Layco, an hoc caſu aſſociatio ſaltem reſpectu Eccleſiæ unius ex Dominis utilibus, ſeu emphyteutis non ſubſtineatur ob Iudicis Layci in-
competentiam, crederem, in totum eſſe nullum 59
etiam reſpectu alterius manus mortuæ ſæcularis litis conſortis debentis ratione conſortii, ſeu communionis participare de privilegio ſocii, eſſèque unam nullitatem inſanabilem ex defectu juriſdictionis, veluti ad aliud propoſitum in ſpecie aſſociationis advertit *Rota coram Peutinger. dec.265. nu.5. cum ſeqq.*

XV. Subnectitur difficultas, an poſt relaxationem mandati de aſſociando, illiuſque exequutione cum miſſione in poſſeſſionem, ſicque re ampliùs non integra, ſit locus revocationi, & pu-

60 & puto non eſſe locum, ſed Iudex debet ſine præjudicio ambarum partium aſſociationem confirmare, veluti in his terminis *Raudenſis var. cap.14. nu.1. cum ſeq.* cùm autem Decreta, quæ fieri ſolent in exequutivis, habeant vim interloquutionis, Iudex, qui interloquutus eſt, ſemper
61 poteſt ſuam interloquutoriam retractare, dummodò exequutioni demandata non ſit, nec tranſiverit in judicatum, ſi perperàm latam eſſe cognoverit, vel confirmare, ſi juſtè lata ſit *cap. conſtitutus* 34. *de præbend. cap. cùm ceſſante* 60. *cap. interpoſitas* 70. §. *Ille* 2. *de appellation. cap. ſi à Judice* 10. *cap. fin. eod. in* 6. *c. ex parte* 23. *de verb. ſign. cap. Sacro* 48. *de ſentent. excommunic. l. quod juſſit.* 14. *ff. de re judicat. l. qualem* 19. §. *Fin. ff. de arbitr. l. ſi opus* 15. *ff. de nov. oper. nunciat. l.* 1. §. *fin. l. Præſes* 10. *ff. de Prætor. ſtipulation. l. poſt* 9. *C. de ſentent. & interloc. l. qualem* 9. *ff. de reb. eor. Barboſa in l. ad peremptorium* 68. *nu.* 82. *ff. de judic. Vela diſert.* 41. *à n.* 40. *Cyriac. contr.* 499. *n.* 2. *Scaccia de judic. lib.* 1. *cap.* 97. *nu.* 105. *de ſentent. & re judicat. gloſ.* 14. *qu.* 4. *nu.* 27. *& de appellation. lib.* 3. *cap.* 2. *qu.* 19. *remed.* 1. *conc.* 6. *nu.* 13. *cum ſeqq. Card. Albicius olim in Vrbe primi nominis Advocatus de inconſtant. in judic. quæſt.* 37.
62 *num.* 157. *cum ſeqq.* quidquid ad partes diſputet *Vand. lib.* 1. *qu.* 49.

XVI. Tandem, ac ultima additur difficultas, utrùm aſſociari poſſit cum familia Dominus directus etiam tempore feriato, loquendo ſaltem de feriis inductis ob hominum neceſſitatem, quales ſunt illæ meſſium, vindemiarum, ac ſimiles, & videretur poſſe aſſociari etiam dictis diebus ad evitanda ſcandala, & pericula peten-
63 tis brachium Iudicis, cum agatur in exequutivis, ut in puncto *Alexand. conſ.* 130. *n.* 2. *cum ſeqq. ac per tot. lib.* 4. *Mauſon. de cauſ. exequut. ampl.* 1.
64 *num.* 8. eodem modo, quo feriæ non retardant exequutionem mandati de manutenendo, aut judicia poſſeſſoria, ac ſummaria *Poſth. de manutent. obſ.* 8. *num.* 102. *cum ſeq. Rota poſt eund. deciſ.* 614. *num.* 16.

ARGVMENTVM.

Quindennium ſolvendum eſt in eadem quantitate, in qua ſolvendum eſt laudemium.

SUMMARIUM.

1 *Laudemium de jure communi ſolvendum eſt in quinquageſima parte prætii, ad rationem nempè ſcutorum duorum pro quolibet centenario.*
2 *Quindennium ſucceſſit in locum laudemii.*
3 *Laudemium, & quindennium pacto, Statuto, vel conſuetudine augeri poteſt.*
4 *Laudemium de jure Caſtellæ eſt quinquageſima.*
5 *Apud Venetos eſt quinta pars.*
6 *Catanæ in Sicilia eſt decima pars.*
7 *Parmæ eſt vigeſima pars.*
8 *In Luſitania eſt quadrageſima pars.*
9 *Quod habet locum etiam in Emphyteuſi Eccleſiaſtica.*
10 *Rejicitur* Manent. de jure contract. livellar. pact. 9. num. 20.
11 *In territorio Cervien. de conſuetudine ſolvitur pro laudemio quinta pars.*
12 *In Veronen. Civitate ſolvuntur decem pro centenario.*
13 *In Civitate Mantuæ laudemium excedit ferè triplum ſuprà quinquageſimam.*
14 *Decem pro centenario ſunt magis exceſſiva.*
15 *In terra Lombriaſci apud Pedemontanos ſexdecim pro centenario.*
16 *In Civitate Cæſenæ quindennii taxa invariabilis eſt.*
17 *Ibidem ex Indulto Pii IV. Gregorii XIII. & Clementis VIII. laudemium eſt quinquageſima.*
18 *Quindennium ibidem taxandum eſt ad quinquageſimam tantùm ad inſtar laudemii ad illam tantùm partem redacti.*
19 *Idem practicandum in Statu Vrbini, & in Civitate Eugubii ex ſimili Indulto Vrbani VIII.*
20 *Statutum laycale in taxando laudemio non ligat Eccleſiam.*
21 *Conſuetudo ſuper taxatione laudemii, ſi fuerit recepta tàm à Clericis, quàm à Laycis, ſervanda venit etiam à Clericis.*
22 *Conſuetudo, Statutum, ſivè conventio ſolvendi quindennium in maiori quantitate, probanda veniunt per Dominum directum.*
23 *In Luſitania, præſertim in Regione inter Durium, & Minium ſolvitur duplum prætii pro laudemio.*
24 *Nullum debetur quindennium, ſi fundus Emphyteuticus ſit minoris quantitatis ſcutorum quinquaginta.*
25 *Stante Statuto, quòd ſolvatur gabella de quolibet centenario, ſi res minoris vendatur centum, non debetur gabella.*
26 *Iudex deputatus pro Cauſis ſummæ quingentorum, & ultrà, eſt incompetens in Cauſis dictam ſummam non attingentibus.*
27 *In Rota introduci nequeunt Cauſæ, niſi cum certis qualitatibus.*
28 *Modicus exceſſus ultrà dimidiam facit eſſe locum reſciſſioni contractus.*
29 *Donatio non inſinuata, quingenta non excedens in modico, eſt valida.*
30 *Eccleſia obligari nequit ad quindennium in certa quantitate.*

CAPITULUM LXXVII.

SUccedit inſpectio de ſolvendo quindennio in eadem quantitate, in qua ſolvitur laudemium, undè in præſenti aſſerimus, quod quindennium ſolvendum eſt in eadem quantitate, in qua ſolvendum eſt laudemium, indèque ſi ſpectamus jus commune ſolvenda erit quinqua- 1
geſima pars prætii prædii emphyteutici, ad rationem nempè ſcutorum duorum pro quolibet centenario juxta *l. fin. verſiculo & nè avaritia C. de iure emphyt.* cùm quindennium, ut pluriès 2
oſtendimus, ſucceſſerit in locum laudemii, *Capon. controv.* 30. *n.* 39. *repetit. poſt Tract. int. Doctor. litera X. Pinheyr. de emphyt. par.* 2. *diſp.* 4. *ſect.* 4. *n.* 32. *Ricciardell. in Licæo Eccleſ. par.* 2. *cap.* 8. §. 7. *ſect.* 1. *nu.* 16. *Tranchedin. conſult. for. tom.* 2. *conſult.* 103. *num.* 39. *Niger de laudem. tom.* 1. *qu.* 1. *num.* 55. *qu.* 3. *n.* 17. *in princip. qu.* 5. *n.* 1. *& qu.* 20. *num.* 1. *Amad. à Ponte eod. tract. qu.* 4. *num.* 1. *ubi Blancard. in not. num.* 2. *Burgius eod. tract. par.* 1. *inſp.* 1. *num.* 7. *ubi in additione, Rickter Velitation. Academ. velit.* 1. *theſ.* 9. *in princip. verſ. ſic licet* lande-

*laudemium, Fulgin.de iure emphyt. tit. de laudem. qu.*1. *num.*1. 5. 7. *&* 8. *Amic. eod. tract. qu.* 57. *nu.*1. *Caldas Pereyra eod. tract.lib.*4.*cap.*16.*n.*18. *Gratian.diſc.*180.*n.*2. *& Carol.Anton. de Luca ad eund. in animadverſ.num.*1.*cum ſeqq. & in obſ.ad de Franch. deciſ.Neapolit.*201. *num.* 8. *Barbat. de diviſ. fruct par.*1. *cap.*14. *n.*10. *cum ſeqq. Fragoſ. de regim.Reipub.Chriſt.tom.*3.*par.*3. *lib.*6.*diſp.*13. §.1. *num.*1. *Coſta de fact. & iur. ſcient. in reſponſ. ad inſp.*85. *num.*23. *& de rata qu.*112. *num.*2. *de Marinis alleg.*128. *num.*12. *lib.* 3. *Capan. de iure relev.par.*1.*qu.*11.*num* 3. *Donad.de renunc.tom.*1. *cap.*30. *nu.*66. *in princip. verſ.facienda eſt, Fontanella de pact. nuptial. tom.*1. *clauſ.*4. *gloſ.*12. *n.*2. *Danza de pugna Doctor. tom.*3. *cap.* 3. *in princip. Antonin.var.reſol.lib.*2. *reſol.fin. caſ.*30. *in princ. Roſignol. de contract. contract.*4. *prænot.*4. *num.*1. *Pacion.de locat.& conduct. cap.*3. *n.*55. *Carpzov. reſponſ. Iur. Electoral. Saxon. lib.*1. *tit.*9. *reſp.*90. *num.*1. *Vivius deciſ.Neapolit.* 496. *num.*7. *lib.*3. *Borell.ſum.deciſ. tit.*35. *num.*11. *tom.*1. *Coler.dec. German.*33. *nu.*1. *Rota coram Card.Celſo dec.*232. *num.*3. *& in recentior. deciſ.*150. *n.* 7. *par.*1. & in terminis quindennii *Capon. controv.*34.*art.*1.*n.*6. *repet. poſt Tract. int.Doctor. litera MM.*

Sciendum autem eſt, taxam quindennii eſſe
3 variabilem, ſicut taxam laudemii, quod vel augeri, vel minui poteſt pacto, Statuto, vel conſuetudine *Pinheyr.de emphyt. par.*2.*diſp.*4. *ſect.*4. *num.*32. *Niger de laudem.qu.*4. *art.*2.*n.*16.*tom.*1. *Valaſc.de iure emphyt.q.*39. *n.*4. *verſ. in utroque, Tranchedin. conſult.forenſ. to.*2. *conſult.*103.*n.*40. *cum ſeqq.* ideoque quandoque eſt quinquageſima, ut de jure communi, & Caſtellæ juxta *l.fin.*
4 *tit.*8. *partit.* 5. quandoque ſeptuageſima, ut in Regno Siciliæ, quandoque quartana, ſeu quadrans, & quarta, ut in Terra S.Severini, ac alibi, quandoque tertiaria, ſeu terzena, ſeu tertia, ut in Gallia Subalpina, quandoque quinta, undè quintellum dictum, ut in Electoratu, ac Du-
5 catu Saxoniæ, & apud Venetos juxta eorum *Statut.lib.*6.*cap.*4.& apud Bleſenſes, quandoque ſexta, ut in Sabaudia, quandoque decima, ut
6 Mantuæ, Catanæ apud Regnum Siciliæ ultrà Pharum, & alibi, *Capon. contr.*30. *num.*37. *verſ. alibi decima, repet. poſt Tract. inter Doctor. lit. X.*
7 quandoque vigeſima, ut Parmæ, de qua *Saccus conſ.*65.*num.*451.*Capon. loco mox citato in fine verſic. Parmæ*, quandoque trigeſima, quandoque quadrageſima, qualis eſt Placentiæ, & in
8 noſtro Luſitaniæ Regno *quarantena*, ſeu *corentena* vernacula lingua nuncupata juxta *Ordination.Reg. Portugall. lib.*4. *in princip. & tit.*38. *in princip. tit.* 39. *in princip. tit.* 62. §. 48. *tit.*64. *in princip. & tit.*83. *in princip. ubi Barboſa in Commentar. nu.* 51. *cum ſeqq. & alter Barboſa in cap. potuit* 4. *& fin. num.*19. *de locat. Capon.contr.*30. *num.*37. *in fine verſic. Parmæ, Caldas Pereyra de jure emphyt. lib.*4.*cap.*16.*n.*16. 18. *&* 21.*Molina de contract. tract.*2. *diſput.*459. *num.*14. *Rebell. de oblig.juſtit. par.*2. *lib.*12. *qu.*6. *num.*1. *Fragoſ. de regim. Reipub. Chriſt. tom.*3.*par.*3. *lib.*6. *diſp.*13. §.1. *num.* 1. *poſt med. circà fin. verſ.in Luſitania, & in fine verſ.quare, Pinheyr. de emphyt. parte* 2. *diſp.*4.*ſect.*4. *nu.*32. *in princip. verſ. & ſecundùm Luſitanum jus, Amic. de jure emphyt. qu.*57. *n.*1.
9 *verſ. nam in Luſitania*, quæ *Ordinatio* etiam in Emphyteuſi Eccleſiaſtica habet locum, *Pinheyr. de emphyteuſ.loc.cit.Rickter Velitation.Academic. Velit.* 1. *theſ.* 9. *in princip. verſic. ſcilicet laudemium, Amad.à Ponte de laudem. qu.*4. *nu.*1. *cum ſeqq. ubi Blancard. in not. num* 1 *cum ſeqq. Burg. eod.tract. par.*1. *inſp.*1. *n.*8. *cum ſeqq ubi in addit. num.* 30. *& inſp.* 6. *ſub num.* 3. *Niger eod. tract. tom.*1.*qu* 1. *num* 56. 60 62. *&* 63 *& qu.*3.*n.*18. *cum ſeqq. Gratian. diſc.*180. *num.* 2. *Lagunez de fructib. par.*1. *cap.*13. *nu.*3 *Roſignol. de contract. contract.* 4.*prænot.*6. *nu.*3 *Capon. contr.*30. *n.*39. *verſ. in aliis locis, Fulgin. de jure emphyt. tit. de laudem. q.*1. *nu.*2. *cum ſeqq. Capan. de jure relev. par.*1.*q.*11.*n.*3. *Carol.Anton. de Luca in animadverſ. ad Gratian. diſc.*180.*n.*1. *cum ſeqq. & ad de Franch. deciſ. Neapolit obſ.*201. *nu.*8. *verſ.poteſt etiam, & n.*9. *verſ.conſuetudine, Danza de pugna Doctor.tom.*3.*cap.*3. *circà fin.verſ.eſt benè verum, Novar. de gravam Vaſſall.grav.*54. *nu.*13. *to.*2. *Molfeſ. in conſuetud. Neapol. par.*2. *qu* 8.*num.* 8. *Cancer.var.reſol to.*1. *cap.*11. *Piag. de conſuetud. qu.*11. *n.*334. *&* 446. *Coſta de ratione ratæ q* 112. *nu.*2. *Gibalin. de an.præſt. lib.*4.*cap.*4 *conſect.*16. *artic.*4. *num* 6. *Staiban jun. reſ.*98.*n.*1. *Tholoſan. ſyntag. jur. par.*3. *lib.*25. *cap* 16. *num.*1. *cum ſeq. Carpzov. reſp. jur. Electoral. Saxon. lib.* 1. *tit.* 9. *reſp.*90.*num.*2. *cum ſeqq. Borell.ſum. deciſ. tit.*35. *nu.*12. *cum ſeqq. tom.*1. *Rota deciſ.*150.*n.*7.*par.*1. *rec.* quidquid ſicco pede, & per tranſenam ſentiat *Manent de iure contract.livellar. pact* 9.*n.*20. 10

Ac ſanè videtur nimis exceſſiva taxa quinque pro centenario, & tamen viget hujuſmodi 11
conſuetudo in territorio Cervien. de qua *Rota deciſ.*165. *num.*20. *par.*10. *recent. deciſ.*492. *n.*4. *par.*18. *tom.* 2. & longè magis exceſſiva illa decem pro centenario in Veronen. Civitate, de 12
qua *Alexand. conſ.*5. *nu.*8. *cum ſeqq.lib.*5. *Borell. ſum. deciſ. tit.*35.*num.*14. *tom.*1. prout illa in Civitate Mantuæ de laudemio excedente ferè tri- 13
plum ſuprà quinquageſimam, de qua *Manent. conſ.*106. *num.*20. *vol.*2. *poſt ſuas deciſ.Mantuan.* immò magis exceſſiva illa decem pro centena- 14
rio, de qua *Antonin. var. reſol. lib.* 2. *reſol.* 60. *caſ.*30. *in princip.* ubi hujuſmodi laudemium nimis grave videri, illa ſexdecim pro centenario in terra Lombriaſci apud Pedemontanos, de 15
qua *Amad. à Ponte de laudem. qu.* 4. *num.*3. *in princip.* Attamen in Civitate Cæſanæ quinden- 16
nii taxa invariabilis eſt, nec partium conventione, nec contraria conſuetudine, de qua *Borell. ſum.deciſion. tit.*35. *tom.*1. alterari poteſt in majori ſumma, etenim ibidem laudemium ex Indulto Pii IV.Gregorii XIII. & Clementis VIII. redactum eſt ad taxam juris communis, quinquageſimæ nempè, *Rota coram Ubago deciſ.* 81. 17
num. 2. undè & quindennium ad quinquageſimam tantùm cenſerem taxandum ad inſtar lau- 18
demii ad illam tantùm partem redacti, *Fulgin. de iure emphyt. tit. de laudem. qu.*1. *n.*7. *circà fin. Card.de Luca de emphyteuſi diſc.*5. *num.*9. *Capon. contr.*30. *num.*40. *repet. poſt Tract. inter Doctores litera X. Rota coram Coccino deciſ.*714.*num.*1. *& per tot. Buratt. deciſ.*831. *per tot.* ubi receditur à *deciſ.* contraria 435. *& in recent. deciſ.*247. *n.*19. *par.*8. *deciſ.* 400. *num.* 8. 7. 38. *& per tot. par.* 9. *tom.*2. *deciſ.*199. *nu.*4. *& per tot.par.*12.*dec.*492. *num.* 1. *cum ſeqq. par.* 18. *tom.* 2. idemque puto 19
practicandum in Statu Urbini, & in Civitate Eugubii ex ſimili Indulto Urbani VIII. regiſtrato

ſtrato poſt *deciſ. 6. & 7. penès Paitell. expedit. cauſ. civil. ſeu deciſion. Urbin. Card. de Luca de emphyteuſi diſc.5. num. 3. 6. & per tot. & diſc.6. num.4. Rota coram Card. Celſo deciſ.232. in princ. & num.3. Priol. deciſ.122. num.6.*

Præterea non omittendum, quòd, ſi agatur de ſolvendo quindēnio in majori ſumma, quàm de jure communi, per Statutum, aut conſuetudinem taxata, & exiſtat emphyteuta Eccleſia, tunc quindennium venit ſolvendum juxta diſpoſitionem iuris communis, in quinquageſima nimirùm, non verò iuxta Statutum, aut conſuetudinem à Laycis introductam, ſicuti pari forma ſolvendum eſſet laudemium per Eccleſiam in ſumma minori de iure calculata, non in maiori de conſuetudine, aut Statuto, & ſicuti vice verſa in Emphyteuſi Eccleſiaſtica ſolvendum eſſet Eccleſiæ Dominæ directæ laudemium per Emphyteutam in ſumma maiori, nempè in quinquageſima, ſi in ſumma minori per Statu-
20 tum, aut conſuetudinem ſit taxatum, ob defectum poteſtatis laycalis ſuper Eccleſia, *Niger de laudem. tom.2. qu.46. num.32. cum ſeqq.* quanvis *Molina de contract. tract.2. diſp.459. num.24. in fine*, poſtquàm firmaverit, *Ordinationes* noſtras Regni Portugalliæ taxantes laudemium in quadrageſima vulgò (ut ſuperiùs inſinuavimus) in illis partibus appellata *quarantena*, ſeu *corentena*, non habere locum in Emphyteuſi Eccleſiaſtica, ſubdit, ſtandum eſſe conſuetudini præſcriptæ de ſolvendo laudemio in quadrageſima in illo Regno, quæ opinio etiam in quindennio locum habere poteſt, ſi Eccleſia ſit Domina utilis alterius Eccleſiæ Dominæ directæ, ſal-
21 vando huiuſcemodi opinionem, ſi talis conſuetudo fuerit mixta tàm Clericorum, quàm Laycorum, acceptata videlicet tàm à Clericis, quàm à Laycis, ut declarat *Niger de laudem. tom.1. qu.41. num.19. cum ſeqq. & tom.2. qu.46. nu.37. Oliva de for. Eccleſ. par.1. qu.34. num.4.* & con-
22 ſuetudo, Statutum, ſivè conventio ſolvendi quindennium in maiori quantitate, probanda veniunt per Dominum directum, quoniam intentio manus mortuæ Emphyteutæ eſt fundata in diſpoſitione iuris ſuper quinquageſima tantùm, ſicuti idem practicatur in laudemio, *Blancard. in not. ad Amad. à Ponte de laudem. qu.4. num.4.*

Omitto, quòd non omnis conſuetudo, neque omne Statutum ità adamuſſim ſunt ſervanda, ut, etiamſi taxent in nimis exceſſiva ſumma laudemium, veniat illud in eadem ſumma ſolvendum, & per conſequens in eadem quindennium, quippè improbata videtur apud Aſtenſes conſuetudo ſolvendi laudemium ad rationem canonis unius anni, quæ ſæpè eſt ad rationem quinque pro centenario, prout & in Gallia conſuetudo recipiendi pro laudemio duplum penſionis, in Delphinatu medietas prætii Emphyteuſis, & in noſtra Luſitania, præſertim in ea regione, quæ eſt inter Durium, & Minium vul-
23 gò in illis Partibus *dentro Dourominho* pactum ſolvendi dimidium prætium, quod pro Emphyteuſi, & melioramentis acciperetur, *Amad. à Ponte de laudem. qu.5. num.3. & 4. Niger eodem tract. tom.1. qu.3. num.34. & 35, & qu.20. n.7. Molina de contract. tract.2. diſp.459. num.25. in princip. verſ. quoniam.*

His deductis curioſa valdè, quantunvis parùm frequens, ſeſe offert inſpectio in caſu, quo fundus emphyteuticus translatus in manum mortuam, ſit minoris quantitatis ſcutorum quinquaginta, & tunc puto, nullum deberi 24
quindenninm, prout eo caſu pariter nullum debetur laudemium, cùm tunc quinquageſima pars prætii dictorum ſcutorum quinquaginta dari non poſſit ad normam, ſeu taxam præſcriptam in vulgata *l. fin. C. de jure emphyt. de Luca Melphiten. ad de Franch. deciſ. Neapol. obſ. 228. n.2. verſ. prætereà quanvis, Parlador. rer. quotid. lib.1. cap.3. § fin. num.2. Niger de laudem. tom.2. qu.12. num.9. cum ſeqq. ubi nu. 22.* ſubdit rationem, quòd ſicuti non ſolvitur annata Datariæ Apoſtolicæ de Eccleſiaſtico Beneficio, cuius fructus non excedunt viginti quatuor Ducatos auri de Camera, ità non ſolvendum laudemium de emphyteuſi æſtimata infrà quinquaginta ſcuta, hinc eſt, quòd ſtante Statuto, ut ſolvatur 25
gabella de quolibet centenario, ſi res minoris vendatur centum, non debetur gabella, *Bertachin. de gabell. par.3. memb.8. n.18. Carol. Anton. de Luca ad deciſ. de Franch. loc. cit. in princ.* hinc eſt, quòd Judex deputatus pro cauſis ſummæ quingentorum, & ultrà, eſt incompetens in cauſis 26
ad ſummam prædictam non aſcendentibus, *Niger loc. cit. nu. 16.* hinc invito reo introduci nequit in S. Rotæ Romanæ Auditorio cauſa beneficialis, cuius fructus non attingunt Ducatos 27
viginti quatuor, nec cauſa profana, niſi ſummæ quingentorum, vel rei illo prætio æſtimabilis, vel mille, ſi ultrà montes ſint litigantes, indèque quotidiè huiuſmodi cauſæ à Rota avocantur, & committuntur uni Judici, ſeu Prælato, hinc dictæ cauſæ Curiales, vel remittuntur ad Partes, *Niger loc. cit. num.16.*

In nihilum obſtante, quòd ſicuti de Emphyteuſi æſtimata in quinquaginta, & ultrà ſcutis laudemium ſolvitur pro rata eius, quo prætium excedit quinquaginta ſcuta, pariter illud videatur ſolvendum pro rata, quæ non attingit quinquaginta ſcuta, ità quindennium etiam ſolvendum videretur pro rata, quæ non attingit quinquaginta ſcuta, ſicuti ſolvi debet de Emphyteuſi æſtimata in quinquaginta, & ultrà ſcutis, cùm dari poſſit caſus, quòd defectus prætii ſit in modico, proindèque non videatur excludendus Dominus directus à commodo quindennii pro rata, quia ex quamplurimis motivis per *Nigrum loc. cit.* relatis *num. 14. cum ſeqq.* patet adæquata reſponſio, ut ſequitur.

I. Eo quòd videlicet etiamſi verba legis conveniant in maiori parte actui, cui quis velit aptare legem, niſi penitùs verba legis conveniant toti actui, & diſpoſitioni, minimè applicari poteſt legis diſpoſitio.

II. Eo quòd quantunvis ad comprobationem læſionis, modicus exceſſus ultrà dimidiam, fa- 28
ciat eſſe locum remedio vulgatæ *l.2. C. de reſcind. vend.* attamen modicus defectus præſtat impedimentum, quominùs emptor, vel venditor eo remedio agere poſſit.

III. Eo quòd etiam donatio non inſinuata, & quingenta non excedens in modico, adhuc 29
eſt valida.

IV. Tandem cùm quindennium de iure ſit quinquageſima, vel alia pars iuxta morem re-

gionis, profectò Eccleſia non poteſt obligari
30 abſque ſolemnitatibus ad ſolvendum quindennium in certa quantitate, in puncto *Niger de laudem. tom.*1. *qu.* 12. *artic.* 3. *num.*145. *in fine cum ſeqq.* ubi credit invalidam fuiſſe promiſſionem ſolvendi quindennium in ſcutis ſeptuaginta quinque factam per Monachos Ciſtercienſes Congregationis Fulienſis ad favorem Canonicorum, & Capituli Patriarchalis Baſilicæ Liberianæ vulgò S. Mariæ Maioris de Urbe, *Capon. contr.* 34. *artic.* 1. *num.* 6. *in med. verſ. undè cùm Capitulum, repet.poſt Tract.int.Doctor.litera MM.*

ARGUMENTUM.

Ad exigendum quindennium à manu mortua Domina utili non ſolùm requiritur ſpeciale mandatum Domini directi, ſed etiam individuale, cum ſpecificatione videlicet, ſeu individuatione nominis proprii fundi, & certæ manus mortuæ, immò nec ſufficit mandatum Procuræ generaliſſimum à Domino directo conſtitutum cum libera ad exigendum à quibuſcumque perſonis, quæ de præſenti ſunt, vel in futurum erunt, ſibi debita, ſaltem quoad præiudicandum iuri prælationis ſuper alienatione, ſed benè ſufficit ſimile mandatum in genere ad exigendum quindennia à quibuſcumque manibus mortuis etiam abſque ſpecificatione, ac individuatione propriorum nominum fundorum emphyteuticorum, & manuum mortuarum.

SUMMARIUM.

1 *Per laudemii exactionem Dominus directus non poteſt prætendere jus prælationis ſuper venditione fundi emphyteutici, & laus* Emi Corradini.
2 *Ad exigendum quindennium à manu mortua requiritur ſpecialiſſimum mandatum cum ſpecificatione nominis proprii fundi, & manus mortuæ.*
3 *Niſi doceatur de mandato ad exigendum quindennia à quibuſcumque manibus mortuis, etiam illis non ſpecificatis, nec fundis.*
4 *Mandatum eſt ſtricti juris.*
5 *Genus non capit ſpecies alterius generis.*
6 *Procurator cum libera laudemium exigere non valet.*
7 *Solummodò rectè ſolvitur creditori, vel Procuratori habenti mandatum ſpeciale ad recipiendum debitum.*
8 *Procuratori etiam cum libera ad vendendum, non poteſt prætium recipere citrà ſpeciale mandatum ad recipiendum prætium.*
9 *Ratificari poteſt factum Procuratoris putativi.*
10 *Declaratur dictum* Burg. de laudem. parte 1. inſpect.4. in addit. num.126. ad num.10.
11 *Mandati fines excedens dicitur falſus Porcurator.*
12 *Creditor rei venditæ nequit prætium recipere.*
13 *Procurator generalis cum libera ad exigendum à quibuſcumque debitoribus Domini directi, poteſt exigere laudemia abſque alio ſpeciali mandato.*
14 *Procurator habens in mandato facultatem faciendi quidquid Dominus poſſet, ſi eſſet præſens, exigere poteſt quindennia.*
15 *Paria ſunt habere mandatum ſpeciale, vel generale cum libera.*
16 *Opinio* Burg. de laudem. par.1. inſpect.4. nu.58. & in addit. num.128. *refellitur.*
17 *Ejuſdem opinio declaratur.*
18 *Ex laudemii exactione facta à Procuratore cum libera, adhùc remanet illæſum jus prælationis in quocumque alio futuro caſu alienationis Emphyteuſis.*
19 *Habenda eſt ratio eorum, quæ frequenter accidunt.*
20 *In mandato generali, ſeu cum libera non venit facultas exigendi quindennia tanquàm ſpecialiter demandari ſolita.*
21 *Nec veniunt ea, quæ conſtituens veriſimiliter non faceret.*
22 *Veriſimile non eſt, quòd conſtituens velit emphyteuticare manui mortuæ, ab eaque quindennia exigere cum notabili præjudicio.*
23 *Ex quietantia Procuratoris probatur exburſatio pecuniæ.*
24 *Inveriſimile eſt, quòd quis pro exactione quindenniorum velit renunciare juri prælationis ſuper alienatione.*
25 *Verba generalia generaliter intelligenda.*

CAPITULUM LXXVIII.

Cum non ſemper Dominus directus per ſe exigere valeat quindennium à manu mortua Domina utili, ſeu Emphyteuta, vel ex cauſa impedimenti, vel abſentiæ à loco exactionis, vel ex alia ſimili, ſed per Procuratorem illud exigere curet (quod facere poſſe non dubitamus) tàm ad effectum indagandi, an benè ſolutum ſit, quàm etiam ad effectum recognoſcendi Dominam utilem, ſeu in Emphyteutam manum mortuam, prout in talem recognoſci intelligitur quæcumque perſona privata, ab illa laudemium exigendo, adeò, ut per laudemii exactionem Dominus directus non poſſit poſteà 1
prætendere ius prælationis ſuper venditione ipſius fundi emphyteutici ex traditis per *Nigr. de laudem. tom.*1. *qu.* 30. *nu.*11. *cum ſeqq. & per tot. & qu.* 31. *num.* 36. *in princip. verſic. in caſu autem, Tondut. reſol.civil. par.*1. *cap.*23. *num.*13. *Eminentiſs. D.Cardin. Corradinus*, olim ſtrenuus in Urbe Advocatus, ac poſteà Pontificius Auditor, & S.Cong.Concilii Præfectus, *de jure prælation. qu.*31. *num.*99. oriri ſolet contentio inter manum mortuam ſolventem, & Procuratorem recipientem, ac etiam inter principalem, ſeu conſtituentem, ſuper facta ſolutione quindennii, an nempè benè, vel malè ſolutum ſit, quod dependet ab inſpectione, an Procurator recipiens habuerit in mandato facultatem exigendi quoque quindennium, aliàs manus mortua malè ſolvens, tenebitur iterùm ſolvere Domino directo, vel illius legitimo Procuratori, ac repetere ab eodem primo Procuratore recipiente, reportata ad hunc effectum ceſſione Jurium à Domino directo, quo in caſu ipſe Dominus nolit experiri iura ſua adversùs prædictum primum Procuratorem, undè ad indicandum qualitatem legitimi Procuratoris, cui tutò ſolvi poſſit quindennium, & cui ſolvendo, manus mortua recognoſci cenſeatur in Dominam utilem, adnectimus
in præſenti, quòd ad exigendum quindennium 2
à manu mortua Domina utili non ſolùm requiritur ſpeciale mandatum Domini directi, ſed etiam individuale, cum ſpecificatione, ſeu individuatione nominis proprii fundi, & certæ manus

nus mortuæ, immò nec ſufficit mandatum Procuræ generaliſſimum à Domino directo conſtitutum cum libera ad exigendum à quibuſcumque perſonis, quæ de præſenti ſunt, vel in futurum erunt, ſibi debita, ſaltem quoad præiudicandum iuri prælationis ſuper alienatione, ſed benè ſufficit ſimile mandatum in genere ad exigendum quindennia à quibuſcumque manibus mortuis etiam abſque ſpecificatione, ac individuatione propriorum nominum fundorum emphyteuticorum, & manuum mortuarum, etenim cùm per exactionem quindennii Dominus directus conſentire intelligatur, quòd manus mortua acquirat emphyteuſim, perque conſequens patiatur habere emphyteutam potentem, ac difficilioris conventionis, immò prætendere ampliùs non poſſit prælationem in venditione rei emphyteuticæ forſitan, quanvis raro per eandem manum mortuam facienda, præiudicium huiuſmodi irreparabile, ac perpetuum inferre nequit Procurator ſuo Domino, ſeu Principali habens mandatum quantunvis cum libera, ad exigendum debita à quibuſcumque, illud tamen non habens ad exigendum etiam à manibus mortuis, vel ſaltem à manu mortua, quid-
3 quid ſit, ſi facultatem habeat in mandato ad exigendum quindennia à quibuſcumque manibus mortuis, etiam illis non ſpecificatis, nec fundis, veluti in ſimili de laudemio firmat *Niger de laudem. qu.31. n.23. cum ſeqq* ac ſignanter *num.39. circà fin. verſ. & cùm mandatum ſpeciale cum nn. ſeqq. tom.1.* cui circà primum caſum famulatur viva ratio ſuper præſumpta, ac veriſimili mente conſtituentis, quòd voluerit, ut eius mandatum, quò minùs poſſet, præiudiciale
4 intelligeretur, uti ſtricti Juris *cap. qui ad agendum 4. de Procurat. in 6. Clem. non poteſt 2. eod.* proindèque non extendendum ad exigendum quindennia ſub prætextu generalitatis mandati ad exigendum debita à quibuſcumque perſonis, & conſequenter Procurator ità conſtitutus, intelligitur exigere quidem poſſe à perſona, quæ ſit ejuſdem conditionis, & à qua Dominus directus certè ſperare poſſit commoda, eamque facilitate convenire in caſu ceſſationis in ſolutione canonis, undè non facta mentione de facultate exigendi quindennia à manu mortua, non venit mandatum generale ad eum caſum extendendum ob perpetuum, & irreparabile præjudicium Domini, cùm, ſicut genus non ca-
5 pit ſpecies alterius generis, ità & ſpecies non capit individua alterius ſpeciei, nec mandatum ad recipiendum debita ab una ſpecie perſonarum, cenſetur datum etiam ad recipiendum ab alia ſpecie, qualis eſt manus mortua, ſeu ab alio individuo non contento ſub ſpecie, vel genere expreſſo, præſertim quando, ut in caſu, ſubeſt cauſa, & ratio non faciendi extenſionem, veluti in ſpecie laudemii *Niger de laudem. tom 1. q.31. num.39. in princip. verſ. & conſequenter, & circà fin. verſ. & cùm mandatum, & num. 40. in princ.* ac in puncto quindennii *Rota cor. Bichio dec.483. num.50. cum ſeq. & deciſ.517. num.22. cum ſeqq. tom.2. repetit. poſt Tract. in ordine la IV. & V. int. Deciſion. S. Rot. Rom.* Procurator verò etiam cum libera, non habens tamen ſpeciale mandatum ad exigendum quindennium, quaſi quòd agatur de conſueto abuſu Notariorum in extenſione clauſularum à partibus ut plurimùm inexcogitatarum, per exactionem hujuſmodi nullam, vel ſaltem minùs legitimam non poteſt remittere jus conſtituentis, illi præjudicium notabile inferendo ſuper indè præſumpta renunciatione, ſeu remiſſione juris prælationis in venditione poſteà forſitan, quantunvis raro per manum mortuam facienda de re emphyteutica, nec non ſuper recognoſcendo eandem manum mortuam in Emphyteutam, ſeu Dominam utilem, quæ ratione potentiæ, & diverſi fori efficitur difficilioris conventionis tàm in caſu ceſſationis in ſolutione canonum, quàm in ſolutione quindenniorum, ut in ſimili de Procuratore cum libera, 6
non indè tamen laudemium exigere valente, *Niger. de laudem. tom. 1. qu. 31. num. 26. in fine verſic. attamen quia, & num. 27. in princip. cum nn. ſeqq.* ac ſignanter *num. 29. in fine verſ. dicendum videtur*.

Nec ſolvi rectè poteſt, niſi Creditori, vel Procuratori habenti mandatum ſpeciale ad reci- 7
piendum debitum *l. vero Procuratori 12. in princip. l. qui hominem 34. §. Si Titium 3. ff. de ſolution. de Luca Melphiten. ad Golin. de Procurat. par.2. cap.1. n.13.* undè eſt, quòd Procurator etiam cum libera ad vendendum, non poteſt pretium 8
rei venditæ recipere citrà ſpeciale mandatum ad recipiendum prætium, ad *text. in l. vero Procuratori 12. l. qui hominem 34. §. Si Titium 3. ff. de ſolution. l. quia & ſolvi ei poteſt 11. ff. de pact. l. ſed ſi unius 17. §. Procuratorem 15. ff. de iniur. l.1. §. Igitur 12. ff. de exercitor. action. l. ſi Procurator 6. ff. de condict. indebit. Caldas Pereyra de empt. & vendit. cap.15. n.16. & cap.23. n.6. Marta de Clauſul. clauſ.26. n.2.*

Hæc quoad primum caſum in noſtra reſolutione, quòad ſecundum autem advertendum eſt, nè ſolvatur quindennium, niſi vero Procuratori, aliàs illud ſolvendo Procuratori putativo, qui nempè vulgò putabatur talis, cùm agatur de duplici Domini directi præjudicio, quale conſiderari poteſt in quindēnii exactione tàm ex eo, quòd fiat ſolutio in magna quantitate perſonæ non legitimæ, ſicque non benè ſolvatur, quàm ex eo, quòd per receptionem hujuſmodi Dominus directus videatur renunciare juri prælationis in venditione, & patiatur jura utilia transferre in perſonam potentem, qualis eſt manus mortua, quidquid ſit, ſi ageretur de levi præjudicio, tantòque magis, ſi Dominus directus ſciviſſet exactionem factam fuiſſe illius nomine, vel aliquo modo illam ratificaſſet, de ipſa quie- 9
tando prædictum Procuratorem putatiuum, *Niger de laudem. tom.1. qu.29. artic.7. n.1. cum ſeq. & per tot. & qu.31. n.14.* quanvis *Burgius de laudem. par.1. inſpect.4. in addit. n.126. ad n.50.* 10
putet rectè ſolvi Procuratori putativo, quod putarem habere locum quoad inducendam liberationem ſolventis, non autem quòad alios effectus; aliter quis ſine ſpeciali mandato pretium recipiens, dicitur falſus Procurator, tanquàm fines mandati egreſſus *cap. cum dilecta 22. de re-* 11
ſcript. l. diligenter 5. ff. mandat. l. falſus Procurator 19. C. de furt. immò in fortioribus videmus, quòd creditor rei venditæ nequit pretium reci- 12
pere *l. à Divo Pio 15. §. Sed ſi emptor 7. ff. de re judic.* & tamen dicitur habere mandatum debitoris *l. ſi pignori 29. ff. famil. hercisc.*

Quibus poſitis non deſunt ſequentia occurrere objecta contrà noſtram reſolutionem quoad primum caſum in illa poſitum.

I. Nempè, quia, ſicuti Procurator generalis Domini directi cum libera, ſeu generaliter datus ad exigendum, & ſolutiones recipiendum à quibuſcumque debitoribus ejuſdem Domini,
13 abſque alio ſpeciali mandato poteſt exigere laudemia à novis Emphyteutis veris debitoribus in jure laudemiorum ipſi Domino, ut advertit *Burg. de laudem. par.1. inſpect.4. n.58. & in addit. n.128.* ità, arguendo à laudemio ad quindennium, quod fraternizat, videretur, quòd Procurator cum libera, vel aliis clauſulis illi æquipollentibus, veluti cum poteſtate faciendi
14 quidquid Dominus poſſet, ſi eſſet præſens, exigere poſſet quindennia *l. creditor.60. §. Lucius Titius 4.ff.mandat.Rota in recentior.dec.436.n.22. cum ſeqq. par.19. tom.2.*

15 II. Quia paria ſunt habere mandatum ſpeciale, vel generale cum libera tàm in contractibus, quàm in Judiciis *cap. qui ad agendum 4.§. fin de Procurator. in 6. l. nam & nocere 12. ff. de pact. l. Procurator, cui generaliter 58. l. mandato 60. ff. de Procur. l. ſed ſi unius 17.§.Procuratorem 15. ff. de injur.l. juſiurandum,quod ex conventione 17. §.fin. ff. de jurejur. l. tranſactionis 7.C.de tranſact. Giurba obſ.69. n.2. Andreol. controv.183. nu.4. Gratian. diſc.56. n.12.* ergò habens mandatum cum libera rectè exigere videtur quindennium, ac ſi haberet ſpeciale mandatum ad illud exigendum.

Veruntamen benè ſtabilita remanet reſolutio quoad primum caſum in illa poſitum, in nihilum facientibus enunciatis objectis.

Non quidem obſtat I. Objectum.

16 I. Quia opinio *Burgii* reiicitur à *Nigro de laudem. tom.1. qu.31. nu.22. in fine verſic. notandum tamen, & n.26. circà fin. verſ. attamen quia cum nn. ſeqq.* quanvis in loco errato, ut ipſe *Niger* malè ſupponit, in *par.1. inſpect.9. n.15.*

17 II. Quia opinio *Burgii* ad ſummum procederet ad effectum benè ſolvendi, & liberandi debitorem, ſeu ſolventem, non autem ad effectum præjudicandi Domino per hujuſmodi ſolutionem, ac reſpectivè exactionem in jure prælationis ſuper venditione, cui renunciare, & quam remittere non indè præſumeretur Dominus eo modo, quo præſumeretur, ſi ipſe exigeret.

III. Quia quanvis laudemium, & quindennium inter ſe fraternizent, non tamen ſemper ab uno ad aliud benè arguitur, & ſignanter in præſenti, ob diverſum præjudicium, quod infertur Domino ex ſolutione laudemii, aut quindennii, & quidem levius, ac temporale, ex laudemio, gravius autem, perpetuum, ac irreparabile ex quindennio, cùm ex ſolutione laudemii, ac reſpectivè illius exactione facta à Procuratore generali cum libera pro Emphyteuſi poſſeſſa per perſonam privatam non propterea ceſſat perpe-
18 tuò jus prælationis, ſed benè illud remanet illæſum, in quocumque alio futuro caſu alienationis, ut ponderat *Niger de laudem. quæſt.30. nu.54. in princip. tom.1.* in caſu autem noſtro ex ſolutione quindennii, ac illius reſpectivè exactione ceſſat perpetuò jus prælationis competiturum Domino, ſi ejus Procurator quindennium non exegiſſet, quandoquidem ſperari non poteſt caſus alienationis Emphyteuſis poſſeſſæ à manu mortua, quæ reſpectu poſſeſſoris dicitur inalienabilis, vel non niſi cum magna difficultate, quæ impoſſibilitati æquiparatur, vel non niſi perraró, ità, ut ob alienationis difficultatem, & raritatem nulla habenda ſit de ea ratio, ſed ſolummodò de alienatione frequenti ad *text. in* 19
l. nam ad ea 5.ff. de legib. proindeque in mandato generali, ſeu cum libera non venit facultas exigendi quindennia tanquàm ſpecialiter de- 20
mandari ſolita *Solorzan. in Politic. lib.3. cap.5. fol.274. verſic. y aſſi, Barboſa de clauſul. clauſ.35. n.2. Rota in recentior. dec.27. n.12. in fine par.13.* nec veniunt ea, quæ conſtituens veriſimiliter non 21
faceret ob deſperata jura dominicalia conſiſtentia in laudemiis, & devolutione, *Cyriac. contr.278. nu.60. Card. Mantica de tacit. & ambig. convention. tom.1. lib.7. tit.16. n.34. & 37.* veriſimile autem non eſt, quod tanta facilitate con- 22
ſtituens vellet manui mortuæ in Emphyteuſim concedere, ab eaque quindennia exigere cum notabili præjudicio, *Card. Mantic. de tacit. lib.7. tit.16. n.41. tom.1. Galeot. contr.29. n.3. cum ſeq. tom.2. Rota coram Bichio dec.541. nu.34. tom.2.* & forſitan Dominus directus ad compenſandum damnum, quod ſentiret ex tranſitu Emphyteuſis ad manum mortuam, augeret canonem.

Non obſtat II. Objectum, quia ad ſummum locum haberet quoad liberandum manum mortuam ſolventem, non autem quoad perpetuum præjudicium Domino directo inferendum circà præſumptam remiſſionem juris prælationis in venditione ortam ex quindennii exactione, ut mox inſinuavi, quia quindenium ſolutum etiam extraneo, præſertim ſciente, & patiente Domino, multòque magis cuicumque Domini Procuratori, operari quidem debet liberationem ſolutionis, ac ſi ſolutio verè ipſi Domino facta eſſet, eique pecunia ſoluta perveniſſet, cùm verè ex quietantia Procuratoris apparebit, exburſa- 23
tam fuiſſe, *l. ſolutum 11.§. Solutam 5. ff. de pignorat. act.* & notat *Burgius de laudem. parte prima inſpect.4. in addit. n.133. cum ſeq.* nè debitor bis ſolvere cogatur contra Juris tramites, ſed non operari debet alium effectum præjudicialem Domino ex indè præſumpta remiſſione juris prælationis.

Vindicata reſolutione quoad I. Caſum, reſtant objecta deducenda quoàd II. Caſum, illaque poſteà etiam vindicanda.

I. Igitur Objectum in eo conſiſtit, quòd, ſicuti in I. caſu reſolutionis habemus, requiri in mandato Procuræ ad quindennium exigendum, præciſam individuationem, ſeu ſpecificationem tàm fundi, quàm manus mortuæ, ità videretur eodem pacto, requiri etiam individuationem tàm fundi, quàm manus mortuæ, non autem ſufficere (ut in II. Parte, ſeu II. Caſu propoſito firmamus) generale mandatum ad exigendum quindennia à quibuſcumque manibus mortuis pro quibuſcumque fundis, cùm poſſit dari, quòd Dominus directus non curet, præferri in alienatione certi fundi forſitan ob minorem ad illum affectionem, vel ob incommodum ex illius diſtantia, vel ob aliam ſimilem cauſam, ideoque contentus ſit quindennium recipere, nec non juri prælationis hac via renunciare, è contrà verò curet, præferri in alienatione alterius fundi for-

forſitan ob majorem ad illum affectionem, vel ob commodum ex illius vicinitate, vel ob majorem illius culturam, vel ob aliam ſimilem cauſam, ſicque firmando, mandatum ſufficere ad exigendum quindennia in genere à quibuſcumque manibus mortuis de quibuſcumque fundis, notabile inducitur præjudicium Domino, qui, patiendo quindennia generaliter exigi, ſibi generaliter præjudicat in jure prælationis ſuper omnibus ſuis fundis, quod durum propemodùm videtur, ac nimis inveriſimile.

II. Objectum eò tendit, quòd verba quantumvis generalia, veniunt reſtringenda, quò minùs lædant proferentem, & præſertim ad evitandum abſurdum, operari debent unum tantùm effectum veriſimilem, ac cogitatum quoad liberationem quarumcumque manuum mortuarum ſolventium tali Procuratori, non autem alium diverſum effectum, & quidem præjudicialem, inveriſimilem, ac incogitatum, quòd
24 quis exactione quindenniorum præſumatur velle renunciare juri prælationis ſuper alienatione omnium ſuorum fundorum *l. creditor 60. §. Lucius 4. ff. mandat. l. ſcire oportet 13. §. Aliud 2. ff. de excuſat. tut. l. 1. ff. nè quid in loc. publ. Barboſa axiom. 222. n. 39. cum ſeqq.*

Nihilominùs adhùc reſolutio etiam quoad II. Caſum, ſeu partem benè firmata apparet, prout jam demonſtratum quoad I. Caſum, ſeu partem, in nihilū moventibus recenſitis Objectis.

Non enim obſtat I. Quia ſibi imputare debet Dominus directus, quòd uſus fuerit ad committendum exactionem quindenniorum generalitate tàm fundorum, quàm manuum mortuarum ſciens, vel ſcire ſaltem (quod ſatis eſt) præſumptus, quòd ex receptione quindenniorum cenſeretur voluiſſe renunciare juri ſuo ſuper prælatione, aliàs ſi ſuper aliquo ex ſuis fundis prætenderet, ſeu intenderet quandoque præferri eveniente caſu alienationis, non ſanè concederet mandatum ad exigendum quindennium in genere ab omnibus manibus mortuis, ſed facilè mentem ſuam aperiret ſpecificando à quibuſnam manibus mortuis, & de quibuſnam fundis vellet, quòd Procurator quindennia exigeret,
25 undè in tali caſu verba generalia ità generaliter producere debent effectum eorum *l. 1. §. Generaliter 1. ff. de legat. præſtand. l. regula 9. §. Fin. ff. de Jur. & fact. ignor. l. 1. §. Initio 4. ff. de offic. Præfect. Urb. l. qui jure militari 7. l. in fraudē 15. ff. de teſtam. milit. l. Baliſta 32. ff. ad Senatuſconſult. Trebellian. l. 1. §. Quod autem 3. ff. de aleator. Barboſa axiom. 222. nu. 36.* generalis enim mentio idem operatur quoad omnia, quod ſpecialis quoad ſingula *l. ſi duo 51. ff. de adminiſtr. tut. l. ſi Chorus 79. ff. de legat. 3. Barboſa axiom. 106. nu. 15.*

Non obſtat II. Quia non eſt caſus inveriſimilis, ac inopinatus præſumi quem velle renunciare prælationi ſuper omnibus fundis de dominio directo ex ſola receptione quindenniorum, prout ex receptione laudemiorum, quando, ut in caſu expreſsè committitur alteri eorum exactio mediante mandato Procuræ ad exigendum quindennia à quibuſcumque manibus mortuis, cùm nulla major ratio militet, quòd quis cenſeatur renunciare prælationi per receptionem quindennii ab una manu mortua, quàm à pluribus manibus mortuis.

ARGUMENTUM.

Tutor, ſivè Curator, licet habeant mandatum à lege, non tamen poſſunt conſentire tranſlationi Emphyteuſis in manum mortuam, nec exigere quindennium à manu mortua pro fundo emphyteutico, ſeu de directo dominio pupilli, vel minoris, abſque Contutore, ſivè Concuratore, cæteriſque ſolemnitatibus in alienatione bonorum minoris requiſitis, & ſi de facto aliter Emphyteuſim in manum mortuam transferri conſenſerint, vel aliter quindennium exegerint, non indè præjudicant pupillo, ſeu minori, vel adulto Dominis directis, ad effectum recognoſcendi manum mortuam in Dominam utilem, ſeu emphyteutam, vel ſaltem ad effectum eiſdem præjudicandi in jure prælationis ſuper alienatione forſitan quandoque à manu mortua facta.

SUMMARIUM.

1 *Tutor, & Curator pleniſſima pollent auctoritate in faciendis quidem utilibus pupillo, & minori.*
2 *Tales habent mandatum à lege.*
3 *Tutor, ſivè Curator non poſſunt emphyteuticare manui mortuæ, ab eaque quindennium exigere.*
4 *Ex conceſſione Emphyteuſis ad favorē manus mortuæ amittitur ſpes devolutionis, & laudemiorum, ac cenſetur remiſſum jus prælationis.*
5 *Tutor. aut Curator abſque ſolemnitatibus non poſſunt emphyteuticare ad favorem manus mortuæ, nec laudemium ab ea recipere.*
6 *Actus petendi laudemium non eſt alienatio.*
7 *Ex emphyteuticatione facta ad favorem manus mortuæ amittitur ſpes alienationis, & devolutionis.*
8 *Recepto uno, alteri cenſetur renunciatum.*
9 *Pupillus, & minor ſtare debent locationi factæ à Tutore, & Curatore.*
10 *Tales ſtare non tenentur locationi factæ ad longum tempus, ſi facta fuerit abſque ſolemnitatibus, & Decreto Judicis.*
11 *Tutor mandatum habet à lege.*
12 *Procurator etiam cum libera non poteſt emphyteuticare manui mortuæ, ab eaque quindennium recipere.*
13 *Tutor in damnoſis pupillo non habetur pro Domino.*
14 *Ex petitione quindennii invalida, non cenſetur ſublata electio beneficii prælationis.*
15 *Pupillus, & minor effecti majores poſſunt agere adversùs manum mortuam emphyteutam.*
16 *Niſi toleraverint diù manum mortuam.*
17 *Et niſi conſtet de verſione utilitatis.*

CAPITULUM LXXIX.

Quanvis Tutor, & Curator, utpote à lege, vel ab homine conſtituti adminiſtrationi rerum alienarum pleniſſima polleant facultate, & auctoritate in faciendis quidem utilibus pupillo, & minori, ſeu adulto ex *tot. tit. Inſtitution. & ff. de authorit. tutor. & tot. tit. C. de authorit. præſt. ex tot. tit. ff. & C. de adminiſtrat. ex tot. tit. C. de præd. min. ex tot. tit ff. de reb. eor. qui ſub tutel. vel cur. ſunt, ex tot. tit. ff. de teſtam. tutel. ex tot. tit. ff. de tutel. ex tot. tit. ff. de tutor. & curator. dat. ab eis, qui jus dandi habent*, uti habentes mandatum à lege, 1 2

lege, *Colin. de procurator. par. 2. cap. 4. num. 1.* nihilominùs non adeò libera, & eſtrænata poteſtate uti poſſunt, nec debent in re mixta, ſivè vergente partim ad commodum, & partim ad incommodum, ſeu præjudicium pupilli, & minoris, prout exactio debiti, per quam aliquod notabile inferatur detrimentum pupillo, & minori, ſivè inducatur aliqua renunciatio juri competituro, proindeque in præſenti monemus,
3 quòd Tutor, ſivè Curator, licet habeant mandatum à lege, non tamen poſſunt conſentire translationi Emphyteuſis in manum mortuam, nec exigere quindennium à manu mortua pro fundo emphyteutico, ſeu de directo dominio pupilli, vel minoris, abſque contutore, ſivè concuratore, cæteriſque ſolemnitatibus in alienatione bonorũ minoris requiſitis, & ſi de facto aliter Emphyteuſim in manum mortuam transferri conſenſerint, vel aliter quindennium exegerint, non indè præjudicant pupillo, ſeu minori, vel adulto Dominis directis ad effectum recognoſcendi manum mortuam in Dominam utilem, ſeu emphyteutam, vel ſaltem ad effectum eiſdem præjudicandi in jure prælationis ſuper alienatione forſitan quandoque à manu mortua facta, quia conſentiendo translationi Emphyteuſis ad manum mortuam, ab eaque petendo, ac exigendo quindennium, per indirectum faciunt duriorem, ac deteriorem conditionem pupilli, & minoris reſpectu poſſeſſoris, cùm patiantur inveſtiri perſonam potentem, qualis eſt manus mortua, præcipuè reſpectu ad pupillum, & minorem dominos directos, cùmque patiantur ſolvi quindennium in præjudicium juris prelatiõis competituri pupillo, & minori ſuper alienatione, ſicque ex facto Tutoris, & Curatoris, ſi illud ſubſtineretur, duplex oriretur pupillo, & minori præjudicium, utrumque quidem perpetuum, ac irreparabile, unum videlicet ob de-
4 ſperatam devolutionem, & laudemia, aliud ob indè remiſſum ius prælationis, veluti in ſimili de laudemio *Niger de laudem. tom. 1. qu. 31. n. 41.*
5 ſi enim Tutor, aut Curator de per ſe ſoli abſque ſolemnitatibus adhiberi ſolitis in alienatione bonorum minoris conſentire nequeunt translationi Emphyteuſis ad manum mortuam, nec laudemium ab ea recipere *Niger de laudem. qu. 31. num. 41. cum ſeq. tom. 1.* quantò minùs poterunt eandem manum mortuam inveſtire, & quindennium, quod eſt perpetuum laudemium, recipere.

In nihilum refragante, quòd ſicuti Tutor, & Curator alias perſonas privatas inveſtire poſſunt abſque contutore, & concuratore, reliquiſque ſolemnitatibus in alienatione bonorum minoris ſervandis, ab aliiſque Emphyteutis non manibus mortuis, ſed perſonis privatis poſſunt pariter laudemia exigere, hocque modo per hujuſmodi exactionem excludere pupillum, ac minorem à debita præſtatione, illis in acquirendo
6 præjudicantes, cùm actus petendi laudemium non ſit alienatio, *Caldas Pereyra de jure emphyt. lib. 4. cap. 11. nu. 34.* ubi ità ſervari in praxi *Niger de laudem. tom. 1. qu. 30. nu. 54. cum ſeqq. & qu. 31. nu. 40. in fine verſiculo ex qua reſolutione, Gaballin. milleloqu. par. 1. milleloqu. 13. nu. 1.* ità & poterunt abſque contutore, & concuratore per medium exactionis quindennii excludere à prælatione, arguendo à laudemio ad quindennium, quod argumentum, ut paſſim inſinuavi, validum eſt, quia Tutor, & Curator poſſunt quidem inveſtire privatum, ab eoque exigere laudemium, cùm eo caſu præjudicium pupilli, & minoris ſit tantùm temporale, facilèque reparabile, non propterea ceſſante in perpetuum jure prælationis, ſed ſemper illæſo, ac ſalvo remanente in quocumque alio futuro caſu alienationis, nec etiam ceſſante in perpetuum ſpe devolutionis, non tamen poſſunt inveſtire manum mortuam, ab eaque quindennium exigere, cùm è contrà eo caſu præjudicium ſit perpetuum, ac irreparabile, immò multiplex, ceſſante ſubindè in perpetuum jure prælationis ob deſperatam alienationem rei penès manum mortuam, illiuſ- 7
que devolutionem, nec non penitùs oblatam poteſtatem cogendi manum mortuam, ut extrà manus ſuas ponat, ac evacuet Emphyteuſim, ut ad propoſitum reſpondet *Niger de laudem. tom. 1. qu. 30. nu. 54. cum ſeqq. & qu. 31. num. 41. cum ſeq.* nec ſatisfacit ratio, quòd ſatis conſultum remaneat indemnitati pupilli, ſeu minoris mediantibus quindenniis, quia immò ſemper utilius eſt laudemia recipere, quàm quindennia, cùm intrà breve tempus plures ſequi poſſint alienationes, ſubindeque plura percipi laudemia, è contra verò intrà quindecim annos unum tantùm percipi laudemium; undè eſt quòd ſolus Dominus directus, dummodò non ſit pupillus, aut minor, benè poteſt, ſi velit, inveſtire manum mortuam, ab eaque laudemium, & quindennium recipere, patiendo hac via excluſionem à jure prælationis, & coactionis ad evacuandum Emphyteuſim, cùm debeat eſſe uno contentus, vel quindennio, vel prælatione, & facultate cogendi ad evacuandum, receptòque uno, alteri cen- 8
ſetur renunciatum, in puncto *Niger de laudem. qu. 30. nu. 97. tom. 1.* quod facere poſſe Tutorem, & Curatorem nequaquam congruit.

Nec obſtat, quòd ſicuti pupillus, & minor ſtare debent locationi factæ à tutore, & curatore 9
Pacion. de locat & conduct cap. 8. nu. 28. ità ſtare debent inveſtituræ, in tantum enim ſtare debent locationi, in quantum illa facta fuerit juxta facultates tutoris, & curatoris, nempè ad modicum tempus, aliàs locationi factæ ad longum tempus ſtare non tenentur, ſi appareat factam 10
fuiſſe abſque ſolemnitatibus, & Decreto Judicis, *Pacion. loc. cit. nu. 31.* ſicque nec tenebuntur ſtare inveſtituræ in manum mortuam factæ, ex eo, quòd illa non ſolùm eſt ad longum tempus, ſed in perpetuum.

Minùs obſtat, quòd tutor uti habens à lege 11
mandatum liberum *l. Titium, & Mævium 47. ff de adminiſtrat. tut. l. qui fundum 7. §. Si tutor 3. ff. pro emptor. l. interdum 56. § Qui tutelam 4. ff. de furt. l. tutor 26. ff. de adminiſtr. tut. l. Præſes 12. C. de tranſaction. Novell. ut ii, qui obligat. ſe haber. perhib. res minor. gloſ. in l. mandato generali 60 ff. de Procurator. Guttierrez de tutel. & cur. par. 1. cap. 1. nu. 15. Galganet. eod. tractat. lib. 1. tit. 1. nu. 19. & lib. 3. qu. 1. nu. 34. cum ſeq. Thomaſ. eod. tract. tit. 19. cap. 62. num. 463. cum ſeqq. Galter. prax. tutelar. par. 1. Rubr. 1. n. 6.* poteſt facere omnia, quæ facere poſſunt Procuratores habentes mandatum cum libera, quia immò in *ſuperiori Cap.* documus, non poſſe hujuſmodi Procuratores em- 12
phy-

phyteuticare manui mortuæ, ab eaque quinden-
13 nium recipere. Omiſſo, quòd tutor in damnoſis pupillo non habetur pro Domino *l. ab agnato* 12. *l. fin. ff. de curatore furioſ. l. qui ſundum* 7. §. *Si tutor.* 3. *ff. pro emptor. Montan. de tutel. cap.* 31.
14 *effect.* 1. *nu.* 5. nec ex petitione quindennii invalida, cenſetur ſublata electio beneficii prælationis, *Niger de laudem tom.* 1. *qu.* 30. *num.* 135. *in fine verſ. ex petitione laudemii*.

Velim autem, reſolutio intelligatur cum grano ſalis, quòd nempè pupillus, & minor effecti maiores, ſi nolint ratum habere huiuſmodi tranſitum Emphyteuſis in manum mortuam, & quindennii receptionem ſequutum, & ſequutam ex facto tutoris & curatoris, poterunt, priùs tamen reſtituto quindennio exacto eidem manui mortuæ ſolventi, nè aliis locupletentur cum aliena
15 na iactura, agere adversùs ipſam manum mortuam pro vindicatione fundi emphyteutici, vel intentare utile ius prælationis in caſu, quo ille venditus reperiatur, *Niger de laudem. quæſt.* 30. *n.* 122. *in fine verſic. licebit illi to.* 1. Aliàs ſi pupil-
16 lus, aut minor effecti maiores toleraverint manum mortuam perſeverare in poſſeſſione fundi emphyteutici, ab eaque canones, ac quindennium receperint, cenſentur ratificare præcedentem inveſtituram, quindenniique exactionem factam per tutorem, ſeu curatorem, ſibique præiudicant, dummodò habuerint ſcientiam illius nullitatis, acſi ab initio contractus tutorio, ſeu curatorio nomine geſtus, eſſet validus *l. ſi proponas* §. 1. *ff. de inoffic. teſtam. l. ſi præteritus* 5. *ff. de bonor. poſſeſſ. contr. tabul. l. Paulus* hodiè *l. non tantùm verbis* 5. *ff. rem rat. haber. l.* 1. *& fin C. ſi mai. fact. alien. rat. hab. Berſan. de pupill. cap.* 2. *qu.* 35. *num.* 5. 15. *&* 18. *Hodiern. ad Surd. deciſ. Mantuan.* 70. *nu.* 3.

Prætereà crederem, quòd tutor, ſivè curator abſque contutore, & concuratore, nec non citrà ſolemnitates poſſint inveſtire manum mortuam, ab eaque quindennium petere etiam ad effectum præiudicandi pupillo, ſeu minori tàm in prælatione, quàm in facultate cogendi manum mortuam ad ponendum in perſonam capa-
17 cem, ſi ex circunſtantiis conſtet de verſione in utilitatem pupilli, ſeu minoris, & probetur penſatis penſandis, præponderare utilitatem præiudicio, veluti in puncto manus mortuæ *Niger de laudem. tom.* 1. *qu.* 31. *nu.* 42. *in fine verſiculo crederem*.

ARGUMENTUM.

Pater, ſivè alius Aſcendens, ex privilegio, ſeu vi, & effectu patriæ, vel aſcendentalis poteſtatis habens uſumfructum ſuper bonis adventitiis, ſeu maternis filii, & alterius deſcendentis, proindèque dictus legitimus adminiſtrator bonorum illius, habenſque mandatum à lege, non tamen poteſt inveſtire, ſeu conſentire, ut tranſeat Emphyteuſis adventitia in manum mortuam, nec ab ea quindennium exigere pro fundo de proprietate filii, ſivè alterius deſcendentis ad effectum recognoſcendi manum mortuam in Dominam utilem, vel ſaltem ad effectum præiudicandi filio, vel alteri deſcendenti in prælatione ſuper alienatione, inque facultate cogendi manum mortuam ad ponendum in caput liberum.

SUMMARIUM.

1 *Tutor, & Curator non poſſunt inveſtire manum mortuam, nec ab ea quindennium recipere.*
2 *Pater, ſivè alius Aſcendens, habens uſumfructum ſuper bonis adventitiis, non tamen poteſt inveſtire manum mortuam, nec ab ea quindennium exigere.*
3 *Manus mortua non efficitur obnoxia devolutioni, tamquàm corpus nunquàm moriturum.*
4 *Pater, vel alius Aſcendens poteſt inveſtire de Emphyteuſi adventitia filii, vel alterius deſcendentis.*
5 *Filius tenetur ſtare locationi, præſertim ad breve tempus factæ per Patrem in bonis adventitiis.*
6 *Lex confidit de Patre, ſivè alio Aſcendente.*
7 *Per quindennii petitionem cenſetur renunciatum iuri prælationis.*
8 *Pater eſt legitimus adminiſtrator bonorum adventitiorum filii.*
9 *Pater eſt etiam uſufructuarius in bonis emphyteuticis filii.*
10 *Libera poteſtas debet eſſe regulata à Jure, ſeu ab arbitrio boni viri.*
11 *Pater, vel alius Aſcendens, adminiſtrando bona, debet ſe prudenter gerere.*
12 *Uſufructuarius poteſt ea facere, quæ tangunt conſervationem rei.*
13 *Pater inveſtire nequit manum mortuam præjudicialem filio.*
14 *Jus inveſtiendi ad omne pejus ſpectat ad uſufructuarium, & proprietarium, ſicque ad Patrem, & filium.*
15 *Pater adminiſtrando bona filii, illa alienare poteſt ad libitum.*
16 *Pater recipiendo canones, præjudicat filio ad effectum inducendi præſumptionem remiſſæ caducitatis.*
17 *Pater habens uſumfructum in bonis adventitiis filii, quæ ſint emphyteutica, rectè exigit laudemia.*
18 *Laudemium, & quindennium potiùs debetur uſufructuario, quàm proprietario.*
19 *Uſufructuarius præjudicare nequit proprietario.*
20 *Laudemium ſolvitur conductori iurium directi, & tamen non ille, ſed locator inveſtit.*
21 *Uſufructuarius inveſtire nequit, ſed debet eſſe contentus ſola utendi, & fruendi libertate.*
22 *Pater maiorem habet auctoritatem ſuper bonis adventitiis filii, quàm tutor.*
23 *Idem deteriorare nequit proprietatem filii.*
24 *Inveſtitura facta à Patre de bonis Emphyteuticis filii ſubſtinetur, conſtito de verſione in utilitatem filii.*
25 *Pater in bonis filii emancipati habet dimidiam tantùm partem uſusfructus.*
26 *Minor factus maior ratificare poteſt tacitè, vel expreſsè factum curatoris.*
27 *Dominus directus per canonum receptionem cenſetur caducitatem remittere.*
28 *Filius non eſt adminiſtrator Patris, niſi ſpecialiter committatur adminiſtratio.*
29 *Pater praiudicare nequit filio.*
30 *Filius inveſtire nequit manum mortuam in bonis Patris.*

CA-

CAPITULUM LXXX.

VIſo iam ſuprà in *præcedenti Cap.* quòd tutor,
1 ſeu curator non poſſunt inveſtire manum mortuam, nec ab ea quindennium recipere pro Emphyteuſi ſpectante ad pupillum, ſeu minorem, ſivè adultum, ad effectum auferendi facultatem eiſdem ſuper cogendo ad ponendum in manus privati, nec non ad effectum ipſis præiudicandi ſuper prælatione in alienatione, nunc videbimus, quòd idem prohibetur Patri, aut alteri Aſcendenti ſuper Emphyteuſi adventitia
2 filii, ſivè alterius deſcendentis, undè reſolvimus, quòd Pater, ſivè alius Aſcendens, ex privilegio, ſeu vi, & effectu patriæ, vel aſcendentalis poteſtatis habens uſumfructum ſuper bonis adventitiis, ſeu maternis filii, & alterius deſcendentis, proindèque dictus legitimus adminiſtrator illius, habenſque mandatum à lege, non tamen poteſt inveſtire, ſeu conſentire, ut tranſeat emphyteuſis adventitia in manum mortuam, nec ab ea quindennium exigere pro fundo de proprietate filii, ſivè alterius deſcendentis, ad effectum recognoſcendi manum mortuam in Dominam utilem, vel ſaltem ad effectum præiudicandi filio, vel alteri deſcendenti in prælatione ſuper alienatione, inque facultate cogendi manum mortuam ad ponendum in caput liberum, Pater, ſivè alius Aſcendens, inveſtiendo manum mortuam, ab eaque recipiendo quindennium, non ſolùm non gerit negotium utile filio, ſivè alteri deſcendenti, ſed potiùs perpetuum, ac irreparabile damnum infert, cùm per indirectum duriorem, ſeu deteriorem efficiat conditionem Proprietarii, reſpectu inveſtiti, qualis
3 eſt manus mortua, quæ non efficitur obnoxia devolutioni, tanquàm corpus nunquam moriturum *Niger de laudem. tom.*1.*qu.*31.*num.*41.

4 Nec obſtat, quòd ſicuti Pater, vel alius Aſcendens poteſt inveſtire de Emphyteuſi adventitia filii, vel alterius deſcendentis, perſonam privatam, ab eaque laudemium petere, taliter lege confidente de Patre, alioque Aſcendente, ut ex ſola paterna, vel aſcendentali laudemii petitione excludatur filius, ſivè alius deſcendens à jure prælationis, teneaturque ſtare tacitæ approbationi à Patre, ſivè ab alio Aſcendente factæ ad favorem acquirentis, *Niger de laudem. q.*30.*n.*77. *& qu.*31. *n.*40. *circà fin. verſic. ex qua reſolutio-*
5 *ne tom.*1. eodem pacto, quo tenetur ſtare locationi præſertim ad breve tempus factæ per Patrem in bonis adventitiis *l.*1. *C. de bon. matern. l. cùm oportet* 6. *C. de bon quæ liber. Tinell. ad dict. l.*1. *par.*3. *n.*63. *cum ſeqq. Carocc. de locat. tit. de patr. poteſt. nu.*5. *Tacion. eod. tract. cap.*7. *nu.*58. *cum ſeqq. Borgnin. Cavalcan. de uſufruct. nu.*176. *propè fin.* ità videretur quoque poſſe inveſtire manum mortuam, ab eaque laudemium, &
6 quindennium ſuo tempore petere, cùm lex confidens de Patre, ſivè alio Aſcendente, ſperet tàm in uno, quàm in alio caſu, optimum fore capturum conſilium pro filio, aliòve deſcendente *l. cùm pater* 77.§. *Mando* 24. *ff. de legat.*2. *l. nec in ea* 22.§.1. *ff. ad leg. Jul. de adulter. l. fin. C. de curator. furioſ. Alciat. de præſumpt. regul.*1. *præſumpt.*2. *núm.*1. *Menoch. eod. tract. lib.*4. *præſump.*36. *n.*2. *in princip. præſump.*54. *nu.*9. *& præſump.*81. *n.*30. *& lib.*6. *præſump.*56. *nu.*15. quia in tantum id facere poteſt cum privato, in quantum eo caſu præiudicium eſt temporale, & reparabile, ſemper ſalva remanente in perpetuum prælatione in quacumque alia futura alienatione cum certiſſima ſpe devolutionis, cum manu autem mortua non poteſt ob perpetuum, ac irreparabile eo caſu præjudicium ex deſperata de- 7
volutione, & prælatione tàm ob inductam renunciationem per quindennii petitionem, quàm ob difficultatem alienandi, quàm etiam ob penitùs ablatam hac via facultatem cogendi ad evacuandum Emphyteuſim in capite libero, *Niger de laudem tom.*1. *qu.*30. *nu.*54. *cum ſeqq. & qu.*31. *n.*41. *cum ſeq.*

Minùs obſtat, quòd, cùm Pater, vel alius Aſcendens ſit quodammodò Dominus bonorum adventitiorum filii, ſive alterius deſcendentis, tanquàm habens eorum legitimam ad- 8
miniſtrationem etiam invito filio, ſeu alio deſcendente, tàm in judicio, quàm extrà abſque decreto Judicis §.1. *Inſtitut. per quas perſon. nob. acquir. l. cùm oportet* 6. *u. non autem C. de bon. quæ liber. Aſcan. Clem. de patr. poteſt. effect.*12. *n.*1. *Paſchal. de virib. patr. poteſtat. par.*1. *cap.*2. *n.*1. ſitque talis adminiſtrator, & uſufructuarius 9
etiam in bonis Emphyteuticis filii, *Burgius de laudem. par.*1. *inſpect.*4. *nu.*23. *& in addit. verſiculo n.*23. *Clemens de patr. poteſt. effect.*2. *nu.*27. *Fulgin. de jure emphyt. tit. de diverſ. quæſt. emphyt. qu.*17. *n.*9. videretur poſſe inveſtire quem maluerit, etiamſi ex hujuſmodi inveſtitura manui mortuæ facta, exque quindennii petitione oriatur aliquod præjudicium filio, ſivè alteri deſcendenti: aliàs Pater, ſeu alius Aſcendens non diceretur habere pleniſſimam, prout habet, poteſtatem ſuper bonis adventitiis filii, vel alterius deſcendentis, vel fruſtratoria, & eluſoria evaderet lex illam tribuens, quod non eſt ferendum, quia quantunvis habeat liberam, & effrænatam poteſtatem, attamen illa debet eſſe regulata à Iure, ſeu ab arbitrio boni viri, qui 10
adeò pronus eſſe non ſolet ad inveſtiendum manum mortuam, ab eaque petendum quindennium, nè ſibi pariat præiudicium ex ponderatis circumſtantiis *l. continuus* 137 §. *Cùm ità* 2. *ff. de verb. oblig. Menoch. de arbitr. Judic. lib.*1. *in proœm. n.*5. *cum ſeqq.* ità, ut Pater, ſivè alius Aſcendens adminiſtrando bona, debet ſe pru- 11
denter gerere, & cum filiis, vel alterius deſcendentis utilitate, vel ſaltem citrà illius damnum, aliàs requiritur Iudicis decretum *Paſchal. de patr. poteſt. par.*1. *cap.*2. *n.*4. *in principio*; præterquamquod Pater, ſivè alius Aſcendens tanquàm uſufructuarius in Emphyteuſi adventitia filii, ſivè alterius deſcendentis, licèt ſit Procurator in rem, in qua habet uſumfructum, attamen recipiendo quindennium, aut laudemium, non poteſt nocere filio, ſeu alteri deſcendenti proprietario, ac directo domino in iure prælationis, quod annexum eſt proprietati, ſeu directo dominio, ac utpote cum illo natum, & productum, ab eo, ex facto uſufructuarii avelli nequit, quinimmò uſufructuarius uti Procurator 12
generalis proprietarii poteſt ea facere, quæ tangunt conſervationem, ac cuſtodiam ipſius rei, illiuſque iurium, cum temperamento, nec propriè fructuarius eſt Procurator domini, ſeu Proprie-

prietarii , eo quòd non agit actione mandati
contraria adverſus Dominum repetens expenſas
magnas , vel neceſſarias factas in re , in qua ha-
bet uſumfructum , ſed agit actione in factum ,
vel utili negociorum geſtorum , undè ſibi impu-
tet manus mortua omne damnum, quod ex cul-
pa ſua ſentit contrahens cum tali abſque Decre-
to Iudicis, veluti his rationibus arguit *Niger de
laudem. tom.*1. *qu.*30. *n.*62. *cum plurib. ſeqq.* In-
veſtire inſuper cùm ſpectet ad Proprietarium ,
non poteſt Pater, ſivè alius Aſcendens ſuper hoc
ſe ingerere tanquàm nudus uſufructuarius , ad
13 quem inveſtire non ſpectat , longèque minùs
manum mortuam præiudicialem filio, ſeu alteri
deſcendenti tanquàm perſonam potentiorem
*l.*1. *& 2.C.de jure emphyt. Fulgin. de jure emphyt.
tit. de laudem. qu.*23. *nu.*6. *Niger de laudem.q.*14.
*n.*1. *tom.*1. vel ad omne peius ius inveſtiendi ſpe-
14 ctare debet ad proprietarium, & uſufructuarium
ſimul , ac coniunctim , ſicque ad Patrem , & fi-
lium, ratione communionis, ſeu particularis ſo-
cietatis , ſivè communis actus iuriſdictionalis
*Niger loc. mox citat. n.*34. *cum plur. ſeqq.*

Minoris irrelevantiæ eſt,quòd Pater ſivè alius
Aſcendens etiam citrà Decretum Iudicis,& cum
damno filii , ſivè alterius deſcendentis , modò
abſit dolus à Patre , ſeu Aſcendente, & ſubſiſtat
iuſta cauſa , adminiſtrando bona , illa poteſt
15 alienare ad libitum , nec proindè revocari alie-
nationem tanquàm invalidam *Caſtill. de uſufru-
ctu cap.*3. *n.*68. *Sanchez conſ. moral. lib.*1. *cap.*2.
*dub.*5. *in med. verſic. & adverte,Caball.cõſil.dec.*91.
*per tot. lib.*1. *Paſchal. de vir. patr. poteſt. par.*1.
*cap.*2. *n.*27. *Covarruu. var. lib.*1. *cap.*8. *num.*6.
*Montan. de tutor. cap.*33. *n.*71. *&* 483. *cum ſeqq.
Card. de Luca de alienat.diſc.*27.*n.*11. *& de hæred.
diſc.*29. *n.*3. quia crederem facultatem reſtringi ,
quando damnum , ut in caſu , eſt perpetuum, ac
irreparabile , quidquid ſalvari poſſit præfata
opinio in caſu damni temporalis , ac levis .

Eodem fermè pacto non ſubſiſtit, quòd ſicuti
Pater poſt incurſam caducitatẽ per emphyteutã
ob alienationem Emphyteuſis adventitiæ filii ,
ipſo filio Domino directo irrequiſito factam,vel
16 ob canones non ſolutos,recipiendo canones præ-
judicat filio ad effectum inducendi præſumptio-
nem remiſſæ caducitatis, *Fulgin. de jure emphyt.
tit. de alienat. qu.*1. *num.*325. *in fine verſiculo niſi
etiam is, & tit.de caducitat.q.*14.*n.*1.*cum ſeqq.Ro-
ta poſt Antonell. de jurib.& oneribo. Cleric. dec.*36.
*n.*8. *cum ſeqq.* ità inveſtiens manum mortuam ,
ab eaque quindennium recipiens videtur præju-
dicare poſſe filio Domino directo ad effectum
recognoſcendi ipſam manum mortuam in Em-
phyteutam , ſeu dominam utilem , & amittendi
jus prælationis , quia ex receptione canonum ,
qui ſolvuntur etiam ab Emphyteuta privato,ſeu
non manu mortua , non indè ceſſat ſpes devolu-
tionis , nec jus prælationis , ſicque benè in hoc
præjudicari valet filio ob præiudicium tempora-
le , facilèque reparabile, quod non eſt ità in ma-
nu mortua .

Prætereà nullius ponderis eſt animadverſio ,
quòd ſicuti Pater habens uſumfructum in bonis
17 adventitiis filii , quæ ſint emphyteutica , rectè
exigit laudemia, *Burgius de laudem. par.*1. *inſpect.*
4. *n.*23. *& in addit. n.*91. *antè med. Fulgin.de jure
emphyt. tit. de laudem. qu.*23. *n.*1. *cum ſeq. Aſcan.
Clem. de patr. poteſt. effec.*2. *n.*27. *&* 34. *Valaſc.
de jure emphyt. qu.*38. *nu.*28. quia benè ſtare po-
teſt , quòd benè ſolvatur laudemium , & quin-
dennium Patri uti uſufructuario bonorum filii ,
& quòd ex ſolutione huiuſmodi non inducatur
remiſſio iuris prælationis competentis filio pro-
prietario , prout benè compatitur , quòd ſolva- 18
tur, immò debeatur potiùs uſufructuario, quàm
proprietario laudemium, & quindennium ex de-
ductis per *Nigrum de laudem. tom.*1. *qu.*13. *n.*1.
*cum ſeqq. & per tot. & qu.*14. *n.*62. & tamen non
inducatur ex illius ſolutione remiſſio,ſeu renun-
ciatio prælationis debitæ proprietario , cui præ-
iudicare nequit uſufructuarius ſuo facto , ſicque 19
recipiendo laudemium , & quindennium, *Niger
de laudem. qu.*30. *n.*65. *cum ſeqq. tom.*1. ita, ut fa-
cultas uſufructuarii exigẽdi laudemium,& quin-
dennium non tollit facultatem proprietarii in-
veſtiendi , quam ipſe hebet vel privativè quoad
uſufructuarium,vel ſaltem cumulativè cum uſu-
fructuario , nec indè aliquod oritur abſurdum ,
quòd ſolvatur laudemium,& quindennium uſu-
fructuario , & inveſtitura fiat à proprietario ,
vel ad ſummum ſimultaneè , ac unitim à pro-
prietario , & uſufructuario , nam & conductori
iurium directi laudemium ſolvitur,& tamen non 20
ille , ſed locator inveſtit , *Blancard. ad Amad. de
Ponte de laudem. qu.*20. *in fine verſiculo verùm
quid prohibet* , *Niger eod. tract. tom.*1. *qu.*14. *n.*1.
in fine verſiculo ſubdenſ, non eſſe abſurdum , cùm
igitur uſufructuarius ſaltem privativè quoad
proprietarium careat facultate inveſtiendi , de-
bens eſſe contentus intrà limites ſuæ poteſtatis ,
ſola utendi , & fruendi libertate § 1. *Inſtitution.* 21
*de uſufruct. Niger de laudem. qu.*30. *n.*63. *tom.*1.
ſequitur per inveſtituram ab uſufructuario , ſeu
à Patre factam manui mortuæ , non poſſe præ-
iudicari filio proprietario ad effectum illam re-
cognoſcendi in Dominam utilem , ſeu emphy-
teutam tàm quoad remittendum ius prælatio-
nis,quàm quoad amittendum penitùs ius devo-
lutionis , iuſque cogendi eandem manum mor-
tuam ad evacuandum Emphyteuſim in manus
liberas , & capaces .

Denique cùm Pater,ſivè alius Aſcendens longè
maiorem habeat à lege auctoritatem ſuper bonis 22
adventitiis filii , ſeu alterius deſcendentis,quàm
tutores , cæterique adminiſtratores dati ab ho-
mine, vel à lege, & fructuariis, *Caſtill. de uſufru-
ctu cap.*3. *n.*12. *& de aliment. cap.*44. *n.*5. *in prin-
cip. C. de bon. matern. Golin. de Procurator. par.*2.
*cap.*4. *n.*1. *Paſchal.de patr.poteſt. par.*1. *cap.*2. *n.*2.
videretur,quòd plus poſſet , quàm tutor, admi-
niſtrator , & uſufructuarius , ſicque poſſe inve-
ſtire , & exigere quindennium , quod facere ne-
quit tutor , adminiſtrator , & uſufructuarius ,
quia non debet , nec poteſt præiudicare filio ſub
ſolo prætextu maioris auctoritatis , quæ magis
prodeſſe,non magis obeſſe debet,immò non po-
teſt ſub clypeo uſusfructus deteriorare proprie- 23
tatem filiis , prout cum effectu deterioraret , ſi
emphyteuticare poſſet manui mortuæ ad *text.*
capitalem in *l. fin.§. Sin autem* 4. *C.de bon. quæ li-
ber. Caſtill. de uſufructu cap.*26. *n.*3.

Si autem tales facti circumſtantiæ interfue-
rint, ut conſtiterit de verſione in utilitatem filii,
ſeu alterius deſcendentis fuiſſe ſequutam inve-
ſtituram favore manus mortuæ , tunc putarem

de æquitate, procedendo de bono, & æquo in-
ter Patrem, & Filium, omiſſo omni rigore in-
ter tales perſonas improprio, immò damnabili,
24 poſſe ſuſtineri contrà filium inveſtituram huiu-
ſmodi, quindenniique exactionem tàm ad effe-
ctum illi præiudicandi in prælatione, quàm in
coactione ad ponendum Emphyteuſim in capi-
te libero, ut in his puris terminis ponderat *Ni-
ger de laudem. tom.1. qu.31. n.42. in fine verſicu-
lo crederem.*

Eodem modo ſi filius, vel alius deſcendens
poſt factam inveſtituram manui mortuæ, & exa-
ctum quindennium à Patre, ſeu alio Aſcenden-
te emancipatus fuerit, diùque non reclamave-
rit, videtur approbare tàm inveſtituram à pa-
tre factam, quàm quindennium ab eodem exa-
ctum, cùm poſt emancipationem poſſet recla-
mare, eo quòd iam Pater non habet uſum-
25 fructum, vel ſi habet, dimidiam tantùm illius
partem habet, ad *text. in l. cùm oportet 6. n. cùm
autem C. de bon. quæ liber. Garzias de nobilit.
gloſ.21. n. 80. Gomez ad leg. Taur.48. nu.6. San-
chez conſil. moral. lib.1. cap.2. dub.19. nu.2.*

Si inſuper poſt Patris, vel alterius Aſcenden-
tis filius, ſeu alius deſcendens acquieverit, ad
inſtar minoris, qui factus maior ratum habere
26 poteſt, ſi velit, factum curatoris expreſſè, vel ta-
citè, ſeu præſumptè, retrotrahendo rathibitio-
nem ad tempus inveſtituræ, & quindennii, qua-
ſi inveniat principium conſervativum, ut ex
tũc, *l. Paulus* hodiè incipien. *non tantùm verbis 5.
ff. rem rat. haber. l.1. & fin. C. ſi mai. fact. alien. rat.
hab. Coſta de retrotract. cap.2. n.13. & reg.3. ad
dict. cap.2. n.1. & cap.10. effect 3. n.2. Hodierna
ad Surd. dec. Mantuan.70. n.3.*

Inducitur autem ratificatio huiuſmodi, ſi po-
ſteà filius directus Dominus toleraverit, manum
mortuam poſſidere, ſeu in poſſeſſione Emphy-
teuſis perſiſtere, canones, & decurſa quindennia
recipiendo abſque aliqua proteſtatione, ſivè iu-
rium reſervatione, dummodò tamen conſtet,
habuiſſe ſcientiam nullitatis inveſtituræ, & quin-
dennii petitionis, ad inſtar Domini directi, qui
27 per canonum receptionem abſque proteſtatione
poſt incurſam caducitatem ob alienationem
Emphyteuſis inconſulto Domino ſequutam, cen-
ſetur illam remiſiſſe, *Menoch. de præſumpt. lib.3.
præſumpt.112. n.1. cum ſeqq. Fulgin. de jure em-
phyt. tit. de alienat. qu.1. n.324. Amic. eod. tract.
qu.33. n.5. & 8. Blancard. ad Amad. de Ponte de
laudem. qu.16. in princip. Niger eod. tract. tom.1.
qu.26. nu.14. cum ſeqq. Gallerat. de renunc. tom.
ſeu centur.2. renunciat.114. n.13. cum ſeqq. Do-
nad. eod. tract. tom.1. cap.14. n.65. cum ſeqq. &
tom.2. cap.50. n.155. cum ſeq. Cyriac. contr.266.
n.10. cum ſeqq. Hodiern. ad Surd. dec. Mantuan.6.
n.10. cum ſeqq. dec.317. n.1. & dec.342. num.6.
Gratian. dec. March.49. n.22. cum ſeq.* ac ſignan-
ter *n.30. & 31. Rota poſt Antonell. de juribus, &
oneribus Clericorum dec.36. n.8.*

Quid demùm dicendum in caſu contrario, ſi
filius, vel alius deſcendens inveſtiat manum
mortuam de bonis emphyteuticis Patris, ab ea-
que quindennium petat, an præjudicet, nec nè
Patri, ſivè alteri Aſcendenti tàm quoad amiſ-
ſionem facultatis cogendi manum mortuam ad
evacuandum, quàm quoad amiſſionem etiam
juris prælationis, ſuper quo pro negativa non
puto valdè immorandum, cùm filius, ſivè alius
deſcendens non ſit adminiſtrator Patris, ſivè al- 28
terius Aſcendentis, niſi ſpecialiter committatur
adminiſtratio, *Pinell. in l.1. par.2. n.39. C. de
bon. matern. Giurba in Conſuetud. Meſſan. cap.7.
gloſ.3. par.1. num.18.* ſi nanque Pater, vel alius
Aſcendens, ut prædiximus, quantumvis ſit legi-
timus adminiſtrator bonorum filii, ſivè alterius
deſcendentis, immò ratione patriæ poteſtatis
habeat uſumfructum, non tamen poteſt præju-
dicare filio, vel alteri deſcendenti, inveſtiendo 29
manum mortuam, ab eaque quindennium pe-
tendo, longè minùs filius, ſivè alius deſcendens,
qui non eſt legitimus adminiſtrator bonorum
Patris, ſivè alterius Aſcendẽtis, nec habet uſum- 30
fructum, poterit præjudicare Patri, vel alteri
Aſcendenti, inveſtiendo manum mortuam, ab
eaque quindennium petendo.

ARGUMENTUM.

Maritus, licet ſit uſufructuarius bonorum dotalium, immò eorum Dominus conſtante matrimonio, vel ſaltem legitimus adminiſtrator, tanquàm habens mandatum à lege, adhùc non poteſt citrà conſenſum uxoris inveſtire manum mortuam de Emphyteuſi dotali, ab eàque quindennium petere, ad effectum præjudicandi uxori tàm in facultate cogendi eandem manum mortuam ad evacuandum, quàm in prælatione ſuper alienatione.

SUMMARIUM.

1 *Pater, ſivè alius Aſcendens non poteſt inveſtire manum mortuam, ab eaque quindennium petere de Emphyteuſi adventitia filii, ſivè alterius deſcendentis.*
2 *Maritus abſque conſenſu uxoris non poteſt inveſtire manum mortuam de Emphyteuſi dotali, ab eaque quindennium petere.*
3 *Non licet alteri per alterum iniqua conditio inferri.*
4 *Vir eſt Dominus fundi dotalis.*
5 *In rebus, in quibus quis habet dominium, eſt moderator, & arbiter.*
6 *Marito permittuntur, quæ ſolis rerum dominis permittuntur.*
7 *Idem ea omnia facere valet, quæ mandatum ſpeciale requirunt.*
8 *Idem abſque mandato uxoris agere valet, ac comparere pro dote.*
9 *Idem habet firmiora jura in fundo dotali, quàm uſufructuarius in fundo uſufructui obnoxio.*
10 *Idem abſque uxore poteſt laudemium exigere de re dotali emphyteuticata.*
11 *Quindennium fuit ſubrogatum in locum laudemii.*
12 *In alienatione rei emphyteuticæ dotalis ſolus conſenſus viri ſufficit.*
13 *Emphyteuticatio lato vocabulo alienatio dicitur.*
14 *Mulier remanere non debet indotata.*
15 *Vir videtur facere poſſe omnia ea, quæ uxor facere poteſt.*
16 *Vir habet dominium utile in bonis dotalibus.*
17 *Idem dicitur habere dominium imaginarium.*
18 *Dos ſemper, ſoluto matrimonio, vel viro vergente ad inopiam, incolumis manet.*
19 *Quo caſu eſt compatibile, dominium inſolidum eſſe penès duos.*

20 *Vir*

20 *Vir diſponere nequit de re dotali abſque conſenſu mulieris.*
21 Amic. de jur. emphyt. qu. 17. num. 9. *putans. mulierem impropriè dici dominam rerum dotalium, refellitur.*
22 *Apud Virum reſidet vicedominium rerum dotaliũ.*
23 *Imperator dicitur Dominus totius orbis.*
24 *Vxor non poteſt præjudicare marito.*
25 *Vir in favorabilibus, non autem in præjudicialibus uxori dicitur habere mandatum à lege.*
26 *Per ſolutionem quindennii non inducitur remiſſio juris prælationis.*
27 *Per exactionem laudemii non amittitur in perpetuum jus prælationis, ſed pro illa vice, quo laudemium exigitur.*
28 *Maritus benè poteſt præiudicare uxori in omittendo, non autem in committendo.*
29 *Contrarium verius.*
30 *Vxor, vel alius præjudicare nequit marito.*
31 *Vir non poteſt alienare abſque ſpeciali mandato mulieris.*
32 *Paraphernalia bona ſunt extradotalia.*
33 *In talibus bonis maritus nullum dominium, nullamque auctoritatem exercet, vixque adminiſtrationem habet.*
34 *Bona paraphernalia ſemper remanent in dominio uxoris.*
35 *Vir dicitur Procurator uxoris in bonis paraphernalibus.*
36 *Idem abſque mandato ſpeciali uxoris non poteſt alienare bona paraphernalia.*
37 *Mulier canones, & quindennia percipiendo à manu mortua, cui vir emphyteuticaverit, cenſetur approbare.*
38 *Mulier cogi nequit ad ratificandum factum viri.*

CAPITULUM LXXXI.

1 POſtquàm in *Superiori Cap.* monuimus, Patrem, ſivè alium Aſcendentem non poſſe inveſtire manum mortuam, ab eaque quindennium petere de Emphyteuſi adventitia filii, ſivè alterius deſcendentis, ad effectum eidem præjudicandi tàm in jure cogendi ad evacuandum, quàm in iure prælationis ſuper alienatione, benè ſequitur *præſens Cap.* cùm enim maritus ſub prætextu dominii, ſivè uſusfructus, quem habet in bonis dotalibus, vel tanquàm legitimus adminiſtrator bonorum uxoriorum, habenſque mandatum à lege, putet plus quandoque poſſe, liberioribus utendo habenis, quàm in rei veritate ſit, ideò in præſenti monemus, quòd maritus, licet ſit uſufructuarius bonorum dotalium, immò eorum Dominus conſtante matrimonio, vel ſaltem legitimus adminiſtrator tanquàm habens mandatum à lege, adhùc non poteſt citrà
2 conſenſum uxoris inveſtire manum mortuam de emphyteuſi dotali, ab eaque quindennium petere, ad effectum præiudicandi uxori tàm in facultate cogendi eandem manum mortuam ad evacuandum, quàm in prælatione ſuper alienatione, quia agendo poteſt quidem meliorem, ſed non deteriorem facere conditionem uxoris, eidem perpetuum inferendo præiudicium, cùm
3 non liceat alteri per alterum iniqua conditio inferri *l. non debet* 74. *ff. de regul. Jur.* ſed quia tamen videntur noſtræ reſolutioni reſiſtere ſeptem ſequentia Obiecta

I. Obiectum, quia vir tanquàm non ſolum adminiſtrator, ſed etiam tanquàm Dominus 4
fundi dotalis *in princip. Inſtitut. quib. alien. lic. l. dotale* 13. *verſiculo dotale ff. de fundo dotali l. ſervus dotalis* 58. *l. divortio* 7 §. *Si fundum* 12. *ff ſolut. matrim l. ſciendum* 15. *ff. qui ſatiſdar. cog. l. Lucius* 21. §. *Penult. ff ad Municipal. l.* 1. *C de ſerv. pignor. dat. l. doce ancillam* 9 *C. de rei vind. l in rebus* 20. *l. etſi dotis* 3. *l. de his* 11. *l. quotiès* 5. *C. de iur. dot. Guibert. de dote cap.* 5 *num.* 1. *Campeg. eod. tract. par.* 4. *qu.* 7. *nu.* 4. *in fine, Bald Novell eod. tract. par.* 8. *privileg.* 6. *nu.* 1. *de Angel. de impenſ. dotal. artic.* 4. *nu.* 9. *artic.* 13. *nu.* 2. *artic.* 14 *nu.* 1. *& artic.* 15. *nu.* 5. *Barboſa in l dotalem* 61. *num* 1. *cum ſeqq. ff ſolut. matrim Rota de privileg. mulier. cap.* 2. *nu.* 39. *cum ſeqq. & cap.* 4. *nu.* 67. videretur poſſe illum in Emphyteuſim concedere perſonæ ſibi benè viſæ irrequiſita uxore, ſicque etiam potenti, qualis eſt manus mortua, cùm in rebus, 5
in quibus quis habet dominium, ſit moderator & arbiter *l. in traditionibus* 48. *ff. de pact. l. in re mandata* 21. *C. mandat.* cùm marito permittantur, quæ ſolis rerum dominis permittuntur *l. in rem* 6
23. *l. officium* 9. *ff. de rei vindic. l. unica C. de alien. judic. l. ſi proprietatem* 4. *C. de iis, qui à non Domin. manumiſ. ſunt.*

II. Obiectum, quia etiam præſcindendo à dominio, remque ponendo in ſimplicibus, ac fortioribus terminis admiſtratoris, ſeu Procuratoris in rem ſuam, qualis eſt maritus, tanquàm facere valens ea omnia, quæ mandatum ſpecia- 7
le requirunt, *Rota de privileg. mulier. cap.* 5. *n.* 67. *in fine verſiculo & nota, quòd maritus*, perque conſequens etiam abſque mandato uxoris agere, 8
& in iudicio comparere pro dote ipſa, videretur proindè abſque conſenſu uxoris poſſe emphyteuticare fundum dotalem manui mortuæ, ſibique imputare omne ſuprà ponderatum præiudicium, periculum, incommodum, & deteriorationem dotis ad *text. in l. maritus* 21. *C. de Procurator. ex traditis per Barbat. de diviſ. fruct. par.* 2. *cap.* 3. *nu.* 49. *cum ſeqq. Gratian. diſc.* 514. *nu.* 24. *cum ſeq. & diſc.* 524. *nu.* 4.

III. Obiectum, quia tanquàm habens firmiora, ac maiora iura in fundo dotali, durante 9
matrimonio, quàm uſufructuarius in fundo uſufructus ſervituti obnoxio *l. doce ancillam* 9. *C. de rei vindic.* debet plus poſſe, quàm uſufructuarius, qui nullum habet dominium tanquàm in re aliena, nec ullam cum proprietate communionem, proindeque ad differentiam perſonarum, de quibus in præcedentibus *Cap.* nempè Tutoris, Curatoris, qui ſunt adinſtar ſimplicis adminiſtratoris, & Patris, ſivè alterius Aſcendentis, qui ſunt adinſtar uſufructuarii, videretur, quod maritus uti plenipotentiarius poſſit, emphyteuticando manui mortuæ, præiudicare uxoris.

IV. Obiectum, quia ſicuti vir abſque uxore poteſt laudemium exigere de re dotali emphy- 10
teuticata, *Burgius de laudem. par.* 1. *inſpect.* 4. *nu.* 15. *Niger eod. tract. qu.* 13. *num.* 35. *tom.* 1. ità videtur poſſe & quindennium exigere, quod quindenniale, & reiterabile laudemium eſt, ſeu in locum laudemii ſubrogatum ex dictis ſuprà 11
in *Cap. I. ac alibi paſſim.*

V. Objectũ quia ſi in alienatione rei ẽphyteuticę dotalis ſolus conſenſus viri ſufficit, *Caldas Pereyra de jure emphyt. lib.* 4. *tit. de extinct. emphyt. c.* 11. 12

 nu. 6.

nu.6. Amic.eod. tract. qu.17. nu.5. in fine, quan-
tò magis in emphyteuticatione ſolus conſenſus
13 viri ſufficiet,quæ lato vocabulo alienatio dicitur
cap.nulli 5.de reb. Eccl.non alien.l.fin.C.de reb.alien.
Novell.de non alien.& permut. reb.Eccleſ. cap.nos
igitur 1.verſiculo alienationis autem.

VI.Objectũ,quia ſicuti vir non ſolvendo cano-
nes, aut laudemia ex bonis emphyteuticis ſibi in
dotẽ traditis poteſt præjudicare uxori, ità,ut res
cadat in commiſſum, quantumvis maritus ob
ejus culpam obligatus remaneat uxori ad inte-
14 reſſe, nè aliàs ex cauſa commiſſi remaneat in-
dotata *l.neque ſtipendium 13. ff. de impenſ. in reb.*
dotal. Bald. Novell. de dote par.7. privileg. 27.
Amic. de jure emphyt. qu. 17.num 6. Fulgin. eod.
tract. tit.de ſolution.canon. qu.1. nu.164. cum ſeq.
Burgius de laudem. par.2. inſpect. 12. num.8. poſt
med.Corbul.de cauſ.privat. Emphyteuſ. tit.de cauſ.
privation.ob non ſolut.canon. ampl.22.nu.1.& per
tot. ità è contrà exigendo canones, laudemia,
& quindennia à fortiori poterit præjudicare
uxori.

VII.Objectũ,quia vir,uti Procurator uxoris in
15 bonis ſaltẽ dotalibus,videretur facere poſſe õnia
ea, quæ uxor uti Principalis facere poſſet *l. ma-*
ritus 21. C.de Procurator. Virgil.de legitimat.per-
ſon. cap.26. nu.1. cum ſeq. ac ſignanter *num.2. in*
fine verſiculo intellige, Golin.de Procurator.par.2.
cap.4. nu.1.

Quæ tamen excitata Objecta nullatenùs mo-
vent, ut ex ſequentibus ſolutionibus.

Non quidem I. Objectum, quia maritus non
eſt abſolutus, & diſpoticus Dominus dotis, ſed
qualis Dominus, ſeu Condominus tantùm, ha-
bens dominium quidem civile,ſeu utile propter
16 fruitionem, ſivè cõmoditatem, & uſumfructum
fictione quadam, & ſubtilitate Juris in fructi-
bus dotalibus *l.dotis fructus 8. ff.de jure dotium*,
Rota de privileg.mulier. cap.3. ſpecial.4. num.67.
& cap.4. nu.67. ubi inquit, maritum dici Domi-
num honorarium, ſeu commutabiliter, & ha-
17 bere dominium imaginarium, *Caſtill.de uſufru-*
ctu cap.4. nu.20. Angel.de impenſ.dotal. artic.14.
num.5. Boſſius de dote cap.8. §.3. num.67. Card.de
Luca eod.tract. diſc.158. nu.3. Urceol.conſult. for.
vol.2. cap.92. nu.31. cum ſeqq.Rota coram Reve-
rendiſs. P. D. Anſaldo Decano deciſ. 80. num.19.
dominium enim dotis etiam eſt penès uxorem,
18 cùm dos uxori ſemper, ſoluto matrimonio, vel
viro vergente ad inopiam incolumis manet *l.de-*
nique 3.§.Sed utrùm 4.in fine ff.de minor.l.1.§.quod
ſi in Patris 1.l.ſi conſtante matrimonio 24.aliàs 25.
in princ. §.Si vir 4.& §.Si maritus 5. ff ſolut. ma-
trim. l.ubi adhùc 29. l.in rebus 30. verſiculo cùm
eædem res C.de jure dot. l.aſſiduis 12. verſ. oporte-
bat enim C. qui potior. in pign. hab. Vela diſert. 1.
nu.39. & in hoc caſu eſt compatibile, dominium
19 inſolidum eſſe penès duos, *Caſtill. de uſufructu*
cap.4.nu.24.& 44. undè non mirum, quòd vir
non poſſit diſponere de re dotali præſertim fa-
vore potentis, immò potentioris, qualis eſt ma-
nus mortua, in præjudicium uxoris citrà illius
20 conſenſum uti condominæ *l. ſervus dotalis 58.*
l. in bis 66. ff. ſolut. matrim. l. in rebus 30. C. de
jure dot.

Nec mihi videtur verum opinamentum *Ami-*
21 *ci de jure emphyt. q.17. n.9.* putantis, mulierem
impropriè dici dominam rerum dotalium adin-
ſtar filii impropriè etiam Domini dicti vivente
Patre,vel ſaltem Dominam dici in ſpe,cùm poſt
ſolutum matrimonium ad eandem redit res do-
talis, verum autem dominium, ac proprium eſſe
viri, & imaginarium, ac fictitium eſſe mulieris,
quippè immò dominium naturale ſemper rema-
net apud mulierem etiam conſtante matrimo-
nio, & dominium civile tantùm, vel quaſi utile,
ſeu imaginarium ratione fructuum dotalium
ſolumodò, ſeu ratione ſolius uſusfructus ex le-
gum ſubtilitate vicedominium apud virum *l. in* 22
rebus 30. C. de jure dotium, Giurba ad Conſuetud.
Meſſan. cap.3. gloſ.5. par.1. nu.35. Fontanella de
pact.nuptial. clauſ.6.gloſ.1. par.2. nu.15. cum ſeq.
& dominium viri verſatur circà jus adminiſtran-
di, & protegendi, ut de Imperatore traditur,
qui dicitur Dominus totius orbis, *Fontanell.loc.* 23
cit. nu.17. in principio; undè cùm dominium do-
tis ſit penès utrumque, ratio naturalis, ac juſti-
tia diſtributiva ſuadet, ut unus ſine alio in præ-
judicialibus nihil agere poſſit, quaſi in commu-
nione, & ſocietate bonorum uterque convivat,
in bonis dotalibus tale dominium, talemque
poteſtatem habet maritus, qualem habuit Dę-
mon in Job, ſalva nempè anima, ideſt ſubſtan-
tia, immò eo quòd uxor ſit ſub ejus dominio,
ſicut filius ſub dominio Patris, poteſt quidem
omnia facere pro uxore, ſicut Pater pro filio,
ſicque in favorabilibus, non contrà uxorem in
præjudicialibus ſub prætextu præheminentiæ
maritalis, prout uxor non poteſt præjudicare 24
marito, *Rota de privileg. mulier. cap.5. num.64.*
cum ſeq. quodnam autem majus præjudicium
inferretur uxori, quàm inveſtiendo perſonam
potentem, ab eaque exigendo quindennium,
amiſſa exindè devolutione Emphyteuſis ad
uxorem, & prælatione ſuper alienatione.

Non II. Objectum, quia, ut in reſponſione
ad I. benè quidem vir poteſt agere inconſulta
uxore in re ipſi uxori favorabili, ſed non in prę-
judiciali, ut præſenti, in favorabilibus nanque
uxori dicitur habere mandatum à lege, non au- 25
tem in præjudicialibus, *Golinus de Procurator.*
par.3. cap.1. nu.26.

Non III. Objectum,quia majus jus, quod ha-
bet maritus, non debet obeſſe uxori, ità, ut ille
magis poſſit in præjudicium uxoris, quàm uſu-
fructuarius in præiudicium proprietarii.

Non IV. Oiectum, quia vir in tantum rectè
exigit laudemium de re dotali emphyteutica, in
quantum tanquàm maritus in illa habet uſum-
fructum, non indè autem benè ſequitur, quòd
poſſit inveſtire præſertim potentem,quando hoc
ad proprietarium potiùs ſpectat, ſicque ad mu-
lierem, vel ſaltem ad omne peius ad uſufructua-
rium, ac proprietarium, ſicque ad virum, &
uxorem, omiſſo, quòd benè ſtare poteſt, quòd
ſolvatur huic, vel illi quindennium, & quòd
non inducatur remiſſio prælationis, ut ſuprà 26
inſinuavi in *præcedenti Cap.* in reſponſione ad
ſimile Obiectum, nec à facultate exigendi lau-
demium benè infertur ad facultatem exigendi
quindennium, cùm per exactionem laudemii
non amittatur in perpetuum ius prælationis, ſed 27
pro illa vice tantùm, quo laudemium exigitur
Tondut. reſol.civil. par.1. cap.23. nu.13. Eminen-
tiſſimus D. Cardinalis Corradin. olim in Romana
Curia præſtantiſſimus Advocatus, poſteàque
meri-

meritiſſimus Sanctiſ. Auditor, ac tandem S. Congregationis Concilii Præfectus, *de jure prælation. qu. 31. num. 99. cum ſeq.* iſta verò in perpetuum amittitur per exactionem quindennii.

Non V. Obiectum, quia ad omne pejus ſuſtineri poſſet, quòd fundus dotalis emphyteuticari valeret ſolo conſenſu viri, ſi emphyteuticaretur perſonæ privatæ, & capaci, non autem, ut in caſu, incapaci, eo quòd in primo caſu nullum oritur uxori, prout in ſecundo, præiudicium irreparabile, ac perpetuum.

Non VI. Objectum, quia non benè arguitur à caſu, quo vir poteſt præiudicare uxori in non ſolvendo canones, & laudemia, ad caſum, quo vir petit laudemia, & quindennia, cùm argumentum à caſu in omittendo ad caſum in committendo non teneat, eo quòd Procurator, qualis
28 eſt maritus benè poteſt præiudicare Domino, qualis eſt uxor, in omittendo, non autem in committendo, *Gratian. diſc. 81. nu. 21. Menoch de arbitrar. Judic. caſ. 315. n. 24. Golinus de Procurator. par. 2. cap. 6. n. 2.* omiſſo, quòd verius eſt, mari-
29 tum tàm in omittendo, quàm in committendo non poſſe præiudicare uxori, *Card. de Luca de dote diſc. 168. nu. 11.* præterquamquòd exiſtimarem probabiliorem uti æquiorem eſſe contrariam ſententiam, quòd nempè vir præiudicare nequeat uxori in non ſolvendo canonem ex re dotali,
30 ſicut è contrà ipſa uxor, vel alius præiudicare nequit marito, *Fontanella de pact. nupt. clauſ. 6. gloſ. 2. par. 7. nu. 27. Menoch. de arbitr. Judic. caſu 39. nu. 21. Rota de privileg. mulier. cap. 5. n. 65. in med. verſic. ità quòd, Berton. de negligent. & omiſſion. par. 2. cap. 16. nu. 16. Cabed. deciſ. Portugall. 154. per tot. par. 1.*

Non VII. Obiectum, quia quantunvis maritus in bonis dotalibus tanquàm Procurator uxoris videatur facere poſſe ea, quæ facere poſſet eius principalis, attamen ipſe non poteſt alie-
31 nare abſque ſpeciali mandato mulieris, ut reſpondet *Virgilius de legitimat. perſon. cap. 26. n. 7.* emphyteuticatio autem procul dubio eſt ſpecies alienationis ſaltem latè ſumpto vocabulo.

Sed quid dicendum de bonis mulieris para-
32 phernalibus, quæ ſunt extradotalia, quaſi iuxta, ſeu præter, vel extrà dotem à Græciſmo *para*, & *phernala l. ſi ego 9. §. Dotis autem 2. ff. de jur. dot. l. hac lege 8. l. fin. C. de pact. convent. l. donationes 31. §. Species 1. ff. de donat. l. pen. ff. ad leg. Falcid. l. de his 17. C. de donation. int. vir. & ux. Molina de contract. diſp. 430. nu. 1. tract. 2. Taſſon. de antefat. verſ. 4. obſ. 4. nu. 4. Fontanella de pact. nupt. clauſ. 6. par. 7. gloſſ. 2. num. 1. cum ſeqq. Golin. de Procurat. par. 3. cap. 1. nu. 23. Card. de Luca de dote diſc. 168. num. 3. cum ſeqq. Boſſ. eod. tract. cap. 8. num. 109.* ego putarem, reſolutionem meliùs intrare, cùm
33 in his bonis maritus nullum dominium, nullamque auctoritatem exerceat, vixque adminiſtrationem habeat ad *text. in l. ſi ego 9. §. Dotis 2. ff. de jure dot. l. hac lege 8. C. de pact. convent. Thaſſon. de antefat. verſ. 4. obſ. 4. nu. 4. circà fin. verſic. ſed ut bona paraphernalia, Barboſa in l. 5. par. 1. nu. 29. circà fin. verſ. ſed ſi paraphernalia, cum nn. ſeqq. & nu. 38. cum ſeq. & in l. ſoluto 2. in princip. par. 1. nu. 55. circà fin. verſ. ſecunda eſt, & nu. 56. ff. ſolut. matr. Tiraquell. in leg. connubial. gloſ. 9. n. 1. Campeg. de dote par. 1. qu. 7. nu. 1. Molina de contract. tract. 2. diſp. 430. num. 1. Fontanella de pact. nupt. clauſ. 6. gloſ. 2. par. 7. nu. 1. cum ſeqq. Boſſ. de dote cap. 8. n. 109. circà fin. verſiculo dicunt autem, juncto verſ. hoc autem jus adminiſtrandi, Card. de Luca eod. tract. diſc. 168. nu. 3. cum ſeqq. & de donation. diſc. 7. num. 8. Golin. de Procurator. par. 3. cap. 1. num. 23. cum ſeq. Rota de privileg. mulier. cap. 5. num. 64.* perque conſequens dicere, in illis non poſſe præiudicare uxori ullo unquam tempore, 34
in cuius dominio illa ſemper remanent, *Amic. de jure emphyt. qu. 17. nu. 11. in fine verſiculo nam ibi non ſumus.*

In nihilum ſuffragante, quòd maritus tanquā Procurator uxoris in bonis extradotalibus, 35
ſeu paraphernalibus *l. maritus 21. C. de Procurat. l. fin. C. de pact. convent. Golin. de Procurator. par. 3. cap. 1. nu. 22. Virgil. de legitim. perſon. cap. 26. n. 2. in fine verſiculo intellige, quòd hæc procedunt, Rota coram Reverendiſs. P. D. Anſaldo Decano dec. 65. nu. 10.* videretur facere poſſe ea, quæ facere poſſet uxor illius Principalis, quia maritus etiam eſt Procurator in rebus dotalibus maiori cum ratione, attamen non poteſt alienare abſque ſpeciali mandato uxoris, ſic nec poteſt alienare abſque mandato ſpeciali paraphernalia, veluti 36
reſpondet *Virgil. loc. mox. cit. num. 7.* undè nec emphyteuticare poterit, cùm emphyteuticatio ſit ſpecies alienationis.

Si nihilominùs mulier poſt emphyteuticationem fundi dotalis, ſeu extradotalis, vel paraphernalis ſinat, manum mortuam in poſſeſſione perſeverare, ab eaque canones, & quindennia percipiat, cenſebitur ratificaſſe factum viri, 37
proindeque non poterit ampliùs cogere ad ponendum extrà ſe, nec prætendere ius prælationis, *Menoch. de præſumpt. lib. 2. præſumpt. 39. num. 2. cum ſeq. Fontanell. de pact nuptial. clauſ. 6. gloſ. 2. par. 7. nu. 59. Fulgin. de iure emphyt. tit. de contract. emphyt. qu. 34. num. 32. Burg. de laudem. par. 2. inſpect. 2. num. 43. Corbul. de cauſ. privat. emphyt. tit. de cauſ. privat. ob lin. finit. cauſ. 12. nu. 111. verſ. & etiam Dominus.*

Quid denique dicendum, ſi maritus inveſtiat manum mortuam de bonis dotalibus, aut extradotalibus, ſeu paraphernalibus, ab eaque quindennium petat, ſemper tamen cum cautione de ratificare faciendo uxorem, an eo caſu ità præjudicet uxori, ut ſivè velit, ſivè nolit, teneatur ratificare, & reſolvo non poſſe præiudicare uxori, ſi ipſa recuſet ratificare, cùm in illius arbitrio, ac facultate ſit ratum, vel non 38
ratum habere factum mariti *Virgil. de legitimat. perſon. cap. 26. nu. 4.*

ARGUMENTUM.

Prælatus, ſivè Superior manus mortuæ Eccleſiaſticæ Sæcularis, ſeu Regularis, etiamſi ſit Procurator legitimus, & legalis, ſivè habeat mandatum à lege in adminiſtratione rerum non propriarum Prelati, ſeu Superioris, ſed ad eandem manum mortuam ſpectantium, non tamen poteſt inveſtire de per ſe ſolus abſque conſenſu Capituli aliam manum mortuam, ab eàque tanquàm prætenſa Domina utili quindennium exigere, et ſi de facto aliter inveſtierit, ab eàque quindennium exegerit, non indè præiudicat ſuæ manui mortuæ ad effectum recognoſcendi alteram manum mortuam in Dominam uti-

utilem, ſeu conceſſionariam tàm quoad facultatem cogendi ad ponendum extrà ſe, quàm quoad jus prælationis ſuper alienatione forſitan ab altera manu mortua aſſerta Emphyteuta facienda.

SUMMARIUM.

1 *Prælatus eſt quodammodò ſponſus ſpiritualis.*
2 *Idem facere nequit deteriorem conditionem Eccleſię.*
3 *Idem æquiparatur tutori, & curatori.*
4 *Tutor, & Curator inveſtire nequeunt manum mortuam, ab eaque quindennium petere.*
5 *Prælatus in arduis nihil agere poteſt ſine conſenſu Capituli.*
6 *Superioriſſa Monaſterii emphyteuticare non poteſt manui mortuæ, nec ab ea quindennium petere.*
7 *Eadem ratione ſexus eſt minùs expers conſilii.*
8 *Mulier ut plurimum contrà propria commoda laborat.*
9 *Superioriſſa abſque conſenſu Monialium inveſtire nequit manum mortuam.*
10 *Eadem hodiè non habet adminiſtrationem abſolutam.*
11 *Jus prælationis amittitur per laudemii petitionem.*
12 *Idem jus in alio futuro caſu illæſum remanet.*
13 *Prælatus emphyteuticare nequit conſanguineo potentiori.*
14 *Idem remittere poteſt caducitatem ob canonem non ſolutum.*
15 *Aliqui tenent contrarium.*
16 *Prælatus declarare poteſt caducitatem abſque conſenſu Capituli, ſeu manus mortuæ.*
17 *Idem in acquirendis præjudicare poteſt ſuæ manui mortuæ, ſeu Capitulo.*
18 *Idem emphyteuticare poteſt abſque conſenſu ſuæ manus mortuæ.*
19 *Idem agere poteſt pro ſua manu mortua independenter ab illa.*
20 *Limita in arduis.*
21 *Prælatus tantum poteſt, quantum unus de Collegio.*
22 *Arduum eſt, ac grave inveſtire manum mortuam, ab eaque quindennium petere.*
23 *Prælatus declarare poteſt caducitatem ob non ſolutum per emphyteutam canonem.*
24 *Mentio nobiliſſimæ Familiæ Urſinæ Romanæ.*
25 *Prælatus ſolus faciliùs agit, etiamſi bona ſint diviſa, vel communia.*
26 *Idem poteſt de per ſe in favorabilibus.*
27 *Idem inveſtire poteſt manum mortuam in bonis ſuis, ſibique pro rata contingentibus.*
28 *Vel ſi nullum ſequatur præjudicium.*
29 *Vel ſi cautionem præſtiterit de ratificare faciendo manum mortuam.*
30 *Dummodò tamen poſteà ipſa manus mortua ratum habere velit factum Prælati.*
31 *Uxor cogi nequit ad ratificandum factum Viri, circà emphyteuticationem manui mortuæ.*
32 *Valet argumentum à matrimonio carnali ad ſpirituale.*

CAPITULUM LXXXII.

SUprà vidimus, quòd maritus, inveſtiendo abſque conſenſu uxoris manum mortuam de bonis dotalibus, ſivè extradotalibus, ab eaque quindennium petendo, præjudicare non poſſit uxori tàm quoad recognoſcendam in emphyteutam ipſam manum mortuam, eandemque non cogendam ad ponendum extrà ſe, quàm quoad jus prælationis in alienatione, nunc videbimus, quod Prælatus cujuſcumque manus mortuæ, qui quodammodò illius Spon- 1
ſus eſt ſpiritualis *cap. ſicut alterius 6. q. 1. cap. inter incorporalia 2. de translat. Epiſcop. Gratian. diſc. 601. num. 1.* abſque ejuſdem, ſeu ipſius Capituli, per quod illa repræſentatur, conſenſu inveſtiendo alteram manum mortuam de bonis ad ſuam manum mortuam pertinentibus, ab eaque quindennium petendo, pręjudicare nequeat ſuæ manui mortuæ tàm ſuper coactione ad ponendum extra ſe, quàm ſuper jure prælationis in alienatione forſitan, licet perrarò ſpectatura; unde reſolvimus, quòd Prælatus, ſivè Superior manus mortuæ Eccleſiaſticæ Sæcularis, ſivè Regularis, etiamſi ſit Procurator legitimus, & legalis, ſivè habeat mandatum à lege in adminiſtratione rerum non propriarum Prælati, ſeu Superioris, ſed ad eandem manum mortuam ſpectantium, non tamen poteſt inveſtire de per ſe ſolus abſque conſenſu Capituli aliam manum mortuam, ab eaque tanquàm prætenſa Domina utili quindennium exigere, & ſi de facto aliter inveſtierit, ab eaque quindennium exegerit, non indè præjudicat ſuæ manui mortuæ ad effectum recognoſcendi alteram manum mortuam in Dominam utilem, ſeu conceſſionariam tàm quoad facultatem cogendi ad ponendum extrà ſe, quàm quoad jus prælationis ſuper alienatione forſitan ab altera manu mortua aſſerta Emphyteuta facienda, quia Prælatus in favorabilibus poteſt ſolus agere, faciendo meliorem conditionem ſuæ manus mortuæ, in præjudicialibus verò, vel ſaltem non utilibus, non niſi de conſenſu ſui Capituli, nè per indirectum deterio- 2
rem, ac duriorem conditionem faciat inveſtiendo alteram manum mortuam, ſicque potentiorem, ab eaque quindennium petendo, ut in ſimili de laudemio *Niger de laudem. tom. 1. qu. 31. n. 41. & 42.* cùm nanque Prælatus æquiparetur tutori, 3
& curatori, tantùmque poſſit, quantum poteſt tutor, & curator *cap. ſine exceptione 12. quæſt. 2. Card. Tuſch. concluſ. 498. num. 12. lit. A. tom. 1. Gratian. diſc. 601. num. 17. & 24. Rota in recent. deciſ. 94. num. 63. par. 7.* ſequitur, non poſſe inveſtire manum mortuam, ab eaque quindennium petere eo, quòd nec id facere poſſit tutor, 4
& curator, ut oſtendimus ſuprà in *Cap. LXXIX.* in arduis autem, qualia ſanè ſunt emphyteuti- 5
care manui mortuæ, non poteſt aliquid agere ſinę conſenſu, *Redoan. de reb. Eccleſ. non alien. poſt quæſt. 4. num. 12. in princip. verſ. & ſubſequenter.*

Prætereà quod reſolvimus de Prælato, ſeu Superiore, putamus vindicare etiam in Prælata, 6
ſeu Superioriſſa, aliàs Abbatiſſa, vel Prioriſſa, ſivè Præſidente, ſivè quocumque alio nomine nuncupata juxta ſingularum Communitatum praxim, veluti in individualibus terminis quindennii *Rota coram Bichio deciſ. 483. num. 47. cum ſeqq. & deciſ. 517. nu. 22. in med. verſic. ex quibus cum nn. ſeqq. tom. 2. repet. in recentior. par. 11. deciſ. 277. & poſt Melium ad Caſtill. de aliment. deciſ. 69. & 78. poſt Contrium in diſcep. deciſ. 148. & poſt Tondut. de Penſion. deciſ. 67. & poſt Tract. int. Deciſion. S. Rot. Rom. in ordine la IV. & V.* immò fortiùs in ipſa, quæ ratione ſexus minùs 7
expers conſilii, majori deliberatione, ac plurium

rium conſilio indiget *Tamburin. de jure Abbatiſſ. diſp.21. quæſit.2. num.6. in fine*, cùm mulier,
8 ut plurimùm contrà propria commoda laboret *l.ſi Pater 4. C. de ſponſalib.* & præcipuè dum nec ipſa per ſe inveſtire poteſt perſonam privatam, ab eaque laudemium exigere abſque conſenſu
9 Monialium, immò Miniſtri, ſeu Superioris ſui Ordinis, vel Ordinarii, ſi Monaſterium ſubjectum fuerit Juriſdictioni Ordinariæ *Burgius de laudem. par.1. inſpect.4. num.59. Boerius dec.115. nu. 2.* quantò minùs poterit inveſtire perſonam publicam, & potentem, qualis eſt manus mortua, ab eaque quindennium petere in præjudicium tàm juris coactivi ad evacuandum, quàm juris prælationis utrinque competentis Monaſterio, quantunvis Prælata ſit Procuratrix legitima pro ſuo Monaſterio, habeatque liberam bonorum ſui Monaſterii adminiſtrationem attento jure antiquo, hodiè autem ad evitandum
10 præjudicia potiſſimùm in rebus magni momenti (qualis eſt etiam emphyteuticatio facta manui mortuæ)non videtur dicta adminiſtratio abſoluta *Tamburin. de jure Abbatiſſar. diſp. 32. quæſit.13. nu.1.& 4. Laratha theat.feudal. tom.1. par.3. dilucid.26. num.4. cum ſeq.*

Neque obſtat, quòd Prælatus tanquàm caput de per ſe citrà conſenſum ſuæ Communitatis poteſt emphyteuticare, & laudemia exigere à perſona privata, eidem Communitati, hac via præjudicando in acquirendis, nempè iuri prælationis competituro ſuper alienatione per inve-
11 ſtitum facienda, amiſſo tamen per laudemii petitionem, in puncto *Fulgin. de jure emphyt. tit. de renovation. qu.7. nu.4. Niger de laudem. qu.30. nu.54. cum ſeq. tom.1. Solſona eod tract. cellula 9. nu.11. cum ſeq.* quia diverſus eſt caſus inveſtiendi privatum, ab eoque petendi laudemium, à caſu noſtro inveſtiendi manum mortuam, ab eaque petendi quindennium, etenim in primo caſu præjudicium, quod patitur manus mortua Domina directa ex facto Prælati in amiſſione juris prælationis, eſt temporale, ac reparabile, dum non indè ceſſat perpetuò jus prælationis,
12 ſed ſalvum, ac illæſum remanet in quocumque alio futuro caſu alienationis, veluti, in his terminis *Niger de laudem. tom.1. qu.30. num.54. in principio*, in ſecundo autem caſu, qui eſt noſter, præjudicium, quod patitur manus mortua Domina directa ex facto Prælati duplicatum quidem tàm in amiſſione iuris prælationis, quam in amiſſione iuris cogendi ad evacuandum, eſt perpetuum, ac irreparabile, quippè per inveſtituram amittitur ius coactivum ad evacuãdum, perque quindennii petitionem amittitur ius prelationis in perpetuum, cùm ratione poſſeſſoris emphyteuſis, qualis eſt manus mortua, effecta fuit inalienabilis ipſa Emphyteuſis, ſicque ceſſante ſpe futuræ alienationis ceſſat ius etiam prælationis.

Adeò,ut, ſi Prælatus emphyteuticare nequit
13 conſanguineo potentiori bona ſuæ manus mortuæ, *Tamburin. de jure Abbat. tom. 3. diſput.14. quæſit.9. num.unic. in fine*, quantò minùs emphyteuticare poterit alteri manui mortuæ,quæ non ſolùm eſt potentior, ſed perpetua, & per inveſtituram, ac quindennii receptionem ſequitur præiudicium perpetuum tàm in iure coactivo ad evacuandum, quàm in iure prælatitio, ſeu prælationis ſuper alienatione, quod tamen præiudicium non oritur ex emphyteuticatione facta perſonæ privatæ, quantunvis potentiori.

Minùs obſtat, quòd ſicuti Prælatus poteſt remittere caducitatem ex canone non ſoluto 14
per emphyteutam,inque hoc ſuæ manui mortuæ præiudicare, cui devoluebatur emphyteuſis, *Tamburin. de jure Abbat. tom.3. diſp.13. quæſit.9. num. unic. Niger de laudem. tom.1. qu.30. n.54. in princip. verſic. ut in ſimili, Corbul. de cauſ. privat. emphyt. tit. de cauſ. privat. ob non ſolut. can. limit.1. num.3. Redoan. de reb. Eccleſ. non alien. Rubr. de immobil. rer. Eccl. num. 57.* ità & præiudicare poterit inveſtiendo aliam manum mortuam, ab eaque quindennium petendo, quia omiſſo, quòd non deeſt opinio contrarium ſentientium, non poſſe nempè præiudicari per remiſſionem
caducitatis *Fulgineus de jure emphyt. tit. de reno-* 15
vation. qu.7. num.2. Genuenſ. practicabil. Eccleſ. tricenar.1. quæſt.16. num. 3. quanvis benè poſſit
declarare caducitatem abſque conſenſu manus 16
mortuæ, ſine illius ſpeciali mandato, eo quòd tunc non agitur de præiudicio, ſed potiùs de favore, *Rota poſt Antonell. de jurib. & oneribus Cleric. deciſ.32. num.5.* ut ſuperiùs inſinuavi, huiuſmodi præiudicium eſt quoque temporale, facileque in futurum, reparabile, cùm pluriès poſſit contingere incurſio caducitatis tàm reſpectu manus mortuæ, quàm privati, ſicque eſſe locus devolutioni favore manus mortuæ, ſemel verò inveſtiendo manum mortuam, ab eaque petendo quindennium, remanet præiudicium perpetuum, ac irreparabile ex iam dictis.

Præterquamquòd cùm remiſſio caducitatis non ſit propriè alienatio, ſed tantùm non acquiſitio, benè poteſt in acquirendis Prælatus 17
præiudicare ſuæ manui mortuæ, proindeque citrà Beneplacitum Apoſtolicum, & incurſum cenſurarum remittere pœnam commiſſi, *Turricell. de reb. Eccleſ. non alien. cap.15. §.4. num.99. Gratian. diſc.45. n.24. & diſc.568. n.51. cum ſeqq.*

Minùsque turbat,quòd ſicuti Prælatus poteſt citrà aſſenſum ſuæ manus mortuæ concedere in 18
emphyteuſim, *Fulgin. de jure emphyt. tit. de renovation. qu.7. num. 4.* ità per neceſſarium conſequens poteſt ab inveſtito laudemium, & quindennium petere, cùm is, qui plus poteſt, id, quod minus eſt, à fortiori poteſt,nec inficias iri valet, longè plus eſſe inveſtire, quàm laudemium, & quindennium petere, etenim non eo, quòd Prælatus poſſit ſolus inveſtire, & ſolus laudemia petere, benè ſequitur, quod etiam aliam manum mortuam inveſtire poſſit, ab eaque laudemium, & quindennium petere, cùm poſſit quidem inveſtire ſolus, ſed perſonam non potentem, poſſit laudemia petere, ſed non à perſona potente, & quidem æquè potente, tanquàm ab altera manu mortua, nè præiudicia iam ſuprà ponderata ſequantur.

Minoris quoque irrelevantiæ eſt obiicere, quòd quicumque Prælatus ſicuti poteſt agere 19
pro ſua manu mortua independenter ab illa, tanquàm perſona legitima, *Virgil. de legitimat. perſon. cap. 21. num. 1.* ità omnia abſque limitatione aliqua peragere debet, ſicque etiam inveſtire alteram manum mortuam, ab eaque quindennium exigere,etiamſi præiudicium ſequatur, aliàs eſt falſum, quòd omnimoda, abſoluta, ac inde-

independens poteſtas gerendi reſideat penès
Prælatum abſque neceſſitate approbationis ſuæ
manus mortuæ, quippè tamen Prælatus non
20 poteſt in arduis, & gravioribus aliquid agere
citrà conſenſum Capituli manus mortuæ, inque
hoc apparet coarctata illius poteſtas, manùſque
ligatæ, ut reſpondet *Virgil. de legitimat. perſon.
cap. 20. num. 1. in principio verſic. præterquàm in
arduis, Roman. conſ. 369. num. 21. verſ. tertia ratio,
ubi in apoſtilla verſ. explicare, Geminian. conſ.* 135.
circà fin. verſic. item quæcumque, quid autem
magis arduum, quid magis grave, quàm inve-
ſtire manum mortuam, ab eaque quindennium
exigere cum notabili præiudicio alterius manus
mortuæ Dominæ directæ iam perpenſo, quo ca-
ſu Prælatus non eſt caput ſui Collegii, ſed mem-
21 brum honorabilius, & tanquàm tale tantum
poteſt, quantum unus de Collegio, qui de per
ſe abſque toto Collegio nihil poteſt, *Federic. de
Senis conſil.* 100. *nu.* 6. *in princip. verſ. ſed quando
Prælatus*, ſanèque ob conſequentias arduum
22 eſt, ac grave inveſtire manum mortuam, ab ea-
que quindennium petere ex deductis per *Me-
noch. de arbitrar. Judic. lib.* 2. *centur.* 3. *caſ.* 205.
num. 2. *cum ſeqq.*

Nulliùſque momenti eſt obiicere, quòd Præ-
latus, ſi eſſet ſimplex Procurator manus mor-
tuæ, non poſſet tunc citrà illius conſenſum, ſeu
mandatum ſpeciale emphyteuticare, quando
verò eſt perſona, ut verè eſt, penès quam reſidet
totale regimen, & adminiſtratio bonorum, tunc
videtur poſſe emphyteuticare de per ſe, ſicuti
de per ſe alios actus gerere poteſt ſoli Domino
directo competentes, inter quos enumeratur de-
23 claratio incurſæ caducitatis ob non ſolutos per
emphyteutam canones, veluti in ſimili de Re-
ctore Collegii Germanici, & Hungarici S. Apol-
linaris de Urbe ſub regimine Patrum Societatis
Jeſu ponderat *Rota poſt Antonell. de juribus, &
onerib. Cleric. deciſ.* 32. *in princip. juncto n.* 5. quia
Alumni, tanquàm non formantes Capitulum,
non ſolent ſe ingerere in adminiſtratione bono-
rum, tanquàm penitùs inimica, & diſtractiva
ſtudiorum, quam ego ſemper renui aſſumere,
indeque fraternæ diſcordiæ, ſicque non requiri-
tur illorum conſenſus; præterquamquòd in
dicta deciſ. non agitur de emphyteuticatione fa-
cta manui mortuæ, quam non negamus facere
poſſe Prælatum, ſed ibi agebatur de emphyteu-
ticatione facta Duci Brachiani Don Flavio Ur-
24 ſino, qui quanvis ratione præclariſſimæ, ac an-
tiquiſſimæ Romanæ familiæ potens, immò po-
tentior, & potentiſſimus dici poſſet attentis an-
teactis temporibus non magis generoſa nobili-
tate, quàm opibus florentis, attamen tunc po-
tiùs impotens erat, cùm vix haberet ſufficientes
redditus pro condecenti ſubſtentatione debita
præſertim Magnati primi ordinis ob notoriam
rei familiaris anguſtiam, quantunvis liberis ca-
reret, ex urgentia plurium creditorum, ut te-
ſtatur eadem *Rota poſt Antonell. de jur. & onerib.
Cleric. deciſ.* 32. *num.* 8. *deciſ.* 35. *num.* 16. & 18.
& *deciſ.* 36. *num.* 25. *in princip.*

Adeoque vera eſt noſtra principalis reſolutio,
ut, etiamſi totum ius adminiſtrationis ex con-
ſuetudine, vel privilegio reſideat penès Præla-
tum ſolum, adhùc putarem, illum citrà conſen-
ſum Capituli ſuæ manus mortuæ non poſſe præ-
iudicare tàm quoad ius coactivum pro evacuan-
do, quàm quoad ius prælatitium, ſeu ſuper præ-
latione, quantunvis fretus conſuetudine, aut
privilegio adminiſtrandi bona abſque cumulati-
va, conſuetudo enim, & privilegium tanquàm
ſtricti Juris non veniunt extendenda ad no-
ſtrum caſum etiam quando Prælatus inveſtit
alteram manum mortuam, ab eaque quinden-
nium exigit, ob perpetuum, ac irreparabile præ-
iudicium ſuperiùs conſideratum etiam gemina-
tum; immò (quod plus eſt) etiamſi bona manus
mortuæ ſint diviſa, ſeu diſcreta, vel communia,
quo caſu faciliùs Prælatus ſolus agit ex traditis 25
per *Card. Tuſch. conc.* 499. *num.* 2. & 5. *litera P.*
adhùc exiſtimarem, non poſſe in caſu noſtro
præiudicare ſuæ manui mortuæ abſque illius be-
neplacito, quia auctoritates in contrarium de
poteſtate Prælati privativa quoad ſuam ma-
num mortuam procedunt in favorabilibus, ac 26
utilibus peragendis, ut ſupponit *Card. Tuſchus
loco citato*, ergò non in præiudicialibus, vel ſal-
tem in non utilibus, qualia ſunt manum mor-
tuam inveſtire, & ab ea quindennium petere,
& ad ſummum in bonis menſæ diviſæ, ac gene-
raliter ſeparatæ poſſet ſuſtineri, quòd Prælatus
inveſtiat ſolus manum mortuam, ab eaque ſo-
lus quindennium petat, in bonis tamen ſuis, ſi- 27
bique in diviſione contingentibus, ſicque in
parte ſua tantùm *Lapus alleg.* 49. *num.* 6. *verſic.
ſed ubi bona*, & *num.* 7. *verſiculo alio modo jun-
ctis verſic. tertium membrum, & verſic. aliquando.*

Non tamen deſunt caſus, in quibus Prælatus
ſolus poſſit inveſtire manum mortuam, ab ea-
que quindennium petere, ſi indè potiùs utilitas, 28
quam præiudicium oriatur, vel ſaltem nullum
ſequatur præiudicium, in terminis *Niger de lau-
dem. tom.* 1. *qu.* 31. *nu.* 42. *in fine verſic. crederem,
addendum eſſe*, & caſus poteſt dari, ſi Prælatus
fecerit omnes poſſibiles diligentias pro conce-
dendo in emphyteuſim perſonæ privatæ, non
autem invenerit aliquem, qui in emphyteuſim
recipere vellet, vel ob fundi diſtantiam maxi-
mam, & incommodum, vel ob aliam cauſam,
niſi alteram manum mortuam, quæ vel quia ha-
bet alia bona contigua, vel ob ſimile parata eſt
recipere in emphyteuſim, prout ſi Prælatus cau- 29
tionem præſtiterit de rato, ſeu de ratificare fa-
ciendo ſuam manum mortuam, illiuſque Capi-
tulum, *Felin. in cap. edoceri* 21. *nu.* 5. *de reſcript.*
dummodò tamen poſteà ipſa manus mortua 30
ratum habere velit factum Prælati, *Turricell. de
rebus Eccleſ. non alien. cap.* 5. *num.* 18. *cum ſeq.*
aliàs ad id cogi nequit, ut de marito de rato ca- 31
vente ſuprà inſinuavi in *Cap. LXXX. in fin.* quaſi
quòd Prælatus, qui eſt Sponſus ſpiritualis ſuæ
manus mortuæ, non habeat majorem auctorita-
tem, quàm hebet vir, qui eſt Sponſus carnalis,
ſeu temporalis, arguendo à matrimonio carnali 32
ad ſpirituale, quod argumentum in jure validum
eſt, *Barboſa argum.* 70.

ARGUMENTUM.

Erecta Eccleſia in Parochialem cum duobus, aut
pluribus Clericis in forma Collegii ultrà Paro-
chum intitulandum Archipresbyterum, injuncto
etiam onere Chori pro augumento cultus divini,
nec

necnon majori honorificentia Eccleſiæ, aſſignatis ad hunc effectum certis bonis, & effectibus in ſubſtentationem Miniſtrorum hujuſmodi, ſi tractu temporis aliqua ex aſſignatis bonis per Miniſtros prædictos in emphyteuſim conceſſa fuerint manui mortuæ, Archipresbyter prætendere nequit duplicata quindennia ſub ſolo prætextu majoris laboris ratione curæ animarum per eundem exercendæ.

SUMMARIUM.

1 *Archipresbyter non debet habere emolumenta duplicata.*
2 *Nemo transferre poteſt in alium, quod ipſe non habet.*

CAPITULUM LXXXIII.

Perpetuæ ut plurimùm rixæ conflagrant inter Parochum, ſeu Archipresbyterum, cæteroſque ſubordinatos, ſivè ſubalternos Clericos Eccleſiæ curatæ quandoque erectæ in forma Collegii, præſertim in materia burſali, qualis eſt iſta quindenniorum, aliaque ſimilis, quapropter firmatur in præſenti, quòd erecta Eccleſia in Parochialem cum duobus, aut pluribus Clericis in forma Collegii ultrà Parochum intitulandum Archipresbyterum, injuncto etiam onere Chori pro augumento cultus divini, nec non majori honorificentia Eccleſiæ, aſſignatis ad hunc effectum certis bonis, & effectibus in ſubſtentationem Miniſtrorum hujuſmodi, ſi tractu temporis aliqua ex aſſignatis bonis per Miniſtros prædictos in emphyteuſim conceſſa fuerint manui mortuæ, Archipresbyter prætendere nequit duplicata quindennia ſub ſolo prætextu majoris laboris ratione curæ animarum per eundem exercendæ, nè aliàs contrà jus quis duas portiones caperet in præiudicium aliorum habentium hac via diminutam, ac minorem portionem, veluti in fortioribus terminis diſtributionum, aliorumque emolumentorum Archi-
1 presbytero debitorum, non tamen duplicandorum *Clericatus diſcord. forenſ. de Benefic. & Penſion. par.1. diſcord.73.num.17.* A quibus præſcindendo, Archipresbyteratus disiunctus à Canonicatu, non eſſet cauſa acquiſitionis portionis quindennialis, ergò neque poteſt eſſe cauſa, quando hæc Dignitas eſt unita Canonicatui,
2 ſeu Canoniæ, cùm nemo poſſit transferre in alium, quod ipſe non habet, prout non haberet ſimplex cura animarum diſtincta à Canonia, ad *text. in cap.nemo poteſt 79. de regul.Jur. in 6. l.nemo plus 53. ff.eod. Barboſa axiom.160.num.2.*

ARGUMENTUM.

Archidiaconus, Archipresbyter, Prior, Præpoſitus, Decanus, ſivè aliæ Dignitates quocumque nomine nuncupatæ in locis, ubi exiſtunt, non Canonicales, ſeu Canonicali Præbenda carentes, licet iuxta particulares conſuetudines Eccleſiarum certo modo non ſint de Capitulo, proindèque non habeant vocem in Capitulo, adhùc participare debent de quindenniis pro æquali rata ſibi contingente ad inſtar Canonicorum Capitularium, ſeu de Capitulo.

SUMMARIUM.

1 *In Cathedralibus, & Collegiatis adeſſe ſolent ex Statuto, vel conſuetudine Dignitates Canonici.*
2 *Ratione Canonicatus, non ratione Dignitatis qui, eſt de Capitulo.*
3 *Canonici Dignitates de conſuetudine, privilegio, vel Statuto vocem habere poſſunt in Capitulo.*
4 *Prout Dignitates in Indiis Hiſpaniarum.*
5 *In materia favorabili Dignitates veniunt appellatione Capituli.*
6 *Nomine Dignitatum non Canonicorum veniunt Canonici.*
7 *Locus* Marci 16.7.
8 *Non debent eſſe melioris conditionis membra, quàm capita.*
9 *Soli Canonici ſunt de Capitulo.*
10 *Caput humanum verè eſt pars, & quidem principalis corporis.*
11 *Abluto ſolo capite aqua luſtrali, remanet totum corpus baptizatum.*
12 *Ad corpus delicti attenditur caput uti pars principalior corporis.*
13 *Quando delictum committitur in confinibus duorum Oppidorum, tenetur illud, ubi caput manet.*
14 *Locus, in quo humatum eſt corpus humanum, fit religioſus.*
15 *Eſt contra ordinem naturalem disjungere caput à corpore.*
16 *Dignitates non dicuntur propriè capita Capituli, ſed potiùs membra.*
17 *Auctor ſcripſit pro diviſione Archiepiſcopatus Ulyxbonen.*
18 *Non habens vocem in Capitulo de jure communi, non eſt de Capitulo.*
19 *Id procedit in materia præjudiciali.*
20 *Epiſcopus eſt principale caput Capituli.*
21 *Epiſcopus non eſt de Capitulo.*
22 *Nec venit appellatione Capituli.*
23 *Nemo in ſe ipſum nec quidem per indirectum exercere poteſt juriſdictionem.*
24 *Pater Judex poteſt emancipare filium.*
25 *Prætor manumittere poteſt ſervum ſuum.*
26 *Princeps ſupremus poteſt propria auctoritate adoptare aliquem in filium.*
27 *Epiſcopus certo modo habet jus ſeparatū à Capitulo.*
28 *Capitum multiplicatio eſt quid monſtruoſum.*
29 *Dignitates, quæ præſunt Capitulo jure quodam ſuperioritatis non juriſdictionalis, veniunt nomine Capituli, ſaltem in favorabilibus.*
30 *Tales Dignitates ſunt frequentiſſimæ in* Italia, *& præſertim in Regno Neapolitano.*
31 *Novum non eſt, dari poſſe in aliquibus Eccleſiis Dignitates Capitulares habentes ſimplicem præbeminentiam.*
32 *Dignitas, ut plurimum ſonat præbeminentiam cum juriſdictione.*
33 *Appellatione Capituli veniunt ſoli Canonici.*
34 *Diverſa cenſentur Dignitates, & Capitulum.*
35 *Habens jus conferendi Canonicatus, non intelligitur habere etiam jus conferendi Dignitates Canonicatibus carentes.*
36 *Appellatione Beneficiorum non veniunt Dignitates, niſi exprimantur.*
37 *Appellatione minoris non venit major.*
38 *Optio conceſſa Canonicis non cenſetur conceſſa Dignitatibus non Canonicis.*
39 *In favorabilibus Dignitates veniunt nomine Capituli.*

40 *Eodemque modo Capitulum venit ſub nomine Clericorum.*

41 *Dignitates non Canonici dotem accipiunt ex bonis Capituli, quaſi unum corpus cum Capitulo.*

42 *Locus* Paul. 1. ad Corinth. 10. 17. *declaratur.*

43 *Dignitates non Canonici, etiamſi de conſuetudine habeant vocem in Capitulo, adhùc non ſunt de Capitulo.*

44 *Nomine Dignitatum non Canonicorum veniunt Canonici.*

CAPITULUM LXXXIV.

1 QUoniã ſicuti tàm in Cathedralibus, quàm in Collegiatis Eccleſiis adeſſe ſolent ex Statuto, vel conſuetudine Dignitates Canonici, ſeu Canonicales Dignitates habentes annexas, *Corrad. prax. beneſ. lib. 2. cap. 6. num. 1. cum ſeqq.* ità etiam ex Statuto, vel conſuetudine in eiſdem Eccleſiis adeſſe ſolent Dignitates non Canonici, perque conſequens non Capitulares, nec vocem in Capitulo habentes, in habentibus autem Dignitates cum Canonicatibus nullum dubium incidere poteſt circà participationem quindenniorum, cùm iſti eo caſu uti Canonici, non uti Dignitates ſibi acquirunt pro eorum rata quin-
2 dennia, eo, quòd ratione Canonicatus, non ratione Dignitatis quis eſt de Capitulo, *Tondut. reſol. beneſ. par. 2. cap. 3. §. 2. num. 1. & 3. in fine, Pyrrh. Corrad. prax. beneſ. lib. 2. cap. 13. num. 35. Pignatell. conſult. can. tom. 1. conſult.* 80. *num. 3. cum ſeqq.* pariterque nec tantum cadit dubium in Dignitatibus de conſuetudine, privilegio, vel
3 Statuto habentibus vocem, & quidem primam, prout etiam tales adſunt *Riccius prax. Eccleſ. par. 1. reſol. 556. num. 2. Card. de Luca de Beneſic. diſc. 46. n. 7. & de prahemin. diſc. 19. ſub num. 11.*
4 nec in Dignitatibus Eccleſiarum in Indiis Hiſpaniarum, *Solorzan. de jure Ind. tom. 2. lib. 3. cap. 14. num 6. in fine verſiculo in Eccleſiis tamen Indiarum, Rota coram Card. Seraphino deciſ. 437. num. 8.* è contrà in Dignitatibus non habentibus Canonicatus, ſeu canonicales Præbendas haud abs re contingit hæſitari, an huiuſmodi Dignitates (ut ità dicam) non præbendatæ, non obſtante defectu qualitatis canonicalis, ſeu præbendalis, poſſint participare, nec nè de quindenniis diſtribui ſolitis inter ipſum Capitulum, ſeu actu Canonicos, ideò in præſenti proponitur, quòd Archidiaconus, Archipresbyter, Prior, Præpoſitus, Decanus, ſivè aliæ Dignitates quocumque nomine nuncupatæ in locis, ubi exiſtunt, non canonicales, ſeu canonicali Præbenda carentes, licet iuxta particulares conſuetudines Eccleſiarum certo modo non ſint de Capitulo, proindèque non habeant vocem in Capitulo, adhùc participare debent de quindenniis pro æquali rata ſibi contingente ad inſtar Canonicorum Capitularium, ſeu de Capitulo, quippè tales Dignitates non ſunt quidem de Capitulo tanquàm membra, quales ſunt ſoli Canonici Præbendati, ſed benè ſunt de Capitulo tanquàm capita, & tanquàm principales, ſeu ſuperiores, ità, ut in materia favorabili ipſis Di-
5 gnitatibus, Dignitates veniant appellatione Capituli, cui diſtribuendum eſt quindennium, veluti ad aliud propoſitum *Raguccius de voce in Capitulo quæſit. 8. num. 1. & quæſit. 14. nu. 4. Bacchens in l. Neratius 85. num. 29. ff. de verb. ſign. Card. de Luca de Beneſ. diſc. 1. ſub nu. 34. Vivius deciſ. Neapol. 290. nu. 1.* ſignanter *poſt med. verſic. & conſequenter, & per tot. lib. 2. Rota coram Ubaldo deciſ. 129. num. 2. in fine tom. 1.* eodem nanque modo, quo quantunvis impropriè ſub nomine Dignitatum non Canonicorum veniunt Cano- 6
nici, *Pariſius de reſign. Beneſ. lib. 2. qu. 1. nu. 103. Pyrrh. Corrad. prax beneſ. lib. 2. cap. 13. num. 33. antè med. verſic. & licet Canonici*, venire etiam debent è contrà nomine Canonicorum Dignitates non Canonici à paritate rationis.

Quod quidem comprobatur ex dicto apud 7
Marcum 16. 7. - dicite Diſcipulis ejus, & Petro, & 1. ad Corinth. 9. 6. - ſicut & cæteri Apoſtoli, & fratres Domini, & Cephas, non enim inde ſequitur, quòd Petrus non erat Diſcipulus Domini, nec ex Collegio, ſeu Capitulo Diſcipulorum, & Apoſtolorum, ſed ideò dicitur *& Petro, & Cephas*, per modum diſtinctionis, ac ſpecialitatis, quia Petrus erat caput Diſcipulorum, ſeu Apoſtolorum, ſicque de Capitulo, ſeu Collegio, immò caput Capituli, ſeu Collegii, eo, quod præiudicare non debet eſſe caput, aliàs melioris conditionis eſſent membra, quàm capita, ma- 8
giſque poſſet inferior, quàm ſuperior, quod abſurdum vitandum *cap. in Geneſi 55. de elect. l. nam abſurdum 7. ff. de bon. libert. Barboſa axiom. 2. num. 1. ac per tot.*

Nec obſtat, quòd Dignitates non Canonici, ſi certo modo habent vocem in Capitulo, ex Statuto, vel conſuetudine illam habent uti Prælati, non uti Canonici, cùm tales Canonici non ſint, perque neceſſarium conſequens regulariter nec de Capitulo, de quo ſoli Canonici ſunt,
Cened. qu. can. 5. num. 9. Card. de Luca de Canonic. 9
diſc. 1. num. 6. diſc. 4. num. 5. cum ſeq. de Beneſic. diſc. 46. n. 2. ac de præmin. diſc. 19. num. 10. & in annotat. ad S. Concil. Tridentin. diſc. 20. nu. 3. Rota coram Card. Celſo deciſ. 120. num. 5. quindennia verò debentur dumtaxat Canonicis uti Canonicis, & uti Capitularibus, ſivè Capitulo uti Capitulo; undè Dignitatibus non habentibus qualitatem Canonicalem, non veniunt diſtribuenda quindennia in præjudicium aliorum habentium qualitatem Canonicalem, quia ſi Dignitates ſunt capita Capituli, ſunt etiam pars Capituli, ad inſtar capitis humani, quod verè eſt
pars, & quidem principalis, ac potior corporis, 10
proindeque de corpore, *Torres Philoſoph. moral. lib. 3. cap. 14.* undè abluto ſolo capite aqua luſtrali, remanet totum corpus baptizatum, *Co-* 11
riolan. hiſtor. Eccleſ. pag. mih. 65. Diana reſol. moral. tom. 10. tract. 16. reſolut. 18. in principio Coninck de Sacrament. quæſt. 66. artic. 7. dub. 2. num. 79. in fine, verſic. tertiò conſtat, ità, ut caput occiſi ſi in uno territorio exiſtat, & corpus in alio, Judex illius territorii, in quo caput reperitur, conficiet
Proceſſum, cùm ad corpus delicti attendatur 12
caput uti pars principalior humani corporis, & præſtantior illa trunci, & tanquàm arx corporis, in puncto *Harprect. in § Religioſum 9. nu. 5. cum ſeqq. Inſtitution. de rer. diviſione, Medices de ſepultur. quæſt. 19. num. 2. cum ſeq. par. 1. Conciol. reſol. crimin. verbo forum reſol. 3. num. 2. Salgad. labyrint. creditor. par. 1. cap. 4. num. 26. Raynald. obſerv. crimin. tom. 3. ad cap. 34. Supplet. 9. num. 1. cum ſeq. D. Advoc. Dominicus Urſaya Inſtitution.*

crimin.

crimin.lib.1. tit.3. num.21. in fine verſic.præfertur
13 *pariter*; eodem ferme pacto, quo quando deli-
ctum committitur in confinibus duorum Oppi-
dorum, ſeu Villarum, tenetur illud, ſeu illa, ubi
caput manet, *Hodierna ad Surd. deciſ.Mantuana*
14 340. *num*.1. hinc locus, in quo humatum eſt ca-
put humanum, religioſus evadit, ex eo quod
pars principalis pro toto, proque univerſo cor-
pore fictione legis habetur, undè Principum ca-
pita colimus, ac ipſos Principes, *l.cùm in diver-
ſis locis 44. ff. de relig.& ſumpt.fun. Alteſerra de
fiction. Jur. tract.5. cap.3. per tot. Marc. Mantua*
15 *ſingular.409. num*.1. eſtque contra ordinem na-
turalem disjungere caput à corpore, cùm ſem-
per tàm naturaliter, quàm legaliter unum ſit
corpus, *Riccius prax. Eccleſiaſt. par. 1.reſol.557.
num*.4. Ultraquamquòd nec propriè Dignitates
16 dicuntur capita Capituli, nec illius Prælati, ſed
potiùs membra, *Card.de Luca de Canonic.diſc.30.
num*. 12. forſitan quia cùm Epiſcopus propriè
ſit caput Capituli, eſſet monſtruoſum dari in
uno, eodemque Capitulo duo capita, indè eſt,
quòd ex hoc motivo monſtruoſitatis duorum
capitum, in uno loco non inclinabat Sacra
Congregatio Eminentiſſimorum Cardinalium
ſuper rebus Conſiſtorialibus, ad concedendum
Sereniſſimo Joanni V. Portugalliæ Regi,& Emi-
nentiſs. D. Cardinali Nunio de Cunha Athayde
moderno Epiſcopo Cappellano, ſeu Sacellano
Majori Cappellæ Regiæ, poſteà Archiepiſcopo,
ac Patriarchæ Ulyxbonen.Occidentali, diviſio-
17 nem Archiepiſcopatus Ulyxbonen. me ſcriben-
te pro diviſione, & ad objecta reſpondente, niſi
tandem Sanctiſſimus D.N.Clemens XI. paterna
ſua clementia indulſiſſet exoratæ diviſioni, per
ſuum Breve *XI.Kalend.Novembris* 1716.editum

Minùs obſtat, quòd qui ſaltem de jure com-
18 muni non habent vocem in Capitulo (quales
ſunt Dignitates) non ſunt de Capitulo, veluti de
Dignitatibus Cathedralis Eccleſiæ Gerunden.
firmat *Compoſtellan. in cap.1. num.4. verſic. nun-
quam Portionarii, de his, quæ fiunt à majori parte
Capituli, Fagnan.ibid.n.43. Pignatell.conſult.131.
num.6. cum ſeqq. tom.4. Card. de Luca de Canonic.
diſc. 4. num.5. Rota poſt Antonell. de juribus, &
onerib. deciſ. 41. num.9. &* 21. quia id procedit
19 in præjudiciali materia, puta ſi Dignitates co-
gerentur ſolvere in earum ingreſſu certam quan-
titatem pecuniariam ſub prætextu, quòd Ca-
nonici illam teneantur in ingreſſu ſolvere, ut eſt
caſus laudatæ *deciſionis* 14. *poſt Antonell.* non in
favorabili materia, qualis eſt præſens, in qua
non coguntur Dignitates aliquid ſolvere, ſed
ex diametro cogitur Capitulum ſolvere ipſis
Dignitatibus.

Longè minoris relevantiæ eſt objectum, quòd
20 Epiſcopus eſt principale caput Capituli, & tan-
quàm talis, eſt nobilior pars ipſius Capituli,
Tholoſan. de Benefic.cap.10.num.15. attamen tan-
quam habens ſummam Dignitatem, non eſt de
21 Capitulo, ſed benè Prælatus tantùm Capituli,
& principalis in Capitulo, *Ragucc. de voce in
Capitulo quæſit.5. n.4. & quæſit.24.n.4. Pignatell.*
22 *conſult. canon.24. num.1. tom.5.* immò nec venit
appellatione Capituli, *Barboſa appellat.37.nu.1.*
undè Dignitates non Canonici ad inſtar Epiſco-
pi tanquàm capita quidem Capituli, non autem
de Capitulo, viderentur non debere participare
de quindenniis ob defectum qualitatis Canoni-
calis, perque conſequens ob defectum qualitatis
Capitularis, quia in Epiſcopo, qui exercet ſupe-
rioritatem juriſdictionalem in Capitulum, &
Canonicos, incompatibile eſſet eodem tempore
eſſe de Capitulo, & caput Capituli, nè aliàs 23
quis in ſe ipſum etiam per indirectum exerceret
juriſdictionem ex toto *tit. C.nè quis in ſua cauſa
judicet*, quidquid ſit in juriſdictione voluntaria
non contentioſa, ut de Patre Judice, qui poteſt 24
emancipare filium coram ſe, cùm emancipatio
ſit actus voluntarius, non autem neceſſarius, nec
contentioſus argum.*l.jubemus 5. C.de emancipat.
liber.Boſſius de patr.poteſt.cap.2.§.6. n.66.* eodem
modo Prætor poteſt manumittere ſervum ſuum 25
*l.an apud ſe manumittere 5. l.ſi rogatus 20. § Con-
ſul 4. ff.de manumiſſ.vindict.l.un. §.Conſules apud
ſe 2. ff.de offic.Conſul.* eodemque modo Princeps
ſupremus ſibimet jus dicere valet, & proprium
actum, ſeu contractum authorizare etiam ado- 26
ptando aliquem in filium citrà Reſcriptum Prin-
cipis, ut de Principe Urſino, Brachiani Duce
adoptante Principem Don Livium Odeſcalcum
Ceræ Ducem, & Sanctiſs. Innocentii Papæ XI.
ex carne Nepotem, firmat Rota poſt *Card. Al-
bic. de inconſtant. in judic. deciſ.61 num.25.repet.
int. collect. per Palm.Nepot. deciſ. Lucen.* 198. &
Epiſcopus certo modo habet ius ſeparatum à 27
Capitulo, exemplificando, præter alia, in bonis
Menſæ Epiſcopalis ſeparatæ à Capitulari, *Barbo-
ſa de Epiſcop.par.3. alleg.77. cum ſeqq.* in Digni-
tatibus verò non Canonicis, quæ habent ſim-
plicem Prælaturam abſque aliqua juriſdictione
in Capitulum,& Canonicos, proindeque dicun-
tur Prælati inferiores, nè aliàs daretur adeſſe in
uno, eodemque Capitulo duo capita, ſicque
capitum multiplicatio in eodem corpore, quod 28
monſtruoſitatem induceret *cap. in apibus 7. q.1.
cap.ſicut in unaquaque 21. quæſt.2. Lotterius de re
benefic. lib.1. qu.15. num.12.* non eſt incompati-
bile eſſe de Capitulo, habereque qualitatem Ca-
pitularem abſque alia qualitate Canonicali.
Hinc Dignitates hujuſmodi, quæ præſunt Ca-
pitulo iure quodam ſuperioritatis non juriſdi- 29
ctionalis, veniunt nomine Capituli ſaltem in fa-
vorabilibus, omniaque de Canonicis diſponen-
tia, ipſis Dignitatibus conveniunt *cap. novit 4.
de his, quæ fiunt à Prælat. ſine conſenſu Capituli,
Vallenſ.Paratitl. jur. canon. lib.3. tit.9. num.1. in
fine verſic. & hinc quoque, Riccius prax. for.Eccl.
par.1.reſol.556. nu.1. Sarav. de juriſdict.adjunct.
qu.21. num. 18. Barboſa de Canonic. & Dignitat.
cap.37.num.14. Pignatell. conſult.Canonic. tom.1.
conſult.80. num.3.* ubi refert, hujuſmodi Digni- 30
tates frequentiſſimas eſſe in Italia, & præſertim
in Regno Neapolitano, *Franc.Marcus deciſ.Del-
phin. 139. nu.3. cum ſeq. par.2.* cùm novum non 31
ſit, dari poſſe in aliquibus Eccleſiis Dignitates
Capitulares, quibus cohæreat ſimplex præemi-
nentia, ſeu prælatio non juriſdictionalis, *Oldrad.
conſil. 150. num.3. in principio, Lotterius de re be-
nef. lib.2. qu.33. num.24. cum ſeqq.* quantunvis,
ut plurimum Dignitas ſonet præheminentiam 32
cum juriſdictione *cap. quanvis 9. de verb. ſi-
gnific.*

Haud minoris irrelevantiæ eſt obiicere, quòd
appellatione Capituli, ſeu Capitularium veniunt 33
ſoli Canonici, ſicque non Dignitates non Ca-

nonici, *Valenzuela Velazquez conſ.* 149. *nu* 16.
cum ſeqq. tom. 2 *Pignatell. conſult. Canon. tom.*1.
*conſult.*80 *nu* 2.*& tom.*9. *conſult.*86. *n.*3.*Barboſa*
*de Canonic.& Dignitat. cap.*37.*n.*14 *in fine verſic.*
*cùm Capituli appellatione, juncto nu.*15.*in princip.*
*Pyrrh. Corrad.in prax.benef. lib.*2. *cap.*13. *nu.*37.
& 39 *in med.verſic.cùm Canonici tantùm, Lotter.*
de re benef lib 1. *qu.*25. *nu.*71. *Rota dec.*4. *nu.*5.
*par.*2. *diverſ. dec.*59. *nu.*37. *deciſ.*76.*nu.*4. *par.*7.
recentior. undè diverſa cenſentur Dignitates, &
34 Capitulum, ſeu Capitulares *cap. ex parte Deca-*
ni 33. *de Reſcript cap.bonæ memoriæ* 4.*il ſecundo,*
de poſtulat. Prælat. cap. dilecti 13. *de majorit. &*
obedient. hinc habens jus conferendi Canonica-
35 tus, non intelligitur habere etiam jus conferen-
di Dignitates Canonicatibus carentes, *Triviſan.*
*deciſ.*54. *nu.*33.*cum ſeq.lib.*2. cùm Beneficiorum
36 appellatione non veniant Dignitates, niſi expri-
mantur *cap. ad aures* 8. *de Reſcript. cap. final. de*
Præbend.cap. quamvis 38.*eod.in* 6.*Clem.*1.*de cauſ.*
poſſeſſ. & propriet. Clem. 1. *de ſequeſtr. poſſeſſ. &*
*fruct. Bellett. diſquiſit. Clerical. par.*1. *tit.de diſcli-*
plin. Cleric. §. 2. *num.*38. *Pyrrh. Corrad. in praxi*
*benefic. lib.*2. *cap.*6.*nu.*1.*cum ſeqq.*nè aliàs ſeque-
retur abſurdum, quòd minoris appellatione,
37 quale eſt Capitulum, veniret major, qualis eſt
Dignitas non Canonicus *cap. final. de Præbend.*
cap.cùm in illis 16.*eod.in* 6.proindeque fit, quòd
optio conceſſa Canonicis non cenſetur conceſſa
38 Dignitatibus non Canonicis, *Moneta de option.*
qu. 1. *cap.* 4. *nu.*2. cùm autem quindennia divi-
dantur inter ſolos Canonicos, videretur de illis
non debere eſſe participes Dignitates non Ca-
nonicos, quia immò in materia favorabili ipſis
39 Dignitatibus ſub nomine Capituli benè veniunt
ipſæ Dignitates, quæ ſunt Prælati inferiores,
quidquid ſit in odioſis, in puncto *Franc.Marcus*
deciſ. Delphin. 139. *nu.*3. *in fine verſiculo & licet*
*regulariter, par.*2. prout etiam Capitulum venit
40 in re favorabili ſub nomine Clericorum, quod
aliàs non veniret, *Saravia de juriſdict. Adjunct.*
qu. 21. *nu.*18. *cum ſeq.* cùmque Dignitates non
41 Canonici dotem accipiant ex bonis ipſius Capi-
tuli, quaſi unum corpus cum Capitulo, *Sarav.*
de Adjunct. qu. 21. *num.*13. ad quod facit illud
42 *Paul.*1. *ad Corinth.* 10.17.: *unum corpus, multi*
ſumus, qui de uno pane participamus, participare
debent de quindenniis, quæ inter bona Capitu-
li uti illi debita procul dubio connumerantur.

Similis ponderis eſt aliud objectum, quòd
Dignitates non Canonici adeò non ſunt de Ca-
pitulo, ut, etiam ſi de conſuetudine habeant vo-
43 cem in Capitulo, adhùc non ſunt de Capitulo,
niſi in erectione ipſarum Dignitatum, vel in Sta-
tuto expreſsè illis concedatur vox in Capitulo
cum expreſſa declaratione, quòd ſint de Capitu-
lo, *Barboſa de Canonic. & Dignit. cap.*37. *nu.*14.
cum ſeqq. Gennenſ.in praxi Cur.Archiep. Neapol.
*cap.*85. *n.*21.*Saravia de Juridict Adjunct.qu.*21.
*nu.*5. *& qu.* 23. *nu.*7. *in fine verſiculo ea ratione*,
quia id ad ſummum procedere poteſt ad aliquos
particulares effectus, non autem ad omnes, ità,
ut Dignitates non Canonici ſub hoc prætextu
excluſæ remaneant à juſta participatione quin-
denniorum.

Similiſque farinæ eſt ponderatio, quòd ſicuti
44 ſub nomine Dignitatum non Canonicorum ve-
niunt Canonici, *Pyrrh. Corrad. in prax. benef.*
*lib.*2. *c.*13. *nu.*33. *antè med. verſiculo & licet Ca-*
nonici, ità ſub nomine Canonicorum venire quo-
que debent Dignitates non Canonici, quia larga
interpretatione, non autem ex propria ſignifi-
catione Canonici veniunt ſub nomine Dignita-
tum non Canonicorum.

ARGUMENTUM.

Quindennia inexacta, licet maturata de tempore antiquorum, ſeu præteritorum Canonicorum, attamen diſtribuenda, ſeu dividenda ſunt inter novos tantùm Canonicos repertos de tempore diſtributionis, ſeu diviſionis faciendæ, non autem inter antiquos, ſeu præteritos Canonicos, ſivè eorum hæredes.

SUMMARIUM.

1 *Decurſum quindenuium, non ſtatim ac maturatum eſt, ſed paulò poſt ſolet quandoque colligi per Capitulum ex quadam indulgentia.*
2 *Laudemium acquiritur novis Canonicis.*
3 *Canonici defuncti antè tempus exactionis quindennii, non ſunt illius creditores.*
4 *Portiones quindenniales tangentes antiquos Canonicos, ipſis præmorientibus antè illius exactionem accreſcunt novis Canonicis.*
5 *Canonici mortui dici nequeunt eſſe ampliùs in Capitulo, nec ampliùs eſſe de Capitulo.*
6 *Fictio induci nequit contrà naturam, vel poſſibilitatem rei.*
7 *Lucra Officii debentur Officiali exercenti Officium de tempore exactionis, non autem Officiali, qui per prius exercuerat Officium.*
8 *Qui onus ſentit, debet ſentire & commodum.*
9 *Capitulum conſtat antiquis, & novis Canonicis.*
10 *Novi Canonici dumtaxat ſunt de Capitulo.*
11 *Novi Canonici non poſſunt præiudicare antiquis.*
12 *Novi Canonici nullam iniuriam faciunt antiquis, qui ex accidenti ob præmorentiam deſinunt eſſe de Capitulo.*
13 *Tempus diviſionis, ſeu diſtributionis quindennii retrotrahendum venit ad tempus illius maturationis, debitæque ſolutionis.*
14 *Mors facit, quòd actus retrotractus non poſſit inchoari ob extremi inhabilitatem.*
15 *Canonicus tranſmittit ad hæredes ius exigendi à Capitulo diſtributiones quotidianas ſibi in vita non ſolutas ob aliquam cauſam.*
16 *Quindennia ſucceſſerunt in locum laudemiorum.*
17 *Laudemia non tranſmittuntur ad hæredes.*
18 *Retrotractio non fit in præiudicium iuris quæſiti.*

CAPITULUM LXXXV.

Decurſum quindennium non ſtatim ac maturatum eſt, ſed paulò poſt ſolet quandoq;
colligi per Capitulum ex quadam indulgentia, 1
qua utitur cum manu mortua forſitan non ſemper paratas habente pecunias de tempore maturationis quindennii, proindeque inter antiquos Canonicos, ſeu eorum hæredes, & novos Canonicos contentio oriri poteſt ſuper diviſione, ſeu diſtributione quindennii maturati in vita antiquorum Canonicorum, qui, vel eorum hæredes prætendunt ſibi faciendam eſſe diviſionem quindennii,

dennii, & de illo participare debere unà cum novis Canonicis, novi autem Canonici viceverſa totum, ac integrum quindennium colligere, ſibique privativè quoad antiquos Canonicos acquirere aſſerunt, ad quod jurgium ſedandum reſolvimus, quòd quindennia inexacta, licet maturata de tempore antiquorum, ſeu præteritorum Canonicorum, attamen diſtribuenda, ſeu dividenda ſunt inter novos tantùm Canonicos repertos de tempore diſtributionis, ſeu diviſionis faciendæ, non autem inter antiquos, ſeu præteritos Canonicos, ſivè eorum hæredes, quippè quindennia uti fructus Capitulares, ſeu quaſi Capitulares, debiti nimirùm ratione Capituli, ſeu intereſſentiæ in Capitulo, non acquiruntur ſingulis Canonicis, nec Canonicis tanquàm ſingulis, ſed Canonicis in univerſum, ſeu collectivè ſumptis, ſicque ſemper ipſi Capitulo, ut Capitulo, quod non mutatur, ſed ſemper eſt idem, ideoque illa debentur ſolis novis Canonicis exiſtentibus de tempore diſtributionis quindenniorum, licet iſta tanquàm maturata de tempore antiquorum Canonicorum reſpiciant eorum tempus, veluti in ſimili de fructibus Canonicatuum non diſtributis tempore
2 antiquorum Canonicorum, ſed tempore novorum, & de laudemio acquirendo novis Canonicis *Tondut. reſol. benef. & canon. par. 1. cap. 68. nu. 16. cum ſeqq. Garz. de Benef. par. 3. cap. 2. n. 429. Queſada contr. for. cap. 2. per tot.* & ità reſolutum in Congregatione Particulari deputata per Santiſſimum D.N. Clementem Papam XI. glorioſè, quia reluctanter ſedentem, ut ex ſententia deſuper lata de anno 1705. in §. 40. *regiſtrata poſt Tract. litera GG. Epiſcop. Rocca diſput. Jur. ſelect. tom. 1. cap. 87. nu. 8. cum ſeqq. Rota in recentior. dec. 3. nu. 66. par. 7. deciſ. 418. num 23. cum ſeqq. par. 9. tom. 2. dec. 377. num. 11. cum ſeqq. par. 12.* etenim actio participandi de quindennio, tanquàm partim realis, ac partim perſonalis, nata quidem de tempore antiquorum Canonicorum, illa tamen tunc nondùm exercibilis ob nondùm exactum quindennium, tranſit poſt maturatum terminum in ſucceſſores in Canonicatibus, quales ſunt novi Canonici, qui exigente Capitulo quindennium, incipiunt eſſe creditores, deſinentibus eſſe tales antiquis Canonicis, uti præde-
3 functis antè tempus exactionis quindennii, ſicque antè tempus ſibi debiti quindennii ad *l. 1. §. Dies autem 2. ff. quand. dies uſusfruct. legat. ced. l. cedere diem 213. ff. de verb. ſignific. l. ſi mandavero 22. in princip. ff. mandat. l. eum, qui Kalendis 41. ff. de verb. oblig. l. 1. C. de condict. ex lege*, undè
4 portiones quindenniales tangentes antiquos Canonicos, ipſis præmorientibus antè earum diviſionem accreſcunt, vel non decreſcunt Capitulo, ſeu novis Canonicis ſucceſſoribus antiquorum, excluſis eorundem hæredibus, *Adden. ad dec. 576. n. 29. cum ſeq. par. 4. recentiorum tom. 3.*

Omiſſo, quòd cùm quindennium ſpectet ad habentem dominium directum rei emphyteuticæ de tempore exactionis ipſius quindennii, ſequitur, Canonicos antiquos, ſeu eorum hæredes non poſſe prætendere quindennium, eò quòd Canonici antiqui uti præmortui deſinunt eſſe Domini de tempore exactionis, minuſque illorum hæredes dominium aliquod prætendere poſſunt, quando dominium directum Emphyteuſis ſemper remanet penès Capitulum, ſicque ſolummodò penès novos Canonicos, qui procul dubio ſunt de Capitulo, dum Canonici mortui nec dici poſſunt eſſe ampliùs in Capitulo, nec 5
eſſe amplius de Capitulo, *Boer. dec. 316. nu. 11.* minuſque fingi durare de Capitulo, cùm fictio induci nequeat contra naturam, vel poſſibilita- 6
tem rei, *Altecerra de fiction. Jur. tract. 1. cap. 1. in principio verſiculo fictiones*. Eodem fermè pacto, quo lucra officii debentur Officiali exercenti officium de tempore exactionis, non autem 7
Officiali, qui per prius exercuerat officium, *Niger de laudem. tom. 1. qu. 11. nu. 46.* ità quindennium, uti lucrum cujuslibet Canonici condomini directi, debetur illis tantùm Dominis de tempore exactionis quindennii, quales ſunt novi Canonici, deſinentibus antiquis ob præmorientiam eſſe Dominos directos. Prætereà æquum videtur, ut novi dumtaxat Canonici participent de quindenniis, cùm novi dumtaxat teneantur ad onera impoſita Capitulo, etiamſi præterita reſpiciant, non autem teneantur antiqui, ſicque qui onus ſentit, debet ſentire commodum 8
ex vulgata regula *l. ſecundùm naturam 10. ff. de regul. Jur. Barboſa axiom. 169. nu. 3.* & in puncto *Epiſcop. Rocca Select. Jur. diſp. cap. 87. nu. 11. in med. verſiculo qui rectè tom. 1.*

Nec obſtat, quòd ad omne pejus, ut ſervetur æqualitas, videatur dividendum eſſe quindennium inter antiquos, & novos Canonicos, non autem totum quindennium acquirendum novis tantùm Canonicis, excluſis penitùs antiquis tanquàm unum ſit Capitulum, quod conſtat ex 9
utriſque, ut in genere fructuum Canonicatuum advertunt *Calderin. conſ. 21. per tot. de Præbend. Caſtrenſ. conſ. 170. per tot. lib. 1. Gratian. diſc. 867. num. 43. cum ſeq. Ragucc. de voce in Capitulo quæſit. 26. n. 8. Monet. de diſtribution. quotidian. par. 2. qu. 3. nu. 17. cum plur. ſeqq.* quia auctoritates loquuntur de Canonicis ſupranumerariis, ſeu de novo creatis, qui, cùm de tempore diſtributionis, ſeu diviſionis fructuum ſint de Capitulo adinſtar numerariorum Canonicorum, & Canonici de eodem tempore ſint quoque de Capitulo, participare debent tàm antiqui, quàm novi, ſeu ſupranumerarii, nos verò verſamur in Canonicis antiquis, qui jam non ſunt de Capitulo tempore 10
diviſionis utpotè præmortui, ſicque concurrere non valentes cum novis Canonicis, qui dumtaxat exiſtunt, ſuntque de Capitulo, ſeu Collegio tempore prædictæ diviſionis, in puris terminis *Epiſcop. Rocca diſput. Jur. Select. tom. 1. cap. 87. nu. 13. Rota in recentior. deciſ. 322. n. 7. cum ſeqq. par. 4. tom. 2.*

Minùs obſtat, quòd antiqui Canonici habeant jus quæſitum, cùm maturatum fuerit in eorum vita quindennium, ſicque illis debitum, quantunvis per accidens, vel ex facto, culpa, & negligentia Capituli dilata ſit quindennii exactio, undè Capitulum, aut novi Canonici non 11
poſſunt præjudicare antiquis, ſibi uſurpando etiam ratam antiquorum Canonicorum, poſtquàm ceſſit dies ſolutionis, *Antonell. de temp. legal. lib. 2. cap. 48. nu. 11.* quia Capitulum, & novi Capitulares utentes jure ſuo, nullam injuriam faciunt antiquis Canonicis ex accidenti ob præmorientiam deſinentibus eſſe de Capitulo, 12
Barboſa axiom. 135. nu. 8.

Lon-

Longè minoris relevantiæ eſt objectum, quòd tempus diviſionis, ſeu diſtributionis quindennii
13 retrotrahendum venit ad tempus illius maturationis, debitæque ſolutionis, quo tempore antiqui Canonici tanquam adhùc in humanis, capaces erant acquirendi eorum ratam quindennialem ad tradita per *Altcſerr. de fiction. Jur. tract. 4. cap. 1. per tot.* quia ad hoc, ut intret retrotractio, non debet impediri conjunctio extremorum per ſuperveniens obſtaculum, qualis eſt mors Canonicorum, quæ facit, quòd actus re-
14 trotractus non poſſit tunc inchoari ob extremi inhabilitatem in noſtro caſu per ſupervenientiam mortis, *Coſta de retrotraction. cap. 7. nu. 2. cum ſeqq.*

Ejuſdem furfuris eſt ponderatio, quòd ſicuti
15 Canonicus tranſmittit ad hæredes jus exigendi à Capitulo diſtributiones quotidianas ſibi in vita non ſolutas, ſivè inexactas propter difficultatem exigendi, ſivè ex alia cauſa, *Moneta de diſtribution. quotidian. par. 2. qu. 12. nu. 67.* quia cùm quindennia inexacta ſint fructus civiles, prout talia ſunt laudemia, in quorum locum
16 ſucceſſerunt ex traditis ſuprà *Ca. I.* dicuntur fructus pendentes, & tanquàm tales in totum ſpectant ad ſucceſſores in Beneficiis, non autem
17 tranſmittuntur ad hæredes Beneficiatorum anteceſſorum, veluti in ſimili de laudemiis *Noal. de tranſmiſſion. caſ. 70. nu. 6. circà fin. verſiculo ſi verò tales ſunt,* & quia retrotractio non fit in præjudi-
18 cium eorum, qui medio tempore jus acquiſiverunt per aſſumptionem Capitularem, ut ſunt novi Canonici, *Coſta de retrotraction. cap. 8. caſ. 2. num. 11.*

ARGUMENTUM.

Canonico Coadjuto, non autem Canonico Coadjutori debentur quindennia.

SUMMARIUM.

1 *Coadjutor aſſignari ſolet ob infirmitatem.*
2 *Coadjutoriæ abolitæ fuerunt per Sacrum Concilium Tridentinum.*
3 *Pontifices juſtis de cauſis concedere ſolent Coadjutorias.*
4 *Quindennia debentur Canonico Coadjuto, non Coadjutori.*
5 *Quindennia habent naturam fructuum Caſalium, & Domorum, aliorumque ſimilium.*
6 *Emolumenta debita pro jure ſepulturæ, debentur Coadjuto, non Coadjutori.*
7 *Non eſt addenda afflictio afflicto.*
8 *Conceſſum in favorē non eſt retorquendum in odiū.*
9 *Coadjutor habet vocem in Capitulo.*
10 *Coadjutus retinet titulum, nec eum amittit, niſi per obitum.*
11 *Coadjutor habet vocem in Capitulo nomine Coadjuti, non nomine proprio.*
12 *Literæ Coadjutoriæ tamquàm odioſæ, veniunt reſtringendæ.*
13 *Coadjutor non ſibi optat, ſed Coadiuto.*
14 *Coadiutor dicitur Canonicus fictus.*
15 *Verum Beneficii nomen, & jus remanet penès Coadiutum, Coadiutor verò fulget aliena dignitate, non propria.*
16 *Eodem tempore duo poſſidere non poſſunt idem Beneficium.*
17 *Coadiutor legitimè impeditus, proindeque intereſſe non valens Choro, adhùc acquirit fructus Coadiuto.*
18 *Coadiutus aliquandò deputari ſolet Coadiutor in alia Eccleſia cum futura ſucceſſione.*
19 *Puta ob mutationem aeris ſalubrioris.*

CAPITULUM LXXXVI.

CUm quandoque non ſolùm ob ſenectutem, ſed etiam ob corporalem, ſivè mentalem
(ut ità dicam) infirmitatem ſoleat quandoque 1
aſſignari Coadjutor adinſtar Vicarii, ſeu ſubſtituti, reſervata eidem Coadjutori certa congrua, nè Eccleſia debito defraudetur ſervitio, *Remocamp. de Coadiutor. cap. 14. n. 2. & 5.* ideò præſens inſpectio omittenda non erat; præmittendo tamen, quòd, licet ſicuti ob zelum pietatis, & religionis Auguſtini, ac ſimilium primis ſæculis coadjutoriæ perpetuæ paſſim concederentur, ità refrigeſcente (ut omnia in deterius ruere ſoleat) ſucceſſu temporis Eccleſiaſticæ diſciplinæ fervore, & Prælatorum, naſcentibuſque indè variis abuſibus plurimùm Eccleſiæ regimini nocivis abolitæ fuerint per Sacrum *Con-* 2
cilium Tridentinum ſeſſ. 21. de Reform. cap. 6. & ſeſſ. 25. cap. 7. exceptis coadiutoriis Cathedralium Eccleſiarum, ac Monaſteriorum, ſublata facultate non ſolùm Ordinariis quibuſcumque, ſed (quod mirum) ipſi Papæ, concedendi Coadjutorias, ad evitandum votum captandæ mortis, & imaginem hæreditariæ ſucceſſionis, nihilominùs ad ſimilitudinem priſcorum temporum (ſolent enim vetera quaſi poſtliminio redire) à tempore Sixti V. Pontificis juſtiſſimi, ac ſolertiſſimi, uſque ad noſtra tempora paſſim Pontifices tanquàm abſoluti Domini in beneficialibus, Beneficia vacatura promittere, & de iis, antequàm vacent, ex plenitudine poteſtaſtatis diſponere valentes, paſſim juſtis de cauſis 3
aſſolent hujuſmodi Coadjutorias indulgere, & tanquàm ſuprà Concilium, *Barboſa de Canonic. & Dignitat. cap. 29. n. 1. Remocamp. de Coadiutor. cap. 3. n. 15. cap. 5. n. 7. cum ſeqq. & cap. 6. n. 17. cum ſeqq.* itaque reſolvimus in præſenti, quòd Canonico Coadjuto, non autem Canonico Coadjutori 4
debētur quindennia, veluti in his terminis firmat *Rota in Romana Coadiutoriæ ſuper quindenniis, & laudemiis 14. Maii 1696. cor. Muto, regiſtrata poſt Remocamp. de Coadiutor. in ordine la 19. repetita poſt Tract. in ordine la XIII. int. deciſ. S. Rot. Rom.* cùm verè ſint fructus certi, ac penitùs neceſſarii, uti debiti ex generali conſuetudine, proindeque tanquàm non dependentes à voluntate manus mortuæ Emphyteutæ, quæ ſivè velit, ſivè nolit, tenetur etiam invita illos ſolvere, eorumque ſpecies eſt invariabilium fructuum ſingulis quindecim annis naſcentium, adinſtar cenſuum, ſeu canonum, ſicque habent naturam fructuum Ca-
ſalium, & Domorum, aliorumque ſimilium bo- 5
norum, quantunvis laudabiliter pro maiori Eccleſiæ cultu ad formam diſtributionum quotidianarum redacti ſint, *Card. de Luca de Canonic. diſc. 14. n. 4. repetit. poſt Tract. inter Doctores litera A.* eodem fermè modo, quo emolumenta de-
bita pro iure ſepulturæ debentur Coadjuto, non 6
Co-

Coadiutori uti in ſe ſemper certa, ac neceſſaria, non dependentia à voluntate defuncti, ſed de Jure debita, *Card. de Luca de Benefic. diſc.*122. *n.*1.*& per tot.in ſupplem.* nè aliàs acquirente Co-
7 adiutore quindennia, adderetur Coadiuto afflicto afflictio contrà regulam Juris, de qua in Coadiutoria, *Tondut. reſol. benefic. & Canon. par.*2. *cap.*1.§.13. *n.*5. majorque ſanè ratio militat favore Coadiuti pro lucrandis quindenniis, dum idem Coadiutus non intereſſens Choro, lucratur diſtributiones quotidianas, vel in alio ſenſu illas lucratur,& acquirit Coadiutor favore Coadiuti, non autem in propriam utilitatem, nè aliàs Coadiutus eſſet deterioris conditionis, habendo Coadiutorem, eiuſque privilegium illi
8 eſſet nocivum,aut retorqueretur in illius odium, quod ad eiuſdem favorem fuit conceſſum, *Barboſa de Canonic. & Dignit. cap.* 21. *n.*6. *cum ſeq. & cap.*29.*n.*11. *Gonzalez ad Regul.*8.*hodiè* 9.*Cancellar. de Menſib. gloſ.*5.§.9. *n.*119. *cum ſeq. Tondut. reſol. benef. par.*2.*cap.*1.§.13.*n.*25. *Antonell. de iurib. & onerib. Cleric. lib.*2. *par.*6. *cap.*10.*ſeu ultim. nu.*120. *cum ſeqq. Moneta de diſtribution. quotid. par.*2. *qu.*1. *n.*32. *&* 34. *Remocamp. de Coadiutor. cap.*14. *n.*2. *&* 4. *& cap.*16. *n.*1. *Clericat. diſcord. forenſ. de Benefic. par.*1. *diſcord.*91. *n.*14. quando tamen Coadiutoria tribuit Coadiutori ſolum exercitium, remanetque totum ius penès Coadiutum, *Garzias de Benefic. par.*4. *cap.*5. *n.*75. *Rota poſt Zacch. quæſt. Medicolegal. tom.*3. *dec.*75. *n.*11.

9 Non obſtat, quòd Coadiutor tanquàm habens vocem in Capitulo, debeat ipſe participare de quindenniis debitis ratione Capituli, ſeu vocis in Capitulo, *Garzias de Benefic. parte* 4. *cap.*5. *nn.*87. *cum ſeqq. Pignatell. conſult. Canon. tom.*9. *conſult.*84. *n.*2. *&* 4. vel ad omne pejus, media via electa, videretur ſaltem reſolvendum, quòd Coadjutus, & Coadjutor inter ſe pro æquali, ſeu virili dividere debeant quindennia, Coadjutor quidem uti intereſſens Capitulo, Co-
10 adjutus verò uti habitus pro intereſſente in Capitulo vigore gratiæ Coadjutorialis,retinenſque titulum, nec eum amittens, niſi per obitum, *Remocamp. de Coadjutor. cap.*5. *n.*32. *Rota coram*
11 *Card. Puteo dec.*108. *n.*2. *in fine,* quia vox, quam habet Coadjutor in Capitulo, non eſt proprio nomine, ſed nomine Coadjuti, *Pignatell. conſult. canon. tom.*9. *conſult.*84. *n.*6. *poſt med. verſiculo quod intelligendum eſt, Remocamp. de Coadjutor. cap.*15. *n.*6. Præterquamquòd nec Coadjutor de Jure habet vocem, niſi in literis Coad-
12 jutoriæ illa concedatur, quæ uti odioſæ ſtrictè intelligendæ veniunt, *Pignatell. cit. conſult.*84.
13 *n.*4. *in principio, & n.*7. indè fit, quòd Coadjutor non ſibi optat,ſed Coadjuto, *Barboſa de Canonic. & Dignitat.cap.*29. *n.*29. *Monet. de option. qu.*8. *nu.*152. *Gonzalez ad Regul.*8. *hodiè* 9. *Cancellar. de Menſib. gloſ.*34. *qu.*18. *n.*97. *cum ſeqq. Lotter. de re benef. lib.*2. *cap.*25. *nu.*41. *cum ſeqq. & n.*58. *cum ſeqq. D. Advocat. Franc. Mar. Pi-*
14 *ton. diſcept. Eccleſ. par.*1. *diſc.*10. *per tot.* undè Coadjutor dicitur Canonicus fictus, *Moneta de option. qu.*8. *n.*143. *Lotter. de re benef. lib.*2. *q.*25. *n.*11. *Gonzalez ad Regul.*8. *hodiè* 9. *Cancell. gloſ.*5. §.9. *n.*107. *Tondut. reſol. benef. par.*2. *cap.*1.§.13. *n.*6. remanente vero Beneficii nomine, & jure,
15 ſeu titulo penès Coadiutum, fulgetque aliena Dignitate, non propria, *Barboſa de Canonic. & Dignitat, cap.*29. *nu.*3. *&* 6. *& ad S. Concil. Tridentin. ſeſſ.*25. *de Reform cap.*7.*n.*26. *in principio, Pignatell. conſult. Canon. tom.*9. *conſult.*84. *n.*1. *Monacellus formular. legal. practic. Eccleſ. tit.*2. *formul.*4. *nu.*29. *Carol. Anton. de Luca in obſ. ad Ventrigl. prax. Eccleſiaſt. annot.*13.§. *Unic. nu.*1. *Card. de Luca in annotat. ad S. Concil. Trident. diſc.*45. *n.*7. *cum ſeqq. Rota coram Reverendiſs. P. D. Anſaldo Decano dec.*20. *num.*16. nec ex quaſi poſſeſſione officii Coadiutoris poteſt inferri ad poſſeſſionem ipſius corporis Beneficii, ſiquidem Coadiutor poteſt quidem ſe dicere quaſi poſſeſſorem iuris, ſeu muneris Coadiutoriæ, cùm omnes actus, quos facit, non faciat proprio nomine, ſed nomine ſui principalis, qualis eſt Coadiutus, nè alioquin ſequatur, duos eiuſdem Beneficii eodem tempore eſſe poſſeſſores, & veluti Dominos, quod admitti non debet, *Tondut.* 16
*reſ. benefic. par.*2. *cap.*1.§.13. *n.*8. *cum ſeqq.*

Quibus poſitis duplex ſeſe offert difficultas.

I. Difficultas, quid dicendum, ſi Coadutor intereſſe non poſſit Capitulo ſaltem de tempore diſtributionis, ſeu diviſionis quindenniorum inter Concanonicos, tanquàm infirmus, carceratus, excommunicatus, aliove legitimo detentus impedimento, an etiam hoc caſu acquirat quindennia pro Coadiuto,& putarem acquirere, prout acquirit pro Coadiuto alios fructus 17
reſidentiæ Chori, etiamſi Choro intereſſe nequeat ob ſimilia impedimenta, *Tondut. reſol. benefic. Canon. par.*2. *cap.*1.§.14. *n.*25. *Gonzalez ad Regul.*8. *hodiè* 9. *Cancellar. de Menſib. gloſ.*5.§.9. *n.*15. *Garzias de Benefic. par.*5. *cap.*4. *nu.*80. *cum ſeqq. Pignatell. conſult. Canon. tom.*9. *conſult.*131. *num.*8.

II. Non minùs ſingularis, & curioſa ſubditur difficultas, quid dicendum, ſi idem Canonicus Coadiutus poſt forſitan emendicatis favoribus extortam gratiam Coadiutorialem,circumvento Papa, deputetur Coadiutor cum futura ſucceſſione in alia Eccleſia, quod quandoque contingere poteſt, immò quòd contingat, 18
dolendum eſt ad tradita per *Fagnan. in cap. nulla* 2. *à n.*50. ac ſignanter *n.*76. *verſiculo & quamvis de conceſſ. Præb.* utrùm hoc caſu notando, & dolendo, Coadiutus in ſua Eccleſia eodem tempore, quo eſt Coadiutor in alia Eccleſia, poſſit acquirere quindennia, & putarem poſſe, quippè quis eodem tempore abſque malitia po- 19
teſt eſſe Coadiutus ſimul, & Coadiutor, ſi alibi Coadiutor ſit, ubi ex aeris mutatione ſalubrior evadit ex deductis per *Rotam dec.*48. *n.*15. *verſ. nec habitum fuit par.*11. *recentior. dec.*112. *n.*20. *cum ſeqq. par.*16.

ARGUMENTUM.

Mortuo Canonico Coadjuto antè maturatum quindennium, Canonicus Coadjutor cum futura ſucceſſione, adveniente tempore maturationis quindennii,illiuſque diſtributionis, ſeu diviſionis inter alios Concanonicos faciendæ acquirit ſibi quindennium pro ſua rata, nec hæredes Canonici Coadjuti illud prætendere poſſunt ex perſona eorum authoris.

SUM-

SUMMARIUM.

1 *Duplex datur ſpecies Coadjutoriæ, alia eſt temporalis, alia perpetua.*
2 *Coadjutoria perpetua fuit ſublata per Sacrum Concilium Tridentinum.*
3 *Ex ratione, quòd Coadjutores ſint pueri.*
4 *Antè S. Concilium Coadjutoria erat frequens.*
5 *Eadem olim practicata fuit inter viros Sanctos.*
6 *Solus Papa concedit Coadjutoriam perpetuam.*
7 *Pro Germania, Gallia, cæteriſque partibus Ultramontanis concedi ſolet coadjutoria perpetua in Cathedralibus.*
8 *Ordinarius, Legatus à Latere, aut Nuncius Apoſtolicus concedere nequit Coadjutoriam perpetuá.*
9 *Coadjutoria perpetua faciliùs conceditur, quando fit ad favorem fratris, aut conſanguinei.*
10 *Debitum non eſt ſolvendum antè tempus.*
11 *Quindennia, extincta perſona, cui ſolvuntur, non ampliùs debentur.*
12 *Beneficiatus non poteſt tranſmittere ad hæredes jus quindenniale.*
13 *Poſt maturatum terminum agi valet ad quindennium.*
14 *Cùm quindennia debeantur novis Canonicis, multò magis debentur Coadjutori.*
15 *Quindennium debetur loco laudemii.*
16 *Plures fictiones dari nequeunt in ſubjecta materia.*
17 *Canonicus noviter receptus etiam præſtat ſuum conſenſum alienationi Emphyteuſis.*
18 *Coadjutor non ſibi poſſidet, ſed Coadjuto.*
19 *Idem, mortuo Coadiuto, mutat cauſam poſſeſſionis, non autem antiquam poſſeſſionem.*

CAPITULUM LXXXVII.

Cum ſuprà viſum ſit, quòd vivente Canonico Coadjuto Canonicus Coadjutor non ſibi acquirit quindennium maturatum in vita Coadjuti, ſed benè illud cedit in utilitatem ipſius Coadiuti, nunc vice verſa videndum erit, quòd mortuo Canonico Coadiuto Canonicus Coadjutor ſibi acquirit quindennium non maturatum in vita Coadiuti, illudque non ſolùm ad utilitatem Eccleſiæ, ſed etiam ad utilitatem ipſius Coadiutoris.

Præmittendum autem duplicem dari ſpeciem
1 Coadiutoriæ, aliam nempè eſſe temporalem, ſeu ſimplicem ad ſolam utilitatem Eccleſiæ, de qua non eſt ſermo, & aliam perpetuam in utilitatem ipſius Coadiutoris, ſeu cum futura ſucceſſione, de qua eſt ſermo in præſenti, *Garzias de Benefic. par.4. cap.5. n.1. cum ſeqq. Tondut. reſol. benef. par.2. cap.1. §.13. n.1. cum ſeqq. Moneta de diſtribution. quotidian. par.2. qu.1. n.21. Ventrigl. in prax. Eccleſ. tom.2. annot.13. §. Unico n.2. cum ſeq Epiſcop. Matta de cauſ. Conſiſtorial. ſect.22. n.12.* & quantumvis Coadiutoria perpetua in
2 quibuſcumque Beneficiis tanquàm referens imaginem hereditariæ ſucceſſionis, ſublata ſit, præterquàm pro Cathedralibus Eccleſiis, & Monaſterialibus ex maxima neciſſitate, ac utilitate per *S. Concilium Tridentinum ſeſſ.25. de Reformat. cap.7. in med. verſiculo in Coadiutoriis*, cum ple-
3 rumque mediante Coadiutoria huiuſmodi hæredes fiant pueri, qui nedùm ipſi Coadiutore,
4 ſed Pedagogo indigeant, *Lotter. de re benef. lib.2. qu.25. n.19.* qui modus providendi antè Concilium Tridentinum erat valdè frequens, ut colligitur ex *Rubr. Decretal. Sext. & Clementin. de conceſſ. Præbend.* quidquid ſit in anteactis ſæculis, in quibus ſæpiſſimè practicata fuit inter vi- 5
ros ſanctos, *Zerb. ſingular. utriuſq. Jur. ſingular. 46 per tot. poſt gem. Epiſcopal.* attamen quando, immò paſſim in præmium ſervitii per Coadiutorem præſtandi ex cauſis iuſtis accedente conſenſu Coadiuti, Ordinarii, & Capituli etiam in Canonicatibus tàm Cathedralium, quàm Collegiatarum Eccleſiarum, rariſſimè verò in Parochialibus conceditur Coadiutoria perpetua 6
per ſolum Papam magis ex inveterato ſtylo, & praxi Datariæ Apoſtolicæ, quàm de Jure, uti nullis legibus ligatum, & imperio quodam extraordinario utentem, præveniendo hac via vacationem, indeque gratia hujuſmodi præventiva dicitur, *Valenzuela Velazquez conſ.98. n.39. cum ſeqq. tom.1. Barboſa ad Concil. ſeſſ.25. de Reform. cap 7. n.4. in fine cum ſeqq. & n.46. Moneta de diſtribution. quotidian. par.2. qu.1. nu.31. in fine verſiculo octava concluſio, & nu.33. in principio, Garzias de Benef. par.4. cap.5. n.13. cum ſeqq. Lotter. de re benef. lib 2. qu.25. nu.27. cum ſeqq. Tondut. reſol. benef. & Canon. par.2. cap.1. §.13. n.27 cum ſeq. Gonzalez ad Regul.8. hodiè 9. Cancellar. de Menſibus gloſ.5. §.9. n.46. cum ſeqq. & num.91. Antonellus de jurib. & onerib Cleric. lib.2. par.6. cap.9. n.2.8. & 9. Epiſcop. Matta de Concordat. n.132. cum ſeq. & de cauſ. Conſiſtorial. ſect.22. n.24. cum ſeqq. Remocamp. de Coadjutor. cap.5 n.8. cum ſeq & cap 8. n.27. Torr. de pact. futur. ſucceſſion. lib.1. cap.20. n.45. cum ſeqq. & lib.4. cap.1. n.76 Ventriglia in prax. Eccleſ. tom.2. annot.13. §. Unic. nu.17. & 21. Card. de Luca ad S. Concil. Tridentin. diſc.45. per tot. Pacion. alleg. civil. & Canon. alleg.152. n.11. cum ſeqq. Fontanella dec. Cathalon.112. num 15. cum ſeqq. tom.1.* ac paſſim in Italia, & Hiſpania, aliiſque Partibus, in quibus viget Concilii obſervantia, practicatur Coadjutoria perpetua, in Germania 7
verò, Gallia, & aliis Ultramontanis Partibus, in quibus Concilii obſervantia adeò non viget, ſolet Sedes Apoſtolica faciliùs concedere in Metropolitanis, Cathedralibus, & Monaſterialibus Eccleſiis Coadjutoriam perpetuam ex juſta cauſa examinari ſolita in Sacra Congregatione Conſiſtoriali, *de Luca Melphiten. in obſerv. ad Ventrigliam prax. Eccleſ. annot.13. §. Unico n.9.*

Undè fit, quòd nec Ordinarius, nec Legatus 8
à Latere, nec Nuncius Apoſtolicus, niſi habeant in commiſſione, poſſunt concedere Coadiutorias perpetuas cum futura ſucceſſione ob claram reſiſtentiam S. Concilii Tridentini, *Tondut. reſ. ben. & Canon. par.2. cap.1. §.13. n.27. Moneta de diſtribution. quotid. par.2. qu.1. n.33. Garzias de Benefic. par.4. cap.5. n.17. cum ſeqq.* experientia autem docuit, faciliùs moveri Papam, cui Spi- 9
ritus Sanctus aſſiſtit, ad concedendam hujuſmodi Coadjutoriam, quando Coadiutor eſt frater, aut conſanguineus Coadiuti benemerens, cùm tunc præſumatur, quòd meliùs ſatisfaciet Eccleſiæ, Præbendæque ſervitio, immò meliùs ſubveniet, quàm alius extraneus, indigentiis pauperum conſanguineorum, &, quod optabilius eſt, Deum exorare in Sacrificiis pro Coadjuto, à quo fuit Canonicatum aſſequutus, abſque timore captandæ mortis, quod non præſumitur de conſanguineo, *Valenzuela Velazquez conſil.98. n.51. in med. verſiculo quæ omnia, cum n.ſeq. vol.1.*

Quibus

Quibus præhabitis, reſolvitur in præſenti, quòd mortuo Canonico Coadiuto antè maturatum quindennium, Canonicus Coadjutor cum futura ſucceſſione, adveniente tempore maturationis quindennii, illiúſque diſtributionis, ſeu diviſionis inter alios Concanonicos faciendæ acquirit ſibi quindennium pro ſua rata, nec hæredes Canonici Coadiuti illud prætendere poſſunt ex perſona eorum authoris, quippè nec, cùm
10 nondùm veniſſet dies ſolutionis, & fructus eſſet adhùc acerbus, *l. cedere diem* 213. *ff. de verb. ſign.* Coadiutor poſſet acquirere Coadiuto quindennium, antequàm maturaretur, nec Coadjutus illud poſſet tranſmittere in hæredes, uti eidem nondùm debitum, adveniente autem poſteà die ſolutionis poſt obitum Coadiuti, ipſe Coadiutus iam deſierat eſſe creditor, fructus enim quin-
11 denniales ſunt debiti perſonæ, qua extincta non ampliùs debentur adinſtar uſusfructus, §. *Finitur* 3. *Inſtitution. de uſufructu l. Titio*, *cùm morietur* 51. *ff. de uſufructu*, *l. uſumfructum*, *cùm moriar* 5. *ff. de uſufruct. legat. l. corruptionem* 16. *C. de uſufructu*, *Medices in tract. morſ omn. ſolv. concl.* 114. *nu.* 308. *Giurba ad Conſuetud. Meſſan. cap.* 7. *gloſ.* 9. *par.* 1. *n.* 1. *Caſtill. de uſufructu c.* 61.
12 *n.* 3. *cum ſeqq.* proindeque Beneficiatus uti uſuarius, ſeu fructuarius non poteſt tranſmittere ad hæredes ius ſuum quindenniale, quòd eſt merè perſonale tanquàm perſonæ cohærens, & cum perſona extinguibile ad *text. in l. in omnibus* 69. *ff. de regul. Jur. l. uſus aquæ* 22. *ff. de uſu, & habitat. l. non ſolùm* 8. §. *Tale* 3. *ff. de liberat. legat. l. pecoris* 4. *ff. de ſervitut. ruſtic. præd. l.* 1. *ff. de ſervitut. l. ſicut in annos* 3. §. *Fin. ff. quib. mod. uſusfruct. amitt. Valaſc. conſult. dec.* 66. *num.* 23. & ſanè attendendum eſt tempus ſolutionis pro canonizando credito, non verò tempus medium eo, quòd ſolummodò poſt maturatum termi-
13 num agi valet ad quindennium *l. cedere diem* 23. *ff. de verb. ſignificat.* eademque ratio, quæ ſuadet, quindennia deberi pro rata novis Canoni-
14 cis, multò magis ſuadere debet & eſſe debita Coadiutori, qui operam ſuam præſtitit gratis vivente Coadiuto *Auth. multò magis C. de ſacroſanct. Eccleſ.*

Præterea ſi ſingulis quindecim annis pro ficta alienatione bonorum Emphyteuticorum fingitur quodammodò præſtari conſenſus per Capitulum, próque ficto huiuſmodi conſenſu præ-
15 ſtatur quindennium loco laudemii, quod præſtatur pro vera alienatione Emphyteuſis, ut habetur ſuprà in *Cap. I.* quomodò dici poterit, quòd Coadiutus, qui iam non eſt in humanis, fingatur etiam ipſe præſtare ſuum conſenſum, &
16 pro eo participare de quindenniis, aliàs plures darentur fictiones in ſubiecta materia contra regulam Juris, de qua *Alteſerra de fiction. Jur. tract.* 1. *cap.* 6 *in principio*, undè Coadiutor poſt ceſſatam Coadiutoriam per obitum Coadiuti tanquàm unus ex Canonicis, ſeu Capitularibus præſtans fictum conſenſum pro parte ſua, debet habere quindennium pro ſua rata, ut in ſimili de Canonico prætendente laudemium ex bonis per Capitulum emphyteuticatis antè illius receptio-
17 nem ex illa ratione, quòd iſte noviter receptus ſuum etiam præſtat conſenſum alienationi, *Surd. conſ.* 84. *nu.* 6. *circà fin. verſiculo ea propter lib.* 1. non verò Coadiutus mortuus, qui non habet velle, neque nolle, ſicque conſentire, nec diſſentire poteſt, non eſt ampliùs in ſtatu acquirendi Coadiuto, jam deficiente qualitate Coadiutoriali in Coadiutore; indeque eſt, quòd quantunvis à principio, vivente Coadiuto poſſeſſionem Canonicatus, ſivè veriùs ſolius gratiæ Coadiutoriæ, ipſiuſque exercitii, ac adminiſtrationis appræhenderit, adhùc Coadiuto mortuo, ſicque facto caſu futuræ ſucceſſionis tenetur novam apprehendere poſſeſſionem Beneficii, cuius per prius in vita Coadiuti carens titulo, habenſque ſolum ius ad rem, non poterat ſibi poſ- 18
ſidere, ſed benè Coadiuto tantùm, *Lotter. de re beneſ. lib.* 2. *qu.* 25. *n.* 32. *Barboſa ad S. Concil. Tridentin. ſeſſ.* 25. *de Reform. cap.* 7. *n.* 7. *Ventrigl. in praxi Eccl. to.* 2. *annot.* 13. §. *Vnic. n.* 49. *Remocamp. de Coadiutor. cap.* 17. *nn.* 5. *Clericat. diſcord. forenſ. de Beneſic. par.* 1. *diſcord.* 91. *n.* 12. *Rota cor. R̃mo P.D. Anſaldo Decano dec.* 20. *n.* 18. mutat enim cauſam poſſeſſionis, & titulum, non autem an- 19
tiquam poſſeſſionem continuat, *Tacion. allegat. Canon. & Civil. alleg.* 155. *n.* 11. *Rota deciſ.* 456. *n.* 7. *par.* 1. *recentior.* licet Coadiutor, & Coadiutus ſint inter ſe correlativi, *Clericat. diſcord. forenſ. par.* 1. *diſcord.* 63. *n.* 17.

ARGVMENTVM.

Canonicus ſupranumerarius admiſſus ad participandum de emolumentis Canonicalibus, cum qualitate tamen non habendi vocem in Capitulo, donec ſit plenus numerus aliorum Concanonicorum de numero, ſeu numerariorum, adhùc participare debet de quindenniis pro bonis emphyteuticis penès manus mortuas, unà cum aliis Concanonicis numerariis pro æquali rata ſibi contingente.

SUMMARIUM.

1 *Species Canonicorum referuntur.*
2 *Canonicus ſupranumerarius habendus eſt, ac ſi ſuffragaretur in Capitulo.*
3 *Etiam Canonicus ſupranumerarius gaudet voce in Capitulo, niſi contraria vigeat conſuetudo.*
4 *Reiicitur contrarium ſentiens* Raguccius *de voce in Capitulo qu.* 1. *n.* 2.
5 *Canonicus ſupranumerarius eſt de Capitulo.*
6 *Idem optare poteſt.*
7 *Canonicus Coadiutor habet vocem in Capitulo.*
8 *Quindennia non ſolùm debentur ex actibus Canonicalibus, ſed etiam ex actibus Capitularibus.*
9 *Licentia iniuſtè negata habetur pro conceſſa.*
10 *Intereſt Eccleſiæ habere in Capitulo plures Conſiliarios, & defenſores.*
11 *Vox in Capitulo, tamquàm inſeparabilis ab ipſa Canonia, tolli nequit per Statutum.*
12 *Publica utilitas præfertur privatæ in concurſu Canonicorum numerariorum.*
13 *Proteſtatio contraria facto, non eſt attendenda.*

CAPITULUM LXXXVIII.

PRo dicendorum intelligentia præmittendum, plures dari ſpecies Canonicorum ſupranumerariorum, alii namque ſunt Canonici cum gratiis expectativis providendi in prima futura vacatione Canonici in herba per Doctores nuncupa-

cupati, cùm re vera non ſint tales in re, ſed ſolùm in ſpe, quorum ſpecies olim frequens erat, hodiè verò rariſſima, & præſertim in Italia penè abolita, alii ſunt Canonici,qui non ſunt de corpore Capituli, nec participant de fructibus maſſæ Capitularis, ſed ſunt Beneficiati cum honorifica illa nuncupatione Canonicorum, ſuntque Canonici de vento, ſeu ventoſi, ſivè ad honorem, ſeu honorarii, alii ſunt Canonici ſupranumerarii, qui ob ſuperventos redditus Canonicales ſuper antiquum, & conſuetum numerum canonicè eliguntur cum omnimoda incorporatione novorum membrorum cum antiquo corpore, ſicque cum voce in Capitulo, dummodò ſint cōſtituti in ſacris, in quibus nulla videretur poſſe cadere difficultas circà participationem quindenniorum pro æquali rata cum Canonicis numerariis antiquis, alii denique ſunt Canonici ſupranumerarii admiſſi quidem cum participatione emolumentorum Canonicalium, citrà tamen vocem in Capitulo, de quibus præſens
1 ſermo eſt, relataſque ſpecies enumerant *Fagnan. in cap. ad hæc 13. num.22. & in cap. dilectus 27. n.10. de Præbend. Bauny Theolog. moral. parte 1. tract.11. de Canonic. qu.1. Barboſa de Canonic. & Dignitat. cap.3. n.5. cum ſeqq. Lotter. de re benefic. lib.1. q.19.n.4. Ceccoper. lucubr. Canon. lib.1. nu.178. cum ſeqq. Milaz. aſſert.1.nu.4. cum ſeqq. Card. de Luca de Canonic. diſc.37. n.2. in ſupplem.*

Quibus præmiſſis, reſolvimus, quòd Canonicus ſupranumerarius admiſſus ad participandum de emolumentis Canonicalibus, cum qualitate tamen non habendi vocem in Capitulo, donec ſit plenus numerus aliorum Concanonicorum de numero, ſeu numerariorum, adhùc participare debet de quindenniis pro bonis emphyteuticis penès manus mortuas, unà cum aliis Concanonicis numerariis pro æquali rata ſibi contingente, eo modo, quo participaret de laudemiis, quippè Canonicus ſupranumerarius, licet admiſſus ſub conditione non ſuffragandi in Capitulo, participare debet de quindenniis eo modo, quo participaret de laudemiis debitis Capitulo in caſu alienationis, vel cujuſcumque translationis Emphyteuſis in novam perſonam, cùm per eum non ſtet, quominùs ſuffragetur in Capitulo, ſed impediatur ex facto ipſius Capituli, ſeu Concanonicorum numerariorum eundem cum hac præciſa qualitate recipientium, per quos in hac parte præjudicari nequit, immò
2 hoc caſu Canonicus ſupranumerarius habendus eſt, ac ſi ſuffragaretur in Capitulo, *Barboſa axiom.93. n.21. cum ſeqq.* etenim de Jure, niſi contraria vigeat conſuetudo, etiam Canonicus
3 ſupranumerarius gaudet voce in Capitulo, tanquàm fructu poſſeſſionis ſui Canonicatus, quando, ut in caſu, habet in reliquis plenum ius Canoniæ, *Zecch. de Repub. Eccleſ. lib.24. tit. de Canonic. n.4. Ceccoper. lucubr. Canonic. lib.4. n.34. Tondut. reſol. Canon. beneficial. par.1. cap.3. nu.3. cum ſeqq. Barboſa de Canonic. & Dignitat. cap.3. nu.15. & cap.21. num.14. Moneta de diſtribution. quotidian. par.2. qu.1. concl.3. n.5. Pignatell. conſult. Canon. tom.6. conſult.48. n.8. & 10.* quid-
4 quid in contrarium ſentiat abſque aliqua auctoritate *Raguccius de voce in Capitulo qu.1.n.2.* vel ſaltem Canonicus ſupranumerarius, quando
5 eſſe nequit, de Capitulo eſſe dicitur, ut ait *Coſta de re integ. diſtinct.102. nu.14. in fine*; Undè, 6
tanquàm verus Canonicus optare poteſt, *Tondut. reſol. Canon. par.1. cap.3. per tot.*

Quibus accedit, quòd ſi Canonicus Coadiutor, qui tamen non eſt verè Canonicus vivente Ca- 7
nonico Coadiuto, ſed fictus tantùm Canonicus, habet vocem in Capitulo *Pignatell. conſult. Canonic. tom.6. conſult.48. n.10. in principio, & to.9. conſult.84. n.2.* quantò magis Canonicus ſupranumerarius, qui verè Canonicus eſt, habere debet vocem in Capitulo, non obſtante proteſtatione Capituli.

Nec obſtat proteſtatio Capituli de recipiendo Canonicum ſupranumerarium cum participatione quidem emolumentorum Canonicalium, cum carentia tamen vocis, ſicque cum non participatione emolumentorum Capitularium, qualia ſunt ipſa quindennia, tanquàm dependentia ab actu Capitulari, quaſi per conſequens Canonicus ſupranumerarius non intereſſens Capitulo, proindeque non exercens actum Capitularem ob impedimentum appoſitum in limine ſuæ receptionis cum hac qualitate acceptatæ, non poſſit procul dubio participare de quindenniis, quæ habent naturam mixtam, cùm debeantur non ſolùm ex actibus Canonicalibus, ſeu 8
Choralibus, per reſidentiam in Choro, ſed etiam, immò magis propriè ex actibus Capitularibus per intereſſentiam in Capitulo, *Pignatell. conſult. Canonic. tom.6. conſult.48. n.3. in principio*, quia ſemel acquiſitis juribus Canonicalibus per Canonicum ſupranumerarium de conſenſu Capituli, venit in neceſſariam conſequentiam etiam poſſeſſio loci in Capitulo uti annexa ipſis iuribus Canonicalibus, quæ per Capitulum abſque cauſa tolli nequit, undè iniuſtè negata, vel non 9
conceſſa, habenda eſt pro conceſſa, *Rota poſt Poſt. de manutent. dec.175. n.2.* vel derogatio vocis intelligenda eſt citrà præiudicium Canonici ſupranumerarii, ſalvis nempè illius iuribus ad acquirendum emolumenta Capitularia, ac ſi Capitulo intereſſet, vel dicendum eſt, quindennia deberi etiam illis, qui non interfuerint Capitulo, eo quòd ad illa percipienda nullum ſanè requiritur votum in Capitulo, nullaque conſenſus præſtatio ex ſuprà adductis: immò repugnat ex diametro inſtallare Canonicum in Choro, licet ſupranumerarium, eumque reiicere à loco Capituli, illum in uno in fratrem recognoſcendo, & in extraneum in alio, quando è contrà intereſt 10
Eccleſiæ habere in Capitulo plures Conſiliarios, & defenſores, ac miniſtros, qui magis deliberatè, maturèque negocia decidere poſſunt *Pignatell. conſult. Canonic. tom.6. conſult.48. num.4. antè med.* in tantum, ut, ſi vox in Capitulo 11
tanquàm inſeparabilis ab ipſa Canonia, tolli non poteſt per Statutum *Pignatell. citat. conſult. 48. n.8. in fine verſiculo quam ob cauſam*, quantò minùs illa tolli poterit per Capitulum. Et profectò prævalere debet publica utilitas, honor, 12
ac decus Eccleſiæ conſiſtens in maiori numero Canonicorum, inque eorum vocibus, privatæ utilitati Canonicorum numerariorum prætendentium inter ipſos tantùm diſtribuenda eſſe quindēnia, *Pignatell. prælaudata conſult.48. n.6. in principio.* Omiſſo, quòd talis proteſtatio Capituli 13
uti contraria facto, nō eſſet attendenda, in pūcto *Pignatell. ſępiùs prelaudata cōſult.48. n.7. in med.*

AR-

ARGUMENTUM.

Canonicus Jubilatus, licet non intereſſens Capitulo nihilominùs participare poteſt de quindenniis debitis ipſi Capitulo ex bonis Emphyteuticis in manum mortuam tranſlatis.

SUMMARIUM.

1 *Canonicus ſupranumerarius participare debet de quindenniis.*
2 *In omnibus ferè Cathedralibus, ac Collegiatis vigent Statuta, ſeu conſuetudines jubilandi.*
3 *Jubilati Canonici lucrantur omnes fructus ſuorum Canonicatuum.*
4 *In omnibus ferè Univerſitatibus extant Statuta, ſeu conſuetudines jubilandi Lectores legentes per certum tempus.*
5 *Eadem Statuta extant in Religionibus.*
6 *Milites Veterani ſunt Jubilati.*
7 *Clerici ſunt Milites cœleſtis Militiæ.*
8 *Canonicus Jubilatus, etiamſi non interſit Capitulo, adhùc participat de quindennio.*
9 *Capitula fiunt propter ſervitium Eccleſiæ.*
10 *Conceſſis Jubilato omnibus proventibus videntur conceſſi etiam fructus provenientes ex quocumque modo.*
11 *Canonicus Turnarius etiam extrà Capitulum nominare poteſt.*
12 *Officium Chori eſt principalius officio intereſſendi Capitulo.*
13 *Diſpenſatus quoad majus, cenſetur diſpenſatus quoad minus.*
14 *Diſpenſatio ſtricti Juris eſt, nec extendibilis.*
15 *Tot requiruntur diſpenſationes, quot obſtacula.*
16 *Diſpenſatio ſuper principali, cenſetur etiam in conſequutivis.*
17 *Iniquum eſt, ut non laborans lucretur quindennium.*
18 *Ceſſante labore, debet ceſſare præmium.*
19 *Sportulæ non debentur Jubilato.*
20 *Indultum Jubilationis in cæterorum Canonicorum detrimentum vergens, ſtrictiſſimè interpretandum.*
21 *Canonicus Jubilatus, infirmo æquiparatus non habet majus jus, quàm Canonicus infirmus.*
22 *Conſuetudo iniqua nec ex majoritate, aut identitate rationis venit attendenda.*
23 *Non benè arguitur ab infirmitate ad Jubilationem.*
24 *Jubilatus dicitur per gloriam inſervire Eccleſiæ.*
25 *Jubilatio completa circà ſervitium Chori, ſuffragari debet ſervitio Capituli.*
26 *Auditores Rotæ, Inquiſitores, & ſimiles lucrantur diſtributiones.*
27 *Conceſſo plus, cenſetur conceſſum & minus.*
28 *Chorus tendit ad divinum cultum, & Capitulum ad negocia.*

CAPITULUM LXXXIX.

1 POſtquàm ſuprà oſtendimus, Canonicum ſupranumerarium admiſſum inter Concanonicos cum emolumentis Canonicalibus debere eſſe participem quindenniorum, licet in illius receptione proteſtetur Capitulum, ſe eundem non admiſſurum ad vocem in Capitulo, nunc ſequitur oſtendendum, quòd Canonicus Jubilatus ſit quoque particeps quindenniorum, licet non interſit Capitulo, qui quidem præſens articulus quotidiè eſſe poteſt diſputabilis, cùm in omnibus ferè Cathedralibus, ac Collegiatis Eccleſiis vigeant Statuta, ſivè laudabiles conſuetudines, ſivè Indulta Sacrarum Congregationum Concilii, ac Epiſcoporum, & Regularium, jubilandi (ut proprio verbo, quantumvis minùs polito loquar, quod politiori dicitur, emeritos faciendi, quaſi iubilent, & præ lætitia geſtiant ad metam laborum feliciter pervenientes, donati præmio, *Nicol. lucubration. Canonic. lib. 3. tit. 4. n. 45. tom. 2.*) Canonicus poſt præſtitum Eccleſiæ diuturnum quadraginta annorum ſervitium, eos nempè habendi pro præſentibus in Choro ad effectum lucrandi omnes fructus Canonicales, & diſtributiones ratione actuum Choralium debitas, *Barboſa de Canonic. & Dignitat. cap. 23. n. 14. Monet. de diſtribution. quotidian. par. 2. qu. 7. n. 21. qu. 12. nu. 61. & qu. 13. n. 41. Eſcobar. à Corro de Hor. Canonic. qu. 5. §. 2. n. 138. & 201. Bertachin. vot. 103. per tot. Monacell. formular. legal. practic. Eccleſ. tit. 2. formul. 4. n. 13.* forſitan ad exemplum ſimilium Statutorum, ſeu conſuetudinum omnium ferè Univerſitatum, ſivè Academiarum jubilandi Doctores legentes per certum tempus, eoſque habendi pro legentibus ad effectum lucrandi ſtipendiũ *Pereyra de Republ. literar. lib. 8. qu. 6. nu. 1294. cum ſeqq. Mend. de jure Academ. lib. 1. qu. 12. §. 3. n. 327. in princip. & lib. 2. q. 22. n. 243.* prout etiam extant Statuta in Religionibus iubilandi Lectores, eximendi nempè ab onere Lecturæ cum certis honoribus, *Pereyra loc. cit. n. 198. Nicol. lucubr. Can. lib. 3. tit. 4. n. 45. in fine verſiculo ad horum ſimilitudinem tom. 2.* vel ad exemplum ſæcularis militiæ, in quà milites dicti Veterani ob diuturnum ſervitium poſt viginti annos militiæ, hinc vicena complere curricula, & legionarii, ac emeriti, non ampliùs inſervire tenebantur *l. Veteranis 9. C. quando provocare non eſt neceſſe, l. cùm ob provectæ ætatis 2. C. de his, qui non implet. ſtipend. lib. 10. l. 1. C. de Veteran. lib. 12. l. viginti 2. C. de re militar. eod. lib. 12. Narbona de ætate ann. 50. q. 8. n. 3. cum ſeq. Perez in tit. C. de his, qui non implet. ſtipend. lib. 10. n. 3. 10. & 11.* milites enim cœleſtis Militiæ ſunt Clerici, *Monet. de diſtrib. quotid. par. 2. q. 12. n. 62.* Firmatur igitur in præſenti, quòd Canonicus Iubilatus, licet non intereſſens Capitulo, nihilominùs participare poteſt de quindenniis debitis ipſi Capitulo ex bonis emphyteuticis in manum mortuam tranſlatis, veluti in his puris terminis ponderat *Pignatell. conſult. Canon. tom. 4. conſult. 224. n. 7. ad ſecundum quæſitum, D. Advocatus Dominicus Viſaya Inſtitution. criminal. lib. 1. tit. 10. §. 3. n. 9. repetit. poſt Tract. litera LL.* ubi ità, reſolutum à Sacra Congregatione Concilii, etenim Indultum Iubilationis tribuens Canonico Iubilato omnia emolumenta Choralia Canonicalia, & diſtributiones, debita, ac debitas ratione intereſſentiæ Capitulo, qualia ſunt quindennia tanquàm dependentia ex actibus Capitularibus, cùm ſub nomine divinorum Officiorum veniant etiam Capitula, quibus applicantur fructus dividendi inter intereſſentes, & Capitula fiant propter ſervitium Eccleſiæ, ac divinum cultum, *Pignatell. prælaudata conſult. Canon. 224. n. 7. tom. 4.* immò conceſſis Iubilato generaliter omnibus, ac ſingulis proventibus,

(Margin numbers in right column: 2, 3, 4, 5, 6, 7, 8, 9, 10)

redditibus, iuribus, & obventionibus, videntur conceſſi etiam fructus provenientes ex quocumque modo, ſicque ex actibus Capitularibus, quales ſunt quindennia, *Pignatell. mox citat. conſult.224. n.7. poſt med. verſiculo nomenque generale*.

Ità, ut perceptio quindenniorum, etiamſi eſſet (quod tamen negatur) in ſe actus originatus à Capitulo, ſeu à iure Capituli, adhùc quia fieri poteſt extracapitulariter ex deductis, benè ſequitur, quòd per Canonicum Jubilatum, quantumvis abſentem à Capitulo acquiri poſſit quin-
11 dennium pro ſua rata, ut in fortioribus terminis iuris nominandi competentis Canonico Turnario, ac exercibilis etiam extrà Capitulum *Rota poſt Card. de Luca ſuper materia quindenniorum tom.2. lib.12. dec.24. n.19.*

Præterea ſi Jubilatus ratione ſuæ jubilationis acquirit fructus, ac diſtributiones debitas ſolis intereſſentibus in Choro, ac Horis Canonicis, quantò magis acquiret fructus quindenniorum debitos intereſſentibus in Capitulo eo, quòd
12 magis principale officium ſit officium Chori, & divini cultus, quàm officium intereſſendi Capitulo, *Pignatell. ſæpè laudata conſult.* 224. *num.7. in fine verſic. quinimmò tom.4.* undè conceſſo magis principali, cenſetur conceſſum minùs princi-
13 pale, ſeu quis deſpenſatus quoad majus, cenſetur diſpenſatus quoad minus, *de Juſtis de diſpenſation. matrimon. lib.1. cap.2. num.114.*

Nullius autem ponderis eſt animadverſio, quòd Canonicus Jubilatus ratione ſuæ jubilationis diſpenſatus in uno, nempè ſuper reſidentia in Choro, non cenſeatur diſpenſatus in alio, nempè ſuper intereſſentia in Capitulo, ſicque ſuper acquiſitione, ſeu participatione quinden-
14 niorum in abſentia, cùm diſpenſatio tanquàm quid contrà jus, ſit ſtricti juris, nec extendenda de uno caſu ad alium, *Pyrrh. Corrad. in prax. diſpenſation. Apoſtolic. lib.1. cap.5. num.1.* ideoque
15 tot requirantur diſpenſationes, quot ſunt obſtacula, *Lotter. de re benef. lib.1. qu.40. nu.192. cum ſeqq. Rota ad Card. de Luca ſuper mater. Benefic. tom.2. lib.12. deciſ.23. num.19.* quia diſpenſatio
16 ſemel conceſſa ſuper principali, cenſetur conceſſa etiam in conſequtivis *Pyrrh. Corrad. in prax. diſpenſ. Apoſt. lib.1. cap.5. n.18.* ex regula, quod acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis.

Longè irrelevantior eſt alia ponderatio, quòd cùm Canonicus emeritus videatur agere de cauſa lucrativa, tanquàm ampliùs ſubire non debens aliquem laborem intereſſendo Choro, aut Capitulo, Canonicus autem non emeritus vice verſa de cauſa oneroſa, iniquum eſſet, ut
17 participet emolumentum quindennii, qui jam non laborat, diminuendo hac via ratam quindennialem aliorum Canonicorum laborantium argumento *textus in l. humilioribus* 14. *C. de ſuſceptor. lib.10. l. omnes* 2. *C. ut Dignitat, ord. ſerv.*
18 *lib.* 12. quaſi quòd ceſſante labore debeat ceſſare præmium, ſignanter quando, ut in caſu, notabile irrogatur præiudicium aliis Canonicis non emeritis conſequentibus quindennia in minori quantitate *l. Seio amico* 10. *in princip. ff. de an. legat. l. is, qui in poteſtate* 15. *§. fin. ff. de legat. præſt.* ibi: *quia abſurdum eſt, illum commoda hæreditatis habere, alterum onus ſuſtinere, l. & virtutum fin. C. de ſtatuis, & imaginibus,* ibi: *aliorum honores aliis damnorum occaſionem fieri non oportet, l. fin. C. de Præpoſit. Sacri Cubicul. lib.12.* quippè, ut advertit *Larrea alleg.*105. *per tot. par.* 2.
ſportulæ tanquàm deſignatæ pro labore iudicandi, non debentur Senatori emerito, qui ampliùs non laborat, ſed quindennium benè debetur Canonico emerito, cùm non dependeat illius acquiſitio ab aliquo labore, ut patet ad ſenſum. 19

Non minoris irrelevantiæ eſt ponderatio, quòd ſicuti Canonicus Jubilatus non poteſt acquirere certas diſtributiones appellatas excreſcentias, ſeu punctaturas, & fallentias non intereſſentium, quæ accreſcunt intereſſentibus tantùm in Eccleſia, quaſi quòd Indultum iubilationis in cœterorum Canonicorum detrimentum vergens, ſtrictiſſimè veniat interpretan- 20
dum, *Pignatell. conſult. Canon. tom.9. conſult.*116. *num.4. in med.* ubi de hoc Decretum Sacræ Congregationis Concilii *num.12. in fine,* ità Canonicus Jubilatus non poterit acquirere diſtributiones huiuſmodi quindenniales dividendas inter præſentes tantùm in Capitulo, quia in aſſiſtentia Chori ob ampliandum, augendumque, prout par eſt, divinum cultum ex maiori concurſu Clericorum rigidiùs res agenda eſt, quàm in aſſiſtentia Capituli, præſertim cùm diſtributiones quindenniorum ſingulis quindecim annis fiunt inter Canonicos, diſtributiones autem punctaturarum ſingulis diebus.

Quibus poſitis, occurrit difficultas, quid dicendum in caſu, quo in Eccleſia, ubi Canonicus Jubilatus ſuum poſſidet Canonicatum, vigeat conſuetudo, quòd infirmus non acquirat quindennia, & videretur prima facie reſolvendum, neque Jubilatum hoc caſu illa acquirere,
cùm Canonicus Jubilatus, qui æquiparatur infirmo, non habeat maius ius, quàm habet Canonicus infirmus, & in ſimili de Senatore emerito *Larrea alleg.*105. *num.* 17. *ac per tot. par.*2. 21
attamen contrarium cenſerem reſpondendum, quippè præterquamquòd conſuetudo huiuſmodi uti iniqua, ac irrationabilis non venit attendenda, præcipuè tanquàm talis non extenditur
ad æquiparata, & ſimilia etiam ex maioritate, 22
ac identitate rationis, in puncto *Pignatell. conſult. Canonic. tom.4. conſult.224. num.3. cum ſeqq.* & quaando etiam memorata conſuetudo ſuſtineretur, adhùc illa non eſſet extendenda ad Jubilatum, qui in favorabilibus tantùm infirmo adſimilatur.

Omiſſo, quòd nec benè arguitur ab infir- 23
mitate ad iubilationem, ſeu ab indulto conceſſo ex cauſa infirmitatis, ac impedimenti ad indultum conceſſum ex cauſa meritorum, ſivè diuturni ſervitii Eccleſiæ præſtiti, veluti advertit *Pignatell. ſæpè citata conſult.*224. *num.*12. *tom.*4. infirmus enim, quantumvis nullam contrahat culpam in non aſſiſtendo Capitulo, nullùm tamen habet meritum, è contrà verò iubilatus tanquàm ex cauſa proprii meriti, maiori etiam præmio, quàm infirmus, afficiendus eſt; proin-
deque Jubilatus dicitur per gloriam Eccleſiæ 24
adhùc inſervire, *Gratian. diſcept.*166. *nu.*1. *cum ſeqq.* quod de infirmo dici nequit.

Alia inſuper ſequitur difficultas magis abſtruſa, quid dicendum, ſi bona, ex quibus debentur

bentur quindennia, fuerint relicta Capitulo per paucos annos, antequàm iubilatus expleret ſervitium quadragenarium in Capitulo, ſicque ex defectu temporis non videretur iubilatus quoad participationem quindenniorum, adhùc tamen putarem, participare debere de quindennio, non obſtante defectu ſervitii quadragenarii in Capitulo reſpectu bonorum, quaſi quòd iubilatio
25 completa circa ſervitium in Choro ſuffragari debeat ſervitio in Capitulo, licet non completo, cùm per Jubilatum non ſteterit, ut in genere novorum fructuum, ſeu auctarum diſtributionum Canonicatus antè ſexdecim tantùm annos explendæ iubilationis ponderat *Bertachin. vot. 103. per tot.*

26 Hacque occaſione putarem, Auditores Sacræ Rotæ Romanæ, Inquiſitores, alioſque ſimiles Officiales habentes indultum lucrandi diſtributiones quotidianas in abſentia, ac ſi præſentes eſſent, de quibus *Barboſa de Canonic. & Dignitat. cap. 24. num. 1. cum ſeqq.* poſſe quoque participare de quindenniis, etenim diſpenſati ſuper reſidentia in Choro, habitique pro præſentibus in Choro, à fortiori cenſentur diſpenſati ſuper
27 reſidentia in Capitulo ex regula, quod conceſſo plus cenſetur conceſſum minus *cap. cui licet 53. de regul. Jur. in 6. l. non debet 21. ff. eod. Auth. multò magis C. de Sacroſanct. Eccleſ. Barboſ. axiom. 180. num. 2. Pyrrh. Corrad. in prax. benef. lib. 1. cap. 5. num. 15. cùm ſeq. lib. 2. cap. 6. num. 12. & lib. 5. cap. 7. num. 21.* longè autem plus eſt di-
28 ſpenſare in Choro, quàm in Capitulo, cùm Chorus tendat ad divinum cultum, Capitulum autem ad negocia, *Eſcobar à Corro de Horis Canonicis qu. 1. num. 2. cum ſeqq. Moneta de diſtribution. quotidian. par. 1. qu. 5. num. 35. cum ſeqq. & qu. 10. num. 11. cum ſeqq. & par. 2. qu. 2. n. 41.*

ARGVMENTVM.

Canonicus infirmus, licet ratione infirmitatis non aſſiſtat Capitulo, adhùc participare debet de quindenniis ex bonis Emphyteuticis per Capitulum manui mortuæ conceſſis.

SUMMARIUM.

1 *Canonicus Jubilatus participare debet de quindenniis.*
2 *Canonicus infirmus de eiſdem participare debet.*
3 *Canonicus infirmus percipit emolumenta Chori.*
4 *Conceſſo plus, cenſetur conceſſum & minus.*
5 *Diſtributiones accreſcentiæ nuncupatæ acquiruntur intereſſentibus.*
6 *Infirmus fingitur præſens.*
7 *Conſuetudo non participandi de quindenniis, uti irrationabilis non tenet.*
8 *Conſuetudo non participandi de diſtributionibus, tenet.*
9 *Cæcus benè intereſſe poteſt in Choro, cùm illius intereſſentia tali morbo non noceat, & Chorus ſua præſentia authorizatur.*
10 *Ad lucrandum diſtributiones quotidianas requiritur infirmitas gravis.*
11 *Docendum eſt de gravi ægritudine, ad hoc, ut Canonicus eligat per Procuratorem.*

CAPITULUM XC.

POſtquàm ſuprà in *præcedenti Cap.* comprobavimus, quòd Canonicus Jubilatus par- 1
ticipare debeat de quindenniis, benè ſequitur comprobandum, quòd Canonicus infirmus de 2
iiſdem quoque participare debeat ob fraternitatem, quam habet unus cum alio; undè proponitur in præſenti, quòd Canonicus infirmus, licet ratione infirmitatis non aſſiſtat Capitulo, adhùc participare debet de quindenniis ex bonis emphyteuticis per Capitulum manui mortuæ conceſſis. in puncto *Pignatell. conſult. Canon. tom. 4. conſult. 224. n. 7. cum ſeqq. D. Advocatus Urſaya Inſtitution. crimin. lib. 1. tit. 10. §. 3. nu. 9. repetit. poſt Tract. inter Doctores litera LL.* ubi ità reſolutum à Sacra Congregatione Concilii, hùc enim collimant omnes rationes in *ſuperiori Cap.* deductæ pro Canonico Jubilato, ideoque eo- 3
dem modo Canonicus infirmus percipere valens emolumenta Choralia, ratione nempè Chori ſibi debita ad *textum in cap. unic. §. Qui verò 1. de Cleric. non reſid. in 6. Barboſa de Canonic. & Dignitat. cap. 24. num. 27. cum ſeqq. Moneta de diſtribution. quotidian. par. 2. qu. 6. per tot. Lotter. de re benef. lib. 3 qu. 27. num. 133. cum ſeqq. Eſcobar à Corro de Horis Canonicis qu. 5. §. 2. num 90. cum ſeqq.* multò magis percipere valet emolumenta non Choralia, ſed Capitularia, ſeu quaſi Capitularia, ſivè potiùs extracapitularia, ex vulgata regula, quòd conceſſo plus, conſeatur conceſ- 4
ſum & minus, quale profectò eſt ipſum emolumentum quindenniale *cap. cui licet 53. de regul. Jur. in 6. l. non debet 21. ff. eod.*

Non obſtat, quòd ſicuti Canonicus Jubilatus non acquirit certas diſtributiones accreſcentias nuncupatas, quæ nempè vigore punctaturarum, 5
ſeu fallentiarum non intereſſentium acquiruntur intereſſentibus tantùm in Choro, *Pignatell. conſult. Canon tom. 9. conſult. 116. per tot.* ubi refert ſuper hoc *nu. 12.* in fine reſolutionem Sacræ Congregationis Concilii, ità non acquiret Canonicus infirmus alias diſtributiones quindenniales, ſed iſtæ accreſcent intereſſentibus tantùm Capitulo, quia diverſiſſima militat ratio in uno, & altero caſu, cùm Eccleſia magis indigeat miniſtris ad Chorum, quàm ad Capitulum, & Canonici magis ad illum teneantur, quàm ad iſtud, proindeque æquum videtur, ut Canonicus Jubilatus aliquod amittat ſaltem de certis diſtributionibus dividi ſolitis inter præſentes in Eccleſia.

Minùs obſtat, quòd infirmus habitus pro præſente fictione Juris, diminuto licet citrà illius culpam cultu divino, defraudatoque ſervitio Eccleſiæ, debet eſſe contentus lucro emolumentorum Choralium, non verò prætendere etiam emolumenta Capitularia, vel ſaltem quaſi Capitularia, qualia ſunt quindennia, hocque modo eſſe in omnibus, & per omnia ejuſdem conditionis aliorum aſſiſtentium tàm in Eccleſia, quàm in Capitulo, quia ſi de Jure quoad lucrandum in abſentia ratione infirmitatis, non obſtante diminutione cultus divini, infirmus fingitur 6
præſens, *Gallus de de fructibus diſp. 37. artic. 3. nu. 5.* procul dubiò à fortiori in caſu noſtro, ubi non verſatur diminutio cultus divini, de Jure habendus eſt in neceſſariam conſequentiam pro præ-

præſente etiam ad lucrandum in abſentia quindennia.

Quid autem dicendum, ſi in Eccleſia, in qua infirmus poſſidet Canonicatum, vigeat contraria conſuetudo non participandi de quindenniis in caſu infirmitatis, & putarem non obſtante hujuſmodi conſuetudine, adhùc participare
7 poſſe, quia uti irrationabilis, ac iniqua, ſeu contra omnem æquitatem non tenet, in terminis terminantibus *Pignatell. conſult. canon.* 224. *n.* 8. *cum ſeqq. tom.* 4. in nihilum obſtante, quod ſicuti
8 contraria conſuetudo non participandi de diſtributionibus etiam ex cauſa infirmitatis tenet, ut teſtantur *Eſcobar à Corro de Horis Canonic. q.* 5. §. 2. *n.* 142. *& qu.* 6. *nu.* 66. *in fine verſiculo limita quinto, Tranchedin. conſultat. tom.* 2. *conſult.* 90. *n.* 5. *cum ſeq. Moneta de diſtribution. quotid. par.* 2. *qu.* 6. *nu.* 23. *in fine verſiculo potiùs verò*, ubi refert declarationem Sacræ Congregationis Concilii, itâ contraria conſuetudo non percipiendi de quindenniis etiam ex cauſa infirmitatis tenere deberet, quia magis, ac meliùs ſalvari, & ſuſtineri poteſt talis conſuetudo circà diſtributiones quotidianas etiam in infirmitate non lucrandas ob favorem ſervitii Eccleſiæ in divinis, quæ ratio ceſſat in quindenniis nihil commune habentibus cum ſervitio Chori, neque debitis ratione illius, ſed ratione bonorum Capituli.

Quid inſuper dicendum, ſi infirmitas conſiſtat in cæcitate, vel ſurditate, an etiam in hac ſpecie infirmitatis ſit locus acquiſitioni quindenniorum favore taliter infirmi, & putarem in tali caſu non eſſe locum, quia ſi talis tenetur ad
9 lucrandum diſtributiones intereſſe Choro eo, quòd intereſſentia hujuſmodi non nocet tali morbo, & Chorus ſua præſentia authorizatur, *Eſcobar à Corro de Horis Canonicis qu.* 5. §. 2. *n.* 91. *in fine verſiculo quamvis in rei veritate*, quantò magis intereſſe debebit Capitulo, quod ſua præſentia authorizet.

Quid denique dicendum, ſi infirmitas fuerit levis, an adhùc hoc caſu ſit locus participationi quindennii, & crederem in caſu cujuſcumque infirmitatis participari poſſe de quindennio, cùm ad illud percipiendum nulla requiratur præſentia in Capitulo, prout illa requiritur in Choro,
10 undè ad lucrandum diſtributiones quotidianas requiritur infirmitas gravis, *Tranchedin. conſult. tom.* 2. *conſult.* 90. *n.* 3. *cum ſeqq. ac per tot.* quidquid etiam ſit, ſi ageretur de materia, in qua requiritur omninò intereſſentia Capitularis, ve-
11 luti in actu electionis, vel ſimili ad hoc, ut Canonicus compareat in Capitulo per Procuratorem docto de legitimo impedimento ex gravi ægritudine ad celebres *text. in c. quia propter* 42. §. *Illud autē* 4. *de electione, c. ſi quis juſto* 46. *eod. in* 6. *Lauor. de electione cap.* 17. *nu.* 62. *Paſſerin. eod. tract. cap.* 10. *n.* 35. *Raguccius de voce in Capitulo quæſit.* 30. *n.* 9. *cum ſeqq. Card. de Luca de Benefic. diſc.* 30. *n.* 5. *Rota in recent. dec.* 371. *n.* 2. *cum ſeqq. dec.* 374. *nu.* 4. *cum ſeqq. par.* 14. *dec.* 796. *num.* 1. *cum ſeqq. par.* 18.

ARGVMENTVM.

Canonicus furioſus, durante furore participare debet de quindenniis.

SUMMARIUM.

1 *Inter pœnas inobedientium Deo adnumeratur furor.*
2 *Extenſio facienda eſt ob identitatem rationis.*
3 *Non eſt addenda afflictio afflicto.*
4 *Quindennia debentur ex conſenſu, qui fingitur ſingulis quindecim annis præſtari.*
5 *Furioſus nec tacitè, nec expreſsè conſentit.*
6 *Filius acquirit patri etiam furioſo.*
7 *Tacita voluntas furioſi ſufficit in favorabilibus.*
8 *Furioſus habetur pro mortuo.*
9 *Hoc intelligitur in præjudicialibus.*
10 *Tenet conſuetudo, quòd fructus Canonicatus acquirantur ſolis intereſſentibus.*
11 *Tali caſu Canonicus infirmus non acquirit quindennium.*
12 *Contrarium in Canonico furioſo.*

CAPITULUM XCI.

Viſo jam, quòd in caſu corporalis infirmitatis Canonicus participat de quindenniis, nunc videndum, quòd etiam in caſu infirmitatatis mentalis de illis participare debeat, ſanèque magis dignus miſeratione videtur infirmus mente, quàm corpore, dum inter pœnas à Deo 1
comminatas inobedientibus legitur etiam infirmitas mentalis -- *percutiat te Dominus amentia, & cæcitate, ac furore mentis, Deuteronom.* 28. 27. undè firmatur in præſenti, quod Canonicus furioſus, durante furore participare debet de quindenniis, non enim minori favore proſequendus infirmus mente, quàm corpore, quodve in caſu infirmitatis corporalis reſolutum eſt, trahendum venit ad caſum infirmitatis mentalis ob 2
identitatem, ſeu majoritatem rationis, *Barboſa in loc. commun. loc.* 68. *num.* 1. *cum ſeqq.* adeò, ut, ſicuti furioſus in favorabilibus habendus eſt pro præſente ad effectum acquirendi fructus ratione Chori, itá propemodùm, majorique ratione habendus eſt pro præſente ad effectum acquirendi fructus ratione Capituli, qualia ſunt quindennia, præſertim cùm licet aſſiſtere nequeat Capitulo, nihilominùs non indè deſinit eſſe de Capitulo; alias ſi Canonicus furioſus non acquireret ſuam ratam quindennialem, adderetur afflictio afflicto contrà regulam Juris, de qua 3
Barboſa axiom. 18.

In nihilum refragante, quòd quindennia debeantur ex conſenſu, qui ſingulis quindecim 4
annis fingitur præſtari per Capitulum manui mortuæ ſolventi laudemium hujuſmodi quindenniale ex deductis ſuprà in *Cap. I.* verùm quia 5
furioſus neque expreſsè, neque tacitè conſentire valet *Clement. ſi furioſus un. de homicid. l.* 1. §. *furioſum* 12. *ff. de obligation. & action. l. Julianus* 10. *ff. de Curator. furioſ. l. quod Servius* 8. *ff. de condict. indebit. l. qui ad certum* 14. *ff. locat. l. furioſi* 40. *ff. de regul. Jur.* quia iſte conſenſus eſt fictus, & tamquàm talis magis idealis, quàm verus, & realis, immò quando etiam ille re vera requireretur, benè ſuppleri poſſet per alios Concapitulares, qui pro Canonico furioſo conſentire poſſunt, & acquirere ſocio furioſo ad inſtar filii acquirentis patri etiam furioſo *l. patre* 6
furioſo 8. *ff. de his, qui ſui, vel alien. Jur.* præterquamquòd quotiès, ut in caſu, agitur de 7
commo-

commodo furioſi, cenſetur intercedere tacita voluntas, quæ ſufficit, *Alteſerra de fiction. Jur. tract.1. cap.25. poſt princip. verſ. furioſus in princ.*

8 Minùs relevat, quòd furioſus uti habitus pro mortuo *l. qui ad certum 14. ff. locat. l. bonorum 24. ff. rem rat. haber. l. ſi ei, qui poſt 2. §. furioſus 3. ff. de jure Codicill. l. Divus 14. ff. de offic. Præſid. l. furioſum 9. C. qui teſtam. facer. poſſ. Valenzuela Velazquez conſil. 31. n. 21. vol. 1. Pariſius de reſignat. Benefic. lib. 3. qu. 8. n. 4. & lib. 9. qu. 1. n. 15. & qu. 49. nu. 2. Baeza de inope debitor. cap. 9. n. 2.* non poſſit acquirere quindennium, quia dicitur
9 mortuus in his tantùm, quæ illius damnum, non autem in illis, quæ ipſius utilitatem reſpiciunt, qualis eſt ipſa perceptio quindennii *l. ſi unus 28. §. 1. ff de pactis, l. ſed & ſi 5. §. injuriam 1. ff. ad leg. Aquil. l. eum, qui 5. §. 1. ff. de conſtit. pecun. l. de citationibus 27. C. de Epiſcopal. audient. Torr. de Majoratu Italiæ par. 2. qu. 11. n. 23.*

Quibus firmatis, & aliis vindicatis, occurrit difficultas, quid dicendum, ſi in Eccleſia, ubi furioſus retinet Canonicatum, adſit conſuetudo, quòd fructus Præbendales ſolis intereſſentibus diſtribuantur, etiamſi aliquis ſit infirmus, quæ
10 conſuetudo tenet juxta latè tradita per *Tranchedin. conſult. forenſ. tom. 2. conſult. 90. n. 5. cum ſeq.*
11 an nempè ſicuti hoc caſu Canonicus infirmus corporaliter non acquirit fructus, prout nec illos acquirit infirmus mentaliter juxta punctualiter firmata per *Rotam dec. 18. num. 2. cum ſeqq. ac per tot. poſt Remocamp. de Coadiutor.* ità infirmus mentaliter non acquirat fructus quindenniorum, & exiſtimarem, non obſtante contraria
12 conſuetudine, adhùc in hoc caſu acquiri poſſe quindennia per infirmum mentaliter, proùt illa acquiri per infirmum corporaliter, licet vigente eadem conſuetudine ſuprà oſtenſum eſt in *Cap. XC.* & in terminis furioſi Baſilicæ Vaticanæ S. Petri de Urbe, de quo in *prælaudata deciſ. 18. poſt Remocamp. de Coadiutor.* non obſtante ſimili conſuetudine ità deciſum fuit per *Rotam in Romana Coadiutoriæ ſuper quindenniis, & laudemiis 14. Maji 1696. coram Muto, regiſtrata poſt Remocamp. de Coadiutor, inter Deciſion. in ordine la 19. & repetita poſt Tract. inter Deciſion. S. Rotæ Rom. in ordine la XIII.*

ARGUMENTUM.

Canonicus in pupillari ætate creatus, non habens vocem in Capitulo ratione duplicis defectus, tàm ætatis nimirùm, quàm Sacrorum Ordinum *à Sac. Concilio Tridentino ſeſſ. 22. de Reform. cap. 4.* injunctorum, adhùc participare debet de quindenniis pro æquali portione cum aliis Canonicis non pupillis, & ordinatis attamen in ſacris.

SUMMARIUM.

1 *Olim etiam pupillus, Canonicus eſſe poterat.*
2 *Poſt Concilium nemo eſſe poteſt Canonicus, niſi poſt pubertatem in Collegiata, & in Cathedrali intrà annum, quo ordinari poſſit in ſacris.*
3 *Canonico pupillo ſola vox in Capitulo cenſetur ſublata.*
4 *Pupillus effectus Canonicus per viam diſpenſationis, non habet vocem in Capitulo.*
5 *Idem firmatur, de quo in num. anteced.*
6 *Canonicus non ordinatus in ſacris non habet vocem in Capitulo.*
7 *Talis participat de quindenniis.*
8 *Portionarii, & ſimiles, licet habeant vocem in Capitulo, attamen non ſunt de Capitulo.*
9 *Canonicus pupillus acquirere poteſt quindennium.*
10 *Pupillus non habet velle, neque nolle.*
11 *Singulis quindecim annis fingitur ſequi alienatio emphyteuſis, ac proindè ſolvitur quindennium.*
12 *Tutor præſtare debet conſenſum pro pupillo.*
13 *Pupillus ſuam conditionem meliorem facere poteſt ſine Tutore.*
14 *Contrarium procedit in præjudicialibus pupillo.*

CAPITULUM XCII.

Præmiſſo, quòd, licet olim de jure communi quis Canonicus eſſe poſſet etiam in 1
pupillari ætate *cap. ex eo 32. de electione in 6.* poſt 2
Concilium nemo ad Canonicatum in Collegiata aſſumi valeat, niſi poſt pubertatem, & ad Canonicatum in Cathedrali, intrà annum, quo ordinari poſſit in ſacris ex traditis per *Narbon. de ætate anno 14. qu. 55. cum ſeq. per tot. anno 22. qu. 2. per tot. & qu. 4. n. 6. Perez de Lara de vita homin. cap. 29. num. 14. Barboſa de Canonic. & Dignitat. cap. 13. per tot. Card. de Luca de Benefic. diſcurſ. 17. num. 17. diſcurſ. 24. num. 6. diſcurſ. 60. num. 6. & diſcurſ. 95. ſub nu. 15. in fine, & n. 18. & in annot. ad Concil. diſcurſ. 24. nu. 4. cum ſeqq. Berſan. de pupill. cap. 1. quæſt. 6. num. 5. cum ſeqq.* cùm autem ad ſupplantandum pupillum Canonicum alii Canonici præſumant totum quindennium ſibi acquirere ſub ſpecioſo prætextu ætatis inidoneæ ad intereſſendum Capitulo, ibique ſuffragium ferendum, perque conſequens ſub alio prætextu inhabilitatis ad conſequendum emolumenta Capitularia, quibus adſcribuntur iſta quindennialia, uti provenientia ex bonis, effectibus, ſeu juribus totius Capituli, quod ingredi nequit pupillus, nè iſte indefenſus remaneat, & ob nativam ſimplicitatem miſerè ſuffocatus à pleno torrente Canonicorum, firmatur in præſenti, quod Canonicus in pupillari ætate creatus, non habens vocem in Capitulo ratione duplicis defectus, tàm ætatis nimirùm, quàm ſacrorum Ordinum à *S. Concilio Tridentino ſeſſ. 22. de Reform. cap. 4.* iniunctorum, adhùc participare debet de quindenniis pro æquali portione cum aliis Canonicis non pupillis, & ordinatis attamen in ſacris, quia collatus Canonicatus abſque aliqua exceptione emolumentorum perneceſſe importat quoque emolumenta quindennialia, quæ propriè ſunt Canonicalia, ſeu fructus Canonicatus, quorum acquiſitionem profectò impedire non debet ſolus defectus ætatis, qui in ſe tanquàm naturalis, non eſt culpoſus, proindeque nec dignus pœna amiſſionis quindenniorum, cùm per pupillum non ſtet, quòd non ſit pubes, undè modica ætas non debet illi obeſſe ad acquirendum quindennium, prout illa non obeſt ad acquirendum reliqua emolumenta Canonicalia inter cœteros Canonicos dividi conſueta, ſibique jure Canoniæ competentia, ità, ut cenſeatur quidem ſub-
latus pupillo alius fructus non burſalis, ſed 3
dumtaxat præeminentialis, & honorificus, qualis

lis eſt vox in Capitulo *Barboſa de Canonic.& Dignitat. cap.* 40. *num.*2. quod emolumentum uti conſiſtens in mera, ac nuda auctoritate non ſit appetibile, & æſtimabile in opinione pupilli nondùm fumoſi, nec capacis auctoritatis, & honorificentiæ, emolumentum autem quindenniale, uti intrans in burſam, debet vice verſa procurari à Tutore ad impinguandum patrimonium pupilli.

4 Nec obſtat, quòd pupillus effectus Canonicus, niſi expreſsè diſpenſatus ſit ad vocem, non habet vocem in Capitulo, ob ſtrictiſſimam naturam interpretationis, *Pyrrh. Corrad. in prax. diſpenſation. Apoſtolic. lib.*1.*cap.*5.*n.*26. *Franciſc. Marcus deciſ. Delphin.*1177. *num.*2.*par.*1. undè

5 fit, quòd nec habet vocem in Capitulo, *Berſan. de pupill. cap.*1. *qu.*4. *num.*15.*cum ſeqq.* quia ſaltem, uti talis Canonicus eſt de Capitulo, quantumvis in illo ob defectum ætatis per accidens non habeat vocem, quod ſufficit ad acquirendum quindennium, cùm non implicet ob aliquod impedimentum præſertim legitimum, ut illud pupillaritatis, non habere vocem, & tamen

6 eſſe de Capitulo, exemplo Canonici non ordinati in ſacris, qui, quamvis non habeat vocem in Capitulo, reſiſtente *Sacroſancta Tridentina Synodo ſeſſ.*22. *de Reform. cap.*4. nihilominùs eſt de Capitulo, proindeque jure merito etiam ille

7 participat de quindenniis non obſtante defectu vocis in Capitulo ex latè per nos cumulatis infrà *Cap.XCIV.* immò potiùs ex diametro quandoque dari poteſt, quòd quis habeat vocem in Capitulo vigore Statuti, aut conſuetudinis, & tamen non ſit, nec reputetur de Capitulo, for-

8 ſitan quia non eſt Canonicus, veluti de Portionariis, cœteriſque Beneficiatis nonnullarum Eccleſiarum habentibus vocem in Capitulo non indè tamen Capitularibus, proindeque participare non valentibus de quindennio, uberiori calamo agimus infrà *Capit. CXV.* cùm ad eſſentiam Capitularitatis requiratur omninò qualitas Canonicalis, quæ verè adeſt in pupillo eo ipſo, quòd ad Canonicatum aſſumitur, ut patet ad ſenſum.

Non omiſſo, quòd pupillus, non obſtante

9 defectu vocis in Capitulo, benè poteſt quindennium dependens ab actu extracapitulari, ſibi acquirere, *Rota ad Card. de Luca ſuper materia Beneficiorum deciſ.*23. *num.*3.*& deciſ.*24. *nu.* 20. *lib.*12. *tom.*2.

10 Minùs obſtat, quòd pupillus non habens velle, neque nolle *l. pupillus* 149. *ff. de regul. jur.*

11 præſtare nequeat conſenſum pro ficta, ſeu imaginaria alienatione, quæ fingitur ſequi ſingulis quindecim annis ex ſuprà congeſtis in *Capit. I.* quia vel nullus requiritur conſenſus, vel fictus etiam ſufficit, in favorabilibus pupillo habitus pro præſtito, vel quando ille requireretur (quod negamus) eo quod emphyteuſis non alienatur in diverſam perſonam, ſed ſemper remanet pe-

12 nès eandem manum mortuam, præſtandus veniret à Tutore *l. quamvis* 32. §. *Infans* 2. *ff. de acquir. poſſeſſ.* præterquamquòd benè ſuppleri poteſt ab aliis Canonicis pro pupillo, & nomine quoque pupilli conſentientibus, ſivè cōſentire viſis ſub ſuppoſito irrefragabili motivo qualis qualis Capitularitatis penès pupillum ſaltem in habitu reſidentis, licet actu inexercibilis ob ætatis imbecillitatem, ſicque in hac parte in ſuſpenſo manentis, verùm poſteà in pubertate, & in aſcenſu ad ſacros Ordines ad actum reducendę.

His accedit, quòd pupillus meliorem ſuam conditionem facere poteſt etiam citrà auctoritatem tutoris, acquirendo quindennium §. 1. 13
Inſtitution. de authorit. tutor. & curator. cùm non agatur in hoc caſu de obligando pupillo, nec de actu damnoſo, ſed potiùs de lucroſo, quid- 14
quid ſit, ſi pupillus eſſet in damno, vel obligaretur ad aliquid *l. obligari* 9. *in princip. ff. de auctor. tutor. l. neque* 2. *C. de auctor. præſtand.*

ARGUMENTUM.

Etiamſi vigeat Statutum, vel conſuetudo Eccleſiæ, quòd duo germani fratres Canonici in eadem Eccleſia, eodem tempore ſuperſtites careant voce in Capitulo, adhùc ambo participare poſſunt de quindenniis.

SUMMARIUM.

1 *De Jure communi duo fratres Canonici habere poſſunt vocem in Capitulo.*
2 *Idem de Patruo, & Nepote.*
3 *Simile Statutum viget in Ordine S. Franciſci.*
4 *Quod confirmatum fuit ab Urbano VIII.*
5 *Utilius eſt Eccleſiæ multos habere conſultores.*
6 *Tertia ſoror Monialis profeſſa non habet vocem in Capitulo.*
7 *Duo fratres viventes creari nequeunt Cardinales.*
8 *Idem procedit in Patruelibus Amitinis, & Conſobrinis.*
9 *Idem in Patruo, & Nepote.*
10 *Statutum, ſeu conſuetudo auferens vocem in Capitulo duobus fratribus Canonicis, ſunt ſtrictim interpretanda.*
11 *Admiſſio plurium fratrum in eodem Collegio non eſt laudabilis ob monopolia.*
12 *Auctor invehit contra quoſdam fratres.*
13 *Ceſſante cauſa, propter quam aliquid prohibetur, ceſſare quoque debet ratio prohibitionis.*
14 *Statutum, & conſuetudo ſtrictim ſunt intelligenda.*
15 *Statutum unum tantùm effectum operari debet.*
16 *Tantum poteſt Statutū, & conſuetudo, quantū lex.*
17 *Canonici non ordinati in Sacris participare debent de quindenniis.*
18 *Nullibi legitur, quòd duo fratres Canonici, etiamſi ex Statuto, aut conſuetudine non habeant vocem in Capitulo, non percipiant quindennium.*
19 *Tale Statutum non diſponit de rebus uti conceptum in perſonam.*

CAPITULUM XCIII.

Cum, præſcindendo à Jure communi permittente, vel ſaltem non prohibente duos, 1
aut etiam plures germanos fratres Canonicos poſſe habere vocem in Capitulo ex deductis per *Pignatell. conſult. Canonic. tom.*6. *conſult.*53. *n.*6. qui in ſimili refert reſolutionem Sacræ Congre- 2
gationis Concilii de Patruo, & duobus Nepotibus in eadem Eccleſia Canonicatus habentibus, quòd poſſint habere vocem in Capitulo *Nicol. Floſcul. verbo vox n.*8. *Monacell. formular. legal. pract. tit.*14. *formul.*8. *in adnotat. n.*6. *tom.*2.

dari

dari poſſit Statutum, vel conſuetudo particula-
ris Eccleſiæ de non ferendo ſuffragio in Capitulo
per duos germanos fratres, prout à ſæcularibus
exemplificando, in Regularibus eſt in viridi ob-
3 ſervantia ſimile Statutum in Ordine Fratrum
Minorum Obſervantium S. Franciſci ex *Recopi-*
lat. Statut. facta à Samaniego cap.10. de Capitul.
celebrand. cap.10. §.10. de Capitul. Provincial.
4 confirmatum ab Urbano VIII. per Breve inci-
piens *Exponi nobis*, ut ex illius *Conſtitutione in*
ordine la 189. Bullar.nov. Roman.tom.5. nec non
à Sacra Congregatione Epiſcoporum, & Regu-
larium ſub die 20. *Januarii* 1662. & à Sm̃o Dño
Noſtro Clemente Papa XI. ſub die 8. *Aprilis*
1701. quamvis ex alia parte non videatur valdè
5 rationabile tale Statutum, ſeu conſuetudo, cùm
utilius ſit Eccleſiæ multos habere Conſultores in
Capitulo, proindeque multos adeſſe Vocales,
ſeu Capitulares ad maturiùs decernendum Ca-
pitularia negocia, *Navarr. conſil.2. num.2. de*
conſuetud. Attamen (quod plus eſt) etiam in
6 Monialibus idem, vel ſatis ſimile practicatur,
dum tertia ſoror admiſſa ad Profeſſionem non
habet vocem in Capitulo, *Tamburin. de jure Ab-*
batiſs. diſput. 5. quæſt.4. nu.8. ubi refert Decreta
Sacræ Congregationis Epiſcoporum, & Regu-
larium, haud immeritò contingit in præſenti
diſceptari, quid ſtatuendum in caſu propoſito
facilè contingibili, & reſolvitur, quòd, etiamſi
vigeat Statutum, vel conſuetudo Eccleſiæ, quòd
duo germani fratres Canonici in eadem Eccle-
ſia, eodem tempore ſuperſtites careant voce in
Capitulo, adhùc ambo participare poſſnnt de
quindenniis, quippè ſcopus talis prohibitionis
tendit dumtaxat ad impediendum præpoten-
tiam, quæ facilè oriri ſolet (ut quotidiana ex-
perientia in omnibus ferè negociis docet) ex in-
terventu duorum fratrum, ex qua cauſa duo
7 germani fratres eodem tempore viventes creari
nequeunt in Cardinales ad evitandum pernicio-
ſiſſimas factiones potiſſimùm in electione Pon-
tificis juxta *Conſtitutionem 22. Julii III. in Bul-*
lar. Rom. tom.1. & Conſtitut. 59. §. 17. Sixti V.
8 *tom.2.* ubi extenditur ad Patrueles amitinos, &
conſobrinos, immò §. 18. ad Patruum, ſeu
9 Avunculum, & ad Nepotem ex fratre, vel ſoro-
re, quod tamen aſſiduo experimento non ſerva-
tur, non autem ad impediendum legitimam
acquiſitionem debitorum emolumentorum Ca-
pitularium, ſivè veriùs quaſi Capitularium, quæ
nihil commune habent cum præpotentia, extrà
10 Capitulum minimè conſiderabili, & Statutum
hujuſmodi, ſeu conſuetudo in ſe odioſa, uti à
jure exorbitantia, & ipſius juris correctoria,
ſtrictim veniunt interpretanda, nec de caſu ad
caſum extendenda, quominùs fieri poſſit, læ-
dant jus commune permittens, vel ſaltem non
prohibens duorum, aut etiam plurium fra-
trum receptionem in Canonicos cum voce acti-
va, & paſſiva in Capitulum ad *text. in l. Papi-*
nianus 20. ff. de minor. l. ſi ſervi 2. C. de noxal.
action. Moneta de diſtribution. quotidian. parte 2.
qu.12. num.23. Pignatell. conſult. Canonic. tom.4.
conſult. 35. nu. 33. cum ſeq. Molina de Primogen.
Hiſpan. lib.2. cap.5. n.60. Salgad. in labyr. creditor.
par.2. cap.9. n.3. & cap.10. n.40. & 45. Maſcard.
de general. Statut. interpretat. conc.4. num.4. cum
ſeq. & num.51. & 53. Card. de Luca de judic.
diſcurſ.35. num.66. de legitim. diſc.1. num. 15. in
fin. de dote diſc.13 ſub n.8. diſc.104. n.4. diſc.108.
ſub n.7. & diſc.109. ſub nu.3. de credit. diſc.128.
num.4. & diſc.142. num. 7. de feud. diſc. 92. ſub
num.7. de teſtam. diſc.10. ſub num.6. de ſucceſſion.
diſc.49. n.7. Rota cor. Innocent. X. deciſ.255. n.5.
Coccin. deciſ.624. num 8. deciſ.1447. num.11. &
deciſ.1475. num.1. in recentior. deciſ.241. num.6.
deciſ.377. num.5. par.18. tom.1. deciſ.494. n.14.
deciſ. 820. num. 19. cum ſeq. ead. par.18. tom. 2.
deciſ. 165. num. 8. par. 19. deciſ. 425. num. 6.
deciſ. 436. num.20. deciſ. 449. num.2. deciſ.484.
num.10. cum ſeq. deciſ.504. n.6. deciſ. 547. n.11.
ead. par.19. tom.2. eſt benè verum, quòd admiſ- 11
ſio plurium fratrum in eodem Collegio, Capi-
tulo, vel corpore non eſt laudabilis ob mono-
polia, & partialitates, *Card. de Luca de Canonic.*
diſcurſ.21. num.22. niſi ſint de illis fratribus, qui 12
(prout experior) ſtudent obſcurare nomen, &
gloriam fratrum, eoſque valentes adjuvare, ne-
gligunt coloratis ſubterfugiis, quæ apud Deum,
qui eſt ſcrutator renum, non poſſunt eſſe acce-
pta; Ità, ut ceſſante cauſa, propter quam aliquid 13
prohibetur, ceſſare quoque debet ratio prohi-
bitionis, nec militante eadem ratione ſileat ea-
dem diſpoſitio *l. dies 4. §. Totiès 6. ff. de damn. in-*
fect. l. cùm quid 3. ff. de reb. credit. ſi cert. petat. ubi
Purpurat. n.110. in fine verſic. ſecundò declaretis,
Andr. Sicul. conſil.16. col.3. verſic. non obſtat, cùm
dicitur, lib.1. Bartol. in l. non dubium 5. nu.9. C. de
legib. Bald. ibid. n.5. Fagnan. in cap. ſicut unire 8.
num.45. in fine, de exceſſ. Prælat. Dynus in cap. fin.
n.12. cum ſeqq. de regul. jur. in 6. Rota cor. Coccin.
deciſ.1127. nu.17. immò valdè alienum videtur
à mente ſtatuentium, vel conſuetudinis, quòd
ſub ſolo prætextu interdictæ vocis voluerint in-
ducere etiam privationem quindẽniorum, quan-
do hæc non dependent à Capitulo, ſicque à vo-
ce in illo, ſed benè acquiruntur extrà Capitu-
lum, undè, nè aliàs abſonus intellectus ſequa-
tur, ſtrictè intrà ſuos cancellos venit tàm Sta- 14
tutum, quàm conſuetudo intelligenda *Maſcard.*
de gener. Statut. interpret. conc.4. num.114. ità, ut
unum tantùm effectum operari debeat, prohi- 15
bitæ nempè vocalitatis, non autem duplicem,
amiſſionis nimirùm quindenniorum, & prohi-
bitionis vocis, *Gratian. diſc.382. num.21. Cirocc.*
diſc.36. num.24. Rota in recentior. deciſ.241. n.7.
par.18. tom.1.

Præterquamquòd, ſi aliter reſolveretur in
præſenti, ferè intolerabile ſequeretur abſurdum,
quòd nempè plus poſſet Statutum, ſeu conſue-
tudo, quàm ipſa lex, quando è contrà tantum 16
poteſt Statutum, & cõſuetudo, quantum lex, non
autem plus, *cap. conſuetudo 5. diſtinct.1. cap. fin.*
de conſuetud. §. Ex non ſcripto (vel, ut alii legunt)
ſine ſcripto 9. Inſtitution. de jur. natur. gent. & civil.
l. de quibus 32 ff. de legib. l. conſuetudinis 2. C. quæ
ſit long. conſuetud. Barboſa axiom.56. nu.6. atta-
men in *ſeq. Cap. XCIV.* firmatur, quòd Canoni-
ci non conſtituti in ſacris, quantumvis de jure 17
non habeant vocem in Capitulo, poſſunt nihi-
lominùs percipere quindennia; qui profectò ca-
ſus acquiſitionis quindenniorum tanquàm non
præviſus, nec proviſus à lege, dicitur abſolutè
omiſſus, & remanet ſub diſpoſitione juris com-
munis, juxta quam nullibi legitur, quòd duo
fratres Canonici, etiamſi ex conſuetudine, aut 18

Bbb Sta-

Statuto arceantur à jure ſuffragandi in Capitulo, ob id intelligantur quoque excluſi à quindenniis ſub ſolo prætextu prohibitæ vocalitatis. *l. ſi extraneus 6. ff. de con liction. cauſ. dat. l. commodiſſimè* 10. *ff. de liber & poſthum. Milaz. aſſertion. jur. aſſert. 29. n. 28. cum ſeqq. & 35. & aſſert. 31. num.* 10. *Rota coram Coccino deciſ.* 111. *num.* 15. *deciſ.* 1664. *num.* 8. *& deciſ.* 1815. *num.* 36. *Innocent. X. deciſ.* 543. *num.* 8. omiſſo, quòd Statu-
19 tum hujuſmodi uti conceptum in perſonam, non diſponit de rebus, ſicque de quindenniis ex vulgatis.

A R G V M E N T V M.

Canonici nondùm in Sacris Ordinibus conſtituti, proindèque nondùm habentes vocem in Capitulo, adhùc tamen participant de emolumentis quindenniorum debitorum ex bonis de directo dominio Capituli, poſſeſſis per manum mortuam.

S U M M A R I U M.

1 *Canonicus non ordinatus in ſacris, non habet vocem in Capitulo.*
2 *In quadam Congregatione particulari reſolutum fuit, Canonicum non ordinatum in ſacris participare de quindenniis.*
3 *Canonicus ſtatim dicitur eſſe de Capitulo per Canonicatus poſſeſſionem, licet non ſit in ſacris.*
4 *Portionarii habere poſſunt vocem in Capitulo, & tamen non ſunt de Capitulo.*
5 *Ad percipiendum fructus Canonicales requiruntur actus Capitulares.*
6 *Poteſt contingere, quòd in una Eccleſia unus tantùm Canonicus ſit in ſacris.*
7 *Canonicus non conſtitutus in ſacris, habet ſaltem vocem conſultivam.*
8 *Dari poteſt, quòd ex Statuto Eccleſiæ Canonicus habeat ſolam vocem conſultivam ad aliquod tempus.*
9 *Jus nominandi per Turnum eſt exercibile per Canonicum Turnarium.*
10 *Canonici non ordinati in ſacris, ſunt capaces delegationum Apoſtolicarum.*
11 *Canonici etiam non exercentes actus Capitulares participant de quindenniis.*
12 *Si ex immemorabili conſuetudine Canonici gaudeant libertate à ſacris Ordinibus, fortiùs ſunt capaces quindenniorum.*
13 *Laudemium ſolvitur pro inveſtitura.*
14 *Quindennia ſolvuntur ex generali conſuetudine.*
15 *Laudemium debetur pro mutationæ perſonæ.*
16 *Laudemium non ſolvitur pro conſenſu, ſed pro inveſtitura, ſeu poſſeſſione.*
17 *Ex venditione neceſſaria debetur laudemium, & quindennium.*
18 *Canonicus non ordinatus in ſacris non habet vocem in Capitulo.*
19 *Salarium augetur aucto labore, vel ſervitio.*
20 *Non ordinatus in ſacris, tamquàm non habens vocem in Capitulo, non eſt de Capitulo.*
21 *Portionarii, vel alii ſimiles in tantum non ſunt de Capitulo, in quantum non ſunt Canonici.*
22 *Non ordinatus in ſacris dicitur de Capitulo.*
23 *Non ordinatus in ſacris conſentire non poteſt.*

C A P I T U L U M XCIV.

UT Canonici Cathedralium, ac Collegiatarum Eccleſiarum faciliùs invitarentur ad ſe inſigniri faciendum ſacris Ordinibus, tàm jus Canonicum in *Clement. ut ii 2. §. Illi verò unic. de ætate, & qualitate*, quam ipſum *Sac. Concil. Tridentinum ſeſſ. 22. de Reform. cap. 3. in princip.*
rationabiliter ſubſtulit præmium, & honorem, 1
vocis in Capitulo quibuſcumque Canonicis ſacris Ordinibus non initiatis, de quo abundè *Barboſa ad Concil. loc. citat. & de Canonic. & Dignitat. cap. 37. num. 3. cum ſeqq. & cap. 41. nu. 1. Ragucc. de voce in Capitulo qu. 24. num. 2.* undè occaſione conceſſionis emphyteuticæ per Capitulum factæ favore manus mortuæ, ac ſucceſſivæ ſolutionis quindenniorum per eandem manum mortuam faciendæ favore ejuſdem Capituli Domini directi intrat pulchra dubitatio ſuper participatione quindenniorum hujuſmodi, an illa nempe debeat etiam dividi pro æquali rata, ſeu intrante quantitate inter Canonicos nondùm in ſacris Ordinibus conſtitutos, proindeque nondùm ſuffragium ferre valentes in Capitulo juxta memoratam prohibitionem Conciliarem, & reſolvimus, quòd Canonici nondùm in ſacris Ordinibus conſtituti, proindeque nondùm habentes vocem in Capitulo, adhùc tamen participant de emolumentis quindenniorum debitorum ex bonis de directo dominio Capituli poſſeſſis per manum mortuam, prout
in terminis durioribus laudemiorum, & in no- 2
ſtris quindenniorum reſolutum fuit per Congregationem trium Eminentiſſimorum Purpuratorum, ac unius Prælati, prævia ſententia deſuper lata de anno 1705. inter Capitulum Collegiatæ Eccleſiæ S. Mariæ in Coſmedin, ſeu Scholæ Græcæ vulgò *alla Bocca della verità*, de Urbe, ejuſque Archipresbyterum in §. 40. ejuſdem ſententiæ, quæ regiſtrata legitur poſt *Tract. inter Doctores litera GG.* Canonici namque per ſolam Canonicatus aſſequutionẽ adeò perfectè omnia
jura Canonicalia acquirunt, ut ſtatim dicantur 3
eſſe de Capitulo, licet non ſint in ſacris, *gloſſ. in Clement. ut ii 2. de ætat. & qualit. verbo conſtitutus, verſic. ſed quid, Barboſa de Canonic. & Dignitat. cap. 37. nu. 2. & vot. Canon. deciſ. 77. conjectur. 6. num. 114. in princip. lib. 3.* immò compatibile eſt eſſe de Capitulo, & non habere vocem in Capitulo, ſicuti compatibile eſt viceverſa habere vocem in Capitulo, & tamen non
eſſe de Capitulo, ut accidit in Portionariis, 4
Pyrrh. Corrad. in prax. benefic. lib. 2. cap. 13. n. 48. cũ ſeq. adeoque emolumenta hujuſcemodi quindennialia, uti provenientia ratione bonorum emphyteuticorum per manum mortuam poſſeſſorum, & tamquàm pars fructuum eorundem bonorum, ut percipi valeant, non indigent formali actu Capitulari, cui intereſſe nequeunt Canonici nondùm in ſacris conſtituti, cùm longè aliud ſit non poſſe intervenire in Capitulo ob carentiam vocis, nec participare de actibus verè, ac formaliter Capitularibus, ut ſunt collationes Canonicatuum, ſeu electiones, ac ſimiles, aliud verò participare, vel non participare
de emolumentis, & fructibus bonorum, quam- 5
vis ad eorum perceptionem actus Capitulares requirantur, veluti in his puris terminis diſtinguit

guit *Card. de Luca de Canonic. diſc.*14. *nu.*9. *cum ſeq. repetit. poſt Tract. inter Doctores litera A.*

Aliàs maximum ſequeretur abſurdum, quòd,
6 ſi fortè in aliqua Eccleſia unus tantùm ex Canonicis eſſet in ſacris, prout contingere poſſe refert *gloſ. in Clem. ut ii 2. verbo conſtitutus verſiculo ſed quid, de ætat. & qualit.* iſte totum ſibi quindennium acquireret, penitùs excluſis aliis
7 omnibus; & ſaltem Canonici non conſtituti in ſacris habent vocem conſultivam, *Carol. Anton. de Luca ad Gratian. diſc. in cap.*482. *n.*6. *Card. de Luca in annot. ad S. Concil. Tridentin. diſc.*20. *n.*3. quæ ſola vox videtur ſufficiens ad acquirendum quindennia ex inferiùs doductis *Cap. CVII.*
8 Canonico ex Statuto Eccleſiæ habente ſolam vocem conſultivam in Capitulo uſque ad certum tempus, participante tamen de quindenniis ex per nos ibi congeſtis. Præterquamquòd talis actus participandi de quindenniis potiùs eſt extracapitularis, quàm Capitularis, vel non in totum, & rigorosè Capitularis, ut in durio-
9 ribus terminis juris nominandi per turnum exercibilis extrà Capitulum per Canonicum Hebdomadarium, ſeu Turnarium, *Rota ad Card. de Luca ſuper materia Beneficiorum lib.*12. *tom.*2. *deciſ.*23. *num.*15. *& deciſ.* 24. *num.* 2. *&* 20. *ac poſt Antonell. de jurib. & onerib. Cleric. deciſ.*14.
10 & de ſeſſione ad audiendas ſacras conciones, de aſſociando Epiſcopo, de ſuſcipiendis delegationibus, & ſimilibus, ubi etiam Canonici ſacris Ordinibus non inſigniti interveniunt, *Rota poſt Cipres de Pabodriis, ſeu Præpoſitur. Valentin. pag. mihi* 101. *circà fin. verſic. ſecundò conſiderarunt, & pag.*105. *in princip.*

Nec turbat, quòd Canonici non conſtituti in ſacris, licet in ſe habeant qualitatem, & præeminentiam Canonicalem, immò licet utantur ad inſtar aliorum Canonicorum actibus Choralibus, intereſſendo nempè Choro, proindeque ratione intereſſentiæ Choralis ſint digni condigno præmio pro labore, attamen uti carentes alia qualitate Capitulari ob impotentiam ſuffragandi in Capitulo, non viderentur poſſe, ſeu debere participare de emolumentis quindenniorum, quæ ſolummodò ſpectant ad eos, qui verè exercent actus Capitulares, quales ſunt ſoli Canonici in ſacris, tanquàm tales dumtaxat intervenientes in Capitulo, inque eo vocem activam habentes, quia, ut jam dixi, cùm emolumenta quindennialia ſint ratione bonorum, & tanquàm pars eorum fructuum,
11 benè poſſunt Canonici etiam non exercentes actus Capitulares, de illis participare, *Card. de Luca de Canonic. diſc.*14. *num.*6. *cum ſeqq. repetit. poſt Tract. inter Doctores litera GG.* fortiùſque, ſi
12 ex immemoriali conſuetudine Canonici gaudeant libertate à ſacris Ordinibus, cùm tunc ficta inculpabilis præſentia, & intereſſentia in Capitulo æquipararetur reali ad perceptionem quindenniorum, veluti in durioribus, immò terminantibus terminis *Pignatell. conſult. Canonic. tom.* 4. *conſult.* 224. *num.* 7. *&* 15. omiſſo, quòd pro conſequutione quindenniorum non requiritur actus Capitularis, cùm quindennia in hoc differant à laudemiis, quòd nimirùm lau-
13 demia ſolvantur poſt conſenſenſum capitulariter, ſeu per Capitulum Dominum directum præſtitum Emphyteutæ ad alienandum, pro inveſtitura, & traditione poſſeſſionis, ad *text. in l. fin. C. de jure emphyt. Niger de laudem. tom.* 1. *qu.*5. *num.*41. *cum ſeqq & tom.*2. *qu.*1. *num.*5. *& qu.*48. *nu.*2. *cum ſeqq. Fulgin. de jure emphyt. tit. de laudem. qu.*2. *nu.*6. quindennia verò ſolvantur 14
ex generali conſuetudine ratione poſſeſſionis, nempè manus mortuæ hac via per medium ſolutionis quindenniorum habilitatæ ad retinendum Emphyteuſim, non pro inveſtitura, quæ non eſt ampliùs neceſſaria, quippè prima ſufficit, quidquid, ſi ſingulis quindecim annis, quibus totidem quindennia exiguntur, nova fieret conceſſio, ſeu inveſtitura, & requireretur novus conſenſus Capituli, ſicque quindenniorum exactio nullo indiget præmeditato conſenſu Capituli Domini directi, perque conſequens neque conſenſu Canonicorum in ſacris non conſtitutorum, qui ex dictis etiam de Capitulo ſunt.

Præterquamquòd laudemium debetur pro 15
mutatione perſonæ *Fulgin. de jure emphyt. tit. de laudem. qu.* 7. *num.* 20. *& qu.*8. *num.*10. *&* 14. quindennium autem debetur pro eadem perſona, quæ eſt ipſa manus mortua; immò, etiam propriè loquendo, nec laudemium ſolvitur pro 16
conſenſu, ſed benè pro inveſtitura, & traditione poſſeſſionis, ſeu pro approbatione novi Emphyteutæ, *Panimolla deciſ.*4. *n.*27. *repetit. poſt Tract. inter Deciſion. exter. in ordine la V.* Undè videmus, quòd, quamvis in alienatione rei Emphyteuticæ expleta auctoritate legis, vel Principis, puta vigore retractus coactivi in caſu notiſſimæ Bullæ Gregorianæ ſuper jure congrui, vel in ſubhaſtatione ejuſdem rei emphyteuticæ non requiratur conſenſus Domini directi, quia ſivè velit, ſivè nolit, cogitur invitus rem ſuam vendere, attamen ſemper debetur laudemium, & 17
quindennium, veluti in præciſis terminis firmavit *Rota in Romana laudemiorum* 31. *Januarii* 1707. *coram Eminentiſs. D. Card. Priolo* §. *Irrelevans quoque, cum ſeqq. regiſtrata poſt Tract. inter Deciſion. S. Rotæ Rom. in ordine la XXI. n.*17. *cum ſeqq.* undè ſi quindennia acquiruntur tamquàm debita vigore generalis conſuetudinis independenter à conſenſu, qui non eſt neceſſarius, nihil implicat, quòd Canonici non habentes votum in Capitulo, poſſent participare de quindenniis, pro quibus percipiendis nullum requiritur votum in Capitulo, nullaque præſtatio conſenſus eo, quòd manus mortua non indiget nova inveſtitura, cùm ridiculum eſſet ſingulis quindecim annis novum Inſtrumentum ſtipulari abſque aliqua neceſſitate. Et quando etiam dato, & non conceſſo, quòd etiam ad perceptionem quindenniorum verè requireretur conſenſus Capituli Domini directi, adhùc iſte videretur poſſe ſuppleri per alios Canonicos in ſacris, conſentientes, qui præſumuntur conſentire tàm nomine proprio, quàm nomine aliorum Canonicorum in ſacris non conſtitutorum, tamquàm etiam de Capitulo, vel fingeretur in favorabilibus præſtitus, vel haberetur pro præſtito, præſertim cùm ſemper major pars Canonicorum conſtet ex Canonicis in ſacris, ſicque ex conſentientibus, ità, ut conſenſus præſtitus à majori parte Capituli ſuffragari debeat minori parti Canonicorum non conſentientium ob carentiam vocis, qui etiam cum aliis conſentirent, niſi à lege prohiberentur votare in Capi-

 tulo,

tulo, quidquid, ſi ex facto proprio conſentire valentes, nollent conſentire.

Minoris relevantiæ eſt, quòd immò ut faciliùs invitentur Canonici ad ſuſcipiendos Ordines ſacros, ſicuti à *S. Concilio Tridentino ſeſſ.* 27.
18 *de Reform. cap.* 4. privantur præmio vocis in Capitulo, donec illos ſuſcipiant, ità privandi ſint præmio quindenniorum, nè aliàs ſint ejuſdem conditionis, idemque præmium conſequantur non habentes vocem, quod conſequuntur illam habentes, ſicque nè minùs laborantes, minùſque inſervientes Eccleſiæ, eandem conſequantur magis laborantes, magiſque inſervientes Eccle-
19 ſiæ, contrà regulam, quæ habetur in materia ſalarii augendi quando augetur labor, vel ſervitium *Zacch. de ſalar. qu.* 11. *nu.* 2. ut in puncto quindennii advertit *Card. de Luca de Canonic. diſc.* 14. *num.* 12. *in med. repetit. poſt Tract. inter Doctores litera A.* quia objectum ad ſummum procederet, ſi Canonici non conſtituti in ſacris nullum haberent juris impedimentum ad votandum in Capitulo (prout re vera habent) & nollent ex propria voluntate intereſſe Capitulo. Ultraquamquòd quindenniũ non debetur propter aliquod ſervitium, ſed dumtaxat propter Canonicatum ex bonis Capituli, proindeque æquum non videtur, quòd ſoli Vocales illud percipiant, ſed benè compatitur, quòd etiam Capitulares, quales ſunt non ordinati in ſacris, licet non Vocales, idem percipiant.

Longèque minoris ponderis eſt animadverſio, quòd, cùm quindennia debeantur ſolis Canonicis habentibus qualitatem Capitularem, uti de Capitulo, ſequitur, Canonicum non conſtitutum in Sacris non poſſe participare de quinden-
20 niis, quippè talis tamquam non habens vocem in Capitulo, non eſt de Capitulo, *Card. de Luca de Canonic. diſc.* 4. *nu.* 5. *Rota dec.* 41. *nu.* 9. *&* 21. *poſt Antonell. de jurib. & onerib. Cleric.* quia auctoritates intelligendæ ſunt, quando in ſubjecta materia ultrà defectum qualitatis Capitularis deficit etiam qualitas Canonicalis, exemplifi-
21 cando in Portionariis, vel aliis, qui in tantum non ſunt de Capitulo, in quantum non ſunt Canonici, neque appellatione Canonicorum veniunt, *Solorzan. de jur. Ind. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 14. *n.* 12. *cum ſeqq. Sarav. de Jurisdictione Adjunct. qu.* 21. *n.* 5. *& qu.* 23. *n.* 4. *cum ſeqq. poſt Frances Urrytoguit de Eccleſ. Cathedral. Genuens prax. Cur. Archiep. Neapol. cap.* 85. *n.* 21. *in annotat. in med. verſiculo quinimmò, Tyrrh. Corrad. prax. beneſ. lib.* 2. *cap.* 13. *n.* 48. *in fine cum nn. ſeqq. Barboſa de Canonic. & Dignit. cap.* 37. *n.* 15. *in fine verſic. addit, Rota coram Card. Celſo dec.* 237. *n.* 1. *Coccino dec.* 1595. *nu.* 6. *cum ſeq. ac in recentior. deciſ.* 416. *n.* 5. *cum ſeq. par.* 1. *dec.* 459. *n.* 6. *cum ſeqq. par.* 5. Canonici autem non conſtituti in ſacris, quantumvis indè non habeant vocem in Capitulo,
22 attamen ſtatim ac Canonici ſunt, dicuntur de Capitulo, non obſtante defectu vocis in Capitulo, ut in terminis firmat *Rota coram Card. Cavaler. dec.* 109. *nu.* 11.

Leviſſimi tandem momenti eſt, quòd, cùm quindennia immediatè procedant ex ficto conſenſu Capitulari, qui præſtari fingitur ſingulis quindecim annis per Capitulum in ficta, ac imaginaria alienatione, quia non debet idem operari fictus conſenſus, quod operatur verus; & quando operaretur, attendenda ſemper venit prima cauſa, quæ eſt influens in cauſatum, nempè in ipſam fictam alienationem bonorum totius Capituli, in quam uti fructus referuntur ipſa quindennia, immò etiamſi requireretur ad effectuationem actus, ità ut ſatis eſſet intereſſe confectioni inſtrumenti, quando illud neceſſarium foret, licet Canonici in ſacris non conſti- 23
tuti conſentire non poſſent ob defectum vocis Capitularis, *Surd. conſil.* 84. *per tot. lib.* 1. *Burg. de laudem. par.* 2. *inſpect.* 7. *n.* 27.

ARGUMENTUM.

Canonici Pœnitentiarii, etiamſi non interſint Choro, & quandoque nec Capitulo, vel uti occupati ea hora in audientis Confeſſionibus, vel quia Statuto Eccleſiæ non habeant vocem in Capitulo, proindeque habiti pro intereſſentibus, ſeu præſentibus in ſibi favorabilibus tàm in Choro, quàm in Capitulo, cùm per illos non ſtet, quominùs utrobique interſint, inter fructus ſuorum Canonicatuum, ſeu Præbendarum adhùc participare poſſunt de emolumentis quindenniorum ex bonis emphyteuticis per Capitulum manui mortuæ conceſſis.

SUMMARIUM.

1 *Canonicus Pœnitentiarius inſtitui debet in Cathedralibus.*
2 *Talis Canonicus tempore confeſſionum habetur pro præſente in Choro.*
3 *Idem exemptionem ab officiis Capituli prætendere nequit.*
4 *Idem participare poteſt de quindenniis.*
5 *Ità reſolutum in quadam Congregatione Particulari.*
6 *Fructus incerti accreſcere debent ſolis intereſſentibus.*
7 *Quindennia ſunt ad inſtar cenſuum, & ſimilium.*
8 *Quindennia ſunt certiſſima.*
9 *Vel determinato ſaltem tempore certificanda.*
10 *Laudemium eſt quinquageſima pars pretii.*
11 *Conſenſus aperit ſolùm viam petitioni laudemii, non autem eſt illius cauſa.*
12 *Ad exigendum laudemium requiritur præſtatio conſenſus.*
13 *Quindennium, ſicuti laudemium, non præſtatur pro conſenſu, ſed pro inveſtitura.*
14 *Canonicus abſens à Choro ex aliqua legitima cauſa, lucratur fructus, & habetur pro præſente.*
15 *Officiales Cancellariæ diſpenſati ab intereſſentia, participant de emolumentis tantùm ordinariis.*

CAPITULUM XCV.

Cum juxta prudentiſſimam ſanctionem *Concilii Tridentini ſeſſ.* 24. *de reform. cap.* 8. *in fine verſiculo in omnibus etiam*, inſtituendus ſit per Ordinarios locorum in Cathedralibus Eccleſiis Canonicus Pœnitentiarius, qui tempore 1
audiendarum Confeſſionum, habetur pro præ- 2
ſente in Choro, de quo latè Barboſa ad *dict. Concil. Tridentin. n.* 3. *cum ſeqq. & de Canonic. & Dignitat. c.* 26. *per tot. Narbona de ætate anno* 40. *qu.* 1. *per tot.* licet exemptionem ab officiis Capi-

tuli

3 tuli prætendere nequeat , *Monacell. formular. le-*
gal. practic. Eccleſ. tit. 2. formula 4. n. 11. inſurgere
poteſt altercatio inter Capitulum , & Canoni-
cum Pœnitentiarium ſuper participatione emo-
lumentorum acquiri conſuetorum ex quinden-
niis pro bonis per idem Capitulum manui mor-
tuæ in Emphyteuſim conceſſis , & ſignanter ſi
non ſolùm Canonicus Pœnitentiarius non inter-
ſit Choro , ſed nec interſit Capitulo , vel quia
etiam ea hora occupatus ſit in audiendis Con-
feſſionibus , vel quia ex Statuto Eccleſiæ non
habeat vocem in Capitulo, quamobrem in præ-
ſenti firmatur , quòd Canonici Pœnitentiarii ,
etiamſi non interſint Choro , & quandoque nec
Capitulo , veluti occupati ea hora in audiendis
Confeſſionibus , vel quia Statuto Eccleſiæ non
habeant vocem in Capitulo, proindeque habiti
pro intereſſentibus , ſeu præſentibus in ſibi favo-
rabilibus tàm in Choro , quàm in Capitulo ,
cùm per illos non ſtet , quominùs utrobique in-
terſint, inter fructus ſuorum Canonicatuum, ſeu
4 Præbendarum adhùc participare poſſunt de
emolumentis quindenniorum ex bonis Emphy-
teuticis per Capitulum manui mortuæ conceſ-
ſis , ut in puncto quindenniorum reſolvit Sacra
Congregatio Viſitationis Apoſtolicæ , ad fa-
vorem Collegii Pœnitentiariorum unius ex Ba-
ſilicis Patriarchalibus de Urbe Eccleſiæ S. Ma-
riæ Majoris aliàs Liberianæ nuncupatæ contra
ejuſdem Capitulum , teſte *Card. de Luca de Ca-*
nonic. diſc. 14. *n.* 2. *in principio verſiculo in mani-*
bus autem cum nn. ſeqq. repetit. poſt Tract. inter
Doctores litera A. licet ipſe , ut ibidem ſubdit ,
ſcripſerit pro Capitulo tanquàm Advocatus , ac
5 in iiſdem terminis reſolvit etiam Congregatio
Particularis aliquorum Eminorum Cardinalium,
& unius Prælati Deputata à Sanctiſſimo Domi-
no Noſtro Clemente Papa XI. glorioſè ſedente
favore Archipreſbyteri Collegiatæ Eccleſiæ San-
ctæ Mariæ in Coſmedin, ſeu Scholæ Græcæ vul-
gò *alla Bocca della verità* de Urbe, contrà Capi-
tulum per ſententiam deſuper latam de an-
no 1705. veluti legere eſt in §.40. *regiſtrat. poſt*
Tract. int. Doctores lit. GG. quindennia namque
enumerari nequeunt inter fructus incertos , ac
6 eventuales, ſeu extraordinarios, qui ad formam
Sacri *Concilii Tridentini ſeſſ. 24. de Reform. cap,* 12.
circà fin. verſiculo diſtributiones verò , accreſcere
debeant ſolis intereſſentibus ob abſentiam Ca-
nonicorum Pœnitentiariorum , cùm potiùs in-
7 duant naturam fructuum certorum , ac invaria-
bilium adinſtar cenſuum , canonum , caſalium ,
domorum , aliorumque ſimilium bonorum , ut
inquit *Card. de Luca loc. cit. n.* 4. *in med. verſicu-*
8 *lo mihi , quamvis ,* ſanèque quindennia uti de
generali conſuetudine introducta , & ob id nul-
lam dependentiam habentia à manu mortua ,
ſed debita etiam ab illa invita, certiſſima prædi-
canda ſunt , quidquid ſit de fructibus verè , ac
propriè incertis , ſi nempè ageretur de legato
facto Capitulo , quod tamquàm dependens à
mera voluntate legantis , inter fructus certos re-
cenſeri nequit .

Prout à fortiori nec ſuper laudemiis per ſu-
prà laudatas Congregationes admiſſum fuit ob-
jectum pro parte Capituli , quorum tamen fru-
ctus verè incertus , ac eventualis eſt tamquàm
dependens à ſola voluntate Emphyteutæ volen-
tis , vel non ad libitum alienare Emphyteuſim ,
ad hoc minimè cogente Domino directo, quan-
do ob eventualitatem poteſt Emphyteuta nun-
quam alienare , ſicque nunquam eſſe locus lau-
demiis , quindennia verò ſingulis quindecim an-
nis indubitanter, ac independenter acquiruntur
à Capitulo Domino directo abſque aliquo fa-
cto manus mortuæ, quodammodò ſemper certa, 9
vel determinato ſaltem tempore certificanda ,
Gratian. diſcept. 924. *n.* 52.

In nihilum relevante , quòd cùm fingatur ſin-
gulis quindecim annis ſequi alienationem Em-
phyteuſis exiſtentis penès manum mortuam ,
proindeque ſingulis quindecim annis debeatur
loco laudemii , quod deberetur , ſi verè aliena-
tio ſequeretur, Canonicus Pœnitentiarius vel ob
particulare Statutum Eccleſiæ , vel ob occupa-
tionem in audiendis Confeſſionibus non poſſit
intrare Capitulum, per que conſequens non poſ-
ſit conſentire hujuſmodi fictæ alienationi, prout
nec conſentire poſſet veræ alienationi , hinc vi-
deretur , eundem non poſſe participare de quin-
denniis , quia multiplex occurrit reſponſio .

I. Non ex eo , quod quis non præſtet ſuum
conſenſum , deſinit eſſe dignus præmio , cùm
præmium pro conſenſu non detur ratione labo-
ris perſonalis , ſed proveniat ab ipſa re , ab Em-
phyteuſi nempè, ſitque quinquageſima pars præ- 10
tii ipſius rei vigore *l. fin. C. de jure Emphyt.* ac
uti proveniens è re , debetur etiam non habenti
vocem in Capitulo, dummodò ſit particeps emo-
lumentorum realium , & conſenſus aperit ſolùm 11
viam petitioni laudemii , non autem eſt illius
cauſa , *Burgius de laudem. par.* 1. *inſpect.* 5. *n.* 28.
in addit. & inſpect. 9. *n.* 30. *& inſpect.* 52. *n* 8. *Blan-*
card. ad Amad. de Ponte eod. tract. qu. 13. *in prin-*
cipio , verſiculo laudemium non datur .

II. Ficta tantùm alienatio nulla indiget con-
ſenſus præſtatione , prout indiget vera , & realis
alienatio , adeò, ut quindennium debetur etiam
abſque aliqua conſenſus præſtatione ; Immò ſi
ex deductis apparet per enunciatas Congrega-
tiones reſolutum etiam fuiſſe , non ſolùm deberi
Canonico Pœnitentiario quindennium, ſed etiã
laudemium , ad quod tamen exigendum requi- 12
ritur conſenſus præſtatio ex *l. fin. C. de iure Em-*
phyt. quantò magis debebitur quindennnium ,
ad quod exigendum nulla requiritur conſenſus
præſtatio, cùm ſufficiat primus conſenſus à prin-
cipio præſtitus in approbatione manus mortuæ ,
quindennium enim, ſicuti laudemium, non præ-
ſtatur pro conſenſu , ſed pro inveſtitura , & tra- 13
ditione poſſeſſionis , ut benè in puncto ponde-
rat *Panimolla dec.* 4. *num.* 27. *tom.* 1. *repetit. poſt*
Tract. inter Deciſiones exteras in ordine la V. undè
ad acquirendum quindennium nullo requiſito
actu Capitulari , in quo intervenire debeat Ca-
nonicus Pœnitentiarius , benè ſequitur per eun-
dem pro ſua rata acquiri poſſe .

III. Immò quando etiam fingeretur , in ficta
hujuſmodi alienatione intervenire conſenſum
Capituli , poſſet ipſummet Capitulum ſupplere
conſenſum Canonici Pœnitentiarii præſertim
ratione officii legitimè impediti in audiendis
Confeſſionibus , ſicque ſatisfacientis muneri ſuo
in ſervitio Eccleſiæ, proindeque habendi pro præ-
ſente , licet ſit abſens à Capitulo , cùm per eum
non ſtet , quominùs interſit , ſi enim Canonicus 14
abſens

abſens à Choro ex aliqua legitima cauſa, lucratur fructus (ut ità dicam) Chorales, debitos nempè ratione Chori, ſeu illius intereſſentiæ, habeturque pro præſente *cap. de cætero 7. cap. ad audientiam 15. §. Decernimus unic. cap. ex parte 13. de Cleric. non reſid. Barboſa de Canonic. & Dignitat. cap. 24. n. 25. cum ſeqq. Barbat. de diviſione fructuum par. 1. cap. 15. n. 32. cum ſeqq. Gallus de fructibus diſp. 37. artic. 1. n. 84.* quantò magis lucrabitur fructus (ut ità dicam) Capitulares, ſivè potiùs extracapitulares, quales ſunt iſti quindenniales, qui non debenrur ratione alicujus intereſſentiæ, ſeu ſervitii Eccleſiaſtici, neque in augumentum cultus divini, prout debentur alii Chorales.

Ejuſdem furfuris eſt obiicere exemplum practicum Officiorum Cancellariæ Apoſtolicæ, dum plures Officiales diſpenſati ſunt ab intereſ-
35 ſentia perſonali in Cancellaria, proindeque ad inſtar intereſſentium participant de emolumentis ordinariis, & conſuetis, non tamen de extraordinariis, ac accidentalibus, quæ acquiruntur ratione Congregationum, tamquàm pro actibus Capitularibus, ſeu Collegialibus, veluti in terminis quindennii contrà Canonicos Pœnitentiarios reſpondet *Card. de Luca de Canonic. diſc. 14. n. 8. repetit. poſt Tract. inter Doctores litera A.* quia negamus, quindennia eſſe emolumenta extraordinaria, ac accidentalia, ſed dicimus, illa eſſe verè ordinaria, ac ſubſtantialia ipſius rei, ideoque argumentum ab aſſertis hujuſmodi emolumentis Cancellariæ non adaptatur ad quindennia, quæ in ſe ob generalem conſuetudinem ſunt conſueta, immò debita, proindeque nullam eventualitatem, aut incertitudinem habentia.

ARGVMENTVM.

Canonicus ſæcularis ingreſſus Religionem, ſi tempore Novitiatus maturatum fuerit quindennium, adhùc illud percipere poteſt.

SUMMARIUM.

1 *Canonicus Novitius in aliqua Religione, adhùc retinet Canonicatum, habetque vocem in Capitulo, & eſt de Capitulo.*
2 *Quindennium dicitur pars fructuum.*
3 *Canonicus Novitius, donec profiteatur, non deſinit eſſe de Capitulo, nec amittit Canonicatum.*
4 *Novitii Societatis Jeſu, etiam poſt vota ſimplicia, adhùc retinent Beneficia.*
5 *Laudemia enumerantur inter fructus civiles.*
6 *Novitius, etiamſi velit, non poteſt Capitulo intereſſe.*
7 *Novitius in Choro intereſſe non valens, non acquirit diſtributiones.*
8 *Canonicus Novitius non tenetur intervenire in Capitulo.*
9 *Quindennium etiam dividitur inter Canonicos abſentes.*
10 *Canonicus Novitius non poſſet intereſſe in Choro in habitu Regulari.*
11 *Novitius abeſt à Choro ob propriam utilitatem.*
12 *Laudemium debetur ob conſenſus præſtationem in alienatione Emphyteuſis.*
13 *Canonicus Novitius retinet dominium bonorum Capituli, donec profiteatur.*
14 *Pater uſufructuarius percipit laudemium.*
15 *Novitius in Societate Jeſu antè vota ſolemnia retinere poteſt Canonicatum.*
16 *Novitius Societatis Jeſu etiam ſine culpa à ſuperiore dimitti valet.*
17 *Proprium privilegium non debet eſſe damnoſum.*
18 *In Societate Jeſu quis poſt Vota ſimplicia quò ad ſe redire nequit ad ſæculum.*

CAPITULUM XCVI.

Facilè oriri poteſt controverſia inter Canonicum ingreſſum Religionem, in eaque Novitium, & inter alios Concanonicos ſuper prætenſione ratæ quindennialis ſtante ingreſſu inter totum Capitulum pro virili diſtribuendæ, nec non ſuper contraria prætenſione ejuſdem ratæ acquirendæ Canonico Novitio, ac ſi Religionem ingreſſus non eſſet, pro cujus controverſiæ deciſione firmatur, quòd Canonicus Sæcularis ingreſſus Religionem, ſi tempore Novitiatus maturatum fuerit quindennium, adhùc illud percipere poteſt, adhùc enim habet vocem in 1
Capitulo, ſicque adhùc eſt de Capitulo, retinens Canonicatum, ſeu jus Canoniæ, & continuans eſſe membrum ſui Capituli, quouſque regularem emittat profeſſionem, *Samuel de elect. canon. controv. 2. tract. 1. concl. 1. cum ſeq. Suarez de Religione tom. 3. lib. 5. cap. 16. nu. 16. Azor. Inſtitution. moral. tom. 1. lib. 2. cap. 3. qu. 1. Pellizzar. manual. Regular. tom. 1. tract. 2. cap. 7. num. 24 Tondut. reſol. canon. par. 3. cap. 196. nu. 21. Campanill. diverſ. Jur. Canon. Rubr. 12. cap. 3. nu. 8. Murga de Benefic. qu. 3. §. 3. nu. 1068. in med. verſic. quæres deindè, Donat. rer. Regular. tom. 2. tract. 6. qu. 34. nu. 1. Novar. in ſum. Bullar. par. 1. comment. 75. num. 3. cum ſeqq.* retinens enim Canonicatum, neceſſe, eſt, ut & jura ab eo provenientia retineat, quorum unum eſt, quindennium percipere; cùmque quindenniorum emolumentum promanet ex bonis, ſeu effectibus Capitularibus, & detur eorum ratione, immò dicatur pars fructuum, 2
Card. de Luca de Canonic. diſc. 14. nu. 9. cum ſeq. repetit. poſt Tract. inter Doctores litera A. æquum eſt, ut de illo quoque participet Canonicus Novitius, qui donec profiteatur, non deſinit eſſe de 3
Capitulo, nec amittit Beneficia ad *text. in cap. Gonſaldus 17. qu. 2. cap. Beneficium 4. de Regular. in 6. Garz. de Benefic. par. 11. cap. 9. nu. 1. Tondut. reſ. benef. par. 2. cap. 5. §. 5. nu. 20. & par. 3. cap. 96. nu. 20. cum ſeq. Solier ad Paſtor. de Benefic. lib. 3. tit. 17. litera A. Rodriguez quæſt. canon. & Regular. tom. 1. qu. 37. artic. 1. Sanchez in præcept. Decalog. tom. 2. lib. 7. cap. 4. nu. 22. Lezana in ſumm. qu. Regular. lib. 1. cap. 24. nu. 37. Suarez de Religione tom. 3. lib. 5. cap. 16. nu. 12.* adeò, ut Novi- 4
tii Societatis Jeſu etiam poſt emiſſa vota ſimplicia biennii adhùc retinent Beneficia, *Ricciull. de jure perſon. extrà grem. Eccl. exiſtent. lib. 8. c. 9. n. 2. circà fin. verſic. nec non, Rota coram Andrea deciſ. 78. per tot. repetit. in recentior. par. 4. dec. 246. & apud Vivian. in praxi Juriſpatron. par. 2. lib. 5. cap. 5. nu. 164. antè med. verſic. res non nova fol. mih. 343. col. 1. in fine.* Præterquamquòd quindennia, quæ ſucceſſerunt in locum laudemiorum, ſunt in fructu, & inter fructus civiles enu- 5
meran-

merantur, *Fulgin. de jure emphyt. tit. de laudem. qu.21. nu.1. cum ſeqq. Gallus de fructib. diſput.3. artic.11. nu.24.* undè ſicuti fructibus Canonicatus debentur Novitio ex jam dictis, ità à fortiori debentur quoque alii fructus, ut quindennia provenientia ex ſubſtantia Capitulari, Novitio enim nullibi legitur interdicta perceptio aliquorum fructuum.

Nec obſtat, quòd, cùm, nè interpolletur an-
6 nus probationis, non poſſit, nec debeat Novitius ampliùs, etiamſi velit, intervenire in Capitulo, *Sanchez in Decalog.lib.7.cap.4.nu.10.tom.2. Barboſa in cap.beneficium 4. num 13. de Regular. in 6.* proindè videretur, non poſſe acquirere quindennium tamquàm dependens ab interventu in
7 Capitulo, eodem modo, quo Novitius, cùm in Choro ampliùs intereſſe non poſſit, non acquirit diſtributiones quotidianas, *Garzias de Benefic. par. 11. cap.9. nu.28. in fine, de Marin. reſol. Jur. lib.1. cap.40. nu.14. in fine verſic. ſecùs autem*, quia ultraquamquòd Novitius ob ſtatum aſſumptum uti legitimè impeditus fictione Juris habetur pro abſente, immò pro longè diſtante, & æquiparatur ingreſſus Religionis, ac longa
8 peregrinatio, ideòque non tenetur intervenire in Capitulo, ut notant mox adducti Doctores. & *Caſtropalao moral. par. 2. tract. 13. diſput. 6. punct.3. §.7. nu.6. in fine verſic. ſi autem Novitio, & Tondut.reſol. canon. & benefic. par.3. cap.196. nu.21.* ad acquirendum quindennium non requiritur intereſſentia Capituli, dum pro ficta alienatione non indiget aliquo conſenſu Canonicorum manus mortua, ſed benè ſufficit ſola qualitas Capitularitatis ex parte acquirentis, quam, ut jam probavimus, retinet Canonicus Novitius,
9 indè eſt, quòd quindennium dividitur etiam inter Canonicos abſentes, veluti reſolutum apparet ex ſententia lata per Congregationem Particularem à Sanctiſs. D.N. Clemente Papa XI. glorioſiſſimè, quia reluctantiſſimè ſedente, in §.40. *quæ regiſtratur poſt Tract.inter Doctores litera GG.* ad acquirendum autem diſtributiones
10 requiritur præſentia corporalis in Choro, quam præſtare nequiret Novitius in habitu regulari, etiamſi impeditus non eſſet in experimento ſuæ Regulæ, proindeque intereſſentibus accreſcunt, *Caſtropalao moral. par.2. tract.13. diſp.6. punct.2. §. 7. nu.5. in medio, verſiculo nam diſtributiones quotidianæ*, quindennium autem non enumeratur inter diſtributiones quotidianas, cùm illud acquiratur ſolummodò quindecim annis, non dietim, ità, ut, quamtumvis Novitius ex juſta cauſa, tamquàm impeditus in Religione, abſit à Choro, non tamen haberi poteſt pro præſente, cùm hìc non ſit de caſibus in Jure expreſſis,
11 & præſertim cùm Novitius abſit ob propriam utilitatem, *de Marinis reſol. lib.1. cap 40.nu.14. in fine verſiculo ſecùs autē, Caſtropal.moral. par.3. tract.13. diſput.6 punc.3. §.7.nu.5. in fine* Præterquamquòd non benè arguitur à fructibus Canonicalibus ad fructus Capitulares eo, quòd divinum ſervitium non tantum urget in his, quantum in illis, divinæque laudes perſolvuntur in Choro, non verò in Capitulo, in quo ſecundariò agitur de ſervitio divino, & primariò de commodo Eccleſiæ, ac Capituli.

Minùs refragatur, quòd, cùm quindennium debeatur adinſtar laudemii, ratione fictæ, ac imaginariæ approbationis, ſeu conſenſus capitulariter præſtandi, & iſte præſtari nequit à Novitio actibus Capitularibus intereſſe non valente tamquàm legitimè impedito in ſua Religione, illud acquirere non valeat, quia hoc ad ſummum de rigore procederet in laudemio, quod in tantum præſtatur, in quantum in Capitulo præſtatur conſenſus ad alienandum Emphyteuſim 12
ad *textum in l. Fin. C. de jure emphyt.* non autem in quindennio, quod præſtatur abſque aliqua præſtatione conſenſus Capitularis, nec debet conſenſus fictus, ſeu imaginarius idem operari, quod operatur conſenſus verus, & quia tàm laudemium, quàm quindennium principaliter debetur ratione dominii, quod æqualiter reſidet 13
etiam penès Canonicum Novitium, donec in Religione profiteatur, prout reſidet penès alios Canonicos, *Rota coram Card.Cerro dec.3. num.2. & 17.* Undè etiamſi idem operari deberet conſenſus fictus, quod operatur verus, attamen ſicuti non implicat, quòd filius proprietarius præſtet conſenſum ad alienandum Emphyteuſim, quòdque Pater uſufructuarius percipiat integrū 14
laudemium, *Fulgin.de jure emphyt.tit.de laudem. q.21.n.8.cum ſeq. & q.22.per tot.* ità longè minùs implicaret, quòd alii Canonici fingerentur præſtare conſenſum pro ficta alienatione, & nihilominùs etiam Canonicus Novitius participare deberet de quindennio, per quem non ſtat, quin ad Capitulum accedat, fictumque conſenſum præſtet; aliàs quis retraheretur ab ingrediendo Religionem, ſi ſciret, ratam ſuam quindennialem fore amiſſurum, quando potiùs præmiis alliciendus eſt ad Religionem, non pœnis deterrendus.

Quibus habitis, pulchra occurrit difficultas, quid dicendum de Canonico ingreſſo Societatem Jeſu, ſi quindennium maturatum fuerit poſt jam emiſſa tria vota ſimplicia, & exiſtimarem etiam in hoc caſu adhuc eſſe capacem participandi de quindennio, cùm interim antè vota ſolemnia benè poſſit retinere Canonicatum, Pen- 15
ſiones, cæteraque Beneficia, proindeque durare eſſe de Capitulo, & in eo vocem habere, vel pro præſente in illo haberi, nè aliàs à Societate dimiſſus (prout dimitti poteſt) privatus remaneret ſuo Canonicatu eo, quòd antè ſolemnem profeſſionem dicitur ſemper eſſe in probatione, vel ſaltem non eſt verè Novitius, nec verè Profeſſus, ſed quidpiam medium inter Novitium, & Profeſſum, cùm tantùm promittat profiteri, *Corrad.in praxi diſpenſ.Apoſtol. lib.6. cap.2.n.13. cum ſeqq. Tondut. reſol. benef. & Canon. par. 1. cap.51. n.24. cum ſeq. Ricciull.de jure perſon.extr. grem.Eccleſ. lib.8. cap.9. nu.2. circà fin. verſic.nec non, Rota cor.Martin.Andr.dec.78.per tot.repetit. in recentior. dec.246 par.4.tom.1.& apud Vivian. in praxi Juriſpatronat. par.2. lib.5.cap.5. n.164. antè med. verſic. res non nova fol. mih. 343. col.1. in fine.*

Alia ſubſequitur haud minùs elegans difficultas, an poſt emiſſa tria vota ſimplicia in Societate Jeſu, ſicque antè profeſſionē non ſolemnem quindennium acquiratur taliter profeſſo, an verò ipſi Societati, & crederē illud acquiri Societati, etenim Jeſuitæ, ad quos argui non licet ab aliis Regularibus, poſt emiſſionem dictorum trium votorum ſimplicium retinent quidem Canonicatus

catus

catus, cæteràque Beneficia abſque tamen uſu, & adminiſtratione ex peculiari Conſtitutione Gregorii XIII. edita favore ejuſdem Societatis, per quam taliter profeſſi elapſo biennio probationis habentur pro veris Religioſis ad effectum acquirendi, non autem ad effectum retinendi Beneficia, bonaque temporalia, nec ad effectum illos
16 dimittendi, dum à Superiore ex cauſa abſque tamen culpa dimittendorum dimitti poſſunt, *Tondut.reſol. benef. par.1. cap.51.num.15. Pyrrh. Corrad.in praxi diſp. Apoſt. lib. 6. cap. 2. num.18. Caſtropal.moral. par.2. tract.13.diſp.6 punc.3.§.7. num.7. in princip. verſiculo verùm ſi ſolùm, Rota in recentior. dec.246. nu* 10. *in fine, & nu.*11. *in princip. par.*4. *tom.*1. ponderando inſuper, quòd ipſi obſtinguntur voto paupertatis, licet non ſolemni, & non eſt credibile, quòd Pontifex voluerit, ut acquirerent contrà hujuſmodi votum, aliàs daretur anſa peccandi, quam ipſa Eccleſia præberet, quod abſonum eſt.

Altera ſubditur difficultas, ſi poſt emiſſa tria vota ſimplicia fuerit à Societate dimiſſus Canonicus, taliter profeſſus, an hoc caſu illi reſtituendum ſit quindennium, an verò irrevocabiliter Societati acquiratur, & cenſerem, non eſſe locum reſtitutioni, cùm emttens tria vota ſimplicia, quantum in eo eſt, remanet perpetuò obligatus ipſi Societati, ſicque verè Regularis, non irrevocabiliter quo ad eandem Societatem, cujus Superior poteſt ſemper, & quandocumque illum dimittere cum cauſa, licet ſine culpa di-
17 mittendi ex particulari privilegio, quod tamen non debet eſſe damnoſum Societati, *Rota deciſ.* 246. *num.*4. *par.* 4. *recentior. tom.* 1. prout in fortioribus terminis Societas non tenetur reſtituere dimiſſo bona eidem renunciata, ſeu donata poſt emiſſionem trium ſimplicium votorū eo,quòd poſt vota ſimplicia quis quo ad ſe jam
18 redire nequit ad ſæculum tamquàm verus, ac proprius Religioſus, quantumvis quoad Societatem dimitti poſſit, *Sanchez in Præcept. Decalog. tom.*2. *lib.*7. *cap.*1. *quæſt. ult. nu.*34. *Tondut. de Penſion. cap.69. nu.*11.

ARGUMENTUM.

Canonicus reſignans Canonicatum, ſi de tempore præſtiti conſenſus reſignationi per ſe, ſi præſens fuerit in Curia,alioquin per Procuratorem ad hoc ſpecialiter deputatum, in Camera, ſeu Cancellaria Apoſtolica maturatum fuerit quindennium Capitulo debitum ex bonis emphyteuticis manui mortuæ conceſſis, illud percipere nequit, ſed benè percipit Reſignatarius, etiamſi quindennium prædictum maturatum fuerit antè à ſe, vel à ſuo Procuratore captam poſſeſſionem Canonicatus, aliàs ſi forſitan Reſignans exegerit quindennium poſt admiſſam per Superiorem reſigantionem, tenetur illud reſtituere Reſignatario.

SUMMARIUM.

1 *Reſignans poſt præſtitum conſenſum abdicat à ſe omne jus, illudque transfert in reſignatarium.*
2 *Poſt reſignationem à ſuperiore admiſſam onera ſpectantia ad reſignantē ſpectant ad reſignatarium.*
3 *Fructus maturati poſt conſenſum per reſignantem præſtitum pertinent ad reſignatarium.*
4 *Canonicus reſignans lucratur fructus Canonicatus, donec reſignatarius capiat poſſeſſionem.*
5 *Ad reſignatarium, qui adhùc non reſedit, fructus non ſpectant.*
6 *Quindennia dividenda ſunt etiam inter Canonicos abſentes.*
7 *Reſignatarius non poteſt fructus percipere antè literarum expeditionem.*
8 *Fructus debiti poſt præſtitum conſenſum, & admiſſam à Superiore reſignationem competunt reſignatario.*
9 *Reſignans,quouſque reſignatarius poſſeſſionē ingrediatur, remanet interim quaſi dominus, & poſſeſſor Beneficii.*
10 *Quindennium decurſum poſt conſenſum permutationi præſtitum acquiritur permutanti.*

CAPITULUM XCVII.

Sicuti ſolent aliquando occaſione ſequutæ reſignationis oriri contentionesburſales inter Reſignantem,& Reſignatarium ſuper perceptione fructuum à die reſignationis,ità inter eoſdem controvertibilis redditur à die reſignationis perceptio quindenniorum, quæ etiam fructus ſunt, ad quod jurgium ſedandum reſolvimus, quòd Canonicus reſignans Canonicatum, ſi de tempore præſtiti conſenſus reſignationi per ſe, ſi præſens fuerit in Curia, alioquin per Procuratorem ad hoc ſpecialiter deputatum, in Camera, ſeu Cancellaria Apoſtolica, maturatum fuerit quindennium Capitulo debitum ex bonis emphyteuticis manui mortuæ conceſſis, illud percipere nequit, ſed benè percipit Reſignatarius, etiamſi quindennium prædictum maturatum fuerit antè à ſe, vel à ſuo Procuratore captam poſſeſſionem Canonicatus, aliàs ſi forſitan Reſignans exegerit quindennium poſt admiſſam per Superiorem reſignationem,tenetur illud reſtituere Reſignatario,cùm Reſignans poſt præſtitum à ſe, vel à ſuo Procuratore conſenſum abdicavit à ſe omne jus, illudque pleniſſimè tran- 1
ſtulit ab illa die in Reſignatarium una cum perceptione omnium fructuum eo puncto decurſorum, *Pariſ.de reſign.Benef. lib.*1.*qu.*6. *nu.*10.*cum ſeqq.& lib.*8. *qu.*8. *nu.*41. *cum ſeq.Garzias de Beneficiis par.* 2. *cap.* 1.*nu.*126.*cum ſeqq. Lotter. de re benef. lib.*1.*qu.*14. *nu.*12. *&* 72. *qu* 44. *nu.*33. *& lib.*3.*qu.*16.*n.*47.*Chokier in Regul.*43.*hodiè*45. *Cancellar.de conſenſ.nu.*14.*in princip & de permutat. Benefic. par.* 3. *cap.*32. *nu.*1. *Gonzalez in Regul.*8. *hodiè* 9. *Cancellar. de Menſib. gloſ.* 15. §.2. *nu.*41. *cum ſeqq. Roſa de exequutor. liter. Apoſtol. par.*1. *cap.*15.*nu.*56.*in princip.& de rect. diſtribut. reddit.Eccleſiaſtic. cap.*7.*nu* 97. *Antonell.de temp. legal. lib.*1.*cap.*48.*n.*18.*Romaguer ad Conſtitution. Synodal.Gerunden. lib* 5. *tit.*13. *cap.*1. *nu.*28. *cum ſeqq. Card.de Luca de Benefic. diſc.*48. *nu.*8. *Panimolla deciſ. Canon.*20. *nu.*7. *cum ſeq. tom.*1. *Rota recentior. par.*2. *tom.*1. *dec.*278.*nu.*1.4.*&* 6.ſicuti namque per reſignationem à Superiore admiſ- 2
ſam onera, ad quæ tenebatur Reſignans, extinguuntur, tranſeuntque in Reſignatarium, acſi mortuus eſſet Reſignans, *Tondut. reſol. benef. par.*1. *cap.*35. *nu.*11. *cum ſeq.& cap.*66. *num.*24. ità & commoda extingui debent *l. ſecundùm naturam* 10. *ff.de regul. Jur. l.Plautius* 49. *ff.ad leg. Falcid. l. cum fiſco* 9. *ff. ad Senatuſconſult. Syllanian.*

*nian. l.*1. §.*Fin ff. de aqua pluvia arcenda l. quotiès* 23. *ff ad Senatuſconſult Trebelian. Barboſa axiom.*44. *nu* 2. *&* 6. *& axiom* 63. *nu.*2. cumque Reſignatarius fiat dominus Beneficii etiam antè poſſeſſionem adeptam, fructus maturati poſt
3 conſenſum ad ipſum pertinent ratione dominii ità ratione ſolius tituli, & dominii eidem debiti ad *text.in l.fructus* 13. *C.de action. empt. Gabriel. conſil.*192. *nu.*3.*cum ſeqq. vol.*1.*Pariſius de reſign. Benefic. lib.*1. *qu.*6. *nu.*73. *& lib.*10. *qu.*8. *nu.*75.

In nihilum refragante, quòd eo modo, quo
4 Canonicus reſignans lucratur fructus Canonicatus reſignati, donec, & quouſque reſignatarius capiat poſſeſſionem, *Garzias de Benefic. par.*2.*cap.*1.*nu.*169. *Antonell. de temp. leg.lib.*1. *cap.*47. *n.*15.*in fine verſic. ſecundo caſu reſignans, Pariſ. de reſign.lib.*1.*qu.*6. *num.*3. videretur, poſſe etiam lucrari ultimum quindennium maturatum antè captam poſſeſſionem per Reſignatarium tamquàm fructum ſuæ Canoniæ, quippè diverſa militat ratio in his, vel illis fructibus, cùm fructus (ut ità dicam) Chorales, præſertim Canonicatuum Hiſpaniarum, totiuſque ferè Europæ tamquàm conſiſtentes in diſtributionibus quotidianis, lucrifiant reſidédo, & divinis intereſſendo, proindeque Reſignans illos lucratur, quandiù licitè inſiſtit poſſeſſioni, & reſidet,
5 ſicque ad Reſignatarium ſpectare nequeunt, qui adhùc poſſeſſionem adeptus non fuit, nec reſedit, *Garzias de benefic. par.* 2. *cap.*1. *num.* 169. *Chokier in Regul.* 43. *hodiè* 45. *Cancellar. de conſenſ. num* 14. *in fine*, nè aliàs Reſignatarius incipiat manducare, antequàm laboret, & Reſignans deſinat manducare, antequàm deſinat laborare, fructus autem Capitulares, ſeu quaſi Capitulares, qualia ſunt quindennia; benè lucrifiunt etiam non reſidendo in Choro, nec interveniendo in Capitulo; undè benè acquiri poſſunt Reſignatario, antequàm poſſeſſionem Canonicatus reſignati adipiſcatur,& antequàm
6 Chorum, aut Capitulum ingrediatur; hinc eſt, quòd quindennia dividenda ſunt etiam inter Canonicos abſentes juxta ſententiam deſuper latam à Congregatione Particulari trium Purpuratorum, & unius Prælati, de anno 1705. *regiſtrat. poſt Tract. inter Doctores litera GG.*
7 Minùs obſtat, quòd ſi Reſignatarius non poteſt percipere fructus antè literarum expeditionem *Extravag. injunctæ* 1. *de elect. int. commun.* ſanè non poteſt acquirere quindennium antè poſſeſſionem, quæ vigore literarum capitur,
8 quia non indè infertur, quòd capta per Reſignatarium poſſeſſione non competant ei fructus anteà debiti poſt præſtitum conſenſum, admiſſamque à ſuperiore reſignationem *Pariſ. de reſign. lib.*1. *qu.*6. *num.*60. *&* 67.

Quibus poſitis nonnullæ inſurgunt difficultates.

I. Difficultas, quid dicendum, ſi Canonicatus fuerit reſignatus cum clauſula, *nec aliter,nec alio modo*, an tunc, ſi maturetur quindennium, antequàm Reſignatarius poſſeſſionem nanciſcatur, poſſit illud ſibi acquirere Reſignans, quin poſteà teneatur Reſignatario illud reſtituere; & crederem, rectè acquiri Reſignanti eo, quòd hoc caſu vigore clauſulæ hujuſmodi ſuſpenſivæ, ſeu reſolutivæ Reſignans interim non perdit titulum Beneficii, ut accidit in reſignatione ſimplici, ac abſoluta, nec poſſeſſionem, quouſque Reſignatarius poſſeſſionem ingrediatur, remanet interim quaſi Dominus, & poſſeſ- 9
ſor Beneficii, *Mendez diverſ. jur. argum. lib.* 1. *cap.* 3. *num.*27. *Lotter. de re beneſ. lib.*3.*quæſt.*14. *num.*53. *& qu.*10.*num.*47.*Rota in recen.dec.*278. *num.*7. *par.*2. *tom.*1.

II. Difficultas, quid dicendum, ſi reſignatio Canonicatus fiat per viam permutationis cum alio Canonicatu, vel Beneficio diverſæ ſpeciei, an hoc caſu etiam antè captam poſſeſſionem per compermutatarium acquiratur quindennium poſt conſenſum ſolemniter præſtitum, decurſum, an verò illud acquiratur compermu- 10
tanti; & putarem permutanti acquiri, cùm hoc caſu agatur de reſignatione reciproca conditionali in favorem certæ perſonæ, *Chokier de permutat. Benefic. par.*3. *cap.*32. *num.*2. *cum ſeqq.*

ARGUMENTUM.

Canonicus privatus Canonicatu, poſteà ad illum reſtitutus, non recuperat ſuam ratam quindennialem interim medio tempore diviſam inter Concanonicos pendente privatione, ità, ut nec Capitulum in univerſum, nec Canonici uti ſinguli eandem portionem quindennialem ſibi tunc juſtè per jus accreſcendi quæſitam teneantur reſtituere Canonico reſtituto.

SUMMARIUM.

1 *Ad privationem Canonici non eſt neceſſaria diſtallatio, ſeu remotio à ſtallo.*
2 *Reſtitutus non recuperat id, quod alteri obvenit.*
3 *Per reſtitutionem reſtitutus videtur novus homo.*
4 *Capitulum, pendente privatione Canonici, non tenetur reſtituere Canonicatum.*
5 *Abſurdum eſt, quem obligari priùs ad fructus, quàm ad reſtitutionem Canonicatus.*
6 *Antè reſtitutionem Canonicatus ille non ſpectat.*
7 *Reſtitutio ſtrictiſſimè venit contrà reſtitutum interpretanda.*
8 *Fructus bona fide perceptus auferri nequit.*
9 *Effectus jam conſummatus retractari non debet.*
10 *Reſtitutus bannitus non recuperat fructus præteritos medio tempore.*
11 *Officialis reſtitutus ad officium non recuperat ſalarium temporis, quo fuit ſuſpenſus.*
12 *Lazarus reſuſcitatus ea tantùm bona potuit recuperare, quæ medio tempore non fuerunt tertio alienata.*
13 *Reſtitui quis debet tàm ad Canonicatum, quàm ad quindennium.*
14 *Reſtitutio plenaria tollit quoque jus quæſitum tertio.*
15 *Papa tollere poteſt jus tertii.*
16 *Poſtliminium dari nequit in reſtitutione gratioſa, præſertim non plenaria.*
17 *Per factum Judicis minùs rectè procedentis quis non cadit à poſſeſſione.*
18 *Ad ſimilitudinem banniti, per viam juſtitiæ poſteà reſtituti ex capite innocentiæ.*
19 *Reſcriptum Principis non datur in præjudicium juris quæſiti.*
20 *Quindennia enumerantur inter fructus Canonicatus.*

 21 *Fru-*

21 *Fructus ſunt pars rei.*
22 *Reſtitutio continet etiam fructus rei reſtitutę, quamtumvis de illis in reſtitutione non fiat ſpecialis mentio.*
23 *Tenetur quis reſtituere fructus ab eo tempore, quo tenetur reſtituere rem.*
24 *Fructus veniunt in reſtitutione, quando debentur ex diſpoſitione juris.*
25 *Et quando per viam juſtitiæ fit reſtitutio.*
26 *Vel quando quis pleniſſimè reſtituitur.*
27 *Regulariter fructus non veniunt in reſtitutione.*
28 *Aliud eſt perdere lucrum, & aliud damnum pati.*
29 *Potiùs favendum ei, qui tractat de damno vitando, quàm ei, qui tractat de lucro captando.*
30 *Quis reſtitui non debet cum damno illius, cui jus quæſitum fuit.*
31 *Reſtitutus ad Canonicatum cenſetur quoque reſtitutus ad ea, quæ veniunt in conſequentiam.*
32 *De privatione ad habitum non datur regreſſus.*
33 *Tot ſunt penſiones quot ſunt anni.*
34 *Annuum legatum eſt unum, ſed multiplex.*
35 *Legatum etiam alimentorum ob incapacitatem legatarii peti nequit.*
36 *Beneficium Principis latiſſimè venit interpretandũ.*
37 *Intellige, ſi non adſit præjudicium tertii.*
38 *Reſcripta gratioſa interpretanda ſunt, quominùs damnoſa ſint tertio.*
39 *Fructus naturales, & induſtriales reſtituendi ſunt reſtituto.*
40 *Per privationem Canonici rata quindennialis cenſetur acquiſita Capitulo, ſub conditione illam reſtituendi in caſu recuperationis Canonicatus.*

CAPITULUM XCVIII.

Materia ſanè perutilis, diùque practicabilis obvia fit, cùm facilè dari poſſit caſus, quòd, dum pendet privatio Canonici, adveniat tempus exigendi quindennium, illudque cum effectu à Capitulo exigatur, & inter reliquos Concanonicos pro æquali dividatur, computata etiam in diviſione portione vacante per privationem unius ex Canonicis, poſtea autem, bono fato ſic volente, privatus ad ſuum Canonicatum reſtituitur, incipitque prætendere recuperationem ſuæ ratæ quindennialis ſibi de jure debitæ, ſi Canonicatu privatus non fuiſſet, vigore reſtitutionis, intentando ſuam actionem, vel contrà Capitulum in univerſum tamquàm debitorem quindennii, vel contra alios Canonicos, qui verè omnes pro virili receperunt iſtam quindennialem ratam ſibi tunc contingentem ob adhuc imminentem privationem, è contra tàm Capitulum in univerſum, quàm Canonici in particulari excipientes putant fovere bonum jus, & habere ſuam intentionem benè fundatam ob bonam fidem, & juſtitiam illis aſſiſtentem de tempore diviſionis quindennii, proindeque credunt potuiſſe impinguare eorum portiones mediante portione Canonici privati uti vacante, nec ad illius reſtitutionem ullo modo ſe teneri patiuntur; ideoque eorum bonam cauſam agendo (præmiſſo, quòd non ſit
1 neceſſaria ad privationem Canonici diſtallatio, ſeu remotio à ſtallo in Choro, ac Capitulo, *Boer. deciſ.* 206. *num.* 10.) proponimus in præſenti, quòd Canonicus privatus Canonicatu, poſteà ad illum reſtitutus non recuperat ſuam ratam quindennialem interim medio tempore diviſam inter Canonicos pendente privatione, ità, ut nec Capitulum in univerſum, nec Canonici uti ſinguli eandem portionem quindennialem ſibi tunc juſtè per jus accreſcendi quæſitam teneantur reſtituere Canonico reſtituto, quippè juxta naturam, ſeu effectum reſtitutionis reſtitutus non recuperat id, quod alteri jam ob- 2
venit, ſicque quindennium inter Canonicos jam diviſum, cùm amplius res non ſit integra, ſed interim quæſitum jus tertio tempore habili, ità, ut retrotrahi nequeat ad auferendum jus tertii in re quæſitum ex quindennio obvento tempore privationis, ſicque incapacitatis Canonici ſuſpenſi, *Oddus de reſtitut. in integr. par.2.qu.98. artic. 3. num. 32. in med. verſic. aut beneficium, n.35.& 36.cum ſeqq. Coſta de re integ. diſtinct.29. num. 1. cum ſeq. Moneta de optione Canon. cap.7. qu.2. num.38. antè med verſ. breviter reſpondeo, Gratian. diſc.55. nu.18. in med. verſic. quamvis, Giurba in Conſuetud. Meſſan. par.1. cap.1. gloſ.4. num.110. Rota in recen. deciſ.44. num.2. in princ. par 3. & in Romana Primogenituræ, & Fideicommiſſorum de Corſinis* 10. *Decembris* 1710. §.23. & 17. *Aprilis* 1711. §.2 *cum ſeq coram Reverendiſs. P. D. Aldrovando Nuncio Hiſpaniarum*, quaſi 3
quòd per reſtitutionem reſtitutus videatur novus homo, *Gratian. diſc.* 55. *num.*18. *in princip.* adeò, ut eo modo, quo novus Canonicus proviſus de Canonicatu poſt diviſum quindennium inter antiquos Canonicos, profectò non poteſt prætendere ab antiquis Canonicis ratam aliquam quindennii, ità Canonicus reſtitutus, tamquàm novus homo, nec prætendere poteſt quindennium perantea jam diviſum durante adhùc ſua privatione, omiſſo, quòd, cùm quindennium enumeretur inter fructus, procul dubio Capitulum non tenetur reſtituere fructus, antequàm teneatur reſtituere Canonicatum, 4
quem tamen non tenebatur reſtituere pendente privatione ad *text. in l. & ex diverſo* 35. *l. fructus* 44. *ff. de rei vindic.* benè ad aliud propoſitum in terminis generalibus *Rebuff. in l. plus eſt in reſtitutione* 22. *col.* 3. *in princip. verbo fructus reddere, ff. de verb. ſignif. fol. mihi* 192. aliàs abſurdum eſſet obligari Capitulum priùs ad fru- 5
ctus, quàm ad reſtitutionem Canonicatus *l. cùm fundus* 31. *ff. de reb. credit. ſi cert. petat.* antè reſtitutionem autem Canonicatus non ſpectabat 6
Canonicatus, *Rebuff. loc. citat. verſ. ex quò infertur*, ergò nec fructus quindennialis ſpectabat ad Canonicum tùnc privatum, & nondùm reſtitutum. Immò reſtitutio, quamtumvis favorabilis reſtituto, attamen tamquàm odioſa reſtituenti, ipſi nempè Capitulo, ſeu Canonicis, ſi aliter interpretaremur, venit potiùs ſtrictiſſimè interpretanda contrà reſtitutum, nè evadat 7
præjudicialis tertio, *Coſta de re integra diſt.* 29. *num.*1. *in fine, verſiculo ubi reddit*; alioquin auferretur fructus quindennialis bona fide perceptus, & conſumptus à Capitulo tunc Domino, quod iniquum eſſet, *Rebuffus in l. plus eſt in reſti-* 8
tutione 22. *col.*3. *poſt med. verſic. ſed ut dixi, ff. de verb. ſignif. fol. mihi* 192. quando tamen non 9
debet effectus jam conſummatus retractari, *Gallus de fructibus diſp.*34. *artic.*2. *num.*13. *in princ. verſic. propterea*, & ſicuti reſtitutus bannitus 10
non recuperat fructus præteritos medio tempore,

re,

re, cui juſtè punito pereunt, ſed benè efficitur
habilis ad acquirendum fructus futuros, *Auth.
idem eſt de Neſtorianis C. de Hæretic. ubi Barboſa
nu.4. Novella ut cùm de appellatione cognoſcitur
§.Generalem, Oddus de reſtit. in integ. par.2. q.99.
artic.14. nu.123. poſt med. verſic. in contrarium,
Nicol. Anton. de exil. lib.3. cap.8. num.1. Scoppa
ad Merlin. Pignatell. centur. 2. Schol. in cap. 21.
num.9. Antunez de donation. Regiis lib.3. cap.30.
n.58 cum ſeqq. Card. de Luca de Regal. lib. diſc.160.
n.37. Torr. var. jur. quæſt. tom.1. qu.37. n.25. cum
ſeq. Balducc. rer. judic. tit.3. de legat. & fideicom-
miſſ. deciſ.22. Centulin. in addit. ad deciſ.17. penès
Farinacc. litera C. Rota coram Card. Bellamera de-
ciſ. 742. cum ſeq. per tot. & in Ferrarien. Primo-
genituræ* 10. *Martii* 1704. *§. fin. coram R. P. D.
Lancetta, & in Romana Primogenituræ, & Fidei-
commiſſorum de Corſinis* 16. *Maii, &* 10. *Decem-
bris* 1710. *&* 17. *Aprilis* 1711. *coram Reveren-
diſſimo P. D. Aldovrando*, indè eſt, quòd Offi-
11 cialis reſtitutus ad Officium, non recuperat ſa-
larium temporis, quo fuit ſuſpenſus, *Amican-
gel. de Regalib. offic. quæſt.20. num.24. poſt med.
verſic. ſed punctum eſt, Maſtrill. de Indult. cap.22.*
12 *num.61. & 63.* hinc Lazarus reſuſcitatus ea tan-
tùm bona potuit de jure recuperare, quæ medio
tempore non fuerunt tertio alienata, *Paſchal. de
patr. poteſt. par.1. cap.8. num.205. in princ. verſic.
hinc dicunt*, ità Canonicus reſtitutus non recu-
perat quindennium præteritum, quod inter fru-
ctus enumeratur; aliàs reſtituens expreſsè reſti-
13 tuere debet privatum non ſolùm ad Canonica-
tum, ſed etiam ad quindennium amiſſum, *Od-
dus de reſtitut. in integr. par.2. qu.98. artic.3. n.39.
Coſta de retrotraction. caſ.17. cap. 8. num.18. poſt
med. verſic. aut agitur de reſtitutione, & num.13.*
& tunc indulgentia Principis, tamquàm plena-
14 ria, includens etiam jus quindennii, tollit quo-
que jus quæſitum tertio, *Coſta de retrotractione
caſ.17. cap.8. nu.12. in princip. Pignatell. conſult.
Canonic. tom.10. cap.66. nu.3. Maſtrill. de Indult.*
15 *cap. 22. num. 71.* quod quidem Papa, in cuius
poteſtate ſunt omnia Beneficia, facere poſſet,
quamtumvis raro facere ſoleat ob præjudicium
tertii *ad text. in l. cùm Patrem 2. l. tutor 4. C. de
ſentent. paſſ. & reſtitut. Lotter. de re benef. lib. 3.
qu.18. num.168. cum ſeq.*
Prout putarem eſſe locum recuperationi quin-
dennii, ſi privatus reſtituatur per viam juſtitiæ
prævia ſententia reſtitutoria, & abſolutoria ex
capite innocentiæ, ſicque detecta injuſtitia pri-
vationis, fingitur enim hoc caſu, nunquam
fuiſſe privatum, proindeque eſſe locum retro-
tractioni, quæ facit taliter reſtitutum ad inſtar
16 poſthumi; & inducit jus poſtliminii, quod pro-
cedere nequit in reſtitutione gratioſa præſertim
non plenaria, *Coſta ad cap.1. num.131. de judic.
& de retrotraction. cap.8. caſ.17. nu.1. cum ſeqq.
Moneta de option. cap.7. qu.2. num. 38. poſt med.
circ. fin. verſ. reſtitutus autem, Maſtrill. de Indult.
cap.22. num.69.* per factum namque Judicis mi-
17 nùs rectè procedentis non cecidit quis à ſua
poſſeſſione Canonicatus, & potiùs dicitur amo-
tus, quàm privatus, veluti in ſpecie Canonici
privati ad aliud propoſitum notat *Rota in re-
centior. deciſ.44. num.2. circà fin. par.3.* ad ſimi-
litudinem banniti, per viam juſtitiæ poſteà re-
18 ſtituti ex eo, quòd docuit de innocentia *l. 1.
§. fin ff. de quæſtion. Peregrin. de jure fiſci lib.5. tit.2.
num.21.*

Eodem pacto crederem, poſſe recuperari
quindennium, ſi quis fuerit privatus ſuo Cano-
nicatu in contumaciam, & iſte compareat intrà
annum, eo caſu potiùs præſumatur lata ſenten-
tia ob contumaciam, quàm ob delictum; undè
non videtur debere fraudari ſua rata quinden-
niali ob ſolam contumaciam, quæ purgata re-
manſit per comparitionem intrà annum, quid-
quid, ſi comparitio facta eſſet poſt annum, per
quam purgatur quidem contumacia ex Princi- 19
pis reſcripto, ſed non datur in præjudicium ju-
ris quæſiti, *Lotter. de re benef. lib.3. qu.18. n.166.
cum ſeqq. Roſa de exequutoribus literarum Apo-
ſtolicarum par.1. cap.6. num.231. cum ſeq.*
Nec obſtat, quòd, cùm Capitulum vigore
demandatæ reſtitutionis teneatur reſtituere Ca-
nonicatum, videtur etiam teneri reſtituere fru-
ctus ipſius Canonicatus, qualia ſunt quinden- 20
nia juxta magiſtralem *deciſionem 19. num.1. poſt
Remocamp. de Coadjutor. & poſt Tract. inter deciſ.
S. Rotæ Romanæ in ordine la XIII.* tùm quia fru- 21
ctus ſunt pars rei *l. fructus 44. ff. de rei vindic.*
tùm quia reſtitutio tamquàm verbum plenum
continet etiam fructus rei reſtitutæ, quantum-
vis de illis in reſtitutione non fiat ſpecialis men- 22
tio, *l. quòd ſi minor 24. §. Reſtitutio 4. ff. de minor.
l. fin. §. Non ſolùm 4. ff. quæ in fraud. creditor. l. re-
ſtituere 35. l. hæc verba 73. ff. de verb. ſignif. l. in
condemnatione 133. §. Cùm verbum reſtituas 1.
ff. de regul. Jur. Gallus de fructibus diſp 34. art.2.
nu. 7.* quia tenetur quis reſtituere fructus ab eo
quidem tempore, quo tenetur reſtituere rem,
undè antequàm Capitulum teneretur reſtituere 23
Canonicatum, profectò non tenebatur reſtitue-
re quindennium *l. ſi ſtipulatus 4. ff. de uſur. l. 1.
l. fructus 33. l. & ex diverſo 35. ff. de rei vindicat.
Rebuff. in l. plus eſt in reſtitutione 22. col.3. in princ.
verbo fructuſque reddere ff. de verb. ſignif. fol. mihi*
192. tuncque fructus venirent in reſtitutione, 24
quando deberentur ex diſpoſitione juris, *Gallus
de fructibus diſput.24. nu.12.* & quando per viam
juſtitiæ fieret reſtitutio, *Guazzin. de confiſcat.* 25
*bon. conc. 28. num.33. Gallus de fruct. diſput. 34.
artic.2. num.7. in fine verſiculo ſed non obſtantibus
in fine*, vel quando quis pleniſſimè reſtitutus 26
eſſet, *Gallus loc. mox citat. in fine verſic. declara
ſecundò, Guazzin. loc. citat. num.34.* aliàs regula-
riter fructus non veniunt in reſtitutione, cùm 27
reſtitutio de ſui natura non fingat retrò, nec
reddat dominium ut ex tunc, ſed ut ex nunc,
*Gallus ibid. num.7. antè med. verſic. ſecundò quia
hæc reſtitutio.*
Minùs relevat, quod retrotractio quidem non
datur in præjudicium tertii, qui jus medio tem-
pore quæſivit quindennium, Concanonicis verò
in caſu noſtro nullum irrogatur præjudicium,
immò omne ceſſat damnum, nec tolluntur eo-
rum jura, ſivè eorum ratæ quindenniales ipſis
contingentes, ſi quindennium reſtituatur Ca-
nonico reſtituto pro rata eum tangente, cùm
ſolummodò hoc caſu Concanonici perdant lu-
crum, quod eſt quid diverſum à damno, juxta
regulam, quod aliud eſt perdere lucrum, aliud 28
damnum pati, *l. fin. C. de Codicill. Paniſchman
controv. jur. lib.2. qu.7. num.27. cum ſeq. Coſta de
retrotraction. caſ.17. cap.8. num.10. in princip.* &

Ccc 2 in

in dubio potiùs favendum Canonico reſtituto,
29 qui tractat de damno vitando in recuperatione
quindennii, quàm Concanonicis, qui tractant
de lucro captando *l.ſcimus* 22.§.*Licentia* 10.*C.de*
jure deliber.l.fin. in fine C.de acquir. poſſeſſ. immò
melius eſt, quod Canonici conquerantur de
lucro ceſſante, quàm quòd Canonicus reſtitu-
tus conqueratur de damno emergente,quia Ca-
nonici utentes jure ſuo in acquirenda portione
Canonici illam acquirere non valentis, nullam
injuriam eidem faciunt, nec propriè dicuntur
lucrum captare, nec damnum inferre, ità, ut po-
tiùs Canonicus reſtitutus veniat repellendus à
perceptione quindennii, cùm ipſe tractet de
30 lucro captando, undè non debet etiam ad hoc
lucrum reſtitui cum injuria, & damno Conca-
nonicorum, quibus perantea jus quæſitum fuit
tempore privationis, *Gobius conſultat. deciſ.*113.
*num.*47. *cum ſeqq.*

Longè minùs reſiſtit ponderatio, quòd reſti-
31 tutus ad Canonicatum, cenſetur reſtitutus
etiam ad ea, quæ veniunt in conſequentiam,
ſicque etiam ad quindennium amiſſum per pri-
vationem Canonicatus, quod eſt acceſſorium,
in terminis Canonici reſtituti *Sfortia Oddus de*
*reſtitut. in integr. par.*2. *qu.* 98. *artic.*4. *num.* 41.
quia cenſetur quidem reſtitutus etiam ad ea,
quæ veniunt in conſequentiam, in terminis ta-
men habilibus, nempè quoad futurum quinden-
nium maturandum poſt reſtitutionem, prout
cenſetur reſtitutus quoad fructus Canonicatus
in futurum decurrendos, non autem quoad fru-
ctus in præteritum decurſos reliquis Canonicis
per jus accreſcendi contingentes; ſi namque re-
ſtitutus non recuperat annuam præſtationem in
32 præteritum, cùm de privatione ad habitum non
detur ampliùs regreſſus, *Guazzin. de confiſcat.*
bon. conc. 28. *ampl.* 13. *num.*42. quantò minùs
recuperabit quindennialem præſtationem pari-
ter in præteritum;prout nec recuperat penſiones
decurſas, ſed benè tantùm decurrendas à die
ſuæ reſtitutionis, cùm ex natura annuæ penſio-
33 nis tot ſint penſiones, quot ſunt anni adinſtar
annui legati, *Pignatell. conſult. Canonic. tom.*10.
*conſult.*66. *num.* 8. quod quidem non eſt unum,
34 ſed multiplex juxta *l. in ſingulos annos* 8. *ff. de*
annuis legat. l. cùm in annos ſingulos 11. *ff. eod.*
juxta annorum numerum, & ſicuti annuum le-
gatum eſt affixum ſingulis annis, debitumque
juxta eorundem curſus, ſi aliquo anno,non fuit
35 debitum ex incapacitate legatarii non poteſt
ampliùs peti, etiamſi eſſet legatum alimento-
rum, *Surd. de alim.tit.*9. *qu.*33. *nu.*11. *Pignatell.*
*conſult 66.n.*8. *verſ. & ideò ſicut legatum tom.*10.
ità quindennium, quod eſt penſio quædam, nec
quidem una, ſed multiplex juxta quindennio-
rum numerum, debitaque ſingulis quindecim
annis juxta eorundem curſus, quæ quindennia-
lis penſio ſi debita non fuit uni ex Canonicis
ob illius incapacitatem de tempore præſtationis
ſtante privatione Canonicatus, non poteſt am-
pliùs peti, multò magis cùm nullum contineat
privilegium.

Ejuſdem roboris eſt animadverſio, quòd be-
36 neficium Principis reſtituentis latiſſimè inter-
pretandum venit, ſicque etiam compræhenſi-
vum quindennii uti fructus Canonicatus *l.* 1.
ff.de Conſtitution. Princip. l.ſi quando 2. *C. de bon.*
*vacant.lib.*10. quia id procederet, ſi non adeſſet
præjudicium tertii, ipſius nempè Capituli, cu- 37
jus favore quæſitum fuit jus, *Fragoſ. de regim.*
*Reipublic.Chriſtian.diſp.*11. §.2.*num.*280. præter-
quamquòd reſcripta gratioſa interpretanda 38
ſunt, quominùs damnoſa ſint tertio *l. nec dam-*
noſa 3. *C.de prec.Imperat.offeren.*

Præterea non terret objectum, quòd, ſicuti
fructus naturales, & induſtriales provenientes 39
ex ipſa re, reſtituendi ſunt reſtituto, cùm non
debeantur ob laborem, & præſentiam perſona-
lem, *Maſtrill. de indult. cap.*22. *num.*70. *circà fin.*
verſiculo quod ſecùs, *Amicangel. de Regal. offic.*
*qu.*20. *num.*26. *in fine verſ. ſi verò officium*, ità à
fortiori quindennium, quod eſt fructus civilis
ex emphyteuſi proveniens, debeturque abſque
labore, & præſentia perſonali, venit reſtituen-
dum Canonico reſtituto, quia hoc ad ſummum
procederet, ſi inter Concanonicos dari non
poſſet jus accreſcendi, vigore cujus acquiritur
quindennium aliis Canonicis, illud inter ipſos
dividendo,

Minoris ponderis eſt, quòd per privationem 40
Canonici, illius rata quindennialis cenſeatur
acquiſita Canonicis ſub tacita conditione illam
eidem reſtituendi in eventum, quòd reſtitutus
ad Canonicatum poſteà fuerit, qua conditione
eveniente Concanonici tenentur eidem reſtitu-
to reſtituere receptum quindennium, illis non
ſuffragante regula de jure quæſito tertio non
tollendo, veluti in his terminis ad aliud propo-
ſitum notat *Pignatell. conſult.Canon.tom.*10. *con-*
*ſult.*66. *num.*7. quia *Pignatell.* loquitur in caſu,
quo pleniſſimè reſtitutus eſſet, quod etiam nos
admittimus, ut videre eſt ex ſuprà deductis.

ARGUMENTUM.

Habens Præbendam dumtaxat quaſi Canonicalem,
participare debet de quindenniis ad inſtar haben-
tium Præbendas Canonicales.

SUMMARIUM.

1 *Epiſcopus de conſuetudine habere poteſt Præben-*
dam quaſi Canonicalem.
2 *Archiepiſcopus Compoſtellanus in ſua Eccleſia ha-*
betur pro Canonico.
3 *Conſuetudine introduci nequit, quòd Epiſcopus eo-*
dem tempore ſit Canonicus.
4 *Vicarii Baſilicarum Urbis habent Præbendas qua-*
ſi Canonicales.
5 *Præbenda Epiſcopi potiùs dicenda Epiſcopalis.*
6 *Talis Præbendatus habet vocem in Capitulo.*
7 *Idem ſtatuitur de quaſi dote, quod de vera dote.*
8 *Præbenda quaſi Canonicalis conferri nequit expe-*
ctanti.
9 *Præjudicium parùm conſiderabile non attenden-*
dum.
10 *Aliud eſt haberi pro Canonico, & aliud eſſe Ca-*
nonicum.
11 *Non idem operatur fictio, quantum veritas.*
12 *Paria ſunt eſſe talem, & haberi pro tali.*
13 *Fictio idem operatur, quod veritas.*
14 *Aliud eſt eſſe Canonicum, & aliud loco Canonici.*
15 *Civis ex privilegio eſt verè Civis in favorabi-*
libus.

16 *Fi-*

16 *Filius adoptivus habetur pro verò filio, fictione Juris.*
17 *Abſens ex cauſa legitima, habetur pro præſente.*

CAPITULUM XCIX.

CUm aliquando contingere poſſit, quòd quis
Præbendâ habeat quaſi Canonicalem tan-
1 tùm, qualem de conſuetudine habere poteſt Epi-
ſcopus juxta *text in cap. cùm in Eccleſia* 25. *de Præbend. in 6.* quamque cum effectu habet Archiepi-
2 ſcopus Compoſtellanus, qui in ſua Eccleſia ha-
betur pro Canonico, ad tradita per *Archidiac. in dic. cap. cùm in Eccleſia in principio*, quantumvis
Canonicus non ſit, cùm introduci nequeat con-
3 ſuetudine, quòd Epiſcopus eodem tempore ſit
Canonicus in ſua Eccleſia ob impoſſibilitatem,
ut quoad idem eodem tempore ſit Pater, & Fi-
lius, *Ancharan. in laudato cap. cùm in Eccleſia n. 2. in principio, & Franch. nu. 4. in principio*; ſimiles
4 ſunt Vicarii Baſilicarum, de quibus infrà *Cap. CLXVI.* ideoque talis Præbenda ab Epiſcopo de
conſuetudine retineri ſolita, potiùs Epiſcopalis
5 dicenda, quàm Canonicalis *Paſſerin. in cit. cap. cùm in Eccleſia nu. 4. ubi nu. 7. in princip.* ait Epi-
ſcopum hoc caſu haberi pro Canonico quantùm
ad vocem, & Præbendam, ſicque quantùm ad
Capitularitatem, haud abs re eſt locus præſenti
diſertationi, firmando, quòd habens Præben-
dam dumtaxat quaſi Canonicalem, participare
debet de quindenniis adinſtar habentium Præ-
bendas Canonicales, quippè idem ſtatui debet
de Præbenda quaſi Canonicali, quod de Præ-
benda verè Canonicali, præſertim in favorabili-
bus taliter Præbendato, qui quantumvis non ſit
propriè Canonicus, habetur tamen pro Cano-
6 nico, immò verè habet vocem in Capitulo, eſt-
que de Capitulo, ut Canonicus, *Vitalin. in Clement. fin. nu. 47. de Præbend. Rota coram Card. Seraphino dec. 474. n. 5. repet. in dec. 684. par. 1. diverſ.*
7 hinc fit, quòd idem ſtatuitur de quaſi dote, quod
de vera dote *l. ſi cùm dotem 22. §. Si mulier 13. ff. ſolut. matrim. l. quæſitum 2. §. Si ſponſa 1. ff. de privileg. credit.*

Nec turbat, quòd Præbenda quaſi Canonica-
lis longè differat à Canonicali, dum non obſtan-
te mandato de providendo de Præbenda primò
vacatura, nihilominùs Præbenda quaſi Cano-
8 nicalis poſteà vacans conferri nequit expectan-
ti, ſeu habenti expectativam *cap. cùm in Eccleſia 25. de Præbend. in 6.* quia ibi agitur de Præbenda
quaſi Canonicali annexa, & unita de conſuetu-
dine Epiſcopatui, ſeu Dignitati Epiſcopali, &
tamquàm tali non ampliùs vacante, nec proin-
dè in ſtatu collativo, ut depræhenditur ex con-
textu laudati *cap. ibi: conſuetudinem eſſe proponas, ut Epiſcopus, qui eſt pro tempore, vocem habeat in Capitulo tamquàm Canonicus non exiſtat, & unam de dictis Præbendis, ſicut unus Canonicus obtineat in eadem &c.* Sicque ob præjudicium ſuc-
ceſſoris in Epiſcopatu non eſt locus expectativæ,
ità, ut ex peculiari ratione, & circumſtantia præ-
judicii Menſæ Epiſcopalis, ſeu futuri Epiſcopi,
non autem ex qualitate Præbendæ quaſi Cano-
nicalis deſinit eſſe locus expectativæ, qui etiam
eſſe deſineret, licet Præbenda eſſet Canonicalis
ob ſolum præjudicium, quod aliàs ſentiret ſuc-
ceſſor in Epiſcopatu, ſi intraret expectativa, ve-
luti colligitur ex ſæpè laudato *cap.* ibi: *nè contra dictam conſuetudinem, cui per præſatum mandatum non intelligitur derogari, futurus Epiſcopus Præbenda careat &c.* in noſtra vero hypotheſi
nullum verſatur præjudicium circà proviſionem,
quod eſſet principale, ſed tantùm circà partici-
pationem quindenniorum, quod uti nec princi-
pale, nec adeò conſiderabile, non venit atten- 9
dendum ad *textum in l. 1. C. de pact. Rota coram Coccino dec. 2027. nu. 41. in princip. ac in recentior. dec. 360. nu. 25. par. 18.*

Minoris relevantiæ eſt, aliud eſſe Canonicum,
& aliud haberi pro Canonico, ſeu eſſe quaſi Ca- 10
nonicum, *Ancharan. in ſæpiùs allegato cap. cùm in Eccleſia 25. num. 2. in med. verſiculo ſed dic, de Prebend. in 6.* ſicque non videretur idem jus com-
petere quaſi Canonico ſuper quindenniis, quod
competit vero Canonico, nè idem operetur, tan- 11
tùmque valet fictio quantum veritas, *Alteſerra de fiction. Jur. tract. 1. cap. 1. circà fin. verſiculo fictio Juris, il ſecondo*, quia id procederet, ſi fi-
ctus Canonicus adeo fictus, ac improprius eſſet,
ut nec vocem in Capitulo haberet, nec de Ca-
pitulo eſſet, non quando talis habet vocem, eſt-
que de Capitulo ex ſuprà deductis, cùm tunc
potiùs iniquum videretur, non gaudere eiſdem
privilegiis, quibus gaudet verus, ac proprius
Canonicus, quando paria ſunt eſſe talem, vel 12
haberi pro tali, *Barboſa axiom. 97. nu. 2. in princip.* 13
& nu. 3. in princip. ità, ut fictio benè idem opere-
tur, quod veritas *l. 1. ff. de adoption.*

Minoris momenti eſt alia animadverſio, quod,
ſicuti aliud eſt eſſe Civem, & aliud haberi loco
Civis, vel eſſe quaſi Civem, aliud eſſe abſentem,
& aliud haberi pro abſente, aliud eſſe meretri-
cem, & aliud haberi pro meretrice, ità aliud eſt
eſſe Canonicum, & aliud haberi loco Canonici,
ſeu eſſe quaſi Canonicum *Ancharan. in cap. cùm* 14
in Eccleſia 25. nu. 2. poſt med. verſ. ſed dic de Præbend. in 6 quia immò Civis ex privilegio, eſt verè
Civis in favorabilibus ad effectum fruendi iiſdẽ 15
privilegiis, quibus fruitur verus Civis, *Paſchal. de patr. poteſt. par. 3. cap. 2. n. 35. Barboſa axiom. 97. nu. 2.* undè habitus à lege pro legitimo eſt verè
legitimus, *cap. tanta eſt 6. qui filii ſint legitimi, l. qui in Provincia 57. §. 1. ff. de rit. nupt. l. cùm quis 10. l. nuper 11. C. de natural. liber. Novel. 89. cap. 4. Paſchal. de patr. poteſt. par. 2. cap. 4. num. 55. cum ſeqq. Lupus de illegitim. comment. 3. §. 1. n. 74. circà fin. verſ. verùm, Lucidor. eod. tract. cap. 25. nu. 1. Alteſerra de fiction. Jur. tract. 1. cap. 9. per tot.* indè
filius adoptivus habetur pro vero filio fictione 16
Juris *l. patris 7. & l. ſeq ff. de in Jus vocando l. adoptiones 43. l. ſi is, qui 11. ff. de adoption. l. filio, quem 23. ff. de liber. & poſthum. l. cùm in adoptivis 10. C. de adoption. l. cùm adoptivum 4. C. de Decurion. lib. 10. §. In plurimis 8. Inſtitution. de adoption. §. Ergò 1. verſic. & hæc adeò vera Inſtitution. de nupt. §. Adoptivi 4. Inſtitution. de exhæred. lib. §. 1. & 2. Inſtitution. de hæredit. quæ ab inteſt. defer. Alteſerra de fiction. Jur. tract. 1. cap. 1. circà fin. verſ. fictio Juris per quandam imaginem naturæ, ſeu per imaginarias nuptias naturam imitando.* Eodem
modo abſens ex cauſa legitima habetur pro præ- 17
ſente, & facit fructus ſuos, ſicut alii reſidentes
Barboſa in cap. cùm omnes 6. n. 10. de Conſtitution. & de Canonic. & Dignitat. cap. 24. nu. 25.

ARGU-

ARGVMENTVM.

Canonicus Eccleſiæ Cathedralis, qui fidei Profeſſionem non emiſerit de tempore exactionis quindennii, ejuſque diſtributionis inter alios Canonicos factæ, etiamſi interfuerit Capitulo, vel ex gratia habitus fuerit à Capitulo pro præſente in Capitulo, adhùc non poteſt participare de quindennio, immò in caſu, quo quindennium perceperit pro ſua rata ſub prætextu intereſſentiæ in Capitulo, vel abſque intereſſentia ex ipſa indulgentia Capituli, nihilominùs tenetur reſtituere Fabricæ Eccleſiæ, quatenus indigeat, quindennium tamquàm malè, ac nulliter perceptum, vel illud in uſus pauperum erogare, vel alteri Pio Loco applicare arbitrio Ordinarii, ſi fructus Canonicales diſtincti ſunt, & ſeparati à Menſa Capitulari, ſi verò diſtincti non ſunt, tenetur illud reſtituere Capitulo.

SUMMARIUM.

1 *Tàm Canonici Eccleſiæ Cathedralis, quàm reliqui omnes Clerici Beneficiati, qui convenire debent in Synodo Diœceſana, tenentur Fidei profeſſionem emittere in manibus Epiſcopi.*

2 *Parochi tenentur Fidei profeſſionem emittere in manibus Epiſcopi, ſivè Vicarii Generalis.*

3 *Sicuti Epiſcopus remittere nequit fructus amiſſos antè emiſſam Fidei profeſſionem, ità nec illos remittere poteſt Capitulum.*

4 *Diſtributiones quotidianæ propriè dici nequeunt proventus Beneficii, ſed acquiruntur ex labore, & intereſſentia in divinis.*

5 *Diſpoſitio pœnalis reſtringenda potiùs, quàm dilatanda.*

6 *Etiam diſtributiones quotidianæ amittuntur ab omittente Fidei profeſſionem, quando omnes fructus Beneficii conſiſtunt in ſolis diſtributionibus quotidianis.*

7 *Canonicus ſtatim à die adeptæ poſſeſſionis acquirit vocem in Capitulo.*

8 *Acquiſitio quindenniorum dependet à voce in Capitulo.*

9 *Acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis.*

10 *Si Canonicus emiſerit Fidei profeſſionem intrà duos menſes acquirit quindennium decurſum in ipſis duobus menſibus.*

11 *Canonicus habens indultum percipiendi fructus ſui Canonicatus etiam antè à ſe emiſſam profeſſionem fidei, acquiret etiam quindennium decurſum intrà prædictos duos menſes.*

12 *Canonicus habens indultum abeſſendi, acquirit quindennium, etiamſi ob abſentiam non poſſit intrà duos menſes profeſſionem emittere.*

13 *Canonicus Collegiatæ non tenetur emittere profeſſionem Fidei.*

14 *Fidei profeſſio poſt duos menſes emiſſa proficit tantùm in futurum ad acquirenda quindennia decurrenda, non autem in præteritum ad quindennium decurſum.*

15 *Inquiſitores non emittentes profeſſionem Fidei intrà legitimum tempus, participare nequeunt de quindennio decurſo poſt duos menſes, prout participare nequeunt de fructibus ſuorum Canonicatuum.*

16 *Solet obtineri condonatio fructuum ob non emiſſam Fidei profeſſionem intrà legitima tempora, injuncto onere quamprimùm illam emittendi.*

17 *Conceſſo, quod majus, ac difficilius eſt, videtur conceſſum, quod minus, ac facilius eſt.*

18 *Non debet remanere impunita negligentia emittendi profeſſionem Fidei, contra ſanctionem Conciliarem.*

19 *Diſpoſitio de re aliena non tenet in præjudicium Domini.*

20 *Nemo dat, quod non habet.*

21 *Papa tamquàm Dominus abſolutus in beneficialibus, benè poteſt præjudicare tertio.*

22 *Capitulum eſt ſimplex Adminiſtrator, ſeu Procurator, præſertim antequàm fructus Præbendales, & quindenniales dividantur inter Canonicos.*

23 *Canonicus Eccleſiæ Collegiatæ, etiam nondùm inſtallatus, eſt capax percipiendi quindennium.*

CAPITULUM C.

Poſtquàm vidimus, in quibus caſibus Canonicus non intereſſens Capitulo participare poſſit de quindenniis, nunc videndum ſequitur, in quibus caſibus Canonicus intereſſens, vel non intereſſens Capitulo, non participet de quindenniis, exemplificando in Canonico, qui Fidei Profeſſionem non emiſerit de tempore recollectionis quindennii.

Ad quorum quidem intelligentiam præmittendum eſt, quòd tàm Canonici Eccleſiæ Cathedralis, quàm reliqui omnes Clerici Beneficiati, qui convenire debent in Synodo Diœceſana, teneantur Fidei profeſſionem emittere in prima Synodo Diœceſana, ſeu Provinciali, in manibus Epiſcopi, ſivè Præſidentis ipſius Synodi, juxta ſanctionem Sacri Concilii Tridentini *ſeſſ.* 24 *de Reform. cap.* 12. latè *Maſſobr. de Synodo Diœceſana cap.* 4. *dub.* 39. *cum ſeqq. Antonell. de jurib. & oner. Cleric. lib.* 2. *par.* 6. *c.* 10. *n.* 20. *Rota de exeq. liter. Apoſtol. par.* 1. *cap.* 14. *nu.* 29. *cum ſeqq.* Canonici verò Cathedralis Eccleſiæ, & Parochi infrà duos menſes à die captæ poſſeſſionis ex *eodem Concil. ſeſſ.* 24. *de Reform. c.* 12. *in princip. verſ. proviſi etiam. & verſ. proviſi autem, & ex Bulla* 89. *Pii IV. Bullar. Roman. to.* 2. Canonici nempè tàm in manibus Epiſcopi, ſivè eo impedito, in manibus Vicarii Generalis, nec non in Capitulo, Parochi verò in manibus tantùm Epiſcopi, ſivè Vicarii Generalis, de quo abundè *Barboſa de Canonic. & Dignitat. cap.* 17. *& de Paroch. cap.* 4. *Antonell. de jur. & oner. Cleric. lib.* 2. *par.* 6. *cap.* 10. *Pyrrh. Corrad. in prax. benef. lib.* 2. *cap.* 16. *n.* 2. *& per tot.*

The margin references 1 and 2 stand beside the lines "tendum eſt, quòd tàm Canonici Eccleſiæ Ca-" (1) and "non in Capitulo, Parochi verò in manibus tan-" (2).

Quibus præmiſſis reſolvitur in præſenti, quòd Canonicus Eccleſiæ Cathedralis, qui Fidei profeſſionem non emiſerit de tempore exactionis quindennii, ejuſque diſtributionis inter alios Concanonicos factæ, etiamſi interfuerit Capitulo, vel ex gratia habitus fuerit à Capitulo pro præſente in Capitulo, adhùc non poteſt participare de quindennio, immò in caſu, quo quindennium perceperit pro ſua rata ſub prætextu intereſſentiæ in Capitulo, vel abſque intereſſentia ex ipſa indulgentia Capituli, nihilominùs tenetur reſtituere Fabricæ Eccleſiæ, quatenùs indigeat quindennium tamquàm malè, ac nulliter perceptum, vel illud in uſus pauperum erogare, vel alteri Pio Loco applicare arbitrio Ordinarii, ſi fructus Canonicales diſtincti ſunt, & ſepa-

ſeparati à Menſa Capitulari, ſi verò diſtincti non ſunt, tenetur illud reſtituere Capitulo, quia Concilium privando fructibus Canonicalibus Canonicum non emittentem Fidei profeſſionem, cenſetur longè fortiùs eundem privare voluiſſe etiam fructibus (ut ità dicam) Capitularibus, ſeu quaſi Capitularibus, qualia ſunt quindennia ipſa, quia quòd, dum noluit, quòd reſidentia in Choro abſque Fidei profeſſionis emiſſione ſuffragaretur ad faciendum fructus ſuos, multò magis noluerit, quòd reſidentia in Capitulo, quæ non eſt adeò neceſſaria, ſuffragaretur ad faciendum fructus ſuos ratione Capituli, quos
3 ſicuti Epiſcopus antè emiſſam Fidei profeſſionem remittere non poſſe tamquàm amiſſos vigore pœnæ Conciliaris, ità nec illos remittere, ſeu condonare poteſt Capitulum, *Garzias de Benefic. par.3. cap.3. n.39 cum ſeqq. & n.50. cum ſeqq. Barboſa de Paroch. par.1. cap 4. nu.16. cum ſeq. & de Canonic & Dignitat. cap.17. n.28. & ad Concil. ſeſſ.24. de Reform. cap.12. n.34. & 36. Pyrrhus Corrad. in prax.benef. lib.2. cap.16.n.24. 26.33. & ſeqq. Antonell. de temp. legal. lib.3. cap.19.n.9. cum ſeq & de jur.& oner.Cleric.lib.2. par.6. cap.10. n.14. cum ſeq. Maſſobr. de Synodo cap.4. dub.40. n.6. Roſa de exequut. liter. Apoſtol. par.1. cap.14. n.53. cum ſeqq.*

In nihilum refragante, quòd, cùm mens Concilii fuerit privandi ſolummodò fructibus Præbendalibus non emittentem Fidei profeſſionem, non autem diſtributionibus quotidianis ratione perſonalis miniſterii, & operæ diurnæ debitis, quæ tamquàm quid diverſum à fructibus, non veniunt nomine diſtributionum ſignanter in materia pœnali, ac odioſa, ut iſta amiſſionis fructuum, cùm propriè dici nequeant proventus Eccleſiaſtici hujus, vel illius Beneficii, ſed
4 acquiruntur ex labore, & intereſſentia in divinis, *Moneta de diſtribution. quotidian. parte 2. qu.19. num.39. Barboſa ad S. Concil. ſeſſ.24. de Reform. cap.12. n.30. cum ſeqq.& de Canonic. & Dignitat. cap.17. n.26. & de Epiſcop. par.3. alleg.61. n.30. Corrad. in prax benef. lib.2. cap 16. n.29. Antonell. de jurib. & onerib. Cleric. lib 2. par.6. c.10. n.8. cum ſeq. & cap. ult. n.103. Roſa de exeq. liter. Apoſtol. par.1. cap.14. n.56.* eadem quoque mens Concilii à fortiori cenſenda eſt, fuiſſe, non privandi Canonicum non emittentem Fidei profeſſionem hujuſmodi diſtributionibus (ut ità dicam) quindennialibus debitis ratione perſo-
5 nalis intereſſentiæ in Capitulo, quando diſpoſitio Conciliaris tamquàm in hac parte pœnalis, reſtringenda potiùs, quàm dilatanda ad *text. in cap. in pœnis 49. cap. odia 15. de regul. Jur. in 6.* & in ſpecie memorati Decreti Capitularis ad aliud propoſitum advertit *Barboſa de Paroch. par.1. cap.4.n.9. in fine,* quando nec propriè proventus hujuſmodi, Eccleſiaſtici dici poſſunt iſtius, vel illius Beneficii, ſed acquiruntur ex labore, & intereſſentia in Capitulo, quia immò quindennia propriè non ſunt diſtributiones, cùm nec debeantur ratione reſidentiæ in Choro, nec quotidiè ſolvantur, ſed debeantur ratione reſidentiæ in Capitulo, & ſingulis tantùm quindecim annis ſolvantur, ità, ut potiùs inter fructus Beneficii connumeranda ſint, quàm inter diſtributiones, undè tamquàm fructus, ſeu ſpecies fructuum benè comprætenduntur in Concilio, & iidem Doctores tenentes, diſtributiones quotidianas non amitti ab omittente Fidei profeſſionem, tenent, eas amitti, quando 6
Beneficium non haberet aliquos fructus, ſed omnia illius emolumenta conſiſterent in diſtributionibus quotidianis, & de omnibus fieret (ut ajunt) maſſa, ſeu groſſa communis, quales ſunt omnes ferè Canonicatus in Hiſpaniis, ut pœna per Concilium poſſit ſaltem in aliquo verificari, nevè fruſtratoria evadat, *Moneta de diſtrib. quotid. par.1. qu.6. nu.14. & qu.8. nu.9. Garzias de Benef. par.3. cap.3. n.58. cum ſeq. Pyrrh. Corrad. in prax. benef. lib.2. cap.16. n.30. cum ſeqq. Antonell. de jurib. & onerib. Cleric. lib.2. par.6. c.10. n.10. Barboſa ad S. Concil. ſeſſ.24. de Reform. c.12. n.31. & de Canonic. & Dignitat. cap.17. n.26. in fine verſ. quod quando Beneficium.*

Minoris relevantiæ eſt, animadverſio, quòd,
cùm Canonicus ſtatim à die adeptæ poſſeſſio- 7
nis, niſi aliud obſtet, acquirat vocem in Capitulo, *Garzias de benefic. par.3. cap.3. n.34. in fine verſic. ſed ipſum & vocem, Pax Jordan. lucub. Canonic. lib. 10. tit.38. nu.13. Roſa de exeq. liter. Apoſtol. par.1. cap 14. nu 60. Antonell. de jurib. & onerib. Cleric. lib.2. par.6. cap 10. nu.5. in fine verſic. undè & vocem in Capitulo,* & acquiſitio
quindenniorum dependet à voce in Capitulo, 8
tamquàm fructus ipſius vocis, non autem tamquàm fructus Beneficii, ſeu Canonicatus, *Barboſa de Canonic. & Dignitat. cap.40. nu.2. Tondut. reſ. can. par.1. cap.3. n.1. cum ſeqq.* omiſſio profeſſionis Fidei non poteſt operari amiſſionem talis fructus, qui nihil commune habet cum ipſa Canonia, ſed eſt quid ſeparatum, ac diſtinctum ab illa, præſertim ad evitandam pœnam, quia, quamvis verum ſit, quindennium eſſe fructum vocis Capitularis, attamen etiam verum eſt, quindennium eſſe ſaltem per indirectum fructum Canoniæ tamquàm annexum ipſi Canoniæ, ſicque acceſſorium debet ſequi naturam ſui 9
principalis *cap. acceſſorium 42. de regul. Jur. in 6. Barboſa axiom.4. n.5.*

Principalis autem noſtra reſolutio intelligenda eſt de quindenniis decurſis poſt lapſum duorum menſium à die poſſeſſionis Canonicatus, ità, ut Canonicus Cathedralis emittens profeſſionem Fidei infrà duos menſes, non poſſit ampliùs recuperare quindennium decurſum tamquàm ſemel amiſſum ob non emiſſam Fidei profeſſionem intrà duos menſes, eidem tamen benè ſuffragabitur emiſſio profeſſionis Fidei etiam poſt duos menſes quoad futurum, ſeu decurren-
dum quindennium, è contrà verò ſi Canonicus 10
emiſerit Fidei profeſſionem intrà duos menſes, procul dubio acquiret quindennium decurſum, ſeu maturatum in ipſis duobus menſibus, veluti in genere de fructibus Canonicatus, & Parochialis ponderat *Barboſa de Canonic. & Dignitat. cap.17. n.22. cum ſeqq. & de Paroch. par.1. cap.4. n.15. & ad S. Concil. ſeſſ.24. de Reform. cap.12. n.32. Antonell. de jurib. & onerib. Cleric. lib.2. par.6. cap.10. num.4. cum ſeq. Garzias de benef. par.3. cap.3. n.30.*

Præterea Canonicus habens Indultum Apoſtolicum percipiendi fructus ſui Canonicatus etiam antè à ſe emiſſam profeſſionem Fidei ac-
quiret etiam quindennium decurſum intrà præ- 11
dictos duos menſes, prout acquireret reliquos fru-

fructusCanonicales ſimili munitus Indulto, *Barboſa ad Concil. ſeſſ.24. de Reform. cap.12. nu.34. & 36. in fine, Roſa de exeq. liter. Apoſtol. par.1. cap.14. n.49. Tyrrh. Corrad. in prax. beneſ. lib.2. cap.16. nu.20. cum ſeqq.* cùm in privilegio non adſit major ratio acquirendi fructus Canonicales, quàm fructus Capitulares, ſed conceſſis illis, in quibus ob debitam reſidentiam in Choro difficiliùs caderet conceſſio, cenſentur à fortiori & iſti conceſſi, in quibus longè faciliùs cadit conceſſio, cùm Canonicus benè intereſſe poſſit Capitulo, inque eo ſuffragium ferre, quamvis intrà duos menſes profeſſionem Fidei non emiſerit ex mox deductis.

Eodem pariter modo Canonicus gaudens Indulto Pontificio abeſſendi, acquirit quindennium, etiamſi ob abſentiam non poſſit intrà duos menſes profeſſionem emittere, quaſi quòd
12 hoc caſu Papa videatur velle remittere tempus Conciliare, intrà quod, niſi ex Indulto abeſſet, ad emittendam profeſſionem Fidei teneretur, *Corrad. in prax. beneſ. lib.2. cap.16. n.23.*

Omitto, quòd Canonicus Eccleſiæ Collegiatæ, quantumvis intrà duos menſes, vel nunquam emiſerit profeſſionem Fidei, ſemper lucra-
13 tur quindennium, ex eo, quòd illam non tenetur emittere ob nullam in Conciliari Decreto de illo factam mentionem, *Antonell. de jurib. & onerib. Cleric. lib.2. par.6. cap.10. n.2. in princip. Roſa de exeq. liter. Apoſtol. par.1. cap.14. nu.35. in med. verſiculo dubitari etiam poteſt, Monacell. formular. legal. practic. Eccleſ. tit.2. formula 16. num.2.*

Pulchra verò ſeſe offert difficultas, quid dicendum in caſu, quo Canonicus non potuerit profeſſionem emittere intrà duos menſes ob abſentiam pro ſervitio Capituli, quam tamen poſteà emiſit, an iſte participare poſſit de quindenniis tunc maturatis, & diviſis inter Concanonicos, ac puto, non poſſe, cùm talis abſentia fuerit antè profeſſionis Fidei emiſſionem, quapropter non potuit haberi pro præſenti in Capitulo, quantumvis abeſſet in utilitatem
14 Capituli, & Fidei profeſſio poſt duos menſes emiſſa proficit tantùm in futurum ad acquirendum cum aliis Concanonicis quindennia decurrenda, nullo autem modo in præteritum ad quindennium decurſum, & diviſum inter Concanonicos intrà prædictos duos menſes, veluti in ſpecie aliorum fructuum Canonicatus advertit *Tyrrhus Corradus in prax. beneſ. lib.2. c.16. nu.21. cum ſeq. Nicolaus Garzias de beneſ. par.3.*
15 *cap.3. num.52.* adeò, ut nec Inquiſitores contrà hæreticam pravitatem, non emittentes profeſſionem Fidei intrà legitimum tempus, poterunt participare de quindennio decurſo poſt duos menſes, prout participare nequeunt de fructibus ſuorum Canonicatuum, *Garzias de beneſ. par.3. cap.3. num.52.*

Alia non minùs pulchra occurrit difficultas, quid dicendum, ſi non emittens profeſſionem Fidei intrà legitima tempora, obtinuerit à Sede Apoſtolica, vel à Sac. Congregatione Concilii prævia remiſſione precum facta à Papa, condonationem omnium fructuum ſui Canonica-
16 tus, injuncto onere quamprimùm emittendi profeſſionem Fidei, prout paſſim fieri ſolet, *Garz. de beneſ. par.3. cap.3. nu.54. & 74. Tyrrh. Corrad. in prax. beneſ. lib.2. cap.16. num.26. cum ſeqq. Antonell. de regim. Eccleſ. lib.3. cap.14. n.15. Pignatell. conſult. Canonic. tom.9. conſult.132. n.5.* an tali caſu cenſeatur etiam obtinuiſſe condonationem quindennii amiſſi, ita, ut Capitulum teneatur communicare huic Canonico portionem ſuam eidem pro quindennio contingentem, & cenſerem, cenſeri etiam condonatum quindennium ex duplici ratione tàm quia, condonatis omnibus fructibus, nulli excipiuntur, ſicque veniunt quoque illi debiti ex cauſa Capituli, & actus Capitularis, ſeu quaſi Capitularis, quales ſunt fructus quindenniorum, quàm quia etiamſi Indultum non loqueretur de omnibus fructibus, adhùc iſti quindenniorum ex identitate, vel majoritate rationis cenſerentur condonati, cùm ob veriſimilem mentem ſuperioris condonantis fructus Canonicales, ſeu Chorales debitos ob reſidentiam in Choro, & Horas Canonicas, præſumendum ſit, à fortiori condonatos quoque eſſe alios fructus Capitulares, ſive quaſi Capitulares, debitos ob reſidentiam in Capitulo, conceſſo namque, quod ma- 17
jus, ac difficiliùs eſt, rariùſque concedi ſolet, videtur conceſſum, quod minus, ac facilius eſt, quodve frequentiùs concedi ſolet *cap. cui licet 53. de regul. Jur. in 6. cap. ex parte 10. de decim. l. non debet 21. l. in eo 110. ff. de regul. Jur. Auth. multò magis C. de Sacroſanct. Eccleſ. Barboſa axiom.140. num.5.*

III. Succedit difficultas, quid dicendum, ſi non emittens profeſſionem Fidei, ſe componat cum Capitulo, eidem ſoluta aliqua parte, ſicut cum Papa ex cauſa amiſſorum fructuum ob non emiſſam profeſſionem Fidei, an tali caſu taliter ſe componens, poſſit validè participare de quindennio vigore initæ compoſitionis, & videretur, prima fronte reſpondendum, poſſe participare de quindennio, ſicuti videretur, poſſe hoc caſu participare de reliquis fructibus ſuæ Præbendæ, cùm per compoſitionem non inducatur totalis condonatio fructuum, quod Capitulum facere non poſſe in principio *præſentis Capituli* jam oſtenſum eſt, tamquàm de directo contrarium diſpoſitioni Conciliari hac via per indirectum eluſoriæ redditæ, ſed benè partialis condonatio aliquorum tantùm fructuum, nihilominùs benè rem rimando, exiſtimarem, adhùc non eſſe locum participationi quindennii, quia vel agitur de fructibus annexis Menſæ Capitulari, vel de fructibus diſtinctis penitùs, ac ſeparatis à Menſa Capitulari; ſi de fructibus primi caſus, res plana evadit, cùm tunc Capitulo, ſeu Capitularibus facto proprio ſibi præjudicantibus faciendo talem condonationem, ſeu remiſſionem, nulla injuria fit in applicando fructus jam ſpontè condonatos favore Fabricæ Eccleſiæ, quotiès indigeat, vel favore alterius loci pii arbitrio Ordinarii, ità, ut rata fructuum amiſſorum, vel amittendorum ſemel condonata per Capitulum, ſicque exiens de dominio, & poteſtate ipſius Capituli, pervenire non valens ad Concapitularem ſe componentem, reſiſtente ſuper hoc, Decreto Conciliari æquum eſt, ut deferatur Fabricæ, vel alteri loco pio indigenti, nè aliàs ſequatur, quòd ex liberalitate, ac indulgentia Capituli, fructus acquirat Capitularis, ſeu Canonicus contrà expreſſam ſanctio-

18 ſanctionem Conciliarem, impunita negligentia omittendi profeſſionem Fidei, ut in ſimili generaliter de fructibus Canonicatus *Garzias de benefic. par.3. cap.2. num.452. & cap.3. num.46.* Si autem agatur de fructibus ſecundi caſus, nempè de ſeparatis à Menſa Capitulari, tunc res videtur carere omni dubio, etenim ſuper hujuſmodi fructibus non valeret compoſitio facta cum Capitulo, tamquàm non debitis ipſi Capitulo, ſed Fabricæ Eccleſiæ, ſeu loco pio, ſicque
19 eſſet diſpoſitio de re aliena, quæ non tenet in præjudicium Domini, qualis eſt Fabrica, vel alius locus Pius, minùſque in præiudicium tertii ad tradita in contrario ſenſu in *l. in re mandata 21.C.mandat. l dudùm 14.C.de contrah. empt.*
20 *Barboſa axiom.73. num.1.* nemo enim dat, quod non habet *cap.nemo poteſt 79. de regul.Jur. in 6. l.nemo plus 54. ff. eod. l. traditio 20. ff. de acquir. rer. domin.* quæ ratio non militat in Papa, qui
21 cùm ſit Dominus abſolutus in beneficialibus, benè poteſt præjudicare tertio; & mediante compoſitione, vel alia via ſibi benè viſa fructus amiſſos ob non emiſſam profeſſionem Fidei condonare, eoſque in pœnam acquiſitos Capitulo, vel Fabricæ Eccleſiæ, vel alteri Pio loco auferre, *Lotter.de re benefic. lib. 2. qu. 22. nu.11. cum ſeqq.* Capitulum verò eſt ſimplex Admini-
22 ſtrator, ſeu Procurator, præſertim de compoſitione facta, antequàm fructus tàm Præbendales, quàm quindennieles dividerentur inter Concanonicos, ſeu Concapitulares, *Garzias de benef. par.3. cap.2. num.428. & cap.3. num.46.*

Diſſolutis itaque ſupradictis difficultatibus, videnda ſunt per nos deducta in *Capitulo CII.*
23 ubi ſubſtinemus, Canonicum Eccleſiæ Collegiatæ etiam nondùm inſtallatum, eſſe capacem percipiendi quindennium.

ARGUMENTUM.

Dimidii Canonici Præbendati, ſeu dimidias Præbendas habentes, adhùc participant de quindenniis pro æquali rata cum integris Canonicis, ſeu integras Præbendas habentibus.

SUMMARIUM.

1 *In nonnullis Eccleſiis præter integros Canonicos Præbendatos adſunt etiam dimidii Canonici Prebendati.*
2 *Jus Canoniæ non conſiſtit in majori, vel minori Præbenda, ſed in titulo, & qualitate Canonicali.*
3 *Nec minùs Canonici ſunt dimidii, quàm integri Canonici.*
4 *Non ſola Præbenda qualis qualis illa ſit, facit quem de Capitulo, ſed ſolus Canonicatus, qualis qualis ille ſit.*
5 *Unum membrum ſeparari ab alio deforme eſt.*
6 *Dimidii Canonici utentes eodem habitu, quo utuntur integri, debent eſſe æquales cum integris Canonicis.*
7 *Dimidii Præbendati non habent vocem in Capitulo.*
8 *Declaratur* Barboſa de Canonic. & Dignitat. cap.4. num.43.
9 *Aſſiſſii, ſeu Manſionarii, & Cappellani non ſunt de Capitulo, niſi ex peculiari Statuto, privilegio, vel conſuetudine.*
10 *Integri Canonici ſunt Clerici primi gradus, dimidii verò Canonici ſunt Clerici ſecundi gradus.*
11 *Magis, & minus non facit differre ſpecie.*
12 *Tacita conventio ſervanda eſt in emolumentorum diviſione.*

CAPITULUM CI.

IN nonnullis Eccleſiis præter integros Canonicos Præbendatos, ſeu habentes integras 1
Præbendas adſunt etiam dimidii Canonici pariter Præbendati, habentes nempè dimidias tantùm Præbendas, indè dicti Semicanonici, ſeu Semipræbendati, qua occaſione Semicanonicatuum hujuſmodi, ſeu Semipræbendarum facilè hæſitari valet, an tales dimidii Canonici concurrere poſſint cum integris Canonicis Præbendatis ſuper participatione quindenniorum, an verò quindennia in totum acquirantur ipſis ſolis integris Canonicis, in nulla conſideratione habitis dimidiis Canonicis, quamobrem ad jurgium hujuſmodi inter integros, dimidioſque Canonicos ſedandum firmatur, quòd dimidii Canonici Præbendati, ſeu dimidias Præbendas habentes, adhùc participant de quindenniis pro æquali rata cum Canonicis integris, ſeu integras Præbendas habentibus, quippè jus Canoniæ, quæ tamquàm mater quindennii, illud pa- 2
rit, nòn conſiſtit in majori, vel minori Præbenda, ſed in titulo, & qualitate Canonicali, quam habent tàm Canonici majoris, quàm Canonici minoris Præbendæ, ſicque tàm integri Canonici habentes majorem Præbendam, quàm dimidii Canonici habentes minorem Præbendam, & utrique gaudent alia qualitate Capitulari, cùm utrique procul dubio ſint de Capitulo, tamquàm utrique verè Canonici, nec minùs Cano- 3
nici dimidii Canonici Præbendati, quàm Canonici integri Præbendati, *Ragucc. de voce in Capitulo quæſit. 5. num. 2. Barboſa de Canonic. & Dignitat. cap.12. num.1. & 19. & cap.37. nu.1.* undè communiter participare debent de quindenniis provenientibus ex effectibus, ſeu bonis totius Capituli, cùm enim iſti habeant dimidium emolumenti, ut ſonat vox, conſequens eſt, ut ſint quoque participes medietatis quindenniorum; præterquamquòd etiam ipſi inſerviunt Eccleſiæ, ſicuti cœteri integri Canonici, cùm autem emolumentum debeatur ratione ſervitii, conſequens etiam eſt, ut Semicanonici quoque, qui Altari ſerviunt, ſolitum emolumentum percipiant ex Altari. Accedit, quòd tàm dimidii, quàm integri Præbendati indiſtinctim nominantur Canonici, non curando, an ſint dimidii, an integri, præſertim cùm tàm inſtallari ſoleant capitulariter in Choro dimidii Canonici, quàm integri Canonici, ſicque tàm hi, quàm illi recognoſcuntur in fratres, non enim ſola Præbenda, qualis qualis illa ſit, facit quem de Ca- 4
pitulo, ſed benè ſolus Canonicatus qualis qualis ille ſit, ſivè integer, ſivè dimidius, *Barboſa de Canonic. & Dignitat. cap.12. num.20.* aliàs in in uno, eodemque corpore daretur ſpatium, & vacuum, reddens unum membrum ſeparatum, 5
ac diſtinctum ab alio, quod monſtruoſum, & deforme eſt, veluti in ſimili arguit *Rota poſt Cipres de Pabordriis, ſeu Præpoſituris Valentinis pag. mihi 99. in princip. antè verſic. nec hujuſmodi.*

6 Quæ fortiùs procedunt, ſi dimidii Canonici utantur eodem habitu Canonicali, eiſdemque Inſignibus, quibus utuntur integri Canonici, æqualiter quoque in Proceſſionibus incedendo, quo caſu eodem etiam æqualiter cum integris Canonicis jure Capitulari gaudere debent *Themud. à Fonſeca deciſ. Vlyxbonen. 95. n. 5. cum ſeqq. & per tot. par. 1.* ubi de mediis Canonicis Colimbrien. Cathedralis in noſtro Luſitaniæ Regno, *Rota poſt Cipres laudato tract. pag. mihi 76. in principio.*

Nec obſtat *Barboſa de Canonic. & Dignitat.*
7 *cap. 4. nu. 43.* inquiens, dimidios Præbendatos, tamquàm habentes Beneficia inferiora non habere vocem in Capitulo, proindeque non ſunt de Capitulo, nec per conſequens participant de quindenniis, quia putarem, *Barboſam*
8 intelligere per dimidios Præbendatos ſimpliciter de dimidiis Portionariis non Canonicis, ſed Beneficiatis, qui, etiamſi ſint integri (prout in Hiſpaniis paſſim extant dicti *enteros, y medios Racioneros*, eorùmque Beneficia *entera, y media*
9 *Racion*) quivè reſpondent Aſſiſiis, quaſi aſſiduis, ſeu Manſionariis, & Cappellanis, ſanè non ſunt de Capitulo, niſi ex peculiari Eccleſiarum Statuto, privilegio, vel conſuetudine ſint tales, ut exponimus in *Capit. CXIX.* Adeò, ut, quamvis integri Canonici aliquantulùm differant à dimidiis Canonicis quoad prælationem, & præcedentiam in intrando, & votando in Capitulo, non indè ſequitur, dimidios Canonicos non eſſe veros Canonicos, ſed benè integros Cano-
10 nicos eſſe Clericos primi gradus, ſeu ordinis, habentes ſtallum honorificentius in Choro, melioremque ſedem, dimidios verò Canonicos eſſe Clericos ſecundi gradus, ut in puncto dimidiorum Canonicorum Colimbrien. apud noſtros Luſitanos *Themud. à Fonſeca dec. Vlyxbonen. 98.*
11 *num. 19. cum ſeqq. par. 1.* & magis, & minus non facit differre ſpecie juxta axioma Philoſophicum *Vaz Barboſa in loc. commun. litera M. num. 1.*

Quibus abſolutis ſupereſt difficultas, an iſti dimidii Canonici concurrentes cum integris Canonicis ad quindennia, illa lucrentur pro medietate tantum, prout pro medietate tantùm lucrari ſolent alios fructus Canonicales, ſeu provenientes ex Canonicatibus, indèque dicti dimidii Canonici, vel Semicanonici, ſeu dimidii Præbendati, vel Semipræbendati, an verò lucrentur quindennia pro integra rata ſibi contingente ad inſtar integrorum Canonicorum, & dicerem, eos lucrari quindennia integraliter, eiſque faciendam eandem partitionem, & diviſionem, quæ fieri ſolet integris Canonicis, non habendo in conſideratione, quod ſint dimidii Canonici, quodque, ſicuti habent dimidios tantùm fructus ſuorum Canonicatuum, & Præbendarum, ità videretur habere dimidia tantùm quindennia, quæ etiam fructus Canoniæ ſunt, quippè non benè arguitur à fructibus Canonicalibus ad iſtos fructus Capitulares, vel quaſi Capitulares, qualia ſunt quindennia, cùm ſint quidem dimidii Canonici quoad fructus Canonicales, ſed non indè ſunt, nec eſſe poſſunt dimidii Capitulares, eo quòd ridiculum eſt, immò impoſſibile, quòd perſonæ dimidiari poſſint, quodvè detur vox in Capitulo dimidia, & reſoluto, quòd dimidii Canonici lucrentur quindennia tamquàm perſonæ de Capitulo, benè ſequitur, illa lucrari integraliter, ac ſi etiam ipſi eſſent integri Canonici, cùm quindennia non proveniant à fructibus Canonicatuum, qui pro medietate tantùm debentur dimidiis Canonicis, ſed proveniant ex bonis totius Capituli, de quo tàm ſunt dimidii, quàm integri Canonici, cùmque non ſint fructus Præbendales, in his cadere nequit ratio integrorum, aut dimidiorum fructuum. Aliter putarem, dicendum, ſi conſtaret ex erectione, quòd Capitulares receperint ea intentione tribuendi emolumenta pro medietate tantùm, & Semicanonici ea quoque intentione ingreſſi ſint Capitulum, quia 12
tunc iſta tacita conventio ſervanda eſſet in emolumentorum diviſione ex traditis per *Card. Mantic. de tacit. & ambig. conventiou. tom. 1. lib. 1. tit. 5.*

ARGUMENTUM.

Canonicus Eccleſiæ Collegiatæ nondùm inſtallatus in Choro, aut in Capitulo, etiamſi antè inſtallationem maturatum, exactùmque fuerit quindennium à Capitulo, dummodò de eo tempore Canonicatus poſſeſſi capta ſit, poteſt participare de quindennio.

SUMMARIUM.

1 *Canonicus Cathedralis antè emiſſam Fidei profeſſionem participare nequit de quindenniis.*
2 *Inſtallatus nihil aliud eſt, quàm miſſus in poſſeſſionem.*
3 *Inſtallare eſt idem, ac inthronizare.*
4 *Canonicus etiam antè inſtallationem eſt de Capitulo.*
5 *In ſpiritualibus etiam ſine traditione plenum jus transfertur.*
6 *In temporalibus dominium regulariter non transfertur abſque traditione.*
7 *Layci ſunt incapaces ſpiritualitatis.*
8 *Canonicus etiam non inſtallatus ſtatim remanet de Capitulo, ſi in ſua Eccleſia non vigeat conſuetudo inſtallandi.*
9 *Cardinalis, etiam antè oris aperitionem eſt de Sacro Collegio.*
10 *Ità ſervatum fuit in perſona Cardinalis de Comitibus intervenientis in electione Pauli V.*
11 *Idem ſervatum in perſona Clementis X. occaſione Sedis vacantis Clementis IX.*
12 *Nominatio Cardinalis in Conſiſtorio ſecreto non habet vim promotionis, niſi derogata Conſtitutione Eugenii IV.*
13 *Epiſcopus indiget adminiſtratione ſuæ Eccleſiæ pro perceptione fructuum ſui Epiſcopatus.*
14 *Canonici etiam abſentes lucrari poſſunt quindennia.*
15 *Jus adminiſtrandi bona Capituli benè transferri poteſt in Canonicum nondùm inſtallatum.*
16 *Canonicus nondùm inſtallatus habet poteſtatem adminiſtrandi ea, quæ ſpectant ad jus Canoniæ.*
17 *Inſtallatio non requiritur de neceſſitate.*
18 *Inſtallatio requiritur, quando alius eſt in poſſeſſione.*
19 *Inſtallatio non fuit fruſtrà inventa.*

CA-

CAPITULUM CII.

1 SUprà in *Capitulo C.* loquuti ſumus de Canonico Eccleſiæ Cathedralis, quòd participare nequeat de quindennio nondùm emiſſa per eum profeſſione Fidei, in præſenti autem *Capitulo* cùm agatur de Canonico Eccleſiæ Collegiatæ, qui non tenetur profeſſionem Fidei emittere, proponimus, illum etiam non inſtallatum capacem eſſe perceptionis quindennii maturati de tempore jam poſſeſſionis captæ, obiter præmittendo pro vocis notione, nihil aliud eſſe in-
2 ſtallatum, quàm miſſum in poſſeſſionem, nihilque aliud eſſe inſtallationem, quàm locum,
3 ſeu ſedem in Capitulo, ſeu in Choro, quod *Juſtinian. Imper. Novell.* 123. *cap.* 3. inthronizare, & inthronizationem dicit, indè Stallus, ſeu Stallum, ideſt ſedes, ſedile, ſeu locus in Choro, *Gonzalez in cap. eam te 7. in not. n. 12. de Reſcript. & in cap. nè Dei Eccleſiam 42. in not. nu. 2. de Simon. Macri Hierolexic. verbo inſtallo, inſtallatio, inthronizo, & Stallum,* quo præmiſſo reſolvimus in præſenti, quòd Canonicus Eccleſiæ Collegiatæ nondùm inſtallatus in Choro, aut in Capitulo, etiamſi antè inſtallationem maturatum, exactumque fuerit quindennium à Capitulo, dummodò de eo tempore Canonicatus poſſeſſio capta ſit, poteſt participare de quindennio,
4 quippè talis Canonicus etiam antè inſtallationem eſt de Capitulo, ſicut alii Canonici inſtallati, proindeque evadit capax jurium quindennialium Capitularibus debitorum, *Imola in cap. cùm M. Ferrarien. 9. n. 27. antè med. verſiculo interdùm verò, de Conſtitution. Mantua apud Decian. conſil. 8. n. 228. vol. 1.* Siquidem abſque inſtallatione, & poſſeſſione Beneficii per ſolam collationem acquiritur quoad omnia attinentia ad Beneficium jus in re, *Felin. in cap. ſuper his 16. antè n. 1. in medio verſiculo & per illam gloſſam, & in cap. accedens 23. n. 2. in princip. de accuſation. Barboſa in cap. ſi tibi abſenti 17. n. 4. de Præbend. in 6. Raguccius de voce in Capitulo quæſit. 6. n. 2. & quæſit. 25. n. 1.* ubi utrobique in ſpecie de Canonico non inſtallato, undè fit, quòd in ſpiritualibus ex ſolo titulo abſque traditione, ſeu inveſtitura plenum jus transfertur,
5 remanente ſemper dominio Beneficii penès Chriſtum, *Imola in cap. cùm M. Ferrarien. 9. n. 27. antè med. verſiculo movetur, de Conſtitution. Barboſa in Rubr. ff. ſolut. matrim. par. 2. n. 83. in fine verſiculo neque repugnat,* ad differentiam in tem-
6 poralibus, in quibus dominium regulariter non transfertur abſque traditione *l. traditionibus 20. C. de pact.* quòd verò eſſe de Capitulo, à quo dependet, & in quo conſiſtit jus percipiendi quindennium, ſit quid ſpirituale, vel ſpirituali annexum, non eſt revocandum in dubium, dum
7 layci tamquàm ſpiritualitatis incapaces ſanè de Capitulo eſſe nequeunt *cap. decernimus 2. de judic.*

8 Fortiùs procedet præſens noſtra reſolutio, ſi in Eccleſia non vigeat conſuetudo inſtallandi, cùm tunc etiam Canonicus non inſtallatus ſtatim remanet de Capitulo, *Imola in ſæpè laudato cap. cùm M. Ferrarien. 9. n. 27. in principio, & 28. in fine, verſiculo & ſic per prædicta, de Conſti-*
9 *tution.* eo modò, quo Cardinalis creatus in publico Conſiſtorio, etiam antè oris aperitionem eſt de Sacro Collegio, ſeu de Capitulo Cardinalium, tuncque Sedis vacatione contingente ingredi valet Conclave, ibique vocem habet, uti alii Concardinales, quibus apertum eſt os, ſtante Bulla S. Pii V. 26. Januarii 1571. edita, per quam corrigitur contraria Bulla Eugenii IV. in *ordine la 1. Bullar. nov. Roman. tom. 1. Decian. conſ. 8. per tot. vol. 1.* ubi de Cardinali Grimano Patriarcha Aquilegien, *Lavorius de Conclavi, & Conclaviſtis cap. 3. n. 16. & de electione cap. 6. n. 20. cum ſeqq.* ubi ità ſervatum tempore electionis Pauli V. in perſona Cardinalis de Comitibus, 10
cui tempore obitus Clementis VIII. nondùm fuerat os apertum, & *cap. 10. n. 15. Card. de Luca in Relat. Cur. diſc. 5. n. 11.* ubi de Clemente X. 11
qui in Sede vacante Clementis IX. ingreſſus fuit Conclave nondùm adhibitis ceremoniis aperitionis oris; eſt benè verùm, quòd promotus ad Cardinalatum in Conſiſtorio tantùm ſecreto non haberet vocem in Conclavi, ut expreſsè loquitur citata Bulla Eugeniana, & in hoc non cenſetur correcta, cùm nominatio in Conſiſtorio Secreto non habeat vim promotionis ob de- 12
fectum publicationis, niſi derogatum ſit Eugenianæ prædictæ, in terminis *Jaſon. conſ. 145. n. 3. in med. verſ. tertio & fortius lib. 2. Alexand. conſ. 111. per tot. lib. 6. Corn. conſ. 278. lib. 3.*

Nec obſtat, quòd ſola proprietas, ſeu ſimplex titulus Canonicatus non videatur ſufficere ſine inſtallatione ad acquirendum quindennium, quod in ſe eſt fructus ipſius Canonicatus, cùm benè illud percipere poſſit Canonicus nondùm inſtallatus, qui non indiget aliqua adminiſtra- 13
tione bonorum Capituli pro perceptione quindennii, prout indiget Epiſcopus adminiſtratione ſuæ Eccleſiæ, pro perceptione fructuum ſui Epiſcopatus, *cap. ex his 12. q. 1. cap. Epiſcopus 12. qu. 2.* ità, ut ſatis ſit, quòd quis ſit de Capitulo, quamvis non ſit in Capitulo, ſed à Capitulo abſit; hinc per Congregationem Particularem à SS. Domino Noſtro Clemente Papa XI. glorioſè ſedente deputatam reſolutum fuit uſque de anno 1705. quòd Canonici S. Mariæ in Coſmodin. Scholæ Græcæ vulgò *alla bocca della verità.* de Urbe, etiam abſentes lucrari poſſint quinden- 14
nia, ut videre eſt ex ſententia deſuper lata in §. 40. in cauſa inter eoſdem Canonicos, & Archipræsbyterum, tunc *Bartholomæum Piazzam,* propriorum jurium tenaciſſimum vindicem, qui *die* 24. *Martii* 1713. è vita migravit, quæ quidem ſententia regiſtrata apparet poſt *Tract. int. Doctor. Litera GG.* & quando etiam jus percipiedi quindennium dependeret ab adminiſtratione, prout re vera non dependet, adhùc iſtud jus adminiſtrandi benè transferri poteſt in Canonicum ab- 15
ſque inſtallatione juxta capitalem *textum in cap. ſi tibi abſenti 17. de Præbend. in 6.* cùmque collatio Canonicatus habeat vim electionis, & confirmationis, ità, ut ſicuti electus, & confirmatus habet poteſtatem adminiſtrandi, quantumvis nondùm inſtallatus fuerit, ità Canonicus etiam 16
non inſtallatus habet poteſtatem adminiſtrandi ea, quæ ſpectant ad jus Canoniæ, *Imola in cap. cùm M. Ferrarien. 9. n. 28. circà fin. verſic. & pro eo, quod dixi, de Conſtitution.* & in tantum inſtallatio requiritur, in quantum de ſolemnitate, 17
non in quantum de neceſſitate, ſeu de ſubſtan-

ria illa eſt, *Archidiacon. in cap. cum, qui* 18. *circà fin. verſic. ità colligitur, de Præbend. in* 6. *Felin. in cap. nè Dei* 43. *n.*2. *in fine verſic. ſed maximè quia, de Simon. Ancharan. in dic. cap. eum, qui* 18. *n.*3. *in* 6. *notabil. in fine verſic. & inſtallatio, de Præbend. in* 6.

Præterea contrarium ſuſtineri poſſet, quando alius eſſet in poſſeſſione Canonicatus, ſicque jam inſtallatus, præſertim ſi bona fide illum
18 poſſideat, non autem quando (ut ſupponimus in noſtra hypotheſi) poſſeſſio eſt vacans, & nullus alius exiſtat, quàm proprietarius, *Imola in cap. cùm M. Ferrarien.*9. *n.*27. *circà fin. verſic. quia illud, quod dicitur, de Conſtitution.*

19 Minùs obſtat, quòd aliàs fruſtrà eſſet inventa à Jure ſolemnitas inſtallationis in *cap. ad hæc* 7. *cap. ut noſtrum* 9. *de offic. Archidiac.* quod inveriſimile eſt, *Ancharan. in cap. cum, qui* 18. *n.*3. *circà fin. in* 6. *notabil. verſ. nam ſi diceremus, de Præbend. in* 6. quippè non dicimus, non requiri inſtallationem, quæ ſemper requiritur, ſed dicimus, quod etiam antè illam benè acquiri poteſt quindennium, dummodò poſteà Canonicus inſtalletur.

ARGUMENTUM.

Canonicus, quantumvis in Sacris Ordinibus conſtitutus, nihilominùs ſpontè renuncians ſuæ voci activæ, nec curans ingredi Capitulum, ſeu Aulam Capitularem, ut inibi ſuum votum ferat ſuper negociis Capitularibus unà cùm cæteris Concanonicis Capitularibus, adhùc participare poteſt de quindenniis pro ſua rata ad inſtar aliorum Canonicorum Concapitularium ingredientium Capitulum, ibique eorum vota ferentium.

SUMMARIUM.

1 *Tàm Canonicus, quàm Monachus renunciare valet ſuæ voci.*
2 *Senator, vel Rector Civitatis, vel ſimiles renunciare nequeunt voci.*
3 *Dare, & habere vocem in Capitulo eſt præheminentia, & fructus Canonicatus.*
4 *Canonicus privari, aut ſuſpendi ſolet voce ob delictum.*
5 *Vox in Capitulo eſt onus ob neceſſitatem, & obligationem votandi.*
6 *Poteſt dari juſta cauſa non intereſſendi Capitulo. puta ob aliqua inconvenientia in eo oriri ſolita.*
7 *Regularis non tanta facilitate, quanta ſæcularis, poteſt renunciare voci.*
8 *Sufficit coram Capitulo expreſſè renunciare.*
9 *Canonicus in Sacris non ordinatus non habet vocem in Capitulo.*
10 *Talis Canonicus participare debet de quindenniis.*
11 *Laudemia dependent à conſenſu Domini.*
12 *Portionarii, vel ſimiles habentes vocem in Capitulo ob conſuetudinem, vel Statutum Eccleſiæ, non participant de quindenniis.*
13 *Per renunciationem voti habetur quis, ac ſi non eſſet de Capitulo.*
14 *Non habens ampliùs vocem in Capitulo, non eſt ampliùs de Capitulo.*
15 *Renunciatio interpretanda venit, quominùs renuncianti noceat.*
16 *Non debet quis reportare victoriam ex ſua malitia.*
17 *Quis renunciare poteſt voci.*
18 *Faciliùs negocium cum paucis, quàm cum multis peragitur.*
19 *Quindennium acquiritur ex ficto conſenſu, qui præſtari fingitur ſingulis quindecim annis.*
20 *Non conſentire valens potiùs eſt inter volentem, & nolentem.*
21 *Canonicus abſens à Capitulo, adhùc percipere poteſt quindennia.*
22 *Fit mentio Caroli Bartholomæi Piazzæ Archipræsbyteri S. Mariæ in Coſmedin.*
23 *Si quis ex Canonicis poteſt renunciare voci, ſequitur, quòd etiam alii Canonici id facere poſſint.*
24 *Canonici benè poſſunt voci renunciare.*
25 *Canonicus renunciare poteſt ſuæ voci, ſicut juri ſuo in ſuum favorem introducto.*
26 *Cardinalis renunciare poteſt ſuæ voci in electione Papæ.*
27 *Refertur contraria opinio, ſub motivo juris publici.*
28 *Cardinalis non poteſt omittere ſuum votum in aliquibus negociis, & deſinere intereſſe Conſiſtorio.*
29 *Hoc eſt ſpeciale in Cardinalibus, qui præſtare debent eorum vota, cùm electio Papæ ſit res maximi momenti.*
30 *Nemo puniri debet duplici pœna ob unum tantùm delictum.*

CAPITULUM CIII.

Cum ſuprà in *Cap. XCIV.* docuerimus, Canonicum nondùm in Sacris ordinatum participare debere de quindenniis, modò viceverſa ſupereſt docendum, Canonicum in Sacris ordinatum, & renunciantem ſuæ voci, quoque participare debere de quindenniis. Præmittendum autem eſt, quòd quilibet tàm Canonicus, quàm Monachus liberè renunciare valet ſuæ vo- 1
ci, abſtinendo à ſuffragio ferendo in Capitulo, niſi habita ratione ſaltem ad forum internum, ſit perſona ſapiens, & erudita, ejuſque ſuffragium valdè conferat Communitati ad reliquos imbuendum, & erudiendum in rebus proponendis, ac rectè diſponendis, nè aliàs ex voti hujuſmodi renunciatione concludatur negocium propoſitum in haud modicam totius Collegii perniciem præſertim ob nonnullorum pathemata, vel ſubornationes, & authòritas providendi remaneat penès eos, qui zelo, aut prudentia careant, ad *text. in cap. in cauſis* 30. *cap. quod ſicut* 28. *cap. quia propter* 42. *de elect. cap. ubi periculum* 3. §. 1. *verſ. ſanè eod. in* 6. *Clem. nè Romani* 2. §. *Porrò* 3. *eod. Lavor. de electione c.*15. *n.*86. *cum ſeqq. à Bonon. eod. tract. par.*1. *cap.*2. *dub.*15. *n.*4. *cum ſeqq. Samuel. eod. tract. tract.*1. *diſp.*2. *contr.*16. *conc.*3. *nu.*8. *cum ſeqq. Paſſerin. eod. tract. cap.*11. *qu.*3. *n.*17. *cum ſeqq. Bonacina de contract. diſp.*1. *qu.*2. *punc.*8. *nu.*8. *Barbat. de diviſ. fruct. par.*1. *cap.*16. *n.*1. *Molin. de Primogen. Hiſpan. lib.*1. *cap.*25. *nu.*2. *Mirand. manual. Regular. tom.*2. *qu.*23. *artic.*6. *concl.*5. *Ricc. deciſ. Cur. Archiep. Neapol.*276. *per tot. par.*3. poteſt enim quis juri ſuo renunciare *l. ſiquis in conſcribendo* 29. *C. de pact.* quidquid ſit in Officialibus ſæcularibus, puta Senatore, aut Rectore Civitatis, vel ſimili, cujus præcipuum munus eſt in Senatu, vel Conſilio aſſiſtere, qui proindè voci 2
re-

renunciare nequit, ut benè ponderat *Garz. de benef. par.3. cap.2. n.525. in fine verſ. quod ſecùs eſt*, *Card. Palæott. de Sacr. Conſiſtor. Conſultation. par.5. qu.8. in princip. verſ. quod ad primum cum verſ. ſeq.* ſi namque dare, & habere vocem in
3 Capitulo, non ſolùm eſſet præeminentia, & fructus Canonicatus, prout verè talis eſt, ex relatis à *Garzia de benef. par.3. cap.2. n.525. in princip. verſic. habere, & dare vocem*, *Gallus de fructib. diſp.3. artic.9. n.35 in princip.* *Barbat. de diviſ. fruct. par.1. cap.16. n.1.* *Molina de Primogen. lib.1. cap.25. nu.2.* *Gratian. diſc.867. nu.26.* *Maſtrill. dec. Sicil.18. num.3. cum ſeqq.* ſed onus
4 etiam, ſequeretur, quòd privare, ſeu ſuſpendere voce Canonicum ob delictum, ut practicatur, *Clem. ut ii 2. §. Illi verò 1. de ætat. & qualitat. ordin.* non eſſet pœna, ſed potius gratia, dum Canonicus mediante tali punitione relevaretur hoc onere, verumtamen quia vox in ſe eſt res magnæ auctoritatis, ac honorificentiæ, & tam-
5 quàm talis, valdè appetibilis, ac æſtimabilis, maxima pœna eſt illa privari, ſeu ſuſpendi, quamvis *Garzias de Benefic. par.3. cap.2. n.533. cum ſeq. & Barboſa de Canonic. & Dignitat. c.40. n.2. in princip.* ſubtiliùs philoſophando, teneant eſſe onus quoad neceſſitatem, ſeu obligationem votandi, & intereſſendi in Capitulo, eſſe autem præeminentiam quoad pœnam, tantaque profectò quandoque cauſa concurrere poteſt ad
6 non intereſſendum Capitulis, ut ab illis etiam quis juſtiſſimè excuſetur, ſi ob magnam perverſionem procedatur adeò perperàm, & ex abrupto, ſine lege, ordine, & modo, cum tyrannide, violentia, & inſolentia Præſidentium, & potentiorum non habentium aliam legem, *Garz. de benef. par.3. cap.2. n.537.* eſt benè verum, quòd
7 Regularis non tanta facilitate, quanta ſæcularis, poteſt renunciare voci, reſiſtente voto ſolemni obedientiæ, præcipuè ſi à ſuperiore illud expetatur, *Rodriguez qu. Regular. tom.2. qu.54. artic.10. in princip. verſ. & quòd appellatio, cum ſeqq. verſ.* Advertendum inſuper eſt, renunciationem hujuſmodi fieri debere, in ſcriptis ad evitandum controverſias, à *Bonon. de electione par.1. c.2. dub.15. n.7.* *Samuel. eod. tract. tract.1. controv.16. conc.4. n.11. cum ſeq.* non tamen pu-
8 tarem, id eſſe valdè eſſentiale, cùm ſit potiùs contrà rem actio in ſcriptis, ac ſufficiat coram Capitulo expreſſè renunciare, *Paſſerin. de elect. cap.11. qu.3. n.20. in fine verſ. quod verò addit.*

His præmiſſis, firmatur in præſenti, quòd Canonicus, quamtumvis in Sacris Ordinibus conſtitutus, nihilominùs ſpontè renuncians ſuæ voci activæ, nec curans ingredi Capitulum, ſeu Aulam Capitularem, ut inibi ſuum votum ferat ſuper negociis Capitularibus unà cum cœteris Concanonicis Capitularibus, adhùc participare poteſt de quindenniis pro ſua rata ad inſtar aliorum Canonicorum Concapitularium ingredientium Capitulum, ibique eorum vota ferentium, ſi enim Canonicus, etiamſi in ſacris non ordinatus, ut firmavimus ſuprà in *Capitu-*
9 *lo XCIV.* ſicque non Vocalis ob reſiſtentiam tàm juris Canonici in *Clem. ut ii 2. §. Illi verò 1. de ætat. & qualit. ordin.* quàm *Sac. Concilii Trident. ſeſſ.22. de Reform. cap.4. in princip.* adhùc parti-
10 cipare poteſt de quindennio, à fortiori, eo fermè pacto Canonicus jam ordinatus in ſacris, ſicque jam Vocalis, ac uti talis nullum habens juris impedimentum ad votandum, immò ad id in ſolo caſu ordinationis omni libertate fruens, ſi voluntariè renunciet ex facto proprio ſuæ voci, ſeu vocalitati de jure ſibi permiſſæ, debet participare de quindennio, cùm jus quindennii, quantumvis in ſe fundatum ſit ſuper juribus, & effectibus, ſeu bonis Capitularibus, ſivè totius Capituli, attamen magis pendere videatur à jure Canoniæ, quàm à voce, ſeù vocalitate Capitulari, exactio enim quindenniorum nullo indiget præambulo conſenſu Capituli Domini directi, proindeque nec conſenſu Canonici renunciantis voci, ſed ex generali conſuetudine illa inolevit, ad differentiam exactionis lau- 11
demiorum, quæ dependent à conſenſu Capituli, *Niger de laudem. tom.1. qu.5. num.41. cum ſeqq. & tom.2. qu.3. num.5. & qu.48. nu.2. cum ſeqq.* adeò, ut nihil implicet, quòd ob renunciationem vocis Canonicus non habens votum in Capitulo, participare debeat de quindenniis, pro quorum perceptione, & exactione nullum requiritur votum in Capitulo, nulluſque conſenſus, cùm manus mortua emphyteuta non indigeat ſingulis quindecim annis nova inveſtitura. Sed quando exactio quindenniorum dependeret à conſenſu Capituli (quod negamus) adhùc iſte per reliquos Concanonicos votantes ſupplendus eſſet, qui conſentirent tàm nomine proprio, quàm nomine renunciantis; Undè fit, quòd (ut in *Cap. CXV.* monemus) quantumvis quis non Canonicus, puta Portionarius, vel ſimilis, ex 12
peculiari tamen Statuto Eccleſiæ, vel conſuetudine habeat vocem in Capitulo, nihilominùs non indè ob ſolam vocem abuſivè magis per quendam uſum inveteratum, ſeu legem municipalem, quàm jure proprio ſibi competentem, acquirere poſſit quindennium, cùm tali verè in eſſentia deſit qualitas Canonicalis principale, ac unicum forſitan requiſitum acquiſitionis quindennii; nec cenſetur renunciatum emolumentis quindennialibus, cùm renunciatio tamquàm ſtricti juris, non eſt extendenda ultrà intentionem, quæ fuit renunciare tantùm voci, & credendum eſt expreſſioni, à qua colligitur intentio.

Quibus poſitis quinque ſeſe offerunt objecta diluenda.

I. Non obſtat, quòd per renunciationem voti 13
habetur quis, ac ſi non eſſet de Capitulo, *Miranda in manual. Regular. tom.2. qu.23. artic.20. in fine verſic. & facit ad hoc gloſſa notabilis*, *à Bonon. de elect. par.1, cap.4. dub.29. nu.3. in princ. verſic. argumento ejus*, & tamquàm talis videtur propria voluntate effectus incapax emolumentorum quindennialium, quæ debentur ſolis de Capitulo, de quo hac via eſſe deſinit, vel contentus eſt ſe pro tali impoſterùm reputari, quouſque vocem à ſe renunciatam reaſſumere velit, 14
adeò, ut non habens ampliùs vocem in Capitulo, non ſit ampliùs de Capitulo, *Card. de Luca de Canonic. diſc. 4. num. 5.* *Rota poſt Antonell. de jurib. & oneribus. Clericor. deciſ.41. num.9. & 21.* quia ridiculum eſſet, inveriſimile, ac à mente renunciantis valdè alienum, voci renunciare velle cum proprio præjudicio in quindennio ſibi debito, quando aliàs, ſi ſciret, hoc damnum ſibi eventurum, profectò non renunciaret voci,

nè

nè habeatur pro fatuo, eſt enim adeò ſtricti juris renunciatio, ut non præſumatur quis renunciaſſe omni juri ſuo, ſed illa venit interpretanda, quominùs renuncianti noceat, *Samuel. de electione canonica tract.*1. *contr.*16. *concl.*4. *n.*12. *cum ſeqq. à Bonon. eod. tract. par.*1. *cap.*2. *dub.*15. *num.* 7. *in princip. verſ. ipſa enim eſt ſtricti juris, Capon. diſc.*285. *num.*1. *cum ſeq. tom.*4. ita, ut Canonicus præſumatur renunciare voci ex humilitate ſpiritus ad evitandum diſſenſiones, aut perniciſſimas partialitates in Capitulis facilè oriri ſolitas, retenta tamen Capitularitate, indeque jure quindenniorum, quam, & quod citrà culpam amittere nequit. Inſuper quia auctoritates loquuntur in Regularibus, quorum ſtatus ſemper eſt regularis, ſivè ſint de Capitulo, ſivè extrà, ſed Canonicus, dum eſt Canonicus, non poteſt eſſe non Capitularis; & quia ſuprà citatæ auctoritates loquuntur in concreto in materia electionis ad effectum non numerandi votum renunciantis, prout non numeratur votum abſentis, quaſi quòd ob renunciationem, aut abſentiam deſinat quis eſſe de Capitulo quoad illum tamen ſolum actum electionis, non verò quoad alios actus, qui peragi etiam poſſunt abſque interventu in Capitulo, qualis eſt præſens actus exigendi quindennium, ſeu de illo participandi cum aliis Concanonicis in caſu renunciatæ vocis.

15

II. Minùs obſtat, quòd immò eſt culpoſus Canonicus renunciando voci ob præjudicium indè reſultans Capitulo ex defectu illius voti, undè in pœnam delicti puniendus eſſet amiſſio-
16 ne quindennii, nè aliter ex ſua malitia victoriam reportaret *cap. novit* 13. *de judic.* quia dici nequit eſſe in culpa, dum utitur jure ſuo renun-
17 ciando voci, cui benè renunciare poteſt ex jam dictis in principio *præſentis Capit.* & damnum, quod reſultat Capitulo, eſt eventuale, ac uti tale, non habendum in conſideratione, præſertim ſi non reddatur adeò neceſſarium votum renunciatum ob ſufficientem numerum aliorum Capitularium venientium ad Capitulum, inque eo votantium; immò nullum poteſt conſiderari damnum, quia poteſt etiam extrà Capitulum ferre ſuum votum ad inſtar Aſſeſſorum Laycorum in Tribunali Eccleſiaſtico, qui quantumvis non pronuncient, poſſunt tamen dare conſilium Epiſcopo, ità, ut poteſt conſulere Canonicus Eccleſiæ, ſuadendo aliis, quod æquum, & bonum eſt, hocque modo reparatur præjudicium Eccleſiæ. Omiſſo, quòd quandoque tantum abeſt ponderatum damnum, ut potiùs alii Capitula-
18 res communiter lætentur de talibus renunciationibus, ex eo quòd faciliùs negocium cum paucis, quàm cum multis expeditur *Ricc. deciſ. Cur. Archiep. Neapol.*276. *num.*2. *par.*3.

III. Ejuſdem irrelevantiæ eſt, quòd, cùm quindennium in locum laudemii ſubrogatum acquiratur ex ficto conſenſu Capituli, qui præ-
19 ſtari fingitur capitulariter ſingulis quindecim annis pro ficta, ac imaginaria alienatione totiès renovanda ad *text. in l. fin. C. de jure emphyt.* videretur illud acquiri non poſſe Canonico renuncianti ſuæ voci, qui tamquàm renuncians ſuo voto, verè dici poteſt non conſentire, quia in favorabilibus talis renuncians fingitur quoque conſentire ad effectum ſibi acquirendi quindennium, & quia non eſt verum, quòd videa- 20
tur non conſentire, cùm potiùs eſt inter volentem, & nolentem *l. nolle* 4. *ff. de aquir. hæred.* poſitus enim eſt in ſtatu medio inter conſentientem, & non conſentientem, qui ſaltem (quod ſatis eſt) non diſſentit. His accedit, quòd etiam culpa non vacare videtur Canonicus abſque aliqua cauſa, aut legitimo impedimento abſens à Capitulo, attamen iſte, non obſtante ſua ab- 21
ſentia à Capitulo, adhùc benè percipere poteſt quindennia, ac ſi à Capitulo non abeſſet, veluti in his puris terminis acerrimè diſcuſſo articulo reſolvit Congregatio Particularis trium Eminentiſſimorum Cardinalium, & unius Prælati à Sāmo Domino Noſtro Clemente Papa XI. glorioſè, quia coactè ſedente, in celebri Cauſa Romana inter Carolum Bartholomæum Piazzam 22
Archipresbyterum Eccleſiæ Collegiatæ S. Mariæ in Coſmedin Scholæ Græcæ vulgò *alla Bocca della verità, die* 24. *Martii* 1713. è humanis ereptum, ac inter Capitulum, & Canonicos ejuſdem Eccleſiæ, juxta lecturam ſententiæ de anno 1705. latè, in §.40. *regiſtrat. poſt Tract. inter Doctores litera GG.* & maxima paritas eſt inter renunciantem voci, & abſentem à Capitulo, cum verè uterque ex facto proprio non ſuffragetur in Capitulo, & uterque idem, vel conſimile videatur committere delictum, undè, ſi voluntariè abſens à Capitulo non meretur pœnam amiſſionis quindenniorum juxta memoratam reſolutionem, nec illam merebitur voluntariè renuncians voci ob eundem effectum, qui ſequitur ex abſentia à Capitulo, & ex renunciatione vocis, ſola data inter unum, & alium differentia, quòd abſens tacitè renunciat voci ſaltem pro illa vice, ſeu vicibus, pro qua, ſeu pro quibus abeſt à Capitulo, alter verò expreſsè renunciet ſaltem pro toto tempore, quo ſuam vocem reaſſumere nolit.

IV. Levioris ponderis eſt objectum, quòd quamvis numerus Canonicorum præcipuè conſiſtat in ſervitio, & reſidentia Eccleſiæ, Chori, & Altaris, nihilominùs conſiſtit etiam in adminiſtratione, & regimine rerum Eccleſiæ, ac Capituli, ſpiritualium, ac temporalium, in quo jus, & bonum publicum verſatur, ſicque incumbit eis onus intereſſendi Capitulis ad ſatisfaciendum integraliter eorum officio, & conſulendum bono Eccleſiæ, ejuſque jura, & res tuendum, ità, ut, quantumvis adminiſtratio hujuſmodi, & regimen incumbat Canonicis, & Capitularibus, non uti ſingulis, ſed uti univerſis, attamen cùm quilibet ex Canonicis ſint pars Capituli, ſeu univerſitatis, uti parti Capituli incumbere debet unicuique prædicta obligatio, aliàs, ſi quilibet ex Canonicis, ſeu Capitularibus poſſet renunciare voci, nec teneretur intereſſe Capitulo, vel ſi vellet intereſſe, poſſet in eo votum ſuum omittere, illùdque non præſtare, alii etiam Cano-
nici poſſent id facere, nec eſſet major ratio de 23
uno, quàm de altero, & ſic poſſet facilè deficere bonum regimen Eccleſiæ, ac Capituli in haud leve ejuſdem detrimentum, *Barboſa de Canonic. & Dignit. cap.*40. *nu.*1. etenim Canonicis competit vox ratione juris privati, & ſpecialis inter eos fraternitatis, non propriè ex officio, cui 24
proindè valentes renunciare, *à Bonon. de elect. par.*1. *cap.*2. *dub.*15. *num.*4. benè poſſunt participare

cipare de quindennio, nec merentur aliquam
pœnam dantes operam rei licitæ; proptereà
non eſt par ratio eorum, qui poſtremò ſe abſti-
nent à ſuffragando, ipſi enim ſtante deficientia
primi renunciantis habent obligationem omni-
nò ſuffragandi, nè propter eorum abſtinentiam
Eccleſia detrimentum patiatur, quemadmo-
dùm dicitur de Canonicis emeritis, ſeu jubila-
tis, in quibus poteſt dari caſus, ut unus exi-
matur è ſervitio, quia tunc ejus exemptio non
tollit ſervitium Eccleſiæ, & alius non poterit
eximi, cùm per exemptionem ſecundi tollatur
ſervitium Eccleſiæ.

V. Tandem leviſſimi momenti quoque eſt
25 animadverſio, quòd Canonicus benè quidem
poteſt renunciare ſuæ voci, ſicut juri ſuo, in
ſuum favorem introducto, in uno, vel altero
actu electionis, non autem ordinariè in quoli-
bet actu Capitulari, *Barboſa de Canonic. cap.* 40.
26 *num.*3. & ità Cardinalis poteſt renunciare voci
ſuæ in electione Papæ, *Villadieg. de origine, di-
gnit. & poteſt. Cardinal qu.*1. *num.*27. in reliquis
autem reſpicientibus regimen univerſalis Eccle-
ſiæ non poteſt ob publicam utilitatem, ut pa-
tet ad ſenſum, quia dato etiam fine veri præju-
dicio, quòd non poſſit renunciari voci, niſi in
particulari actu alicujus negocii Capitularis,
adhùc eſt compatibile, poſſe acquiri quinden-
nium, etiamſi nulliter renuncietur voci, cùm
vel detur, vel non detur vox in Capitulo, ſemper
acquiritur quindennium nihil commune habens
cum voce, nec ullam ab ea dependentiam; &
exemplum de Cardinali allatum ad inſtar Ca-
nonici, quòd ſolummodò in particulari electio-
ne Papæ poſſit renunciare voci, non autem in
reliquis rebus Eccleſiæ, non ſtringit, etenim
longè magis neceſſaria eſt toti Reipublicę Chri-
ſtianæ vox Cardinalis, adeò, ut ſecundùm ali-
27 quos ob jus publicum nec renunciare valeat ſuæ
voci in electione Pontificis, *Hoſtienſ. in cap. niſi
cùm pridem* 10. *num.* 41. *cum ſeqq. de renunciat.
Lauden. de Cardinal. qu.* 37. *Paſſerin. de election.
Pap. qu.*7. *num.*28. *cum ſeq.* quantò minùs omit-
28 tere ſuum votum in cæteris negociis, & deſinere
intereſſe Conſiſtorio, *Card. Palæot. de Sacr. Con-
29 ſiſtor. conſult. par.*5. *qu.*8. *per tot.* & contrarium
eſt ſpeciale in Cardinalibus, ut in *cap. ubi peri-
culum* 3. *de elect. in* 6. quia electio Papæ eſt res
maximi momenti.

Quibus poſitis, curioſa ſupereſt difficultas,
quid dicendum de Canonicis Baſilicarum, &
Collegiatarum Eccleſiarum de Urbe, an ſaltem
iſti, ſtante *Conſtitutione* 34. §. 1. *Alexandri VII. in
Bullar. nov. Roman. tom.* 6. mulctatoria abſen-
tium, renunciantes voci, aut non intereſſentes
Capitulis, amittant quindennia, & cenſerem
non amittere, etenim Conſtitutio Alexandrina
mulctat Canonicos abſentes, in una tantùm
punctatura, ibi -- *ſub pœna unius puncti*, cùm
30 pœnæ non ſint extendendæ, aliàs pro uno tan-
tùm delicto quis duplici pœna gravaretur con-
trà jus, *Pellegrin. in prax. criminal. par.*4. *ſect.*8.
*num.*49. *D. Advocatus Dominic. Urſaya Inſtitut.
crimin. lib.*4. *tit.*3. *num.*98. *Conciol. verbo carcer
reſ.*3. *per tot.*

ARGUMENTUM.

Canonici Hebdomadarii, ſeu Supplementarii, utpo-
tè ſupplentes vices Canonicorum, qui legitimo
detinentur impedimento, prout in Gallia, parti-
cipare non valent de quindenniis Capitulo Do-
mino directo debitis pro Emphyteuſi per manum
mortuam poſſeſſa.

SUMMARIUM.

1 *Dicuntur etiam Canonici Hebdomadarii, ſeu Turnarii, qui per ſuos Turnos, & Hebdomadas alternatim provident de Beneficiis.*
2 *Dicuntur etiam tales in alio ſenſu, qui per Hebdomadas deſerviunt Eccleſiis.*
3 *Alii Canonici in diverſo ſenſu etiam Hebdomadarii dicti, ſeu ſupplementarii, non tamen poſſunt nominari Canonici ſine iſto adjuncto Hebdomadarii.*
4 *Sola denominatio Canonicorum non inducit jus Canoniæ in præjudicium verorum Canonicorum.*
5 *Canonicus inducit quandam ſocietatem, immò fraternitatem.*
6 *Proviſio Canonicatus Hebdomadarii, de quo agitur, eſt potiùs ad honorificentiam, quàm ad realitatem.*
7 *Verba ſunt intelligenda ſecundùm ſubjectam materiam, etiam illa impropriando.*
8 *Dolus proprius nemini patrocinatur.*
9 *Non poteſt adjici clauſula, ex qua reſultet alteratio originariæ qualitatis Beneficii.*
10 *Papa intelligitur providere ſalvis ſemper Statutis, & conſuetudinibus Eccleſiæ.*
11 *Clauſula* cum plenitudine juris Canonicalis *inducit jus Capitularitatis, & conſequutivum participationis quindenniorum.*
12 *Prædicta clauſula reſtringi debet ad honores tantùm, non autem extendi ad Capitularitatem.*
13 *Ordinarius non poteſt mutare naturam, quam Beneficia receperunt in ſua inſtitutione.*
14 *Solus Papa mutare poteſt naturam Beneficiorum.*
15 *Papæ declarandæ ſunt qualitates Beneficii.*
16 *Negocia Capitularia maturiùs expediuntur per plures.*
17 *Emolumenta Canonicalia dependent à Canonia.*

CAPITULUM CIV.

PRætermittendum ad evitandam terminorum
confuſionem, quòd præſens ſermo non ve-
nit intelligendus de aliis Canonicis in diverſo
ſenſu etiam Hebdomadariis nuncupatis, in
quibus cùm tales ſint, procul dubio veri Cano-
nici, ut cœteri in ſuo ſenſu tunc non Hebdoma-
darii, nulla cadere poteſt difficultas circà præ-
ſentem inſpectionem, quales ſunt etiam in Ba-
ſilicis Patriarchalibus S. Joannis in Laterano,
S. Petri in Vaticano, & S. Mariæ Majoris Li-
berianæ in Eſquiliis de Urbe, dicti quoque Tur-
narii, cùm per ſuos Turnos, & Hebdomadas 1
alternatim provideant de Clericatibus, cæteriſ-
que Beneficiis ad tradita per *Rot. poſt Antonell.
de jurib. & onerib. Clericor. deciſ.*14. *& ad Card. de
Luca ſuper mater. Benefic. dec.*23. *nu.*2. *& dec.*24.
*nu.*4. *cum ſeqq. tom.*2. *ac in recentior. dec.*98. *par-
te* 19. Prout inſuper Hebdomadarii quoque, ſeu 2
Tur-

Turnarii dicuntur in alio ſenſu Canonici, qui juxta laudabilem, ac inveteratum ſtylum in eiſdem Patriarchalibus Eccleſiis per dies, Hebdomadas, ſeu menſes, & turnum ità alternatim deſerviunt Eccleſiæ, dividendo inter ſe ſervitium, *Card. de Luca de Canonic. diſc.* 11. *num.*2. loquimur igitur de illis Canonicis Hebdomadariis obligatis aſſiſtentiam facere aliis veris Canonicis, qui ſub prætextu, quòd etiam ipſi Canonici nominentur, præſumunt participare poſſe de quindenniis, ac ſi actu eſſent Canonici, proindè firmatur, quòd Canonici Hebdomadarii, ſeu ſupplementarii, utpote ſupplentes vices Canonicorum, qui legitimo detinentur impedimento, prout in Gallia, participare non valent de quindenniis Capitulo Domino directo debitis pro emphyteuſi per manum mortuam poſſeſſa, quamvis enim iſti quoque abuſivè nominari ſoleant Canonici, non tamen ſunt verè Canonici, neque ſimpliciter, ſed ſecundùm quid,
3 undè non habent vocem in Capitulo, quam ſanè haberent, ſi verè Canonici eſſent, nec nominari poſſnnt Canonici ſine adjuncto, ſed tantùm Canonici Hebdomadarii, *Tondut. reſol. Canonic. par.*2. *cap.* 3. §. 12. *num.*19. *cum ſeqq.* ſola enim
4 denominatio Canonicorum ad placitum magis, & tolerantiam, non inducit jus Canoniæ in præjudicium verorum Canonicorum, veluti ex Rotæ reſolutione firmat *Pignatell. conſult. Canonic. tom.*6. *conſult.*53. *nu.*1. *in fine*.

Quibus habitis trinæ inſurgunt difficultates non aſpernandæ.

I. Difficultas, quid dicendum, ſi aliquis Canonicus Hebdomadarius, ad effectum uſurpandi emolumenta omnia Canonicalia, & Capitularia, vel quaſi Capitularia, inter quæ enumerantur quindennia, in literis ſuæ proviſionis malitioſè curaverit adiici clauſulam, quòd, *reciperetur in fratrem*, an ſaltem in hoc caſu participare debeat de quindenniis tamquàm unus ex fratribus, & tamquàm talis conſideratus magis ut Canonicus, quàm ut Hebdomadarius ob enixam mentem providentis, receptio enim in fratrem
5 idem ſonat, ac receptio in Canonicum, & Canonicatus inducit quandam ſocietatem, immò fraternitatem ſimilitudinariam, ſeu ſpiritualem *cap. cùm Marcus Ferrarien* 9. *de conſtitution. cap. coram* 34. *de offic. Delegat. cap. accedens* 2. *ut lit. non conteſt. cap. quantò* 5. *cap. novit* 4. *de his, quæ fiunt à Prælat. ſin. conſenſ. Capitul.* argum. *l. verum* 63. *in princip. ff. pro ſoc. l. tutori* 20. *C. de negoc. geſt. Wagnereck in Jus Canon. lib.*1. *tit.*38. *de Procurator. ad cap. cùm pro cauſa* 6. *tom.*1. *Roſa de exequ. liter. Apoſt. par.*1. *cap.*6. *n.*151. nihilominùs crederem adhùc, non obſtante conſiderata circumſtantia, non participare poſſe de quinden-
6 niis, etenim receptio in fratrem in tali caſu proviſionis Canonicatus Hebdomadarii videtur magis continere nomen ventoſum, ideale, ac ſine fructu, ſivè effectu, potiùſque ad honorificentiam, quàm ad realitatem, ſeu Capitularitatem inducendam, *Tondut. reſol. Canonic. & beneficial. par.*2. *cap.*3. §. 12. *n.*22. *cum ſeqq.* Præterea ver-
7 ba ſunt intelligenda ſecundùm ſubjectam materiam etiam per viam impropriationis, *Barboſa*
8 *axiom.*222. *n.*6. 8. 9. & 28. & quia dolus proprius nemini patrocinatur *cap. intelleximus* 7. *de judic.* & quia ſi proviſus eſſet à Sede Apoſtolica, poſſet contra eum dari de obreptione, & ſubreptione ob clauſulam, quæ adiici nequit, reſultante 9
indè alteratione originariæ qualitatis Beneficii contrà *cap. ſignificatum* 11. *in fine de Præbend. Clem. quia contingit* 2. *de Religioſ. Dom. Sacr. Concil. Tridentin. ſeſſ.*25. *de Reform. cap.*5. & 16. in evidentem perniciem Canonicorum, quibus hoc modo contingeret minor portio quindennialis, quando tamen Papa intelligitur provi- 10
dere ſalvis ſemper Statutis, & conſuetudinibus Eccleſiæ *cap.*1. *de Conſtitution. in* 6. *Bald. in cap. cùm M. Ferrarienſis* 9. *num.*45. *in fine de Conſtitution.*

II. Difficultas, & quidem majoris conſiderationis, quid dicendum, ſi in proviſione ultrà memoratam clauſulam quòd *reciperetur in fratrem*, ad meliùs exprimendum enixiorem mentem addatur alia clauſula longè prægnantior, ſeu magis ſignificativa, & expreſſiva, *cum plenitudine juris Canonicalis*, & videretur, dicendum in hoc caſu eſſe locum participationi quindenniorum, quaſi quòd per dictam clauſulam jus competere ſolitum Canonicis, addatur ex vi prædictæ clauſulæ Canonico Hebdomadario, ſed illud pleniſſimè, ac integraliter concedatur, ſicque etiam annexum jus Capitularitatis, & illud 11
conſequutivum paritcipationis quindenniorum, *Lotter. de re benef. lib.*1. *quæſt.*19. *n.*48. *cum ſeqq. Moneta de diſtrib. quotid. par.*2. *q.*1. *n.*13. *Franc. Marc. deciſ. Delphin.*1043. *n.*8. *in principio par.*1. verumtamen contrarium putarem, quia præfata verba, quantumvis prægnantia reſtringi de- 12
bent ad honores tantùm, præeminentias, & prærogativas, quæ cæteris veris Canonicis competunt, non ad Capitularitatem ſpeciali notam dignam, *Tondut. reſol. Canonic. & beneficial. par.*2. *cap.*3. §. 12. *n.*24. *cum ſeq.* vel aliàs diſtinguendum, ſi ſit quis proviſus ab Ordinario, tunc 13
quia Collator eſt inferior, & iſte non poteſt immutare naturam, quam Beneficia receperunt in ſua inſtitutione juxta *text. in cap. ſignificatum* 11. *in fine de Præbend. Clem. quia contingit. de Religioſ. Domib. Sac. Concil. Trid. ſeſſ.*25. *de Reform. cap.*5. & 16. *Amoſtaz. de cauſ. piis lib.*2. *cap.*5. *n.*44. *Leo de offic. Cappell. ſect.*4 *qu.*2. *n.*50. *cum ſeqq. Perez de Lara de Anniverſar. & Cappellan. lib.*1. *cap.*12. *n.*10. *Garzias de Benef. par.*5. *cap.*2. *n.*490. *Lotter. de re benef. lib.*2. *qu.*7. *n.*18. *Tondut. reſol. can. & benef. par.*2. *cap.*3. §. 7. *nu.*10. *cum ſeqq. & par.*3. *cap.*129. *nu.*7. *cum ſeqq. Monet. de commutation. ultim. volunt. cap.*10. *n.*240 & *c.*11. *nu.*60. *cum ſeqq. Barboſa de Canonic. & Dignitat. cap.*21. *n.*27. *Card. de Luca de Benef. diſc.*96. *n.*7. & 9. *de Regular. diſc.*64. *n.*8. & *de Jurepatronat. diſc.*4. *n.*3. *diſc.*11. *n.*2. *diſc.*12. *num.*4. *Panimoll. dec.*5. *adnot.*1. *num.*40. *cum ſeq. dec.*9. *adnotat.*3. *n.*28. *cum ſeqq. & deciſ.*10. *adnot.*3. *n.*54. *cum ſeqq.* ſi autem eſſet proviſus à Papa, qui ſolus mutare 14
poteſt naturam Beneficiorum, tunc eſſet quæſtio voluntatis, non poteſtatis, *Antonin. var. reſol. lib.*1. *reſol.*3. *n.*4. ideò eſt inſpicienda mens Papæ, & an ei innotuiſſent qualitates Beneficii, 15
cui omninò declarandæ ſunt *Chokier de permutation. Benefic. par.*2. *cap.*4. *n.*2.

III. Demùm difficultas, quid dicendum, ſi in proviſione legatur clauſula *cum voce in Capitulo*, & cenſerem, non eſſe locum prætenſæ participationi quindenniorum, ſed quantò minùs læ-

lædere poſſit illam venire interpretandum favore propriorum Canonicorum, ut nempè in reverentiam proviſionis ad ſummum Canonicus Hebdomadarius habeat quidem vocem in Capitulo, non hinc tamen fiat de Capitulo, benè enim ſtare poteſt, quòd quis etiam non Cano-
16 nicus habeat vocem in Capitulo vigore conſuetudinis, aut Statuti, forſitan ad impinguandum numerum Vocalium, & Conſultorum, quibus negocia maturiùs expediuntur, & nihilominùs non ſit de Capitulo, *Pyrrh. Corrad. in prax. benef. lib. 2. cap. 13. num. 49.* præter luculenter per me deducta in *Cap. CXV.* quippè poteſt deſumi paritas ab eo, qui privilegium habet ſuffragandi cum Canonicis in electione Epiſcopi, & non per hoc Canonicus efficitur, vox itaque in Capitulo, Canonicum non facit, & ſi non eſt Canonicus, non habet jus participandi de emolu-
17 mentis Canonicalibus, quæ dependent à Canonia, *Barboſa de Canonic. & Dignit. cap. 12. nu. 1. in med. verſiculo undè non ſolùm ea, & nu. 3.*

ARGUMENTUM.

Etiam in illis Eccleſiis Collegiatis, in quibus ex Statuto, vel conſuetudine reperitur triplex ordo, ſeu ſpecies Canonicorum, ut quidam Canonici ſint inferiores, qui nuncupantur Scholares, tamquàm poſiti ſub cura, obedientia, & regimine Scholaſtici, quidam ſint medii, qui nuncupantur emancipati, & quidam tandem ſint majores, qui ſoli vocantur Capitulares, ſolique habent vocem in Capitulo, quorum omnium attamen Præbendæ ſunt æqu ales, nec aliter quis aſcendere poteſt ad majorem gradum, ſeu locum, niſi gradatim, & per ordinem primò fuerit in inferiori, & de illo aſcenderit ad medium, hicque aſcenſus, ſeu optio fieri debet ſecundùm ordinem antiquioris receptationis, ſeu (politiùs loquendo) receptionis, adhùc prædicti Canonici inferiores, ſeu Scholares, nec non prædicti Canonici medii, ſeu emancipati, non obſtante carentia vocis in Capitulo, participare debent de quindennio inſimul cum prædictis cæteris Canonicis majoribus, ſeu Capitularibus, ac ſi omnes eſſent Capitulares.

SUMMARIUM.

1 *Viget conſuetudo, ſeu Statutum in nonnullis Eccleſiis Collegiatis, ut quidam Canonici ſint inferiores, quidam medii, & quidam majores, qui ſoli habent vocem in Capitulo.*
2 *Quindennia, quantumvis proveniant à Maſſa Capitulari, attamen enumerantur quoque inter emolumenta Canonicalia tamquàm debita Canonicis.*
3 *Inter emolumenta Capitularia connumerantur quindennia.*

CAPITULUM CV.

1 Cum hujuſmodi laudabilis vigeat conſuetudo, ſeu Statutum in nonnullis Collegiatis Eccleſiis teſte *Moneta de Optione cap. 5. quæſt. 2. num. 16. Franc. Marc. dec. Delphin. 1269. num. 4. par. 1. Rota deciſ. 9. alids 838. nu. 1. de conſuetud. in antiqu.* reſolvitur in præſenti, quòd etiam in illis Eccleſiis Collegiatis, in quibus ex Statuto, vel conſuetudine reperitur triplex ordo, ſeu ſpecies Canonicorum, ut quidam Canonici ſint inferiores, qui nuncupantur Scholares, tamquàm poſiti ſub cura, obedientia, & regimine Scholaſtici, quidam ſint medii, qui nuncupantur emancipati, & quidam tandem ſint majores, qui ſoli vocantur Capitulares, ſolique habent vocem in Capitulo, quorum omnium attamen Præbendæ ſunt æquales, nec aliter quis aſcendere poteſt ad majorem gradum, ſeu locum, niſi gradatim, & per ordinem primò fuerit in inferiori, & de illo aſcenderit ad medium, hicque aſcenſus, ſeu optio fieri debet ſecundùm ordinem antiquioris receptationis, ſeu politiùs loquendo, receptionis, quippè tales ex ſolo defectu vocis in Capitulo abſque aliqua culpa, non deſinunt eſſe de Capitulo, præſertim in emolumentis Canonicalibus coęquales, ſicque integrum jus Canoniæ cum reliquis Canonicis retinentes, & quinden- 2
nia quantumvis proveniant à Maſſa Capitulari, attamen enumerantur quoque inter emolumenta Canonicalia tamquàm debita Canonicis, ità, ut habentes utrique Canonici triplicis ordinis pares proventus Canonicales, ſeu Præbendales, participare debent pro æquali de quindennio, nè deterioris conditionis ſint in quindenniorum acquiſitione conſocii in reliquorum acquiſitione ſub ſolo accidentali prætextu defectus vocis in Capitulo, eorumque vices ſupplentur, & repræſentantur ab aliis Capitularibus, ità quod ab illis fit, cenſetur factum etiam ab illis, ac ſi eſſet factum à toto Capitulo, & verè ſunt de Capitulo tamquàm participantes de emolumentis Capitularibus, inter quæ connumeran- 3
tur quindennia juxta *deciſion. 19. num. 1. penès Remocamp. de Coadjutor. repetit. poſt Tract. inter Deciſion. S. Rot. Rom. in ordine la XIII.*

ARGUMENTUM.

Canonicus Prothonotarius Apoſtolicus Titularis, extraordinarius, ſeu Honorarius, vulgò dictus de non Participantibus, aſſiſtens Choro, & Capitulo in habitu Prælatitio ſui Prothonotariatus, adhùc participat de quindenniis ſuo Capitulo debitis à manu mortua Emphyteuſis poſſeditrice.

SUMMARIUM.

1 *Prothonotarii Apoſtolici Titulares, ſeu honorarii creari ſolent à Papa, Collegio Prothonotariorum, à Nunciis, & Legatis Apoſtolicis.*
2 *Canonici in Sacris non conſtituti, vel pupilli, licet non interſint Capitulo, lucrantur tamen quindennia.*
3 *Animus ex proprio facto patefit.*
4 *Canonicus in habitu Prothonotariali non lucratur diſtributiones.*
5 *Canonicus uti poteſt habitu Prothonotarii in actibus non competentibus uti Canonico.*
6 *Canonici dicuntur inter ſe Fratres, & Socii.*
7 *Canonici poſſunt non recipere in Capitulo Canonicum Prothonotarium volentem illud ingredi in habitu Prælatitio.*
8 *Socius doloſè renuncians Societati, non participat de lucro facto à Socio.*

9 *Canonici inter ſe ſunt Socii.*
10 *Canonicus intereſſens in Choro in habitu Prothonotarii, deſinit quodammodò eſſe Canonicus.*
11 *Canonicus utens habitu Prothonotarii in Choro, & Capitulo, habetur pro extraneo.*
12 *Derogatio Statutorum contrariorum in literis Prothonotariatus, non extenditur ad Statutum injungens Canonicis uſum habitus Canonicalis.*

CAPITULUM CVI.

PRæmiſſo pro notitia, duplicem reperiri ſpeciem Prothonotariorum, alii nempè ſunt Participantes cum Præ atura, qui conſtant duodenario numero, efformantque antiquiſſimum Collegium à S. Clemente Papa inſtitutum ad conficiendum Acta SS. Martyrum, poſtèaque ad conficiendum Proceſſus ſuper Beatificatione, ac Canonizatione Servorum Dei, alii verò, de quibus agimus in præſenti, ad honorem tan-
1 tùm ſine Prælatura creari ſolent à Papa, à prædicto Collegio Prothonotariorum, à Nunciis, & Legatis Apoſtolicis, *Concil. Tridentin. ſeſſ.* 24. *de Reform. cap.* 11. *in princip. Hieronym. Faber de Prothonotar. Apoſtolic. cap.* 1. *&* 2. *Barboſa collect. deciſ. Apoſtolic.* 616. *& ſeq.* noſtræ Luſitaniæ decus *Sebaſtian. Cæſar de Menezes de Hierarch. Eccleſ. qu.* 2. *prohœm.* §. 3. *num.* 6. *Simonet. de reſerv. Benefic. qu.* 100. *per tot. Cobell. in notit. Cardinalat. cap.* 28. *Card. de Luca in Relat. Cur. diſc.* 44. *nu.* 2. *cum ſeq. Clericat. diſcord. forenſ. de Benefic. par.* 1. *diſcord.* 31. *num.* 10. *cum ſeqq.* poteſt dari caſus, quòd in Choro, & Capitulo adſit Canonicus Prothonotarius in habitu tamen Prothonotarii, nempè cum Carbaſina Præſulari, ſeu Roccherto, & Mancellerta, ideſt amiculo brevi violacei coloris; cujus habitus differentia occaſionem præbet controvertendi participationem quindenniorum, undè reſolvitur, quòd Canonicus Prothonotarius Apoſtolicus Titularis, extraordinarius, ſeu Honorarius vulgò dictus de non Participantibus, aſſiſtens Choro, & Capitulo in habitu Prælatitio ſui Prothonotariatus adhùc participat de quindenniis ſuo Capitulo debitis à manu mortua Emphyteuſis poſſeditrice, cùm enim quindennium ſit emolumentũ Canonicatus, amittitur quidem emolumentum, quod deberetur intereſſentibus, non autem amittitur in caſu quindennium, quod non eſt emolumentum intereſſentium; cùmque ab amiſſione diſtributionum ad amiſſionem quindenniorum non benè arguatur ob maximùm inter has, & illa diſcrimen, eo quòd, ut Canonicus lucretur diſtributiones, debet omninò Choro aſſiſtere, indè Choro non aſſiſtens in habitu ſuo Canonicali, ſed in Prothonotariali, non mirum, quòd illas non lucretur, & vice verſa ut Canonicus lucretur quindennia, non debet Capitulo aſſiſtere,
2 undè de Canonico in Sacris non conſtituto, de Canonico pupillo ad Canonicatum diſpenſato, deque aliis ſimilibus Canonicis Capitulo non intereſſentibus, immò etiamſi intereſſe vellent, de Jure ob aliquod Canonicum impedimentum intereſſe non valentibus, attamen lucrantibus quindennia, per nos actum eſt in *Capitulo XCII. & XCIV.* ſicque non debet privare quindenniis habitus Prothonotarialis geſtatus in Capitulo, quando iſta percipi poſſunt etiam à Canonico nunquam ingrediente Capitulum, nè aliàs obòriatur abſurdum, quòd melioris conditionis ſit Canonicus non aſſiſtens Capitulo, quàm Canonicus aſſiſtens ob ſolam habitus differentiam.

Neque obſtat, quòd in actibus Canonicalibus, ac Capitularibus, quales ſunt aſſiſtentia Chori, & Capituli, nec non competentibus ratione Canoniæ, & Capitularitatis non interveniens in habitu Canonicali adæquato, ac proportionato duntaxat Canonico, ſeu Capitulari, videtur quodammodò extraneus, ac uti talis incapax participationis quindenniorum, quibus quis renunciare cenſetur per contrarii, & 3
improportionati habitus aſſumptionẽ, animum ex proprio facto patefaciendo, *Barboſa axiom.* 27. *nu.* 1. *cum ſeqq. & axiom.* 128. *nu.* 7. nullaque ratio cõvincit, quòd Canonicus, qui cum habitu 4
Prothonotariali aſſiſtens Chori actui quidem competenti tamquam Canonico, non lucratur diſtributiones, *Barboſa de Canonic. & Dignit. cap.* 5. *nu.* 53. *cum ſeq. & cap.* 18. *nu.* 35. *& collect. deciſ. Apoſt.* 97. *nu.* 4. *cum ſeq. Tignatell. conſult. Canonic. tom.* 4. *conſult.* 76. *nu.* 1. *cum ſeq. Paſcucc. ad eund. tom.* 2. *tit. de Prothonotar. Apoſtolic. fol. mih.* 275. *col.* 1. *in dic. conſult.* 76. *Hieronym. Faber de Prothonotar. Apoſtolic. cap.* 6. *nu.* 14. vice verſa lucretur quindennia, quæ aliquam habent cum diſtributionibus affinitatem tamquàm debita ſolis Canonicis, & Capitularibus; eodem namque pacto, quo licet Canonico uti habitu 5
Prothonotarii in actibus extraneis ſibi non competentibus tamquàm Canonico iuxta reſolutiones Sacræ Congregationis Rituum penès *Barboſ. de Canonic. & Dignitat. cap.* 18. *num.* 36. *cum ſeqq. Tignatell. conſultat. Canonic. to.* 4. *conſult.* 76. *nu.* 3. non licet è contra per neceſſarium conſequens uti habitu Prothonotarii in actibus competentibus tamquàm Canonico, & Capitulari, quaſi quòd volentes conſocios eſſe in emolumentis, debeant quoque eſſe conſocii in habitu, aliàs puniendi in privatione emolumentorum, immò qui dedignatur uti habitu communi, fraterno, ac Sociali, demeretur tractari tamquàm frater, & Socius, quales inter ſe eſſe dicuntur 6
Canonici ad *text. in cap. cùm R. Canonicus* 35. *de offic. Delegat.* immò cœteri Canonici poſſunt non recipere in Capitulo Canonicum Prothonota- 7
rium volentem illud ingredi indutum habitu Prælatitio tamquàm extraneum apud ipſos reputatum iuxta reſolutiones Sacrorum Rituum Congregationis relatas per *Barboſ. de Canonic. & Dignitat. cap.* 36. *nu.* 11. *Paſcucc. ad Tignatell. conſult. Can. tom.* 2. *in conſult.* 76. *to.* 2. *fol. mih.* 275. *columm.* 1. eodemque modo, quo Socius doloſè 8
renuncians Societati, non participat de lucro facto à Socio, ſed ipſe tenetur contribuere ad damnum præſtitum *l. actione* 65. §. *Item qui ſocietatem* 6. *&* §. *Item ſi Societatem* 4. *& l. ſed & Socius* 17. *in fine ff. pro Socio, Felicius de Societate cap.* 35. *nu.* 14. *cum ſeq.* ità Canonicus, qui culpa ſua decidit à loco Capituli, lucrum non participat, ſed damnum contribuit, qui quaſi Societatem contrahit, ac ſi eſſet in Sociali convictu, Canonici enim inter ſe ſunt Socii conjuncti con- 9
junctione civili *cap. coram* 34. *de offic. Delegat. l. verum* 63. *in princip. ff. pro Socio*, *Corduba in l. ſiquis à liberis* 5. §. *Sed ſi filius* 7. *nu.* 59. *ff. de liber. agnoſ.* inſuper Canonicus intereſſens in Choro

in

10 in habitu Prothonotarii, deſinit quodammodò eſſe Canonicus, proindèque non percipit diſtributiones, deſinens autem ſaltem fictione Juris eſſe Canonicus, deſinit etiam eadem fictione Juris eſſe Capitularis, ſicque non percipit quindennia, reputatus tamquam extraneus ad actus Capitulares *Pignatell. conſult. Canonic. tom. 4. conſult. 76. nu. 4* præterquamquòd (ut ponderat *Paſcucc. ad eund. Pignatell. tom. 2. tit. de Prothonotar. Apoſtol. fol. mih. 275. col. 2. in med. verſiculo neque ſatis eſt*) non incurritur ſolummodò pœna amiſſionis diſtributionum à Canonico Prothonotario uti volente habitu Prothonotarii in Choro, & Capitulo, ſed etiam pœna (ut ità
11 dicam extraneitatis , quod nempè reputetur extraneus ità declarante Sacra Congregatione Rituũ in præallegatis reſolutionibus, quamobrẽ procul dubio tali caſu non poteſt ampliùs reputari Capitularis , ſeu Collegialis ad effectum lucrandi quindennia , cùm incompatibile ſit, & contradictorium haberi pro extraneo, & eodem tempore eſſe Capitularem ; his omnibus nihilominùs non obſtantibus . veriſſima eſt noſtra principalis reſolutio , quia ad lucrandum quindennia non eſt neceſſarius habitus Canonicalis , prout neceſſarius eſt ad lucrandum diſtributiones , cùm iſtæ dentur Canonicis uti Canonicis , & illa dentur Canonicis non uti Canonicis, ſed uti Capitularibus, quæ circumſtantiam diverſificat unum caſum ab alio .

Quibus poſitis , ſupereſt difficultas, quid dicendum, ſi in Eccleſia, in qua adeſt Canonicus Prothonotarius , vigeat Statutum juratum, immò etiam in forma ſpecifica à Sede Apoſtolica confirmatum , injungens Canonicis uſum habitus Canonicalis, in literis Prothonotariatus legatur derogatio Statutorũ contrariorum,utrùm ſaltem tali caſu Canonicus , quantumvis utatur habitu Prothonotarii , nihilominùs participare poſſit de quindenniis , quaſi quòd per derogationem Statutorum ſublata ſit neceſſitas geſtandi habitum Canonicalem, & crederem, adhùc in hoc caſu non eſſe locum prætenſæ participationi quindenniorum , quippè vel ſola generalis derogatio non ſufficit , vel illa non extenditur ad hujuſmodi Statutum , quod eſt compatibile cum gratia Prothonotariatus , ſed intelligitur de Statutis, quatenùs extent, gratiæ
12 contrariis , vel eſt reſtricta ad Statuta Collegii Illmorum Prothonotariorum Participantium , veluti in ſimili ad aliud propoſitum ponderat *Pignatell. conſult. Canonic. tom. 4. conſult. 76. n. 7.*

ARGUMENTUM.

Canonici ex Statuto , vel conſuetudine Eccleſiæ habentes vocem tantùm conſultivam in Capitulo in omnibus actibus Capitularibus uſque ad certum tempus à die eorum receptionis computandum , vel nec vocem quidem conſultivam habentes uſque ad præfixum tempus,interim adveniente tempore exactionis quindenniorum, adhùc participare poſſunt de quindenniis adinſtar aliorum Concanonicorum habentium vocem deciſivam , in nihilum obſtante contrario Statuto , ſeu conſuetudine .

SUMMARIUM.

1 *Prælati inferiores , & Procuratores Epiſcoporum impeditorum , in Conciliis habent ſolum votum conſultivum .*

2 *Idemque practicatur in Parlamentis , ſeu Congregationibus fieri ſolitis per Univerſitates Regni Neapolitani ſuper electionibus Officialium .*

3 *Differentia inter votum conſultivum , & deciſivum .*

4 *In nonnullis Eccleſiis adſunt Canonici habentes ſolam vocem conſultivam in Capitulo uſque ad certum tempus .*

5 *In nonnullis Religionibus vigent Statuta , quòd Novitii careant voce per triennium à die ſuſcepti habitus, vel per triennium poſt emiſſam profeſſionem .*

6 *Statutum non debet obeſſe Canonicis in acquirendo quindennio , quando per eos non ſtat , quominùs non poſſint habere vocem deciſivam .*

7 *Canonici in ſacris non conſtituti habent ſolummodò vocem conſultivam .*

8 *Vox conſultiva habetur pro non voce .*

CAPITULUM CVII.

PRæmiſſo, quòd in jure noſtro etiam habetur votum conſultivum tantùm in certis caſibus , illudque dumtaxat præſtatur à certis perſonis , quales ſunt Prælati inferiores, quantumvis habentes juriſdictionem quaſi Epiſcopalem, & Populum , nihilominùs iſti , & Procuratores 1
Epiſcoporum impeditorum , reliquique viri docti, ut Theologi , & Canoniſtæ, vel ad Concilia Synodalia vocati , votum conſultivum habent, niſi ipſis Concanonicis placuerit, quod etiam vocem deciſivam habeant, *Oliva de foro Eccleſiæ par. 3. qu. 8. num. 55. cum plur. ſeqq. junctio nu. 60. in fine verſ. ubi aſſerit* , idemque practicatur in 2
Parlamentis, ſeu Congregationibus fieri ſolitis per Univerſitates Regni Neapolitani ſuper electionibus Officialium , ac Adminiſtratorum pecuniariorum earundem Univerſitatum , ac ſuper aliis earum occurrentiis , cum votis tamen conſultivis dumtaxat, teſte *Barbat. de diviſione fruct. par. 1. cap. 16. num. 14. antè med. verſ. non pertinet.* Differt autem votum conſultivum à 3
deciſivo, conſultivum enim conſiſtit in ſimplici præſtatione conſilii abſque neceſſitate illud ſequendi , & deciſivum dependet à ſententia, quæ ſequenda eſt, *Lezana quæſtion. Regular. to. 2. cap. 13. n. 21. cum ſeqq. Suarez de Religione tom. 4. tract. 10. lib. 10. cap. 1. num. 6.*

Videndum in præſenti , quòd Canonici habentes ſolam vocem conſultivam in Capitulo 4
uſque ad certum tempus (prout in nonnullis Eccleſiis tales adeſſe refert *Carol. Anton. de Luca in animadv. ad Gratian. diſc. 894. num. 9.* ut interim diſcant, quæ ab illis poſtmodùm ſint peragenda , & in nonnullis Religionibus ſimilia vigere Statuta , quòd Novitii antè profeſſionis emiſſionem careant voce per triennium à die 5
ſuſceptionis ſacri Ordinis , vel per triennium poſt emiſſam profeſſionem, vel quòd ſolummodò prudentiores re , & ætate habeant vocem , teſtatur *Gratian. dic. diſc. 894. num. 2. cum ſeqq. ac num. 19. & per tot.*) nihilominùs participare poſſint de quindenniis , prout poſſunt alii Ca-

nonici vocem habentes deciſivam, firmando in præſenti, quòd Canonici ex Statuto, vel conſuetudine Eccleſiæ habentes vocem tantùm conſultivam in Capitulo in omnibus actibus Capitularibus uſque ad certum tempus à die eorum receptionis computandum, vel nec vocem quidem conſultivam habentes uſque ad præfixum tempus, interim adveniente tempore exactionis quindenniorum, adhùc participare poſſunt de quindenniis adinſtar aliorum Concanonicorum habentium vocem deciſivam, in nihilum obſtante contrario Statuto, ſeu conſuetudine, quippè tales Canonici non deſinunt interim eſſe de Capitulo ſub ſolo prætextu accidentariæ temporalis abſtentionis à voce deciſiva, ſed benè ſunt Capitulares, prout ſunt alii
6 Canonici habentes vocem deciſivam, nec Statutum, aut conſuetudo Eccleſiæ debet illis obeſſe in acquirendo quindennio, quando per eos non ſtat, quominùs non poſſint habere vocem deciſivam, *Barboſa axiom.93. num.21. cum ſeq.* multò fortiùs agendo de ficta, ſeu præſumpta alienatione bonorum Emphyteuticorum ſingulis quindecim annis contingente, pro qua introducta fuerunt quindennia, quæve nullo indiget conſenſu Capituli Domini directi, ſicque nulla voce deciſiva, quidquid magis dubitabile videretur in vera alienatione Emphyteuſis præcisè indigente conſenſu Domini, quem conſenſum profectò præſtare non poſſent Canonici ſola voce conſultiva fruentes, proindeque forſitan non acquirerent, vel non ſine aliqua dubitatione laudemia pro tali vera alienatione, cùm votum conſultivum denotet ſimplex conſilium, non formalem conſenſum, *Lavor. de elect. cap.9. num.21.* niſi quòd etiam in hoc caſu ſalvari poſſit participatio de laudemiis ex cauſa ſolius Capitularitatis, quæ, ut jam inſinuavimus, videtur ſatis induci, ac acquiri per ſolam vocem conſultivam; indè eſt, quòd Canonici
7 in ſacris non conſtituti, quantumvis non habeant vocem deciſivam in Capitulo, ſed tantùm conſultivam, *Carol. Anton. de Luca Melphiten. in animadverſ. ad diſcept. Gratian. ad cap.482. num.6. Card. de Luca in annotation. ad Sac. Concil. Trident. diſc.20. n.3.* adhùc tamen participant de quindenniis, ut ſuprà docuimus in *Cap. XCII.*
8 Nec obſtat, quòd vox conſultiva habetur pro non voce ex deductis per *Ventrigl. de Juriſdict. Archiepiſcop. cap.38. n.5.* quia hoc procedit ad faciendum numerum, ità, ut vota conſultiva non computentur in numero, ſed non indè ſequitur, habentem votum conſultivum in Capitulo ad certum tempus, deſinere eſſe de Capitulo, licet illius votum non computetur in numero, nec faciat numerum ob defectum qualitatis voti deciſivi.

ARGVMENTVM.

Habens ex legitimo titulo conſuetudinis, Statuti, vel privilegii Apoſtolici, duas Præbendas, vel Præbendam, & Dignitatem in una, eademque Eccleſia (quod dicunt, ſub uno, eodemque tecto) non indè prætendere poteſt duplicatam ratam quindennii, ſed contentus eſſe debet ſua rata virili, ac ſi unam tantùm Præbendam, vel Dignitatem haberet, adinſtar aliorum Capitularium unam tantùm Præbendam, vel Dignitatem habentium.

SUMMARIUM.

1 *De conſuetudine, ex Statuto, vel privilegio Apoſtolico duæ Præbendæ, vel una Præbenda, & Dignitas retineri poſſunt.*
2 *Talis Præbendatus non acquirit duplicatas diſtributiones quotidianas.*
3 *Unus non poteſt eſſe duplex.*
4 *Procurator non poteſt duas voces in electione dividere, illas dando pro, & contra.*
5 *Habens duas Præbendas in eadem Eccleſia, habet duas voces in Capitulo.*
6 *Talis ad ſummum de conſuetudine habere poterit duas voces.*
7 *Epiſcopus habet duas voces, ſeu vota.*
8 *Dominus Caſtri poteſt ſe gerere tamquàm duo.*

CAPITULUM CVIII.

Cum ſuprà viſum ſit de Canonico habente vocem tantùm conſultivam, hic videndum de Canonico habente duas Præbendas, vel Præ- 1
bendam, & Dignitatem in una Eccleſia, præmittendo, id eſſe licitum vigore conſuetudinis, Statuti, vel privilegii Apoſtolici, *Gonzalez ad Regul. 8. hodiè 9. Cancellar. de Menſib. gloſſ. 10. num.42. poſt med. verſic. in Hiſpania,* ubi teſtatur de ſimili conſuetudine retinendi Dignitatem cum Canonicatu, & Præbendam tàm in Cathedralibus, quàm Collegiatis Eccleſiis, *Pyrrhus Corrad. in praxi benef. lib.2. cap.6. n.2. cum ſeqq. Roſa de exequut. liter. Apoſtol. par.1. cap.6. n.165. cum ſeqq.* reſolvitur, quòd habens ex legitimo titulo conſuetudinis, Statuti, vel privilegii Apoſtolici, duas Præbendas, vel Præbendam, & Dignitatem in una, eademque Eccleſia (quod dicunt ſub uno, eodemque tecto) non indè prætendere poteſt duplicatam ratam quindennii, ſed contentus eſſe debet ſua rata virili, ac ſi unam tantùm Præbendam, vel Dignitatem haberet, adinſtar aliorum Capitularium unam tantùm Præbendam, vel Dignitatem habentium, eodem modo, quo in durioribus terminis 2
hoc caſu nec acquirit duplicatas diſtributiones quotidianas, cùm duplicari nequeat intereſſentia, *Monet. de diſtribution. quotidian. par. 2. q.4. conc.2. nu.14. cum ſeqq.* ſiquidem quindennium diſtribuitur inter Capitulares ratione Collegii, ſeu Capitularitatis, non autem ratione Præbendæ, ità, ut unus non poteſt eſſe duplex Collegia- 3
lis, ſeu Capitularis, quantumvis habeat duas Præbendas, cùm in rei veritate ſemper ſit unus tantùm *l. ſi plures 9. in princip. verſiculo nam difficile ff. de pact. Zoezius in tit. de Cleric. non reſid. num.16. in fine verſiculo facit hùc textus, Wameſius conſ.208. nu.3. Azor. inſtitution. moral. par.2. lib.3. cap.11. qu.19. & lib.7. qu.12.* Undè fit, quòd habens duas voces, unam ſcilicet nomine proprio, aliam autem alieno, tamquàm Procurator abſentis, non poteſt dare unam vocem 4
uni, & alteram alteri, ſed tenetur in unum ſolum convenire, nec etiam poteſt duas voces dividere, dando illas pro, & contrà, *Barbat. de diviſ. fruct. par.1. cap.16. nu. 14. Gallus de fruct. diſput.3. artic.9. nu.35. poſt med. verſic. & habens duas voces.*

Nec

Nec obſtat, quòd habens duas Præbendas, vel Præbendam, & Dignitatem in eadem Ec-
5 cleſia, habeat duas voces in Capitulo ad *text. in cap. cùm olim* 12. *de ſent. & re judic. Barboſa de Canonic. & Dignitat. cap.* 37. *num.* 18. undè ratione duplicatæ vocis habere debet duplicata quindennia, quia quis ad ſummum ſtante con-
6 ſuetudine habere poterit duas voces, ut explicat *Barboſa loc. cit.* nec à duplicata voce benè arguitur ad duplicatum quindennium, quod dependet à Capitularitate, non à voce in Capitulo, poteſt enim quis ex aliquo motivo, puta conſuetudinis, aut Statuti Eccleſiæ habere vocem in Capitulo, & tamen non habere quindennium ex eo, quòd quantumvis habeat vocem in Capitulo ex peculiari ratione, non tamen ſit de Capitulo, è contrà verò regulariter loquendo, non poteſt quis eſſe de Capitulo, & non habere quindennium ob evidentem contradictionem. Præterquamquòd duplicitas vocis etiam quandoque competere poteſt abſque duplici dignitate, ſed habenti unam tantùm Dignitatem, & eo caſu ratione excellentiæ per-
7 ſonæ uni competit duplex vox, exemplificando in Epiſcopo, qui habet duas voces, ſeu vota, hic namque tamquàm caput Capituli, ſpeciali prærogativa dignus, duplici voce gaudet ad differentiam cujuslibet Canonici una tantùm gaudentis voce, *Gonzalez ad Regul.* 8. *hodiè* 9. *Cancellar. de Menſib. gloſſ.* 45. *nu.* 54. ubi de Epiſcopo Zamoren, ſed non indè ſequeretur, duplex competere emolumentum, hinc eſt, quòd ratione
8 excellentiæ Dominus Caſtri, ſeu Villæ, tamquàm caput, poteſt in ſuo territorio ligna ſcindere, & cum propriis gregibus paſculari, aliáſque commoditates percipere tamquàm duo Incolæ de divitibus talis Caſtri, *Nunez de Avendan. de exeq. mandat. par.* 1. *cap.* 4. *num.* 20. quidquid ſentiat in contrarium *Covarruu. practic. quæſtion. cap.* 37. *num.* 1. quæ perſonalis excellentia conſiderari nequit in habente unam Præbendam, unamque Dignitatem, vel duas Præbendas, cùm ſola Præbendarum duplicitas non faciat excellentem.

ARGUMENTUM.

Ex Indulto Apoſtolico, ſivè ex immemoriali conſuetudine, juſta cauſa interveniente diſpenſatus aliquis ad retinendum duos Canonicatus in una, eademque Eccleſia, prætendere nequit quindennium duplicatum.

SUMMARIUM.

1 *Ob hæreſes præſertim in Germania retineri ſolent duo Canonicatus.*
2 *Idem practicatur ex eadem cauſa hæreſum pro retinendo duos, vel plures Epiſcopatus.*
3 *Epiſcopi Germaniæ quantò plures retinent Epiſcopatus, tantò ſunt pauperiores.*
4 *Diſpenſatio venit ſtrictè interpretanda.*
5 *Habens ex diſpenſatione Apoſtolica in una Eccleſia duos Canonicatus, lucratur duplices diſtributiones quotidianas.*
6 *Aliàs ad nihil juvaret habere eodem tempore duos Canonicatus.*
7 *Una perſona de ſui natura eſt induplicabilis.*
8 *Officialis habens duo officia, habere debet duo ſalaria.*
9 *Doctor legens lectionem ordinariam, & extraordinariam, duplex conſequitur ſalarium.*
10 *In acquiſitione quindennii nullus conſiderari valet labor.*
11 *Sufficit, ut Reſcripta Apoſtolica aliquid operentur.*
12 *Quindennia enumerantur inter emolumenta Capitularia.*

CAPITULUM CIX.

Fraternizat, vel potiùs non fraternizat *præſens Cap.* cum *Cap. CLXVII.* ubi de Illuſtriſſimis Vicariis Eminentiſſimorum Archipresbyterorum trium Patriarchaliũ Eccleſiarum Urbis actu Canonicis, prætendere valentibus duplex quindennium. Poſtquàm autem vidimus in *ſuperiori Capitulo*, habentem duas Præbendas, vel unam Præbendam, & Dignitatem non poſſe prætendere duplicatum quindennium, modò in præſenti videbimus, retinentem ex Apoſtolica diſpenſatione, ſeu ex immemoriali conſuetudine duos Canonicatus in eadem Eccleſia, non poſſe pariter duplicatum prætendere quindennium, præmittendo pro faciliori intelligentia,
quòd præſertim in Germania ex peculiari mo- 1
tivo ob hæreſes retineri ſolent duo Canonicatus *Wagnereck, & Hager in cap. de multa* 28. *de Præbend. fol. mih.* 24. *in fine, Peringh in compend. Jur. Canon. lib.* 3. *tit.* 4. §. 3. *poſt princip. Puritan. de reddit. Eccleſ. qu.* 3. *verſ. quare, & qu.* 6. *per tot. Layman. Theolog. moral. lib.* 4. *tract.* 2. *cap.* 6. *nu.* 2. *verſ. de obtinentibus in med. & cap.* 8. *nu.* 6. *circà fin. Amayden. de ſtyl. Datar. lib.* 1. *cap.* 16. §. 3. *num.* 25. *& cap.* 17. *n.* 26. *Pax Jordan. de re beneſ. tom.* 2. *lib.* 10. *tit.* 28. *num.* 29. *cum ſeqq.* ubi de ſimili conſuetudine Dalmatiæ, *Chokier ad Regul.* 51. *Cancellar. de diſpenſation. num.* 2. *cum ſeq. Fagnan. in cap. dudùm* 54. *num.* 29. *de elect. Pallavicin. in Hiſtor. ad Sac. Concil. Tridentin. lib.* 24. *cap.* 12. *num.* 1. *circà fin. Rota pen. D. Advocatum Franc. Mar. Piton. diſcept. Eccleſ. par.* 1. *diſ.* 8. *n.* 30. *cum ſeq.* immò in durioribus terminis practicatur etiam ex eadem cauſa hæreſum potiſſimùm
in Germania retentio duorum, vel plurium Epi- 2
ſcopatuum, *Barboſa ad S. Concil. Trident. ſeſſ.* 7. *de Reform. cap.* 2. *num.* 1. *Pignatell. conſult. Canonic. conſ.* 72. *num.* 12. *tom.* 5. *Epiſcop. Matta de Cauſ. Conſiſtorial. ſect.* 16. *num.* 35. *cum ſeqq. Amayden. de ſtyl. Datar. lib.* 1. *cap.* 16. §. 3. *num.* 28. *cum ſeq.* ubi tamen invehit in Epiſcopos Germaniæ, qui
quantò plures retinent Epiſcopatus, tantò pau- 3
periores ſunt, juſto Dei judicio, quod eſt de directo contrarium *Sacro Concilio Tridentino ſeſſ.* 7. *de Reform. cap.* 2.

Quibus præmiſſis, reſolvimus, quòd ex Indulto Apoſtolico, ſivè ex immemoriali conſuetudine, juſta cauſa interveniente, diſpenſatus aliquis ad retinendum duos Canonicatus in una, eademque Eccleſia, prætendere nequit quindennium duplicatum, iſte enim, quantumvis habeat duos Canonicatus, attamen unam tantùm habet vocem, eſtque verè unus tantùm Capitularis, tamquàm una tantùm perſona, nec de facto duplicabilis, diſpenſatio autem, ſeu immemorialis conſuetudo, tamquàm odioſa

ſa ob diminutionem divini ſervitii, venit ſtrictè interpretanda, quantò minùs præjudicet aliis Concanonicis habentibus ſuas quoque ratas quindenniales, nec extendenda de uno caſu ad
4 alium, ſicque ab emolumentis Concanonicalibus ad emolumenta Concapitularia, qualia ſunt quindennia, *Cened. quæſtion. Canonic. qu.*43. *n.*9.

5 In nihilum relevante, quòd ſicuti habens in una Eccleſia duos Canonicatus ex diſpenſatione Apoſtolica, duplices lucratur diſtributiones quotidianas, *Moneta de diſtribution. quotidian. par.*2. *qu.*4. *conc.*3. *n.*16. *Zacchias de ſalar. qu.*11. *nu.*11. *cum ſeq. Barboſa de Canonic. & Dignitat. cap.*21. *num.*18. itâ & debet lucrari duplicatum quindennium, quia diverſa militat ratio, quippè
6 ſi non lucraretur duplices diſtributiones quotidianas, ad nihil juvaret habere eodem tempore duos Canonicatus *Cened. quæſt. Canonic. qu.* 43. *num.*7. *in princip. verſiculo alioquin*; eoque caſu repræſentat duplicem perſonam in diverſo quidem ſubjecto, propriam nempè, & alterius, qui habere deberet alium Canonicatum, quando autem conſideratur, ut in caſu, tamquàm Ca-
7 pitularis ad acquirendum quindennium, conſideratur tamquàm una vox, unaque perſona, unum, ac idem ſubjectum, proindeque de ſui natura induplicabilis *l. ſi plures* 9. *in princip. verſiculo nam difficile ff. de pact. Zoezius in Jus Canonic. ad Titul. de Cleric. non reſid. num.* 16. *in fine verſic. facit hic textus, Wameſius conſil.* 208. *nu.*3. *Azor. inſtitution. moral. par.*2. *lib.*3. *cap.*11. *qu.*19. *& lib.*7. *qu.*12. prætérquamquòd diſtributiones quotidianæ conceduntur propter intereſſentiam, quæ non conſideratur in quindenniis debitis etiam non intereſſentibus.

Minoris momenti quoque eſt animadverſio,
8 quòd, ſicuti Officialis habens duo officia maximè inter ſe compatibilia, debet habere duo ſalaria, *Zacch. de ſalar. qu.*11. *n.*29. *cum ſeq. Maſtrill. de Magiſtrat. tom.*1. *lib.*1. *cap.*21. *n.*73. *cum ſeqq. Riccius collectan.*207. *per tot. par.*5. *Antunez de donation. Reg. lib.*2. *cap.*35. *n.*24. *cum ſeq. Card. de Luca de Juriſdict. diſc.*85. *in fine, alter de Luca de pluralit. homin. legal. cap.*87. *per tot. Caſtill. deciſ. Sicil.*44. *n.*8. *& deciſ.*49. *n.*12. *ac in addit. in princip. verſ. licet aliàs tom.*1. *Sanfelic. deciſ. Neapolit.*328. *per tot. tom.*3. hinc Doctor
9 legens lectionem Ordinariam, & extraordinariam, duplex utriuſque Lecturæ conſequitur ſalarium, *Maſtrill. de Magiſtrat. tom.*1. *lib.*1. *c.*21. *nu.*78. *cum ſeqq. Pereyra Academ. Literar. lib.*8. *qu.*5. *n.*1290. *Zacchias de Salar. quæſt.*11. *n.*16. *cum ſeq. Caſtill. deciſ. Sicil.*44. *n.*9. *tom.*1. quia in officiis, in quibus conſideratur labor, æquum eſt, ut ob augumentum laboris ex duplicitate officii duplicetur quoque ſalarium, ſed in ac-
10 quiſitione quindennii nullus conſiderari valet labor, quamvis duo dentur Canonicatus in eadem Eccleſia penès unum, cùm ſimpliciter dependeat à ſola Capitularitate.

Quibus vindicatis ſupereſt difficultas, quid dicendum, ſi Papa in Indulto dixiſſet *cum omnibus emolumentis utriuſque Canonicatus*, an tunc cenſeatur voluiſſe concedere duplicatum emolumentum quindennii, acſi Canonicatus retinerentur ſeparatim à duobus, & crederem, adhùc non eſſe locum duplicato quindennio, quippè literæ Apoſtolicæ, ſeu Reſcripta ſtrictim veniunt intelligenda, præſertim hæc exorbitantia, quominùs præjudicent tertio, & tollant jus alterius, itâ, ut ſufficiat, quòd aliquid operentur, *Card.* 11
*de Luca de Canonic. diſc.*39. *n.*2. *cum ſeq. de Jurepatron. diſc.*70. *n.*15. *de ſucceſſion. diſc.*53. *n.*24. *de renunc. diſc.*17. *n.*17. *de regal. diſc.*201. *n.*9. *& de feud. diſc.*27. *n.*6. in nihilum obſtante generalitate verborum *cum omnibus emolumentis*, quia referenda ſunt ad emolumenta Canonicalia, non ad Capitularia, inter quæ enumerantur quin- 12
dennia, *Rota dec.*19. *penès Remocamp. de Coadjutor. repetit. poſt Tract. inter Deciſion. S. Rot. Rom. in ordine la XIII.*

ARGUMENTUM.

Canonicus promotus ad Epiſcopatum in ſua, vel in alia Eccleſia, & interim antè ſecundam, ſivè ultimam præconizationem, ſeu propoſitionem in Conſiſtorio Papali habentem vim electionis, ſeu proviſionis, immò etiam confirmationis, maturato quindennio, per manum mortuam Emphyteuſis poſſeditricem Capitulo Domino directo debito, non obſtante ſua promotione adhùc lucratur quindennium tamquàm Canonicus, & tanquàm de Capitulo, præconizatus autem, ſeu propoſitus in Conſiſtorio, quindennium poſteà maturatum etiam antè captam poſſeſſionem Epiſcopatus ampliùs acquirere nequit tamquàm jam non Canonicus, nec jam de Capitulo.

SUMMARIUM.

1 *Pontifices, & Reges ſolent quandoque nominare ad Cathedrales perſonas de gremio Capituli.*
2 *Canonicatus vacat ſtatim poſt præconizationem etiam antè captam poſſeſſionem Epiſcopatus.*
3 *Epiſcopus proviſus in Conſiſtorio, etiam antè captam poſſeſſionem conferre poteſt Beneficia, adminiſtrare, & exercere Juriſdictionem.*
4 *Papa antè poſſeſſionem Papatus dicitur Urbis Epiſcopus.*
5 *Beneficia per promotionem ad Papatum ſtatim vacant.*
6 *Innocentius XI. Pontifex ſanctiſſimus obiit cum prædicamento ſanctimoniæ.*
7 *Promovendi ad nominationem Regis Hiſpaniarum renunciare tenentur Beneficia ad favorem perſonæ à Rege deſignatæ.*
8 *Beneficia promoti vacare incipiunt poſt elapſos tres menſes à die Conſiſtorialis propoſitionis.*
9 *Niſi electus in Epiſcopum legitimè impeditus ſit.*
10 *Electus in Epiſcopum, antè conſecrationem non venit nomine Epiſcopi.*
11 *Quindennium enumeratur inter jura Canoniæ.*
12 *Juxta Stylum Curiæ Beneficia ſtatim vacant per promotionem etiam antè poſſeſſionem Epiſcopatus.*
13 *Non amittitur primum Beneficium, niſi ſecundum pacificè poſſideatur.*
14 *Promotus capere nequiens poſſeſſionem ſui Epiſcopatus redire poteſt ad ſua Beneficia etiam ſine nova collatione.*
15 *Promotus, antè conſecrationem vocatur filius, poſt verò illam frater.*
16 *Epiſcopus Coadjutor dicitur Prælatus fictus.*
17 *Coadjutoria reſpectu futuræ ſucceſſionis eſt vera gratia.*

18 *Junio-*

18 *Juniores aliquandò præmoriuntur ſenioribus præverſo ordine mortalitatis.*

19 *Capitulum tenetur reſtituere quindennium, quando ex illius culpa non effectuatur Coadjutoria.*

CAPITULUM CX.

1 CUm Reges habentes jus nominandi ad Eccleſias Cathedrales ſuorum Regnorum, & ditionum, ſæpiùs aliquem ex gremio Capituli adſciſcant, paritérque Pontifices ad Eccleſias, quæ non ſunt nominationis Regiæ, motu proprio talem eligant, utrumque tamen, ut moris eſt, proponendum Sacro Collegio, ſeu (ut vulgò dicitur) præconizandum in Conſiſtorio, haud immeritò datur anſa dubitandi occaſione promotionis, an, & uſquequò promotus acquirere poſſit quindennium, reſolvendo in præſenti, quòd Canonicus promotus ad Epiſcopatum in ſua, vel in alia Eccleſia, & interim antè ſecundam, ſive ultimam præconizationem, ſeu propoſitionem in Conſiſtorio Papali, habentem vim electionis, ſeu proviſionis, immò etiam confirmationis, maturato quindennio per manum mortuam Emphyteuſis poſſeditricem Capitulo Domino directo debito, non obſtante ſua promotione adhùc lucratur quindennium tamquàm Canonicus, & tamquàm de Capitulo, præconizatus autem, ſeu propoſitus in Conſiſtorio, quindennium poſteà maturatum etiam antè captam poſſeſſionem Epiſcopatus ampliùs acquirere nequit tamquàm jam non Canonicus, nec jam de Capitulo, antequàm enim præconizetur, nondum conſideratur tamquàm Epiſcopus, ſed adhùc remanet Canonicus maximè in favorabilibus, nè gratia ei ſit damnoſa, & amittat fructum Canoniæ, qualis eſt quindennium, antequàm deſinat eſſe Canonicus, undè antè præconizationem non vacat Canonicatus, poſt illam verò etiam antè captam poſſeſſionem ille
2 vacat, nec promotus ampliùs conſideratur tamquàm Canonicus, ſed deſinens in eo puncto eſſe Canonicus, incipit eſſe Epiſcopus etiam antè poſſeſſionem Epiſcopatus, ***Lavor. de elect. canon. cap.25. nu.9. circà fin. verſ. & ſtatim ac***, ***Capon. diſc.10. nu.2. circà fin. verſ. ſtylus tamen Curiæ. tom.1.*** *Garzias de Benef. par.11. cap.6. n.6. cum ſeq. Amayden. de ſtyl. Datar. lib.1. cap.17. n.11. Simonetta de reſervat. Benef. qu.27. n.3. cum ſeq. ubi Granut. in addit. n.6, Paſſerin. de ſtatu hom. tom.1. qu.184. artic.4 ſub n.19. verſ. idem verò dicitur, Ricciull. lucubr. Eccl. lib.2. cap.9. n.1. in princ. verſ. quinimmò de ſtylo Curiæ, Hojeda de incompatibil. Benef. cap.4. n.14. Gigas de Penſion. qu.56. nu.3. Barboſa de Epiſcop. par.3. alleg.57. n.68. & vot. Canon.28. n.10. lib.2. & de jure Eccleſ. lib.1. cap.9. nu.14. Carol. Anton. de Luca ad Gratian. diſc.296. n.1. verſ. per nominationem ad Epiſcopatum, D. Advoc. Franc. Mar. Piton. diſcept. Eccl.12. n.9. & 26. par.1. Epiſcop. Matta de cauſ. Conſiſtorial ſect.16. n.3. Pax Jordan. var. lucub. tom.1. prælud.2. n.20. §. Sic pariter, Rota in recentior. dec.475. n.19. cum ſeq. par.1.* undè fit, quòd Epiſcopus proviſus in Conſiſtorio
3 etiam antè à ſe captam poſſeſſionem Epiſcopatus benè poteſt conferre Beneficia, adminiſtrare, & exercere Juriſdictionem, *Rota deciſ.182. n.2. cum ſeqq. & per tot. par.2. diverſ.* hinc eſt,
quòd Papa etiam non ſpectata poſſeſſione Pa- 4
patus mediante ſolemni coronatione in Sacroſancta Lateranenſi Baſilica, per prius Epiſcopus Urbis denominatur *extravag. ult. de ſentent.*
excommunication. & Beneficia per promotionem 5
ad Papatum ſtatim vacant, *Gabriel. conſil.200. per tot. lib.2. Carol. Anton. de Luca ad Gratian. diſc.296. nu.1. in fine verſ. ego vidi*, ubi refert, Penſionem reſervatam ſuper Epiſcopatu Melphiten. ad favorem tunc Cardinalis Benedicti Odeſchalchi vacaſſe per illius promotionem ad
Papatum cum nomine Innocentii XI. juſtiſſimi 6
Pontificis, qui obiit prædicamento Sanctimoniæ.

Non tamen exiſtimarem præſentem controverſiam cadere poſſe in promovendis ad nomi-
nationem Regis Hiſpaniarum, cùm iſti ex qua- 7
dam immemoriali conſuetudine renunciare teneantur favore perſonæ a Rege deſignatæ, eique Papa, & non alteri conferre debet, non facta mentione nominationis Regiæ, ***Barboſa vot. Canon. dec.28. n.1. in fine, & n.6. & vot.43. n.21. cum ſeqq. & in cap. cùm longè num.2. diſtinct.63.*** *Salgad. de Reg. protect. par.3. cap.10. n.230. Borell. de præſtant. Reg. Cathol. cap.50. per tot. Capon. diſc.89. n.6. tom.2. Laurea alleg.67. n.3. & 27. cum ſeqq par.2.*

Nec obſtat, quòd, ſi Beneficia promoti vacare
incipiunt ſolummodò poſt adeptam poſſeſſio- 8
nem, & ſequutam conſecrationem, vel poſt elapſos tres menſes à die Conſiſtorialis propoſitionis à Sacro *Concilio Tridentino ſeſſ.7. cap.9. &*
ſeſſ.23. de Reform. cap.2. præfixos, niſi electus in 9
Epiſcopum aliquo legitimo impedimento detineatur *c. cùm in cunctis 7. §. Cùm verò 1. de elect. Barboſa de Epiſcop. par.3. alleg.57. n.67. Pignatell. conſult. Canon. tom.1. conſult.160. nu.2. cum ſeq.* undè electus in Epiſcopum antè conſecratio-
nem, non venit nomine Epiſcopi, *Pax Jordan.* 10
lucub. lib.1. prælud.2. n.1. quindennium decurſum poſt præconizationem, ſicque antè conſecrationem, & adeptam Epiſcopatus poſſeſſionem, videtur acquiri debere promoto, non autem ſucceſſori in Canonicatu, cùm Canonicatus eo tempore nondùm vacaverit, perque conſequens adhùc conſervata, & illæſa remanent jura omnia Canoniæ, inter quæ procul dubio
enumeratur quindennium tamquàm fructus, 11
Rota pen. Remocamp. de Coadjutor. deciſ.19. per tot. repetit. poſt Tract. inter Deciſion. S. Rot. Rom. in ordine la XIII. quia dicta procedunt de Jure communi, ſed contrarium ſervatur de ſtylo Ro-
manæ Curiæ, per quam practicatur, ut Benefi- 12
cia ſtatim per promotionem vacent etiam antè poſſeſſionem Epiſcopatus, *Mandoſius in Regul.1. Cancellar. de Reſervation. qu.15. nu.3. cum ſeqq. Barboſa de Epiſc. par.3. alleg.57. n.68.*

Minus obſtat, quòd, ſi Canonicatus vacat per ſolam ultimam præconizationem antè adeptam poſſeſſionem Epiſcopatus, ſequatur abſurdum, immò palpabiliſſima iniquitas, cùm dari poſſit caſus, quòd Epiſcopus electus à Papa, poſteà ex aliquo accidenti nequeat capere poſſeſſionem ſui Epiſcopatus, ſicque ſine culpa utroque Beneficio careat, tàm Canonicatu jam vacante, quàm Epiſcopatu, & tamen regula
eſt, quòd quis non debet amittere primum Be- 13
neficium, niſi ſecundum pacificè, & quietè poſ-

ſideat

ſideat ad *text. in cap. de multa 28. de Præbend. cap. licet Epiſcopus 28. eod. in 6. extravag. execrabilis* 1. *eod. Capon. diſc.89.n.10. tom.2. Garzias de Beneſ.par.11.cap.5. nu.100. & 123. & cap.6. n.8. Lotter. de re beneſ. lib.3. qu.23. nu.1. & per tot. Florez Diez de Mena var. lib.1. qu.13. nu.1. cum ſeqq. Antonell. de temp.leg. lib.3. cap.8. n.1. cum ſeqq.* quia, ſtante ſtylo conferendi ſtatim Beneficia dicta promotoria tamquàm vacantia per promotionem, & reſervata Papæ, videtur
14 ineſſe tacita conditio, dummodò promotus poſſeſſionem ſui Epiſcopatus capiat, alias illam capere nequiens redire poſſit ad ſua Beneficia etiam ſine nova collatione, quantumvis alteri collata, ſicque recuperabit hac via amiſſum quindennium, *Gratian. diſc.296. n.5. cum ſeqq. Garz. de Beneſ. par.11. cap.6. n.10. Germon. de Indult. §. Si verò illa n.24. cum ſeqq*

Levioris ponderis eſt animadverſio, quòd ad omne pejus Canonicus promotus amitteret quindennium, ſi maturaretur poſt acceptam conſecrationem, cùm quis non dicitur Epiſco-
15 pus, niſi poſtquàm conſecratus fuerit; undè à Papa antè conſecrationem vocatur filius, & poſt conſecrationem vocatur frater, *gloſ. in cap.1. verbo dedicanda de religioſ. domib. & in Clem* 1. *verbo Pontificem de pæn. Abbas in cap. cùm ex illo* 1. *n.4. de translat. Epiſcop. & ibi Adden. Moſcon. de majeſt. milit. Eccleſ. par.1. cap.8. in princip. verſ. his generaliter pag. mih.138. Hallier. de ſacr. election. tit. de temp. conſecr. Epiſc. artic.3. §.5. n.13. fol. mih.928. Pueron. ad Bull. Cœn. Domin. cap.11. ſub n.52. verſ. rigoroſè quippè loquendo, Minan. baſ. Pontific. Juriſdict. tract.2. fundam.2. qu.9. §. 9. ſect.3. num.*214. quia hoc procedit quoad exercitium Ordinis Epiſcopalis, quem Epiſcopus antè conſecrationem non recipit, ſed non indè ſequitur, quòd præconizatus a Sanctiſsimo, nòn ſit jam Epiſcopus ad effectum, ut Canonicatus, & Beneficia vacent.

His poſitis, pulchra inſurgit difficultas, quid dicendum, ſi Canonicus fiat tantum Coadjutor Epiſcopi cum futura ſucceſsione, & talis ultimò præconizetur in Conſiſtorio, poſteaque maturetur quindennium, an nec in hoc caſu illud acquirere queat, an verò tàm iſtud, quàm alia quindennia impoſterùm decurrenda poſsit acquirere uſque ad obitum Epiſcopi coadjuti, & arbitrarer, non ſolùm non poſſe acquirere futura quindennia, ſed nec ultimum proximum ultimæ præconizationi, ſeu decurſum poſt ultimam præconizationem, etenim, quantumvis Coadjutoria non ſit verè Epiſcopatus antè ceſſationem ipſius Coadjutoriæ, cùm Coadjutor Epiſcopi, interim dum vivit Coadjutus Epiſcopus, non videtur eſſe propriè Epiſcopus adinſtar aliorum Coadjutorum in Beneficiis, in quibus non ſunt verè Beneficiati, donec vivunt Coadjuti, undè hujuſmodi Epiſcopus dicitur
16 Prælatus fictus, cùm non habeat titulum tribuentem jus, niſi ad rem, non antem in re etiam poſt adeptam poſſeſsionem, *Remocamp. de Coadjutor. cap.8. n.19. cum ſeq.* nihilominus Coadjutoria Epiſcopatus cum futura ſucceſsione operatur quoad vacationem Beneficiorum omnes effectus veri Epiſcopatus, & ſtylus Curiæ inducit vacationem obtentorum ſtatim quòd de Coadjutoria hujuſmodi per ultimam præconizationem, ſeu propoſitionem providetur in Conſiſtorio, prout practicatur in proviſione Epiſcopatus vacantis per ceſſum, vel deceſſum, ex eo, quòd ſaltem reſpectu futuræ ſucceſsionis eſt vera 17
gratia, *Barboſa vot. Can. deciſ.28.n.3.10. & 11. lib.2. Remocamp. de Coadjutor. cap.12. num.32. 36. & 37.*

Alia ſuccedit difficultas, quid dicendum in caſu, quo præmoriatur Coadjutor Epiſcopo Coadjuto, cùm experientia doceat, quòd aliquando contingat, præverſo ordine mortalitatis (hæc enim eſt mortalitatis viciſſitudo) ut juniores præmoriantur
ſenioribus *l. qui duos 9.§. Si maritus 3. ff. de reb.* 18
dub. l. ex facto 17.§. Siquis autem 7. ff. ad Senatuſconſult. Trebellian. l. nam etſi parentibus 15. ff. de inoffic. teſtam. Rota dec.24.n.13. par.5. dec.129. n.21. par.9. tom.1. dec.83. n.16. par.17. recentior. an tunc ex quò gratia Coadjutorialis non habuit effectum, teneatur Capitulum, & Canonici receptam ratam quindennii decurſi poſt Coadjutoriam admiſſam reſtituere hæredibus Coadjutoris, & putarem, non teneri, ſemel enim reliquis Concanonicis tempore habili acquiſitum quindennium non venit poſteà reſtituendum ex ſolo accidenti ineffectuationis Coadjutoriæ ob prædeceſſum Coadjutoris, quem tamquàm neceſſarium mortalitatis debitum prævidere poterat, quidquid eſſet, ſi ex culpa Capi-
tuli non effectuaretur Coadjutoria, ad tradita 19
per *Barboſ. axiom.48. n.8.*

ARGUMENTUM.

Canonicus promotus ad Epiſcopatum Titularem in Partibus Infidelium etiam poſt ultimam præconizationem in Conſiſtorio, continuat ſibi acquirere omnia quindennia decurrenda, uti nondum deſinens eſſe Canonicus, nec de Capitulo.

SUMMARIUM.

1 *Canonicus promotus ad Epiſcopatum acquirere poteſt quindennium maturatum antè ultimam præconizationem in Conſiſtorio.*
2 *Beneficia promoti ad Epiſcopatum Titularem non vacant.*
3 *Per ſolam præconizationem in Conſiſtorio contrahitur matrimonium ſpirituale ratum.*
4 *Epiſcopatus Titularis eſt verè Epiſcopatus, deque eo providetur in Conſiſtorio.*
5 *Talis Epiſcopatus non eſt reſidentialis, prout eſt Epiſcopatus non Titularis.*
6 *Epiſcopatus in Terris Fidelium habet certiſſimam ſpem ſuæ receptionis.*

CAPITULUM CXI.

SUprà oſtenſum eſt, quòd Canonicus pro- 1
motus ad Epiſcopatum, benè acquirere poteſt quindennium maturatum antè ultimam præconizationem, ſeu propoſitionem in Conſiſtorio, non autem quindennium maturatum poſt ultimam præconizationem, nunc reſtat oſtendendum, quòd vice verſa Canonicus promotus ad Epiſcopatum Titularem in Partibus Infidelium etiam poſt ultimam præconizationem adhùc rectè acquirere poteſt quindennia decur-

decurrenda, qua occaſione firmatur in præſen-
ti, quòd Canonicus promotus ad Epiſcopatum
Titularem in Partibus Infidelium etiam poſt
ultimam præconizationem in Conſiſtorio con-
tinuat ſibi acquirere omnia quindennia decur-
renda, uti nondùm deſinens eſſe Canonicus,
2 nec de Capitulo, proindeque Beneficia taliter
promoti non vacant, cùm per eum non ſtet,
quominùs talis Epiſcopatus poſſeſſionem nan-
ciſcatur, ideòque indigeat Beneficiorum reten-
tione, ut eorum fructibus juxta Pontificalis
Dignitatis exigentiam ſuſtentari valeat, *Hojeda
de Benef. incompatib. cap. 4. n. 16. in fin. verſ. Sed his
non obſtantibus Garz. de Benefic. par. 2. cap. 6. n. 24.
Barboſa de Epiſc. par. 3. alleg. 57. num. 74. Ricciull.
lucub. Eccl. lib. 2 cap 9. nu. 2. Carol Anton. de Luca
in animadverſ. ad Gratian. diſcept. cap. 296. num. 5.
Capon diſcept. forenſ. tom. 2. diſc. 89. nu. 42. Frances
de Eccleſ. Cathed. cap. 32. nu. 15. cum ſeqq. Card. de
Luca de Penſion. diſc. 58. & 75. per tot.* præſertim
3 cùm per ſolàm præconizationem habentem vim
electionis, & confirmationis contrahatur ma-
trimonium ſpirituale ſaltem ratum non conſu-
matum *Paſſerin. de Stat. homin. quæſt. 184. artic. 5.
n. 26. circà fin. verſ. an verò ſi Epiſcopus, Suarez
de Religione tom. 3. lib. 1. cap. 16. num. 14. verſiculo
nihilominùs tamen addo.*

In nihilum reluctante, quòd, cùm Epiſcopa-
4 tus Titularis ſit verè Epiſcopatus, deque eo
provideatur in Conſiſtorio per præconizatio-
nem, ſicuti providetur de Epiſcopatu non Ti-
tulari, *Ricciul. lucub. Eccl. lib. 2 cap. 5. n. 1. in med.
verſ. quoniam diverſis temporibus cum nn. ſeqq &
cap. 10. n. 1. cum ſeqq. Lotter. de re benef. lib. 1 qu. 9.
nu. 67.* videretur idem dicendum de uno Epiſco-
patu, quod dicitur de alio, quia diverſa mili-
tat ratio ob defectum incompatibilitatis, quæ
ceſſat in Epiſcopatu Titulari cum Canonicatu,
5 Epiſcopatus enim hujuſmodi uti carens Populo
Chriſtiano, non habet reſidentiam, ut habet
Epiſcopatus non Titularis. *Clement. 1. de for. com-
pet. Clement. in pleriſque 5. de elect. S. Conc. Trident.
ſeſs. 14. de Reform. cap. 2. Barboſa de Epiſc. par. 1.
tit. 1. cap. 6. num. 15. in prinip. Ricciull. lucub. Eccl.
lib. 2. cap. 5. num. 3.*

Quorum occaſione pulchra ſupereſt difficul-
tas, quid dicendum, ſi Diœceſis recuperata
ſit à manibus Infidelium, prout annis præteritis
in Hungaria Epiſcopus Budæ, tunc Viennæ re-
ſidens, ſe contulit ad ſuam reſidentiam, ſicque
Epiſcopatus non ſit ampliùs Titularis, nec in
Terris Infidelium, & interim incidat ſolutio
quindennii, an nempè hoc caſu ob ceſſatam
cauſam non vacationis Beneficiorum promoto-
riorum hoc quindennium accreſcere debeat aliis
Canonicis abſque aliqua illius participatione
favore Epiſcopi jam non Titularis, an verò ad-
hùc acquiratur Epiſcopo ob incidentiam quin-
dennii tempore nondùm adeptæ poſſeſſionis
Epiſcopatus, & putarem participare debere
Epiſcopum hoc caſu, ſi nondùm ſui Epiſcopa-
tus poſſeſſionem cœpit, cùm, licet ſit recupe-
rata Diœceſis, adhùc antè adeptam illius poſ-
ſeſsionem medio tempore poſſunt eam iterùm
invadere Infideles, hacque via Epiſcopus poſ-
ſeſſionem non adipiſci, aliàs ſe exponeret pe-
riculo amittendi tàm Canonicatum, aliaque
6 Beneficia, quàm Epiſcopatum, quæ ratio ceſſat
in Epiſcopo in Terris Fidelium, ubi certiſſimam
habet ſpem ſuæ receptionis, niſi ex aliqua gra-
viſſima cauſa, & quidem per raró rejiciendus
eſſet.

ARGUMENTUM.

Canonici Eccleſiæ Collegiatæ in illa officiantes, ſtal-
lumque habentes, venientes tamen quotidiè ad
Eccleſiam Cathedralem, inque ea divinis inſer-
vientes, ac recipientes diſtributiones inſimul cum
aliis Canonicis Cathedralis tanquàm inſtallati in
Choro, non indè percipere poſſunt quindennia
ex bonis in Emphyteuſim manui mortuæ conceſſis
à Capitulo Cathedralis, ſed contenti eſſe debent
quindenniis debitis Capitulo Collegiatæ.

SUMMARIUM.

1 *In Hiſpania, & Gallia ſunt nonnullæ Dignitates
in Cathedralibus habentes ſub ſe Canonicatus
in Collegiatis.*
2 *Citrà Indultum Apoſtolicum retineri nequeunt duo
Canonicatus.*
3 *Difforme eſt, ut Canonici inferiores evadant æqua-
les Canonicis ſuperioribus.*
4 *Tales Canonici denominantur à Collegiata.*
5 *Recipiens in aliena Eccleſia portionem etiam Cano-
nicalem, non indè eſt Canonicus.*
6 *Conſiderandum venit potiùs corpus Beneficii, &
locus, ubi ſituatum eſt.*
7 *Illegitimus nequit eſſe Beneficiatus, aut Canonicus
in Eccleſia, in qua Pater fuit, vel eſt Benefi-
ciatus, aut Canonicus.*
8 *Nec obtinere poteſt Canonicatum in Collegiata, cu-
jus Canonici ex Statuto accedunt ad Cathedra-
lem ad Proceſſionem, in qua Pater fuit, vel eſt
Canonicus.*
9 *Hoc eſt ſpeciale ob magnā incontinentiæ fœditatem.*
10 *Ex diſpenſatione retineri poſſunt duo Canonicatus.*
11 *Quod practicatur in Germania.*
12 *In Hiſpaniis paſſim exiſtunt Eccleſiæ Sorores.*
13 *Eccleſiæ Sorores non ſunt una, & eadem Eccleſia.*
14 *Canonici unius Eccleſiæ ſunt Canonici alterius,
ſicque in caſu Canonici Collegiatæ ſunt de Capi-
tulo Cathedralis.*
15 *Quando quælibet Eccleſia de per ſe conſtituit Ca-
pitulum, tunc Canonici unius non dicuntur Ca-
nonici alterius.*

CAPITULUM CXII.

EX particulari electione, vel ex conſuetudine
dari poteſt caſus, quòd aliqui Canonici Ec-
cleſiæ Collegiatæ, quotidiè Eccleſiam Cathe-
dralem frequentent, inque illius Choro inſtallen-
tur, ut ibdem inſerviant, ac diſtributiones quo-
tidianas recipiant, prout alicubi in Hiſpania, 1
& Gallia ſunt nonnullæ Dignitates in Cathe-
dralibus, quæ habent ſub ſe Canonicatus in
Collegiatis, veluti de Abbatia Collegiatæ Ec-
cleſiæ Oppidi Medinæ Cœli Segûtinæ Diœceſis, 2
cujus Abbas Sedem habet in Cathedrali Segun-
tina, *Lotter. de re benef. lib. 2. qu. 33. nu. 22. Pyrrh.
Corrad. in prax. ben. lib. 2. cap. 13. num. 21. circà fin.
verſic. & hoc modo, & nu. 22.* qua occaſione in-
ſurgere poteſt quæſtio inter Canonicos Colle-

giatæ, & Cathedralis ſuper prætenſi participatione quindenniorum ex bonis Eccleſiæ Cathedralis ſub prætextu obtentæ inſtallationis in Choro Cathedralis, aſſiduique ibidem præſtiti ſervitii per Canonicos Collegiatæ, ad quam ſopiendam controverſiam firmatur in præſenti, quòd Canonici Eccleſiæ Collegiatæ in illa officiantes, ſtallumque habentes, venientes tamen quotidiè ad Eccleſiam Cathedralem, inque ea divinis inſervientes, ac recipientes diſtributiones inſimul cum aliis Canonicis Cathedralis tanquàm inſtallati in Choro, non indè percipere poſſunt quindennia ex bonis in emphyteuſim manui mortuæ conceſſis à Capitulo Cathedralis, ſed contenti eſſe debent quindenniis debitis Capitulo Collegiatæ, quippè non ſuffragante inſtallatione in Cathedrali quoad Chorum tantùm, non efficiuntur Canonici Cathedralis, nec de illius Capitulo, ſemper remanentes Canonici Collegiatæ, deque illius Capitulo, nè aliàs eſſent Canonici duarum diverſarum Eccleſiarum, & Capitulares duorum diverſo-
2 rum Capitulorum, qui citrà Indultum Apoſtolicum tales eſſe nequeunt ob notoriam incompatibilitatem, *Barboſa de Canonic. & Dignitat. cap.21.n.19.* in proximis terminis *Garz. de Benef. par.7.cap.1.nu.69.cum ſeqq. & par.11.cap.5.§.2. nu.259.in fine verſic.licet Cappellanus*, *Gonzalez ad Regul.8. hodiè 9. Cancellar.de Menſib. gloſ.10. nu.16.cum ſeqq. Rota dec.8 aliàs 309.n.2. de Præbend.in antiqu.dec.326.nu.5.cum ſeq.par.2.diverſor.dec.199.n.4.par.2.recentior.tom.1.* cùm nemo fieri poſſit duplex *ad text.in l.ſi plures 9.in princ. verſ.nam difficile ff. de pact. Vameſius conſ.208. nu.3. Azor.inſtit moral.par.2.lib.3.cap.11 qu.19. & li.7.qu.12. Zoeſius in Jus Canonic.tit de Cleric. non reſid.n.16.in fin.verſic.facit hic textus*; Siquidem inveriſimile eſt, quòd Canonici Eccleſiæ Cathedralis, qui ſunt digniores Canonicis Collegiatæ, *Frances de Eccleſ. Cathed. cap.5.n.31. & 97. Barboſa de Canonic.cap.18.n.44.cum ſeqq.* per ſolam inſtallationem in Choro velint recipere in Canonicos, & Fratres cum propria jactura Canonicos Eccleſiæ Collegiatæ, quę eſt inferior,
3 quod repugnat Hjerarchiæ Eccleſiaſticæ tamquàm valdè difforme, ut Canonici inferiores hac via evadant æquales Canonicis ſuperioribus, *Ferr.Manriqu. de præcedent qu.10.nu.3. & quæſt.24.per tot. Barboſa de Canonic. & Dignitat. cap.18.n.44.cum ſeqq.* præſertim cum hujuſmodi Canonici originaliter ſint Canonici Collegiatæ, tamquàm ab initio ibi creati, ibique ſerviant,
4 & habeant habitationem, proindeque ab Eccleſia Collegiata, non autem à Cathedrali, in qua per accidens inſerviunt, denominentur, veluti in his terminis ad aliud præpoſitum, *Gonzalez ad Regul.8.hodiè 9.Cancellar.de Menſib. gloſ.10.num.16 cum ſeqq & ſignanter nu 19 antè med.verſiculo & ideò, Corrad.in prax. benef lib.2. cap.13.nu.22.in princip.verſiculo, & ſic ipſa Dignitas, Rota dec.136.n.7.poſt med.circà fin. verſiculo undè non dicitur, par.1.recentior.* Omiſſo,
5 quòd recipiens in aliena Eccleſia portionem etiam Canonicalem, non indè tamen eſt Canonicus, *Rota coram Peña dec.1208.n.44.* Præte-
6 reà conſiderandum venit potiùs corpus Beneficii, & locus, ubi primordialiter ſituatum eſt, quàm accidentale certum ſervitium, ſeu miniſterium alibi præſtari ſolitum in Eccleſia Majori, ſivè Cathedrali, ibidem divinis intereſſendo, ut in proximis terminis ad aliud propoſitum, *Rota dec.6.aliàs 197.in med.verſiculo ſecùs verò,* 7
& in fine verſiculo conſideratur enim de conceſs. Præbend.in nov.

Nec obſtat, quòd Canonici Collegiatæ inſervientes Cathedrali, quodammodò videantur etiam Canonici Cathedralis, proindeque debeant participare de quindenniis debitis Capitulo dictæ Cathedralis; Undè videmus, quòd filius illegitimus Clerici eſſe nequiens Beneficiatus, aut Canonicus in Eccleſia, in qua Pater fuit, vel eſt Beneficiatus, vel Canonicus juxta *S.Concil. Tridentinum ſeſſ.25.de Reformat.cap.15.* obtinere nequit Canonicatum in Collegiata, 8
cujus Canonici ex Statuto accedunt ad Cathedralem in certis diebus feſtis ad Proceſſiones, ibique canendum unum verſiculum, aut collectam, in qua Cathedrali Pater fuit, vel eſt Canonicus, *Garzias de Benef.par.7. cap.3.num.69. in med.verſiculo in Civitate Leodien.cum nn.ſeqq.* ſicque multò magis Canonici Collegiatæ, quaſi Canonici Cathedralis erunt, ſi aſſiduò illi inſerviant, quia hoc eſt ſpeciale ob magnam incon- 9
tinentiæ facilitatem, *Garz. citat. tract. par. 11. cap.5.§.2.n.259.in fine verſiculo quamvis ſecùs*, & quia non omnes, qui inſerviunt Eccleſiæ, titulo Canonicali decorantur, ut Manſionarii, & ſimiles, qui canunt in Choro. Eſt benè verum, quòd ex diſpenſatione Apoſtolica retineri poſ- 10
ſunt duo Canonicatus, unus in Cathedrali, & alter in Collegiata, ob cauſam tenuitatis utriuſque, cum clauſula tamen, quòd utrique deſerviatur, *Amayden.de Stylo Datar.lib.1.cap.16.§.3. n.85.* Sicuti (quod plus eſt) retineri poſſunt duo, vel plures etiam Epiſcopatus, quòd practicatur 11
in Germania, ubi Principes illorum Partium, quantò plures ſibi cumulant Epiſcopatus, tantò ſunt ſuperiores *Amayden.loc.citat.n.29 cum ſeq.*

Quibus deductis binæ occurrunt difficultates ſcitu dignæ.

I. Difficultas, quid dicendum, ſi Eccleſia Collegiata ſit Soror Eccleſiæ Cathedralis (prout in Hiſpaniis paſſim exiſtunt Eccleſiæ Sorores) teſte *Garz.de Benef.par.7.cap.3.num.75.in* 12
med.verſiculo fuit tamen, & circà fin. verſiculo in Eccleſiis Sororibus, an ſaltem hoc caſu Canonici Collegiatæ participent de quindenniis Cathedralis, ſtante (ut ità dicam) iſta ſororitate, quaſi quòd Canonici unius Eccleſiæ videantur Canonici alterius, & adhùc crederem, non participare, quia Eccleſiæ Sorores in rei veritate, 13
quæ attendenda eſt, non ſunt una, & eadem Eccleſia, ſed diverſæ, *Garzias loco citato n.75. in fine verſiculo nec Concilium.*

II. Difficultas, quid dicendum, ſi Collegiata appareat unita Cathedrali, an tunc ratione unionis Canonici Collegiatæ participent de quindenniis Cathedralis, & diſtinctionis fœdere puto in caſu procedendum, aut utraque Eccleſia eſt unita æquè principaliter, eò videlicet modo, quo quælibet Eccleſia ſeparatum conſtituit Capitulum, diverſumque quælibet habet caput, ſi igitur utraque conſtituat unum Capitulum, dicerem eſſe locum participationi quindennii, quaſi verè tunc Canonici unius Eccleſiæ, ſint Canonici alterius, ſicque Canonici Colle- 14
gia-

gitatæ ſint de Capitulo Cathedralis, veluti in proximis terminis ad aliud propoſitum ponderat *Rota dec.426.n.5.par.2.diverſ.* ſi verò quælibet de per ſe conſtituat Capitulum, non eſſet
15 locus participationi quindennii, cùm in hoc caſu Canonici unius Eccleſiæ dici nequeant Canonici alterius ex latè per nos ſuo loco congeſtis hic non repetendis, infrà *Capit.*CXXII. ubi agitur de caſu, quo Canonici unitarum Eccleſiarũ participent, vel non de quindenniis utriuſque Eccleſiæ.

ARGUMENTUM.

Canonici Titulares non Præbendati, ſeu Præbendis carentes, non participant de quindenniis debitis Capitulo, ſed benè totum quindennium accreſcit aliis Canonicis Præbendatis.

SUMMARIUM.

1 *Dari poteſt Præbenda abſque Canonicatu.*
2 *Canonicatus non Præbendales dicuntur Titulares.*
3 *Epiſcopi Titulares nullos retrahunt redditus ex ſuis Epiſcopatibus.*
4 *Tales Epiſcopi dicuntur nulla tenentes.*
5 *In Hiſpania Canonici non Præbendati parùm ſunt in uſu.*
6 *Deficiente Capitularitate deficit cauſa percipiendi quindennia.*
7 *Deficiente Canonia nullum jus prætendi poteſt ſuper bonis Capituli.*
8 *Canonici nudum nomen habentes, carere debent effectu.*
9 *In Francia ſoli Præbendati appellantur Canonici.*
10 *Abbas, licet mitrhatus, non tamen exercet jura Epiſcopalia in præjudicium Epiſcopi.*
11 *Doctores, ſine legibus etiam creari ſolent per Principem.*
12 *Dantur etiam honorarii Tutores.*
13 *Canonici non Præbendati ſunt de Capitulo.*
14 *Declaratur* Innocent. in cap.cùm M.Ferrarien.9. n.4. de Conſtitution.
15 *Refellitur idem* Innocentius.
16 *Receptio in Canonicum etiam ſine Præbenda facit receptum de Capitulo.*
17 *Canonicus Supranumerarius non participat de quindennio.*
18 *Canonicus non Præbendatus eſt de Capitulo.*
19 *Talis Canonicus poteſt lucrari quindennia.*

CAPITULUM CXIII.

1 POſſunt, ac ſolent quandoque admitti Canonici abſque Præbenda adinſtar eorum, qui olim erant abſque ullo Præbendarum diſtincto numero, ſicuti vice verſa dari poteſt Præbenda abſque Canonicatu, *Barboſa de Canonic. & Dignitat.c.12.n.22. cum ſeq. & n.28.in princip. Lotter. de re benef. lib.2.q.47. n.41.*Cùm igitur in nonnullis Eccleſiis præſertim Germaniæ, Galliæ, & Italiæ adſint aliqui Canonicatus non Præbendales, ſeu præbendis carentes, & Canonici hujuſmodi, ut plurimum, Iuvenes, dum literis operam dant, recepti ultrà nume-
2 rum Canonicorum, dummodò ille non ſit certus, & determinatus auctoritate Papæ, teſte, *Barboſa de Canonic. & Dignitat. c.3. num.5. cum ſeqq.* qui Canonici dicuntur Titulares, *Pyrr. Corrad. in prax.beneſ.lib.2.cap.3.n.70 Garzias de Benef. par.6. cap.1.n.3.Tondut. reſol. benef.par.2. cap.1. §.9. nu.7.* Forſitan adinſtar Epiſcoporum Epiſcopatuum in Terris Infidelium, qui etiam dicuntur Titulares, cùm ex hujuſmodi Epiſcopatibus nullos retrahant redditus, *Ricciull.lucub. Eccl. lib.2.cap.1.n.1.* ubi ait, dici etiam portatiles, nullatenenſes, quaſi nullius Diœceſis (verèque dici poſſent nulla tenentes) & annulares, 3
indè Hiſpanè *Obiſpos de Anillo, Franc. de Eccl. Cathedral.cap.9. n.79.* Eſt benè verùm, quòd in 4
Hiſpaniis parùm, aut nihil ſunt in uſu hi Canonici non Præbendati, *Ferr. Manriqu. de præcedent. q.10. n.5. in princip.* nullos proindè ex ſuis Canonicatibus percipientes fructus, putant ſibi ſaltem poſſe competere alios fructus totius Capituli debitos cœteris Canonicis Præbendatis, qualia ſunt quindennia uti provenientia ex ipſis bonis Capituli, non autem ex bonis Canonicatuum, quia verò malum jus videntur fovere, in præſenti reſolvitur, quòd Canonici Titulares non Præbendati, ſeù Præbendis carentes non participant de quindenniis debitis Capitulo, ſed benè totum quindennium accreſcit aliis Canonicis Præbendatis, iſti enim, quantumvis ſint nomine tenùs Canonici, non tamen ſunt de Capitulo, prout re vera tales ſunt reliqui Canonici Præbendati, undè deficiente Capitularitate 5
deficit cauſa percipiendi quindennia, veluti in 6
proximis terminis ad aliud propoſitum ponderat *Card. Bellamera conſ.20. n 9. in princip. Ferr. Manriqu. de præcedent. q.10. n.5. Chaſſan. in Cathalog.glor.mund.par.4 conſid 12. in fine, Maſtrill. dec.Sicil.130.n.24 cum ſeqq* imò æquum, ac rationi conſentaneum videtur, ut fructibus Capitularibus, ſeu quaſi Capitularibus, qualia ſunt quindennia, careat, qui caret fructibus Canonicalibus, quales ſunt fructus Præbendales; cùm tales Canonici nomine tantùm, non re, ſed, ut vulgò dicitur Canonici in herba, de vento, ac inanes, ſeu in albis, quaſi quod eorum Præbendæ ſint in albo deſcriptæ, nullum jus deficiente Canonia prætendere poſſunt ſuper bonis 7
Capituli, de quo ipſi non ſunt, tamquàm ficti, ac imaginarii, ſeu ideales Canonici, & ſteriles Canonicatus poſſidentes, *Sebaſtian.Cæſar de Meneſes de Eccleſ.Hierarch.diſp.12.§.6.n.50 Barboſa de Canonic. & Dignitat. cap.12. n.22. in principio verſ. ſed nullum jus habet, Hoieda de incompatib. Benef. par.1. cap.12.n.5.Lotter. de re benef. lib.1. q.19.n.4 & 7. & lib.2.q.38.n.7. cum ſeq Tondut. reſ. benef par.3. c.189. n.14 cum ſeqq* proindeque tamquàm nudum, ac ſimplex nomen habentes, carere debent effectu, *Cyriac. contr.201.* 8
n 98. & 100. Tranchedin. conſult.forenſ. t.2. conſult.79. n.33. hinc eſt, quòd in Francia ſoli Præbendati ſimpliciter Canonici appellantur, *Card.* 9
Bellamera conſil.34.n.7.Tondut.reſol. benef par.3. cap.189. num.15. in fine verſ. maximè in Gallia; Undè Canonici non Præbendati cenſentur creati ad decorem tantùm, nudamque demonſtrationem, non autem ad præjudicandum in jure quindenniorum reliquis Canonicis Præbendatis, nec ad fruendum eorum privilegiis, veluti ad aliud propoſitum de Abbate, ſeu alio infe- 10
riore ab Epiſcopo, quantumvis habente à Papa uſum Mithræ, & aliorum Pontificalium, non-

indè tamen exercere valente jura Epiſcopalia in præjudicium Epiſcopi, *Colleg.Bonon.conſil.*1. *nu.*59.*poſt conſil. Card. Zabarell.* indè Canonici Cathedralium Eccleſiarum Compoſtellanæ, & Aurien. in Hiſpania, nec non Ravennaten. in Italia, ac alibi, quamvis vocentur Cardinales, attamen non pollent auctoritate Cardinalatus, ſed gaudent illo ſolo vano, ventoſo, & ſimplici nomine Cardinalatus, ut paſſim in hoc opere probavimus, & notum eſt, indè Imperator Græcorum appellatut Imperator, & tamen non eſt verus Imperator, Comites creati per Principem ſine Comitatu dicuntur Comites ſolo nomine abuſivè ad decorem, & talibus abundat Italia,
11 Doctores ſine legibus creati pariter per Principem, vel per habentem à Principe privilegium illos creandi, *Colleg.Bonon.penès conſil.Card.Za-*
12 *barell.conſil.*1.*nu.*61.*cum ſeqq.* ità, ut hujuſmodi Canonici poterunt nominari honorarii Canonici adinſtar honorariorum Tutorum, de quibus *Galganett.de tut,& cur.lib.*2.*qu.*30. *per tot.*

Nec obſtat, quòd etiam Canonici non Præ-
13 bendati intereſſe debent cum aliis Canonicis Præbendatis, in Capitulo tamquàm ipſi etiam de Capitulo, ut in puncto *Innocent. in cap.cùm*
14 *M.Ferrarienſis* 9.*nu.*4.*de Conſtitution.* quia, vel *Innocent.* ut ſe explicat, intelligendus venit, ſi ab aliis Canonicis Præbendatis conceſſus ſit Stallus in Capitulo iſtis Canonicis non Præbendatis, vel non ſequenda opinio *Innocent.*
15 qui rejicitur per *Card.Bellamer.conſil.*20.*n.*9.*in princ. verſic. quidquid notetur.*

Minùs obſtat, quod ſolum jus Canoniæ uti
16 diverſum à jure Præbendæ, & ſola receptio in Canonicum etiam ſine Præbenda facit receptnm de Capitulo, *Abb.in cap. dilectus* 19.*n.*7. *in princip.verſ.nam eo ipſo, de Præbend.* adeoqne Canonicus etiam non Præbendatus tanquàm etiam ipſe habens jus Collegii participare de-
17 bet de quindennio, quia hæc opinio procedit in Canonico non Præbendato creato intrà numerum Canonicorum, contrarium autem tenendum in Canonico ulrrà numerum, de quo loquimur, ut ſe explicans notat idem *Abb. loc.cit. num.*8.*in fin. verſiculo, & de iſto ſic recepto.*

Ingruit denique difficultas, quid dicendum, ſiquis recipiatur in Canonicum abſque ulla Præbenda actuali, intrà tamen numerum Canonicornm, an ſaltem hoc caſu poſſit percipere quindennia tamquàm unus ex Canonicis de numero, & cenſerem, poſſe, quia talis Canonicus quantumvis careat Præbenda tamquàm occupata ab antiquiori Cauonico per viam optionis, ſeu aliter, nihilominùs non ſolùm habet ſtallum in Choro, percipitque diſtributiones quotidianas, immo ad titulum ta-
18 lis Canonicatus promoveri valet ad ſacros Ordines, ſi diſtributiones hujuſmodi pro congrua ſufficiant, ſed etiam habet vocem in Capitulo cum aliis Canonicis Præbendatis, ſicque etiam ipſe eſt de Capitulo, & per conſequens habilis ad participandum de quindennio, prout participant cœteri Canonici Præbendati tamquàm Capitulares, *Tondut. reſol.benef. parte* 2. *cap.*1. §.9. *num.*8.

Alia ſuccedit difficultas, quid dicendum, ſi vigeat conſuetudo, vel adſit mandatum Papæ, vel permiſſio Capituli, ut Canonici hujuſmodi gaudeant eiſdem privilegiis, quibus gaudent veri Canonici, an hoc caſu etiam iſti perci- 19
piant quindennia, & putarem percipere poſſe ex dictis per *Ferr.Manriqu. de præcedent. quæſt.*10. *num.*5. *in princip.verſiculo, niſi de mandato Papæ.*

ARGUMENTUM.

Canonici Titulares Layci ex diſpenſatione, ſeu Indulto Pontificio tales creati, participare nequeunt de quindenniis Eccleſiæ debitis, ubi habent ſimiles Canonicatus.

SUMMARIUM.

1 *Reges Catholici habent ius percipiendi Decimas.*
2 *Imperator, & Reges Galliarum, & Hiſpaniarum eſſe poſſunt Canonici in Eccleſiis, quatenùs habeant privilegium Apoſtolicum.*
3 *Reges in Teſtamento Veteri erant Sacerdotes, & Pontifices.*
4 *Idem practicabatur apud* Romanos.
5 *Marchiones, & Comites Papa creare poteſt Canonicos.*
6 *Princeps* Poloniæ *eſt Canonicus.*
7 *Papa poteſt conferre Layco Beneficium.*
8 *Canonicus non Præbendatus non participat de quindenniis.*
9 *Principale requiſitum Capitularitatis eſt admiſsio in Capitulo.*
10 *Canonia temporalis conferri poteſt layco.*
11 *Imperator poſt coronationem inſtallatur in Choro.*
12 *Inſtallatio facit inſtallatum de Capitulo.*
13 *Capta poſſeſsione Canonicatus, cenſetur capta poſſeſsio omnium bonorum, ac iurium Capitulariū.*
14 Ad *inducendā capitularitatem non ſufficit ſtallum in Choro, ſed requiritur illud etiam in Capitulo.*
15 *Imperator habere ſolet ſuum Vicarium in Eccleſia, ubi eſt Canonicus.*
16 *Subſtitutus auctoritatem recipit à Subſtituente.*
17 *Vicarius poſsidere dicitur nomine ſui Principalis.*
18 *Canonici tenentur reſidere.*
19 *Ex immemoriali conſuetudine in Cathedrali Signina Canonici ſeſe invicem quandoque ſubſtituūt.*
20 *Idem practicatur in Cathedrali Neapolitana.*
21 *Canonici non ordinati in Sacris, non habent vocem in Capitulo.*

CAPITULUM CXIV.

Res ſanè paradoxica, quòd laycus poſſideat Beneficia, non tamen mirum, cùm ex privilegio ob benemerita ergà Sedem Apoſtolicam ob infidelium extirpationem Reges Catholici 1
obtinuerint jus percipiendi Decimas, quas Tertias vocant vulgò *novenos l.*1.*& tot.tit.*21.*lib* 9. *Recopil.Caſtill.de Tertiis cap.*2.*per tot.cap.*3.*& in tot.tract.Solorzan.de iur.Ind.tom.*2.*lib.*8.*cap.*1.*&* 4.*Gutierrez practic.quæſt.lib.*1.*qu.*14.Antunez.*de donat.Reg.lib.*1.*par.*2.*cap.*34.*& par.*3.*cap.*1.*Larrea alleg.*16. *&* 27. *per tot.Eſcalon Gazophylac. lib.*2.*par.*2.*cap.*32.*n.*3.*&* §.1. *n.*5. *Quintanilla in Diſcurſu Hiſtorico, Neapoli edito de anno* 1681. *Hieronym.Leo deciſ.Valentin.*3.ſolent igitur Layci præcipuè Reges (qui in eorum coronatione ſacram unctionem ſumunt, indeque ſacri evadentes, prout in Veteri Teſtamento etiam un-

ge-

gebantur, undè dicti uncti Domini) intitulari
Canonici in nonnullis Eccleſiis ex privilegio
2 Apoſtolico, immò) quod plus eſt) quiſquis in
diverſis Eccleſiis, undè Imperator, Rex Galliæ,
& Rex Hiſpaniarum, quatenùs habeant privi-
legium Apoſtolicum, eſſe poſſunt Canonici in
Eccleſiis, *Henriquez conſil. 9. num. 20. cum ſeq.*
Solorzan. in Politic. lib. 4. cap. 2. fol. 509. Gigas
de Penſion. quæſt. 21. num. 4. Caſtald. de Impera-
tore cap. 24. num. 4. Torrig. de Crypt. Vatican.
par. 2. cap. 2. 5. & 7. Pyrrh. Corrad. in prax. benef.
lib. 1. cap. 5. num. 139. Barboſa in cap. cùm Ferra-
rien. 9. num. 14. cum ſeq. de Conſtitution. Bellet.
diſquiſit. Clerical. par. 1. tit. de favor. Cleric. perſo-
nal. §. 1. num. 34. in fine verſiculo nam, & Impe-
rator, Hermes faſcicul. jur. publ. cap. 10. quæſt. 10.
num. 21. Valdes de Dignit. Hiſpan. cap. 14. in med.
verſ. & Reges Hiſpaniæ antè verſ. cùm igitur Re-
ges Hiſpaniæ, Frances de Eccleſ. Cathed. cap. 5.
num. 74. cum ſeqq. Gonzalez in notis ad cap. 1.
nu. 30. in fine verſ. & Reges Galliæ, de Sacr. unct.
Macr. Hierolexic. verbo Canonicus in med. verſ.
multi Imperatores, & Reges, & verbo Vaticana
Baſilica in princip. verſ. multi Imperatores, ac Re-
ges, Thomaſſin. de Benefic. part. 1. lib. 3. cap. 64.
num. 2. 4. 6. 8. & ſeqq.

Omitto, quòd in Teſtamento Veteri res ca-
3 reret difficultate, cùm tunc Reges quoque eſ-
ſent Sacerdotes, & Pontifices, *Bellett. diſquiſ.*
Cleric. par. 1. tit. de favor. Cleric. perſonal. §. 1. n. 33.
& tit. de exempt. Cleric. à Statut. ſæcular. §. 2. n. 13.
cum ſeqq. fuiſſe autem olim Regnum cum Sacer-
dotio unitum, ſatis comprobatur juxta illud 2.
Reg. 6. 14. ac 1. Paralipom. 15. 27. David autem
etiam indutus erat Ephod lineo, porrò David erat
accinctus Ephod lineo, ac juxta illud; *Filii autem*
David Sacerdotes erant, Ephod enim erat indu-
mentum, ſeu ſuperhumerale Sacerdotale, *Tirin.*
in Exod. cap. 28. ubi etiam à Lapid. Macr. hiero-
lexic. verbo Ephod. indè phraſis 1. *Reg. 22. 18.*
trucidavit octoginta quinque viros veſtitos Ephod
lineo, ideſt Sacerdotes, vel Levitas, ut explicat
4 inter alios *Tirin. ibid.* Indè idem practicabatur
apud Romanos, *Frances de Eccleſ. Cathed. cap. 5.*
n. 69. in med. verſ. & apud Romanos; Immò (quod
plus eſt) etiam non ſolùm Reges, ſed layci par-
ticulares ſolent quoque inſtitui Canonici per
5 Papam, ut Marchiones de Aſtorga ex familia
de Villalobos obtinentes Canonicatum in Ca-
thedrali Barchinonen. *Barboſa de Epiſc. par. 3.*
alleg. 72. n. 75. poſt med. verſiculo ideò Marchiones,
& in fine verſiculo, & idem Comiti, Pyrrh. Cor-
rad. in prax. benef. lib. 1. cap. 5. n. 140. Frances de
Eccleſ. Cathed. cap. 5. n. 77. & 85. Anaſtaſ. de La-
bera de Civitate Legionen. fol. 212. & de Principe
6 Poloniæ ab Urbano VIII. Canonico creato Va-
ticanæ Baſilicæ, *Macr. Hierolex. verbo Canoni-*
cus in med. verſiculo Imperatores, ac Reges, qui
putat id introductum fuiſſe ob arduam prohi-
bitionem ſub cenſuris, nè quis præter Vaticanæ
Baſilicæ Canonicos poſſet aſcendere ad viſen-
dum Sanctiſſimum Veronicæ Sudarium, ſub
quo titulo Canonicatus Imperatores, & Reges
propriè aditum habuerunt approximandi ad
7 dictam ſacram Reliquiam, poteſt namque
Papa privilegiare laycum ad poſſidendum Be-
neficia, *Gigas de Penſion. q. 21. num. 4. in princip.*
Barboſa de Epiſcop. par. 3. alleg. 72. num. 75.

Quamobrem curioſa inſurgit diſertatio circà
cà prætenſionem quindennii ratione talium Ca-
nonicatuum, reſolvendo, quòd Canonici Titu-
lares Layci, ex diſpenſatione, ſeu Indulto Pon-
tificio tales creati, participare nequeant de
quindenniis Eccleſiæ debitis, ubi habent ſimiles
Canonicatus, ex eo quòd nec habent jus Cano-
niæ, nec ſunt de Capitulo, qua qualitate defi-
ciente regulariter impoſſibile eſt acquiri quin-
dennia orta ex bonis Capitularibus, cùm ho-
noris gratia tantùm inſigniti ſint titulo Cano-
nicali, nec Præbendas, nec diſtributiones ha-
beant, conſequens eſt, quòd nec de quinden- 8
niis participare debeant ad tradita per *Tholoſan.*
in Jus Canon. lib. 1. tit. 26. cap. 3. n. 2. in fin. verſicu-
lo quo circà Canonicus tantùm honorarius. Quòd
autem hujuſmodi perſonę non ſint de Capitulo,
ſatis comprobatur, dum ad electiones, alioſque
actus Capitulares non vocantur, nec conſtituũt
Procuratores ad ſuffragandum nomine ſuorum
Principalium, quod eſt principale requiſitum 9
qualitatis Capitularis, *Barboſa de Canonic. &*
Dignitat. cap. 39. per tot. Raguccius de voce in Ca-
pitulo quæſit. 7. num. 1. & quæſit. 30. n. 9. Lavor. de
elect. can. cap. 15. num. 4. cum ſeqq. & cap. 17. n. 1.
cum ſeqq.

Nec aliquid movet, quòd ratione Canoniæ
competit quindennium ſingulis Canonicis, ſic-
que etiam Titularibus, quia in Laycis iſta Ca- 10
nonia eſt temporalis, ſeu temporalitatem con-
tinet, qua ratione conferri valet layco, *Frances*
de Eccleſ. Cathed. cap. 5. num. 84. præterquam-
quòd cùm juxta *S. Concil. Trident. ſeſſ. 22. de Re-*
format. cap. 4. non habeant vocem in Capitulo,
niſi qui ſacris Ordinibus inſigniti ſunt, non poſ-
ſunt meri layci negociis Capitularibus ſe im-
miſcere, nec proindè emolumentorum Capituli
participes eſſe.

Nec obſtat, quòd Layci poſſint exercere offi-
cium Diaconi, aut Subdiaconi; quia illud non
exercent ratione Ordinis; cùm illo careant, ſed
ratione privilegii.

Quibus ſtantibus, & quibus non obſtantibus
obviæ eunt geminæ difficultates:

I. Difficultas, quid dicendum, ſi præfati
Canonici layci inſtallari ſoleant in Choro adin-
ſtar aliorum Canonicorum non laycorum, ut
ſtallum in Choro accipere ſolet Imperator poſt 11
Coronationem, referente *Hermes in faſciculo Ju-*
ris publici cap. 12. qu. 10. nu. 21. in princip. verſi-
culo & loco in Choro accepto, an mediante inſtal-
latione, ac poſſeſſione hujuſmodi Canonica-
tuum Capitulariter capta, quæ tribuit jus Ca- 12
noniæ, & ſupponit inſtallatum, futurum eſſe
de Capitulo, aliàs ad quid poſſeſſio Capitularis,
Barboſa de Canonic. cap. 12. nu. 19. & cap. 15. n. 1.
iſti Layci inſtallati, quaſi effecti de Capitulo,
participare debeant de quindenniis cum cœte-
ris Capitularibus, ex eo quòd capta capitulari-
ter poſſeſſione Canonicatus, cenſetur capta poſ-
ſeſſio omnium bonorum, ac jurium Capitula- 13
rium, inter quæ enumerantur quindennia tam-
quàm provenientia ex bonis totius Capituli,
Barboſa mox citat. cap. 15. num. 22. & crederem,
etiam in hoc caſu per taliter inſtallatos non
poſſe percipi quindennia, cùm ad inducendam 14
Capitularitatem non ſufficiat ſtallum in Choro,
ſed quoque requiratur ſtallum in Capitulo, ſic-
que

que utrumque ſtallum copulativè concurrere
debet, *Barboſa allegato cap.*15. *nu.*5. *antè med.*
verſiculo at vero; undè, ſi ſtallum non recipia-
tur etiam in Capitulo, tales non erunt Capitu-
lares, perque conſequens non participabunt de
quindenniis.

II. Difficultas occurrit, quid dicendum, ſi
tales Canonici habeant ſuos Vicarios in Eccle-
15 ſiis, ubi ſunt Canonici, ut eorum locum ſup-
pleant, veluti illos habere ſolet Imperator, teſte
*Hermes in faſcicul. Jur. public. cap.*10.*q.*10.*n.*21.
in princip. verſiculo habetque ibidem Imperator, an
ſaltem iſti Vicarii inſervientes Eccleſiis pro ſuis
Principalibus ſibi acquirant quindennia tam-
quàm veri Capitulares, cumque hujus puncti
deciſio dependeat à dubio, an tales Vicarii ſint
de Capitulo, putarem. eos nullo modo poſſe
quindennia ſibi acquirere, ex eo quòd non ſunt
de Capitulo, metientes eorum jura à juribus
ſuorum Principalium, qui (ut dictum eſt) non
ſunt de Capitulo, proindeque quindennia ac-
quirere nequeunt, aliàs ſequeretur abſurdum,
quòd plus poſſet Uicarius, quàm Principalis,
16 quando tamen ſubſtitutus recipit auctoritatem
à ſubſtituente, *Sbrozzius de Offic. Vicar. lib.*2.
*qu.*92. *nu.*4. & Vicarius non dicitur poſſidere
17 nomine proprio, ſed nomine ſui Principalis,
*Lapus alleg.*1. *nu.*7. *verſiculo ſecùs in temporali-*
bus, præterquamquòd hujuſmodi Vicarii ſolent
meo judicio deputari ad explendum actus tan-
tùm Canonicales, qui conſiſtunt in intereſſen-
tia Chorali ob divini cultus augumentum, non
tamen in forma, & qualitate Canonicali, non
verò ad explendum actus Capitulares, qui be-
nè expleri poſſunt per alios veros Canonicos;
nec videmus poſſe dari Canonicum in forma
Vicarii, cùm veri Canonici non poſſint etiam
impediti ſubſtituere Vicarios ad lucrandum di-
ſtributiones quotidianas ob perſonalem reſi-
18 dentiam, ad quam tenentur ex *S. Concil. Trident.*
*ſeſſ.*22. *de Reform. cap.*4. *&* *ſeſſ.*24. *cap* 12. *ver-*
ſiculo prætereà, *Barboſa de Canonic. & Dignitat.*
*cap.*20. *n.*1. *cum ſeqq. & cap.*31.*nu.*3. *cum ſeqq.*
*Garzias de Benefic. par.*3. *cap.*2. *n.*494. *cum ſeq.*
Monacell. formular. legal. pract. for. Eccleſ. formul.
4. *tit.*2. *in annot. nu.*3. *cum ſeqq.* quantumvis ex
19 immemoriali conſuetudine in Cathedrali Eccle-
ſia Signina Canonici ſeſe invicem quandoque
ſubſtituant tàm in functionibus Chori, quam
Eccleſiæ, dummodò non ſubſtituantur illi, qui
obſtricti eſſent eodem tempore in præſtatione
ejuſdem ſervitii *Gratian. diſc.*800. *nu.*8. *& per*
tot. prout etiam idem practicatur in Cathedrali
20 Eccleſia Neapolitana, *Pyrrh. Corrad. in prax.*
*benef. lib.*2. *cap.*10. *nu.*92, *cum ſeqq.* etiamſi do-
ceatur de conſuetudine, quòd tales Vicarii in-
grediantur Capitulum, ibique inſtallari ſoleant
adinſtar aliorum Canonicorum, cùm iſti ſibi
acquirere quindennia poſſent, nec tamquàm
Vicarii ex jam dictis, nec tamquàm admiſſi ad
Capitulum conſentientibus Capitularibus, &
tamquàm recepti in fratres, cùm admitti ne-
queant ad Capitulum extranei etiam Capitula-
ribus conſentientibus adinſtar Canonicorum
non ordinatorum in Sacris, qui pariter à Capi-
21 tularibus admitti nequeunt ad Capitulum, reſi-
ſtente *S. Concil. Trident. ſeſſ.*22. *de Reform. cap.*4.
nè aliàs qualitas Vicariatus officiat, quando ſo-
la qualitas quaſi Capitularitatis, & ſtatus qua-
ſi Canonicalis in hoc caſu inducta ſufficere de-
beat ad emolumentum quindenniale.

ARGUMENTUM.

Integri, ſeu Dimidii Portionarii ex Statuto, Privi-
legio, vel conſuetudine alicujus Eccleſiæ conſtitu-
ti de Capitulo, facientèſque unum, idemque
corpus Capituli cum Canonicis, licet non in om-
nibus actibus Capitularibus, ſed in limitatis, &
certis tantùm, adhùc tamen participare debent de
quindenniis adinſtar Canonicorum pro æquali
rata ſingulatim inter omnes dividenda, Integri
verò, ſeu Dimidii Portionatarii ex præfato jure
ſpeciali habentes tantùm vocē in Capitulo abſque
ulla tamen expreſſa declaratione, quòd ſint de
Capitulo, participare non debent.

SUMMARIUM.

1 *Choriſtæ in Gallia non ſunt de Capitulo.*
2 *Portionarii de conſuetudine, aut ex Statuto eſſe poſſunt de Capitulo.*
3 *Sola quaſi Capitularitas ſufficit ad acquirendum quindennium.*
4 *Aliud eſt habere vocem in Capitulo, & aliud eſſe de Capitulo.*
5 *Aliud eſt eſſe Capitularē, & aliud eſſe de Capitulo.*
6 *Si Portionarii non eſſent de Capitulo, non haberent vocem in Capitulo.*
7 *Gratia non præſumitur in præjudicialibus.*
8 *Portionarii de conſuetudine debent pollere eadem prærogativa, qua pollent alii de Jure.*

CAPITULUM CXV.

PRæmittendum, quòd Portionarii in Hiſpa-
niis *Racioneros* nuncupati non ſunt de Ca-
pitulo, prout his communes Choriſtæ dicti in 1
Gallia, ſeu Chorarii, ſivè Epiſcoridi, vel aſſi-
ſterii, nec ſunt de Capitulo, nec faciunt Colle-
gium, ſed benè ſubiiciuntur Capitulo, teſte
*Franc. Marco dec. Delphinal.*207. *nu* 1. *& deciſ.*
1176. *nu.*1. *par.*1. *& dec.*318. *n.*1. *par.*2. ſuper-
eſt igitur in præſenti comprobanda juſtitia In-
tegrorum, ſeu Dimidiorum Portionariorum,
qui nec Canonici, nec Dignitates ſunt, ſed infe-
rioris ordinis, diverſæque Eccleſiaſticæ hyerar-
chiæ, ex aliquo jure ſpeciali conſtitutorum de
Capitulo, quales ſtante conſuetudine, ſeu Sta- 2
tuto eſſe poſſunt, *Lotter. de re benef. lib.*1. *q.*25.
*nu.*67. *cum ſeqq.* ubi de ſimilibus Portionariis
Eccleſiarum Legionen. & Oveten. in Hiſpaniis,
*Fermoſin. de poteſt. Capitul. ſed. vac. tract.*1. *q.*12.
*nu.*2. *poſt med. verſiculo agnoſcimus*, ubi de Por-
tionariis Cathedralium Valliſoletanæ, Salman-
tinæ, Corduben, & Hiſpalen. *Rota dec.*296. *n.*5.
*cum ſeqq. par.*1. *recentior.* ubi de Portionariis
Calciaten, juſtitia inquam ſuper illis debita par-
ticipatione quindenniorum, & injuſtitia eorun-
dem habentium ex eodem jure ſimplicem, nu-
damque tantùm vocem in Capitulo ſuper præ-
tenſa hujuſmodi participatione, bifariam fir-
mando in præſenti, quòd Integri, ſeu Dimidii
Portionarii ex Statuto, Privilegio, vel conſue-
tudine alicujus Eccleſiæ conſtituti de Capitulo,
facienteſque unum, idemque corpus Capituli
cum

cum Canonicis, licet non in omnibus actibus Capitularibus, ſed in limitatis, & certis tantùm, adhùc tamen participare debent de quindenniis adinſtar Canonicorum pro æquali rata ſingulatim inter omnes dividenda, Integri verò, ſeu Dimidii Portionarii ex præfato jure ſpeciali habentes tantùm vocem in Capitulo abſque ulla tamen expreſſa declaratione, quòd ſint de Capitulo participare non debent, quippè quoad primam partem præſentis reſolutionis videtur ſatis eſſe ad acquirendum quindennia eſſe de Capitulo ſaltem ad aliquos actus Capitulares, cùm unicus etiam exercitus actus Capitularis, quicumque ille ſit, ſivè unius tantùm ſpeciei, ſicque particularis tantùm, ſuffragari debeat illum habenti pro ſe in materia, ut iſta, non exigente rigoroſam, continuam, perfectam, & conſummatam Capitularitatem, ſed contenta etiam quali Capitularitate, *Rota coram Ubaldo decis.* 129. *nu.*1 *in fine tom.*1. & quoad ſecundam partem ejuſdem reſolutionis, quippè aliud eſt habere de conſuetudine vòcem in Capitulo,
3
4 & aliud eſſe de Capitulo, cùm non ſequatur, habet quis vocem in Capitulo, ergò eſt de Capitulo, præſertim, ut in caſu, in materia quindenniorum præjudiciali ipſis veris Capitularibus, *Saravia de Juriſdict. Adjunct. qu.*21. *nu.*5. *& qu.*23. *nu.*4. *cum ſeqq.* qui etiam reperitur repetit. *poſt Frances de Eccl. Cathed.* ubi de ſimilibus Portionariis Eccleſiarum Corduben. Carthaginen. Hiſpalen. Calaguritanæ, & Calciaten. *Genuenſ. in prax. Cur. Archiep. Neapolit. cap.*18. *n.*21. *in annotat. in med. verſiculo quinimmò Lotter. de re benef. lib.*1. *cap.*15. *nu.*23. *Barboſa de Canonic. & Dignitat. cap.* 37. *nu.*15. *in fine verſic. addit*, *Solorzan. de jure Ind. tom.*2. *lib.*3. *cap.*14. *nu.*12. *cum ſeqq. D. Advocat. Franc. Maria Piton. diſcept. Eccleſ. par.*1. *diſcept.*15. *nu.*7. *Pyrrh. Corrad. in prax. benef. lib.*2. *cap.*13. *nu.*48. *in fine cum nu. ſeqq. R. P. D. Vincent. Petra in Commentar. ad Conſtitution. Apoſtolic. to.*1. *ad Conſtitut. I. S. Leon. Magn. ſect.* 2. *nu.*14. *in fine*, *Franc. Marc. deciſ. Delphinal.* 139. *in principio tom.*2. *Rota coram Coccino deciſ.*1595. *nu.*6. *cum ſeq. Card. Celſ. dec.*237. *num.*1. ubi de Portionariis Eccleſiæ Hiſpalen. *Emerix Jun. Decan. deciſ.*528. *num.*6. *in princip. tom.* 2. *ac in recentior. deciſ.*416. *num.*5. *cum ſeq. par.*1. *dec.*459. *nu.*8. *par.*5. *deciſ.*181. *num.*8. *& dec.*257. *nu.*13. *par.*8. *tom.*1. immò (quod fortius eſt) aliud etiam eſt eſſe Capitularem, &
5 aliud eſſe de Capitulo, veluti in ſpecie Integrorum, ac Dimidiorum Portionariorum *Fermoſin. de poteſt. Capitul. Sed. vac. tract.*1. *qu.*12. *nu.*1.

Nec obſtat, quòd, ſi Portionarii non eſſent
6 de Capitulo, utique non haberent vocem in Capitulo, ut advertit *Vivius deciſ. Neapol.* 290. *nu.*2. *in fine verſiculo nam ſi non eſſet*, *lib.* 2. quia benè quidem ſequitur, quis eſt de Capitulo, ergò habet vocem in Capitulo, ſed non benè ſequitur, quis habet vocem in Capitulo, ergò neceſſariò eſt de Capitulo, ut jam mox inſinuavimus.

Minùs obſtat, quòd dari poſſit caſus, Portionarios fuiſſe ſemper admiſſos tamquàm de
7 Capitulo ex mera gratia, ſivè quadam urbanitate, & voluntate Canonicorum, quia hæc toties multiplicata gratia non præſumitur præſertim in re tàm præjudiciali ipſis Canonicis, ut in his terminis ponderat *Rota dec.* 397. *n.*3. *par.* 2. *recentior. tom.* 2.

Longè minùs relevat, quòd quindennia videntur debita ſolummodò Capitularibus de Jure communi, non autem Capitularibus de Jure ſpeciali, quales ſunt Portionarii de conſuetudine, vel ſtatuto effecti de Capitulo, quia 8
immò etiam iſti præſertim in favorabilibus eadem pollere debent prærogativa, qua pollent illi de Jure communi, veluti in ſpecie Portionariorum *Lotter. de re benef. lib.*1. *qu.*25. *n.*76. *cum ſeqq. & nu.*82. *cum ſeqq.* ubi *nu.*79. comprobat exemplo Civium ex jure ſpeciali, nempè ex privilegio, qui verè Cives ſunt.

ARGUMENTUM.

Canonici Panaterii tàm Cathedralis, quàm Collegiatæ Eccleſiæ in Gallia nuncupati, quantumvis in habitu Canonicali, & qualitate Capitulari differant ab aliis Canonicis, adeò, ut nec deferant tempore hyemali in eorum capis adeò latam, & magnam pelliceam griſei coloris ſuper caputio à parte capitis ab extrà, ut deferunt ibidem alii Canonici etiam caudati, nec intrent Capitulum, nec in eo habeant vocem, nihilominùs participare debent de quindenniis adinſtar cœterorum Canonicorum qualificatorum, verèque Capitularium.

SUMMARIUM.

1 *Canonici Panaterii in Gallia differunt à cœteris Canonicis.*
2 *Fit mentio Dimidiorum Canonicorum Cathedralis Colimbrien. in Portugallia.*
3 *Canonici Panaterii non habent vocem in Capitulo.*
4 *Canonicus non ordinatus in Sacris ex S. Concil. Trident. non habet vocem in Capitulo.*
5 *Talis participat de quindenniis.*

CAPITULUM CXVI.

IN Gallia potiſſimùm vigent Canonici alterius ſpeciei, Panaterii dicti, qui tàm in habitu, quàm in admiſſione ad Capitulum differunt à cœteris Canonicis, quaſi Clerici ſecundi gene- 1
ris, ſeu ordinis, teſte *Franc. Marco deciſ. Delphin.* 1175. *per tot. par.* 1. undè inter hos, & illos facilè oriri poteſt jurgium ſuper quindenniorum participatione, ad quos ſedandnm firmatur, quòd Canonici Panaterii tàm Cathedralis, quàm Collegiatæ Eccleſiæ in Gallia nuncupati, quantumvis in habitu Canonicali, & qualitate Capitulari differant ab aliis Canonicis, adeò, ut nec deferant tempore hyemali in eorum capis adeò latam, & magnam pelliceam griſei coloris ſuper caputio à parte capitis ab extrà, ut deferunt ibidem alii Canonici etiam caudati, nec intrent Capitulum, nec in eo habeant vocem, nihilominùs participare debent de quindenniis adinſtar cæterornm Canonicorum qualificatorum, verèque Capitularium, quia Panaterii verè ſunt Canonici, ut alii non Panaterii, ſed per accidens non tantæ auctoritatis, ac indifferenter Canonici appellantur, quos tales appellari non finerent alii Canonici, ſi tales non eſſent, aliàs falſum nomen ſibi uſurparent, quòd non

non eſt præſumendum videntibus, & conſentientibus reliquis Canonicis non Panateriis, veluti in ſimili ad aliud propoſitum de Dimidiis
2 Canonicis Cathedralis Eccleſiæ Colimbrien. in noſtro Portugalliæ Regno *Themud. à Fonſeca dec. Archiep. Vlyſiponen. 95. num 6. in fine verſiculo quæ poſſeſſio, & num. 15. poſt med. verſiculo quia Papa, par. 1.*
3 In nihilum refragante, quòd, cùm Panaterii non habeant vocem in Capitulo teſte laudato, *Franc. Marco,* non ſint de Capitulo, proindeque ſtante defectu qualitatis Capitularis, participare non debeant de quindenniis uti provenientibus ex juribus Capituli, etenim eo ipſo, quòd habent jus Canoniæ, debent percipere etiam quindennia Canonicalia, & quantumvis non habeant ex aliqua cauſa vocem in Capitulo cum reliquis Canonicis non Panateriis, non indè deſinunt eſſe de Capitulo, nec ad perceptionem quindenniorum requiritur vox in Capitulo, nec ingreſſus in illud, ſed ſufficit habilitas acquiſita ratione Canonicatus, etiamſi iſta à Statuto, vel conſuetudine in Panateriis ſuſpendatur, ejuſque exercitium auferatur, immò faciunt unum cœtum, & conveniunt in Choro inſimul cum aliis, & accipiunt ſtipendium ex arca Capitulari, ſeu communi; quod exemplificari poteſt in
4 Canonico non ordinato in Sacris, qui, etiamſi à *S. Concil. Trident. ſeſſ. 22. de Reform. cap. 4.* prohibeatur habere vocem in Capitulo, attamen dicitur de Capitulo ratione Canoniæ, & tam-
5 quàm talis benè participat de quindenniis ex lata manu per nos allatis in *Cap. XCIV.*

ARGUMENTUM.

Choriſtæ, ſeu Chorarii tàm in Eccleſia Cathedrali, quàm in Collegiata, præſertim Galliæ non participant de quindenniis, etiamſi habeant quotidianas diſtributiones adinſtar Canonicorum.

SUMMARIUM.

1 *Nemo poteſt ſibimet ſubiici.*
2 *Soli Canonici participant de quindenniis.*
3 *Non conſortium inter habentes rem diverſo titulo.*
4 *Jus percipiendi diſtributiones pertinet ad Canonicatum.*
5 *Jus Capitularitatis dependet à jure Canoniæ.*

CAPITULUM CXVII.

Solent in aliquibus Cathedralibus, & Collegiatis Eccleſiis maximè Gallicanarum Regionum exiſtere Præsbyteri Choriſtæ, ſeu Chorarii dicti aliàs Epiſtaridi, ſeu Aſſiſtorii, cùmque hi diſtributiones quotidianas adinſtar Canonicorum percipiant ob perſonale ſervitium per ipſos Eccleſiæ præſtitum, indè ob aliquam cum Canonicis ſimilitudinem, vel ob modicam inter utroſque differentiam, oriri valet dubium, an etiam iſti vnà cum Canonicis pro æquali portione participare debeant de quindenniis, prout unà cum Canonicis participare ſolent de quotidianis diſtributionibus, quamobrem ad tollendum omne dubium, in præſenti reſolvimus, quòd Choriſtæ, ſeu Chorarii tàm in Eccleſia Cathedrali, quàm in Collegiata, præſertim Galliæ, non participant de quindenniis, etiamſi habeant quotidianas diſtributiones adinſtar Canonicorum, tales enim non ſolùm inter ſe non faciunt Collegium, ſed nec habent vocem in Capitulo, nec ſunt de Capitulo, immò ſubſunt, & ſubiiciuntur Capitulo, quod implicat, ac potiùs denotat, eos non eſſe de Capitulo, & potiùs ſunt mercenarii Capituli, quàm Capitulares, nè aliàs ſequeretur abſurdum, quòd quis hac via per indirectum ſibimet ſubſit, & 1
ſubiiciatur, *Tondut. reſol. Canon. par. 2. cap. 3. §. 12. nu. 21. Franc. Marcus deciſ. Delphinal. 207. nu. un. par. 1. & deciſ. 318. nu. 1. par. 2.* ſiquidem diſtributiones percipiunt ratione pſalmodiæ, quam peragunt in Choro unà cum Canonicis, indeque dicti Choriſtæ, non autem ratione Canoniæ, qua carent nomine, & re, ut patet ad ſenſum, juxta mox adducta, licet namque Canonici illas percipiant etiam ratione Chori, attamen eaſdem percipiunt etiam alio titulo, ratione nempè Canoniæ; undè Choriſtæ percipientes diſtributiones ex diverſa cauſa, quà Canonici, non debent participare de quindenniis, de quibus ſoli Canonici participant ex adductis per *Barboſ. axiom. 74. nu. 3. cum ſeq. & nu. 6.* nec 2
inter habentes diverſum titulum ſuper eadem re 3
datur conſortium, ſeu communio, veluti in ſimili de proprietario, & uſufructuario *Tortol. de Confort. cap. 8. nu. 13. cum ſeqq.*
Non obſtat, quod jus percipiendi diſtributiones. quod habent Choriſtæ, pertinet ad Cano- 4
nicatum *cap. dilectus 19. il 1. cap. pro illorum proviſione 22. cap. dilectus 27. il 2. de Præbend.* quia non eſt ſemper bona conſequentia, hic percipit aliquid ex maſſa Capitulari, ergo eſt de Capitulo, cùm pulſatores Campanarum, & verritores Eccleſiarum mercedem habeant à Capitulo, & tamen non ſunt Capitulares, ut patet ad ſenſum; non itaque ſola perceptio diſtributionum conſtituit in quaſi poſſeſſione juris Canonicalis, & qualitatis Capitularis, eo quòd etiam iſtæ aliis Clericis inferioribus dari ſolent, quales ſunt Aſſiſii, Manſionarii, cæterique Beneficiati, non indè tamen ſibi arrogare valentes jura Canonicalia, longèque minùs Capitularia, inter quæ enumerantur quindennia ex eo, quòd jus Capitularitatis, ſeu vocalitatis depen- 5
det à jure Canoniæ, ſeu Canonicatus ad *text. in cap. pro illorum 22. in fine, cap. dilecto 25. circà med. de Præbend. cap. unic. de Cleric. non reſid in 6.* ibi: *ſtatuimus, ut diſtributiones iſtæ quotidianæ &c. Canonicis, ac aliis Beneficiatis &c. tribuantur, & in Extravag. cùm nonnullæ la 1. §. Præterea de Præbend. int. commun.* ibi: *panis, & potus pro quotidianis diſtributionibus &c. Canonicis, & perſonis &c. Moneta de diſtribution. quotidian. par. 2. qu. 1. concl. 4. n. 15. cum ſeqq. & qu. 20. n. 1.*

ARGUMENTUM.

Habentes Præbendas Præceptoriales non poſſunt participare de quindenniis à manu mortua Emphyteuta debitis Capitulo Domino directo, à cujus Menſa, ſeu Maſſa proceſſerunt dictæ Præbendæ.

SUM-

SUMMARIUM.

1 *Præceptores non ſunt Canonici, nec Capitulares.*
2 *Fieri debet aſſignatio Præbendarum Præceptorialium de proventibus Capitularibus.*
3 *Quindennia enumerantur inter proventus Capitulares.*
4 *Quindennia ſunt Juri ignota.*
5 *Emolumenta Magiſtrorum dantur titulo Magiſterii.*

CAPITULUM CXVIII.

SCiendum pro ratione dicendorum, Præbendas Præceptoriales eſſe redditus Capitulares per Sacrum *Concil. Tridentin. ſeſſ.*5. *de Reform. cap.*1. aſſignari demandatos Magiſtris, ſeu Præceptoribus Sacræ Scripturæ, vel Grammaticæ. Cùm autem oriri poſſit controverſia inter hujuſmodi Præceptores, & Capitulum, à quo tales Præbendæ Præceptoriales proceſſerunt, ſuper prætenſa participatione quindenniorum, firmatur in præſenti, quòd habentes Præbendas Præceptoriales non poſſunt participare de quindenniis à manu mortua Emphyteuta debitis Capitulo Domino directo, à cujus Menſa, ſeu Maſſa proceſſerunt dictæ Præbendæ, quia participatio hujuſmodi quindenniorum dependet à jure Canoniæ tamquàm fructus Canonicalis, qua
1 tamen carent ſimiles Præceptores, tamquàm non indè Canonici, nec Capitulares *cap. quia nonnullis* 4. *de Magiſtr.* ibi: *non quòd propter hoc efficiatur Canonicus.*

In nihilum refragante, quòd, cùm juxta for-
2 mam Concilii Lateranen. relati in mox *laudato cap. quia nonnullis, & S. Concil. Trident. ſeſſ.*5.*de Reform. cap.*1. de proventibus Capitularibus fiat aſſignatio Præbendarum Præceptorialium, &
3 inter proventus Capitulares procul dubio enumerentur quindennia, in neceſſariam conſequentiam etiam de quindenniis participare debeant Præceptores, etenim ad minùs gravandum Capitulum veriſimile eſt, citata Jura noluiſſe tri-
4 buere quindennia, quæ Juri ignota, & forſitan de eo tempore nondùm introducta, ſpeciali nota digna erant, ut inter redditus Capitulares compræhenderentur, præſertim in materia aliàs ſtricta, & odioſa ob indè contingentem inter eos diviſionem ex aſſignatione unius Præbendæ cuilibet Magiſtro, & quia dicta emolu-
5 menta Capitularia non aſſignantur titulo Canoniæ, ſed titulo Magiſterii, ſeu Præceptoriæ.

ARGUMENTUM.

Cappellani Aſſiſii, ſivè Manſionarii illarum Eccleſiarum, non tamen Canonicalium, ſicque non Cathedralium, nec Collegiatarum. in quibus intitulati ſunt, & participant de Maſſa communi inſimul cum Beneficiatis, immò ſtallum, & locum habent in Choro, ac vocem in Capitulo, ſeu Congregatione, participare debent de quindenniis eorum Eccleſiis debitis pro bonis manui mortuæ emphyteuticàtis.

SUMMARIUM.

1 *Bononiæ extant Cappellani Aſſiſii. ſivè Manſionarii in Cathedralibus, & Collegiatis.*
2 *Tales non participant de quindenniis.*
3 *Ratione unius tantùm ſervitii videtur quis multò minùs Beneficiatus.*
4 *Vocatur maſſa communis, quia dividitur inter ſervientes pro modo ſervitii.*
5 *Nemo ordinari poteſt abſque Beneficio.*
6 *Præſtimonia, ſi dentur in titulum, cenſeri debent Beneficia.*
7 *Jus, quod datur novis admiſſis, habetur loco collationis.*
8 *Cappellania non habet titulum collativum.*
9 *Cappellanus ex Statuto, vel conſuetudine participat de quindenniis.*
10 *Cappellanus tamquàm non Beneficiatus non videtur participare debere de quindenniis.*
11 *Venetiis vigore Brevis Sixti V. quis ordinatur ad titulum Cappellaniæ, ſeu ſervitii.*
12 *Idem practicatur Surrenti vigore conſuetudinis.*
13 *De Cappellania vitalitia fit mentio.*
14 *Illa practicatur in Provincia Tarraconen. apud Hiſpanos.*
15 *Beneficiati, ex legitima cauſa quandocumque removeri poſſunt.*
16 *Præcipua ratio Beneficii ſtat in perpetua exactione illius fructuum.*
17 *De natura Beneficiorum eſt perpetuitas.*
18 *Beneficia inſtitui poſſunt ad tempus.*
19 *Cappellania eſt perpetuum Beneficium ex parte Beneficiati.*

CAPITULUM CXIX.

IN *Cap.CXXIII.* firmavimus, hujuſmodi Cappellanos Aſſiſios, ſivè Manſionarios in Cathedralibus, & Matricibus Eccleſiis, ſivè etiam Collegiatis, ubi extat Capitulum Canonicorum (prout tales eſſe Bononiæ teſtatur *gloſ. in Prohæm.VI. Decretal. verbo à multis, & in Clem.*1. *verbo Matricem, de ſentent. excommunic.*) non 1
participare de quindenniis activis, debitis videlicet Capitulis talium Eccleſiarum, etiamſi fortè de conſuetudine habeant vocem in Capitulo, cùm adhùc non dicantur propriè, ac in 2
rigore eſſe de Capitulo, & conſuetudo tamquàm ſtricti juris, eos quidem habilitet ad dandum eorum ſuffragia, & ad exercendum actus Capitulares pro meliori rerum deliberatione, non tamen habilitet in præjudicium Canonicorum ad parricipandum inſimul de quindenniis, hacque via diminuantur portiones quindenniales Canonicis debitæ, modò è contrà firmamus, quòd Cappellani Aſſiſii, ſivè Manſionarii illarum Eccleſiarum, non tamen Canonicalium, ſicque non Cathedralium, nec Collegiatarum, in quibus intitulati ſunt, & participant de Maſſa communi inſimul cum Beneficiatis, immò ſtallum, & locum habent in Choro, ac vocem in Capitulo, ſeu Congregatione, participare debent de quindenniis eorum Eccleſiis debitis pro bonis manui mortuæ emphyteuticatis, iſti namque ſunt verè Beneficiati etiam magis qualificati, ideòque multò magis Beneficiati, cùm ſint ad majus ſervitium adſtricti ratione Chori,

& Miſſæ, quando reliqui Beneficiati habent ſo-
3 lum ſervitium Chori,ità,ut in hoc ratione unius tantùm ſervitii videantur quodammodò multò minus Beneficiati, *Gratian. diſc.397. n.64. cum ſeqq. Clericat. de Benefic. diſcord. forenſ. par.1. diſcord.73. n.8. cum ſeqq.* & naturale eſt, ut Cappellani de communi Maſſa Beneficiatorum viventes, ac ſatisfacti, de quindenniis etiam participent in communi, cùm iſta ſint fructus Màſſæ communis; aliàs iniquum videretur illa non communicari Cappellanis plus forſitan inſervientibus, quàm Beneficiati, ſub ſolo prætextu, quòd non denominentur Beneficiati, dum pro Beneficiatis habentur, illos ad communes tractatus in Capitulis, ſeu Congregationibus admittendo, & quindennnia impinguant Maſſam communem, cùmque iſti participent de Maſſa communi, debent quoque participare de quindenniis, quæ ſunt pars Maſſæ communis.

In nihilum relevante, quòd potiùs ſtipendiati, quàm Beneficiati videantur, cùm in tantum participent de eadem maſſa Beneficiatorum, in quantum inſerviunt, ſicque pro modo ſervitii tantùm, quia hoc non facit, quòd non ſint Beneficiati,aliàs hac attenta ratione nec etiam Canonici, nec Dignitates eſſent Beneficiati, qui nec etiam participant de maſſa, niſi pro modo
4 ſervitii; undè vocatur maſſa communis ex eo. quòd dividitur inter ſervientes pro modo ſervitii *cap.1. de Cleric. non reſid. in 6. Gratian. diſc. 397. n.65. cum ſeqq.* cùmque habeant jus ſuffragii, ſicut habent cæteri, non videntur ſimpliciter inſervire, ſed habere locum cum reliquis, licet amovibilem, immò iſti tamquàm intitulati in Eccleſiis, & tamquàm ad illas ordinati percipiunt earum fructus, & participant de maſſa, habentes ſtallum in Choro, & Capitulo,quæ non competunt, niſi veris Beneficiatis, alias implicare videretur,quòd ordinarentur per Epiſcopos ad titulum hujuſmodi Cappellaniarum,
5 & non eſſent Beneficiati in Eccleſiis, quando nemo ordinari poteſt abſque Beneficio juxta Decretum *S. Concilii Trident. ſeſſ.21. de Reform. cap.2. Gratian. diſc.397. nu.71. cum ſeqq.* Undè
6 fit, quòd Præſtimonia, ac onera Miſſarum, quæ de ſui natura non ſunt Beneficia, ſi dentur in titulum, cenſeri debent Beneficia *cap. poſtulaſti 27. de Reſcript. cap. fin. de conceſſ. Præb. Valenzuela Velazquez conſil.33. nu.1. cum ſeqq. vol.1. Eſcobar à Corro de Hor. Canonic. qu.3.§.5. num.2. Hojeda de incompatibilit. Benef. par.1. c.21.n.10. Gratian. diſc.397. n.73. Lotter. de re benef. lib.1. qu.35. n.1. Pyrrh. Corrad.in prax.benef. lib.1.c.3. nu.73. in fine cum ſeqq. Gonzalez ad Regul.8. hodiè 9. Cancellar. de Menſib. gloſ.5.§.2. n.1. & per tot. Chokier. de permutat. Benef. par.2. cap.6. n.1. cum ſeqq. & per tot. Garzias de Benefic. par.1. cap.2.§.1.n.117.cum ſeqq. Mancin. de Jure Sacro controverſo diſertat.5. cap.9. n.7. cum ſeqq. Tondut. reſol. benef. par.1. cap.106. num.3. & par.2. cap.1.§.8. n.6. cum ſeqq. ac per tot. & de Penſion. cap.17. n.36.*

Quibus poſitis, & oppoſitis expoſitis,inſurgit difficultas, quid dicendum, ſi tales Cappellaniæ non ſint collativæ, an tunc tales Cappellani participare debeant de quindenniis, vel non, tamquàm non ampliùs Beneficiati ob defectum collationis, ſeu ſtatus collativi, quæ eſt unum ex principalioribus requiſitis Beneficii Eccleſiaſtici, & crederem adhùc participare debere, cùm ad conſtituendam qualitatem Beneficii ſatis ſit, quòd concurrant alia requiſita, hoc enim non accidit eo, quòd non ſint Beneficia, ſed ex eo, quòd Eccleſia eſt receptitia, & non numerata, ità, ut hic non ſit locus in his collationi propriæ, nihilominùs adhùc tales Cappellani non deſinunt eſſe veri Beneficiati, etiamſi in talibus Cappellaniis non accedat propria vacatio, & collatio, attamen cadit quædam extinctio tituli, ità, ut expiratio, ſeu ceſſatio illius juris percipiendi fructus Eccleſiaſticos habeatur loco vacationis, & Cappellani admiſſi, creatur de novo in ejus perſona jus illos percipiendi. & hoc jus, quod datur novis admiſſis, habetur loco 7
collationis *cap. dilecto 25. verſiculo præterea de Præbend.* veluti reſpondet *Gratian. diſc.397.n.74. cum ſeqq.* talis enim Cappellanus, quantumvis non habeat verum titulum collativum, *Card. de Luca de Benefic. diſc.80. n.14. cum ſeqq.* attamen habet quendam titulum reſultantem à Statuto, 8
vel conſuetudine, per quem admittitur ad participationem maſſæ communis, *Card. de Luca in annotat. ad S. Concil. Tridentin. diſc.14. nu.33.* 9
cum ſeqq. Præterquamquòd portio maſſæ communis videtur addicta,& debita Beneficio Cappellani Aſſiſii, nulla habita conſideratione poſſeſſoris, ità,ut quicumque poſſederit tale Beneficium, etſi collativum non ſit, habere debeat portionem quindenniorum.

Ex alia tamen parte forſitan in puncto Juris poſſet ſuſtineri contrarium, etenim, licet Cappellania hujuſmodi in ſe ſit quidem perpetua, ad vitam nempè Cappellani, & quamvis poſſit proindè hujuſmodi Cappellanus ad titulum talis Cappellaniæ promoveri ad Sacros Ordines, nihilominùs,cùm non ſit collativa,neque habeat requiſita ad Beneficium Eccleſiaſticum,ſed proindè eſt, acſi ordinaretur ad titulum patrimo-
nii, ideò talis Cappellanus, tamquàm non Be- 10
neficiatus, non videretur debere participare de quindenniis, *Corrad. in prax. benef. lib.1. cap.2. n.43. in fine verſiculo & nihilominùs, cum nn.ſeq. Pignatell. conſult. Canonic. tom.8. conſult.4. n.5. poſt med. verſiculo in ratione tamen patrimonii, Alphonſ. Leo de offic. Cappellan. qu.3.ſect.4.n.58. in fine Card. de Luca de donation. diſc.11. in princip. & nu.8. Antonell. de jurib. & onerib. Cleric. lib.1. par.3. cap.32. nu.6.* Immò de facto vigore
Brevis Sixti V. directi ad Venetiarum Patriar- 11
cham ordinantur ad titulum Cappellaniæ, ſeu ſervitii Clerici, & vigore conſuetudinis Surrenti
ad ejuſdem titulum, *Leo de offic. Cappellan. q.3.* 12
ſect.4. n.58. & 60. cum ſeqq.

Altera ſubnectitur difficultas,quid dicendum, ſi per Patronum fixarum Cappellaniarum, pro una vice tantùm ad vitam unius Cappellani præſentati, cum promiſſione de illo nunquam removendo, prævia collatione per ſuperiorem Eccleſiaſticum facienda, detur Cappellania, adjecta tamen in ipſa fixatione per eundem Patronum expreſſa conditione, quòd Cappellania in prima vacatione redire debeat ad ſuam primævam naturam ſtatus non collativi, ac origi-
nariæ amovibilitatis, de qua Cappellania vita- 13
litia *Moren. ad Bullam Innocent.XII. de promo-*
*vend. ad Ordin.qu.2.dub.7.*ubi in Provincia Tar- 14
raco-

raconenſi apud Hiſpanos frequenter vigere refert talia Beneficia dicta Perſonatus, *Munieſ. de Perſonat. Tarraconenſ. ſect.5. nu.55.* utrùm (inquam) in tali caſu ſit locus participationi quindenniorum ad favorem talis Cappellani tamquàm in rei veritate Beneficiati,& putarem eſſe locum, cùm tunc idem prædicari poſſit de hujuſmodi Cappellania, quod de Beneficio ob illius perpetuitatem ſaltem ad vitam unius Cappellani, & ob acquiſitum ſtatum collativum ſaltem pro illa vice, quantumvis per accidens redire debeat ad priſtinum contrarium ſtatum non collativum, prout in durioribus terminis Cappellania, quantumvis amovibilis, aliàs autem collativa, dicitur Beneficium adinſtar aliorum Beneficiorum perpetuorum Eccleſiaſticorum, in quibus Beneficiati quantumvis perpe-
15 tui, nihilominùs à Judice ex legitima cauſa quandocumque removeri poſſunt, *Amoſtaz. de cauſis piis lib.3.cap.1.n.11.& 60.*

Non obſtat, quòd prædictæ Cappellaniæ ſint adinſtar Patrimonii, quia immò fundus, in quo illa inſtituitur, divino dicatur officio, tùm celebratione Miſſarum, tùm Horarum Canonicarum penſo, & prævia canonica inſtitutione jus tribuitur tali Cappellano, ut fructus perpetuò
16 exigere valeat, in quo præcipua ratio Beneficii ſtat; quod quidem patrimonium ex ſui natura non habet, *Moren. loco citato n.56.*

Minùs obſtat, quòd de natura Beneficiorum
17 eſt perpetuitas *cap. Sanctorum 2. diſtinct.* 70. *cap. ex parte 5. de Cleric. ægrot. cap. ſi gratioſè 5. de Reſcript. in 6.* talis autem Cappellania uti vita-
18 litia, eſt temporanea, quia non adeò indiſpenſabile eſt, ut Eccleſiaſtica Beneficia pro determinato tempore inſtituere nequeat ſuperior Eccleſiaſticus, *Garz. de Benefic. par.1.cap.2. n.75. Moren. loc.cit. nu.50.* & quia, quantumvis Beneficium ex inſtitutione Sacrorum Canonum perpetuitatem expoſcat, ideſt quod ſemel inſtitutum irrevocabiliter permanere debeat, ſi tamen, qui illud inſtituit, ea conditione inſtituerit, ut pro unica vita dumtaxat permaneat, eaque extincta ceſſet, Eccleſia cum tali exceptione inſtitue-
19 re valet, & quia ex parte Beneficiati verè eſt perpetuum Beneficium, *Moren. n.51.*

ARGUMENTUM.

Canonicus Eccleſiæ Cathedralis, creatus S.R.E. Præsbyter, aut Diaconus Cardinalis, adhùc participat de quindenniis pro Emphyteuſi per manum mortuam Capitulo debitis.

SUMMARIUM.

1 *Canonicatus benè retineri poteſt cum Cardinalatu.*
2 *Fit mentio de Cardinali eodem tempore Canonico Cathedralis Cathalaunen.*
3 *De conſuetudine Curiæ retineri poteſt Canonicatus cum Cardinalatu.*
4 Monachus *Canoniſta fuit Cardinalis, & Canonicus eodem tempore.*
5 *Quindennia connumerantur inter fructus Canonicatus.*
6 *Cardinalis tamquàm inſerviens Eccleſiæ univerſali, habendus eſt pro præſenti in Eccleſia, in qua eſt Canonicus.*
7 *Ad percipiendum quindennia non eſt neceſſaria intereſſentia in Choro, aut Capitulo.*
8 *De conſuetudine Curiæ per promotionem ad Cardinalatum vacant Beneficia.*
9 Calderin.conſil.1.n.3. verſ.præterea,de tranſlat. Prælat. & Geminian. conſil.88. *declarantur.*
10 Monachus *fuit Cardinalis, & Canonicus eodem tempore.*
11 Sperellus *Auctor Deciſionum fori Eccleſiaſtici, fuit Referendarius Signaturæ.*
12 *Per Cardinalatum vacant tàm Beneficia convenientia, quàm non convenientia Dignitati Cardinalitiæ.*
13 *Declaratur* cap. Eccleſia veſtra 57. il 2. de electione.
14 *Epiſcopus retinere nequit Beneficia ſine diſpenſatione Apoſtolica.*
15 *Canonicatus Cathedralis longè præcellit Canonicatui Collegiatæ.*
16 *Canonicatus dumtaxat Cathedralis retineri poteſt cum Cardinalatu.*
17 *In materia ſtricta fieri non debet extenſio.*
18 *S. Concilium Tridentinum præcipit in omnibus Cathedralibus annexum Ordinem Præsbyteralem, Diaconalem, & Subdiaconalem.*
19 *Dictum Decretum Concilii non habet locum in Collegiatis.*
20 *Canonici Cathedralis dicuntur Clerici primi gradus, & fratres Epiſcopi.*
21 *Canonicatus Cathedralis non poteſt uniri Parochiali.*
22 *Canonicus Collegiatæ non poteſt eſſe Delegatus Apoſtolicus.*
23 *Canonici Collegiatæ æquiparantur Canonicis Cathedralis in expreſſis tantùm.*
24 *Canonicatus Collegiatæ Inſignis videntur pari paſſu ambulare cum Canonicatibus Cathedralis.*
25 *S. Concilium hortatur, ut, ubi commodè fieri poſſit, ſaltem dimidia pars Canonicatuum in Cathedralibus, vel Collegiatis Inſignibus conferatur ſolis Magiſtris, aut Licentiatis in S. Theologia, vel Jure Canonico.*
26 *Canonicatus Collegiatæ de Urbe eſt dignior Canonicatu Cathedralis alterius Civitatis.*
27 *Cathedralis dicitur ob honorem Cathedræ, ſeu Sedis Epiſcopalis.*
28 *Baſilica Lateranenſis, & Vaticana eſt Cathedralis Summi Pontificis.*
29 *Appellatione Dignitatis venit Canonicus, & Canonicatus.*
30 *In odioſis facienda eſt reſtrictio.*
31 *Cardinalatus eſt officium maximum.*
32 *Canonicus non habet Dignitatem.*
33 *Dignitas non Canonicus non eſt de Capitulo.*
34 *Per Cardinalatum non vacat Canonicatus.*
35 *Cathedralis eſt ſuffraganea Metropolitanæ.*
36 *In materia odioſa, vel ſtricta Metropolitana non venit appellatione Cathedralis.*
37 *In materia beneficiali ſtricta facienda eſt interpretatio.*
38 *Patriarchalis venit appellatione Cathedralis.*
39 *Patriarchæ judicant Archiepiſcopos, & eorum Suffraganeos.*
40 *Declaratur* Regula ſecunda Cancellariæ.

CAPITULUM CXX.

POteſt aliquando contingere, Canonicum
creari S. R. E. Cardinalem, proindeque hæ-
ſitari inter Capitulum, & talem Canonicum ſu-
per participatione quindenniorum per eundem
prætenſa, non obſtante promotione ad Cardi-
nalatum, undè reſolvimus, quòd Canonicus
Eccleſiæ Cathedralis, creatus S. R. E. Præsby-
ter, aut Diaconus Cardinalis, adhùc partici-
pat de quindenniis pro Emphyteuſi per manum
mortuam Capitulo debitis, etenim cùm Cano-
nicatus, quantumvis aliàs reſidentialis, uti ta-
men non habens curam animarum, nec admi-
niſtrationem, immò tamquam unum de mino-
ribus Beneficiis, de Jure habeatur pro ſimplici
1 Beneficio, benè retineri poteſt inſimul cum Car-
dinalatu, ſicque non vacat per promotionem,
quidquid,ſit poſt adeptam Cardinalatus Digni-
tatem, poſtquàm Beneficia reſidentialia de ob-
tinentibus citrà Indultum Apoſtolicum ad *text.*
ſingularem *in cap. Eccleſia veſtra* 57. *il* 2. *de ele-
ctione* ibi: *Præsbyterum Cardinalem Canonicum*
2 *veſtrum &c.* ubi de Cardinali eodem tempore
abſque ulla incompatibilitate Canonico Cathe-
dralis Cathalaunenſis in Provincia Belgica Ca-
nonicatum retinente etiam poſt aſſumptionem
ad Cardinalatum, & *ibi Butr. notabil.*7. *num.*5.
& 16. *Hoſtienſ.n.*4. *poſt med. verſiculo erat tamen
Canonicus*, *& nu.*5. *circà fin. verſiculo vel poteſt
dici*, *Imola n.*3. ubiità ſervari de conſuetudine
3 Curiæ, *Abbas n.*3. *Ancharan. n.*1. *Bald. n.* 2. *in
fine verſiculo nota*, *quòd iſte Bertrandus*, *Gonza-
lez in notis nu.*2. *litera G. circà fin. verſiculo undè
cùm Canonicatus*, *Barbat. de præſtant. Cardinalat.
par.*1. *qu.*12. *n.*3. *in fine*, *Monach. in cap. Statu-
tum* 11. *nu.*7. *in fine verſiculo & ex prædictis de
4 Reſcript. in* 6. ubi de ſe refert, fuiſſe S.R.E. Car-
dinalem SS. Petri, & Marcellini Præsbyterum
Titularem, nec non tunc S.R.E. Vicecancella-
rium, eodemque contextu Canonicum Cathe-
dralis Bajocen, ubi *Probus in additione num* 30.
*Germon. de ſacr. immunit. lib.*3. *cap.*6. *n.*57. *cum
ſeqq. Tondut. de Penſion. Eccleſiaſt. cap.*73. *n.*25.
*cum ſeqq. ac ſignanter n.*27. *in principio*, *Sperell.
deciſ. for. Eccleſ.*167. *n.*23. *par.*2. retentio autem
5 Canonicatus debet aliquid operari ſaltem
quoad jus percipiendi fructus groſſos, inter quos
procul dubio connumerantur quindennia, *Rota
deciſ.*19. *n.*1. *apud Remocamp. de Coadjutor. repe-
tit. poſt Tract. inter Deciſion. S. Rot. Rom. in ordi-
ne la XIII.*

Non obſtat, quòd à ratione videatur alienum,
ut Canonicus Cardinalis non ampliùs inſerviens
ſuæ Eccleſiæ Cathedrâli, percipiat fructus Ca-
nonicatus, qualia ex mox dictis ſunt quindennia
in præjudicium cæterorum Canonicorum non
Cardinalium ſuſtinentium pondus diei, & æſtus,
indèque ſingulatim acquirentium minorem ra-
tam quindennialem ob diviſionem faciendam
etiam inter Canonicum Cardinalem, vel quia
6 iſte tamquàm inſerviens ſuæ Eccleſię univerſali,
quę mater eſt omnium, & magiſtra, quęve omniũ
Eccleſiarum gerit ſollicitudinem, ac curam, ha-
bendus eſt pro præſente in ſua Eccleſia Cathe-
drali, aſſumit quoque partem ponderis diei, &
æſtus, *Oldrad. conſil.*48. *n.*1. *cum ſeq. Germon. de
Indult. Cardinal.* §. *Tibi quoad vixeris nu.*12. *in
principio*, vel quia ad percipiendum quindennia 7
non eſt neceſſaria aliqua intereſſentia in Choro,
minuſque intereſſentia in Capitulo, ſed ſatis eſt,
quod quis ſit de Capitulo ex per nos paſſim di-
ctis in ſuis locis, qualis continuat eſſe Cardina-
lis, dum per promotionem jam vidimus Cano-
nicatum Cathedralis non vacare.

Minus obſtat, quòd, cùm de Jure communi
quidem non vacent prima Beneficia per Cardi-
nalatum, de conſuetudine autem, & ſtylo Cu- 8
riæ (qui unicè attendendus) vacant ad tradita
per *Card. Tuſch. practic. conc. litera C. conc.*97.
*num.*5. *cum ſeqq.* cui tamquam Doctori, & Juri-
ſconſulto Cardinali valdè deferendum uti ſuper
hoc optimè inſtructo, quia ipſe allegat *Calde-
rin. conſil.*1. *aliàs* 56. *n.*3. *verſiculo prætereà*, *de
translat. Prælat. & Geminian. conſil.*88. *in prin-
cipio*, qui nè verbum quidem habent de Cano- 9
nico Cardinali, ſed dumtaxat firmant, olim
Epiſcopos ad Cardinalatum promotos non re-
tinuiſſe Epiſcopatum, de ſtylo autem Curiæ il-
lum retinere, ſicque quid hoc ad nos, quando 10
Monach. qui non ſolùm fuit Cardinalis, ſed etiam
Vicecancellarius, ac tamquàm talis præſens in
Urbe, benè informatus de ſtylo, ſupponit, ſe
Canonicum, & Cardinalem eodem tempore in
citat. cap. Statutum, & *Sperell.* qui fuit diu in Urbe
ob plura munera ibidem peracta, ultra Utriuſ- 11
que Signaturæ Referendariatum juxta illius
*dec.*106. *n.*55. *dec.*113. *n.*90. *& dec.*164. *num.*3.
*tom.*2. per Cardinalatum non vacare Beneficia
jam obtenta, ſicque etiam iſte Prælatus optimè
informatus eſſe poterat de ſuppoſito ſtylo; in
contrarium eſt benè verum (& valdè miror ad
hoc non advertiſſe moderniores Doctores) quòd
poſt *Bullam* 79. *Sixti V. in Bullar. nov. Rom.
tom.*2, ſi illa eſt in uſu, ad quam advertit *Ton-
dutus de Penſion. Eccleſ. cap.*73. *n.*29. forſitan non
erit locus participationi quindenniorum, cùm
per dictam Sixtinam ipſo Jure, niſi conceſſa re-
tentione, non ſolùm vacent omnia Beneficia, quæ
videntur convenire Dignitati Cardinalitiæ, ſed 12
etiam illa, quæ videntur repugnare, ut Archi-
præsbyteratus, Archidiaconatus, Decanatus,
Canonicatus, ac ſimilia Beneficia, ad quæ non
cenſetur data retentio, ex eo, quòd retinentes
hujuſmodi Beneficia reſidere teneantur in Cho-
ro, & locum habeant poſt Epiſcopum Cardina-
latus gradui non convenientem juxta dicta in
§. *unico dictæ Sixtinæ*, & in tantum *ex cap. Ec-* 13
cleſia veſtra 57. *il* 2. *de elect.* narratur, Canoni-
cum Cardinalem electum fuiſſe Epiſcopum, in
quantum ibi talis Canonicus non intelligitur
S.R.E. Cardinalis, ſed benè Canonicus Cardi-
nalis illius Eccleſiæ, ideſt principalis inter Ca-
nonicos illius Eccleſiæ, ut advertit *Azor. in-
ſtitution. moral. par.*2. *lib.*4. *cap.*3. *quæſt.*15. *in
fine verſiculo meo judicio*, quem ſequitur *Barboſa
de Jure Eccleſ. lib.*1. *cap.*3. *n.*19. *in med. verſiculo
ubi ſubdit.*

Quibus ſtantibus, & non obſtantibus, unde-
cim occurrunt Difficultates notatu dignæ.

I. Difficultas, quid dicendum, ſi Canonicus
Eccleſiæ Cathedralis non ſolùm fuerit creatus
Cardinalis, ſed etiam Epiſcopus, utrùm etiam
in hoc caſu participet de quindenniis, prout de
illis participare jam firmavimus, quando eſt cre-
atus tantùm Cardinalis, & arbitramur, non

par-

participare, quia ſi ex una parte tamquàm Canonicus Cardinalis ex dictis de quindenniis participare poteſt, ex alia parte tamquàm Epiſcopus de eiſdem participare non poteſt, cum
14 tamquàm Epiſcopus retinere non poſſit Canonicatum, ſivè quæcumqne alia Beneficia abſque diſpenſatione Apoſtolica ad *text. in cap. cùm in cunctis* 7. *§.cùm verò* 1.*de elect.Prob.in Addit.ad Monach.in cap.Statutum* 11.*n.*30.*in princip.verbo mihi Canonico litera F.verſ.secùs de Cardinali Epiſcopo, de Reſcript.in 6. Abbas in cap. Eccleſia veſtra* 57. *il* 2.*de elect. num.*3. *in med verſ. nam Epiſcopus Cardinalis, Tondut.de Penſion. cap.*73.*n.*27. *in med. verſ. non tàm Epiſcopus*, licet retinere poſſit Canonicatum tamquàm Cardinalis etiam abſque diſpenſatione Apoſtolica ex jam dictis, præponderare autē debet ſimplex qualitas Epiſcopatus mixtæ qualitati Cardinalatus in materia præjudiciali reliquis Canonicis non Cardinalibus, quibus hac via contigit pinguiori portio quindennialis, non facta diviſione quindenniorum inter Canonicum Cardinalem.

II. Succedit Difficultas, quid dicendum, ſi Canonicus Collegiatæ Eccleſiæ creatus fuerit Cardinalis, an etiam iſte, prout ille Cathedralis Eccleſiæ, participare poſſit de quindenniis, & crederem non poſſe, quia Cardinalis non retinet Canonicatum Collegiatæ, prout retinet Canonicatum Cathedralis, cùm in hoc, prout etiam
15 in reliquis, longè præcellat Canonicatus Cathedralis Canonicatui Collegiatæ, *Sperell.dec.*167. *nu.*23. *circà fin.verſ. ex quo apparet, tom.* 2. quæ
16 veritas corroboratur, dum Jura allata in principio pro retentione Canonicatus loquuntur de Canonicatu Cathedralis, ut in ſpecie dicti *cap. Statutum* 11.*de Reſcript.in* 6. benè ponderat *Sperel.l.dict. dec.*167.*nu.*5. *in princip.verſ. ac proindè*, cùmque verſemur in materia ſtricta, in qua agi-
17 tur de præjudicio aliorum Canonicorum non Cardinalium, non veniunt extendenda ad Canonicatum Collegiatæ, etiamſi videatur eadem ratio militare, *Maſcard. de general. Statut interpret. conc.*4. *nu.*123.*cum ſeqq.& nu.*139.*cum ſeq. Villagut.de extenſ.leg.tit.de extenſ.leg.exorbit.n.*3.

Hinc *S.Concil.Trident.ſeſſ.*24.*de Reform.cap.*12.
18 *verſ.neminem etiam,injuncto verſ.in omnibus verò* præcipiens in omnibus Eccleſiis Cathedralibus annexum Ordinē Præsbyteralē, Diaconalem, &
19 Subdiaconalem in omnibus Canonicatibus, ex Declaratione Gregorii XIII. & S.Congregationis Concilii, locum non habet in Eccleſiis Collegiatis *Barboſa de Canonic.& Dignit.cap.* 2. *nu.*38.*& ad S. Concil. Trident. loc.cit. num.*42. & 48.*in fin. verſ. & Concilium Tridentinum, Roſa de exequut. liter.Apoſtol. par.*1.*cap.*6.*nu.*153.*cum ſeq.Pignatell. conſult. Canon. tom.*4. *conſult.* 28. *nu.*9. *cum ſeqq. & tom* 9. *conſult.* 108. *nu.*1. In nihilum refragante, quòd Canonici Eccleſiæ Collegiatæ in nonnullis æquiparantur Canonicis Eccleſiæ Cathedralis, quia ferè in nihilo æquiparari poſſunt
20 Canonici Collegiatæ Canonicis Cathedralis, qui dicuntur Clerici primi gradus, fratreſque Epiſcopi, *Sperell. dec.* 167. *nu.*12. *cum ſeq.tom.*2. immò minimus Canonicus Cathedralis eſt nobilior, ac dignior digniori in Collegiata juxta illud axioma in omni Philoſophia veriſſimum, quòd infimus ordinis ſupremi eſt major ſupremi ordinis inferioris, ſic in cæleſti Hjerarchia infimus Archangelus eſt ſupremo Angelo nobilior, ut penès Theologos tritiſſimum eſt. Hinc Canonicatus Eccleſiæ Cathedralis non poteſt 21
uniri Eccleſiæ Parochiali, ex eo, quòd Canonicatus prædictus eſt dignior, *Gonzalez ad Regul.* 8.*hodiè* 9.*Cancellar. de Menſib.glo.*5. §.7. *nu.*131. Hinc Canonicus Cathedralis æquiparatus conſtituto in Dignitate Eccleſiaſtica, ſolummodò eſt capax delegationis Apoſtolicæ, cujus incapax eſt Canonicus Collegiatæ, *Mandoſ. in Re-* 22
gul. 18. *Cancellar. qu.* 2. *nu.*7. quia ad ſummum æquiparantur quidem in expreſſis tantùm, non 23
autem in non expreſſis *cap.quia ſæpè* 15. *in princip. de Præbend.in* 6.*Mandoſ.ad Regul.*18. *Cancell. qu.*2. *nu.*8. *Pyrrh. Corrad.in prax. diſpenſ. Apoſt. lib.*2. *cap.*6. *nu.*23. præſertim ubi, prout in caſu, agitur de præjudicio omnium, vel majoris partis Canonicorum Collegiatæ, ſi talis æquiparatio admittatur, cùm omnes alii Canonici non Cardinales habituri ſint eorum portionem quindennialem diminutam ex diviſione quindennii facienda etiam inter Canonicum Cardinalem.

III. Subſequitur Difficultas, quid dicendum de Canonico Inſignis Collegiatæ, creato Cardinali, an ſaltem iſte ratione Inſignitatis, ſicque præexcellentioris qualitatis Eccleſiæ, participare debeat de quindenniis, & putarem adùc non participare, quippè inſignitas non addit præexcellentiam talem, ut Eccleſia non ſinat eſſe ſimplex Collegiata, quantumvis addit ſpecioſiorem titulum, qui per ſe ſolus non ſufficit ad communicandum privilegia, quibus decoratur Cathedralis. In nihilum relevante, quòd videtur 24
in Jure pari paſſu ambulare Canonicatus Collegiatæ Inſignis cum Canonicatibus Cathedralis, *Corrad.in prax.benef. lib* 2. *cap.*1. *num.*20. *in principio verſiculo quod proindè*, & dum *Sacroſancta Tridentina Synodus ſeſſ.*24. *de Reform. cap.*12. *in med. verſiculo hortatur*, hortatur, ut in locis, ubi commoditas ſuppetit, omnes Dignitates, 25
vel ſaltem dimidia pars Canonicatuum in Cathedralibus Eccleſiis, vel Collegiatis Inſignibus conferantur ſolis Magiſtris, vel Doctoribus aut Licentiatis in Sacra Theologia, vel Jure Canonico, quia in expreſſis tantùm, ut jam diximus, intrat æquiparatio.

IV. Subnectitur Difficultas, quid dicendum de Canonico Perinſignis Collegiatæ creato Cardinali, eodemque pacto cenſerem illum non participare de quindenniis, ſimiles namque ſpecioſi tituli non tollunt, nec alterant eſſentialem originariam qualitatem Collegiatæ, ſed benè inſerviunt ad majorem tantùm ſplendorem, ut patet ad ſenſum.

V. Concluditur Difficultas, quid dicendum de Canonico Eccleſiæ Collegiatæ in Urbe, creato Cardinali, cùm talis Canonicatus dignior ſit 26
Canonicatu Eccleſiæ Cathedralis alterius Civitatis, *Barboſa de Canonic. & Dignitat. cap.* 18. *nu.*55. *antè med. verſiculo illud tamen*, ſicque ratione dignioritatis non ſolùm adinſtar Canonicatus Eccleſiæ Cathedralis, ſed ratione etiam majoris præexcellentiæ videatur retineri poſſe à Cardinali, proindeque eſſe locum participationi quindenniorum, nihilominùs cenſerem, contrarium, in rei enim veritate nulla Collegiata Romæ eſt Cathedralis, & aliud eſt Canonicatum

Col-

Collegiatæ Urbis eſſe digniorem Canonicatu
Cathedralis alterius Civitatis, aliud autem eſt
Collegiatam Urbis eſſe in rigore, ac proprieta-
te digniorem Cathedrali alterius Civitatis, cùm
27 dicatur Eccleſia Cathedralis ob honorem Ca-
thedræ, ſeu Sedis Epiſcopalis, *Barboſa de Cano-
nic.& Dignitat.cap.*2.*n.*4.quando tamen Romæ,
immò nullibi ulla Eccleſia Collegiata habet Epi-
ſcopum.

VI. Adſtruitur Difficultas, quid dicendum de
Canonico alicuius ex tribus Urbis Patriarchali-
bus Eccleſiis, creato Cardinali, & crederem in-
dubitanter quoad duas ſaltem Lateranenſem
videlicet,& Vaticanam intrare participationem
28 quindenniorum ex eo, quòd utraque verè ſit
Eccleſia Cathedralis ipſius Summi Pontificis
Urbis Epiſcopi, quamobrem utraque tamquàm
Cathedralis, immò tamquàm pluſquàm Cathe-
dralis continetur ſub præallegatis Juribus reten-
tionem Canonicatus Cardinali permittentibus.

VII. Subditur Difficultas, quid dicendum de
Dignitate non Canonico Eccleſiæ Cathedralis
creato Cardinali, & videretur prima facie reſol-
vendum participare debere talem Canonicum
de quindenniis adinſtar Canonici Cathedralis,
cùm dictum in Canonico militet etiam in Di-
gnitate, cùmque in favorabilibus appellatione
Canonici veniat quoque Dignitas ſaltem iuxta
latam ſignificationem, prout appellatione Di-
29 gnitatis venit Canonicus, & Canonicatus *cap.
quamvis* 4. *de Præbend.in 6. Gomez in cap. Statu-
tum* 11.*nu.*40. *de Reſcript. in 6. Rubeus ſingular.
par.*4.*tit.de præcedent.Prothonotar.Apoſtolic.n.*36.
*cum ſeqq.Barboſa de Canonic.& Dignitat. cap.*19.
*nu.*1. undè Canonicatus, & Dignitates fraterni-
zant *cap.Statutum* 11.*de Reſcript.in 6.Rot. dec.*26.
aliàs 445. *num.6. de Præbend. in nov.* præſertim
agendo de Canonicatu Cathedralis, in qua eſt
nomen maximi honoris, ac præheminentiæ,
immò tantæ, ut multi Reges in Canonicos Ec-
cleſiarum Cathedralium ſe creari procuraverint,
indeque videmus,quòd in multis Eccleſiis Ca-
thedralibus, adeò Canonicatus in prætio ha-
beantur, ut ratione præeminentiæ appellent ſe
Cardinales, veluti patet in Eccleſia Compoſtel-
lana, Calaguritana, Ravennaten. Mediolanen.
inque aliis,attamen contrarium puto tenendum
eſſe, quia verſamur in re odioſa, qualis eſt re-
tentio Beneficii redundans in diminutionem cul-
tus divini, inque damnum aliorum, undè illa
30 venit reſtringenda potiùs, quàm extendenda,
ad Dignitatem non Canonicum ad tradita per
*Barboſ.de Canonic.& Dignitat. cap.*37.*nu.*14.*cum
ſeqq.Pignatell. conſult. Canon. tom.*4.*conſult.*131.
nu.6. cum ſeqq. immò Dignitas Eccleſiæ Cathe-
dralis per promotionem ad Cardinalatū vacat,
nec retineri poteſt, prout poteſt Canonicatus,
31 cùm enim Cardinalatus ſit Dignitas, ſeu offi-
cium maximum, per ipſius adeptionem debet
vacare Dignitas inferior, *Abb. in cap. Eccleſia
veſtra* 57. *il* 2. *nu.*3. *in principio verſiculo in hoc
tamen dicerem, de eletion.* In quantum autem
quòd in favorabilibus ſub nomine Canonico-
rum veniant Dignitates, hoc intelligendum eſt
in favorabilibus ipſis Canonicis, & Capitulo in
univerſum, non ipſis Dignitatibus in particula-
32 ri, ut patet ad ſenſum, aliàs Canonicus non ha-
bet Dignitatem,*Gomez in cap.Statutum* 11 *n.*20.
*cum ſeqq.de Reſcript. in 6.*immò ab hoc præſcin-
dendo,etiamſi Cardinalis per hipotheſim retine-
retDignitatem,in Cathedrali adinſtarCanonici,
adhùc iſta ſola retentio illi non ſuffragaretur ad
effectum participandi de quindenniis, cùm de
illis nec antè Cardinalatum participare poſſet
ex eo, quòd Dignitas non Canonicus non eſt 33
de Capitulo juxta per nos cumulata in *Ca-
pit. LXXXIV.* adeò, ut, etiamſi talis Cardinalis
obtineret indultum à Papa retinendi prædictam
Dignitatem, adhùc de quindenniis non partici-
paret, quaſi quòd conceſſa retentio non tribuat
Capitularitatem, qua caret de ſui natura ipſa
Dignitas, perque indultum tolleretur obſtacu-
lum, quod inducit Cardinalatus, nihil de novo
tribuendo indultario, ſed illum ponendo in eo-
dem ſtatu, in quo erat antè Cardinalatum,
ſicque abſque aliqua participatione quinden-
niorum,qua Dignitas etiam antè Cardinalatum
non fruebatur.

VIII. Excitatur Difficultas, quid dicendum
de Canonico Dignitate, nempè de obtinente
Canonicatum cum Dignitate in una,eademque
Eccleſia Cathedrali ex privilegio, vel conſuetu-
dine, creato Cardinali, & crederem poſſe par-
ticipare de quindenniis, quia ſatis eſt, quòd re-
maneat Canonicus poſt Cardinalatum, ut in
principio inſinuavimus, cùm re vera etiam antè
Cardinalatum non deſinat eſſe Canonicus per 34
acquiſitionem Dignitatis, *Barboſa de Canonic.&
Dignitat.cap.*41.*nu.*19.*in med.verſiculo non tamen
Canonicus*, quidquid controvertibile ſit, an pro
retentione Dignitatis indigeat novo Indulto,nec
Cardinali ſuffragetur antiquum indultum antè
Cardinalatum, vel conſuetudo illam retinendi
cum Canonicatu.

IX. Occurrit Difficultas,quid dicendum de
Canonico Eccleſiæ Metropolitanæ creato Car-
dinali, & crederem meliùs in tali caſu eſſe lo-
cum participationi quindenniorum, quippè ſi
ex deductis in principio *præſentis Capituli*, ra-
tione præexcellentiæ Eccleſiæ Cathedralis reti-
neri poteſt Canonicatus ejuſdem Eccleſiæ cum
Cardinalatu, quantò magis ratione longè ma-
joris præexcellētiæ retineri poterit Canonicatus
in Eccleſia Metropolitana, cujus ſuffraganea
eſt Eccleſia Cathedralis, ſicque ob majorita- 35
tem rationis,*Pariſ.de confident.Benefic.qu.*13.*n.*7.
In nihilum faciente, quòd appellatione Eccleſiæ
Cathedralis non continetur Metropolitana in 36
materia odioſa, vel ſtricta, proindeque illegi-
timus diſpenſatus, ut poſſit etiam in Cathedrali
obtinere Beneficia, non poterit illa obtinere in
Metropolitana, & pariter illegitimus diſpenſa-
tus ad Epiſcopatum, ſeu ad Eccleſiam Cathe-
dralem, non cenſetur diſpenſatus ad Archiepi-
ſcopatum, ſeu ad Eccleſiam Metropolitanam
*Tondut.reſol.canonic.par.*2.*cap.*2.§.1.*n.*8.*cum ſeq.
Barboſa appollat.*41.*n.*1.*cum ſeqq.& appellat.*39.
*n.*2.*cum ſeqq.Matta de Cauſ.Conſiſtorial.ſect.*3.*n.*3.
*cum ſeqq.Pyrrh.Corrad.in prax. diſpenſ.Apoſtolic.
lib.*2.*cap.*6.*n.*31.*cum ſeqq.*ſanèque præſens mate-
ria eſt odioſa, & ſtricta, dum per retentionem
Beneficii diminuitur cultus divinus, & infertur
præjudicium reliquis Canonicis non Cardi-
nalibus habentibus exindè minorem ratam
quindennii propter illius diviſionem faciendam
etiam Canonico Cardinali, & in materia bene-
ficia-

ficiali ſtricta facienda eſt interpretatio *cap. poſtulaſti 27. de Reſcript. cap. 1. & 2. de fil. Presbyter. in 6. Mandoſ. in Regul. 3. Cancellar. qu. 2. num. 2.* & regula ad ſummum procedit in materia diſpenſationis illegitimi, quem abhorret Eccleſia, ut in congeſtis auctoritatibus habetur.

37 X. Innuitur Difficultas, quid dicendum de Canonico Eccleſiæ Metropolitanæ Primatialis creato Cardinali, & eodem fermè pacto videretur aſſerendum intrare participationem quindeniorum ob longè majorem excellentiam, qua Primatialis Eccleſia præcellit Metropolitanam, ſeu Archiepiſcopalem, ſicque ob majoritatem rationis,

XI. Subjungitur Difficultas, quid dicendum de Canonico Eccleſiæ Patriarchalis extrà Urbem, creato Cardinali, idemque firmandum quoque eſſe cenſeo, cùm ſub nomine Cathedra-
38 lis veniat Patriarchalis ad *text. in cap. Cleros 1. § Omnes autem 21. diſtinct. Gonzalez ad Regul. 8. hodiè 9. Cancellar. de Menſib. gloſ. 42. n. 19. Corrad. in prax. diſpenſ. Apoſtolic. lib. 2. cap. 6. n. 35. Barboſa appellat. 89. nu. 1.* cùm Patriarchalis ſit longè excellentior non ſolùm Cathedrali, ſed Metro-
39 politana, immò Primatiali ex eo, quòd Patriarchæ Archiepiſcopos, eorumque Suffraganeos judicant *cap. 1. diſtinct. 9. Barboſa de jur. Eccleſ. lib. 1. cap. 6. n. 12. cum ſeqq. & n. 36. cum ſeqq.* ità, ut extenſio fieri debeat, etiam quòd quoquo modo eſſemus in odioſis, & materia ſtricta, præſertim quando, ut in caſu, non poteſt aſſignari diverſa ratio, & etiam attento communi uſu Cancellariæ, ac alibi appellatione Cathedralis venit Patriarchalis, *Mandoſius ad Regul. 3. Cancellar. qu. 2. nom. 5. cum ſeqq. Corrad. in prax. diſpenſ. Apoſtol. lib. 2. cap. 6. nu. 25. in med.* in nihilum relevante *Regula 2. Cancellar.* reſervante omnes Eccleſias Patriarchales, Primatiales, Archipiſcopales, & Epiſcopales, ſeu Cathedrales; quaſi quòd aliàs Patriarchales non cenſerentur reſervatæ, ſi de illis expreſſa mentio facta non eſſet, quia ad abundantiorem cautelam, non verò ad neceſſitatem ſit mentio, eodemque
40 modo, quo *Regula 2. Cancellar.* reſervat Eccleſias Epiſcopales, & Metropolitanas, ſeu Archiepiſcopales, & omnes Dignitates Majores poſt Patriarchales in Cathedralibus, & Metropolitanis, quòd non cenſerentur etiam reſervatæ Eccleſiæ Metropolitanæ, vel Dignitates in Metropolitanis, quia hoc additum puto ad cautelam, non quòd aliàs non cenſerentur reſervatæ Metropolitanæ, aut Dignitates in Metropolitanis, ſi non exprimerentur ipſæ Metropolitanæ, & Dignitates in Metropolitanis, cùm eadem, vel major militet ratio reſervandi Metropolitanas, & Dignitates in Metropolitanis, quàm reſervandi Cathedrales, & Metropolitanas, ac Dignitates in Cathedralibus, quibus longè excellentiores ſunt Metropolitanæ.

ARGUMENTUM.

Si per induſtriam unius ex Canonicis augumententur redditus communium prædiorum Canonicorum, & prædia ſic augumentata, per Capitulum concedantur in emphyteuſim manui mortuæ, quindennia Capitulo indè debita, dividenda ſunt pro æquali rata indiſtinctim inter omnes Canonicos etiam ratione augumentationis, & adaucti valoris Præbendarum, non autem acquiruntur ſaltem pro parte augumentata ſoli Canonico augumentanti.

SUMMARIUM.

1 *Redditus Canonicatus quantumvis augumentati ex induſtria unius tantùm Canonici, adhùc dividi debent in communi inter Canonicos.*
2 *In communibus redditibus nihil refert, undè proveniat augumentum.*
3 *Augumentum ſequitur naturam augumentati.*
4 *Melioramentum factum ſuper fundo, cedit ſolo.*
5 *Præſumptio ſtat pro Eccleſia.*
6 *Melioramenta facta præſumuntur de redditibus Beneficii.*
7 *Melioramenta facta à filiofamilias, præſumuntur facta de pecuniis profectitiis, etiamſi habeat aliquam artem.*
8 *Nemo locupletari debet cum aliena jactura.*
9 *Eccleſia non debet eſſe in damno, nec in lucro.*
10 *Terra excurrrens per alluvionem acquiritur poſſeſſori, non verò Communitati.*
11 *Ob augumentum cultus divini magis congruit augumentum quindennii omnibus communicari, quàm uni.*
12 *Abſurdum eſt, propriam induſtriam aliis communicari.*
13 *Melioramenta alienari, donari, ſeu legari poſſunt adinſtar allodialium.*
14 *Canonicus meliorans abſque mandato Capituli, ſibi imputet.*
15 *Filius adminiſtrans bona Patris, conſequi valet ſalarium ſaltem in caſu magnarum expenſdrum.*
16 *Filius non tenetur Patri operas præſtare.*
17 *Aliqui putant id procedere in filio emancipato.*
18 *Filius ſub Patria poteſtate tenetur ad operas ſuæ tamen perſonæ convenientes.*
19 *Canonicus tenetur meliorare bona Capituli.*
20 *Melioramenta facta in bonis Eccleſiæ, præſumuntur facta de redditibus Beneficii.*
21 *Melioramenta facta à filiofamilias, facta præſumuntur de pecuniis profectitiis.*
22 *Beneficiatus præſumitur acquiſiviſſe de bonis Eccleſiæ.*
23 *Melioramentum factum ſuper fundo Eccleſiæ, cedit Eccleſiæ, & ad illam ſpectat.*
24 *Melioramentum cedit melioranti.*

CAPITULUM CXXI.

POteſt aliquando dari caſus, quòd tanta ſit alicujus Canonici diligentia, ut propria induſtria pretioſiora faciat prædia communia Canonicorum, illa, ſeu illorum redditus conſiderabiliter augumentando, proindèque in caſu, quo eadem fuerint manui mortuæ emphyteuticata, prætendere incipiat ſub prætextu à ſe factorum melioramentorum cum notabili impenſa, ſibi privativè quoad cœteros Canonicos acquiri illud plus quindennii ſuperveniens, & ſuperexcreſcens ratione augumenti, perque conſequens ratione majoris valoris prædiorum, è contrà verò Canonici prætendant bonum jus fovere etiam in augumento facto in re communi, ideò firmatur in præſenti, quòd, ſi per induſtriam unius ex Canonicis augumentur redditus

ditus communium prædiorum Canonicorum, & prædia ſic augumentata per Capitulum concedantur in emphyteuſim manui mortuæ,quindennia Capitulo indè debita, dividenda ſunt pro æquali rata indiſtinctim inter omnes Canonicos etiam ratione augumentationis, & adaucti valoris Præbendarum, non autem acquiruntur ſaltem pro parte augumentata ſoli Canonico augumentanti, eodem namque modo, quo procul dubio iſti redditus, quantumvis augumen-
1 tati ex induſtria unius tantùm Canonici,adhùc dividi debent in communi inter omnes Concanonicos, *Felin. in c.cùm M.Ferrarienſis.9.n.22. in principio verſiculo, aut prædia communia, de Con-*
2 *ſtitution.& Bald.n.56.* quaſi quòd in communibus redditibus nihil referat, undè proveniat augumentum *gloſ.in cap fin.in fin.verbo in utilitatem de verb.ſignif.ac in dic cap.cùm M.Ferrarien. verbo induſtriam in fin. Abbas ibid.n.27. in princ. de Conſtitution.*, & acceſſorium ſequitur natu-
3 ram ſui principalis, ſeu augumentum ſequitur naturam aucti, ſive augumentati *Saminiat. controv.200.n.3.tom.2.Rota in collect.per Palm.Nepot.dec.285.n.6.par.3.* & regulare eſt, quòd me-
4 lioramentum factum ſuper fundo Eccleſiæ cedit ſolo, ac ad Eccleſiam ſpectat §.*Ex diverſo 30. Inſtitut de rer. diviſ. l. adeò 7.§.Ex diverſo 12. ff. de cond indeb.Bellet.diſquiſit.Clerical.par.1.tit. de*
5 *bon.Cleric.§.4 n.6.cum ſeq.*& præſumptio ſtat pro Eccleſia *Amoſtaz de cauſ.piis lib.8. cap.9.nu.46. cum ſeqq.* ſicuti quicumque Beneficiatus non poteſt repetere meliorationes in bonis Eccleſiæ factas ex propria induſtria, ſed illæ cedunt Ec-
6 cleſiæ, cùm factæ præſumantur de redditibus Beneficii, niſi de contrario doceatur,quòd nempè ſuppetant tales patrimonii vires, ut ex bonis patrimonialibus illę probabiliter fieri potuiſſent *cap. ſi quis ſanè 5. de pecul Cleric.Bellet. diſquiſit. Cleric.par.1.tit.de bon.Cleric. §.4.nu.5. Garzias de Expenſ.& melior. cap.11.nu.71. de Angel. de impenſ.& melior.dotal.artic.25.nu.16. cum ſeqq. & nu.40.* & eo modo, quo melioramenta facta à
7 filiofamilias ſub patria poteſtate, præſumuntur facta de pecuniis profectitiis, etiamſi habeat aliquam artem, niſi conſtito ex ea acquiſiviſſe pecunias, *de Angel.loc citat.num.50.Menoch. de præſumpt.lib.3.præſ.50.n.1.Ubald.de duob.fratrib. par.5.qu.14.n.17.Rot.cor.Bich.dec.199.nu.6. cum ſeq.*ita fortior elicitur præſumptio in acquiſitione pecuniarum facta à Beneficiato, quæ acquiruntur Eccleſiæ.

Non urget, quòd hac via Concanonici locu-
8 pletantur cum aliena jactura contra regulam *l.jure naturæ 206.ff.de regul.jur.* cui obviandum eſt, præſertim agendo de Eccleſia, quæ tam-
9 quàm cultrix juſtitiæ, ſicuti in damno eſſe non debet, ità nec in lucro *cap.1.in fine ubi gloſſa in fine verbo defraudari, de in integr. reſtitut.* dum Canonicus induſtria ſua, & propriis ſumptibus pretioſiora fecit prædia communia omnium Canonicorum, redditus augumentando, ſicque videretur ad ipſum tantùm ſpectare illud plus quindennii ſuperveniens ratione augumenti, quia ſibi imputet, ſi in prædiis communibus, impendidit de proprio, illa augumentando, ideoque melioramenta cedunt ſolo communi, prout melioramenta facta in re ſociali æqualiter communicantur ſociis, prædia autem hujuſmodi, ſeu poſſeſſiones augumentatæ profectò ſpectant ad Capitulum, non ad Canonicum augumentantem.

Minùs obſtat, quòd, ſi terra excreſcens per alluvionem acquiritur poſſeſſori in particulari, non veròCommunitati §.*Præterea 20.Inſtitut.de* 10
rer.diviſ l.adeò 7.§.1.l.Mutius 38.ff.de acquir.rer. domin. l.ea, quæ per alluvionem 3. C.de alluvion. Bartol.de Flumin.verbo adjecerit, verbo acquiratur, & verbo per alluvionem, Aymon.eod.tract. cap.3.§.1.n.1.cum ſeq & de alluvion.lib.1. cap.2. num.2.Benincaſa eod.tract.par.1.num.11.Pecch.de aquæduct.lib.2.cap.11.qu.14.n.19.Rota poſt Card. de Luca tom.2.lib.16.dec.5.& 6.utrobique num.1. & tamen nulla induſtria tunc conſideratur, quantò magis, arguendo ab augumento naturali ad artificiale, ſeu induſtriale, illud excreſcens quindennii ex induſtria acquiri debet ſoli Canonico augumentanti, quia in tantum terra excreſcens per alluvionem, acquiritur ſoli poſſeſſori, in quantum ipſe eſt poſſeſſor ejuſdem terræ poſteà per alluvionem excreſcentis,ſicque ratione dominii, quod per priùs habebat ſuper terra poſteà excreſcente, ſed in Canonico augumentante non poteſt conſiderari aliquod dominium prædiorum Canonicalium, cùm verè illud reſideat in communi penès totum Capitulum, adeò, ut retorqueatur potiùs objectum eo, quòd ipſi Capitulo tamquàm poſſeſſori prædiorum Canonicalium debetur augumentum ex iſta (ut ità dicam) alluvione artificiali, ſivè induſtriali adinſtar alluvionis naturalis, per quam etiam ipſi Capitulo quælibet excreſcentia cederet; Præterquamquòd poſſeſſor terræ debet in hoc ſublevari ex eo, quòd alluvio quoque damnoſa eſſe poteſt, & decreſcentem illius fundum facere,omiſſo,quòd etiam propter cultum divinum augumētādum 11
magis congruit augumentum quindennii omnibus communicari, quàm uni tantùm, nempè augumentanti acquiri, *Butrius in cap. cùm M. Ferrarienſis 9.n.56.in principio, de Conſtitution.*

Longè minus faceſſit, quod per indirectum diligentia Canonici augumentantis hac via ſibi eſſet præjudicialis, immò illum retraheret à procuranda Eccleſiæ utilitate, videndo propriam induſtriam, & operam aliis communica- 12
ri, quod tamquàm abſurdum vitandum, *gloſſa in cap.fin.in fine verbo in utilitatem de verb.ſignif.* quia è contrà videntes alii Canonici, quod ſolius augumentantis beneficio cederet illud plus quindennii ratione augumenti, aliquantulùm forſitan frigeſcerent in cultu divino, undè magis tolerandum, quòd redditus Canonicatuum non excreſcant, quàm quòd cultus divinus diminuatur, & decreſcat.

Longèque minùs relevat, quòd, cùm meliomenta tamquàm quid diſtinctum ab ipſa re meliorata, ſint meliorantis etiam in re emphyteutica, quæ eſt aliena ſaltem quoad dominium directum,adeò,ut illa legari,donari,ſeu alienari 13
poſſint adinſtar aliorum bonorum liberorum, ſeu allodialium ipſius emphyteutæ, *Valaſc. de partition. cap.26.n.23.& de jur.ephyt.par.1.q.25. n.3.Caldas Pereyra eod.tract.lib.2.qu.18. num.30. Fulgin.eod.tract.tit.de melior.qu.2.per tot. Amat. var.reſol par.1.reſ.14.n.10.& per tot. Pacion. de locat.& conduct.cap.34.§.3.n.1.& per tot.*quantò ma-

magis illud plus quindennii ratione melioramenti erit ſolius Canonici meliorantis in re communi, uti quid diſtinctum à Præbendis Canonicalibus, quia eo ipſo, quòd melioramentum ſit nomine proprio, deque propria pecunia, illud præſumitur donatum, ſibique impu-
14 tet Canonicus meliorans, ac expendens de proprio abſque mandato Capituli, quantumvis utilitas ex re proveniens communiter percipiatur ad *text. in l. ſi quis putans* 6. §. *Sivè* 2. *ff. com. div. l. ſi is contrà.* 5. *C. de ædific. privat. Ubald. de duob. fratr. p.* 6. *ſub nu.* 5. *Felicius de Societ. cap.* 27. *n.* 36. *&* 42.

Ejuſdem irrelevantiæ eſt, quòd ſicuti filius
15 adminiſtrans bona Patris, & laborans in illis meliorandis, conſequi valet ſalarium ſaltem caſu, quo operę impenſæ, fuerint magnæ, *Eſcobar. Munoz de ratiocin. cap.* 27. *ſub nu.* 56. *Zacch. de Salar. qu.* 51. *num.* 36. *cum ſeq. Paſchal. de patr. poteſt. par.* 1. *cap.* 7. *n.* 28. ità quantò magis Canonicus non laborans, ſed expendens de proprio in bonis Capituli meliorandis conſequi debet quindennium ratione melioramenti abſque aliqua communicatione favore Capituli, quia filius laborando, & præſtans operas ſuas, præſertim
16 magnas in bonis paternis facit id, ad quod non tenetur, cùm de jure filius patri operas non præſtet, ſed benè obſequia tantùm *l. nullum* 10. *ff. de obſequ. à liber. præſtand. ibi nam pietatem liberi parentibus, non operas debent*, quantumvis aliqui
17 putent, diſpoſitionem *dictæ l. nullum* procedere in filio tantùm emancipato, *Boſſius de patr. poteſt. cap.* 4. *n.* 65. *in medio verſiculo reſpondet*, cùm
18 aliàs filius ſub patria poteſtate exiſtens, adinſtar ſervi teneatur ad operas etiam manuales, & artificiales, dummodò ſint exercitio ſuæ perſonæ convenientes *l. per ſervum* 37. § *fin. ff. de acquir. rer. domin. l. ſi ità* 16. §. *fin. ff. de uſu, & habitat.* Ca-
19 nonicus autem tenetur meliorare, vel ſaltem non deteriorare bona Capituli *cap. conceſſio cap. quatuor.* 12. *qu.* 2. *Navarr. de redditib. Eccleſ. par.* 4. *cap.* 1. *in fine, & qu.* 1. *nu.* 17. *& qu.* 2. *n.* 14. *Bellett. diſquiſition. Clerical. par.* 1. *tit. de bon. Cleric.* §. 4. *n.* 5. *in fine.* Sicuti quicumque Beneficiatus non poteſt repetere meliorationes in bonis Eccleſiæ factas ex propria induſtria, ſed illæ cedunt Eccle-
20 ſiæ, cùm factæ præſumantur de redditibus Beneficii, niſi de contrario doceatur, quòd nempè ſuppetant tales patrimonii vires, ut ex bonis patrimonialibus illę probabiliter fieri potuiſſent *cap. ſiquis ſanè* 5. *de pecul. Cleric. Bellet. diſquiſ. Clerical. par.* 1. *tit. de bon. Cleric.* §. 4. *num.* 5. *Garzias de expenſ. & melior. cap.* 11. *n.* 71. *de Angel. de impenſ. & melior. dotal. artic.* 26. *n.* 16. *cum ſeqq. & nu.* 40.
21 & eo modo, quo melioramenta facta à filiofamilias ſub patria poteſtate præſumuntur facta de pecuniis profectitiis, etiamſi habeat aliquam artem, niſi conſtito ex ea acquiſiviſſe pecunias *de Angel. loc. cit. nu.* 50. *Menoch. de præſumpt. lib.* 3. *præſ.* 50. *n.* 1. *Ubald. de duob. fratribus par.* 5. *qu.* 14. *n.* 37. *Rota coram Bichio dec.* 199. *n.* 6. *cum ſeq.* ità fortior elicitur præſumptio in acquiſitione pecuniarum facta à Beneficiato, quæ acquiſitio-
22 nis præſumptio ſtat pro Eccleſia, *Amoſtaz. de cauſ. piis lib.* 8. *cap.* 9. *n.* 46. *cum ſeqq.* & regulare
23 eſt, quòd melioramentum factum ſuper fundo Eccleſiæ, cedit ſolo, ac ad Eccleſiam ſpectat, *l. mutuum damus* 2. *ff. de reb. credit. l. adeò* 7. § *Ex diverſo* 12. *ff. de acquir. rer. domin. Bellett. diſquiſit. Clerical. par.* 1. *tit. de bon. Cleric.* §. 4 *n.* 7. *cum ſeq.*

Quibus determinatis, ſupereſt difficultas, quid dicendum ſi Canonicus meliorans proteſtetur, ſe velle repetere melioramenta à ſe facta, & hæc quidem eſſent notabilis impenſæ, an in tali caſu, ſtante proteſtatione, quæ excludit omnem præſumptionem donationis, ſit locus augumento quindennii favore ſolius meliorantis, & crederem, eſſe locum, quia proteſtans ſibi præcavere voluit, & tunc quindennii augu- 24
mentum eſſet fructus, ſeu emolumentum melioramenti, quod ex mox dictis cedit melioranti.

ARGUMENTUM.

Canonici duarum Eccleſiarum, ſeu Capitulorum taliter unitorum, ut inter ſe unicum tantùm corpus, & Capitulum conſtituant, participare debent de emolumentis quindenniorum debitorum utrique Eccleſiæ, ſeu Capitulo ex bonis tàm ab una, quàm ab alia Eccleſia, ſeu tàm ab uno, quàm ab alio Capitulo in Emphyteuſim conceſſis manui mortuæ.

SUMMARIUM.

1 *Unio duorum Capitulorum unum efficientium Capitulum rara.*
2 *Tali caſu Canonici unius Eccleſiæ ſunt Canonici alterius.*
3 *Ea eſt natura unionis incorporativæ, ut Capitulum unitum participet de bonis alterius Capituli, cui unitur.*
4 *Fit mentio Capitulorum Giennen. & Baecen.*
5 *Loca unita plenariè gaudere debent prærogativis, quibus gaudet locus, cui fit unio.*
6 *Contrarium quando Eccleſiæ uniuntur æquè principaliter quoad Caput tantùm.*
7 *Quo caſu Canonici unius Eccleſiæ non ſunt Canonici alterius.*
8 *Capitulum unitum tenetur ad onera.*
9 *Unio duorum Capitulorum probatur, docto de communi emphyteuticatione bonorum utriuſque Capituli.*
10 *Docto etiam de poſſeſſione bonorum in communi.*
11 *Si in deputatione Vicarii Capitularis concurrat utriuſque Capitulum.*
12 *Si ſit communis ſepultura pro Canonicis utriuſque Capituli.*
13 *Si communi utatur ſigillo.*

CAPITULUM CXXII.

IN *Cap.* CVIII. docemus, retinentem ex ſpeciali jure duos Canonicatus in eadem Eccleſia non poſſe prætendere duplicatū quindennium, modò ſupereſt docendum, Canonicos duorum Capitulorū unitorum efformantium unum corpus, ſeu Capitulum, participare debere de quindenniis debitis utrique Eccleſiæ. Pro intelligentia autem dicendorum præmittendum, videri parùm neceſſariam præſentem diſquiſitionem, immò ferè ſuperfluam, cùm hic modus uniendi 1
parùm frequens ſit, *Garzias de Benef. par.* 12. *c.* 2. *n.* 7. *Barboſa de jure Eccleſ. lib.* 3. *cap.* 16. *n.* 6. *Turricell. de Benef. union. cap.* 3. *n.* 1. *Matta de cauſ. Conſiſtorial. ſect.* 9. *n.* 9. *in fine*, attamen cùm aliquandò unio hujuſmodi dari poſſit, non remanet ſuperflua præſens diſertatio, ſed immò neceſſariſſima, un-

undè firmatur in præſenti , quòd Canonici dua-
rum Eccleſiarum , ſeu Capitulorum taliter uni-
torum , ut inter ſe unicum tantùm corpus , &
Capitulum conſtituant , participare debent de
emolumentis quindenniorum debitorum utri-
que Eccleſiæ , ſeu Capitulo ex bonis tam ab
una , quàm ab alia Eccleſia , ſeu tàm ab uno ,
quàm ab alio Capitulo in Emphyteuſim con-
ceſſis manui mortuæ , quippè in caſu non ſolùm
conſideretur unio, ſed unitas Eccleſiarum, qua-
rum ſtante unitate non ampliùs conſiderantur
tamquam duæ Eccleſiæ , ſeu tamquàm duo Ca-
pitula , benè verùm tamquàm una Eccleſia, ſeu
2 tamquàm unum Capitulum , & Canoici unius
Eccleſiæ ſunt Canonici alterius, quandam inter
ſe inducentes fraternitatem , *Peruſius de unione
cap.1.n.6.& cap.2.n.3. Garzias de Benef. par.*12.
*cap.2.nu.*10.*cum ſeq. Barboſa de iure Eccleſ. lib.*3.
*cap.*16.*n.6. Turricell.de unione Benef.cap.*3. *nu.*2.
*cum ſeqq.Frances de Eccleſ.Cathedral.cap.8.n.*131.
*cum ſeqq.& n.*513.cùm natura unionis incorpo-
3 rativæ , ſivè veriùs unitatis ea ſit, ut Capitulum
aggregatum , & unitum efficiatur particeps
omnium jurium , ac bonorum alterius corporis,
ſeu Capituli , cui unitur, & aggregatur per
ſpeciem cujuſdam alluvionis , ità, ut una rema-
neat Eccleſia , unumque efformetur Capitulum
in unum corpus coaleſcens , communicatis hinc
indè utriuſque juribus , & bonis , *Pacion.alleg.
Canon.& civil.alleg.*112. *n.*3.*Franc.de Eccleſ.Ca-
thed.cap.8.n.*141.ubi de Canonicis Capitulorum
4 unitorum Giennen. & Baecen. in Hiſpaniis ,
*Card.de Luca de præhemin.diſc.29.n.9.Rota coram
Reverendiſs.P.D.Anſaldo Decano dec.3. num.*15.
5 Hinc loca aggregata, & unita plenariè, gaudere
debent eiſdem prærogativis , quibus potitur
corpus , Collegium , aut Locus, ad quem facta
fuit aggregatio, unio,ſivè veriùs unitas,*Pacion.
alleg.*41.*n.*25.*& alleg.*42.*n.*12.*cum ſeq.Rot coram
Reverendiſs.P.D.Anſaldo Decano dec.*3. *num.*16.
quidquid ſit , quando Eccleſiæ uniuntur æquè
6 principaliter quoad caput tantùm illæſis rema-
nentibus ; ut anteà juribus , & bonis utriuſque
Eccleſiæ , ſeu Capituli , *Gonzalez ad Regul.* 8.
hodiè 9.*Cancellar.de Menſib.gloſ.*5.§.7.*nu.*29.111.
*in fine verſiculo redeundo igitur , & nn.ſeqq. alter
Gonzalez in cap. ſicut unire* 8.*n.*3.*de exceſſib. Præ-
lat.Turricella de union.Benef.cap.*3.*nu.*7.*cum ſeqq.
Frances de Eccleſ.Cathed.cap.*8.*nu.*18.*cum ſeqq.&
num.*134.*D.Advoc.Piton.diſcept.Eccleſ.par.*1. *di-
ſcept.*9.*n.*3.*cum ſeqq.* Ità, ut hoc caſu exemplifi-
cando in Canonicis Calaguritanæ , & Calcia-
ten. Eccleſiarum æquè principaliter unitarum ,
iſti inter ſe non participabunt de quindenniis
utrique Eccleſiæ , ſeu Capitulo debitis , cùm
unio facta fuerit remanentibus diſtinctis cujuſ-
bet Capituli Præbendis , ſicque non quoad bo-
na , ſed quoad Epiſcopum tantùm , ſeu caput ,
qui eſt Epiſcopus utriuſque Eccleſiæ, nec hoc
caſu Canonici unius Eccleſiæ ſunt Canonici al-
7 terius , *Mandoſius conſil.*27.*n.*1.*circà fin.verſiculo
nec Canonici , & nu.*3.*poſt méd. verſiculo ſi enim ,
Gratian. diſc.*892.*n.*1.*& diſc.*893.*nu.*12.*cum ſeqq.
Frances de Eccleſ.Cathedral.cap.*8.*n.*139. aliter in
caſu unionis , ſivè veriùs unitatis duorum Ca-
pitulorum , de quibus agitur , ità videtur ſen-
8 tiendum , ſicuti namque Capitulum unitum te-
netur ad onera , & contributiones , ad quæ te-
netur Capitulum,cui unitum reperitur,ità æqui-
tas correlativa poſtulat , ut idem Capitulum
unitum gaudeat commodo correſpectivo quin-
denniorum ex bonis emphyteuticis alteri Capi-
tulo debitorum , ac è contrà , *Rota coram Reve-
rendiſs.P.D.Anſaldo Decano dec.*4.*n.*17.

Modus autem probandi individuam unitatem
duorum Capitulorum ad effectum , de quo agi-
mus , nempè ad participandum in communi ,
ac indiſtinctim de quindenniis debitis utrique
Capitulo , videtur eſſe concludentiſſimus, ſi do-
ceatur de communi conceſſione in Emphyteu- 9
ſim bonorum utriuſque Capituli , veluti de Ca-
pitulo Sulmonen , & Valven taliter unito ad-
vertit *Gratian. diſc.*893.*n.*43. *verſiculo conceden-
do* ; ſi bona utriuſque Capituli poſſideantur in
communi pro indiviſo , ut de Capitulis S. Ma- 10
riæ Majoris , & S. Euſebii Vercellen *Rota coram
Alexandro VIII. dec.*4. *nu* 6. *cum ſeqq.* ſi Sede 11
Epiſcopali vacante Canonici utriuſque Eccleſiæ
concurrant inſimul in deputatione Vicarii Ca-
pitularis , *Rota coram Dunozet. Sen. dec.*35. *n.*1.
ſi ſit communis ſepultura pro Canonicis utriuſ- 12
que Capituli , *Rota coram Bichio dec.*665. *nu.*21.
*repetit. in recentior. par.*12. *in ordine la* 144. ſi de-
nique utrumque Capitulum communi utatur ſi- 13
gillo , *Gratian. diſcept.*893. *n.*47. *cum ſeqq.*

ARGUMENTUM.

Canonici alicujus Cappellæ , ſeu Canonici Cappel-
lani in Eccleſia Cathedrali , aut Collegiata , non
participare debent de quindenniis Capitulo Ca-
thedralis , aut Collegiatæ debitis pro Emphyteuſi
per manum mortuam retenta .

SUMMARIUM.

1 *Canonici alicujus Cappellæ non ſunt de Capitulo .*
2 *Epiſcopi Titulares carent bonis Menſæ Epiſcopalis.*
3 *Canonici Ravennaten. vocantur Cardinales .*
4 *Sola denominatio Canonicorum non facit Collegia-
tam .*
5 *Juſpatronatus acquiritur per fundationem , ſeu
dotationem Eccleſiæ .*
6 *Tales Canonici non ſunt de Capitulo, ſi non capiant
poſſeſſionem capitulariter .*
7 *Canonici Cappellani habent vocem in Capitulo .*
8 *Cappellania Major in Chathedrali Seguntina eſt Di-
gnitas .*
9 *Cappellanus Major Cappellæ Regiæ Vlixbonen. eſt
Dignitas cum titulo Epiſcopi .*
10 *Auctor ortus Vlyſſipone .*
11 *Cappella Regia Vlyxbonen. eſt exempta ab Archie-
piſcopo .*
12 *Fit mentio honorifica* P. Curado *Luſitani Congre-
gat. Oratorii .*
13 *Auctor ſcripſit pro Cappella Regia Vlixbonen.*

CAPITULUM CXXIII.

Cum dari poſſit in aliquibus Eccleſiis ſpecies
ſubalterna Canonicorum , ut nempè ſint
Canonici Cappellarum , ſeu Canonici Cappella-
ni , qui differunt ab aliis Canonicis majoribus ,
ſeu principalibus earundem Eccleſiarum, ob de-
nominationem , quam ſibi arrogant , putant
iſti

iſti quoque participare poſſe de quindenniis unà cum veris Canonicis Eccleſiæ, proindè firmatur, quòd Canonici alicujus Cappellæ, ſeu Canonici Cappellani, in Eccleſia Cathedrali, aut Collegiata, non participare debent de quindenniis Capitulo Cathedralis, aut Collegiatæ debitis pro Emphyteuſi per manum mortuam re-
1 tenta, quoniam tales non ſunt Canonici iſtius, vel illius Eccleſiæ in univerſali, ſed benè tantùm iſtius, vel illius Cappellæ in particulari, ſicque dici nequeunt de Capitulo *Rebuff. in praxi benefic. tit. de different.int.reſcript.grat. & juſtit.n.28. cum ſeq.* quindennium autem non debetur huic, vel illi Cappellano, ergò nec his, vel illis Cappellanis, quantumvis titulo Canonicali inſignitis, cùm ſint tantùm Canonici titulares adinſtar
2 Epiſcoporum Titularium, qui carent bonis Menſæ Epiſcopalis ex eo, quòd eorum Eccleſiæ nullos habeant fructus, *Ricciull. lucub. Eccleſ. lib.2. cap.10. nu.6.* & non niſi merum nomen Canonicorum habeant ſine aliqua diſtributione, & exercitio Canonicatus, magiſque ad honorem tales nominentur, prout etiam Canonici Ra-
3 vennaten. vocantur Cardinales, & alii vocantur Ordinarii, attamen non ſunt tales, nec uti relevare, niſi tantùm in nomine, ſicut & Rex Scacorum reſpectu Regum, *Maſtrill. dec. Sicil. 130. n.24.29. & ſeqq. par.2.* Undè eſt, quòd ſo-
4 la, ac ſimplex denominatio Canonici, ſeu Canonicorum non facit Collegiatam, *Rota coram Carillo dec.46. n.12. cum ſeqq. & dec.54. n.8.* hinc aliud eſt Canonicus Eccleſiæ, ſicuti aliud eſt Cappellania, ſeu Cappella, ſivè Beneficium in Eccleſia, & aliud Eccleſia, quamobrem per fundationem, ſeu dotationem Cappellæ, vel Altaris non acquiritur Juſpatronatus in Eccleſia,
5 prout acquireretur per fundationem, ſeu dotationem Eccleſiæ, juxta diſpoſita per *Sacrum Concilium Tridentinum ſeſſ.14. de Reform. cap.12. cap. piæ mentis 26.cap. filiis, & nepotibus 31.cap. Monaſterium 33.16. quæſt.7. cap. Abbatem 3.18. qu.2. cap. à nobis 25. de Jurepatronat. Calderin. conſ.18. in princip. de Jurepatron. Lambertin. de Jurepatron. par.1. lib.1. qu.8. artic.6. Vivian. in praxi Juriſpatronat. lib.1. cap.2. n.50. cum ſeq. Amoſtaz. de cauſis piis lib.5. cap.5. nu.33. & 54. cum ſeqq. Card. de Luca de Jurepatronat. diſc.12. n.6. Rota in recentior. dec.247. n.9. par.7.*

Hæc autem veritas meliùs detegitur, ſi nul-
6 libi doceatur, Canonicum Cappellanum conſuevisse poſſeſſionem capere capitulariter per inſtallationem in Choro, prout capiunt Canonici non Cappellani, vel aliquem alium actum Capitularem geſſiſſe, cumque aliis Canonicis non Cappellanis communionem habuiſſe, *Rota coram Carillo dec.46. n.14. & dec.54. n.9.*

Nec obſtat, quòd immò Canonici Cappel-
7 lani habeant vocem in Capitulo juxta *dec.1495. coram Card. Seraphino*, proindeque tamquàm de Capitulo participare debeant de quindenniis, quia in *citata deciſione* agitur de Cappellania
8 Majori annexa Canonicatui in Eccleſia Seguntina, ubi eſt quædam Dignitas, ut teſtatur *Rota deciſ.136. n.7.par.1. recentior.* nos autem agimus de Canonico Cappellano, non Dignitate, ſed poſſidente Cappellaniam cùm honorifico titulo Canonici forſitan à fundatore impoſito, quæ circumſtantia diverſificat caſum, in caſu enim *deciſionis* Canonicus ille, quantumvis Cappellanus, & quidem Major, quales non ſunt noſtri, non deſinit eſſe Canonicus Eccleſiæ in univerſali, in qua habet annexam Cappellaniam Majorem; undè hic eſt Canonicus re, ille verò nominè tantùm, eo modo, quo è contrà in Cappella Regia Portugalliæ hodiè Cathedrali Metropolitana Patriarchali ex munificentia Sanctiſſimi Clementis Papæ XI. Cappellanus Ma- 9
jor cum titulo Epiſcopi, & hodiè (qualis fuit olim Eminentiſs. D. Cardinalis Nunius à Cunha de Athayde) ſonat in Dignitatem, & quidem maximam, præſertim noſtris temporibus, quibus ex munificentia Sanctiſs. D. Noſtri Clementis Papæ XI. Cappella Regia in Ulixbonen. Civitate ſita, à qua originem duco, erecta reperitur in Eccleſiam Collegiatam hodièque in Patriar- 10
chalem Occidentalem, cum exemptione ab Archiepiſcopo Ulixbonen. Orientali pro tempore, & juſtiſſimè ſuadente tàm pietate Sereniſſimi 11
Regis Joannis V. quàm prædicti Eminentiſſimi Cardinalis à Cunha prætendit alia privilegia, ſuper quibus, Agente Reverendiſſimo P. Didaco Curado, Luſitano Regi præ meritis chariſſi- 12
mo, doctiſſimo, ac pientiſſimo Sacerdote Congregationis Oratorii S. Philippi Nerii in Eccleſia Spiritus Sancti Civitatis Ulyxbonen. à pio viro Bartholomeo de Quintal nuper fundatæ, ſcripſi apud S.Congregationem Conſiſtorialem, 13
ac alibi, & ad Partes pro veritate.

ARGUMENTUM.

Inter Clericos denominatos Canonicos, non tamen conſtituentes Capitulum, nec unum corpus, ſeu Collegium, ſed meram Congregationem, ſeu Conventum, nec habentes ſigna Collegialitatis, ſeu Eccleſiæ Collegiatæ, nullatenùs dividendum eſt quindennium pro Emphyteuſi per manum mortuam poſſeſſa, ſed illud cedere debet beneficio Eccleſiæ.

SUMMARIUM.

1 *Signa Collegialitatis ſunt celebratio Miſſæ Conventualis, electio Syndici, & alia.*
2 *Collegialitas remanet comprobata, ſi Eccleſia ex publica voce reputetur pro Collegiata.*
3 *Uſus Almutiæ denotat Collegialitatem.*
4 *Prout ſi peragantur à prima Dignitate communes tractatus nomine proprio, & Confratrum.*
5 *Ad inducendam Collegialitatem non ſufficit ſervitium Eccleſiæ etiam cum maſſa communi, niſi adſint requiſita ſupradicta.*
6 *Dignitates erigi ſolent etiam in Eccleſia non Collegiata.*
7 *Beneficiati ſolent ad pompam ſe haberi pro Canonicis.*
8 *Termini Canonicorum, & Beneficiatorum in certo loco ſunt Synonima.*
9 *Non formalitas verborum, ſed ſubſtantia veritatis facit veros Canonicos.*
10 *Etiam in Eccleſiis non Collegiatis adſunt ſigillum, arca communis, & deputatio Syndici.*
11 *Non ſemper maſſa communis indicat Collegialitatem.*
12 *Dari poteſt Collegialitas in habitu.*

13 *Ex propria culpa quis premium reportare non debet.*
14 *Collegialitas amittitur ob crimen Canonicorum, vel ex alia cauſa.*
15 *Qualitas Collegialitatis, vel Parochialitatis non inducit incompatibilitatem.*
16 *Contrariorum idem eſt judicium.*
17 *Ad Collegialitatem inducendam vis ſtat in eo, quòd ſit Collegiata habitu, & actu.*
18 *Canonici reſidere tenentur, non obſtantibus contraria conſuetudine, aut Statuto.*
19 *Parochialitas in actu non excluditur ex eo ſolo, quòd proviſi de Parochiali non reſederint.*
20 *Canonici ob tenues redditus reſidere non tenentur.*
21 *Collegium, & Collegialitas conſervatur etiam in uno, quando ab initio illud, vel illa conſtitit in tribus.*
22 *Dignitates non ſunt de Capitulo.*
23 *Jus Collegii remanet apud Eccleſiam.*
24 *Commune ſigillum eſt expreſſivum certi corporis, tamquàm Univerſitatis.*
25 *Prælatus eſt conſtitutivum Collegii, ſeu Collegialitatis.*
26 *Deputatio Syndici indicat Collegialitatem.*
27 *Prælatus non eſt de eſſentia Collegii, ſeu Collegialitatis.*
28 *Epiſcopus, vel Papa eſt caput Eccleſiæ.*
29 *Sufficit adeſſe aliquas tantùm conjecturas, ex quibus arguatur de Collegialitate.*
30 *Quaſi poſſeſſio recens Collegialitatis prævalet.*
31 *Sufficit expreſſio unius tantùm reſervationis Beneficii.*
32 *Epiſcopus non poteſt facere Collegiatam de non Collegiata.*
33 *Papa aliquando concedit Cardinalibus indultum conferendi etiam primas Dignitates.*
34 *Indultum conferendi etiam reſervata, non comprehendit primas Dignitates.*

CAPITULUM CXXIV.

FAcilè æquivocari poteſt cum notorio Eccleſiæ præjudicio in materia quindenniorum, illa indiſtinctim dividendo etiam inter Canonicos non facientes Capitulum, ac ſignis Collegialitatis carentes, cui inconvenienti, immò damno obviaturi, reſolvimus, quòd inter Clericos denominatos Canonicos, non tamen conſtituentes Capitulum, nec unum corpus, ſeu Collegium, ſed meram Congregationem, ſeu Conventum, nec habentes ſigna Collegialitatis, ſeu Eccleſiæ Collegiatæ, nullatenùs dividendum eſt quindennium pro Emphyteuſi per manum mortuam poſſeſſa, ſed illud cedere debet beneficio Eccleſiæ, tales enim non conſiderantur uti univerſi, ſed uti ſinguli, quantumvis vigore Statuti, aut conſuetudinis Eccleſiæ, ad ſonum Campanæ adinſtar Capituli, & Canonicorum congregari ſoleant pro communibus tractatibus, qui benè fieri poſſunt in Eccleſiis quoque nonCollegiatis habentibus Archivium, Punctatorem, & Magiſtrum Cæremoniarum, ità, ut ſint ſigna valdè æquivoca, quæ conveniunt etiã ſimplici Confraternitati, ſeu Congregationi Præsbyterorum, ſeque habent ex parte materiali dumtaxat Collegii, nullam inferentia pernecesſè, ſed poſſibiliter tantùm Collegialitatem, ſicque inducentia potiùs in dubio ſimplicitatem Eccleſiæ, etiamſi adſit unus per modum Capitis, vel ſaltem non apta diſtinguere Collegiatam à non Collegiata, niſi in talibus denominatis, ſeu nuncupatis Canonicis concurrant univoca
ſigna Collegialitatis, qualia ſunt celebratio Miſ- 1
ſæ Conventualis, quantumvis non quotidianæ, ſed diebus tantum feſtivis, electio Syndici, ſeu Æconomi pro adminiſtratione bonorum Eccleſiæ capitulariter facta, deſcriptio in Cataſto Epiſcopi uti de Collegiata, communicatio reddituũ ex maſſa, & communi arca, ſeu menſa Capitulari, ac in traditione poſſeſſionis ſimilium Canonicatuum fiat aſſignatio ſtalli in Choro, & hoc in Capitulo cum receptione proviſorum in fratres cum præſtatione conſueti juramenti de obſervandis Statutis Eccleſiæ, nec non Commiſſiones literarum Apoſtolicarum directæ talibus Canonicis, & collationes Canonicatuum factæ per Capitulum Collegiatæ ad *text. in cap. cùm Eccleſia Sutrina 3. de cauſ. poſſeſſion. & propriet. cap. dilecta 15. de exceſſib. Prælat. cap. tertio loco 5. de probation. cap. ſignificavit 48. de appellat. l. 1. §. Quibus autem 1. ff. quod cujuſque univerſit. nom. Pyrrh. Corrad. in prax. benef. lib. 2. cap. 2. nu. 17. cum ſeqq. Maſſobr in prax. habend. concurſ. prælud. 2. n. 6. cum ſeqq. Tondut. reſol. Canon. par. 2. cap. 2. §. 2. n. 1. cum ſeq. Lotter. de re benef. lib. 1. qu. 14. nu. 55. cum ſeqq. Gonzalez ad Regul. 8. hodiè 9. Cancellar. de Menſib gloſ. 19. n. 14. cum ſeqq. Carena reſol. 35. n. 8. & 13. Barboſa de Canonic. & Dignitat. cap. 2. n. 10. cum ſeq. Card. de Luca de Benef. diſc. 14. n. 2. 3. & 7. & de præheminent. diſ. 9. n. 7. & 12. Turricell. apud Clericat. diſcord. forenſ. de Benef. par. 1. diſcord. 52. nu. 19. Pignatell. conſult. Canonic. tom. 7. conſult. 3. n. 7. Capon. diſc. 298. n. 6. R. P. D. Vincent. Petra* olim in Subſelliis Auditoris Cameræ nomine Locumtenentis digniſſimè ſedens, hodièque meritiſſimus Sacræ Congregationis Epiſcoporum, & Regularium, & per priùs Concilii Secretarius, majoraque promerens ob eximiam juris doctrinam, & omnigenæ eruditionis dotem inexauſtam, in ſuis aureis, ac elaboratiſſimis *Commentariis ad Conſtitution. Apoſtol. tom. 3. in Conſtitut. 7. Innocent IV. ſect. 2. nu. 19. cum ſeqq. Adden. ad Gregor. XV. dec. 482. litera C. Adden. ad Burat. dec. 455. n. 5. poſt med. verſ. non eſt tamen ſufficiens, Rota poſt Vivian. in prax. Juriſpat. dec. 44. n. 2. & poſt Cenc. de cenſib. dec. 30. n. 5. cum ſeqq. & coram Card. Seraphin. dec. 1256. n. 1. in princ. Peña dec. 960. n. 6. Coccin. dec. 757. n. 2. & dec. 1616. n. 12. ac in recentior. dec. 201. n. 4. cum ſeq.* ubi de Canonicis, & Capitulo S. Priſcæ de Urbe, *dec. 673. n. 2. par. 1. dec. 315. n. 3. par. 2. dec. 56. n. 5. cum ſeqq. par. 5. dec. 143. n. 10. cum ſeqq. par. 7. dec. 234. n. 4. in principio verſ. conjecturæ verò, & n. 7. cum ſeqq. par. 16.* Et clariùs remaneret comprobata Colle-
gialitas, ſi communiter pro Collegiata reputa- 2
ta fuerit, ex publica voce, & fama, *Turricell. apud Clericat. diſcord. forenſ. par. 1. de Benef. diſcord. 14. n. 16. Rota dec. 315. nu. 4. par. 2. recentior.* præſertim ſi doceatur de uſu Almutiæ tamquàm prærogativa competente ſolis Eccleſiis Colle-
gialibus, ac Cathedralibus, *Turricell. loc. cit.* 3
n. 17. & 43. vel ſi communes tractatus peragan-
tur à prima Dignitate proprio nomine, ac Con- 4
fratrum, *Turricell. apud Clericat. diſcord. for. par. 1. de Benef. diſcord. 52. n. 23.* Ità, ut, etiamſi comprobetur in tali Eccleſia adeſſe Canonicos, eoſque ſo-

ſolere congregari, adhùc non ſufficiat, niſi probetur, eos eſſe in dicta Eccleſia tamquàm membra, ac uti Collegium, non uti ſingulares, ibi exiſtente Prælato tamquàm capite, & principali Dignitate, cùm non ſufficiat, adeſſe plu-
5 res inſervientes in Eccleſia etiam cum Maſſa communi, niſi docto de mox enunciatis requiſitis *Caren.reſol.35.nu.7. Card. de Luca de Benef. diſc.14.nu.13.Turricell.penès Clericat.de Benef.diſcord.forenſ.par.1.diſcord.52.n.8.Barboſa de Canonic. & Dignitat.cap.2.nu.10. & 14.* Alias ex eo, quòd adſit Dignitas, non indubiè dicitur indè conſtare de Collegialitate, cùm etiam Digni-
6 tes erigi ſoleant in Eccleſia non Collegiata, *Federic. de Senis conſil.68.n.1.Rota recent.dec.143. n.15.par.7.* Eodem fermè pacto non conſtito de aliquo ſigno Collegialitatis, ſed de ſola enun-
7 ciativa tamquàm de Canonicis emiſſa per Beneficiatos, ſeu Presbyteros Eccleſiæ, qui ad pompam ſolent affectare, ſe haberi pro Canonicis, non remanet ſatisfactum probationi Collegialitatis, *Rota coram Royas dec.340.n.8. Priol. dec.318.n.31.* prout ſi vulgò, ac per modum loquendi nominentur Canonici, Capitulum, vel Collegium, quantumvis ſit ſimplex Congrega-
8 tio Clericorum, habendo in certo loco pro Synonimis illos terminos Canonicorum, & Beneficiatorum, *Card.de Luca de Benef.diſc.14. nu.9.* cùm attendenda non ſit ſola denominatio æquivoca Canonicorum, quæ non facit veros Canonicos, niſi alia ſigna requiſita concurrant, nec
9 cortex, vel formalitas verborum, ſed ſubſtantia veritatis facit veros Canonicos, *Card.de Luca de Benef.diſc.59.n.5.Rota coram Coccino dec.1616 n.16.Caril.dec.46.n.12.cum ſeq.& dec.54. num.8.*
10 prout nec ſemper ſigillum, arca communis, & deputatio Syndici, ſeu Æconomi ſunt ſigna univoca Collegiatæ, cùm etiam in Parochialibus, vel in quibuslibet Eccleſiis etiam non Collegiatis hæc habeantur, ubi adſunt Beneficiati, ſeu Portionarii, *Card.de Luca de Præeminent. diſc.8.n.8.Rota coram Carillo dec.54.n.14.* Immò (quod plus eſt) nec ſemper maſſa communis indicat Collegialitatem, cùm etiam illa poſſit conſiderari in Cappellanis ipſis amovibilibus,
11 nullum facientibus Collegium, & benè omnibus etiam uti ſingulis convenit, *Rota coram Priolo dec.104.num.36.*

Quibus prę monitis, ſex ſuperſunt difficultates.

I. Difficultas, quid dicendum, ſi ſaltem conſervetur Collegialitas habitualis, ſeu ſi ſaltem habitu tantùm fuerit Collegiata, nempè ſi Canonici de præſenti non reſideant propter abuſum, quantumvis de præterito reſidere conſue-
12 verint, prout contingere poteſt talis Collegialitas in habitu ex traditis per *Barboſ.de Canonic.& Dignitat. cap.2. nu.13. Turricell. pen. Clericat. diſcord. forenſ.de Benefic. par.1. diſcord.52. num.21. Card. de Luca de præhemin. diſc.7. num.14. Rot.in recentior. dec.334. nu.15.cum ſeqq.par.16.* an iſto caſu ſtante præterita Collegialitate actuali, & non obſtante præſenti habituali tantùm, quindennium acquiratur hujuſmodi Canonicis, ut ità dicam, habitu, & non actu, ob illorum non reſidentiam, an verò adhùc illud cedat beneficio Eccleſiæ, ac ſi deficeret Collegialitas, & crederem etiam adhùc cedere beneficio Eccleſiæ, nè aliàs ex proprio delicto, & culpa reſultante à
non reſidentia præmium negligentes reportarent 13
contra *text.in cap.novit 13. de judiciis*, in nihilum urgente, quòd etiam qualitas Collegialitatis habitu tantum non dicitur mutata, minùſ- 14
que defecta, niſi auctoritate Papæ amiſſa fuiſſet Collegialitas actu ob crimen Canonicorum, vel ex alia cauſa, *Gratian. diſcept. 291. nu.67. Adden.ad Buratt. dec.455.nu.6.* quia ſicuti in Jure qualitas Collegialitatis, aut Parochiali- 15
tatis habitualis tantùm, non nocet, nec inducit incompatibilitatem ad *text. in cap. Paſtoralis 7. qu.1. Clement. 1. de Præbend. Hojeda de incompatibilit.Benefic. par.2. cap.6. nu.2.cum ſeq.Garzias de Benefic. par.11. cap.5. nu.26. Amayden.de ſtylo Datar. lib.1. cap.9. nu.10. & cap. 16. §.3. nu.16. Antonin.var. reſol. lib.1. reſol.53 num.4. Pyrrh. Corrad.in prax.benef. lib.3. cap.5. nu.7. cum ſeqq. Gutierrez alleg. 8. num.1. cum ſeqq.* ità è contrà etiam qualitas Collegialitatis habitualis tantùm, non debet juvare ad effectum acquirendi quindennium in præjudicium Eccleſiæ, contrariorum enim idem eſt judicium, & diſciplina, 16
Barboſa axiom.58. nu.11. cum ſeq. omiſſo, quòd vis non ſtat ſolummodò in eo, quòd Eccleſia ſit Collegiata, ſed in eo, quòd ſit Collegiata habitu, & actu, *Rota deciſ.56. nu.13. par.5. re-* 17
centior. tom.1. in nihilum refragante, quòd immò in hoc caſu adhùc remanet Collegiata in actu, cùm quantumvis in ea ex abuſu Canonici non reſideant, attamen compelli poſſunt ad re- 18
ſidendum, non obſtante conſuetudine, aut Statuto in contrarium ad formam *Sacri Concilii Tridentini ſeſſ.24. de Reform.cap.12.poſt med.verſiculo præterea*, reſidentiam injungentis, veluti advertit *Rota coram Remboldo dec. 376. num.13. cum ſeqq.* eo modo, quo Parochialitas in actu 19
excluditur ex eo ſolo, quòd pro tempore proviſi de Parochiali non reſederint, *Corrad. in prax. benefic. lib. 3. cap. 5. nu.11. cum ſeqq. Rota in recentior. dec.368. nu.5. par.2.* Minùſque urgente, quòd, cùm quindennium nullam habeat dependentiam à reſidentia tamquàm fundatum in ſolo jure Canoniæ, proindeque communicabile etiam in caſu non reſidentiæ, videretur illud acquirendum eſſe Canonicis quoque non reſidentibus, ſicque habitu tantùm, quia tamen jus Canoniæ, à quo dependet jus quindennii, ut ſupponimus, dependet à reſidentia, ſine qua Canonicus non lucratur diſtributiones quotidianas, perneceſſe ſequitur, deficere jus Canoniæ, præſertim poſt Decretum Conciliare, perque conſequens deficere jus quindennii. Si tamen Canonici per accidens ob tenues redditus 20
perſonaliter non reſederint, ut eſt caſus *dec.234. nu.20. cum ſeq. par.16.recentior.* ſicque non totaliter culpoſi, tali caſu de æquitate crederem, poſſe acquirere quindennium, cujus acquiſitio non dependet à reſidentia, ſed à ſolo jure Canoniæ.

II. Difficultas, quid dicendum, ſi conſtet à principio fuiſſe Collegiatam, cùm cæperit habere tres, qui faciant Collegium, & inducunt Collegialitatem, poſteà verò tractu temporis adeò decreverit numerus, ut redacta fuerit ad unum tantùm, & exiſtimarem in hoc caſu, benè poſſe acquiri quindennium iſti uni ſuperſtiti, non autem illud cedere debere beneficio Eccleſiæ, quia in uno conſervatur Collegium, & Collegialitas, 21
quod,

quod, quæve ab origine, & ſuo initio conſtitit
in tribus, *Maſſobr. in praxi habendi concurſ. præ-
lud.2. nu.27. cum ſeq. Lotter. de re benefic. lib. 1.
qu. 14. nu.112. cum ſeqq. Barboſa de Canonic. &
Dignitat. cap.41. nu.15. Pignatell conſult. Canonic.
tom.9. conſult.150. nu.4. in principio, Rota in re-
centior. deciſ. 268. nu.6. par.3.* Si autem nullus ex
Canonicis remanſerit, ſed benè unica Dignitas
Canonicorum caput, putarem illum ſolum non
acquirere quindennium, cum in iſto ſolo non
ſolùm non conſervetur Capitulum, ſeu Colle-
gium, ſed nec illud conſtituatur ratione perſonæ,
22 Dignitates enim non ſunt de Capitulo,

III. Difficultas, quid dicendum, ſi omnes de
Collegiata actuali decederent, an in tali caſu fu-
turis Canonicis debeatur quindennium tam-
quàm ſuccedentibus in locum demortuorũ, ità,
ut Eccleſia illud recipiens teneatur ipſum divi-
dere inter novos Canonicos, an verò acquiratur
Eccleſiæ, & cenſerem, quindennium nequaquam
futuris Canonicis deberi, cùm verè deficientibus
eo tempore Canonicis Collegiata erat habitu
tantùm, ſicque juxta jam tradita, capax evade-
bat Eccleſia acquirendi quindennium, apud
23 quam remanet jus Collegii *Alexand. conſil. 74.
nu.3. lib.4. Maſſobr. in praxi habendi Concurſ. præ-
lud. 2. nu.29. cum ſeq. Barboſa de Canonic. & Di-
gnitat. cap.2. nu.13.* & reſpondemus non ſufficere
Collegialitatem in habitu tantùm.

IV. Difficultas, quid dicendum, ſi denominati
Canonici non habeant commune ſigillum, quod
24 eſt expreſſivum certi corporis, tamquàm uni-
verſitatis, *Lotter. de re benef. lib.1. qu.14. nu.13.
Carena reſol. 35. num.13. in principio, Rota coram
Penna deciſ.960. nu.8. Card. Seraphin. deciſ.1256.
nu.1. in princip.* nec habeant Prælatum tamquam
caput, alioſque Clericos tamquàm membra,
25 quod etiam eſt conſtitutivum Collegii, ſivè
Collegialitatis *Rota coram Penna deciſ.960. nu.2.
in fine verſiculo in caſu propoſito, & deciſ. 1163.
nu.6. in fine verſiculo ex quo enim*, nec habeant
26 Syndicum, ſeu Cellerarium, cujus deputatio
quoque indicat Collegialitatem, *Carena reſol.35.
n.13. in princip. verſic. conſtitutio Syndici. Lotter.
de re benef. lib.1. qu.14. n.73. Rota cor. Penna de-
ciſ.960. nu.3.* habeant tamen alia ſigna, ſeu in-
dicia Collegialitatis, & tunc adhùc crederem,
tales ſibi poſſe quindennium acquirere, quia be-
nè poteſt dari, quòd ſigillum deficiat, vel non
ſit in uſu, & quòd non adſit Prælatus, qui non
27 eſt de eſſentia Collegii, ſeu Collegialitatis, nec
indè ob defectum capitis Eccleſia dicetur Ace-
phala contrà *text. in can. nulla ratione 8. diſtinct.*
28 *93.* ſiquidem illi ſtat in caput vel Epiſcopus, vel
Papa, *Barboſa de Canonic. & Dignitat. cap. 2.
nu.16. Lotter. de re benef. lib.1. qu.14. nu.22.* nec
concurrere debent omnes conjecturæ, ſed benè
29 ſufficit, adeſſe aliquas, ex quibus argui poſſit,
& veriſimile reddatur conſtare de Collegialita-
te, *Barboſa de Canonic. cap.2. num.16. Turricell.
apud Clericat. diſcord. forenſ. par.1. de Benefic. di-
ſcord.52. nu.18. R.P.D. Petra* vir nunquam ſatis
laudatus, in ſuis pluſquàm aureis *commentar. ad
Conſtitution. Apoſtolic. in Conſtitut. 7. Innocen-
tii IV. ſect.2. nu.16. poſt med. verſiculo nec eo caſu,
tom.3. Rota coram Penna dec. 960. num.5. & poſt
Vrceol. de tranſaction. dec.85. nu.14. ac in recentior.
dec.234. nu.3. cum ſeq. par.16.*

V. Difficultas, quid dicendum, ſi ex in-
ſtrumento erectionis appareat ſimplicitas Ec-
cleſiæ, ex præſentaneo autem, ſeu ultimo ſtatu
appareat de Collegialitate, & putarem eſſe
locum acquiſitioni quindennii favore hujuſ-
modi Canonicorum, quia ultimus ſtatus Col-
legialis non remanet eliſus ex ſola contraria
præſumptione indè orta ab erectione, ſed præ-
valet iſta quaſi poſſeſſio recens Collegialitatis 30
*Lotter. de re benef. lib. 1. quæſt 14. num.52. Card.
de Luca de Benef. diſc. 14. num 3. & 7.* dummo-
dò tamen ultimus ſtatus non ſit turbidus, ac
æquivocus, & prætendatur forſitan illum pro-
bari ex eo, quòd Præpoſitura tamquàm princi-
palis Dignitas in Collegiata, collata fuerit à
Papa, ſi enim è contrà doceatur, Præpoſituram
vacaſſe in Menſe Apoſtolico, tunc quia incer-
tum remanet, an collata fuerit tamquàm reſer-
vata ratione Menſis, an tamquàm prima Digni-
tas, non benè intrabit in hoc caſu acquiſitio
quindennii ob incertitudinem, præſertim ſi in
literis proviſionis adſit clauſula *ſeu præmiſſo*,
cùm debeat concludenter probari, quòd con-
ferri non conſueverit ratione menſis, vel alterius
accidentalis, ſeu diſcontinuæ reſervationis, ſed
ex continua, ac reali reſervatione, nempè tam-
quàm prima Dignitas Collegiatæ, ſignanter ſi
vacatio ſequuta fuerit per obitum in Curia, vel
per reſignationem, cùm tunc ex duplici reſerva-
tione reſervata remanet prima Dignitas, proin-
deque ſatis eſt, unam tantùm reſervationem 31
exprimere, per quam alia non excluditur juxta
praxim Cancellariæ, *Carena reſolut.35. num.10.
Cardin. de Luca de Benefic. diſc. 14. num.18. circà
fin. verſiculo quod ſcilicet Præpoſitura, & de
præeminent. diſc.8. num.11. in fine verſiculo &
quod magis eſt, Rota in recentior. dec.234. nu.25.
par.16.*

VI. Tandem Difficulas, quid dicendum, ſi
factæ fuerint proviſiones ab Ordinariis per con-
curſum de tali Eccleſia tamquam Parochiali,
omiſſa enunciativa Collegialitatis, ſeu qualita-
te Collegiatæ, & crederem adhùc eſſe locum
acquiſitioni quindennii favore Clericorum talis
Eccleſiæ, etenim, ſi aliundè conſtet ex ſignis, &
conjecturis de Collegialitate, profectò per ſolam
aſſertivam Parochialitatis non excluditur Col-
legialitas, cùm addita non ſit negativa, quod
nempè non ſit Collegiata, quando è contra juxta
quotidianum uſum benè ſtare poteſt, quòd Ec-
cleſia eodem tempore ſit Parochialis, & Colle-
giata, prout paſſim videmus in Urbe, vel poteſt
dari caſus, quòd tractu temporis poſteà reddi-
tibus, aliiſque qualitatibus excreſcentibus mu-
taverit ſtatum, & effecta fuerit in Collegiatam,
veluti ferè omnium Collegiatarum, ac etiam
Cathedralium conditio fuit, ad ſimilitudinem
Cathedralis, quæ in Provinciis, ubi non ſunt
diſtinctæ Parochiæ, ſed omnis cura reſidet pe-
nès Epiſcopum, nec eſt alia Parochialis, quàm
Cathedralis, eodem tempore eſt Cathedralis,
ſeu Epiſcopalis ſimul, & Parochialis, ſicut quæ-
cumque alia Parochialis Eccleſia inferior; eo-
demque namque modo, quo Epiſcopus non po- 32
teſt mutare ſtatum Eccleſiæ, faciendo Colle-
giatam de non Collegiata, ità longè minùs de
Collegiata facere non Collegiatam, *Turricell.
penès Clericat. diſcord. forenſ. par.1. de Benefic. di-
ſcord.52.*

ſcord.52. nu.27.cum ſeq.Card.de Luca de præmin.
diſc.8.nu.13.in fine, Rota coram Penna dec.1163.
nu.13. in princip. verſ.quia fuit reſponſum, juncto
verſ.& placuit Dominis, Merlin. dec.88. la 1.n.1.
ac in recentior. dec.221. num.28. cum ſeqq. par.6.
dec. 234. nu.22. cum ſeqq. par. 16. potiſſimùm ſi
collationes Ordinariorum appareant æquivocæ,
utpotè factæ ab Epiſcopis Cardinalibus confe-
rentibus vigore Indulti, cùm aliquando Papa
33 ſoleat Cardinalibus concedere indultum confe-
rendi etiam primas Dignitates, vel ſaltem in
genere concedere indultum adeò amplum, ut
etiam in illo compræhendantur primæ Dignita-
tes, proindèque ex hujuſmodi proviſionibus
non poteſt inferri ad ſtatum Collegialitati con-
trarium, Rota dec. 465. num.8. par. 4. recentior.
tom.2. dec.221. nu.16. cum ſeq. par. 6. deciſ.234.
34 nu.29. cum ſeq. par. 16. quantumvis Germon. de
Indult.Cardinal. §.ac irritum nu.50. exiſtimet in-
dultum conferendi etiam reſervata qualiter-
cumque, non compræhendere primas Digni-
tates.

ARGUMENTUM.

Canoniſſæ, ſeu Canonicæ ſæculares in Eccleſiis, ubi commixtim degunt cum Canonicis ſæcularibus, facientes unum corpus, ſeu Capitulum utriuſque ſexus, participant de quindenniis ex bonis per idem Capitulum manui mortuæ conceſſis.

SUMMARIUM.

1 *Fæmina ex indulto conferre poteſt Beneficia.*
2 *Fit mentio Abbatiſſæ* delas Huelgas *in Hiſpania.*
3 *Fit mentio Abbatiſſæ S. Petri Puellarum.*
4 *Fit mentio Dioconiſſarum Mediolani.*
5 *Canoniſſæ adſunt in Germania, Gallia, & alibi.*
6 *Ordo Beguinarum deletus fuit à Clemente V.*
7 *Canoniſſæ diverſæ ſunt à Beguinis.*
8 *Canoniſſæ jam aderant tempore Juſtiniani Imper.*
9 *Fit mentio Virginum dimiſſarum.*
10 *Fit mentio Convictricum.*
11 *Commune lucrum retrahi debet ratione communionis, & ſocietatis bonorum.*
12 *Eadem militat ratio acquiſitionis quindennii, in Canoniſſis, quæ militat in Canonicis.*
13 *Canoniſſæ ſuccumbere debent damno in ſolvendis communibus debitis.*
14 *Canoniſſa plures Canonicatus citrà diſpenſationem retinere poteſt.*
15 *Tàm laycus, quàm fæmina poſſidens Præbendam, non dicitur propriè Beneficiatus.*
16 *Canoniſſæ ſunt de eodem Capitulo, de quo ſunt Canonici.*
17 *Sunt Canonicæ ſaltem ſecundùm quid.*
18 *Communia emolumenta dividenda ſunt inter communiter poſſidentes.*

CAPITULUM CXXV.

Viſo, quòd ex Privilegio Pontificio Layci habere poſſint Canonicatus, non indè tamen participare debeant de quindenniis debitis Capitulo Eccleſiæ, ubi tales Canonici exiſtunt, modò ſequitur videndum, quòd fœminæ Canonicatus poſſidentes (quod plus eſt) in Eccleſiis unà cum Canonicis participare poſſint de
quindenniis. Pro majori autem dicendorum
notitia præmittendum, fœminam quantumvis 1
Ordinis incapacem, poſſe tamen ex privilegio
non ſolùm Beneficia conferre, immò quendam
aliqualem uſum Clavium habere, Juriſdictionem
Eccleſiaſticam exercendo in Clericos, ut de
Abbatiſſa vulgò, Delas Huelgas, ſeu Guelgas 2
Burgen. Monaſterii, Fuentes in diſcurſu Morali
juridico pro Abbatiſſa Burgen.delas Huelgas, Ro-
driguez qu.Regular.tom.2.qu.45 artic.3.circà fin.
verſiculo in alia etiam juridica, Flores Diez de Me-
na var.qu.lib.1.qu.10.artic.& §.1.n.5. antè med.
verſiculo, & in Hiſpania, de Abbatiſſa Mona- 3
ſterii S. Petri Puellarum vulgò delas Puellas
Barchinonen. ſuper jure conferendi Hebdoma-
darias, cœteraque Beneficia, & Juriſdictionem
exercendi in Beneficiatos privativè quoad Epi-
ſcopum Rota cor.Bichio dec.194. per tot.dec.267.
dec.295.& dec.397.Dunoz et.jun.dec.504. per tot.
dec.191.n.5.par.19.recentior. & de quatuor Dia-
coniſſis Mediolani in Metropolitana Eccleſia 4
Ambroſiana quotidiè accedentibus ad Januam
Chori, & antè offertorium offerentibus, ac por-
rigentibus hoſtiam, vinumque Miniſtris pro
Miſſa Conventuali decantanda Tamburin.de jure
Abbatiſs.diſput.7.qu.8.n.15. ſed etiam Benefi-
cia, & Canonicatus poſſidere, ut de Canoniſſis
in ſæcularibus Collegiatis Germaniæ, Galliæ,
Brabantiæ, Belgii, Hanneninæ, Lindavii, Pu-
coviæ, Ratisbonæ, Eſſæ, Monacell. formular.
legal.practic.tit.16.formul.3.in annot. nu.14.cum
ſeqq.tom.2.& in Eccleſia S. Petri de Domarico-
monte, ac in Lotharingia, ac alibi, ſiquæ ſunt,
unà cum Canonicis ſimul in Choro officianti- 5
bus, ac in Proceſſionibus incedentibus, & Ca-
nonicatus poſſidentibus, cap.dilecta 12. §.fin.de
majorit.& obedient.cap.indemnitatibus 43. in fin.
§.Supradicta 5.de elect.in 6.Clement.attendentes 2.
§.Illas quoque mulieres 4.de Stat.Monach.Marcel.
Donat. ad Sueton. Tranquill. in Cæſar. Auguſt.
cap.70. Macri Hierolexic. verbo Canonicus poſt
princip.verſic. in aliquibus Belgicis Civitatibus,
Jacob.à Vitriaco Hiſtor.Ocean.cap.21.Thomaſſin.
de Benef.tom.1.lib.3. cap.43. num.6.cum ſeqq. &
cap.63.n.2.& tom.3.lib.3.cap.6.n.5.Tamburin. de
jure Abbatiſs.diſp.7.qu.4.nu.5.cum ſeqq. Card.de
Luca de Regular.diſc.1.nu.129.Pignatell.conſult.
Canonic.tom.2.conſult.65.n.1.cum ſeqq.& tom.10.
conſult.103.num.6. Azor.inſtit.moral.par.1.lib.13.
cap.9.qu.5.verſ.ſciendum, Barboſa de Canonic. &
Dignit.cap.1.nu.51. & in Clement. attendentes 2.
n.5.verbo quæ vulgò dicuntur Canonicæ ſæculares
de Stat. Monach. Lotter. de re benef. lib.1. qu.19.
num.15.Pyrrh. Corrad. in prax. benef.lib.1.cap.5.
nu.141.cum ſeqq.Tondut.reſol.Canon.par.2. cap.3.
§.9.n.45.cum ſeqq.Zypæus conſ.Canon.lib.3.de Re-
gular.conſ.17.fol.mih.308.Hallier de Sacr.electiōn
par.1. tit.de ſexu idoneo ſacræ Ordinationi cap.2.
§.7.n.21.cum ſeqq.fol.mihi 512. Wagnereck in Jus
Canon.tom.2.lib.3.tit.35.in Clement. attendentes 2.
in fin.in verbo Canonicæ ſæculares de ſtat. Monach.
Gibalin.de clauſur.Sanctimonial.diſquiſit.1. cap.3.
§.2.conſectar.4.n.9.cum ſeq.Clericat.poſt Erotemat.
Eccleſ.dec.18.caſ.1.n.13.R.P.D.Petra in nunquam
ſatis laudatis Commentar. ad Conſtitution. Apo-
ſtol.tom.3.in Conſtitut.14.Innocentii IV.ſect.unic.
n.19.cum ſeqq.Rot.dec.2.de ſentent.excommunic.in
an-

antiquior.& cor.Buratto dec.221.dec.827.ubi Adden.n.5.cum ſeq.& in Paderbonen. Abbatiſſatus 3. Julii 1690. cor. Benincaſa per tot. int. impreſſ.dec. 238. ac in Monaſterien. Vicariæ 21. Julii 1705. §.fin. cor. Eminentiſs. Scotto olim digniſſimo Vrbis Gubernatore, hodièque Signaturæ Præfecto.

Canoniſſæ autem, de quibus eſt ſermo, non ſunt idem (ut aliqui perperam ſentiunt) cum
6 Beguinis in Domibus propriis conviventibus, quarum Ordinem ob hæreſim, aliaque crimina abolevit Clemens V. in Concilio Viennen. ut in *Clement.1.de Religioſ.Domib.* quamvis poſteà, detecta plurium Beguinarum innocentia, earum Ordo fuerit reſtitutus, indèque longè pejùs putantes cenſeri etiam nunc ſimilem Ordinem Canoniſſarum abolitum quoque, cùm tamen re vera diverſæ ſint à Beguinis noſtræ Canoniſ-
7 ſæ, teſte *Hallier. de Sacr.electíon.par.1.tit.de ſexu idoneo ſacræ Ordinationi cap.2.§.7.n.23. poſt liter. I.fol.mibi 513.in fine.* Omitto, quod Canonicæ
8 hujuſmodi, vel ſimiles jam aderant tempore Imperatoris Iuſtiniani, dum illarum meminit in *Novella.59. cap.3. antè med.* ſunt Virgines
9 *Dimiſſæ* vocatæ, in Congregatione viventes Pataviæ, Vicentiæ, & Thienis, *Clericat. poſt Erotem.Eccleſ.dec.18.caſ.1.n.14.* correſpondent quo-
10 que Convictrices emittentes vota perſeverantiæ, ſeu permanentiæ in aliqua Congregatione, *Monacell.formular.legal.practic.Eccleſ.tit.16.formul.3.in annot.n.14.cum ſeqq.tom.2.*

Quibus præmiſſis, firmatur in præſenti, quòd Canoniſſæ, ſeu Canonicæ ſæculares in Eccleſiis, ubi commixtim degunt cum Canonicis ſæcularibus, facientes unum corpus, ſeu Capitulum utriuſque ſexus, participant de quindenniis ex bonis per idem Capitulum manui mortuæ conceſſis, quippè tàm de Capitulo ſunt Canonici, quàm Canonicæ, ſeu Canoniſſæ, tamquàm Sorores unius, ejuſdemque Collegii, habentes commune dominium cum Canonicis in bonis communibus, proindèque commune lucrum re-
11 trahere debentes ratione communionis, & ſocietatis bonorum, *Felic.de Societ.cap.26.n.2.* ſicque eadem militat ratio acquiſitionis quindennii in
12 Canoniſſis, quæ militat in Canonicis, *Barboſa axiom.197.n.3.* eodem modo, quo Canonicæ,
13 ſeu Canoniſſæ ſuccumbere debent damno in ſolvendis communibus debitis Capituli, *Coſta de rata qu.138.n.4.Felic.de Societ.cap.19.n.42.& cap.27.num.12.*

In nihilum relevante, quòd potiùs ſoli Canonici ſæculares acquirere debeant quindennia excluſis penitùs Canoniſſis, cùm iſtæ tamquàm fœminæ impropriè, ac abuſivè ſint Canonicæ, carentes jure veræ Canoniæ, immò earum Præbendæ, ſeu Canonicatus non ſunt verè Beneficia Eccleſiaſtica, nec veniunt appellatione Beneficiorum, nihilque habent ſpiritualitatis, ità, ut tamquàm res temporales propria auctoritate abſque licentia Superioris permutare va-
14 leant tales abuſivos Canonicatus, eoſque etiam plures unaquæque Canoniſſa citrà diſpenſationem retinere, *Lambertin.de Jurepatronat.par.1. lib.2.cap.5.num.6.Barboſa de Canon. & Dignitat. cap.1.n.51.in fine verſiculo quæ quidem Canoniſſæ, Lotter.de re benef.lib.1.q.19.n.15.in fine verſiculo Præbendæ tamen talium Canonicatuum, Tondut. reſol.Canonic.& benef.par.1.cap.3.§.9.n.47.Pyrrh. Corrad.in praxi benef.lib.1.cap.5.nu.143.in med. verſiculo quarum quidem Canoniſſarum, R.P.D. Petra* eruditiſſimus Iuriſconſultus *ad Conſtitut. 14.Innocentii IV.ſect.unic.n.25. Adden.ad Burat. dec.827.n.9.* Undè cùm tàm Laycus, quàm fœmina poſſidens Præbendam, non dicatur pro- 15
priè Beneficiatus, ſed poſſideat quaſi inveſtituram temporalem abſque ulla prorsùs qualitate Beneficiali, ſeu Canonicali, *Rota dec.265.nu.1. par.2.diverſ.* quia præſcindendo ab inſpectione, an hujuſmodi Canonicatus ratione Poſſeſſoris ſint, nec nè Beneficia Eccleſiaſtica, ſatis eſt ad effectum acquirendi quindennium, quòd hujuſmodi Canoniſſæ ſint de Capitulo, & quidem de eodem Capitulo; de quo ſunt Canonici, *Pyrrh.* 16
Corrad.in prax.benef.lib.1.cap.5.n.145.in princip. verſic.Decaniſſa, & circà fin.verſic.unum Capitulum conſtituentes, & n.146. in princip.verbo facientes unum Capitulum, Lotter. de re benef.lib.1. qu.29.n.15.in princip. Omiſſo, quòd ſunt ſaltem Canonicæ ſecundum quid, *Tamburin.de jure Abbatiſs.diſput.7.qu.4.num.6.in princip. antè verſic.* 17
quia ſicut.

Addita etiam ponderatione, quòd quindennia proveniunt ex bonis communibus, ità, ut iſta ſivè ſunt Eccleſiaſtica, ſivè Laycalia, ſatis eſt, quòd ſint communia, ad hoc, ut emolu- 18
menta dividantur inter cõmuniter poſſidentes.

ARGUMENTUM.

Canonicis expulſis etiam abſque culpa, penitùſque diſſoluta eorum Eccleſia Collegiata, per Superiorem converſa in Parochialem, vel per ſimplicem cum uno, vel pluribus Clericis, prævia pleniſſima applicatione omnium bonorum, & jurium Collegii diſſoluti, favore ſecundæ Eccleſiæ translatariæ, poſt paſſam expulſionem adventante tempore exactionis quindennii debiti de bonis manui mortuæ capitulariter emphyteuticatis à Canonicis tempore habili, antè paſſam nimirùm expulſionem, illud non ampliùs debetur Canonicis expulſis, ſad Parocho, ſeu Clericis in ſecunda Eccleſia de recenti exiſtentibus, ſi illa ſimplex evaſerit.

SUMMARIUM.

1 *Ex juſtis cauſis diſſolvi ſolet Collegialitas.*
2 *Quindennium ſolvendum eſt poſteriori Domino, de tempore nempè ſolutionis ipſius quindennii, non autem priori Domino de tempore conceſſionis emphyteuſis.*
3 *Beneficiarii æquiparantur uſufructuariis.*
4 *Vſufructuarii, terminato uſufructu etiam maturis fructibus, nihil ampliùs capere poſſunt.*
5 *Reſignans poſt præſtitum conſenſum non exigit ampliùs fructus etiam præcedentèr maturatos.*
6 *Quod potui, nolui, nunc volo, adimplere nequivi.*

CAPITULUM CXXVI.

Ex eo, quòd aliquandò juſtis de cauſis ob reddituum forſitan tenuitatem, vel ob ſimiles circumſtantias Eccleſiæ Collegialitas diſ- 1
ſolvi ſolet, expellique Canonici abſque aliqua culpa, prout etiam ob bellum inter cœtera

exem-

exemplificando in expulſis Canonicis Eccleſiæ Collegiatæ SS. Ægidii, & Homoboni Cremonen. Civitatis poſt lapſum quinque ferè ſæculorum conſervatæ Collegialitatis, de quo *D. Advocatus Piton. diſcept. Eccleſ. par.1. diſcept.8.* occaſione expulſionis præfatæ altercatio contingibilis ſit inter Canonicos expulſos,& Parochum, ſeu alios Clericos in eorum locum cum omnibus juribus de recenti ſubrogatorum ſuper hinc indè prætenſa quindenniorum acquiſitione, quamobrem reſolvitur, quòd Canonicis expulſis etiam abſque culpa, penitùſque diſſoluta eorum Eccleſia Collegiata, per ſuperiorem converſa in Parochialem, vel ſimplicem cum uno, vel pluribus Clericis, prævia pleniſſima applicatione omnium bonorum, & jurium Collegii diſſoluti, favore ſecundæ Eccleſiæ tranſlatariæ, poſt paſſam expulſionem adventante tempore exactionis quindennii debiti de bonis manui mortuæ capitulariter emphyteuticatis à Canonicis tempore habili, illud non ampliùs debetur Canonicis expulſis, ſed Parocho, ſeu Clericis in ſecunda Eccleſia de recenti exiſtentibus, ſi illa ſimplex evaſerit, per expulſionem enim remanet extinctum Collegium, & deſtructa Collegialitas, propter quod, & propter quam, ſeu in gratiam utriuſque debetur quindennium, ità, ut Canonici jam expulſi conſiderari nequeant uti Capitulares ob ſublatum Capitulum, proindèque non valentes conſtituere Capitulum, quod jam non eſt in rerum natura, quindennium autem acquiritur Canonicis uti univerſis in univerſo, non uti ſingulis in particulari, tamquàm debitum de bonis, ac juribus Capituli; Impoſſibile inſuper eſt poſſe acquiri quindennium Canonicis expulſis, qui in illo inſtanti eorum expulſionis amiſerunt titulum, & jus Canoniæ, ſicque dominium directum, quod per prius habebant, remanſit conſolidatum penès novos Beneficiatos, qui à manu mortua Emphyteuta recognoſci debent in Dominos,cùm quindennium
2 ſolvendum ſit poſteriori Domino de tempore conceſſionis Emphyteuſis juxta per nos abundè cumulata in *Cap.XLIX.*

Inſurgit difficultas, quid dicendum, ſi quindennia eſſent jam decurſa, & maturata, non tamen exacta tempore, quo Collegium adhùc extabat, an ſaltem eo caſu ratione maturationis quindennii, ſicque ratione juris quæſiti acquiratur quindennium etiam Collegio diſſoluto, ab eoque exigi valeat, excluſis Clericis in illius locum ſubrogatis, & crederem nec etiam hoc caſu acquiri Collegio ſemel diſſoluto, quia Benefi-
3 ciarii æquiparantur uſufructuariis *Barbat. de diviſione fruct. par.2. cap.8. n.3. cum ſeqq. Bellett. diſquiſ. Cleric. parte 1. tit. de Cleric. debitor.§.14. n.2. & tit. de bon. Cleric.§.15.n.3. Sanchez conſil. moral. lib.2. cap.2. dub.46. Sarmient. de reddit. Eccleſ. par.2. cap.8. n.20. & par.4. cap.6. nu.4. Genuenſ. practicab. Eccleſ. tricenar.15. qu.445. n.2. Caſtill. de uſufruct. cap.4. nu.8.* uſufructuarii
4 verò ſi deſinant eſſe tales etiam maturis fructibus, nihil ampliùs capere poſſunt ad *text. in §. Is verò 36. Inſtit. de rer. divis l. ſi fructuarius 13. ff. quib. mod. uſusfruct. amitt. l. arboribus 12. §. Julianus 5. l. defuncta 58. ff. de uſufruct. l. in ſingulos 8. in fine ff. de ann.legat. l. ſi pater 5.C. de uſufruct. Barbat. de diviſ. fruct. par.2. cap.1.n.7. cum ſeqq. & cap.13. n.3. cum ſeqq. Antonell. de temp. legal. lib.1.cap.47.n.9. Galvan.de uſufruct. cap.28. per tot. Caſtill. eod. tract. cap.77. n.1.cum ſeq.& per tot.* hinc reſignans,poſt reſignationem, 5
præſtitúmque conſenſum non exigit ampliùs fructus, etſi præcedenter maturati eſſent, *Pariſ. de reſign. Beneſ. lib.1. qu.6. n.69. cum ſeqq. Garz. de Beneſ. par.2. cap.1. n.125. cum ſeqq.* hùc facit regula quod potui, nolui, quod nunc volo, ad- 6
implere nequivi, *Barboſa axiom.196.n.13.*

ARGUMENTUM.

Canonicus ex aliqua cauſa privatus, ſeu ſuſpenſus voce in Capitulo, interim medio tempore maturato quindennio,adhùc de illo æqualiter cum Concanonicis participare poteſt.

SUMMARIUM.

1 *Canonicus privatus voce in Capitulo, non poteſt eligere.*
2 *Laudemium, & quindennium ſolvitur in recognitionem directi dominii.*
3 *Regularis ſuſpenſus à divinis, adhùc eligere poteſt.*
4 *Privatio tamquàm odioſa, venit reſtringenda.*
5 *Canonicus non ordinatus in Sacris, non habet vocem.*
6 *Canonicus abſens à Capitulo, participat de quindennio.*
7 *Pœna non dicitur propriè, niſi illa, quæ imponitur propter delictum.*
8 *In pœnis facienda eſt benigna interpretatio.*
9 *Nemo debet ex proprio delicto commodum reportare.*
10 *Conſideratur etiam pœna tamquàm medicina.*
11 *Cappellani, Manſionarii, & Portionarii habere poſſunt vocem in Capitulo, non indè tamen dici poſſunt Canonici.*
12 *Privatus loco in Capitulo, deſinit eſſe de Capitulo.*

CAPITULUM CXXVII.

Cum poſtquàm privatus, ſeu ſuſpenſus fuerit aliquis Canonicus voce in Capitulo ex rationabili aliqua cauſa, advenire poſſit tempus maturationis quindennii,illudque contingat exigi à Capitulo ad effectum faciendi æquales partes inter Canonicos, eſt locus controverſiæ, an in hoc caſu ob privationem vocis in Capitulo, Canonicus arceatur ab acquirenda ſua parte quindenniali, an verò, ea non obſtante, adhùc participare poſſit de quindennio adinſtar aliorum Canonicorum habentium vocem in Capitulo; undè ad enodationem præſentis diſputationis firmatur, quòd Canonicus ex aliqua cauſa privatus, ſeu ſuſpenſus voce in Capitulo, interim medio tempore maturato quindennio, adhùc de illo æqualiter cum Canonicis participare poteſt, quippè perceptio quindennii unicè non dependet a voce in Capitulo, ſed ab ipſa Capitularitate, cùm benè illud percipere poſſit, quantumvis ob privationem vocis, non interveniat in Capitulo, nec deſinit eſſe de Capitulo, ità, ut non valeat quidem taliter privatus, 1
ſeu ſuſpenſius exercere jus eligendi, ſimileſque actus Capitulares omninò dependentes a voce

in Capitulo *cap. nos in hominem 9. qu. 1. cap. cùm inter 16. §. Fin. cap. per inquiſitionem 26. cap. quiſquis 43. de elect. cap. cùm dilectus 8 verſiculo quia verò de conſuetud. cap. quia 5. de conceſſ. Præbend. cap. 1. de poſtulat. Prælat. cap. cùm bonæ 8. de ætat. & qualit. cap. Apoſtolicæ 9. de exception. cap. conſtitutis 46. de appellation. cap. poſtulaſtis 7. cap. fin. de Cleric. excom. Lavor. de elect. cap. 15. nu. 61. cum ſeqq.* ſed benè exercere poteſt alios actus extracapitulares, vel ad ſummum quaſi Capitulares, inter quos ſanè enumerandus iſte percipiendi quindennium, dum nec alii Concanonici habentes vocem in Capitulo illa indigent, nec illa utuntur ad perceptionem quindennii, quod à manu mortua indubitanter præſtari ſolet citrà aliquem conſenſum Capitularem pro ficta alienatione Emphyteuſis, quæ alienari fingitur ſingulis quindecim annis; quidquid fortè ſitan dicendum eſſet de rigore Juris, ſi ageretur de participatione laudemii, quod ad differentiam quindennii, ut etiam ex ipſius laudemii denominatione deprahenditur, præſtatur pro expreſſo conſenſu Domini directi ad approbandum, & quaſi laudandum veram alienationem per Emphyteutam factam in aliam perſonam,
2 quantumvis tam laudemium, quàm quindennium ſolvatur in recognitionem directi dominii ad *text. in l. fin. C. de jure Emphyt. Piſtor de laudem. n. 1. Burgius eod. tract. par. 1. inſpect. 1. n. 7. & 21. à Ponte eod. tract. q. 1. n. 27. & ſeqq. Solſon. eod. tract. qu. 1. princip. n. 2. cum ſeqq. Niger eod. tract. tom. 1. qu. 2. n. 47. cum ſeqq. Caldas Pereyra de Caſtro de jure Emphyt. lib. 1 qu. 13. num 9. & lib. 4. cap. 16. n. 1. cum ſeqq. Amic. eod. tract. q. 57. n. 1. & qu. 99. n. 6. Fulgin. eod. tract. tit. de laudem. qu. 1. n. 1. cum ſeqq.* adeoque de rigore videretur hoc caſu Canonicum privatum voce, non poſſe laudemium percipere, cùm non poſſit conſenſum pro parte ſua capitulariter præſtare, quod tamen ego de æquitate non putarem amplectendum, ſed ſupplendum eſſe conſenſum per alios Concanonicos habentes vocem in Capitulo.

Præterea Capitulum præſtat conſenſum, & ille, qui eſt membrum Capituli, debet participare de eo emolumento, cùm ſuſpenſus ſit voce, non emolumentis, quæ quidem emolumenta quindennialia non dependent abſolutè, & præcisè à vocalitate, ſed benè à ſola Capitularitate, quæ ſtare poteſt etiam ſine vocalitate,
3 nec de eſſentia una eſt conjuncta alteri, exemplo Regularis ſuſpenſi à divinis, qui tamen adhùc eligere poteſt ratione regularitatis, cùm electio non dependeat ab Ordine, ſed à regularitate, *Barboſa de Jure Eccleſ. lib. 1. cap. 19. n. 61.* ubi refert reſolutionem Sacræ Congregationis Concilii.

Proindè, redeundo ad rem noſtram, æquum eſt, ut privatus exercitio actuum Capitularium, non cenſeatur privatus exercitio aliorum actuũ extracapitularium, vel quaſi Capitularium, ex
4 eo quòd privatio tamquàm odioſa, & pœnalis, veniat potiùs reſtringenda, quàm amplianda *cap. odia 15. cap. in pœnis 49. de regul. Jur. in 6. l. factum 155. §. In pœnalibus 2. ff. eod. Maſcard. de general. Statut. interpret. conc. 4. n. 86.*

Comprobatur veritas reſolutionis, eo namque pacto, quo Canonicus in Sacris non conſtitutus, quamvis ad formam S. *Concilii Tridentini ſeſſ. 22. de Reform. cap. 4.* careat voce in Capitulo, attamen, in nihilum obſtante carentia vocis Capitularis, percipere poteſt quindennium adinſtar aliorum Concanonicorum habentium vocem in Capitulo, cùm etiam talis Canonicus ſit de Capitulo, eodemque modo, quo Canonicus abſens à Capitulo, nihilominùs de quin- 6
dennio participat, iſte enim nec etiam per abſentiam à Capitulo deſinit eſſe de Capitulo, veluti in hoc animadvertendo, quòd perceptio quindennii non penitùs dependeat à vocalitate tali, tamquàm rigoroſo modo, ut quindennium percipi nequeat ſine voce in Capitulo; luculenter docemus in *Cap. LXXXIX.* ità in noſtra hypotheſi Canonicus privatus voce in Capitulo, adhùc participare debet de quindennio.

Nec obſtat, quòd Canonicus non conſtitutus in ſacris non privatur voce in Capitulo per modum pœnæ, dum in omittendo ſuſceptionem ſacrorum Ordinum, nullum committit delictum, & pœna propriè non dicitur, niſi quæ 7
imponitur propter culpam *Barboſa axiom. 181. n. 2.* ſed privatur voce per modum carentiæ præmii, & fructus Canoniæ, qualis eſt ipſa vox in Capitulo, ut, carendo adeò exoptato fructu, alliciatur, & invitetur ad ſuſcipiendum Sacros Ordines, ideoque cum tali Canonico, qui in nihilo peccavit, mitiùs agendo, non mirum, quòd, non obſtante privatione vocis, poſſit attamen participare de quindennio, quaſi quòd in ubi favorabilibus ſit de Capitulo, quamvis non habeat vocem in Capitulo, inque pœnis benignior 8
facienda eſt interpretatio *cap. in pœnis 49. de regul. Jur. in 6. cap. ex literis 11. de Conſtitution. l. interpretatione 42. ff. de pæn.* Canonicus autem in caſu noſtro privatus voce in Capitulo ob delictum, ſicque in pænam delicti punitus, non videtur participare debere de quindennio, nè 9
aliàs ex proprio delicto per indirectum commodum reportet *cap. fin. de judic.* quia immò privatio vocis incurſa à Canonico in ſacris non conſtituto ſi non eſt pæna, eſt quaſi pœna, cùm 10
omiſſio Sacrorum Ordinum in perſona Eccleſiaſtica ſi non eſt delictum, eſt quaſi delictum, & conſideratur etiam pœna tamquàm medicina præſervativa à futuro malo, vel quaſi malo ex non aſcenſu ad Sactos Ordines, ſeu promotiva in aliquod bonum, quale eſt ipſa promotio ad Ordines Sacros, *Villagut de extenſ. leg. tit. de extenſ. leg. pœnal. inflict. à Jur. Hæretic. ad cor. fil. Catholic.*

Omiſſo, quòd habere vocem in Capitulo non facit Canonicum, cùm de conſuetudine etiam ſimplices Presbyteri, quales ſunt Cappellani, 11
Manſionarii, ſeu Aſſiſii, Beneficiati, & Portionarii habere poſſint vocem in Capitulo, non indè tamen ſint, nec dici poſſint Canonici, *Card. de Luca de Canonic. diſc. 19. n. 7. & diſc. 20. nu. 7. cum ſeqq.*

Supereſt difficultas, quid dicendum, ſi Canonicus non ſolùm ſit privatus voce in Capitulo, ſed etiam loco in Capitulo, an in hoc quoque caſu, non obſtante tali privatione, adhùc participare valeat de quindenniis, & crederem, reſpondendum eſſe negativè, quia aliud eſt privari voce in Capitulo, & aliud privari loco in Capitulo, dum ſola privatio vocis in Capitulo

non

non inducit privationem loci in Capitulo, benèque ſtare poteſt, ut quis non habeat vocem in Capitulo, & tamen habeat locum in Capitulo, ſicque ſit de Capitulo ratione loci, quem habet
12 in Capitulo, privatus autem loco in Capitulo deſinit eſſe de Capitulo, ſicque participare nequit de emolumentis Capitularibus, qualia ſunt quindennia, juxta diſtinctionem allatam per *Card. Zabarell. in Clement.* 1. *n.* 18. *de Regular. & per Ancharan. ibid. n.* 5.

ARGUMENTUM.

Canonicus condemnatus de crimine capitali, ex quo quis non privatur ipſo Jure Beneficio, ad triremes, ſeu ad perpetuos carceres, ſententia condemnatoria nondùm demandata executioni, participare debet una cum reliquis Canonicis pro æquali rata de quindennio, interim medio tempore antè exequutam ſententiam maturato, debitoque Capitulo ex Emphyteuſi manui mortuæ per Capitulum conceſſa.

SUMMARIUM.

1 *In Urbe rei non ſolent perpetuo carcere puniri.*
2 *Urbanus VIII. extrui juſſit Ergaſtulum pro Clericis ad triremes, aut perpetuos carceres condemnatis.*
3 *Pœna triremium, aut perpetui carceris, potiùs eſt injunctio pænitentiæ, quàm pœnæ impoſitio.*
4 *Quindennia enumerantur inter fructus Præbendæ.*
5 *Condemnatus ad triremes non fit ſervus pœnæ.*
6 *Religioſus condemnatus ad triremes, poſteà aggratiatus, & rediens ad Religionem, non amittit antianitatem.*
7 *In Cauſis civilibus non eſt licita appellatio.*
8 *In Cauſis criminalibus non conceditur appellatio ſuſpenſiva.*
9 *In odioſis facienda eſt ſtricta interpretatio.*
10 *Condemnatus de crimine, efficitur infamis.*
11 *Infamis ipſo Jure remanet privatus Dignitate.*
12 *Infamis evadit irregularis.*
13 *Talis irregularitas incurritur dumtaxat ad effectum ſuſcipiendi Ordines.*
14 *Infamiæ pœna non contrahitur, niſi in caſibus à Jure expreſſis.*
15 *Layci in Choro pſallere poſſunt.*
16 *Irregularis habet vocem in Capitulo.*
17 *Damnatus ad triremes non efficitur irregularis.*
18 *Contraria opinio etiam eſt probabilis.*
19 *Jam tranſmiſſus ad triremes efficitur irregularis.*
20 *Condemnatus ad triremes, non remanet privatus Beneficiis.*
21 *Per ſolum delictum incurritur infamia.*
22 *Infamia arcet ab obtinendo Beneficio, & deiicit ab obtento.*
23 *Infamis provideri nequit de Beneficio.*
24 *Proviſus effectus infamis, à Beneficio removetur.*
25 *Antè ſententiam privatoriam delinquens retinet Beneficium, illudque medio tempore reſignare poteſt.*
26 *Condemnatus ad remigandum æquiparatur condemnato ad metallum.*
27 *Condemnatus in metallum efficitur ſervus pœnæ.*
28 *Condemnatus in metallum eſt infamis.*
29 *Talis habetur pro mortuo.*
30 *Beneficium datur propter officium.*
31 *Bannitus non dicitur infamis, nec deportatus.*
32 *Tales condemnati nec in omnibus actibus fiunt infames.*
33 *Damnatus ad remigandum, hodiè non æquiparatur ampliùs damnato in metallum, nec fit ſervus pœnæ.*
34 *Condemnatus ad perpetuum carcerem remanet privatus Beneficio.*
35 *Canonicus taliter condemnatus, non poteſt ampliùs deſervire.*
36 *Canonicus taliter condemnatus, non remanet ipſo Jure privatus.*

CAPITULUM CXXVIII.

PRæſens articulus quoad perpetuos carceres rarò practicabilis eſt in Urbe, in qua non 1
ſolent rei perpetuo carcere plecti, nè ſcilicet nimis reſtringatur habitatio pro aliis carceratis tàm civilibus, quàm criminalibus, & nè diminuantur aliorum pauperum carceratorum eleæmoſynæ, *Scanaroll. de viſitat. carcerat. lib.* 1. *c.* 2. *nu.* 30. *D. Advocat. Dominic. Urſaya Inſtitut. crimin. lib.* 4. *tit.* 3. *nu.* 15. *cum ſeqq.* Prout etiam rariſſima debet eſſe pæna remigationis Eccleſiaſticorum, ità, ut Judices Eccleſiaſtici debeant eſſe valdè circumſpecti, antequàm Eccleſiaſticum ad remigandum damnent, cùm hoc ſine magno Populi ſcandalo, ac habitus dedecore contingere nequeat; Undè Urbanus VIII. ut 2
decori Clericalis Ordinis conſuleret, providè extrui juſſit Ergaſtulum, ſeu carcerem propè Vaticanum, minùs enim indecorum eſt, Clericum perpetuo carceri mancipari, quàm ad remigandum etiam ad tempus damnari, *Amayden. de ſtyl. Datar. lib.* 1. *cap.* 16. §. 6. *n.* 8. *cum ſeq.* Adeò autem grave quandoque dari poteſt delictum in Canonico, ut iſte condemnetur ad triremes, vel perpetuos carceres, proindeque præbeatur occaſio diſceptandi, utrùm, ſtante tali condemnatione medio tempore maturato quindennio, condemnatus poſſit de illo participare, an verò condemnati portio accreſcat Capitulo, cæteriſque Canonicis, & pro reſponſione firmatur, quòd Canonicus condemnatus de crimine capitali, ex quo quis non privatur ipſo Jure Beneficio, ad triremes, ſeu ad perpetuos carceres, ſententia condemnatoria nondùm demandata exequutioni, participare debet unà cum reliquis Canonicis pro æquali rata de quindennio interim medio tempore antè exequutam ſententiam maturato, debitoque Capitulo ex Emphyteuſi manui mortuæ per Capitulum conceſſa, cùm per ſolam condemnationem non cenſeatur privatus Canonicatu, proindeque adhùc remaneat Capitularis, ut per prius, nec pœna triremium, aut perpetui carceris eſt determinata à Jure pro certo crimine inducente eandem privationem, ſed imponitur à Judice pro qualitate, & circumſtantiis facti, ac perſonarum, & conſequenter non poteſt operari eundem effectum privationis, immò dicitur potiùs pœnitentiæ injunctio, quam 3
judiciariæ pœnæ impoſitio, ad tradita per tradita per *Lotter. de re benefic. lib.* 3. *qu.* 33. *n.* 53. *cum ſeqq. juncto n.* 64. *cum ſeqq. Raynald. obſ. crimin. tom.* 1. *cap.* 8. §. 1. *nu.* 44. *cum ſeqq. & tom.* 4. *ad cap.* 8. *ſupplet.* 2. *num.* 17. *& ſeqq. D. Advocat. Ur-*

Vrſaya Inſtitution. crimin. lib.4. tit.5. n.98. Rota
dec.5. nu.1. de ſentent. & re judicat. in antiquior.
4 quindennia autem enumerantur inter fructus
Præbendæ juxta magiſtralem *dec.19. num.1. poſt*
Remocamp. de Coadjutor. repetit poſt Tract. inter
Deciſion. S. Rot. Rom. in ordine la XIII. Præter-
5 quamquòd taliter damnatus nullatenùs fit ſer-
vus pœnæ, *Conciol. reſol. crim. verbo damnatus*
ad remigandum reſol.2. per tot. Farinac. in prax.
crimin. qu.102. n.159. D. Advocatus Dominicus
Vrſaya Inſtitution. crimin. lib.4. tit.5. num.140.
6 Indè eſt, quòd Religioſus condemnatus ad tri-
remes, aggratiatus poſteà, & rediens ad Reli-
gionem, non amittit antianitatem, ſeu primo-
genituram, *Novar. ſumm. Bullar. comment.112.*
num.15. D. Advocat. Vrſaya Inſtit. crimin. lib.1.
tit.8. num.55.

Quæ omnia evidentiùs comprobantur, quia
condemnato ad remigandum, ſivè ad perpe-
tuum carcerem pendente appellatione à con-
demnatione, ſi maturatum fuerit quindennium,
eo tempore ſuſpenditur effectus ſententiæ con-
demnatoriæ, loquendo in puris terminis Juris
communis, quo caſu nihil eſt innovandum, ad-
7 inſtar Cauſarum civilium, in quibus appellari
licet, niſi expreſſè à Jure prohibitum reperiatur
ad *text.in cap. ſuper eo 10.il 1.de appellation.cap.*
non ſolum 7. eod. in 6. Scaccia de appellat. qu.17.
limit.18. n.1. & de judic. lib.1. cap.97. n.62. cum
ſeqq. Lotter. de re benef. lib.3. qu.18. n.56. cum
ſeqq. Card. de Luca de judic. diſc.36. n.45. in fine,
& diſc.37. n.46. quidquid ſit de contraria con-
ſuetudine in pluribus mundi Partibus, ut in
Germania, Hiſpania, & Belgio, ac in toto Sta-
tu Eccleſiaſtico propter *Conſtitutiones Pii IV. la*
52. & S. Pii V. la 22. in Bullar. nov. Boman.t.2.
8 ubi à Sententia in Cauſis criminalibus, in qui-
bus agitur de pœnis corporis afflictivis, quales
ſunt remigationis, ſeu perpetui carceris, ac ſi-
miles, non conceditur appellatio ſuſpenſiva,
Bictis in prax. crimin. qu.150. n.16. Card. de Luca
in Relat. Cur. diſc.36. nu.13. ubi ità practicari in
Tribunali Gubernatoris Urbis, *de Angel. de*
confeſſion. lib.3. qu.24. per tot. Scanarol. de viſitat.
carcerat. lib.1. cap.40. n.40.

Verumtamen ſupereſt difficultas, quid, ſi ta-
lis condemnatus non appellaſſet, vel ſi appel-
laſſet, appellationem non proſequeretur, ſed
illam deſereret, ſe ponendo in tuto, puta in Ec-
cleſia, ubi eſt Canonicus, vel in alia, ità, ut ſen-
tentia demandari non poſſit exequutioni, ac in-
terim incideret quindennium, an adhuc erit lo-
cus participationi quindennii, & crederem ad-
hùc eſſe locum favore talis condemnati, cùm re
vera quindennium incidit antè exequutionem
ſententiæ, ſicque tempore habili, antequam Ca-
nonicus ſit in triremibus, ſeu in carcere, & in
9 odioſis facienda eſt ſtricta interpretatio, & ſem-
per benigna pars amplectenda, *Barboſa axiom.*
166. n.1. Præterquamquòd adeſt regula, quòd
ſemper pro reo judicandum eſt *cap. cùm ſunt*
partium 11. de regul. Jur. in 6. l. favorabiliores
125. ff. eod. præſertim dum commorans in Ec-
cleſia, poteſt ei deſervire, quando nulla cenſura
innodatus eſt,

Non obſtat, quòd, cùm condemnatus de cri-
10 mine efficiatur infamis *l. Athletas 4. §. Fin. ff. de*
his, qui not. infam. ſicuti autem infamis ipſo Ju-
re remanet privatus Dignitate *l. infamia 8. C. de* 11
Decurion. lib.10. ità remanebit quoque privatus
Beneficio, ſeu Canonicatu; immò infamis eva- 12
dit irregularis *cap.1. diſtinct.26. cap. accedens 23.*
de accuſation. cap. accuſatum 4. de ſimon. Borgaſ.
de irregularit. par.6. tit. de ſortileg. n.7. Gibalin.
eod. tract. cap.5. qu.4. per tot. quia falſum eſt per
ſolam infamiam præſertim facti incurri propriè,
ſtrictèque irregularitatem, nec id eſſe in Jure
expreſſum, ſed ad ſummum latè tantùm, & ſe-
cundùm quid, ac ſaltem ad effectum ſuſcipien- 13
di Ordines, non autem ad alios effectus in Jure
non expreſſos *Garzias de Benefic. par.7. c.8. n.64.*
cum ſeqq. Quibus accedit, quòd nunquam legi-
tur, condemnatum ad remigandum fieri infa-
mem ex eo, quòd pœna infamiæ non contrahi- 14
tur, niſi in caſibus à Jure expreſſis *Diana reſol.*
moral. par.4. tract.2. reſol.83. antè med. verſiculo
ſed nunquam legitur. Sed quando etiam fieret
irregularis, adhuc regulariter irregularis non
remaneret indè incapax ipſo Jure ad retinendum
Canonicatum jam obtentum, ſed indiget Sen-
tentia privatoria, cùm antè illius prolationem
benè poteſt Canonicus Canonicatui deſervire,
intereſſendo, & canendo in Choro ex eo, quòd
irregularis eas functiones obire poteſt, quas
layci licitè obire poſſunt, qui pſallere in Choro
poſſunt, *Sanchez conſil. moral. lib.2. cap.2. dub.* 15
14. n.6. & dub.15. n.3. Garzias de Benefic. par.7.
cap.13. n.90. & par.11. cap.10. n.47.50. & ſeq.
Moneta de diſtribution. quotid. par.2. q.17. concl.4.
nu.36. Gibalin. de irregularit. cap.2. qu.3. par.3.
propoſit. nu.7. Tondut. reſol. benef. par.1. cap.90.
nu.21. Gabriel. à S. Vincent. de cenſur. diſput.9.
qu.2. §.3. nu.19. cum ſeqq. Antonell. de jurib. &
onerib. Cleric. lib.1. par.4. cap.56. n.14. cum ſeq.
Riccius dec. Cur. Archiepiſc. Neapolit.119. nu.1.
cum ſeqq. par.1. ubi n.3. in fine refert, ità ſe re-
ſpondiſſe Provinciali cujuſdam Religionis præ-
tendenti excludere à ſuffragando in Capitulo
Monachum ad triremes condemnatum. Eo mo-
do, quo irregularis habet vocem in Capitulo, 16
cùm illa competat ratione Juriſdictionis, &
fructus, non ratione Ordinis, quantumvis ſup-
ponat Ordinem, tamquàm conditionem quan-
dam, & quamvis ſoli ordinati in ſacris habeant
jus ſuffragii *Gibalin. de irregularit. cap.2. par.4.*
propoſit. conſectar.6. n.17.

Omiſſo, quòd damnatus ad triremes non ef-
ficitur irregularis, *Dian. reſol. moral. par.4. tract.2.* 17
reſol.83. quanvis *ibidem in fine verſiculo non deſi-*
nam tamen, afferat etiam contrariam opinionem
pro irregularitate eſſe probabilem; quidquid ali- 18
ter dicendum ſit de jam tranſmiſſo ad triremes, 19
Gabriel. à S. Vincent. de cenſur. diſput.10. qu.8.
§.3. n.218. qui verè eſt infamis, *Paſtor de Bene-*
fic. lib.3. cap.31. n.2. & tit.46. n.2. in med. verſi-
culo at ſi damnetur ad triremes: & quomodocum-
que res ſe habeat, condemnatus ad triremes
etiam in perpetuum pro crimine, ut ſupponi-
mus, pro quo non incurritur pœna privationis 20
ipſo Jure per ſolam condemnationem ad trire-
mes, non remanet privatus Beneficiis, perque
conſequens illius fructibus, inter quos enume-
rantur quindennia, niſi in condemnatione ad-
jecta legatur pœna privationis Beneficii, *Tondut.*
reſol. canon. & benef. par.2. cap.5. §.2. n.8. Salzed.
ad Diaz pract. crimin. canon. cap. 140. in addit.
ult.

ult. ſup. liter. D. verſiculo & utrùm lata ſententia verbo & in perpetuum carcerem damnati, *Ricc. deciſ. Cur. Archiepiſcop. Neapolitan.95. n.1. ſeu unic. par.2.*

Minùs obſtat, quòd, cùm per ſolum delictum
21 incurratur infamia *cap. infames 6. qu.1.* ſatis indè colligitur mens Juris, nè ſuperior Eccleſiaſticus patiatur infamem Beneficio Eccleſiaſtico potiri, ut ab eo, quem præveniens infamia ar-
22 cet ab obtinendo, ſuperveniens eundem ab obtento deiiciat *l. Judices 12. C. de Dignitat. lib.12.*
23 & quemadmodùm prohibetur infamis provideri *cap. infamibus 87. de regul. Jur. in 6.* ità pro-
24 viſus, effectus infamis, à Beneficio removeatur, *Joan. Andr. in dic. cap. infamibus ſub. n.1. verſiculo & dicit*, quia hæc omnia procedunt, ſi feratur ſententia, per quam fiat hujuſmodi remotio, cùm interim antè ſententiam privatoriam ipſa pœna non applicetur, licitèque Bene-
25 ficium retinet delinquens, adeòque ut illud reſignare poſſit medio tempore, *Lotter. de re benef. lib.3. qu.33. n.64.*

Longè minùs relevat, quòd condemnatus ad
26 remigandum æquiparatur condemnato ad metallum *cap. qualiter 24. il 2. de accuſation.* dam-
27 natus verò in metallum efficitur ſervus pœnæ *l. in metallum 4. ff. de bonis proſcriptorum*, *l. ex facto 17. §. Siquis rogatus 6. il 2. ff. ad Senatuſconſult. Trebell. l. ſunt quidem 17. ff. de pœn.* eſtque
28 infamis *l.1. ff. de hæred. inſtit.* & ſervus non poteſt Beneficium obtinere, cùm pro nihilo habeatur *l. quod attinet 32. ff. de regul. Jur.* immò ha-
29 betur pro mortuo *l. ſervitutem 109. ff. eod.* undè ſequitur, omne jus amittere in Beneficio, tacitèque per conſequens eo privatum cenſeri ex eo,
30 quòd Beneficium datur propter officium *cap. fin. de Reſcript. in 6.* quia immò condemnatus ad triremes etiam æquiparatur bannito, qui non
31 dicitur infamis, vel æquiparatur deportato, qui nullam pariter contrahit indè infamiam, *Riccius dec. Cur. Archiep. Neapolit. 119. n.2. in fine, & n.3. par.1.* & quia nec in omnibus acti-
32 bus tales condemnati fiunt infames *Ricc. cit. dec. n.3. in fine verſiculo non obſtat ſupradictos, juncto verſiculo non obſtat ſecundò*, vel quia damnatus ad remigandum, hodiè non æquiparatur am-
33 pliùs damnato in metallum, neque fit ampliùs ſervus pœnæ per *text. in Auth. ſed hodiè C. de donation. int. vir. & ux. Coneiol. reſol. crimin. verbo damnatus ad remigandum reſol.2. n.2. & verbo appellatio num.4.*

Ejuſdem fermè irrelevantiæ eſt ponderatio circà condemnatum ad perpetuum carcerem,
34 quòd talis indè videatur privatus Beneficio ipſo Jure ad tradita per *Innocent. in cap. inter dilectos 11. in prima gloſa de exceſſib. Prælat. Compoſtell. in cap. ſicut 8. verbo ſi confirmatio eod.* maximè loquendo de Canonico, cùm debeat perpe-
35 tuò eſſe abſens à ſuo Canonicatu, nec poſſit ampliùs deſervire ob ſublatam ſpem evitandi pœnam *l. intercidit 59. ff. de condit. & demonſt.* ſicque videtur privatus Canonicatu ex eo, quod eſt adſtrictus alibi ad reſidentiam, adinſtar aſſequentis aliquod Beneficium perſonalem reſidentiam requirens, ipſo Jure remanet privatus primo reſidentiam quoque requirente ob incompatibilitatem, quia his omnibus ratiociniis non attentis, contrarium fuit reſolutum, non remanere nempè ipſo Jure privatum ad tradita per 36
Rotam dec.5. n.4. in fine, ac per tot. de ſentent. & re judicat. in antiquior. & ſemper requiritur ſententia privatoria, quotiès delictum ipſum non habet annexam pœnam privationis ipſo Jure.

ARGUMENTUM.

Canonicus, quantumvis ordinatus in ſacris, perque conſequens vocalis, liberè poſteà renuncians ſuæ voci activæ, nec curans ingredi Capitulum ad ſuffragium inibi ferendum, adhùc, non obſtante renunciatione vocis, nihilominùs tenetur contribuere ad quindennium de Emphyteuſi per Capitulum tamquàm manum mortuam poſſeſſa.

SUMMARIUM.

1 *Canonicus non ordinatus in ſacris tenetur contribuere ad quindennium.*
2 *Nemo poteſt ex malitia ſua commodum reportare.*
3 *Canonicus renuncians voci adhùc participat de quindennio.*
4 *Renuncians univerſitati, adhuc tenetur ad onera,*
5 *Canonicus non ordinatus in ſacris non habet vocem.*
6 *Idem benè participare poteſt de quindennio.*
7 *Idem tenetur contribuere pro quindennio.*

CAPITULUM CXXIX.

Hoc *Cap.* inſerendum erat inferiùs poſt *Cap. CXXXIX.* ſed per errorem fuit hic collocatum. Dicimus igitur in dicto *Cap. CXXXIX.* 1
Canonicum non ordinatum in ſacris, perque conſequens non vocalem, adhùc teneri contribuere ad quindennium, in præſenti videndum, quòd viceverſa Canonicus ordinatus in ſacris, perque conſequens vocalis, renunciando voci, attamen teneatur ad contributum pro quindennio, reſolvendo, quòd Canonicus, quantumvis ordinatus in ſacris, perque conſequens vocalis, liberè poſteà renuncians ſuæ voci activæ, nec curans ingredi Capitulum ad ſuffragium inibi ferendum, adhùc non obſtante renunciatione vocis, nihilominùs tenetur contribuere ad quindennium de Emphyteuſi per Capitulum tamquàm manum mortuam poſſeſſa, quippè per ſolam renunciationem vocis quis non deſinit eſſe de Capitulo, quantumvis in eo ſponte voce careat, prout nec deſinit eſſe Canonicus, ob quam qualitatem Canonicalem in renunciante remanentem etiam poſt ſequutam renunciationem tenetur contribuere adinſtar aliorum Concanonicorum non renunciantium voci, nec poteſt ſua renunciatione præjudicare juri tertii, gravando ſub captioſo prætextu renunciationis reliquos Canonicos non renunciantes, nemo enim poteſt 2
ex malitia ſua commodum reportare *cap. intelleximus 7. de judic.*

Eoque modo, quo Canonicus renuncians ſuæ 3
voci, adhùc tamquàm perſiſtens Capitularis, ſivè adhùc eſſe continuans de Capitulo, adinſtar cœterorum Canonicorum, ſeu Capitularium non renunciantium, in nihilum obſtante ſua renunciatione participat de quindennio debito Capitulo Domino directo pro Emphyteuſi conceſſa

ceſſa manui mortuæ ex per nos traditis in *Cap.*
CIII. etiam è contrà renuncians voci tenetur
contribuere ad quindennium de emphyteuſi
poſſeſſa per Capitulum uti manum mortuam,
nè alias contrà ſemitam iuſtitiæ ſolummodo iſte
commodum ſentiat, & alii Canonici incommo-
4 dum, & quia renuncians univerſitati, nihilomi-
nùs tenetur onera ſubire, nè ſit in facultate cuiuſ-
que authoritate propria ſe ab onere publico exi-
mere *Cobell. in Bull. bon. Regimin. paſſim*, immò
cogi poteſt ſubire onera.

Comprobari inſuper poteſt noſtrum aſſum-
5 ptum exemplo Canonici non ordinati in Sacris,
qui, etiamſi non habeat vocem in Capitulo
iuxtà Decretum Conciliare *ſeſs.22.de Reformat.*
cap.4.in princip. attamen benè participare poteſt
6 de quindennio unà cum aliis Concanonicis or-
dinatis iu Sacris, ut reſolvit *Congregatio Parti-*
cularis à Sanctiſs. D.N.Clemente Papa XI.glorio-
sè,quia repugnanter Sedente,Deputata in ſententia
lata de anno 1705. §.40.*regiſtrat. poſt Tract. inter*
Doctores litera GG. de quo lato calamo agimus
7 in *Cap.*XCIV.& vice verſa idem quoque tenetur
contribuere pro quindennio ex congeſtis in *Cap.*
CXXXIX. ità Canonicus ſponte renuncians ſuæ
voci contribuere quoque debet ad quindennium,
cùm eadem ratio militet in non habente vocem,
quæ in renunciante, quàm in non habente ex eo,
quod renuncians voci poteſt ad nutum deindè
illam reaſſumere, non habens autem vocem ob
defectum Sacrorum Ordinum,eam acquirere ne-
quit, niſi poſt aſcenſum ad Sacros Ordines.

ARGUMENTUM.

Novi Canonici, qui primo, vel ſecundo anno nihil penitùs lucrantur de maſſa groſſa, immò (quod plus eſt) nec de diſtributionibus quotidianis, licet interim toto tempore inſerviant Choro,& interſint Capitulo adinſtar Canonicorum antiquorum, ſed omnes fructus cedunt pro dicto tempore Canonicis antiquioribus, inter quos dividuntur, vel Menſæ Epiſcopali, aut Fabricæ Eccleſiæ, ſeu alteri Loco Pio, aut reſervantur poſt mortem, vigore conſuetudinis, ſive Statuti Eccleſiæ, in qua receptum non fuit Decretum *S.Concilii Tridentini ſeſſ.*24. *de Reformat. cap.* 14. *nec Conſtitutio in ordine la* 104. *S.Pii V. in Bullar.nov.Rom.tom.*2. ubi rejicitur ſimile Statutum, vel conſuetudo ſaltem in ea parte, in qua integri fructus à recentibus Canonicis non percepti reſervantur antiquioribus, ſi intrà præfatum annum, vel biennium maturetur quindennium de bonis emphyteuticatis per Capitulum manui mortuæ, adhùc de illo participare debent, non obſtante Statuto,vel conſuetudine, ſive etiam Indulto Apoſtolico de non lucrandis fructibus, & diſtributionibus intrà dictum tempus.

SUMMARIUM.

1 *Ex Indulto Apoſtolico fructus primi, vel ſecundi anni Canonicatuum cedere poſſunt antiquioribus, Menſæ Epiſcopali,Fabricæ, aut alteri Loco Pio.*

2 *Fructus non ſunt de eſſentia ad qualitatem Canonicalem.*

3 *In odioſis non venit Metropolitana] nomine Cathedralis.*

4 *Statutum odioſum strictim interpretandum.*

5 *Odia reſtringenda, & favores ampliandi.*

6 *Canonici primi,& ſecundi anni reputantur pro non Canonicis.*

7 *Poſt annum, aut biennium non eſt adeò contingibilis obitus Canonicorum.*

CAPITULUM CXXX.

ATtento, quòd præſertim in Eccleſiis Hiſpa-
niarum, & Germaniæ ex Indulto Apoſto-
lico uſus invaluit, ut fructus primi, vel ſecundi 1
anni Præbendarum, immò etiam diſtributiones
quotidianæ non acquirantur novis Canonicis
interim inſervientibus,ſed cedant beneficio anti-
quiorum, vel Menſæ Epiſcopalis, aut Fabricæ,
ſivè alterius Pii Loci, aut reſerventur poſt mor-
tem *Rot. dec.6. poſt Antonell. de jurib. & onerib.*
Cleric. facilè excitari poteſt dubium, an tali ca-
ſu amittant quoque recentes Canonici eorum
ratas quindenniales, ſed negativè reſolvendo,
firmatur in præſenti, quòd novi Canonici, qui
primo, vel ſecundo anno nihil penitùs lucrantur
de maſſa groſſa, immò (quod plus eſt) nec de
diſtributionibus quotidianis, licet interim toto
tempore inſerviant Choro,& interſint Capitulo,
adinſtar Canonicorum antiquorum, ſed omnes
fructus cedunt pro dicto tempore Canonicis an-
tiquioribus, inter quos dividuntur, vel Menſæ
Epiſcopali, aut Fabricæ Eccleſiæ, ſeu alteri Lo-
cò Pio, aut reſervantur poſt mortem, vigore
conſuetudinis, ſivè Statuti Eccleſiæ, in qua re-
ceptum non fuit Decretum *S. Concilii Tridentini*
*ſeſſ.24. de Reform. cap.*14.*nec Conſtitutio in ordine*
la 104. *S.Pii V. in Bullar. nov. Rom. tom.* 2. ubi
reiicitur ſimile Statutum, vel conſuetudo,ſaltem
in ea parte, in qua integri fructus à recentibus
Canonicis non percepti reſervantur antiquiori-
bus, ſi intrà præfatum annum, vel biennium,
maturetur quindennium de bonis emphyteuti-
catis per Capitulum manui mortuæ, adhùc de
illo participare debent, non obſtante Statuto,
vel conſuetudine, ſivè etiam Indulto Apoſtoli-
co de non lucrandis fructibus, & diſtributioni-
bus intrà dictum tempus, ſola namque collatio
juris ſpiritualis, non autem Præbenda facit
Canonicum, & Capitularem, licet per accidens
non habeat fructus, qui non ſunt de eſſentia ad 2
acquirendam qualitatem Canonicalem, *Layman.*
*Theolog. moral. lib.*4. *tract.*2. *cap.* 1.*nu.*3. Non
omiſſo, quòd amiſſio fructuum Canonicalium,
& Choralium, non obſtante reſidentia primi,
vel ſecundi anni, uti odioſa, ac à Jure exorbi-
tans, non extenditur ad fructus merè Capitula-
res, nullamque dependentiam à Choro haben-
tes, quales ſanè ſunt iſti quindenniorum, undè
fit, quòd quando agitur de materia odioſa, & 3
tertio præjudiciali, vel ſtricta, appellatione Ec-
cleſiæ Cathedralis non venit Eccleſia Metropo-
litana, *Tondut.reſol.Canonic.par.*2. *cap.*2. §.1.*n.*8.
cum ſeq. & Statutum odioſum ſtrictim venit in- 4
terpretandum ad *text.in l.Statius* 48.§.*Cornelio* 1.
ff.de Jure fiſci l.ex ea parte 121.§.*In Inſulam* 2.*ff.*
de verb.oblig.Maſcard.de general.Statut.interpret.
*conc.*3. *nu.*53. *& conc.*4.*n.*123.*Villagut de extenſ.*
*leg. tit.de extenſ. Statutar.Jur.qu. unic. nu.*46. *in*
princip. quibus adſtipulatur vulgata regula,
quòd odia ſint reſtringenda, favores verò am- 5
pliandi *cap.odia* 15.*de regul. Jur.in* 6.

In

In nihilum turbante, quòd tales Canonici in
6 primo, & ſecundo anno fictione Juris reputantur pro non Canonicis, *Fragoſ. de regimine Reipubl. Chriſtian.tom.2.par.2.lib.10.diſp.22.§.5.n 16.in fine verſiculo eo quia perindè eſt*, quia hæc fictio, præſertim in exorbitantibus, & odioſis operari quidem debet quò ad unum tantùm effectum, circà nempè emolumenta Choralia, non verò quò ad alium effectum circà emolumenta Capitularia, qualia ſunt quindennia, ut mediante hac interpretatione quominùs fieri poteſt, tertius lædatur, qui ſatis læſus remanet in amiſſione aliorum fructuum Choralium abſque aliqua culpa, dum interim inſervit Eccleſiæ.

Minùs obſtat, quòd, ſicuti amiſsio fructuum Choralium quodammodò compenſatur per illorum perceptionem tempore habili, quando nempè recentes Canonici evadunt antiquiores, ità amiſſio fructuum quindennialium, quæ contingere poteſt pro una tantùm vice, quodammodò etiam compenſatur per indubitatam illorum perceptionem in ſequenti quindennio, quando indubitanter ex novis fiunt antiqui, etenim intrà tàm longum temporis intervallum, quod conſideratur in meta quindecim annorum, faciliùs dari poteſt caſus, quòd interim antè perceptionem ſecundi quindennii decedant, aut aliàs deſinant eſſe Canonici, quidquid forſitan ſit quoad amiſſionem fructuum Choralium, cùm
7 poſt annum, vel biennium non ſit adeò frequenter contingibilis obitus, & mutatio Canonicorum, prout contingibilis eſt poſt notabilem lapſum primi quindennii, *Garzias de Beneficiis par.3. capitulo 1.nu.68.cum ſeqq.*

ARGUMENTUM.

Canonicus excommunicatus, aut ſuſpenſus, ſivè interdictus non participat de quindenniis debitis ſuo Capitulo à manu mortua emphyteuta, ſi Capitulum illa exegerit tempore, quo adhùc Canonicus reperiebatur excommunicatus, ſuſpenſus, aut interdictus.

SUMMARIUM.

1 *Canonicus excommunicatus, ſuſpenſus, aut interdictus, remanet privatus fructibus ipſo Jure.*
2 *Talis Canonicus privatur etiam aliis redditibus ob Eccleſiæ Emphyteuſim præſtari ſolitis.*
3 *Quindennia enumerantur inter fructus Præbendæ.*
4 *Canonicus excommunicatus, non eſt Capitularis.*
5 *Nemo debet reportare præmiũ ex propria malitia.*
6 *Canonicus excommunicatus poteſt optare, quando optio nullam requirit tituli collationem.*
7 *Optio enumeratur inter fructus Beneficii.*
8 *Excommunicatus eſt incapax tantùm ſpiritualium.*
9 *Canonicus, quantumvis excommunicatus poteſt declarare ſuam voluntatem optandi.*
10 *Canonici excommunicati poſſunt in poſſeſſionem Beneficii recipere aliquem.*
11 *Portio vacans ob inhabilitàtem unius Canonici accreſcit aliis Canonicis habilibus.*
12 *Optio conſiſtit in mera, ac ſimplici voluntatis declaratione.*
13 *Optio non dependet à facto, & conſenſu Capituli.*
14 *Excommunicatus eſt capax eorum, quæ ſunt facti.*
15 *Præbenda, quæ optatur, habetur loco primæ.*
16 *Receptio in poſſeſſionem Beneficii eſt quid facti.*
17 *Excommunicatus æquiparatur deportato.*
18 *Excommunicatus eſt incapax optionis, in qua intervenit collatio.*
19 *Jus optandi, in potentia proxima, in ſe eſt capitulare.*
20 *Optio, ſeu jus optandi competit Canonicis tamquàm ſingulis, ſeu tamquàm ſingularibus perſonis de Capitulo.*
21 *Excommunicatus recuperare poteſt quindennium in caſu, quo excommunicatio declarata fuerit nulla, aut injuſta.*
22 *Minor capitis diminutio dicitur reſpectu majoris.*
23 *Canonicus vocandus eſt ad Capitulum, non obſtante excommunicatione minori.*

CAPITULUM CXXXI.

FAcilè oriri poteſt controverſia inter Canonicum excommunicatum, & Capitulum ſuper prætenſa per eundem participatione quindenniorum, & denegata per Capitulum ex capite paſſæ excommunicationis, quamobrem partes Capituli tuendo, reſolvimus, quòd Canonicus excommunicatus, aut ſuſpenſus, ſivè interdictus non participat de quindenniis debitis ſuo Capitulo à manu mortua emphyteuta, ſi Capitulum illa exegerit tempore, quo adhùc Canonicus reperiebatur excommunicatus, ſuſpenſus, aut interdictus, quippè tamquàm 1
privatus ipſo facto fructibus Canonicatus, etiamſi in ſententia excommunicationis expreſſum non ſit *cap.Paſtoralis 53.§.Verùm 1. in fine de appellation.Sayr.de cenſur.lib.2.cap.5.num.24. cum ſeqq.& nu.30.cum ſeqq.* ubi *nu.27.* in proximioribus terminis inquit privari etiam aliis red- 2
ditibus, qui ob Eccleſiæ emphyteuſim præſtantur, qui ſanè verificari nequeunt, niſi in canonibus, & quindenniis, ut patet ad ſenſum, *Ricciul.de jure perſon.extrà grem.Eccleſ.lib.4.cap.14. nu.13.Peregrin.tract.var.lib.2.ad cap.1.de judic. nu.98.& de jure fiſci lib.3.tit.11.n.7. Chartar.dec. crimin.Mediolan.34.nu.10. Rota dec.8. aliàs 136. n.10.de ſent.excommun.& dec.5.aliàs 521.n.1.de pœn. in antiqu.* cenſetur per neceſſariam conſequentiam etiam privatus quindenniis, quæ inter fructus Præbendæ enumerantur juxtà magiſtra- 3
lem *dec.19.poſt Remocamp.de Coadiutor. repetit. poſt Tract.in ordine la XIII. int.deciſ.S.Rot.Rom.*

Non obſtat, quòd, licet ſit privatus fructibus Canonicatus, & tamquàm talis cenſeatur etiam privatus quindenniis, quæ ſunt ex dictis ſpecies fructuum Canonicatus, attamen ex alia parte tamquàm non privatus Canonicatu, ſicque tamquàm adhùc perſeverans in Canonicatu, ſeu tamquàm adhùc Canonicus, perque conſequens tamquàm adhùc Capitularis, videretur poſſe, immò debere participare de quindenniis dependentibus à jure Canoniæ, quia, quantumvis remaneat Canonicus, non tamen remanet Capi- 4
tularis, dum non ampliùs habet locum, nec vocem activam, aut paſſivam in Capitulo ad *text. in cap.poſtulaſtis 7.de Cleric.excommunic.cap.cùm dilectus 32. cap.cùm inter 16. cap.illa quotidiana 39.de elect.cap.fin.de ætat.& qualit.ordin. Pignat. conſult.Canonic.tom.1.conſult.290.n.1. Barboſa de Canonic.& Dignitat.cap.41.n.3.* Aliàs ſequeretur ab-

abſurdum, quòd ſuper prætextu retentionis ti-
tuli Canonicatus eſſet ejuſdem conditionis cum
5 reliquis Canonicis non excommunicatis, & ex
propria improbitate reportaret præmium con-
trà *cap.intelleximus* 7. *de judic.* & quia efficitur
incapax emolumentorum Eccleſiæ, ſicque tàm
emolumentorum Canonicatus, quàm emolu-
mentorum Capituli.

Minùs obſtat, quòd ſicuti poteſt optare Præ-
6 bendam vacantem, modò optio nullam requirat
novam Beneficii, & tituli collationem, ſicque
quando optatur ſola temporalitas abſque titu-
lo, quidquid ſi Portionarius optaret Canonica-
tum, vel Canonicatus dignitatem ad *text.in cap.
fin.de conſuetud.in 6. Monet.de option.cap.*4.*qu.*2.
*num.*20.*Ricciull.de perſon.extr.grem. Eccleſ.lib.*4.
*cap.*11.*nu.*4.*cum ſeq. Rota coram Caſſador.dec.*17.
*n.*5.*in fin.de Præbend.dec.*5.*aliàs* 195.*nu.*2.*de con-
ceſſ.Præbend.in nov.dec.*8.*aliàs* 126.*n.*6.*de ſentent.
excommunication.in antiqu.* & tamen optio enu-
7 meratur inter fructus Beneficii, ſicuti electio,
& præſentatio *cap.conſultationibus* 19. *de Jure-
patronat.Lavor.de elect.cap.*15.*num.*75. *circà fin.
verſic.& inter fructus Beneficii, & cap.*17.*nu.*13.
*in med.verſic. & inter fructus Canoniæ, Vivian.in
prax.Jurispatronat.par.*2.*lib.*5.*cap.*2.*n.*3. *Barbat.
de diviſion.fruct. par.*1. *cap.*16.*num.*2. ità poteſt
participare de quindenniis, ad quorum acqui-
ſitionem nulla requiritur collatio, nullusque ti-
tulus, nec quindennia ſunt ſpiritualia, nec ſpi-
ritualitati annexa, quorum tantùm incapax eſt
8 excommunicatus tamquàm ſeparatus ab Eccle-
ſia, ſeu poſitus extrà Eccleſiam *Ricciull de jure
perſon.extrà grem.Eccl.lib.*4.*cap.*1.*nu.*2.quia in
optione benè poteſt antiquior Canonicus, quàm-
9 tumvis excommunicatus, ad terminos *cap.fin.
de conſuetud.in 6.* declarare voluntatem ſuam
optandi differendo tamen proviſionem, ſeu exe-
quutionem optionis uſque ad tempus obtentæ
abſolutionis, cùm ſit quid facti, *Sayr.de cenſur.
lib.*2.*cap.*6.*n.*13.*Ricciull.de jure perſon. ext.grem.
Eccleſ.exiſtent.lib.*4.*cap.*11.*nu.*5.*in fine verſic.erit
cauthela, Moneta de option.cap.*4.*q.*2.*n.*20. *in fine
verſic.ſubdentes tamen.* eo modo, quo Canonici
10 excommunicati poſſunt aliquem in poſſeſſio-
nem Beneficii canonicè obtenti recipere, cùm
talis receptio ſit quid facti, nec aliquod jus tri-
buat de novo *cap. pro illorum* 22. *de Præbend.
Sayr.de cenſur.lib.*2.*cap.*6.*num.*12.in quindennio
autem percipiendo requiritur habilitas percep-
turi de tempore exactionis quindennii, cùm
illud dividatur inter habiles tantùm de eo tem-
pore, & portio vacans ob inhabilitatem unius
Canonici accreſcit illicò aliis Canonicis habili-
bus adinſtar fructuum, & diſtributionum inter
præſentes tantùm dividendarum ad *text. in cap.
unic. de Cleric. non reſid. in 6. S.Concil. Tridentin.
ſeſſ.*24.*de Reform.cap.*12.*verſic. diſtributiones*, ac
in ſpecie excommunicati *Ricciull. de jure perſon.
11 extr.grem.Eccleſ.exiſtent.lib.*4.*cap.*15.*n.*3. ità, ut
ſolutio quindennii non poſſit differri uſque ad
tempus abſolutionis excommunicati, quod non
contingit in optione, quæ ſtare poteſt in ſuſpēſo
uſque ad obtentam abſolutionem, in differenda
inſuper exequutione optionis agitur de præju-
dicio dumtaxat immediati Canonici antiquio-
ris, ſed in differenda ſolutione quindennii uſque
ad obtentam abſolutionem agitur de præjudi-
cio totius Capituli, dum hoc modo illa portio
vacans non accreſcet cæteris Canonicis, ſed re-
ſervaretur excommunicato in tempus ſuæ abſo-
lutionis, magis autem ſenſibile, magiſque nota-
bile evadit damnum, quod irrogatur toti Ca-
pitulo, quàm quod irrogatur uni tantùm Ca-
nonico, cùmque optio ſit declaratio voluntatis,
quæ eſt actus naturalis, excommunicatio non
poteſt tollere, quæ ſunt de jure naturæ, prout
defenſio, & ſimilia.

Omiſſo, quòd, cùm optio conſiſtat in ſimpli-
ci, ac mera voluntatis declaratione, *Monet. de
option.cap.*4.*q.*2. *n.*29. nec dependeat à facto, & 12
conſenſu Capituli *Monet. mox citat.tract. cap.*4.
*qu.*5.*concl.*6.*n.*78.*in fin.verſic.vel non eſſe neceſſa-
rium conſenſum Capituli*, non implicat, excom- 13
municatum poſſe optare, qui poteſt ea, quæ
ſunt facti, non autem Juris, ſivè ſaltem ea, quæ 14
ſunt præparatoria Juris, queve dependent ſolùm
à voluntate declaranda, nec per eam acquiritur
jus in re, prout acquiritur per proviſionem,
licet ad rem tantùm *cap.ſignificaſti* 6. *de eo, qui
dux.in matrim.quam poll. per adulter.cap.pro illo-
rum* 21.*de Præbend. cap.ſi verè* 34.*de ſent.excom-
munic.cap.decernimus* 8.*eod.in* 6.*cap.fin.de conceſſ.
Præb.in* 6. & Præbenda, quæ optatur, loco pri- 15
mæ habetur argumento *l.ſi donatæ* 36.*ff.de donat.
int.vir.& uxor.Rota dec.*8.*alias* 116.*nu.*6.*de ſent.
excommunicat. in antiqu.* eo modo, quo Canoni-
ci excommunicati poſſunt aliquem in poſſeſſio-
nem Beneficii canonicè obtenti recipere, cùm 16
talis receptio ſit quid facti, nec aliquod ius tri-
buat de novo *cap pro illorum* 22.*de Præb.Sayr.de
cenſur.lib.*2.*cap.*6.*n.*12. cùmque excommunica-
tus æquiparetur deportato iuxta notata in §.*Mi-* 17
nor 2 *Inſtitution.de capit.diminut.l.eius, qui* 8.*ff.
de teſtam.* deportatus verò poſſit eligere, & op-
tare latiſsimè *Nicol. Anton.de exil.lib.*2.*cap.*11.
per tot. ſequitur etiam excommunicatum poſſe
optare. Alias ſi ageretur de optione, per quam
acquiritur ius in re, & interveuit collatio cum 18
novo tituto, excommunicatus profectò talis
optionis eſſet incapax *cap. referente* 7. *de Præb.
Rota dec.*5 *aliàs* 195.*n.*2.*in fine verſiculo ſed poteſt
reſponderi, de conceſs.Præbend.in nov.* quindenniū
verò, illiuſque perceptio non dependet à volun-
tate percipientis, ſed à facto Capituli, mediante
ipſius quindennii diviſione facienda ſuo tem-
pore per Capitulum inter omnes Canonicos
capaces tantùm perceptionis, ut patet ad ſen-
ſum.

Prætereà malè arguitur de optione ad quin-
dennium, optio enim, ſeu actus ipſe optandi
competit Canonicis in particulari uti ſingulis,
non in univerſum uti Capitulo, cùm quantum- 19
vis ius optandi in actu primo (cum Philoſophis
loquendo) ſive in potentia proxima in ſe ſit ca-
pitulare *cap fin.de conſuetud. in* 6. tamquàm ius
quodam Capitulo competens tantùm, ſeu Col-
legiali Eccleſiæ, attamen in actu ſecundo iſtius
iuris exercitium capitulare non eſt, ſed benè
competens tantùm ſingularibus perſonis Capi- 20
tuli, ſeu de Capitulo, & Collegio, non quidem
tamquàm privatis Clericis (ſic enim omnes Cle-
rici optare poſſent, quod falſum eſſe conſtat ex
dic.cap.fin. ſed tamquàm ſingularibus perſonis
eiuſdem Capituli, ſeu Collegii *Moneta de optione
cap.*1.*qu.*2.*nu.*18.*in fine verſiculo in actu verò ſe-
cun-*

cundo, & cap.4. quæſt.5.conc.1.num.78. in medio verſiculo tamen actus ipſe optandi, & de diſtribut. quotid.par.2.qu.11.num.102.

Eſt benè verum, poſſe dari caſus, in quibus
21 ſaltem excommunicatus ſubindè poſſit recuperare quindennium, dummodò per Judicis Decretum excommunicatio declarata fuerit nulla, ac injuſta, & excommunicatus inſteterit pro abſolutione, nec non cauſæ cognitione *Foller.in prax.crimin.Canon.par.3.cap.33.n.111.Vgolin. de Cenſur.tabul.2.cap.12.nu.4.in princip.Rota coram Dunozet.jun.dec.380.n.5.cum ſeq.*

His itaque compoſitis, ſupereſt difficultas, quid dicendum, ſi Canonicus ſit excommunicatus excommunicatione minori tantùm, quæ ad differentiam excommunicationis majoris dicta fuit minor, quemadmodùm minor capitis di-
22 minutio appellatur reſpectu majoris,& maximæ *§.Minor 2.Inſtitution. de capit. diminut.* & cenſerem, tunc debere participare de quindenniis, cùm taliter excommunicatus, ſolius paſſivæ Sacramentorum communionis expers evadit, omnium autem aliorum communium actuum capax eſt, nulla indè incurſa pœna ſeparationis à Fidelibus; Sicque non ſolùm remanet Canonicus, ut anteà, ſed quoque Capitularis, ſeu de Capitulo, & gremio, adeò, ut ad actus Capitulares vocandus omninò ſit, in nihilum ob-
23 ſtante excommunicatione minori ad *text in cap ſi celebrat 10. de Cleric.excommun.miniſtr. cap.Si quem 59. de Sent.excommun. cap.à nobis 2. in fin. de exception.cap.illa 39.de electìon.Ricciul.de jure perſon.extr grem.Eccl.exiſtent lib.4.cap.31.nu.32. Lavor.de elect.canon.cap.16.n.89. Vgolin. de cenſur.tabul.3.cap 6.§.1.nu.1 & §.4 n.4. Alter.eod. tract.tom.1.diſput.4.cap.1.litera D.in principio fol. mihi 30.col.2.in fine, Suarez eod.tract. diſput.24. ſect.2.num.4.*

ARGVMENTVM.

Canonicus excommunicatus, ſuſpenſus à Canonicatu, ſivè interdictus ab ingreſſu Eccleſiæ, & Capituli, poſteà per ſententiam in rem judicatam tranſactam abſolutus ex capite innocentiæ ob detectam injuſtitiam excommunicationis, ſuſpenſionis, ſivè interdicti, repetere, & recuperare poteſt à Capitulo emolumenta quindenniorum medio tempore inter Capitulares diſtributa, in caſu quo Capitulares, quibus applicata fuerunt, ea bona fide conſumpſerint, exindè facti non ſint locupletiores, aliàs repetet ab ipſis Capitularibus pro ſua rata ſibi contingente.

SUMMARIUM.

1 *Canonicus excommunicatus, poſteàque ex capite innocentiæ liberatus, recuperat diſtributiones quotidianas.*

2 *Capitulum tenetur aſſervare portionem quindennialem Canonici excommunicati, donec penderet quæſtio ſuper juſtitia, vel injuſtitia excommunicationis.*

3 *Portio quindennialis impediti Canonici non vacat ipſo jure.*

4 *Capitulum dicitur eſſe in culpa non conſervando portionem quindennialem Canonici excommunicati, donec pendebat quæſtio ſuper juſtitia excommunicationis.*

5 *Rata Canonici impediti acquiritur quidem aliis Canonicis non impeditis, ſed revocabiliter.*

6 *Canonicus injuſtè impeditus habet actionem pro recuperatione ſuæ quindennialis ratæ tàm contrà Capitulum, quàm contrà impedientem.*

7 *Quod fortiùs procedit, ſi ſit excommunicatus pro cauſa Eccleſiæ.*

CAPITULUM CXXXII.

PRoſequendo articulum de excommunicato participante de quindenniis, firmatur in præſenti,quòd Canonicus excommunicatus, ſuſpenſus à Canonicatu, ſivè interdictus ab ingreſſu Eccleſiæ, & Capituli, poſteà per Sententiam in rem judicatam tranſactam abſolutus ex capite innocentiæ ob detectam injuſtitiam excommunicationis, ſuſpenſionis, ſivè interdicti, repetere, & recuperare poteſt à Capitulo emolumenra quindenniorum medio tempore inter Capitulares diſtributa in caſu, quo Capitulares, quibus applicata fuerunt, ea bona fide conſumpſerint, exindè facti non ſint locupletiores, aliàs repetet ab ipſis Capitularibus pro ſua rata ſibi contingente,quippè,ſi Canonicus ſimili vinculo ligatus, poſteàque ex capite innocentiæ 1
liberatus, repetit; ac recuperat diſtributiones quotidianas jam ſolutas, & diviſas inter præſentes in Choro, quantò magis repetet, ac recuperabit diſtributiones, ut ità dicam, quindenniales medio tempore exactas,jam ſolutas, & diviſas inter præſentes in Capitulo, *Barboſa de Canon. & Dignitat.cap.22.n.2.cum ſeq. & cap.24.nu.45. cum ſeqq.de jure Eccleſ.lib.3 cap.18. n.71. de Epiſcop par.3.alleg.53.nu.174.& ad S.Concil.Tridentin.ſeſ.24.de Reform.cap.12.num.121. Eſcobar.de Hor Canonic.qu.5.§.2.nu 61.cum ſeqq. Coſta de re integ.diſtinct.102.nu.4.& 13.Moneta de diſtribut. quotid par.2.qu.15.n.32.cum ſeqq.& num.42.cum ſeqq Lotter.de re benef.lib.3.qu.72 nu.139.Pignatell.conſult Canon.tom.9.conſult.116.n.70.* Sententia inſuper abſolutoria retrahenda eſt ad tempus exactionis,& diſtributionis quindenniorum inter alios Concanonicos factæ, àcſi de eo tempore Canonicus innocens detectus, jam abſolutus eſſet, quantumvis ex hujuſmodi retractione reſultet præjudicium aliorum Canonicorum, qui inter ſe diviſerunt emolumenta quindennialia, ſibi applicantes ratam ſocii tunc impediti, cùm ſint in culpa,quòd non curaverint aſſervari 2
portionem quindennialem eorum Canonici, & Collegæ, donec penderet quæſtio ſuper juſtitia, vel injuſtitia excommunicationis, quidquid, ſi hujuſmodi rata ceſſiſſet de mandato ſuperioris in utilitatem Eccleſiæ, ut in durioribus terminis diſtributionum quotidianarum *Coſta de re integ.diſtinct.102.n.6.& de retrotract.cap.8.caſ.7. nu.4.* immò per Collegas non poteſt prætendi, quòd portio quindennialis impediti ipſis accreſcat uti tunc intereſſentibus in Capitulo, cùm illa propriè non vacet ipſo jure, ſed defectus 3
intereſſentiæ proveniat conſequutivè per modū ſequelæ, idcircò non habeatur in conſideratione, *Coſta de re integra diſtinct.102.num.6.in fine verſiculo poſteaquàm.*

Videretur tamen aliquis ſupereſſe ſcrupulus cir-

circà modũ agendi pro recuperatione hujus ratę quindennialis contrà Capitulum, an contrà Concanonicos, quibus diviſa, & diſtributa fuerunt quindennia, an verò contrà injuſtè excommunicantem, ſuſpendentem, ſeu interdicentem ex eo, quòd hæc rata benè diviſa, & diſtributa inter alios Concapitulares in Capitulo tunc intereſſentes ſemel acquiſita, jam bona fide conſumpta ſit, & iſti uti ſuut jure ſuo medio tempore, interim non divinantes, conſocium fore abſolvendum, vel putantes, & ſperanres, eundem contrà injuſtè impedientem fore experturum jura ſua, verùm, ſi Capitulares bona fide conſumpſerunt quindennia inter ſe diviſa, nec indè facti fuerunt locupletiores, contrà Capitulum puto dirigendam eſſe actionem pro repetitione ratæ quindennialis, cùm fuerit in culpa
4 in illam interim non deponendo, & conſervando, ſeu ſequeſtrari faciendo penès idoneam perſonam, donec pendebat quæſtio ſuper juſtitia, vel injuſtitia vinculi, cùm nec divinare poſſet, quòd Collega non eſſet abſolvendus, veluti in fortioribus terminis diſtributionum Choralium *Eſcobar.de Hor.Canonic.qu.*5.§.2.*nu.*61.*cum ſeqq. Barboſa de Canonic.& Dignitat.cap.*42.*num.*45.*in fine verſiculo optimum interim conſilium*, *Moneta de diſtribut.quotid.par.*2.*qu.*15.*nu.*33.*&* 43.*cum ſeqq.* ac ſignanter *n.*44.*in princip.verſiculo verùm adhùc puto*, *Coſta de re integra diſtinct.*102.*nu.*4 *& 6.in principio, Antonell.de Jurib.& onerib.Cleric.lib.*2.*par.*6.*cap.ult.n.*128. ità, ut ſalvari poſſit,
5 & ſubſtineri, quòd rata impediti acquiratur quidem aliis non impeditis, ſed revocabiliter tantùm, ſeu reſolubiliter in eventum detectæ injuſtitiæ impedimenti, *Moneta de diſtribut.quotid.par.*2.*qu.*15.*n.*23.*in med.verſiculo nunc ſolùm dico*, *& n.*44.*in fine verſiculo neque obeſt*. Vel, ſi placet, tenendum eſt, injuſtè impeditum habere actionem pro recuperatione tàm contrà
6 Capitulares dividentes, quàm contrà injuſtè impedientem, electa via ſibi benè viſa vigore optionis, ſeu electionis, quam habet contrà hos, vel illum agendi, *Coſta de re integra diſt.*102.*n.*4.*circà finem verſiculo optione eidem competente, Antonell.de jur.& oner.Cleric.lib.*2.*par.*6.*cap.ult. num.*129.*cum ſeq. Moneta de diſtribution. par.*2.*quæſt.*15.*num.*45.

Neque facit, quòd medio tempore antè abſolutoriam eſt jus quæſitum aliis Concanonicis intereſſentibus Capitulo, ſuſtinentibus (ut ajunt) pondus diei, & æſtus, quia per impeditum non ſtat, quominùs aſſiſtat Capitulo, proindeque non eſt juſtum, quòd alii Collegæ ſub prætextu aſſiſtentiæ acquirant etiam portionem impediti, ſicque alienam.

Quæ omnia fortiùs procedunt, ſi Canonicus
7 excommunicatus ſit pro cauſa Eccleſiæ, vel alia ſimili, veluti ſi occaſione ſui Vicariatus Generalis ob defenſionem Juriſdictionis Epiſcopalis excommunicatur à Metropolitano, ſivè Nuncio Apoſtolico, vel ab alio Judice, *Gutierrez Canonic.quæſtion.lib.*1.*cap.*1.*n.*148.*cum ſeqq.*

ARGUMENTUM.

Canonicus carceratus ob ſibi imputatum delictum, poſteà ex capite innocentiæ ob detectam carcerationis iniuſtitiam excarceratus, prævia ſententia abſolutoria in rem iudicatam tranſacta, participare debet de quindenniorum emolumentis decurſis tempore indebitæ carcerationis.

SUMMARIUM.

1 *Impedimentum non proveniens ex culpa, æquiparatur infirmitati corporali.*

2 *Per Canonicum carceratum non ſtat, quominùs Choro interſit.*

3 *Capitulum tenetur conſervare portionem Præbendæ Canonico carcerato.*

4 *Abſolutio ex defectu probationis eſt adinſtar ex hactenùs deductis.*

5 *Refellitur* Monacellus *contrarium ſentiens.*

6 *Abſolutio ex indulgentia conceſſa, non tollit infamiam.*

7 *Canonicus obſes datus ab Eccleſia, aut cauſa repræſaliarum, ſivè ab hoſtibus detentus participat de quindennio.*

8 *Jure poſtliminii fingitur Canonicus præſens.*

CAPITULUM CXXXIII.

Reſtat videndum, quòd, non obſtante carceratione, quæ impedimentum humanum eſt, percipere poſſit Canonicus carceratus quindennia decurſa tempore carcerationis, ſi ob indebitam carcerationem fuerit relaxatus, firmando, quòd Canonicus carceratus ob ſibi imputatum delictum, poſteà ex capite innocentiæ ob detectam carcerationis iniuſtitiam excarceratus, prævia ſententia abſolutoria in rem judicatam tranſacta, participare debet de quindenniorum emolumentis decurſis tempore indebitæ carcerationis, quaſi quòd impedimentum huiuſmodi hoc caſu non proveniens ex culpa, & facto carcerati aſſimiletur infirmitati corporali, 1
*Card.de Luc. de Canon.diſc.*40.*num.*2. *in principio verſiculo in primo caſu*. Si namque indebitè carceratus acquirit diſtributiones quotidianas debitas ratione Chori, ſicque ſervitii divini, cùm 2
per eum non ſtet, quominùs Choro interſit, nec debeat ſine culpa jure ſuo privari, *Barboſa de Canon.& Dignitat.cap.*14.*n.*42.*cum ſeq.Lotter. de re benef.lib.*3.*qu.*27.*n.*142.*Moneta de diſtribut. quotid.par.*2.*quæſt.*6.*n.*80.*cum ſeqq.Pignatell.conſult.Canon.tom.*4.*conſult.*117.*n.*1. *&* 3.*in princip. ac in fine* quantò magis acquirere poterit diſtributiones quindenniales debitas ratione Capituli, ſicque ſervitii Capitularis, quantumvis per indirectum etiam Eccleſiæ, cùm nec per eum ſtet, quominùs interſit Capitulo, eo enim modo, quo Capitulum tenetur deponere, ac con- 3
ſervare portionem fructuum Præbendalium, ſeu ipſarum diſtrbutionum quotidianarum contingentem ipſi carcerato, *Pignatell.conſult.Canonic.*157.*n.*1.*tom.*4. tenetur etiam à fortiori deponere portionem, ſeu diſtributionem quindennii contingentem carcerato.

Eſt benè verum, quòd ad hoc, ut carceratus acquirat quindennium tempore ſuæ carcerationis, non ſufficit, quòd relaxetur, niſi præcisè relaxetur ex capite innocentiæ, ſi igitur abſolutus dumtaxat fuerit tamquàm non repertus culpabilis, nec de iure punibilis, putarem hoc caſu, non illi deberi ſuam portionem quindennialem

ex

ex eo, quod hæc abſolutio æquipollet abſolutio-
4 ni ex hactenus deductis, nec unquam tranſit in iudicatum, adeò, ut ſemper novis ſupervenientibus indiciis moleſtari iterum poſſit, & recarcerari, ut benè ad propoſitum diſtributionum quotidianarum *Pignatell.conſult.can tom.4. conſult.157.nu.3. poſt med.verſiculo ſed eſt dum-*
5 *taxat*, quidquid contrarium ſentiat *Monacell. formular.practic.Eccleſ.tit.2.formul.7.n.16.* quod fortiùs procedet, ſi abſolutio ſequatur poſt concordatum Fiſcum, & Partem, cùm tunc videa-
6 tur affectata potiùs, & ſolùm remiſſiva pœnæ, ſicque tamquàm lata ex indulgentia, non ex capite innocentiæ, non tollit criminis infamiam *l.indulgentia 3.C.de general.abolit.Pignatell.citat. conſult.157.num.4.tom.4.*

Eodem fermè pacto cenſerem, poſſe participare de quindenniis Canonicum obſidem da-
7 tum ab Eccleſia, aut detentum cauſa repreſaliarum, ſivè ab hoſtibus, prout ad propoſitum diſtributionum ponderat *Moneta de diſtribut. quotid. par.1.qu.5.n.65.cum ſeqq.* ſuffragante ad
8 hoc iure poſtliminii, quo fingitur Canonicus captivus ſemper interfuiſſe Capitulo, ac ſi nunquàm apud hoſtes eſſet ad *text. in §.Si ab hoſtibus 5.Inſtitution.quib.mod.jus patr.poteſt.ſolv.l.in bello 12.§.Cætera 6.l.retrò creditur 16.ff.de captiv. & poſtlimin.reverſ.l.captum 9.C.eod.*

ARGUMENTUM.

Capitulo Canonicorum ob delictum ſuſpenſo à divinis, & interdicto ab ingreſſu Eccleſiæ, exceptuatis tamen nominatim certis Canonicis tanquàm innocentibus, totum quindennium debetur ſolis Canonicis non complicibus, expulſis penitùs delinquentibus.

SUMMARIUM.

1 *Jus Capituli conſolidatur penès innocentes.*
2 *Laudemium ſolvitur ex conſenſu præſtito.*
3 *Emolumenta accreſcunt non delinquentibus.*
4 *Jus accreſcendi intrat inter Canonicos.*
5 *Canonici innocentes conſtituunt Capitulum.*
6 *Quidquid ſit, quãdo agitur de ſuſpenſione ab officio.*
7 *Canonici ſuſpenſi retinent jus conferendi.*
8 *Canonici innocentes repræſentare nequeunt Capitulum ſuſpenſum, ſeu interdictum.*
9 *Univerſitas repræſentari nequit per innocentes.*
10 *In una, eademque Eccleſia dari nequeunt duo capita.*
11 *Canonici percipiunt quindennium uti ſinguli.*
12 *Pœna ſuos tenet auctores.*
13 *Benè poteſt Univerſitas repræſentari per innocentes.*
14 *Canonici uti conſocii habere debent portiones vacantes per delictum aliorum Canonicorum, repræſentãdo totum Collegium jure Univerſitatis.*
15 *Portio vacans, accreſcit portioni, non perſonæ.*
16 *Suſpenſo, ſeu interdicto Canonico, diſtributiones quotidianæ accreſcunt reliquis Canonicis.*

CAPITULUM CXXXIV.

CUm delinquentes aliqui de Capitulo ſoleant puniri pœnis Eccleſiaſticis, ſuſpenſione videlicet à divinis, ſivè interdicto ab ingreſſu Eccleſiæ, reliqui verò de Capitulo reperti innocentes excipi in Sententia, ſicque non totum Capitulum ligari Eccleſiaſtico vinculo, operæ pretium eſt inveſtigare, quid ſtatuendum in hoc caſu circà acquiſitionem quindennii, an illud nempè integrum accreſcat cæteris Canonicis, ſeu Capitularibus innocentibus, proindè reſolvimus, firmando in præſenti, quòd Capitulo Canonicorum ob delictum ſuſpenſo à divinis, & interdicto ab ingreſſu Eccleſiæ, exceptuatis tamen nominatim certis Canonicis tanquàm innocentibus, totum quindennium debetur ſolis Canonicis non complicibus, excluſis penitùs delinquentibus, conſolidatur 1
enim jus Capituli penès innocentes ad *Text. in cap. Bonæ 3. il 1. de Poſtulat. Prælat. cap.Cùm Wintonenſis 25. de Elect. Caſtellin. de Election. cap.5. num.12. & cap.9.num.13. & 25. Lavor. eodem tract.cap.21.num.36.& 46. cum ſeq.juncto nu.49.& 82.cum ſeqq. Paſſerin.eod.tract.cap.31. num.3.cum ſeqq.à Bonon.eodem tract.par.1.cap.2. dub.13.nu.1. Bellon. de Jure accreſc.tom.1.cap.6. quæſt.54.num.1. cum ſeqq. Ragucc. de Voce in Capitulo quæſit.30. num.13. cum ſeqq. Barboſa in cap. Gratum 2. num.4. de Poſtulat. Prælat. & in cap.1.num.34. & in cap. Bonæ memoriæ 23.nu.2. & 18. de Electione.*

Præſens tamen reſolutio ſequentibus tribus videtur labefactari objectis.

I. Quia videretur etiam acquirendum quindennium Canonicis ſuſpenſis, ſeu interdictis pro eorum rata, cùm ad acquirendum quindennium nullus requiratur actus Capitularis, quidquid fortaſsè ſit ad acquirendum laudemium, quod ſolvitur Capitulo ex conſenſu ca- 2
pitulariter præſtito ad venditionem Emphyteuſis juxta terminos *l. fin. C. de Jure Emphyt.*

Sed nihil relevat, etenim, præterquamquòd ob incapacitatem acquirendi emolumenta Capitularia ratione ſuſpenſionis, neceſſe eſt, quòd emolumenta accreſcant, vel non decreſcant non 3
delinquentibus argumento *l. Re conjuncti 89. ff. de legat.3. l.unic. C.Si liber. Imper. Soc. lib.10. Cardoſ.de Jure accreſcend.in Prælud.num.12.cum ſeqq. illat.16.num.3.illat.27.num.23. & illat.31. num.1.Bellon.eod.tract. tom.1.cap.3.quæſt.2.n.14. cap.5.quæſt.35.num.7. cum ſeqq. cap.6.quæſt.46. num.5. cum ſeq. & quæſt.53. num.3. cum ſeqq.* Cùm enim quindennia ſint fructus Canonicatuum in communi, qui, aut eorum certa pars inter Concanonicos diſtribuitur, intrat jus accreſcendi, vel non decreſcendi, veluti in ſimili 4
de hujuſmodi fructibus Beneficii advertunt *Bellon. de Jure accreſc. tom.1. cap.6. quæſt.46. num.4. verſ. Secundus verò caſus, cum nn. ſeqq. & quæſt.47. num.9. in fine verſ. Si verò emolumenti ſumma, Covarruvias var. reſol. lib. 3. cap.13. num.7. in fine verſiculo, & ſanè ni fallor,* quantumvis ad acquirendum, ſeu exigendum quindennium non requiratur proprius, ac rigoroſus actus Capitularis ob defectum neceſſitatis præſtandi conſenſum in ficta alienatione de quindecim in quindecim annos, eveniente attamen, pro indubitato eſt, requiri ſaltem capitulariter ex parte exigentium, ſivè eſſe de Capitulo de tempore exactionis, de quo tempore Capitulum ſuſpenſum, ſeu interdictum non eſt ampliùs Capitulum, ſed deſinit eſſe

Capitulum durante ſuſpenſione, ſeu interdicto; Unde Canonici ſuſpenſi, ſeu interdicti non poſſunt prætendere quindennium uti jam non Capitulares, ſed benè ſolùm reliqui Canonici exceptuati tanquàm innocentes, & tanquàm
5 tales ſoli efformantes, & conſtituentes Capitulum, conſervanteſque jus Canoniæ *cap. Bonæ memoriæ* 3. *il* 1. *de Poſtulat. Prælat. cap. Cùm Wintonenſis* 25. *de Electione*.

II. Si Canonici ſuſpenſi, ſeu interdicti retinent jus conferendi Canonicatus in ſuo turno, competens Capitulo, ſicque non indè deſinentes eſſe Capitulares, ſeu de Capitulo ex ſimplici ſuſpenſione à divinis, & interdicto ab ingreſſu Eccleſiæ, niſi verba ſuſpenſionis, & interdicti fuerint talia, adeòque prægnantia, ut inducant totalem incapacitatem, quidquid aliter ad ſummum dicendum de ſuſpenſione ab officio, beneficio, & adminiſtratione, *Barboſa*
6 *de Canonic. & Dignit. cap.*41.*num.*6.*in fine verſiculo Suſpenſio à divinis, Card. de Luca in Annotat. ad Sacr. Concil. Tridentin. diſc.*43.*n.*26. *& diſc.*49. *num.*4. multò magis retinere debent jus exigen-
7 di quindennium, competens etiam Capitulo, quia non eſt ità abſolutè verum, nec à Rota amplexatum opinamentum, quòd Canonici ſuſpenſi retineant jus conferendi *Rota cor. Bichio dec.*587. *num.*19.

III. Immò videretur, quòd nec Canonici exceptuati à ſuſpenſione, ſeu interdicto tanquàm habentes jus exigendi quindennia uti univerſi, non uti ſinguli, acquirere poſſent quindennium, cùm etiam ipſi, non obſtante exceptuatione, afficiantur ſuſpenſione, ſeu interdicto tanquàm membra quoad actiones totius Capituli delinquentis, non quoad culpam, neque reſpectu actus ſpectantis ad ſingulos uti ſingulos, ſeu particulares, quod propriè non eſt puniri propter peccatum alienum, ſed eſt aliquo modo participare de pœna totius, quod peccavit, prout nec Canonici innocentes, ex eodem motivo poſſunt conferre, in hac, & illa actione repræſentare non valentes Capitulum,
8 quod reperitur ſuſpenſum, ſeu interdictum, ob ejuſdem culpam ſuſpendenti, ſeu interdicenti odioſum *Coninch. de Cenſur. diſput.* 15. *dub.*3. *conc.*3.*nu.*26. *& diſput.*17. *dub.*1.*conc.*3.*notab.*2. *num.*6. *Rota coram Bich. dec.*587. *num.*21. *cum ſeqq. tom.*2.*ac in recent. dec.*43.*num.*10. *cum ſeqq.* ac ſignanter *nu.*29. *& dec.*88.*num.*10. *cum ſeqq. par.*12.ſemel enim infecta univerſitate, infectio influit etiam in innocentes quoad participationem ſuſpenſionis, & interdicti, cùm non poſſit
9 univerſitas hoc caſu repræſentari per innocentes *Card. de Luca de Benefic. diſc.*23.*num.*11.*cum*
10 *ſeqq.* aliàs vel neceſſe eſſet dare in una, & eadem Eccleſia duo Capitula, alterum ſcilicet ſuſpenſum, & interdictum, aliud neque ſuſpenſum, neque interdictum, quod impoſſibile eſt, niſi cum monſtruoſitate, & abſurdo maximo *Barboſa axiom.*5. *num.*1. *& per tot.* vel Capitulum eſſet repræſentabile, ſeu repræſentaretur per non ſuſpenſos, quod fieri nequit.

Verùm nihil movet, quia jus conferendi dependet ab actu Capitulari inexercibili etiam per Canonicos innocentes, jus autem percipiendi quindennia non dependet ab aliquo actu Capitulari, ut jam ſuperiùs inſinuavimus, ſed etiam extra Capitulum benè illud exerceri valet, quamvis in perceptione requiratur qualitas Capitularitatis de tempore perceptionis, ac in tantum non poſſet repræſentari Capitulum ſuſpenſum, uti odioſum per non ſuſpenſos, in quantum ageretur de actu verè, ac in rigore Capitulari, qualis tamen ex dictis non eſt exactio quindennii, quæ vel extracapitularis, vel ad omne pejus quaſi Capitularis eſt, habens ſolam deſcendentiam à jure Canoniæ.

Nec eſt verum, quòd uti univerſi percipiunt quindennium, quia immò uti ſinguli illud percipiunt, ſeu uti ſingulares perſonæ, ac ut bona 11
propria, non autem ut bona communia, ſeu univerſitatis, veluti ad ſimile propoſitum advertit in ſpecie Canonicorum *Moditius in* §.*Plebiſcitum* 4.*dubit* 62.*nu.*2. *cum ſeqq. Inſtitut. de Jure natur. gent. & civil.* proindeque peccatum alienum illis obeſſe non debet, cùm pœna ſuos teneat auctores, non autem extendi ad 12
innocentes *l. Sancimus* 22. *C. de Pœn.* nè aliter in materia non Capitulari innocentes puniantur alieno delicto, immò idem *Card. de Luca loc. mox citat. num* 11. declarat benè poſſe re- 13
præſentari univerſitatem per innocentes, non obſtante infectione aliquorum.

Quibus ſtantibus, non contemnenda occurrit difficultas, circà modum acquirendi, necnon diſtribuendi quindennium, utrùm nempè illud debeatur pro tangente tantùm rata cuilibet ex Canonicis non delinquentibus, reliquæque ratæ quindenniales formantes integralitatem quindennii, quæ deberentur cæteris Canonicis delinquentibus, ſi non deliquiſſent, debeantur Eccleſiæ, de qua eſt Capitulum ſuſpenſum, ſeu interdictum, an verò totum quindennium acquiratur Canonicis innocentibus, proportionabiliter inter eos diſtribuendum, excluſa penitùs Eccleſia à portionibus Canonicorum delinquentium, ſeu ſuſpenſorum, & crederem, totum quindennium proportionabiliter deberi Canonicis innocentibus, nulla habita ratione ad Eccleſiam, etenim portiones delinquentium per jus accreſcendi, ſeu non decreſcendi obvenire debent non delinquentibus ultrà particulares alias portiones ſibi jure proprio debitas; quaſi quòd uti conſocii ſuccedere debeant 14
etiam in aliis portionibus vacantibus per delictum ſociorum, repræſentando totum Collegium jure univerſitatis per *Text. in* §. *Si eadem res* 8.*Inſtitut. de legat.* quia quindennium acquiritur inſolidum Capitulo, & per concurſum Capitularium fiunt partes, atque ideò, ſi pauciores concurrere poſſunt, minus decreſcit concurrentibus, cùm portio hoc caſu accreſcat portioni, non perſonæ adinſtar alluvionis, ſicque 15
impinguet ipſam portionem, quæ aliàs longè minor eſſet, ſi reliqui Canonici non deliquiſſent *l. Si Titio* 39. *in fine ff. de Uſufruct. l. unic. C. Quand. non petent. part. petent. accreſc. Coſta de Ratæ quæſt.*179. *num.*3. eodem modo, quo ſuſpenſo 16
ſeu interdicto Canonico, diſtributiones quotidianæ accreſcunt reliquis *Moneta de Diſtribut. quotid. par.*3. *quæſt.*6. *num.*40. *cum ſeqq.*

ARGU-

ARGUMENTUM.

Capitulo ſuſpenſo, in ſuſpenſione tamen exceptuato uno tantùm Canonico uti innocente, adhùc totum quindennium acquiritur uni tantùm Canonico remanenti.

SUMMARIUM.

1 *Capitulum repræſentatur in unico tantùm Canonico non delinquente.*
2 *Unicus tantùm Cardinalis repertus in Conclavi, cæteris exeuntibus, Papam eligere poteſt.*
3 *Quod procedit, etiamſi unus tanùm ſuperſit Cardinalis.*
4 *Canonico ſuſpenſo, ſeu interdicto, Eccleſia acquirit quindennium.*
5 *Solus Canonicus remanens in Capitulo, reliquis diſcedentibus, habet jus eligendi.*
6 *In Canonico non delinquente Capitulum remanet ſaltem in habitu.*
7 *Unicus Canonicus non ſuſpenſus repræſentat totum Capitulum ſuſpenſum.*
8 *De Jure civili ſaltem tres requiruntur ad conſtituendum Collegium.*
9 *De Jure autem Canonico ſaltem duo.*
10 *Collegium, poſtquàm ſemel in pluribus conſtitutum fuit, poteſt etiam in uno conſervari.*
11 *Exiſtentibus Patronis inhabilibus ad præſentandum, jus præſentandi reſidet penès habiles.*
12 *Grex deſinit eſſe, ſi unum tantùm animal remanſit.*
13 *Una tantùm ovis venit ſub nomine gregis.*
14 *In uno ſolo Canonico innocente benè remanere poteſt jus Collegii.*
15 *Æquum non eſt, quòd innocens privetur jure Collegii, ſeu Capituli, ex aliorum culpa.*
16 *Jus præſentandi remanet penès Patronos non delinquentes.*
17 *Capitulum ſuſpenſum repræſentatur per unum tantùm Canonicum, tanquàm corpus infectum.*
18 *In Collegiis cenſuræ reſpiciunt effectus tantùm intellectuales.*
19 *Omnes deſcendentes ex radice infecta, remanent excluſi à ſucceſſione.*
20 *Declarantur* deciſ.43. num.14. & dec.88.nu.19. par.12. rec.
21 *Innocens puniri non debet pro nocente.*
22 *Unus tantùm Canonicus agere poteſt favore Capituli.*
23 *Jus eligendi non conſervatur in uno, aut pluribus Compromiſſariis non delinquentibus, ſed reſidet penès compromittentes.*
24 *Jus eligendi non devolvitur ad minorem partem Compromiſſariorum.*
25 *Delinquens ſibi imputare debet.*

CAPITULUM CXXXV.

IN *ſuperiori Cap.* vidimus, quòd ſuſpenſo Capitulo, exceptuatis aliquibus Canonicis uti innocentibus, quindennium acquiratur reliquis non ſuſpenſis, nunc videbimus, idem quindennium acquiri etiam uni tantùm Canonico exceptuato in ſuſpenſione totius Capituli, reſolvendo, quòd Capitulo ſuſpenſo, in ſuſpenſione tamen exceptuato uno tantùm Canonico uti innocente, adhùc totum quindennium acquiritur uni tantùm Canonico remanenti, namque
Capitulum præſertim in favorabilibus repræ-
ſentatur etiam in unico tantùm Canonico non
delinquente, qui fictione Juris, licet unus, di-
citur quodammodò Collegium *Barboſa de Ca-* 1
*nonic. & Dignitat. cap.41. num.15. & de Jure
Eccleſ. lib.1.cap.16. num.46. & in cap.1. num.4.
de Electione, Raguccius de Voce in Capitulo quæ-
ſit.7.num.2. per Text.in l.Sicut Municipum 7.§.In
Decurionibus 2.in fine ff.quod cujuſque univerſit.
nomin.Cyriac.contr.416.num.2. Rebuff. in l.Neratius* 85. *antè med. verſ. Intelligite in fine, & poſt
med. veſic. Jus autem Collegii ff. de Verb. ſignif.
Vivian. in prax. Juriſpatr. lib.9. cap.3. num.9.
Pignatell. conſult.Canon.tom.9. conſult.150.nu.4.
in princip. verſic. Cùm jus Collegii, Pax Jordan.
lucub.tom.2. lib.7.tit.5.num.8. Frances de Eccleſ.
Cathedral.cap.25.num.222.in fine verſ.Qui notat,
Biax.director.electton.par.3.cap.6.num.5. Peyrin.
in Subdit. Religioſ. quæſt.1. cap.31. §.6. verſic. Si
quæras, à Bonon.de Elect.par.1.cap.1.dub.13.n.4.
Caſtellin. eod.tract. cap.5. num.3. & 86. Paſſerin.
eod.tract.cap.10.num.8.cap.11.nu.93.99.& 102.
& cap.31.n.4.Alterius de Cenſur.tom.2.tit.de Interdict.diſput.11.cap.3. in princip.lit.C. verſic.Reſpondeo, fol.479. col.2. Lotter. de Re beneſ. lib.1.
quæſt.14.num.109. D.Advoc.Piton.Diſcept.Eccl.
par.1.diſc.8. num.19. Cobell. ad Bull. bon. Regim.
cap.13.n.4. Samuel. de Elect.Canon.cont.8.tract.1.
conc.1. & conc.4. num.10. cum ſeqq. Paſqualig.
deciſ.moral.253. num.7. Rota coram Card.Seraph.
deciſ.860.num.3.in princip.Carill.dec.214.n.3.quę
eſt repet. in deciſ.78. num.4. par.9. recent. tom.1.
Rembold. dec.376. num.10. cum ſeq. deciſ.972.
num.unic. par.3. diverſ.* Undè, ſi tempore Sedis
vacantis reperiatur in Conclavi clauſus ùnicus 2
tantùm Cardinalis, cæteris exeuntibus, vel ne-
gligentibus, Papam eligere poteſt per *Text. in
Clem. nè Romani 2. §.Porrò 3.de Electione, Lavor.
de Elect.canon.cap.6.num.26. in princip. Caſtellin.
eod.tract.cap.5.num.86.Paſſerin.eod.tract.cap.11.
num.94.& de Elect. Papæ quæſt.16.nu.12 Cobell.
ad Bull.Bon.Regimin.cap.13.num.4.cum ſeq.& in
notit. Cardinalat. cap.16. privileg. 1. circà fin.
verſ.Cùm autem in med.litera B.fol.mihi 156.Barboſa de Jure Eccleſ. lib.1. cap.1. n.74. Villadieg.
de Orig. & poteſt.Cardinal.quæſt.5.num.26.*Idemque dicendum ſecundùm aliquos etiam in caſu
(quod Deus avertat) mortis omnium Cardina- 3
lium, præter unum ſuperſtitem *Borell. de Compromiſs. §.2. gloſ.1. num.328. cum ſeqq.*

Hinc eſt, quòd vice verſa in fortioribus ſi
totum Capitulum ſuſpenſum, ſeu interdictum
ſit, etiamſi omnes de Capitulo, ſeu Canonici
morientur, uno tantùm Canonico ſuperſtite,
adhùc ille unus uti repræſentans totum Capitulum in materia quoque odioſa, ac pœnali (quod
fortius eſt) remaneat ſuſpenſus, ſeu interdictus,
nec poterit tali caſu ſibi acquirere quinden- 4
nium, ſed illud acquiret Eccleſia *Cyrill. in prax.
Eccleſ. Interdict. num.*100. eodem modo, quo
diſcedentibus omnibus Canonicis de Capitu- 5
lo, uno tantùm remanente, iſte ſolus remanens habet jus eligendi *Rebuff. in l.Neratius* 85.
circà fin. verſic. Idem dico ff. de Verb. ſignificat.
ſuſpenſio enim Capituli non tollit Collegialitatem, ſeu Collegium, Capitularitatem, ſeu
Capitulum ſaltem in habitu, quæ remanet in 6

non

non delinquente *D. Advoc. Piton. Diſcept. Eccleſ. tom.* 1. *diſc.* 8. *num.* 19. *in med.* fortiùſque in caſu controverti nequit, jus percipiendi quindennium reſidere penès unum Canonicum non ſuſpenſum, quando reliqui omnes Canonici impediti ſunt ad illud percipiendum, uti ſuſpenſi, ideòque non ampliùs Capitulares, ſeu de Ca-
7 pitulo, veluti ad aliud propoſitum in ſpecie unius Canonici non ſuſpenſi repræſentantis totum Capitulum ſuſpenſum, & tradere valentis poſſeſſionem nomine Capituli firmat *Rota cor. Carili. dec.* 243. *num.* 4. & *in recent. dec.* 78. *num.* 4. *par.* 9. *tom.* 1.

In nihilum refragante, quòd Collegium in
8 uno conſtitui nequeat, cùm de Jure civili ſaltem tres requirantur ad conſtituendum Collegium prophanum *l. Neratius* 85. *ff. de Verb. ſignif. ubi Alciat. num.* 1. & *Rebuff. in princip. Paſſerin. de Elect. Canon. cap.* 10. *num.* 4. *Paſqualig. dec. moral.* 253. *num.* 2. *Cobell. ad Bull. Bon. Regim.* §. 3. *gloſ.* 2. *cap.* 13. *num.* 3. *Card. de Luca ad Sac. Concil. diſc.* 31. *num.* 4. *R. P. D. Peregrin. Maſſer. Utriuſque Signaturæ Votans, olim ejuſdem Auditor, & in Urbe ſummi nominis Advocatus, de Legat. Avenion. lib.* 1. *cap.* 14. *n.* 22. *Franc. de Competent. quæſt.* 13. *num.* 4. *Rota cor. Dunozet. jun. dec.* 856. *num.* 4. & *ad Card. de Luca deciſ.* 13. *num.* 3. & 8.
9 *lib.* 7. *ſup. mater. de Donation.* & de Jure Canonico ſaltem duo ad conſtituendum Collegium Eccleſiaſticum (de quo ſermo eſt) cùm multò minor ſit numerus Clericorum, *cap.* 1. *cap. Congregatio* 53. *de Electione, Brechæus in l. Neratius* 85. *n.* 9. *cum ſeq.* & *Rebuff. in princip. verſ. Intelligite ff. de Verb. ſignif. Alciat. in l. Deteſtatio* 40. §. *unicus* 3. *num.* 84. *ff. eod. Paſſerin. de Electione cap.* 10. *num.* 4. *Samuel. eod. tract. controv.* 8. *tract.* 1. *conc.* 2. *num.* 2. *cum ſeqq. Paſqualig. dec. moral.* 253. *num.* 1. Immò de Jure divino ex *Matth.* 18. 20. *ubi fuerint duo, vel tres congregati in nomine meo*, quia licet verum ſit, in uno à principio non poſſe conſtitui Collegium, attamen poſt-
10 quàm ſemel illud in pluribus conſtitutum fuit, poteſt totum illius jus ad unum reduci, inque uno conſervari ad *Text. in l. Sicut municipium* 7. §. *In Decurionibus* 2. *ff. Quod cujuſque univerſitat. nomine, Lavor. de Electione cap.* 15. *num.* 26. *in fine, Moditius in* §. *Plebiſcitum* 4. *dubit.* 85. *num.* 1. *Inſtitut. de Jure natural. gent. & civil. Alteſerra de Fiction. Jur. tract.* 1. *cap.* 23. *in fine verſ. Quandoque verò in fine verbo ſic ſi Capitulum*, ſicuti
11 dicitur de Patronis, qui conſervant etiam quoad alios jus, & poſſeſſionem præſentandi, quando alii compatroni inhabiles ſunt ad præſentandum, *Bellon. de Jure accreſc. tom.* 1. *cap.* 6. *quæſt.* 48. *num.* 13. *cum ſeqq.* & ſignanter *num.* 28.

Minùs relevat, quòd per ſuperviventiam
12 unius de Collegio deſinit eſſe Collegium, indè grex deſinit eſſe, ſi unum tantùm animal remanſit de grege *l. Si grege legato* 22. *ff. de le-*
13 *gat.* 1. attamen quia una ovis eſt pars gregis, capax eſt conſervandi, & veniendi ſub nomine gregis §. *Si grex legatus* 18. *Inſtitut. de legat. l. Grege legato* 11. *l. Si grege legato* 22. *ff. de legat.* 1. *l.* 1. §. *fin. ff. de Rei vindic. Alteſerra de Fiction. Jur. tract.* 1. *cap.* 23. *in fine, verſic. Quandoque verò in fine, Camarella de legat. lib.* 3. *tit. de Grege legato quæſt.* 1. *num.* 2. eſt eadem ratio de grege, & ove, quæ eſt de hominibus, oves enim uti irrationales ſunt incapaces jus habendi, ſicque remanente ſola una ex illis, grex non remanet, ſed homines uti rationales, ſunt capaces juris, ac ideò facultas, vis, & poteſtas Collegii in uno ſolo remanere poteſt, quaſi quòd 14
manente innocentia in uno de Collegio, ſeu Capitulo maneat vita, ac anima Collegii, ſeu Capituli, ejuſque par virtus, & poteſtas *Card. de Luca Miſcell. Eccleſ. diſc.* 38. *n.* 20. & *in annot. ad Sacr. Concil. Tridentin. diſc.* 31. *nu.* 4. & *diſc.* 43. *num.* 24. & 25. & *de Præemin. diſc.* 21. *num.* 4. & *de Paroch. diſc.* 28. *n.* 10. & *de Regalib. diſc.* 125. *num.* 11. *verſ. Ut habeamus*: Undè ſi debetur quindennium toti Capitulo, debetur etiam parti ipſius Capituli, nec æquum eſt, ut innocens ex aliorum defectu, vel culpa privetur 15
jure Collegii, ſeu Capituli, & proprio, ut in his terminis notat *Paſſerin. de Electione canon. cap.* 31. *num.* 4. *in princip. verſic. Et quamvis*; Hinc eſt, quòd in Patronis, Collatoribus, aut Con- 16
firmatoribus, ob culpam, vel ob aliam cauſam effectis inhabilibus ad exercitium eorum juris, remanet jus totale penès unum tantùm Patronum habilem, ac non delinquentem *Paſſerin. de Elect. canon. c.* 31. *n.* 4. *in fine verſ. Quod verù eſt.*

Longèque levioris ponderis eſt, quòd, quantumvis Capitulum, uti in ſe corpus Politicum, & morale, conſervetur, & ſit repræſentabile etiam per unum dumtaxat Canonicum, repræ- 17
ſentatur tamen tanquàm corpus infectum, ac inhabile ad exercendum actus, *Rota in recent. deciſ.* 43. *num.* 14. *par.* 12. cùm impoſſibile ſit, dari membra corporis infecti, quæ non participent de infectione corporis, ſivè quòd infecto corpore aliqua membra valida, multòque minùs unum tantùm membrum, poſſint conſtituere corpus validum tàm ex ratione impoſſibilitatis, quàm implicantiæ dandi duo corpora unius perſonæ, ità, ut in hujuſmodi corporibus univerſalibus, quorum cenſuræ reſpi- 18
ciunt ſolummodò effectus intellectuales impeditivos jurium præeminentialium, ſeu juriſdictionalium, *Card. de Luca de Benefic. diſc.* 23. *num.* 12. *in fine*, & *num. ſeq.* Sicque non videretur, unicum Canonicum nomine Capituli effecti inhabilis ad percipiendum quindennium, poſſe percipere quindennium, quod ipſummet Capitulum percipere nequit, immò Canonicus, quamvis innocens, & exceptuatus in ſuſpenſione, nihilominùs uti proveniens ex radice infecta, cenſendus eſt etiam ipſe excluſus ad inſtar excluſorum deſcendentium à perſona 19
excluſa, uti de radice infecta provenientium *Peregrin. de Fideicommiſs. artic.* 26. *n.* 2. & *art.* 27. *num.* 18. quia objectum ad ſummum urgeret, ſi verſaremur in actu juriſdictionali, aut pro- 20
priè, & in rigore Capitulari, veluti ſupponit *citata deciſ.* 43. *num.* 14. *par.* 12. *recent.* & *dec.* 88. *num.* 19. *ead. par.* 12. actus autem exactionis quindennii non eſt propriè Capitularis, dum ad illud exigendum non requiritur convocatio Capituli; & aliàs ſequeretur maximum abſurdum, quòd innocens puniretur pro nocente, illiuſque pœnam ſentiret contra *l. Sancimus* 8. 21
C. de Pœn. Ultraquamquòd partes Capitulares ſunt diſcretæ non continuæ, atque ideò membrum ſanum non putreſcit per contactum membri putridi.

Haud

Haud minoris momenti eſt animadverſio, quòd unus quidem Canonicus repræſentat Capitulum in favorabilibus ipſi Capitulo in univerſum, undè favore Capituli poteſt unus tan-
22 tùm Canonicus agere, illùdque defendere, etiamſi alii mortui ſint, vel abſentes, *Rota deciſ.872. num.1. par.3. diverſ.* non hinc tamen ſequitur, quòd unus tantùm Canonicus repræſentet Capitulum in re favorabili ipſi Canonico, qualis eſt ipſa quindennii perceptio, quando nec repræſentaret in rebus favorabilibus uti ſingulis, quia ſatis eſt, quòd ad hoc, ut unus Canonicus repræſentet Capitulum etiam in ſibi tantùm favorabilibus, non reſultat damnum toti Capitulo, prout non reſultat in caſu, cùm reliqui Canonici tanquàm impediti ſpirituali vinculo, quindennium pro ſe percipere nequeant.

Ejuſdem furfuris eſt, quòd, ſicuti aliquibus compromiſſariis eligentibus indignum, vel aliquo modo ob delictum inhabilibus redditis ad
23 eligendum, jus eligendi non conſervatur in uno, immò nec in pluribus aliis compromiſſariis non delinquentibus, ſed reſidet penès compromittentes *cap. Si compromiſſarius 37. de Electione in 6. Lavor. de Electione cap.21. num.51. à Bonon. eod. tract. par.1. cap.2. dub.13. num.1. poſt med. verſic. Dixi, Paſſerin. eod. tract. cap.29. n.83. & cap.31. num.5.* ità multò minùs conſervabitur jus Collegii in uno tantùm Canonico ad effectum percipiendi quindennium, quia compromiſſarii non eligunt uti univerſi, ſeu uti Collegium, ſed uti ſinguli, cùm non eorum Collegio, ſed ſingulis data ſit facultas eligendi, ideò facultas eligendi non reſidet in minori parte, cùm minor pars non ſit minor pars alicujus Collegii, cui conveniat electio, ſed illis, qui ſunt minor pars, convenit eligere, ut ſingulis, & quod illi faciunt, faciunt illi, non verò totum aliquod Collegium, vel major pars
24 Collegii, ideoque ad minorem partem compromiſſariorum non devoluitur jus eligendi, veluti notat *Paſſerin. de Electione cap.31. num.5.* & quia compromittentes elegerunt induſtriam perſonarum omnium compromiſſariorum.

Minùs demùm relevat, quòd durum videatur, ut unus tantum percipiat, quantum omnes de Capitulo perciperent, ſi ſuſpenſi non eſſent, quia unus repræſentans Capitulum, utitur jure ſuo, nec aliis injuriam facit, cùm per eum non ſtet, quominùs omnes de Capitulo perci-
25 piant, qui ſibi imputare debent, ſi deliquerunt *l. injuriarum 13. §. 1. ff. de injur. l. quod & lex 3. §. His tamen 2. ff. de homine libero exhibendo, l. fluminum 24. ff. de damno infecto.*

ARGUMENTUM.

Suſpenſo, ſivè interdicto toto Capitulo, nemine ex Canonicis exceptuato, poſt ſuſpenſionem, ſeu interdictum aliquis effectus Canonicus, tamquàm non ſuſpenſus, aut interdictus poteſt ſibi acquirere quindennium.

SUMMARIUM.

1 *Suſpenſo, ſeu interdicto toto Capitulo, poſt ſuſpenſionem, ſeu interdictum aliquis effectus Canonicus acquirit quindennium.*

2 *Aquiſita nova terra poſt interdictum, non ſubjacet interdicto.*

3 *Populus comparatur aquis fluvii continuò decurrentibus.*

4 *Novi Canonici non ſunt de Capitulo ſuſpenſo, ſed ſunt nova membra Capituli non infecti.*

5 *Navis per partes refecta, eadem reputatur.*

6 *Eccleſia reædificata gaudet eiſdem Indulgentiis, quibus gaudebat antè reædificationem.*

7 *Perſona de novo ingreſſa, non eſt ſuſpenſa, ſeu interdicta.*

CAPITULUM CXXXVI.

PRofectò haud rarò contingere poteſt, quòd poſt paſſam à toto Capitulo ſuſpenſionem aliquis provideatur de Canonicatu, proindeque oriatur quæſtio, an huic novo Canonico ſupervenienti acquirendum ſit quindennium uti non compræhenſo in ſuſpenſione, an verò è contrà cenſeatur iſte quoque in ſuſpenſione incluſus tamquàm membrum ejuſdem Capituli ſuſpenſi; undè pro reſolutione præſentis puncti valdè ſin-
gularis firmatur, quòd ſuſpenſo, ſivè interdicto 1
toto Capitulo, nemine ex Canonicis exceptuato, poſt ſuſpenſionem, ſeu interdictum aliquis effectus Canonicus, tamquàm non ſuſpenſus, aut interdictus poteſt ſibi acquirere quindennium *Rota coram Card. Seraphino dec.860. n.3. in*
princip. ſicuti namque interdicta terra, ſi poſteà 2
Dominus acquirat novam terram poſt interdictum, iſta nova terra non ſubjacet interdicto, niſi verba ſententiæ id exprimant, *Geminian. in cap. ſi ſententia 16. §. Cæterùm 1. num.6. de ſentent. excommunication. in 6.* ità à fortiori novus Canonicus factus poſt ſuſpenſionem, ſeu interdictum, non ſubjacebit ſuſpenſioni, aut interdicto.

Nec movet, quòd Canonicus novus ſuperveniens poſt ſuſpenſum Capitulum, videretur compræhenſus in ſuſpenſione tamquàm membrum, & pars Capituli ſuſpenſi, & tamquàm verè unus ex Capitulo, ad inſtar Civis ſupervenientis durante interdicto Civitatis, qui eodem interdicto ligatur ſine nova ſententiæ prolatione, populus
enim comparatur aquis fluvii continuè decur- 3
rentibus, & ſibi invicem ſuccedentibus, cùm ſemper eadem aqua numero ſit, quæ accedit in fluvium diverſa, recedens ab alveo fluminis, *Alterius de cenſur. tom.2. tit. de interdict. diſp.1. cap.5. in principio litera A. verſiculo reſpondeo, durante interdicto, & litera E. verſiculo reſpondeo, cùm dicimus, fol. mihi 299. col.1. in princip. & in fine*, ac in terminis novi Canonici ſuperventi poſt interdictum Capitulum *Maranta controv. 13. n.24. cumſeqq. par.3.* quidquid ſit, ſi omnes
de Capitulo ſuſpenſo, ſeu interdicto deceſſiſſent, 4
& novi Canonici ſubrogarentur, cùm tunc novi iſti Canonici non ſint de illo Capitulo ſuſpenſo, quod jam periit, ſed ſint nova membra non infecti Capituli, *Alterius de cenſur. tom.2. tit. de interdicto diſput.1. cap.5. in principio litera A. ver-*
ſiculo reſpondeo, cùm dicimus fol. mihi 299. col.2. 5
in principio, exemplo navis, quæ per partes reficitur, eadem navis reputatur, ſed quæ tota diſſolvitur, & iterùm reficitur, non eſt eadem, immò dicetur alia navis, eodem modo domus

ex

ex parte collapſa, & reſtaurata dicitur eadem, verùm omninò deſtructa, poſteàque renovata, non ampliùs eadem, ſed alia domus dicitur *l. inter ſtipulantem* 83. §. *Sacram* 5. *verſiculo nam etſi navem, & verſiculo & navis ff. de verb. oblig. l. quid tamen* 10. §. *In navis* 7. *ff. quib. mod. uſufruct. amitt.* eodemque modo, quo Eccleſia reædificata gaudet eiſdem Indulgentiis, quibus gaudebat antè reædificationem, maximè ſi fuit deſtructa terremotu, vel cauſa belli, vel alio caſu fortuito, *Diana reſol. moral. par.6. tract.7. reſol.32. verſiculo verùm, Paſſerin. de Indulgent. qu.18. n.172. in principio, Antonell. de loco legati lib.1. cap.3. qu.6. n.83. cum ſeqq.*

6

Putarem tamen eſſe diſtinguendum, an ſint ſuſpenſi, ſeu interdicti Canonici collectivè ſumpti, an ſingulariter, & in primo caſu neque is, qui poſt ſuſpenſionem, aut intetdictum ſubingreditur, ut puto, poteſt habere quindennium, quia membrum eſt, ſeu pars Collegii ſuſpenſi, ſivè interdicti, & eadem inhabilitate afficitur, in ſecundo verò caſu aliter dicendum exiſtima-
7 rem, quia perſona de novo ingreſſa non eſt ſuſpenſa, ſeu interdicta ad *text. in l. ſi ex toto* 8. §. *Fin ff. de legat.*1. *l. quotiès* 2. *l. grege autem legato* 6. *ff. de legat.*2. *l. ſcire debemus* 29. *l. quod dicitur* 86. *ff de verb. ſign Gomez Cardoz. de jure accreſc. illat.*7. *n.*1. *& per tot.*

ARGUMENTUM.

Suſpenſo, ſivè interdicto toto Capitulo abſque exceptuatione alicujus ex Canonicis, hiſque poſteà decedentibus, uno tantùm Canonico remanente ſuperſtite de tempore maturati quindennii, non obſtante ſuſpenſione, ſeu interdicto, iſte Canonicus ſuperſtes benè poteſt ſibi quindennium acquirere.

SUMMARIUM.

1 *Penès unum tantùm Canonicum quandoque reſidere poteſt vis Capituli.*
2 *Apud unum tantùm Cardinalem reſidere poteſt facultas eligendi Papam.*
3 *Nemo debet ex propria culpa commodum reportare.*
4 *Odia veniunt potiùs reſtringenda.*

CAPITULUM. CXXXVII.

CUm dari poſſit caſus, quòd ob peſtem (à qua Deus ſua miſeratione nos avertat) vel ob aliam cauſam omnes Canonici de Capitulo ſuſpenſo, ſeu interdicto moriantur, ſupervivente uno tantùm Canonico, mortalitas hujuſmodi anſam præbet dubitandi, an hoc caſu, urgente ipſa generali ſuſpenſione, ſeu interdicto totius Capituli, Canonicus ſupervivens repellatur ab acquirendo quindennio, quaſi quòd adhùc contrà ipſum tamquàm partem, ſeu membrum Capituli infecti duret vis ſuſpenſionis, ſeu interdicti, an verò viceverſa iſte unicus Canonicus ſuperſtes poſt diſſolutum Capitulum per obitum aliorum Canonicorum evadat capax acquiſitionis quindennii, quaſi ceſſare videatur ſuſpenſio, ſeu interdictum contra Capitulum latum; undè firmatur, quòd ſuſpenſo, ſivè interdicto toto Capitulo abſque exceptuatione alicujus ex Canonicis, hiſque poſteà decedentibus, uno tantùm Canonico remanente ſuperſtite de tempore maturati quindennii, non obſtante ſuſpenſione, ſeu interdicto, iſte Canonicus ſuperſtes benè poteſt ſibi quindennium acquirere, in materia enim favorabili Canonico unicus Canonicus uti deſinens eſſe membrum, ſeu pars Capituli, quod etiam eſſe deſiit per mortem aliorum Canonicorum non ampliùs ſubiacere debet ſuſpenſioni, ſeu interdicto latis contra Capitulum, vel Collegium jam extinctum, ſed benè penès ipſum reſidet quædam vis 1
Capituli ad ſibi acquirendum quindennium, *Paſſerin. de electione Canonica cap.*14 *n* 21. *Card. de Luca de Benefic. diſc.*23. *n.*9. *cum ſeq.* prout in caſu Sacri Collegii Cardinalium redacti ad unũ tantùm Cardinalem reſidet ſicu tas eligendi 2
Papam apud unicum Cardinalem remanentem, *Raguccius de voce in Capitulo quæſit.*7. *n.*2. *Barboſa de Canonic. & Dignitat. cap.*41. *n* 15. *Card. de Luca de Benefic. diſc.*23. *n* 9. *Lavor. de electione Canonica cap.*6. *nu.*26 *& cap* 15. *n.*26. *Paſſerin. eod. tract. cap.*11. *n.*93. *cum ſeq. & de electione Pontificis qu.*16. *n.*15.

In nihilum reluctante, quòd ſicuti etiam deſtructo Collegio, ſeu Capitulo, ſuperſtite uno Canonico, adhùc remanent privilegia, ità è contrà durare debent pœnæ, & cenſuræ, nè alias ſub prætextu diſſolutionis Capituli Canonicus ſuperſtes per prius compræhenſus in cenſuris, poſteà ex propria culpa commodum reportaret 3
cap. intelleximus 7. *de judiciis*, ac in puris terminis *Alterius de cenſur. tom* 2. *tit. de interdicto diſput.*11 *cap* 3. *in principio verſiculo ſed contrà litera E. folio mihi* 479. *col.*2. *in fine*, quia non benè arguitur à privilegiis ad pœnas, cùm privilegia tamquàm favorabilia ipſis privilegiatis, amplianda ſint etiam in caſu, quo unus tantùm ex privilegiatis ſuperſit, in quo conſervetur Capitulum privilegiatum, odia autem tamquàm 4
præjudicialia veniunt potiùs reſtringenda *cap. odia* 15. *de regul. Jur. in* 6. cùmque talis Canonicus ſuperſtes in tantum intelligatur ſuſpenſus, ſeu interdictus, proindeque inhabilis ad acquirendum quindennium, in quantum eſt pars, ſeu membrum totius Capituli ſuſpenſi, ſeu interdicti, non in quantum eſt perſona particularis, quæ talis remanet per diſſolutionem, ac totalem extinctionem Capituli.

ARGUMENTUM.

Novi Canonici non tenentur contribuere pro rata ad quindennium ſolvendum per Capitulum Domino directo ex bonis Emphyteuticis per idem tamquàm manum mortuam poſſeſſis, niſi à die inſtitutionis novorum Canonicorum elapſus fuerit annus.

SUMMARIUM.

1 *Nemo debet locupletari cum aliena jactura.*
2 *Legatarius Miſſarum, in caſu deficientiæ fructuum unius anni ex fundo deſignato pro celebratione Miſſarum non tenetur celebrari facere Miſſas pro illo anno.*

3. Ca-

3 *Canonicus poſt annum dimittens Canonicatum, & aliū impetrans in eadem Eccleſia, dicitur novus.*
4 *Canonicus permutans Canonicatum poſt annum, & ad illum rediens, fingitur illum non permutaſſe.*
5 *Quis non debet ſubire onus ſine fructu.*
6 *Canonicus cedens Canonicatui, adhùc tenetur ad Decimas Papales.*

CAPITULUM CXXXVIII.

EO modo, quo in *alio noſtro Tract. de Quindenniis* reſolvitur, quòd novi Canonici non teneantur contribuere ad quindenniū ſolvendū ex Beneficiis unitis Capitulo, reſolvitur in præſenti, quòd novi Canonici non teneantur contribuere ad quindennium ex bonis Capitulo emphyteuticatis, firmando, quòd novi Canonici non teneantur contribuere, pro rata ad quindennium ſolvendum per Capitulum Domino directo ex bonis Emphyteuticis per idem tamquàm manum mortuam poſſeſſis, niſi à die inſtitutionis novorum Canonicorum elapſus fuerit annus, etenim iniquum eſſet obligare ad onus contributionis, antequàm quis lucrum aliquod ſaltem ex annali fructuum perceptione percipiat,
1 nè aliàs antiqui Canonici locupletentur cum novorum jactura contra omnes Juris tramites *cap. locupletari 47. de regul. Juris in 6. l. jure naturæ 206. ff. eod. l. bona fides 50. ff de act. empt. l. nam hoc naturæ 14 ff. de condict. indebit. Barboſa axiom. 139. n.1.* hinc videmus, quòd legatarius Miſ-
2 ſarum, in caſu deficentiæ, vel impoſſibilis exactionis fructuum unius anni ex fundo deſignato pro celebratione Miſſarum, non tenetur celebrari facere Miſſas pro illo anno, nè aliàs cum propria jactura de ſuo impenderet, *Leo de offic. Cappellan. qu.5. ſect.14. nu.236. Amoſtaz. de cauſis piis lib.2. cap.10. n.16.*

Quibus firmatis, tres ſeſe offerunt difficultates.

I. Difficultas haud injucunda exſurgit, quid dicendum, ſi Canonicus poſt annum à die ſuæ proviſionis Canonicatum dimittat, & alium impetret in eadem Eccleſia, poſteàque intrà annum à die novæ proviſionis, ſeu impetrationis novi Canonicatus incidat tempus ſolvendi quindennium, an hoc caſu iſte novus Canonicus teneatur contribuere ad quindennium ſtante lapſu anni à die antiqui Canonicatus, an verò non teneatur contribuere ob non lapſum anni à die novi Canonicatus, & dicerem, non teneri, niſi lapſus fuerit annus à die proviſionis novi Cano-
3 nicatus, cùm talis Canonicus tamquàm novus obtineat locum novi, non autem antiqui Canonici tàm in Choro, quàm in Capitulo, in nihilum conſiderata ejus antiquitate ex traditis per *Barboſ. de Canonic. & Dignitat. cap.18. n.16. Contelor. de præcedent. nu.40. poſt med. verſiculo & de Canonico, Moneta de optione Canonica cap.5. qu.1. n.12. Monacell. formular. legal. for. Eccleſ. formul.4. tit.2. in annotat. nu.31. Zerb. in gema Epiſcop. tit.50. qu.5. n.3.*

II. Difficultas, quid dicendum, ſi Canonicus poſt annum permutaverit Canonicatum, ad illumque redierit ob non effectuatam permutationem ex aliquo obſtaculo, impedimento, ſivè alio accidenti, vel ſi redierit ad eundem Canonicatum vigore regreſſus, & intrà annum à die reditus advenerit tempus ſolutionis quindennii, an teneatur, vel non contribuere ad quindennium, & cenſerem teneri, quia in hoc caſu jam non habetur, ut in primo pro novo Canonico, ſemperque ſit idem Canonicatus non perventus in manus alterius, ſed fingitur non permutaſſe, nec reſignaſſe, & remanſiſſe in ſuo Canonicatu, in quo ſatis eſt, quòd remanſerit per annum, antequàm illum permutaſſet, aut reſignaſſet, licet per accidens poſteà ſolutio quindennii inciderit intrà annum reditus, ſeu regreſſus, *Chokier de permutat. Benefic. par.3. cap.9. n.1. & 3. Barboſa de Canonic. & Dignitat. c.18. n.17. cum ſeqq.* 4

III. Difficultas, quid dicendum, ſi poſt annum reſignaverit, & reſignatio habuerit effectum, pro reſignante facit, quia à reſignatario non poteſt peti contributio, cùm nondùm lapſus ſit annus, undè reſignans non videtur poſſe cogi, cùm poſt reſignationem non ſit ampliùs Canonicus, crederem tamen, reſignantem contribuere teneri, quippè cùm iſte verè poſt annum reſignaverit, verè per annum dicitur poſſediſſe Canonicatum, reſignatarius verò cùm intrà annum poſſideat Canonicatum, non videtur teneri ad hujuſmodi contributionem quindennii, nè aliàs ſit in facultate reſignantis ſupplantare hac via reſignatarium, reſignando nempè poſt annum, & ſub prætextu reſignationis à ſe factæ prætendere exemptionem à contributione quindennii, onuſque transfundere in reſignatarium, antequàm per annum poſſideat Canonicatum ſibi reſignatum, fructùſque unius anni percipiat contra regulam, quod quis non debet ſubire onus ſine fructu, de qua *Pariſius de reſignat. Benefic. lib.6. qu.1. n.23.* & in ſimili de Canonico cedente Canonicatui adhùc obligato ad Decimas Papales in præteritum, cùm jam jacta fuerat alea, ut ſolveret, tamquàm verè Canonicus adhùc de tempore præteritarum Decimarum *Maranta controv.13. n.24. par.3.* 5 6

ARGUMENTUM.

Canonicus nondùm ordinatus in Sacris, & tamquàm talis, carens voce in Capitulo, tenetur nihilominùs pro ſua rata contribuere ad quindennium Domino directo debitum à Capitulo de Emphyteuſi per idem uti manum mortuam retenta.

SUMMARIUM.

1 *Canonicus nondùm ordinatus in Sacris, adhùc acquirit quindennium de Emphyteuſi Capituli.*
2 *Fit mentio Sanctiſs. D. N.* Clementis Papæ XI.
3 *Fit mentio* Caroli Bartholomæi Piazzæ
4 *Ad acquirendum quindennium ſufficit ſolum jus Canoniæ.*
5 *Canonicus non ordinatus in Sacris eſt de Capitulo, quantumvis in illo non habeat vocem.*

CAPITULUM CXXXIX.

IAm oſtenſo in *antecedenti Cap.* quod novi Canonici non tenentur contribuere pro quindennio de Emphyteuſi per Capitulum poſſeſſa, niſi poſt lapſum unius anni ab eorum creatione,

modò occurrit oſtendendum, quòd viceverſa Canonicus quantumvis non ordinatus in ſacris, ſicque non vocalis, adhùc teneatur pro virili contribuere ad ſimile quindennium, firmando in præſenti, quòd Canonicus nondùm ordinatus in ſacris, & tamquàm talis, carens voce in Capitulo,tenetur nihilominùs pro ſua rata contribuere ad quindennium Domino directo debitum à Capitulo de Emphyteuſi per idem uti manum mortuam retenta, eodem namque modo, quo in favorabilibus Canonicus quantumvis non ordinatus in ſacris, perque conſequens
1 non obſtante defectu ſuæ vocis in Capitulo, nihilominùs ſibi acquirit quindennium pro ſua rata de Emphyteuſi à Capitulo alteri manui mortuæ conceſſa, quando illud inter alios Concanonicos ordinatos in Sacris repartitur juxta reſolutionem de anno 1705. editam à Congregatione Particulari trium Eminentiſs. Patrum, & unius Præſulis a Sanctiſs. D. N. Clemente Pa-
2 pa XI. glorioſè, quia reluctanter ſedente, quem Deus incolumem ſervet ob urgentes Eccleſiæ neceſſitates) in Cauſa Romana inter Archipræ-
3 ſbyterum Carolum Bartholomæum Piazzam è vivis ereptum *die* 24. *Martii* 1713. & Canonicos, ac Capitulum Collegiatæ Eccleſiæ S. Mariæ in Coſmedin Scholæ Græcæ vulgò *alla Bocca della verità* de Urbe, cujus quidem Congregationis ſentētia legitur regiſtrata §.40.*poſt Tract. inter Doctores litera GG.* debet in præjudicialibus etiam non ordinatus in Sacris contribuere ad quindennium de Emphyteuſi retenta à ſuo Capitulo, ut æqualitas, & juſtitia diſtributiva in utroque caſu ſervetur: ſanè ſi non conſtituti in ſacris non tenerentur ſolvere portionem quindenniorum, ſequeretur abſurdum, quòd eſſent melioris conditionis, quàm ſint digniores, in ſacris conſtituti, aliàs ſi ſola deficientia ſacrorum Ordinum,& in conſequentiam ſuffragii ſuffragari deberet pro non contributo ad quindennium; in fraudem ferè omnes, vel ſaltem plures Canonici differrent aſcenſum Sacrorum Ordinum, ut à contributo hujuſmodi quindenniali penitùs liberarentur, undè pauciores conſultores haberet Capitulum, nec negocia Capitularia tanta maturitate ob notabilem defectum Capitularium decerni poſſent, quod in maximum detrimentum redundaret, ac proindè evitandum, hacque via totum onus contribuendi transfunderetur in ſolos Canonicos ordinatos, malitiis autem hominum obviandum eſt, nec commoda tantùm, ſed etiam incommoda proportionabiliter in iuſta menſura dividenda ſunt, ut onera leviùs ferantur, ſi inſuper ad
4 acquirendum quindennium ex ſparſim per nos traditis in *præſenti Tractatu*, ſufficit ſolum jus Canoniæ, cur illud ſolum quoque non ſufficiet ad contribuendum pro quindennio, cùm non ſit major ratio in uno, quàm in alio caſu, ſed militet eadem ratio, immò tàm in caſu acquiſitionis, quàm contributionis quindennii non requiritur aliqua vox in Capitulo, ſed à ſolo jure Canoniæ, ſeu Canonicatus emanat tàm acquiſitio, quàm contributio nullam dependentiam habens à voce.

Prætereà remanente dominio utili bonorum Emphyteuticorum penès totum Capitulum, quòd procul dubio componitur tàm ex Canonicis ordinatis, quàm ex non ordinatis, cùm tàm iſti, quàm illi, Canonici ſint, proindèque de Capitulo, benè ſequitur, quòd etiam Canonici non ordinati, tamquàm etiam iſti Domini utiles, & coemphyteutæ, contribuere teneantur ad quindennium ratione condominii utilis; eſt inſuper onus infixum bonis Capitularibus, & tamquàm tale participabile omnibus Capitu- 5
laribus, inter quos, enumerantur quoque non ordinati in Sacris.

Poſt hoc *Cap.* collocandum erat *Cap.CXXIX.* de Canonico voci ſuæ renunciante, obligato tamen ad quindennium contribuere, ſed per errorem fuit ibi collocatum.

ARGUMENTUM.

Canonici ſupranumerarii tenentur contribuere ad quindennium de Emphyteuſi per Capitulum tamquàm manum mortuam poſſeſſa.

SUMMARIUM.

1 *Canonici ſupranumerarii participant de quindenniis.*

2 *Qui ſentit commodum, ſentire debet incommodum.*

CAPITULUM CXL.

INter Canonicos numerarios, & ſupranumerarios ſemper ut plurimùm contentiones oriri ſolent etiam in materia burſali, & quindenniali paſſiva, cùm naturale ſit, omnem conatum facere ad ſe retrahendum, & liberandum penitùs à ſolutione etiam pro parte ſua, è contrà verò totis viribus prætendere ſolutionem ſibi fieri pro parte ſua; Undè firmatur in præſenti, quòd Canonici ſupranumerarii tenentur contribuere ad quindennium de Emphyteuſi per Capitulum tamquàm manum mortuam poſſeſſa, æquitas namque ſuadet, quòd ad ſervandam æqualitatem maximè inter Eccleſiaſticos exoptatam, qui ſentit commodum in participatione quindennii activi Capitulo debiti pro Emphyteuſi per aliam manum mortuam retenta (quales ſunt Canonici ſupranumerarii ex per nos 1
deductis in *Cap.LXXXVIII.* ſentiat in commo- 2
dum in contributione quindennii paſſivi per Capitulum nempè debiti pro Emphyteuſi per ipſum tamquàm manum mortuam retenta.

ARGUMENTUM.

Quando Canonici habent particulares, ſeu diſtinctas Præbendas, ſeu proventus realiter diſtinctos, ſi in Præbenda alicujus ex hujuſmodi Canonicis reperiatur prædium emphyteuticum, ille ſolus Canonicus, cujus Præbendæ eſt annexus fundus Emphyteuticus, tenetur ſolvere quindennium Domino directo, cæteri autem Concanonici in nihilo debent contribuere.

SUMMARIUM.

1 *Solent in nonnullis Eccleſiis adeſſe Præbendæ diſtinctæ.*

2 *Ex Præbenda diſtincta quiſquis ex Canonicis exigit ſuos proventus abſque interventu Capituli.*
3 *Adminiſtratio Præbendarum indiſtinctarum eſt penès Capitulum.*
4 *Res tranſit cum ſuo onere.*
5 *Qui non ſentit commodum, non debet ſentire incommodum.*
6 *Valor rei diminuitur propter onus annexum.*
7 *Canonicus habens Præbendam diſtinctam, illam locare nequit ad longum tempus, aut illius bona alienare ſine conſenſu Capituli.*
8 *Non ſolùm proprietas Præbendæ indiſtinctæ; ſed etiam illius adminiſtratio eſt penès Capitulum.*
9 *In praxi forſitan ad cautelam tantùm inolevit ſtylus requirendi conſenſum Capituli etiam in locatione ad longum tempus, vel alienatione bonorum Præbendæ diſtinctæ.*
10 *Nullum intereſſe conſiderari poteſt, quando Menſa Epiſcopalis eſt diſtincta à Menſa Capitulari.*
11 *Uſufructuarius alienare poteſt commoditatem.*
12 *Maritus alienare poteſt commoditatem dotis.*
13 *In alienatione bonorum Capituli ſeparatorum facta à Capitulo conſenſus Epiſcopi præſtatur per modum auctoritatis tantùm.*
14 *Sufficit tacitus conſenſus præſtandus ob præjudicium.*
15 *Conſenſus Patris præſtatur per modum ſolemnitatis.*
16 *Conſenſus requiſitus ex Statuto Urbis in contractibus minorum, & mulierum præſtatur ad integrandam perſonam.*
17 *In alienatione rerum pupillorum, vel minorum conſenſus duorum proximiorum requiritur pro auctorizanda perſona.*
18 *Ex Conſtitutione Ægidiana in contractibus minorum, & mulierum requiritur conſenſus proximiorum ad authorizandum perſonas.*
19 *Idem habetur ex Statuto Mediolani.*
20 *Quis non debet ſentire ſolum commodnm.*
21 *Præbendæ aſſignari poſſunt diſtinctæ ad certum tempus.*

CAPITULUM CXLI.

1 Solent in nonnullis Eccleſiis, & Capitulis adeſſe Canonicatus habentes membra, ſeu Præbendas diſtinctas, totque eſſe Præbendæ, quot ſunt Canonicatus, realiter, actualiter, & perpetuò inter ſe diſtinctæ, ità, ut nonſit unum Beneficium Eccleſiaſticum, ſed dos unius actualiter, & omninò diſtincta à dote alterius, aſſignando nempè uni Canonico Domum, alteri Vineam, & alteri aliud, juxta *text. in cap. literas 9. de conceſſione Præbendæ, Clem. fin. de Præbend. Moneta de optione Canonica cap. 2. qu. 2. n. 17. in fine verſiculo ſi verò in Eccleſiis*; quæ quidem Præbendæ non intrant in maſſa Capitulari, & communi, ſed quiſquis ex Canonicis exigit ſuos
2 proventus abſque interventu Capituli, & fundum Præbendalem, ſeu Canonicalem colit, ſeu colendum tradit, per ſe exigens abſque æconomo Capituli, prout inter alia Capitula practicatur in Capitulo Inſignis Collegiatæ Eccleſiæ S. Gaudentii Novarien. Diœceſis in Ditione Mediolanen., ut refert *Rota poſt Remocamp. de Coadjutor. dec. 13. n. 2. in fine verſiculo tot enim*, ac paſſim alibi, *D. Advoc. Pitonius diſcept. Eccleſ. par. 1. diſcept. 17. n. 3. cum ſeqq. & num. 36. Clericat. de Benefic. diſcord. forenſ. par. 1. diſcord. 25. n. 27.* ità, ut harum Præbendarum adminiſtratio, poſſeſſio, & jus percipiendi fructus eſt penès ſingulos ad differentiam indiſtinctarum Præbendarum, quarum uti de maſſa groſſa adminiſtra- 3
tio, ac perceptio, & diſtributio eſt penès Capitulum, & ab illius Theſaurario in ſingulos eædem dividuntur, *Moneta de commutat. ultim. volunt. cap. 12, n. 248.* Cumque quandoque, immò ſæpiùs accidere poſſit, quòd in aliqua ex Præbendis hujuſmodi adſit fundus Emphyteuticus, perque conſequens obnoxius quindennio, oriri poteſt controverſia inter Capitulum, & talem Præbendatum ſuper ſolutione quindennii, & modo illud ſolvendi, prætendente Canonico pro ſua tantùm rata quindennium ſolvere, in reliquo verò contribuere teneri totum Capitulum, & è contrà prætendente Capitulo ad nihilum contribuere debere, ſed totum quindennium per talem Cononicum eſſe ſolvendum. Siquidem igitur partes Capituli tenêtes uti juſtitiæ conſentaneas, reſolvimus in præſenti, quòd quando Canonici habent particulares, ſeu diſtinctas Præbendas, ſeu proventus realiter diſtinctos, ſi in Præbenda alicuius ex hujuſmodi Canonicis reperiatur prædium emphyteuticum, ille ſolus Canonicus, cujus Præbendæ eſt annexus fundus Emphyteuticus, tenetur ſolvere quindennium Domino directo, cæteri autem Concanonici in 4
nihilo debeant contribuere, cùm ſolutio quindennii importet onus infixum rei, undè cæteri Concanonici rem, ſeu Præbendas hujuſmodi non habentes in communi, non debent contribuere, quia res tranſit cum onere ſuo *Barboſa axiom. 199. n. 5. cum ſeq.* quare cùm tota obvenerit uni, ille ſolus debet acceſſiones indè provenientes recipere, & conſequenter etiam integrum onus ferre, & è contrà ſicut reliqui nihil lucri ſentiunt ex re exiſtente in unius Præbenda, ità nec aliquid 5
damni debent habere, oppoſitum autem eſſet contrà naturalem æquitatem *l. ſecundùm naturam 10. ff de regul. Jur.* Non omiſſo, quòd Præbenda diſtincta cenſetur collata Canonico taliter, ac diſtinctè Præbendato, cum ſuo onere infixo, immò cenſetur quoque habita in conſideratione qualitas prædii Emphyteutici ab initio in aſſignatione, & illius valor diminutus pro- 6
pter onus annexum *l. mortis cauſa 31. §. fin. ff. de donation. cauſ. mort. l. ſi venditor 6. in fine ff. de ſerv. export. l. hæreditatem 24. ff. de hæredit. vel act. vendit. l. 1. §. Si hæres 16. ff. ad Senatuſconſult. Trebellian. l. ſubſignatum 39. §. Bona 1 ff. de verb. ſignif. l. ſiquis 16 C. de reſcind. vendit. Cyriac. contr. 222. n. 71. cum ſeq. Card. de Luca de emptione diſc. 44. nu. 19. & de Regal. diſc. 30. num. 9. & diſc. 32. n. 6. & de feud. diſc. 4. ſub n. 18. & diſc. 97. num. 4.*

Nec obſtat, quòd videretur, totum Capitulum teneri ad contributum pro quindennio etiã in caſu Præbendarum diſtinctarum, cùm earum dominium videatur reſidere penès Capitulum ex eo, quòd Canonicus Præbendatus locare nequit ad longum tempus, aut alienare bona ſuæ 7
Præbendæ diſtinctæ ſine conſenſu Capituli, etiamſi acceſſiſſet conſenſus Ordinarii ad *text. in cap. ad audientiam noſtram 9. de reb. Eccleſ. non alien. Antonin. var. reſol. lib. 1. reſol. 38. nu. 4. in principio, Redoan. de reb. Eccleſ. non alien. rubr. 25. n. 32.*

n.32. Turricell. eod. tract. cap.5. nu.17. Rota coram Card.Creſcent. dec.3. alias 284.de reb. Eccleſ. non alien. quia nec in *citato cap. ad audientiam noſtram* agitur de bonis Præbendæ indiſtinctæ, ſeu totius Capituli, & Menſæ Capitularis Ec-
8 cleſiæ Exonen, quo caſu non ſolùm proprietas, ſed etiam libera adminiſtratio eſt penès Eccleſiam, & Capitulum, in Præbenda verò diſtincta Canonicus Præbendatus habet liberam adminiſtrationem, ſicut quilibet Rector, & Clericus ſui Beneficii, veluti reſpondet *Moneta de diſtribution. quotidian. par.2. qu.11. n.104. cum ſeqq.* immò licet in praxi forſitan ad cautelam
9 dumtaxat laudabilis inoleverit ſtylus requirendi conſenſum Capituli etiam in locatione ad longum tempus, vel alienatione bonorum Præbendæ diſtinctæ, prætérquamquòd dubitat de hac opinione *Antonin. var. reſol. lib.1. reſol.38.n.4. in principio verſiculo licet*, quando agitur in caſu, de bonis Canonicatuum ſeparatis à bonis Capituli, non tamen indè ſequi, dominium, & liberam adminiſtrationem Præbendæ diſtinctæ eſſe penes Capitulum, proindéque Capitulum teneri contribuere pro quindennio ex Emphyteuſi reperta inter bona Præbendæ diſtinctæ, quia iſte conſenſus non requiritur ob aliquod intereſſe, quod habeat Capitulum. ſed ſolummodò ad integrandam perſonam Canonici, qui in hoc liberam non habet adminiſtrationem, ſicque ad ſolemnitatem tantùm, non ad ſubſtantiam actus adinſtar Epiſcopi alienare non valentis ſine conſenſu Capituli bona ſuæ Menſæ Epiſcopalis quantumvis ſeparata à Menſa Capitulari, cùm Capituli interſit, nè poſſeſſiones, & bona Eccleſiæ alienentur, & tamen nemo dixerit in tali exigi conſenſum Capituli ob illius in-
10 tereſſe, cùm nullum intereſſe in tali caſu conſiderari poſſit, quando Menſa Epiſcopalis diſtincta, ac ſeparata reperitur à Menſa Capitulari *cap. poſſeſſiones 10. de reb. Eccl. non alien. Turricell. de reb. Eccleſ. non alien cap.5. n.14. cum ſeq. Moneta de diſtribution.quotidian. par.2. quæſt.11. num.107. cum ſeqq. Pacion. de locat. & conduct. cap.14.§.9. n.30. cum ſeqq. & §.10. n.37. & 40. Rota coram Card. Seraphin. dec.338. n.2. & dec. 443.n.4 cum ſeq.& in recent. dec.628 par.3.* prætérquamquòd nimis probaret, nec benè arguitur à proprietate ad adminiſtrationem, prout uſufructuarius non poteſt alienare proprietatem abſque conſenſu proprietarii,& tamen fructuum
11 commoditatem benè poteſt alienare abſque conſenſu proprietarii ad *text.in §. fin.Inſtitution. de uſufruct. Redoan. de reb.Eccleſ. non alien.q.24. Rubr. quid de uſufructuar. n.1. cum ſeqq. Barbat. de diviſ. fruct. par.2. cap.1. nu.79. & 141. Seſſe dec. Aragon.58. nu.1. cum ſeqq.* maritus non po-
12 teſt alienare fundum dotalem, & tamen poteſt alienare commoditatem fructuum dotaliū *Card. de Luca de dote diſc.146.n.25. cum ſeqq. de alien. diſc.1. n.141. & diſc.12.n.13. de Regalib diſc.11. n.4. & diſc.38. n.5. de Penſion. diſc.68. ſub n.26. de feud. diſc.13. in annotat. ſub num.12. verſ. & quamvis, de credit. diſc.14. num.4. cum ſeqq. de fideicom. diſc.195. n.6. & de teſtam.diſc.83. n.13.*

Eodem modo, quo viceverſa quando bona Capituli ſunt ſeparata, eorùmque adminiſtra-
13 tio non eſt communis, conſenſus Epiſcopi in alienatione facta per Capitulum præſtatur per modum auctoritatis, non per modum conſenſus, *Boccaccius ad Conſtitution. Picen. gloſ.3.n.37.* Hinc videmus in ſimili, quòd ad alienandum bona minorum, vel ejus, cui bonorum adminiſtratio interdicta eſt, requiritur conſenſus Curatoris,qui tamen in illis nullum intereſſe habet, prout etiam requiritur conſenſus patris in donatione cauſa mortis bonorum adventitiorum filiifamilias, quantumvis ad eundem filium pleno jure ſpectantium, non ratione præjudicii Patris conſenſuri, quod nullum penitùs eſt, ſed ad integrandum perſonam filii, aut minoris, vel ſimilis, ac pro mera ſolemnitate, ſeu pro forma, qui quidem conſenſus uti pro integranda perſona debet eſſe expreſſus, cùm tamen ille, ſi adhiberetur ratione præjudicii, tacitus ſuffi- 14
ceret, *Clar. ſentent. lib.4. §. Donatio qu.6. n.3.5. & 6. Paſchal. de virib. patr. poteſtat. par.1. c.6. n.3. cum ſeqq.* quidquid ſit, quando patri quæritur uſuſfructus, cùm tunc conſenſus filio præ- 15
ſtitus, præſtatur per modum conſenſus ob intereſſe, non per modum ſolemnitatis, & auctoritatis, *Boccacc. ad Conſtitution. Picen. gloſ.3. n.37. in principio*. Hinc ex *Statuto Urbis lib.1.* 16
cap.151. in contractibus minorum, & mulierum præter Decretum Judicis, & cauſam requiſitus conſenſus duorum proximiorum non intereſſatorum, nec non patris inſervit ad integrandas perſonas contrahentium, *Picus ad Statut. Urb. cap.151. gloſ.15. nu.6. cum ſeqq. Lamberteng. ad Statut. Mediolan.cap.328.in præfat.n.3. Tiraquell. de legib. Connubial. gloſ.6. n.40. cum ſeq. D.Advocatus Franc. Mar. Conſtantin. ad Statut. Urb. tom.2. annot.44. artic.1.nu.7. & in addit. ad dec. 157.n.17. poſt Commentar. tom.3. Rota coram Buratto dec.924. n.3. ac in recentior. dec.294. n.12. cum ſeqq. par.6.* Hinc pariter ex eodem *Statuto Urbis lib.1. cap.113.* in alienatione rerum pupillorum, vel minorum, ultrà cauſam, & Judicis 17
Decretum, ac tutorum, vel curatorum auctoritatem requiritur conſenſus duorum proximiorum non intereſſatorum, pro authorizandis perſonis ipſorum contrahentium. Hinc ex *Conſtitutione Ægidiana juxta Rubr.25. lib.5.* in contractibus minorum,& mulierum requiritur conſen- 18
ſus duorum proximiorum non ſanè ad alium effectum, quàm ad authorizandum eorum perſonas *Boccacc. in Conſtitution. Picen. gloſ.3.n.35. cum ſeqq.* prout idem habetur in *Statuto Mediolanen. cap.328.* de quo *Lamberteng. gloſ.7. ver-* 19
bo conſenſus n.1. in fine.

Minùs obſtat, quòd ſicuti in exactione quindennii activi debiti nempè ex emphyteuſi per Capitulum manui mortuæ conceſſa, omnes Canonici, ſeu Capitulares concurrunt, ſibi illud pro rata acquirendo,ità è converſo in exactione quindennii paſſivi omnes Canonici debent concurrere pro contributo, nè ſequatur abſurdum, quòd commodum dumtaxat ſentire velint con- 20
tra regulam,de qua *Barboſa axiom.44.nu.2. & 6.* & contra omnem juſtitiam in ſibi præjudicialibus gravare velint in totum Canonicum diſtinctè Præbendatum, nullum onus ſolutionis in ſe aſſumentes, quia hoc per accidens evenit, cùm tale emolumentum quindenniale non ſit particulariter alicui ex Canonicis aſſignatum, quod, ſi fuiſſet alicui particulariter addictum, ſanè reliqui Canonici non concurrerent, ut ſervetur æqua-

æqualitas maximè inter Eccleſiaſticos.

Quibus poſitis pulchra occurrit Difficultas, quid dicendum, ſi Præbendæ diſtinctæ fuerint ad tempus tantùm, quòd nempè per Capitulum
11 ſingulæ ſingulis Canonicis conſignatæ fuerint pro tempore benè viſo eidem Capitulo, ità, ut eo tempore elapſo iterùm in commune reducantur, ac indiſtinctæ remaneant, fiatque nova bonorum diviſio in communi ad tradita per *Monet. de optione Canonica cap. 2. q. 2. n. 17. in princip.*, an ſaltem tali caſu teneatur Capitulum contribuere ad quindennium, cùm diſtinctio Præbendarum non ſit perpetua, ſed merè temporalis, & quidem duratura ad beneplacitum ipſius Capituli, ſinguliquc Canonici Præbendati habeant dominium ſuarum Præbendarum reſolubile, immò Præbendæ poſt certum tempus redituræ ſint ad primævum dominium ejuſdem Capituli, an autem Canonicus habens Præbendam hujuſmodi ad tempus diſtinctam, teneatur ſolvere totum quindennium, eodem pacto, quo tenetur Canonicus habens Præbendam perpetuò diſtinctam, & tutiorem, ac æquiorem viam ſequendo, procederem diſtinguendo, aut ſolutio quindennii cadit, antequàm Præbenda in commune reducatur, iterùmque fiat indiſtincta, aut ſolutio quindennii cadit poſtquàm Præbenda jam in commune reducta eſt, effectaque fuit indiſtincta: in primo igitur caſu crederem, Capitulum ad nihilum contribuere teneri, cùm Præbenda verè adhùc diſtincta ſit, ſicque verè eadem militat ratio, quæ in Præbenda perpetuò diſtincta; in ſecundo verò caſu crederem, Capitulum teneri ad contributum, cùm de tempore ſolutionis quindennii Præbenda jam non reperitur diſtincta, ſed iterum ut perantea incipit fieri indiſtincta, & priorem naturam reaſſumere, ſicque jam non militat ratio, quæ militat in Præbenda diſtincta, cùm quindennia non currant, ſeu maturentur dietim, nec ſint fructus civiles, qui dietim maturantur, ſed ſint emolumenta ſubrogata in locum laudemii; undè quemadmodùm laudemium eſt eventuale, quando ſcilicet contingit, Emphyteuſim alienari, ità quoque eandem naturam retinere debet quindennium ex regula ſubrogationis, ut non conſideretur dies, ſed in quodlibet tempus quindecim annorum, ità, ut non intret regula, quòd ſaltem Canonicus teneatur contribuere pro tempore, quo Præbenda remanſit diſtincta, ſicque pro illa rata, prout practicatur in fructibus civilibus, qui dietim currunt, & maturantur, proindeque pro rata temporis debentur.

ARGUMENTUM.

Habentes Præbendas Præceptoriales non tenentur contribuere ad quindennia debita Domino directo pro emphyteuſi poſſeſſa per Capitulum, à cujus Menſa, ſeu maſſa proceſſerunt dictæ Præbendę.

SUMMARIUM.

1 *Habentes Præbendas Præceptoriales non participant de quindenniis.*
2 *Contrariorum idem eſt judicium.*

CAPITULUM CXLII.

IN *Cap.* CXVIII. ſicuti firmatum fuit, habentes Pręebendas Pręceptoriales nõ poſſe participare de quindẽniis activis pro emphyteuſi retenta 1
per Capitulum, licet ab illius Menſa, ſeu maſſa proceſſerint præfatæ Præbendæ, ità in caſu quindenniorum paſſivorum modò firmatur, quòd habentes Præbendas Præceptoriales non tenentur contribuere ad quindennia debita Domino directo pro emphytheuſi poſſeſſa per Capitulum, à cujus Menſa, ſeu maſſa proceſſerunt dictæ Præbendæ, contrariorum enim idem eſt judicium, 2
& diſciplina *Barboſa axiom.* 58. *n.* 11. & quia videntur quodammodò potiùs ſtipendiati, quàm de corpore Capituli.

ARGUMENTUM.

Canonicus in pœnam delicti privatus loco in Capitulo, adhùc tenetur contribuere ad quindennia debita per Capitulum, Domino directo pro emphyteuſi retenta.

SUMMARIUM.

1 *Canonicus privatus loco in Capitulo, non participat de quindenniis.*
2 *Privatus loco Capitulo, non remanet privatus quoad onera.*
3 *Onus dotandi deſcendit à patria poteſtate.*
4 *Pater exponens filiam, amittit patriam poteſtatem.*
5 *Filium exponens, videtur illum necare.*
6 *Pater filiam exponens, adhùc illam tenetur dotare.*
7 *Prout adhùc alere filium tenetur.*
8 *Banniti perdunt jura Civitatis quoad commodum, non verò quoad onus.*
9 *Undè non liberantur à collectis, & publicis oneribus.*
10 *Nobilis propter delictum nobilitate privatus, adhùc tenetur ad onera, & collectas, ad quas tenentur nobiles.*
11 *Canonicus privatus loco in Capitulo, non participat de quindenniis.*
12 *Non debet quis ex proprio delicto victoriam reportare.*
13 *Privatus loco in Capitulo, non eſt privatus quoad onera.*
14 *Pœna non debet eſſe cauſa præmii.*

CAPITULUM CXLIII.

CUm in *Cap.* CXXVII. *n.* 12. dictum fuerit, Canonicum privatum loco in Capitulo non participare de quindenniis activis, debitis 1
videlicet Capitulo tamquàm Domino directo à manu mortua pro emphyteuſi per eandem poſſeſſa, modò intrat alia inſpectio de quindenniis paſſivis, & firmatur in præſenti, quòd Canonicus in pœnam delicti, privatus loco in Capitulo, adhùc tenetur contribuere ad quindennia debita per Capitulum Domino directo pro emphyteuſi retenta, conſideratur enim propter odium delicti hoc caſu ut diverſa perſona, quoad utilia videlicet una, & quoad oneroſa, ſeu damnoſa, alia; ità, ut privatus non remaneat 2
loco

loco Capitulari quoad onera, *Gratian.diſc.267. num.40.* eo modo, quo videmus, quòd pater, quantumvis ceſſante patria poteſtate,non tenea-
3 tur ampliùs dotare filiam ex eo, quòd neceſſitas dotandi ab ipſa patria poteſtate deſcendit *l.fin. C.de dot.promiſs.* nihilominùs ſi filiam expoſuerit, quamvis in pœnam, ſeu odium expoſitio-
4 nis jus patriæ poteſtatis amittat,quaſi,quòd non conveniat, ut qui crudeliter ſe geſſit cum filio, habeat in eo jura, *cap.unic. de infant. expoſit.ubi Gonzalez nu.42. l.unuſquiſque 2. C. eodem, Card. Palcot. de noth. cap. 68. nu.6. Boſſ. de patr. poteſt. cap. 2. §. 2. nu.19. in fine verſiculo Pater inſuper, & de aliment.cap.9.nu.615.& 619. Aſcan.Clem. de patr.poteſt. cap.fin. num.96. Amoſtaz. de cauſis piis lib.4.cap.11. nu.78.Velaſc.de privileg.pauper. par.1.qu.65.§.2.nu.192.* quod ſervatur in Hiſpania juxta *l. 4. tit. 20. par. 4. l. 1. cum ſeq. tit. 29.*
5 *lib. 4. for.* videtur enim filium necare, illum exponendo miſericordiæ cauſa,quam ipſe non ha-
6 bet *l. necare 4. ff. de liber. agnoſc.* adhùc non per hoc ab onere dotandi remanet immunis, & exemptus, *Surd.de aliment. tit.6. qu.18. num.19.*
7 *cum ſeqq.*prout nec ab onere alendi filium expoſitum, & refundendi expenſas Hoſpitali *Amoſtaz. de cauſis piis lib.4. cap.11. n.78. in fine, Barboſa de Epiſcop.par.3. alleg.51. nu.140.*
8 Hinc banniti, in pœnam perdunt quidem jura Civitatis ad ſui commodum facientia, minimè tamen relaxatis eis, quæ eorum damnum concernunt *Nellus de bannit.par.1. tempor.2.q.5. Peregrin.de jure fiſci lib.3.tit.7. n.16. Lecirier. de primogenitur.lib.1.qu.16. n.5.Lauden.de repræſal. nu.47. Bon.de Curtil.de nobilit.par.7. nu.22.* undè
9 non evadunt immunes à Collectis, reliquiſque publicis oneribus, ſeu muneribus, *Nellus de bannit.par. 1. tempor. 2. nu.46. Nicol. Feſtas de*
10 *æſtimat. & collect. par.2. cap. 4. nu.35.* Hinc nobilis, propter delictum nobilitate privatus, adhùc tenetur ad onera, & collectas, ad quas tenentur cœteri nobiles ex eo,quòd nobilitate privantur ſolummodò quoad ſui commodum, non autem quoad eorum incommodū *Bartol.in l.1. C.de infam. lib.10. & in l.1. C.de Dignitat.lib.12. Alterius de cenſur. tom. 1. lib.2. diſput. 6. cap.9. in med. verſiculo ità tenet, fol. mihi 248. col. 1. in principio, Vallenſ. de Benefic. lib.4. tit.8. nu.2. in med. verſiculo hinc enim, Ricciullus de jure perſon. extrà grem. Eccleſ. lib.4. cap.16. nu.4.*

Non obſtat, quòd ſicuti Canonicus privatus
11 loco in Capitulo non participat de quindenniis activis, de illis nempè, quæ debentur Capitulo tamquàm Domino directo ex emphyteuſi per manum mortuam poſſeſſa juxta per nos congeſta in *Cap. CXXVIII.n.12.* ità Canonicus privatus loco in Capitulo, non teneretur contribuere ad quindennia paſſiva, ad illa nempè, quæ debentur Domino directo per Capitulum ex emphyteuſi per idem tamquàm manum mortuam poſſeſſa, ex regula, quòd contrariorum idem judicium eſſe debet, eademque diſciplina, & ex regula, qui non ſentit commodum, nec ſentire debet incommodum, quia in pœnam delicti quoad præjudicialia, & odioſa, ſeu onerosa quodammodò quis non deſinit eſſe de Capitulo, ſed non obſtante privatione loci Capitularis, fingitur adhùc occupare locum in Capitulo, nè
12 alias ex delicto, propriaque malitia præmium, & victoriam reportet *cap intelleximus 7.de judic. l.itaque fullo 12. ff. de furt. l. ſivè hæreditaria 22. ff.de neg.geſt.*cùm privatus loco in Capitulo non 13
ſit privatus quoad onera *Vallenſ de Benefic.lib.4. tit. 8. num.2.* quaſi quòd pœna non debeat eſſe 14
cauſa præmii *l. ſivè hæreditaria 22. ff. de negoc. geſt.*

ARGUMENTUM.

Canonicus condemnatus de crimine capitali ad triremes in perpetuum, vel ad tempus, ſeu ad perpetuos carceres, nondùm demandata exequutioni ſententia, tenetur contribuere ad quindennia interim medio tempore maturata antè exequutionem ſententiæ, ex quo crimine quis non privatur ipſo Jure Beneficio, pro emphyteuſi poſſeſſa per ſuum Capitulum.

SUMMARIUM.

1 *Canonicus condemnatus ad triremes, aut perpetuos carceres participat de quindennio debito Capitulo.*
2 *Talis condemnatus,tamquàm de Capitulo continuat ſubire onera.*
3 *Qui ſentit commodum,debet & ſentire commodum.*
4 *Condemnatus ad triremes,non tenetur ad Horas Canonicas.*
5 *Non debet alteri per alterū iniqua conditio inferri.*
6 *Bannitus adhùc tenetur ad onera.*
7 *Quindennia enumerātur inter fructus Canonicatus.*
8 *Non debet unus ſentire onus, & alii commodum.*
9 *Proprium delictum tenere debet auctorem, non autem nocere aliis non delinquentibus.*

CAPITULUM CXLIV.

Aliquando contingere valet, quòd ob atrocitatem criminis reperiatur condemnatus aliquis ex Canonicis ad triremes, aut perpetuos carceres, & poſt paſſam condemnationem deberi incipiant quindennia à Capitulo emphyteuta, proindeque controverſia oriatur inter Capitulum prætendens, Canonicum condemnatum ſubjacere contributioni quindennii pro ſua rata, prout antè condemnationem tenebatur, ac inter condemnatum prætendentem ſe liberum eſſe à tali contributione uti condemnatum,ſicque jam non gremialem, ſed membrum putridum. Jam autem vidimus in *Cap. CXXVIII.* quòd Cano- 1
nicus hac eadem pœna condemnatus, adhùc participat de quindennio activo debito Capitulo uti Domino directo pro emphyteuſi conceſſa manui mortuæ. Undè modo è contrà, agendo de quindennio paſſivo debito à Capitulo tamquàm manu mortua poſſeditrice Emphyteuſis, reſolvitur in præſenti, quòd Canonicus condemnatus de crimine capitali ad triremes in perpetuum, vel ad tempus, ſeu ad perpetuos carceres, nondùm demandata exequutioni ſententia, tenetur contribuere ad quindennia interim medio tempore maturata antè exequutionem ſententiæ, ex quo crimine quis non privatur ipſo Jure Beneficio, pro emphyteuſi poſſeſſa per ſuum Capitulum, non enim ex ſola condemnatione remanens privatus ſuo Canonicatu ab-

ſque

ſque declaratoria Judicis, adhùc eſt de Capitulo, & tamquàm talis continuat ſubire onera, 2 prout illa ſubire tenebatur antè condemnationem, inter quæ enumerantur quindennia, *Raynald.obſerv. crimin. tom.2. cap.8. §.1. nu.44. cum ſeqq.& tom.4. ad cap.8. ſupplet.2. nu.17. & ſeqq. D. Advocatus Dominicus Urſaya* doctus,& pius Juriſconſultus *Inſtitution.crimin.lib.4. tit.5.n.98.*

Siquidem æquum eſt, ut contributionis onus ſentiat pro quindenniis paſſivis, qui participationis commodum ſentit de quindenniis activis 3 juxta per nos deducta in *Cap. CXXVIII.* ad regulam qui ſentit commodum, debet ſentire & incommodum *§.item pretium 2. Inſtitut.de empt. & vendit.l.ſecundùm naturam* 10.*ff.de regul.Jur.*

Non obſtat, quod juxta tritum brocardicum non eſt addenda afflictio afflicto, & ſicuti dam- 4 natus ad triremes, non tenetur ad Horas Canonicas ex præſumptione piæ S. Matris Eccleſiæ, quòd afflicto noluerit hoc onus addere *Eſcobar à Corro de Hor. Canonic. qu.3. §.3. limit.2. nu.13.* quia ultraquamquòd hæc opinio ſuos habet contradictores,ut teſtatur idem *Eſcobar loc. mox citat.* diverſa militat ratio; etenim in triremibus propter illam hominum colluviem coram ipſis oſtendere ſtatum Clericalem, recitando Divinum Officium, cederet in haud leve dedecus damnati, non explendo onus officii Divini, nemini infertur præjudicium, non contribuendo autem ad quindennia, notabile infertur præjudicium toti Capitulo, cœteriſque Canonicis, qui tenerentur hac via in ſe aſſumere etiam onus Canonici condemnati, proque illo illius ratam 5 ſolvere, quando de Jure non debet alteri per alterum iniqua conditio inferri *cap. non debet* 22. *de regul. Jur. in 6. l.non debet* 74. *ff.eod.Barboſa axiom.*22.*nu.*1.

Quibus habitis inſurgit Difficultas, quid dicendum de Canonico bannito,& putarem etiam hunc pari paſſu ambulare, cùm iſte, niſi in ſententia banni exprimatur, retineat titulum Canonicatus, licet quouſque à Principe gratiam re- 6 habilitationis non obtineat, interim ex culpa ſua non faciat fructus ſuos,& tamen teneatur ad onera ex *Bartolo in l.inter quos* 39. *§.Damni* 2.*ff. de damn. infect. Alterius de cenſur. tom.* 1. *lib.* 2. *diſp.* 6. *cap.* 9. *in med. verſiculo ità tenet fol. mihi* 248. *in principio col.* 1. *Vallenſis de Benefic. lib.*4. *tit.*8. *nu.*2. *in medio verſiculo hinc enim*.

In nihilum obſtante, quòd, ſicuti bannitus non poſſet participare de quindenniis activis, 7 quæ inter fructus Canonicatus enumerantur juxta *deciſion.* 19. *nu.*1. *poſt Remocamp. de Coadjutor.repetit. poſt Tract.inter Deciſion. S.Rot.Rom. in ordine la XIII.* ità ad æqualitatem ſervandam videretur non debere contribuere ad quinden- 8 nia paſſiva, nè ipſe ſentiat onus, & alii commodum *l.ſecundùm naturam* 10.*ff.de regul.Jur.*quia ſibi imputet,ſi deliquit, & ſi delinquendo, amittit fructus Beneficii, ità, ut proprium delictum 9 debeat tenere auctorem, non autem nocere cœteris Canonicis non deliquentibus *l. abſentem* 5. *ff.de pœn. l.ſancimus* 22. *C.eod. Barboſa axiom.*68. *nu.*9. *& axiom.*181. *nu.*4.

ARGUMENTUM.

Canonicus privatus Canonicatu, poſteà ad illum reſtitutus, non tenetur contribuere pro rata ad quindennium interim de tempore privationis ſolutum Domino directo à Capitulo uti manu mortua de bonis emphyteuticis per idem poſſeſſis.

SUMMARIUM.

1 *Canonicus privatus Canonicatu,poſtedque ad illum reſtitutus, non recuperat quindennium.*
2 *Æqualitas ſervanda eſt in judiciis.*
3 *Qui ſentit commodum, ſentire debet incommodum.*
4 *Res tranſit cum ſuo onere.*

CAPITULUM CXLV.

Viſo in *Cap.XCVIII.* quòd Canonicus privatus Canonicatu, poſteaque reſtitutus recu- 1 perare nequeat à Canonicis quindennium pro rata ſibi contingente maturatum de tempore ſuæ privationis, debitum in bonis manui mortuæ emphyteuticatis, modò videndum, quòd è contrà Canonicus privatus Canonicatu, ſubindèque reſtitutus non teneatur contribuere pro rata ad quindennium per Capitulum uti manum mortuam ſolutum Domino directo ex emphyteuſi ab eodem Capitulo poſſeſſa. Diſceptatio ſanè in foro perutilis, pro cujus diſſolutione reſolvitur, quòd Canonicus privatus Canonicatu, poſteà ad illum reſtitutus, non tenetur contribuere pro rata ad quindennium interim de tempore privationis ſolutum Domino directo à Capitulo uti manu mortua de bonis emphyteuticis per idem poſſeſſis, eadem namque ratione, ob quam non recuperat quindennium maturatum de tempore privationis, quantumvis reſtitutus ex dictis in *Cap. XCVIII.* nec tenetur con- 2 tribuere ad quindennium ſolutum de tempore privationis,ut æqualitas in judiciis ſervetur *cap. non licet* 32. *cap.in judiciis* 12.*de regul. Jur.in 6. l.non debet actori* 41.*ff.eod.l.fin.C.commun.utriuſq. judic.Barboſa axiom.*16.*n.*1.*cum ſeqq.*immò cùm nullos fructus pendente privatione percipiat,ſicque nullum commodum ſentiat, æquũ eſt, quòd nullum incommodum ſentire debeat, ſicuti vice verſa quis ſentiens commodum, & incommo- 3 dum ſentire debet *cap.qui ſentit* 55.*de regul.Jur. in 6. l.ſecundùm naturam* 10. *ff. eod. l. unic. C. de caduc. tollend. Barboſa axiom.*44.*nu.*1. 2. *&* 6.

Si autem Canonicus fuerit pleniſſimè reſtitutus, eo caſu putarem, teneri contribuere pro quindennio, cùm tunc recuperet etiam fructus intermedii temporis; cùmque quindennium ſit onus infixum fructibus, atque ideò qui fructus percipit, tenetur porportionabiliter ad onus contribuere eo, quòd res tranſit cum onere ſuo 4 *Barboſa axiom.* 199. *nu.*5. *cum ſeqq.*

ARGUMENTUM.

Canonicus excommunicatus,aut ſuſpenſus,ſivè interdictus tenetur contribuere ad quindennia debita per Capitulum ratione Emphyteuſis ſibi conceſſæ, & maturata intermedio tempore durantis excommunicationis.

SUM-

SUMMARIUM.

1 *Non debet quis ex propria improbitate commodum reportare.*

2 *Excommunicatus tamquàm non habens vocem in Capitulo , non eſt ampliùs de Capitulo .*

3 *Excommunicatus habet ſpem obtinendi abſolutionem .*

4 *Excommunicatus remanet privatus fructibus Canonicatus .*

5 *Excommunicatus , quoad onera non habetur pro excommunicato .*

6 *Perindè eſt aliquem privari fructibus ob pœnam delicti , ac illos percipere .*

7 *Intruſus tenetur ad Horas Canonicas .*

8 *Excommunicatus , in caſu innocentiæ habet actionem recuperandi fructus ab excommunicante , vel à Capitulo .*

9 *Excommunicatus tenetur ad ſubſidium , & ſimilia.*

10 *Excommunicatus tenetur ad Penſionem .*

11 *Excommunicatus tenetur ad Horas Canonicas .*

12 *Excommunicatio eſt pœna culpæ .*

13 *Obligatio Officii divini eſt onus merè perſonale .*

14 *Penſionarius habet actionem realem & perſonalem contrà Titularem pro exigenda Penſione .*

15 *Canonicus excommunicatus non participat de quindenniis .*

16 *Beneficiati, licet renuncient Beneficiis, adhùc tenentur contribuere ad reparationem Eccleſiæ .*

17 Concilium Tridentinum *fructus amiſſos convertit favore Fabricæ Eccleſiæ .*

18 *Fructus amiſſi , vigore* Concilii *accreſcunt aliis .*

19 *Fructus Canonicorum non intereſſentium tranſeunt cum ſuo onere .*

CAPITULUM CXLVI.

CUm perſæpè dari poſſit caſus, quòd excom-
municatus Canonicus,& ſub colorato præ-
textu putridi membri, ac tamquàm talis reſeca-
ti (quem enim non pudet ad ſe eximendum à
debito allegare propriam turpitudinem) tanta
eſt hominum avaritia , indè prætendat , ſe non
teneri contribuere ad quindennium de Emphy-
teuſi per ſuum Capitulum poſſeſſa, in caſu , quo
ſolutio quindennii incidat medio tempore ex-
communicationis , è contrà vetò cæteri Cano-
nici , nè in totum graventur , prætendant,etiam
Canonicum excommunicatum concurrere de-
bere pro contributo , acſi non eſſet excommu-
nicatus , nec in hoc illi ſuffragari excommuni-
cationem , ideò firmatur in præſenti , quòd Ca-
nonicus excommunicatus , aut ſuſpenſus , ſivè
interdictus tenetur contribuere ad quindennia
debita per Capitulum ratione Emphyteuſis ſibi
conceſſæ , & maturata intermedio tempore du-
rantis excommunicationis, nè aliàs (quod irra-
tionabile foret) longè melioris eſſet conditionis
iſte , qui deliquit , quivè ob delictum talem me-
ruit pœnam , quàm Canonici non excommuni-
cati , proindèque non delinquentes , nevè ex
1 propria improbitate , & crimine commodum ,
ac exemptionem aliquam reportet contra *cap.
intelleximus 7 de judiciis , cap. audivimus 3. in
fine de colluſion. detegend. cap. officii 4. de teſtam.
cap. adverſùs 7.§.Cæterùm fin.de immunit. Eccleſ.
l.1. ff. de natal. reſtitut. l. nè ex dolo ſuo 13. ff. de
dol. mal. l. non fraudantur 134. §. Nemo 1. ff. de
regul. Jur. l. itaque fullo 12. ff. de furt. Maranta
controv.79. nu. 86. parte 3. Peregrin. de jure fiſci
lib.3. cap.11. n.21.*

Non obſtat,quòd excommunicatus tamquàm
non habens vocem in Capitulo, non ſit ampliùs 2
de Capitulo , *Barboſa de Canonic. & Dignitat.
cap.41. nu.3. Pignatell. conſult. Canonic. tom.1.
conſult.290. n.1.* quia, licet ratione excommuni-
cationis , inque odium commiſſi delicti amittat
vocem, ità, ut vocandus non ſit ad actus Capi-
tulares, puta pro electionibus , aut adminiſtra-
tione bonorum Eccleſiæ, ſeu Capituli , non indè
tamen deſinit eſſe de Capitulo ſaltem in onero-
ſis , ſibique præjudicialibus , immò remanet
adhùc Canonicus , nec amittit titulum , ſed be-
nè illum retinet , cùm ſemper inſit ſpes obtinen-
di abſolutionem ab excommunicatione , paren- 3
do , & recedendo à contumacia , *Pignatell. con-
ſult. Canonic. tom.10. conſult.3. nu.3. Alterius de
cenſur. tom.1. lib.1. diſput.10. cap.4. poſt med. li-
tera C. cum ſeq. fol. mihi 115. col.2.*

Minùs obſtat , quòd iniquum videatur , ut
excommunicatus contribuat ad quindennia ,
quando remanet ipſo Jure privatus fructibus ſui 4
Canonicatus durante tempore excommunica-
tionis *cap. Paſtoralis 53. §. Verùm 1. in fine de
appellation. Barbaſtrenſ. de intruſion. qu.50. n.15.
Pariſius de reſign. Benef. lib.5. qu.6. n.76. Alte-
rius de cenſur. tom.1.lib.2. diſput.6. cap.8. in prin-
cipio antè literam E. verſiculo eſt communis ſen-
tentia fol. mihi 242. col.1. in fine , & per tot. cap.
Ricciullus de jure perſon extrà grem. Eccleſ. lib.4.
cap.14. n.13. Suarez de cenſur. diſput.13. ſect.2.
antè n.10. Moneta de diſtribution.quotidian.par.2.
qu.15. n.19.* quia in pœnam licet ex culpa ſua ,
& peccato , propter quod fuit excommunica-
tus , non percipiat fructus , attamen non debet
ſublevari onere contributi in præjudicium alio-
rum , tenetur ad onera , acſi illos perciperet ,
faceretque ſuos , cùm quoad onera habeatur 5
pro non excommunicato, nè aliis oneroſus eva-
dat , in illos etiam ſuum onus contrà omnem
juſtitiam impingendo, *cap. ſi verè 34. de ſentent.
excommunication. cap. intelleximus 7. de judic.
Vallenſis de Benefic.lib.4. tit.8. nu.2. in principio ,
Alterius de cenſur. tom.1. lib.2. diſp.6. cap.9. in
med. verſ. reſpondeo , & primò dico fol. mihi 247.
col.1. in princip. litera B. cum ſeqq. & poſt lite-
ram E. Giballin.eod.tract. diſquiſ.7. qu.5. punc.2.
n.6. in fine verſ. difficilius Ricciull. de jure perſon.
extrà grem. Eccl. lib.4. cap.16. n.2.* quando per-
indè eſt aliquem privari fructibus ob pœnam 6
delicti , ac illos percipere , *Vallenſis de Benefic.
lib.4. tit.12. n.4. verſ. non obſtat ſecundò* ,

Hinc in fortioribus terminis videmus , quòd
intruſus , qui, licet non faciat fructus ſuos , ſed 7
immò ipſos reſtituere teneatur , adhùc tenetur
ad Horas canonicas , nè ex proprio delicto à
tali onere eximatur , evadatque melioris condi-
tionis , quàm boni , ac recti viri , *Barbaſtrenſ.
de intruſione qu.50. n.15.* Præterquamquòd non
habet de quo conqueratur ; aut enim excom-
municatio eſt juſta , & in hoc caſu ſibi tantùm,
non aliis Canonicis debet præjudicare , ex di-
ctis , aut excommunicatio eſt injuſta , & tunc
nullum damnum patitur , cùm habeat actio-
nem ad recuperandum fructus , & diſtributio- 8
nes vel ab excommunicante ſecundùm aliquos

Do-

Doctores, vel à Capitulo, cui accreverunt revocabiliter in caſu detectæ injuſtitiæ ſecundùm aliorum opinionem, *Moneta de diſtribution. quotid. par.2. qu.15. n.32. cum ſeqq. Vallenſis de Benefic. lib.1. tit.21. n.32.*

Undè fit, quòd Clericus excommunicatus
9 tenetur ſolvere ſubſidium charitativum Epiſcopo debitum, Decimas Papales, aliáque ſimilia, *Bellencin. de charitativo ſubſidio qu.33. Moneta de Decim. Papalib. cap.9. qu.3. nu.137. cum ſeqq. Barbaſtrenſis de intruſione qu.50. nu.17. Alterius de cenſur. tom.1. lib.2. diſp.6. cap.9 poſt med. ver-*
10 *ſiculo dico excommunicatum*, tenetur ad Penſionem, cùm impedimentum, ratione cujus privatur fructibus, provenit culpa ſua, quæ eſſe non debet damnoſa aliis, *Gigas de Penſion. quæſt.64. per tot. Barboſa in prax.exig. Penſion. par.2.q.13. n.15. Alterius de cenſur. to.1. lib.2. diſp.6. cap.9. in medio fol.mihi 247.in fine col.2.poſt liter.E.verſ. ſecundò dico,& fol.248.col.1. in princip. verſiculo ità tenet, & col.2. in fine liter.E. verſiculo tertiò dico, Vallenſ. de Benefic. lib.4. tit.8. n.2.* & tene-
11 tur etiam ad Horas Canonicas ſaltem privatim tamquàm privata perſona per modum privati ſuffragii, (prout etiam laycis eas recitare privatim licet) ratione Beneficii, quod poſſidet, etiamſi non ſit in Sacris, ad quas ſemper teneretur ratione Ordinis ad *text.in cap.ſiquis Epiſcopus, cap.cum excommunicato 11. qu.3. Alterius de cenſur. tom.1. lib.1. diſp.10. cap.4. in princip. fol. mihi 114.col.2. litera C. cum ſeqq. Conink eod. tract. diſp.14. dub.7. nu.53. cum ſeq. Gibalin. eod. tract. diſquiſ.7. qu.5. punc.2. n.6. Barbaſtrenſ. de intruſione qu.50. nu.14. cum ſeq. in med. verſ & nihilominùs: Navarr. de Hor. Canonic. cap.7.n.17. Eſcobar à Corro eod.tract. qu.3. §.3. ampl.3. n.4. Maranta contr.79.n.87.par.3.*

Longè minùs relevat, quòd culpa Canonici excommunicati non eſt immediata cauſa non
12 percipiendi fructus, ſed ipſa excommunicatio, quæ eſt pœna culpæ *cap. quia diverſitatem 5. de conceſſ. Præbend.* undè excommunicatio, quæ tollit actionem ad fructus acquirendum, videretur debere etiam tollere paſſionem ad contribuendum, nè una, eademque pœna diverſum operetur effectum, quia immò in caſu ob circumſtantias conſentaneum eſt, quòd operetur diverſum effectum, cùm aliàs, ſi operaretur eundem effectum in paſſione, quem operatur in actione, ſequeretur maximum abſurdum, quòd excommunicatio eſſet potiùs favorabilis reo, dum hac via illum eximeret à contributo quindenniii.

Ejuſdem irrelevantiæ eſt replicatio ad mox datam reſponſionem,mediante obligatione excommunicati ad Horas Canonicas, quòd non rectè arguatur ab obligatione Horarum Canonicarum, ad quas tenetur excommunicatus, ad contributum quindennii ex eo, quòd obligatio
13 Officii divini eſt onus merè perſonale,ſicque infixum ſemper oſſibus perſonæ in quocumque ſtatu, niſi infirmitate, aut alio legitimo detineatur impedimento, quod præſtare nequit ſola excommunicatio, onus verò quindennii eſt reale ratione qualitatis poſſeſſoris, nempè ipſius Capituli, quod eſt manus mortua, veluti in punctò Officii divini, & Penſionis advertit *Ricciull. de jure perſon. extrà grem.Eccleſ.lib.4.c.16. n.4. in fine, & n.5. in principio;* quia immò onus quindennii etiam certo modo dici poteſt perſonale, & Dominus directus non ſolùm habet actionem realem pro illius exactione, quaſi hypothecatum, ac obligatum habeat fundum, ſed etiam perſonalem contrà ipſam manum mortuam,ut in ſimili de Penſionario habente actio- 14
nem tàm realem, quàm perſonalem contra Titularem pro exigenda Penſione *Vallenſ.de Benefic. lib.4. tit.12. num.13. in principio verſiculo deindè.*

Ejuſdem momenti eſt ponderatio, quòd, ſi Canonicus excommunicatus participare non 15
debet de quindenniis activis,debitis nempè ſuo Capitulo pro Emphyteuſi per manum mortuam poſſeſſa juxta per nos adducta in *Cap.CXXXI.* nec contribuere debet ad quindennia paſsiva, contrariorum enim eſt idem judicium, & diſciplina, quia ſemper recurrit ratio ſuperiùs allata, quòd in oneroſis habeatur pro non excommunicato, ſicque non deſinat eſſe de Capitulo, ut etiam in hoc puniatur. Superiùs autem dicta non ità inſipidè veniunt intelligenda, ità, ut excommunicatus nullos percipiens fructus, teneatur de proprio ad contribuendum, verumtamen cùm reliquis Concanonicis non excommunicatis accreſcat portio excommunicati, ipſi teneantur huic debito Capitulari ſatisfacere pro Canonico excommunicato, quia quindennium debetur ratione fructuum Canonicatus, eſtque illius onus annexum Canonicatui, nè aliàs quis puniatur pœna ab Eccleſia non intenta, quæ non imponit pœnam pecuniariam, eo modo ſi Beneficiatus teneretur Eccleſiam reparare, cùm illam reparare debeat ex fructibus Eccleſiæ, excommunicatus autem illos non percipiat, ſequeretur,non teneri illam reparare de proprio,quando etiam Beneficiati, quantumvis renuncian- 16
tes Beneficiis tenentur contribuere ad reparationem Eccleſiæ, *Amoſtaz. de cauſis piis lib.5. c.6. num.37.*

Ubi autem vigeat conſuetudo convertendi fructus in utilitatem fabricæ Eccleſiæ juxta 17
S. Concil. Tridentin. ſeſſ.21. de Reform. cap.3. tunc crederem, onus contributi incumbere ipſi fabricæ.

Nulliuſque ponderis eſt animadverſio. quòd Capitulum, & cœteri Canonici, quibus accreſcunt fructus amiſſi ab excommunicato, non viderentur contribuere debere, cùm vigore diſpoſitionis *Conciliaris ſeſſ.24. de Reform. cap.12.* 18
ipſo Jure accreſcant, ſicque abſque aliquo onere tranſire debent, nè ex delicto unius cœteri Canonici graventur. Cumque ſit in poteſtate excommunicati (ut jam inſinuavimus) petere abſolutionem, ac poſteà ſi excommunicatio detegatur injuſta, fructus repetere, immò quando,ut in caſu hujuſmodi fructus non decreſcunt, ſed accreſcunt, & non quidem de novo, tunc benè tranſeunt cum ſuo onere, adinſtar Cano- 19
nicorum non intereſſentium, vel ſi ſequenda eſt opinio *Barboſæ de Canonic. & Dignit. c.22 n.18. in fine verſiculo remanet*, tenentis fructus Canonici delinquentis non accreſcere aliis Canonicis non delinquentibus, & intereſſentibus, ſed applicandos eſſe Eccleſiæ, ſeu loco pio, licet contrarium dicat eſſe probabile, tunc Eccleſia, vel locus pius tenebitur contribuere.

ARGUMENTUM.

Canonici Hebdomadarii, ſeu ſupplementarii, ad ſupplendum nempè vices Canonicorum legitimè impeditorum, non tenentur contribuere ad quindennia debita Domino directo de Emphyteuſi per Capitulum tamquàm manum mortuam poſſeſſa.

SUMMARIUM.

1 *Canonici Hebdomadarii non participant de quindenniis.*
2 *Injuſtia eſſet, quòd qui non ſentit commmodum, ſentiret incommodum.*
3 *Contrariorum idem eſt judicium.*

CAPITULUM CXLVII.

Viſo in *Cap.CIV.* quod iſti Canonici Hebdo-
1 madarii participare nequeant de quindenniis activis Capitulo tamquàm Domino directo debitis, reſtat nunc videndum, quòd iidem viceverſa contribuere nequeant ad quindennia paſſiva Domino directo debita de Emphyteuſi per Capitulum retenta, firmando in præſenti, quòd Canonici Hebdomadarii, ſeu ſupplementarii, ad ſupplendum nempè vices Canonicorum legitimè impeditorum, non tenentur contribuere ad quindennia debita Domino directo de Emphyteuſi per Capitulum tamquàm manum mortuam poſſeſſa; ſi namque tales non habentur pro Canonicis quoad participandum de quindennio activo juxta per nos allegata in *dicto Capitulo CIV.* conſequens eſt, quòd nec pro Canonicis habeantur quoad contribuendum pro quin-
2 dennio paſſivo, nè aliàs ſequeretur abſurdum, immò injuſtitia, quòd qui non ſentit commo-
3 dum, ſentiat incommodum, & contrariorum idem eſt judicium.

ARGUMENTUM.

Canonici alicujus Cappellæ, ſeu Canonici Cappellani in Cathedrali, aut Collegiata Eccleſia, non tenentur contribuere unà cum Canonicis non Cappellanis ad quindennia Domino directo debita pro Emphyteuſi per Capitulum Cathedralis, aut Collegiatæ poſſeſſa.

SUMMARIUM.

1 *Canonici Cappellani non participant de quindenniis cum Canonicis non Cappellanis.*

CAPITULUM CXLVIII.

Cum inter Canonicos Cappellanos, & Canonicos non Cappellanos inter plura diſceptari quoque ſoleat ſuper materia pecuniaria, ſeu ſuper obligatione ſolvendi, proindeque ſuper quindennio paſſivo, per Capitulum videlicet debito, ideò videndum eſt in præſenti, utrùm etiam Canonici Cappellani teneantur ad quindennium pro contributo unà cum Canonicis non Cappellanis, & reſolvitur, quòd Canonici alicujus Cappellæ, ſeu Canonici Cappellani in Cathedrali, aut Collegiata Eccleſia, non tenentur contribuere unà cum Canonicis non Cappellanis ad quindennia Domino directo debita pro Emphyteuſi per Capitulum Cathedralis, aut Collegiatæ poſſeſſa, quippè connaturale, conſequutivum, ac æquum eſt, ut non teneantur contribuere ad quindennium paſſivum, qui non 1
poſſunt participare cum Canonicis non Cappellanis de quindennio activo debito ſcilicet Capitulo Domino directo pro Emphyteuſi manui mortuæ conceſſa, ex per nos cumulatis in *Cap.CXXIII.*

ARGUMENTUM.

Choriſtæ, ſeu Chorarii tàm in Cathedrali, quàm in Collegiata, præſertim Galliæ, licet percipiant quotidianas diſtributiones adinſtar Canonicorum, non tenentur contribuere ad quindennia debita, pro bonis Emphyteuticis per Capitulum poſſeſſis.

SUMMARIUM.

1 *Choriſtæ, ſeu Chorarii non participant de quindenniis.*
2 *Maritus, & uxor conſortes appellantur, ex eo, quòd ſunt participes tàm bonorum, quàm malorum.*
3 *Qui ſentit commodum, debet ſentire incommodum.*
4 *Cujus eſt participare de utilitate, etiam eſt onera ſentire.*
5 *Servenda eſt æqualitas maximè inter Eccleſiaſticos.*
6 *Iniquum eſt communicare onera infixa bonis Capitularibus, non communicatis bonis Capitularibus.*
7 *Per vocem in Capitulo quis fit de Capitulo.*
8 *Chorarii carent qualitate Capitulari.*
9 *Societas habet jus quodam fraternitatis.*
10 *Societas Leonina in Jure improbata.*
11 *Res tranſit cum ſuo onere.*
12 *Canonici videntur gravati contribuendo in totum, quando Chorarii ſentiunt idem commodum ex bonis communibus, quod ſentiunt Canonici.*
13 *Quindennia enumerantur inter fructus Canonicales.*
14 *Contrariorum idem eſt judicium.*
15 *Quis poteſt eſſe Capitularis, & tamen non lucrari diſtributiones.*
16 *Non ordinatus in Sacris percipit diſtributiones, non tamen eſt de Capitulo.*

CAPITULUM CXLIX.

Aſſolent in nonnullis Eccleſiis tàm Cathedralibus, quàm Collegiatis, præſertim Galliæ, adeſſe Chorarii, ſeu Choriſtæ inſervientes ad canendum in Choro, de quibus ambigi poteſt, an etiam iſti teneantur contribuere ad quindennium, ideò firmatur, quòd Choriſtæ, ſeu Chorarii tàm in Cathedrali, quàm in Collegiata, præſertim Galliæ, licet percipiant quotidianas diſtributiones adinſtar Canonicorum, non tenentur contribuere ad quindennia debita pro bonis Emphyteuticis per Capitulum poſſeſſis, æquitas enim ſuadet, ut non debeant contribuere, qui non poſſunt participare ex jam per nos 1
dictis in *Cap.CXVII.* arguendo à quindenniis acti-

actívis debitis Capitulo tamquàm Domino directo ad quindennia paſſiva debita à Capitulo tamquàm Emphyteuta,& tamquàm manu mortua. Ut namque Choriſtæ eſſent conſortes cum Canonicis in pœnalibus, ſeu præjudicialibus, deberent unam, eandemque ſimul ſubire ſortem cum eiſdem Canonicis in favorabilibus, nimirùm in participando de quindenniis, ſicuti ob
2 id maritus, & uxor conſortes appellantur ex eo, quòd ſunt participes tàm bonorum, quàm malorum *Barboſa appellat.*58. *n.*5.

In nihilum refragante, quòd iſti tamquàm pares in commodo cum Canonicis ratione communis, ac ſimultaneæ perceptionis diſtributionum, viderentur debere eſſe pares quoque in in-
3 commodo, ſicque teneri ad contributum pro quindenniis juxta *cap.qui ſentit onus* 55.*de regul.*
4 *Jur.in 6.* & cujus eſt participare de utilitate, etiam eſt onera ſentire *Novar.de gravam.tom.*1. *gravam.*345. *n.*7. ut ſervetur æqualitas maximè
5 inter Eccleſiaſticos debita *Barboſa axiom.*16. *nu* 1. *cum ſeqq.* aliàs iniquum eſt communicare
6 onera infixa bonis Capitularibus, non communicatis bonis Capitularibus *Signoroll. Homod. conſil.*44. *verſiculo ſecundo caſu*, *Rota in recentior. dec.*392. *n.*24. *par.*15. *dec.*282. *n.*13. *par.*18. quia ad contribuendum non ſufficit ſola accidentaria paritas commodi, quod ratione paris, vel majoris laboris cum Canonicis in Choro ſentiunt Choriſtæ, ibidem pſallendo, ſed requiritur etiam paritas honoris, ſicque jus ſuffragii in
7 Capitulo cum Canonicis, per quod fierent de corpore Capituli, & tamquàm Capitulares procul dubio deberent contribuere, *Raguccius de voce in Capitulo qu.*5. *n.*2. *Barboſa de Canonic. &*
8 *Dignitat. cap.*37. *n.*1. *cum ſeqq. & n.*15. cùm verò qualitate Capitulari penitus careant ex congeſtis per *Tondut.reſol.Canonic.par.*2. *cap.*3.§.12. *nu.*21. *Franc. Marc. deciſ. Delphin.*297. *nu. unic. par.*1. *& deciſ.*318. *n.*1. *par.*2. iniquum eſſet, ut tenerentur ad id, ad quod tenentur Capitulares, ſeu Capitulum: adeòque deficiente conſortio ex parte Choriſtarum in participando de quindenniis, illud deficere quoque debet in contribuendo ad quindennia ex eo, quòd incompatibile eſt dari conſortium ad unum effectum, & non ad alium, cùm aliàs per indirectum eſſet de Capitulo in ſibi favorabilibus, ità, ut eodem tempore, ac in eadem materia quoad diverſos effectus eſſent, & non eſſent, quod naturaliter evenire nequit, ſiquidem ea eſt natura ſocietatis, ut debeat tendere tàm ad communem uti-
9 litatem, quàm ad commune damnum, tamquàm habens jus quoddam fraternitatis, ut ſervetur æqualitas *l. verum* 63. *in princip. ff. pro ſoc.l.cùm pater* 77.§.*Evictis* 8.*ff. de legat.*2. *Staiban. de intereſſe lib.*2. *tit.*8. *qu.*1. *n.*33. *cum ſeqq.*
10 aliàs eſſet ſocietas Leonina in Jure improbata *l.ſi non fuerint* 29.*l. ſi igitur* 55.*l. cum duobus* 52. §. *Quidam ſagarium* 4. *ff. pro ſoc. l. ſecundùm naturam* 10. *ff. de regul. Jur.l. manifeſtum* 22.§.*Sed cùm in ſecundam* 3. *C. de furt. Felicius de Societate cap.*18. *n.*15. *Caſtracan. eod. tract. cap.*39.*nu.*6. *cum ſeqq.*

Minùs turbat, quòd Choriſtæ uti participantes de maſſa communi ipſius Capituli mediante perceptione diſtributionum debeant ſubjacere eidem oneri, cui ſubjacent Canonici eaſdem percipientes diſtributiones de maſſa communi, quaſi quòd in hoc caſu res tranſeat cum ſuo 11
onere *Barboſa axiom.*199. *n.*5.

Cæterùm videntur gravari Canonici contri- 12
buendo in totum, quãdo Chorarii ſentiunt idem commodum ex bonis communibus, quod ſentiunt Canonici *Novar. de gravam. tom.*1. *gravam.*346. *n.*2. quia hoc militaret in caſu, quo Choriſtæ participarent de maſſa Capitulari in figura, & qualitate Canonicali, ac Capitulari, non quando, ut in caſu noſtro, participant in figura, & qualitate Chorali tantùm ex cauſa Pſalmodiæ in Choro. Præterquamquòd onera quindenniorum non ſunt dumtaxat realia, infixa nempè rei, ex quibus fructus colliguntur, ſed etiam perſonalia, infixa nempè ipſis Canonicis, ſicque mixta, undè ratione perſonalitatis non debentur Choriſtis, qui non ſunt Canonici; hinc ſicuti quindennia activa, quæ debentur Capitulo Domino directo pro Emphyteuſi manui mortuæ conceſſa,enumerantur inter fructus 13
Canonicales ad effectum illa dividendi unà cum fructibus Præbendalibus inter ſolos Canonicos, *Rota dec.*19.*n.*1.*poſt Antonell. de jurib. & onerib. Clericor. repetit. poſt Tract. inter Deciſion. S. Rot. Rom. in ordine la XII.* ità è contrà quindennia paſſiva debita per Capitulum tamquàm manum mortuam Domino directo pro Emphyteuſi retenta enumeranda ſunt inter onera Canonicalia, proindeque à ſolis Canonicis debita, con- 14
trariorum enim idem eſt judicium *Barboſa axiom.*58. *n.*11.

Eodem namque modo, quo aliquis poteſt eſſe Capitularis, & tamen non admitti ad diſtributiones quotidianas ob imperitiam cantus,vel 15
ob defectum aliarum qualitatum requiſitarum, vel ob excommunicationem minorem, *Moneta de diſtribution.quotidian.par.*2. *qu.*20. *con.*1.*n.*12. poteſt admitti ad diſtributiones, & tamen non eſſe Capitularis: Exemplum habemus in Canonico, cujus Canonicatus habeat annexum Ordinem ſacrum, in legitima ætate conſtitutus, ut intrà annum ad Ordines Sacros promoveatur, interim benè percipit diſtributiones,non tamen eſt de Capitulo, donec promoveatur ad 16
ſacrum Subdiaconatus Ordinem, reſiſtente *Sacro Concilio Tridentino ſeſſ.*22. *de Reformat.cap.*4.

ARGUMENTUM.

Cappellani Aſſiſii, ſivè Manſionarii illarum Eccleſiarum non tamen Canonicalium, ſicque non Cathedralium, nec Collegiatarum, in quibus intitulati ſunt, & participant de maſſa unà cum Beneficiatis, immò occupant ſtallum, & locum in Choro, ac vocem habent in Capitulo, contribuere tenentur ad quindennia ab eorum Eccleſiis tamquàm manibus mortuis debita pro Emphyteuſi per eaſdem retenta.

SUMMARIUM.

1 *Qui ſentit commodum, ſentire debet incommodum.*

CAPITULUM CL.

IN *Cap.CXIX.* edocuimus, Cappellanos hujuſmodi participare debere de quindenniis activis debitis eorum Eccleſiis pro Emphyteuſi

per manum mortuam poſſeſſa, nunc viceverſa agendo de quindenniis paſſivis, debitis nempè per Eccleſias tamquam manus mortuas pro Emphyteuſi paſſiva per eaſdem retenta, edocemus in præſenti, quod Cappellani Aſſiſii, ſivè Manſionarii illarum Eccleſiarum non tamen Canonicalium, ſicque non Cathedralium, nec Collegiatarum, in quibus intitulati ſunt, & participant de maſſa unà cum Beneficiatis, immò occupant ſtallum, & locum in Choro, ac vocem habent in Capitulo, contribuere tenentur ad quindennia ab eorum Eccleſiis tamquàm manibus mortuis debita pro Emphyteuſi per eaſdem retenta, quippè ſi illi ſentiunt commodum in participatione quindenniorum activorum, ratio, & æquitas ſuadet, ut ſentiant quo-
1 que incommodum in contributione quindenniorum paſſivorum.

ARGUMENTUM.

Canonicus Eccleſiæ Cathedralis creatus S.R.E. Præsbyter, aut Diaconus Cardinalis, licet Canonicatum retineat, non indè tamen contribuere tenetur ad quindennia pro Emphyteuſi per Capitulum tamquàm manum mortuam retenta.

SUMMARIUM.

1 *Canonicus Cathedralis, creatus Cardinalis participat de quindenniis.*
2 *Idem non tenetur contribuere ad quindennia.*
3 *Eadem res diverſo jure quoad diverſos effectus cenſetur.*
4 *Qui ſentit commodum, debet ſentire incommodum.*
5 *Favor non debet retorqueri in odium.*
6 *Canonicus Cardinalis non percipit diſtributiones.*

CAPITULUM CLI.

Suprà in *Cap.CXX*; aſſeruimus, Canonicum
1 Eccleſiæ Cathedralis creatum S. R. E. Præsbyterum, aut Diaconum Cardinalem, adhùc participare de quindenniis activis pro æquali portione cum reliquis Canonicis non Cardinalibus, pro Emphyteuſi per Capitulum manui mortuæ conceſſa, modò agendo de quindenniis paſſivis, viceverſa aſſerimus, quod Canonicus Eccleſiæ Cathedralis creatus S. R. E. Presbyter, aut Diaconus Cardinalis, licet Ca-
2 nonicatum retineat, non indè tamen contribuere tenetur ad quindennia pro Emphyteuſi per Capitulum tamquàm manum mortuam retenta, non enim debet eſſe oneroſa retentio privilegiativa ratione Cardinalitiæ Dignitatis, ac operari præjudicium retinenti; ſed quis benè conſiderari poteſt Canonicus in favorabilibus, & non Canonicus in præjudicialibus adinſtar
3 rei, quæ ex accidenti contingente ob præſumptam legis mentem diverſo Jure quoad diverſos reſpectus cenſetur, *Barboſa axiom.*135. *n.*7.

Non obſtat, quòd iniquum videatur, ut qui ſtante ſuo Cardinalatu, non ampliùs inſervit ſuæ Eccleſiæ Canonicali, ſeu Cathedrali, ſed benè participat de quindenniis activis, prout antè Cardinalatum, contribuere non teneatur ad quindennia paſſiva, totumque onus quindenniorum etiam pro illius parte refundatur in cœteros Canonicos non Cardinales, qui ſoli ſuſtinent pondus diei, & æſtus, quando qui ſentit 4
commodum, debet ſentire incommodum *Barboſa axiom.*44. *n.*2. quia retentio Canonicatus inducta in favorem Canonici Cardinalis, non 5
debet retorqueri in illius odium *cap.quod ob gratiam* 61. *de regul. Jur. in* 6. *l. nulla Juris ratio* 24. *ff. de legibus, l. quod favore* 6. *C. eod. Barboſa axiom.*44. *n.*4. *&* *axiom.*96. *n.*1. & quia militat longè diverſa ratio in Canonico Cardinali, dum reliqui Canonici percipiunt diſtributiones quo- 6
tidianas, Canonicus autem Cardinalis illas non percipit tamquàm actu non reſidens, ſed groſſos tantùm fructus.

ARGUMENTUM.

Vicarius Capitularis Sede vacante, actu non Canonicus, quantumvis interſit Capitulo, ſi, durante adhùc ſuo Vicariatu, maturatum fuerit quindennium debitum Capitulo tamquàm Domino directo pro Emphyteuſi per manum mortuam retenta, nihilominùs de quindennio non participat.

SUMMARIUM.

1 *Capitulum Sede vacante tenetur intrà octo dies vel confirmare Vicarium Generalem præexiſtentem, vel alium deputare.*
2 *Deputari poteſt in Vicarium Capitularem aliquis extrà gremium Capituli, quando non adeſt idoneus de Capitulo.*
3 *Quid poſſit Vicarius Capitularis.*
4 *Sola Canonia parit fructum Capitularitatis.*
5 *Dignitas Vicariatus non eſt de Capitulo.*
6 *Vicarius Generalis Epiſcopi, Canonicus, vel non Canonicus non participat de quindenniis.*
7 *A Vicario Generali rectè argui poteſt ad Vicarium Capitularem.*
8 *Vicarius Capitularis non habet ſalarium de menſa Capitulari.*
9 *Quis ſubrogatus cenſetur cum eiſdem juribus ſubrogantis.*
10 *Vicarius Capitularis repræſentat Capitulum quoad juriſdictionem.*
11 *Quindennia ſunt emolumenta Capitularia.*
12 *Ad diverſa non benè fit illatio.*
13 *Magis expedit, ut adminiſtratio fiat ab uno.*
14 *Non debet alteri per alterum iniqua conditio fieri.*
15 *Conſenſus non operatur ultrà intentionem conſentientis.*
16 *Conſenſus tacitus inducere nequit præjudicium.*
17 *Conſenſus tacitus ſufficit in materia favorabili.*

CAPITULUM CLII.

Cum ad formam *Sacri Concilii Tridentini ſeſſ.*24. *de Reform. cap.* 16. Sede Epiſcopali 1
vacante teneatur Capitulum infrà octo dies poſt vacationem vel confirmare Vicarium Generalem præexiſtentem, vel alium de novo deputare, indè Capitularem dictum, cùmque talis deputatus de neceſſitate eſſe non debeat ex gremio Capituli, ſed benè eſſe poſsit non Canonicus, quando non reperiatur idoneus de gremio Capituli, ſicque extraneus, juxta reſolutionem S. Con-

2 S. Congregationis Concilii penès *Pignatell. conſult.Canonic.tom 1.conſult.410.& tom.7.conſult.4. nu.1. cum ſeqq.Paſtor de Benefic. lib.1. tit.12. n.2. in med. verſiculo non tamen eſt neceſſe, Scoppa in Codic.Fabrian.lib.1. tit.3. explanat.28. n.6. Card. de Luca de Canonic. diſc.24. nu.5. & in annot. ad Sacr.Concil.Tridentin. diſc.31. ſub nu.20. verſiculo*
3 *quamvis*. Quid autem poſſit Vicarius Capitularis, non eſt noſtri inſtituti, ſuper quo latè egerunt *Pavinus de poteſtate Capituli Sede vacante, Fermoſinus eod. tract. Marchett. in praxi Vicar. Capitular. ac plerique alii*. Facilè igitur præbetur anſa diſputandi inter Capitulum, & Vicarium Capitularem ſuper dubio participationis quindenniorum prætenſæ à Vicario Capitulari, eique denegatæ à Capitulo, ideò firmatur in præſenti, quòd Vicarius Capitularis Sede vacante, actu non Canonicus, quantumvis interſit Capitulo, ſi durante adhùc ſuo Vicariatu maturatum fuerit quindennium debitum Capitulo tamquàm Domino directo pro emphyteuſi per manum mortuam retenta, nihilominùs de quindennio non participat, licet enim habeat per accidens ratione ſui Vicariatus vocem in Capitulo, non tamen ullo modo dici poteſt, quòd ſit de Capitulo tamquàm Præſes Capituli, ob deficientem in illo qualitatem Canonicalem, ſeu
4 Canoniam, quæ ſola parit fructum Capitularitatis ad *text.in cap.in Geneſi 55. de electione, Barboſa de Canonic. & Dignitat. cap.12. nu.19.* Præ-
5 terquamquòd Dignitas Vicariatus non eſt de Capitulo, nec pertinet ad Capitulum, *Ferr. Manriqu. de præcedent. qu.52. nu.15. in fine verſiculo cùm Dignitas Vicariatus, Barboſa de Canonic. & Dignitat. cap. 26. num.10. verſiculo neque eſt Dignitas*.

Eodem namque modo, quo de Vicario Ge-
6 nerali Epiſcopi Canonico, vel non Canonico firmamus in *Cap.CLIV.* ſuper non participatione quindenniorum, à ſimili firmandum videtur in
7 Vicario Capitulari, ad quem rectè à Vicario Generali, ac è converſo argui valet *Barboſa de Canonic. & Dignitat. cap.36. nu.9. & de Epiſcop. par.3. alleg.54. nu.171.*

Quibus adſtipulatur in confirmationem, quòd Vicarius Capitularis non habet pro ſuo Officio
8 Salarium de menſa Capitulari, ſed benè de Epiſcopali ad denotandum, ipſum negocium gerere Epiſcopatus, ſeu Prælaturæ vacantis, nullam autem afferre utilitatem Capitulo, *Moneta de diſtribution. quotidian. par.2. qu.11. nu.84.*

Non obſtat, quòd Vicarius Capitularis uti gerens vices Capituli, illudque repræſentans, debet eſſe ejuſdem naturæ, & conditionis, cujus eſt principalis, nempè Capitulum, & cenſetur
9 vigore ſubrogationis ſubrogatus cum eiſdem juribus ſubrogantis, immò reputatur una, eademque perſona cum Capitulo ſubrogante *Robles de repræſentat. lib.1. cap.12. nu.18. poſt med. verſiculo & pro una, eademque perſona*; quia repræſentat
10 quidem Capitulum, ſed quoad juriſdictionem tantùm, ità volente Concilio, *Pignatell.conſult. Canonic. tom.9. conſult.159. nu.3. & 9.* non quoad emolumenta Concapitularia, ſeu Concanonica-
11 lia, qualia ſunt quindennia juxta *deciſ.19. nu.1. poſt Remocamp. de Coadjutor. repetit. poſt Tract. inter Deciſion. S. Rot. Rom. in ordine la XIII.* quæ ſoli Capitulo, ſoliſque Capitularibus competunt dumtaxat habentibus jus Canoniæ, nihilque commune habent quindennia cum actibus juriſdictionalibus in Vicarium Capitularem tranſ-
fuſis, ita, ut ab una conceſſione non fiat illatio 12
ad aliam penitùs diverſam *l.Papinianus 20 ff de minorib.* omiſſo, quòd Concilium injunxit ad-
miniſtrationem Vicario Capitulari, quia magis 13
expedit, ut adminiſtratio fiat ab uno, quàm à pluribus ad tollendas confuſiones.

Præterquamquòd inveriſimile eſt, quòd Capitulum, deputando Vicarium Capitularem, qui (ut plurimum) parum durat, velit communicare eidem Vicario Capitulari jus percipiendi quindennia (quæ ſunt fructus tàm longi temporis, quindecim nempè annorum, ſoliſque quindecim annis colliguntur) in propriam perniciem ipſius Capituli deputantis, diminuendo hoc pacto per indirectum ratam quindennialem
contingentem toti Capitulo, quando tamen non 14
debet alteri per alterum iniqua conditio inferri *l.non debet 74. ff.de regul. Jur.* nec conſenſus Ca-
pituli in Vicarium Capitularem operatur ultrà 15
intentionem ipſius Capituli conſentientis *l. non omnis 19. ff. de reb. credit. ſi cert. petat. Gratian. diſc.831. nu.4.* ad quod faciendum cùm agatur de præjudicio totius Capituli, requireretur expreſſus conſenſus ejuſdem Capituli, nec tacitus
ſufficeret ad inducendum tàm grave præjudi- 16
cium ad *text. in l.id, quod noſtrum eſt 11. ff. de regul. Jur.* quidquid eſſet, ſi induceretur favor,
quo caſu tacitus conſenſus ſufficeret. 17

ARGUMENTUM.

Vicarius Generalis Epiſcopi, actu Canonicus ſedens in Choro, & Capitulo uti Vicarius in habitu Vicariali, non uti Canonicus in habitu Canonicali participat de quindenniis debitis ſuo Capitulo pro emphyteuſi poſſeſſa per manum mortuam.

SUMMARIUM.

1 *Vicarius Generalis Epiſcopi, actu Canonicus ſedens in Choro, & Capitulo uti Vicarius, non conſideratur uti Canonicus ad lucrandū diſtributiones.*
2 *Officium Chori eſt officium magis principale, quàm officium intereſſendi Capitulo.*
3 *Validiſſimum eſt argumentum à Vicario Capitulari ad Vicarium Generalem.*
4 *Vicarius Capitularis actu Canonicus, intereſſens Capitulo in habitu Vicariali non participat de quindenniis.*
5 *Favor non debet retorqueri in odium.*
6 *Sibi imputet qui eligit viam carendi quindenniis.*
7 *Qui vult antecedens, vult etiam conſequens.*
8 *Rex in Ditione Ducali, vel Comitali dicitur Dux, vel Comes.*
9 *Rex Hiſpaniarum, dicitur Dux Mediolani.*
10 *Idem in Aragonia, & Cathalonia dicitur Princeps.*
11 *Rex Galliarum, dicitur Comes Tholoſæ.*
12 *Rex Angliæ in Ducatu Vaſcoviæ conſideratur Comes.*
13 *Dux Sabaudiæ eſt Princeps Pedemontis.*
14 *Dux Virtembergen. eſt tantùm Comes Mompelgardi.*
15 *Vicarius Generalis quomodocumque ſedens, eſt ſemper Canonicus.*

CA-

CAPITULUM CLIII.

SOlet quandoque Epiſcopus deputare ſuum
Vicarium Generalem actu Canonicum, iſte
tamen ratione ſui Vicariatus ſolet etiam quan-
doque ob particulares fines præcedentiæ ſedere
in Choro, & Capitulo uti Vicarius, proindeque
oritur inter eundem, ſuumque Capitulum con-
troverſia ſuper prætenſa participatione quin-
denniorum, quamobrem reſolvimus, quòd Vi-
carius Generalis Epiſcopi, actu Canonicus ſe-
dens in Choro, & Capitulo uti Vicarius in ha-
bitu Vicariali, non uti Canonicus in habitu Ca-
nonicali, participat de quindenniis debitis ſuo
Capitulo pro emphyteuſi poſſeſſa per manum
mortuam; videretur quidem quòd taliter ſedens
ratione alteratæ ſeſſionis, non ampliùs conſide-
retur Canonicus, ſicque non ampliùs capax ju-
1 rium Collegialium, ſeu Concapitularium, prout
nec talis conſideratur ad lucrandum diſtribu-
tiones quotidianas *Barboſa de Canonic. & Digni-
tat. cap. 18. nu. 32. & cap. 36. nu. 7. & collect. dec.
Apoſtol. 98. nu. 1. & 6. Fermoſin. de poteſt. Capitul.
Sed. vac. tract. 1. qu. 12. nu. 2. Monacell. in formular.
legal. Eccleſ. practic. par. 2. tit. 13. in annotat. n. 18.
verſiculo ſi autem*: & mihi videtur fortiſſimum
argumentum à diſtributionibus quotidianis ad
quindennia ſaltem in præſenti hypotheſi ob ma-
joritatem rationis, ſi namque non ſuffragatur
intereſſentia in Choro cum qualitate Vicariali
ad percipiendum diſtributiones, quantò minùs
ſuffragabitur intereſſentia in Capitulo cum ea-
dem qualitate Vicariali ad participandum de
quindenniis, quando tamen officium Chori, &
2 cultus divini eſt officium magis principale,
quàm officium intereſſendi Capitulo *Garzias de
3 Benefic. par. 3. cap. 2. nu. 551.* prout etiam validiſ-
ſimum eſt argumentum à Vicario Capitulari ad
Vicarium Generalem ex *Barboſa de Epiſc. par. 3.
alleg. 54. n. 171. & de Canonic. & Dignitat. cap. 36.
nu. 9.* cùm firmatum ſit in *præcedenti Cap. CLII.*
4 Vicarium Capitularem actu Canonicum intereſ-
ſentem Capitulo in habitu Vicariali, non parti-
cipare de quindenniis, attamen contrarium fir-
matur in præſenti, quia diverſa militat ratio in
quindennio, cùm iſtud non debeatur ratione
ſeſsionis in Choro, aut Capitulo, ſed debeatur
ratione Canoniæ, & extrà Chorum, & extrà
Capitulum; undè non procedit allata paritas
diſtributionum, quia illæ debentur pro intereſ-
ſentia Canonicali, ſed tunc non intereſt tam-
quàm Canonicus; & quindennia non debentur
propter intereſſentiam Choralem, aut Capitu-
larem, ſed propter titulum, ſicque non debet
obſtare ſeſſio, licet aliam perſonam repræſentet,
per alterationem enim ſeſſionis in qualitate ac-
cidentariè ſuperaddita Vicariali non cenſetur
quis velle ſibi præjudicare in qualitate nativa
Canonicali, & amittere emolumenta quinden-
nialia ſibi competentia tamquàm Canonico, nè
aliàs officium in ſe compatibile cum Canonica-
5 tu, ſibi ſit damnoſum, ac in odium retorqueatur
*cap. quod ob gratiam 61. de regul. Jur. in 6. l. nulla
Juris ratio 24. ff. de legibus l. quod favore 8. C. eod.*
præſertim dum diſtributio quindenniorum non
fit in Choro, neque in Capitulo, niſi Camera-
rius per accidens diſtribuat forſitan aliquando
in Choro, aut Capitulo ex eo, quòd non atten-
ditur diſtributio accidentalis, ſed cauſa debiti,
ideò, etiamſi per accidens aliquando Camera-
rius diſtribuiſſet in Choro, aut Capitulo quin-
dennia, non indè tamen hujuſmodi diſtributio
tamquàm myſterioſa poſſet aliquid operari,
cùm forſitan facta eſſet majoris commoditatis
gratia.

Non obſtat, quòd, cùm poſitum ſit in facul-
tate Vicarii Generalis ſedere uti Canonicum, &
in caſu talis ſeſſionis participare de emolumen-
tis quindennialibus adinſtar Concanonicorum,
ut patet ad ſenſum, ſibi imputet, ſi ſponte viam
eligat, per quam quindenniis carere debet, non
curans ſe gerere tamquàm Canonicum, illiuſ- 6
que perſonam induere in figura, & habitu Cano-
nicali ad tradita per *Barboſam axiom. 225. nu. 1.*
aliàs qui vult antecedens, vult etiam conſequens 7
Barboſa axiom. 30. nu. 3. Hinc videmus, quòd
repræſentans duplicem perſonam, non ſemper
duplicem repræſentat, ſed ſecundùm caſuum
circumſtantias unam tantùm repræſentat, veluti
Rex in aliqua Ditione Ducali, vel Comitali 8
inticulatur Dux, vel Comes, *Card. de Luca de
Juriſdict. diſc. 22. nu. 7. de feudis diſc. 83. nu. 11.
& de Jurepatronat. diſc. 2. nu. 75.* Rex Catholi-
cus, qui in Regnis Hiſpaniarum eſt Rex, &
Monarcha, in Ditione tamen Mediolani eſt Dux, 9
& tamquàm talis ſimpliciter denominatur Dux
ex eo, quòd Mediolanum non eſt Regnum, ſed
Ducatus, *Lancellott. Gallia ad Conſuetudin. Ale-
xandr. in præfat. 8. nu. 93. Hæpingius de jure Inſign.
par. 7. cap. 6. nu. 1224.* in Aragonia, & Cathalo-
nia, ubi eſt Princeps tantùm, & Comes aliqua- 10
rum Provinciarum, *Belluga in Speculo Princip.
Rubr. 11. ad §. Jam ſuprà ſub nu. 2. verſiculo &
quamvis, Rota coram Royas dec. 279. n. 6. dec. 281.
nu. 4. & dec. 286. nu. 3. cum ſeq. coram Card. Celſo
dec. 7. num. 3. cum ſeqq. & poſt Dian. reſol. moral.
par. 8. dec. 9. ac in recentior. dec. 216. num. 7. cum
ſeqq. par. 9. dec. 140. nu. 6. dec. 212. nu. 11. dec. 261.
ſub nu. 7. verſiculo bis par. 14.* Rex Galliarum,
qui in ſuo Regno eſt Rex cum titulo Chriſtianiſ-
ſimi, attamen Tholoſæ eſt tantùm Comes, *Gu- 11
lielm. de Benedict. in cap. Raynutius 16. verbo &
uxorem nu. 496. de teſtament.* idem eſt Comes tan-
tùm Burgundiæ, *Chaſſanæus ad Conſuetudin. Bur- 12
gund. prohæm. poſt nu. 6.* Rex Angliæ in Ducatu
Vaſcoviæ conſideratur tamquàm Comes, *Card.
de Luca de feudis diſc. 83. nu. 11.* Dux Sabaudiæ
eſt Princeps Pedemontis, *Cacheran. conſil. 9. n. 23.* 13
*Sola ad nov. Conſtitution. Sabaud. tit. edict. annal.
gloſ. 7. num. 2. cum ſeq. Knipſchild. de fideicommiſſ.
famil. Nobil. cap. 1. nu. 122. Ming. de ſuper. Terri-
torial. th. 34. Reinkin. de Regim. ſæcular. & Eccle-
ſiaſtic. lib. 1. claſſ. 4. cap. 8. nu. 8. Manzius in ſum.
Jur. Public. par. 2. tit. 6. §. 2. nu. 6. & tit. 10. §. 11.
nu. 5. ab Eccleſ. obſerv. Senat. Pedemontan. par. 1.
obſerv. 2. nu. 2. cum ſeq. obſerv. 177. nu. 17. in fine
& obſerv. 178. nu. 5. cum ſeq. & par. 2. obſerv. 21.
nu. 11. Speidell. in Specul. Juridic. Politic. verſi-
culo ſunt,* Dux Virtembergen. eſt tantùm Comes 14
Mombelgardi, *kloek conſil. 74. num. 27. cum ſeq.*
quia Vicarius Generalis actu Canonicus quo- 15
modocumque ſedeat, ſemper eſt talis Cano-
nicus.

ARGUMENTUM.

Vicarius Generalis Epiſcopi non Canonicus, licet interveniat in Capitulo, maximè ſi antè *Sacr. Concil. Tridentin.* juxta illius Decretum *ſeſſ* 25. *de Reformat. cap. 6. in fine verſiculo hæc autem*, talis facultas ex conſuetudine, aut alio quocumque Jure legitimè eidem competere dignoſcatur, ac præcipuè ſi Capitulum non ſit exemptum, non participat de quindenniis debitis Capitulo de emphyteuſi per manum mortuam poſſeſſa.

SUMMARIUM.

1. *Vicarius Generalis Epiſcopi, eo abſente non poteſt intrare Capitulum.*
2. *Hoc intelligitur, dummodò Capitulum ſit exemptū.*
3. *Epiſcopus intervenire poteſt in Capitulo.*
4. *Vicarius Generalis eſt eadem perſona cum Epiſcopo.*
5. *Procurator cum plena, & libera adminiſtratione tantum poteſt, quantum poteſt principalis.*
6. *Nemo plus juris in alium transferre poteſt, quàm quod ipſe in ſe habet.*
7. *Subrogatus debet eſſe ejuſdem naturæ cum eo, in cujus locum ſubrogatur.*
8. *Epiſcopus transfunditur in Vicarium ſubrogatum.*
9. *Epiſcopus, quantumvis interſit Capitulo, non tamen participat de quindenniis.*

CAPITULUM CLIV.

Licet *Satr. Concil. Tridentin. ſeſſ.* 25. *de Reform. cap.6. circà fin. verſiculo nec ad id*, ſupponat,
1 quòd Vicarius Generalis Epiſcopi non poſſit eo abſente intrare Capitulum, obindeque ſuperfluus ſit præſens articulus, attamen quia Decretum
2 Conciliare venit intelligendum de Capitulo exempto, ut declarat *Barboſa ad idem n.*48. *cum ſeq. Sbrozz. de offic. Vicar. in addit. lib.*2. *quæſt.*30. *Pignatell. conſult. Canonic. tom.*4. *conſult.*154. *n.*6. ideò præſens ſermo rectè inſtituitur, ac dirigitur ad Vicarium Generalem non Canonicum ingredientem Capitulum non exemptum, & prætendentem participationem quindenniorum activorum ex bonis emphyteuticis Capitularibus, è contrà illam denegante Capitulo, undè reſolvitur in præſenti, quòd, Vicarius Generalis Epiſcopi non Canonicus, licet interveniat in Capitulo, maximè ſi antè *Sacr. Concil. Tridentin.* juxta illius Decretum *ſeſſ.*25. *de Reformat. cap.6. in fine verſiculo hæc autem,* talis facultas ex conſuetudine, aut alio quocumque jure legitimè eidem competere dignoſcatur, ac præcipuè ſi Capitulum non ſit exemptum, non participat de quindenniis debitis Capitulo de emphyteuſi per manum mortuam poſſeſſa, quia non intervenit in Capitulo tamquàm unus de Capitulo, ſeu gremio, ſicque tamquàm gremialis, ſeu Canonicus, qualis non eſt, ſed tamquàm Vicarius, ac ratione officii repræſentans perſonam Epiſco-
3 pi, qui, quantumvis intervenire poſſit in Capitulo juxta Decretum *S. Concil. Trident. ſeſſ.* 25. *de Reform. cap.6. poſt med. in fine verſiculo Epiſcopi, ubi Barboſa nu.*42. *cum ſeqq.* nihilominùs non participat de quindenniis, cùm non ſit de Capitulo *gloſ. in Clem. ut ii* 2. *Verbo in eiſdem verſiculo undè poteſt dici, de ætat. & qualitat. ordin. ubi Cardinal. in* §. *Illi verò nu.*10. *Geminian. in cap. fin. n.*5. *verſiculo ſecùs autem eſt in Prælato, de Præbend. in* 6. *Abbas in Prohem. Decretal. par.*2. *nu.*21. *cum aliis relatis per Rotam coram Bichio deciſ.*234. *num.*26. *cum ſeq.* In nihilum juvante ſolo jure in illo ſuffragandi ex uberiori calamo per nos cumulatis
ſuo loco in *Cap. CLV.* Vicarius autem Generalis 4
eſt eadem perſona cum Epiſcopo, vel illius perſonam repræſentat, *Barboſa de Epiſcop. par.* 3. *alleg.*54. *nu.*143. *Card. de Luca de præhemin. diſc.* 113. *nu.*3. *Rota poſt Antonell de jurib. & onerib. Clericor. dec.*18. *nu.*3. aliàs irrationabile, ac monſtruoſum eſſet, quod melioris conditionis foret Vicarius (qui quodammodò eſt Viceepiſcopus) quàm principalis, & plus poſſet iſte, quàm ille, pluſque repræſentans, quàm repræſentatus, con-
trà regulam, quòd Procurator cum plena, & 5
libera adminiſtratione ad ſummum poteſt tantum, quantum poteſt principalis, ſed non poteſt plus, quàm principalis ad tradita per *Sbrozz. de offic. Vicar. lib.*2. *qu.*14. *nu.*1. *cum ſeq. qu.*48. *nu.*7. *qu.*57. *nu.*15. *qu.*64. *n.*2. *cum ſeqq & qu.*78. *num.*1. quando tamen Vicarius ex perſona Epiſcopi, illiuſque nomine intereſt Capitulo, ſi interſit in habitu Vicariali, nemoque dat, quod
non habet, nec plus juris in alium transferre va- 6
let, quàm quod ipſe in ſe habet *cap nemo poteſt* 79. *de regul. Jur. in* 6. *l. nemo plus* 54. *ff. eod.* adeò, ut Vicarius juxta vocis ſonum vices gerens Epiſcopi, & tamquàm in ejus locum ſubrogatus,
debeat eſſe ejuſdem naturæ cum eo, in cujus lo- 7
cum ſubrogatur *l. ſi eum, qui* 10 §. *Injuriarum* 2. *ff. ſi quis caut. Bonden. collect. legal. tom.*1. *collect.* 37. *nu.*137. immò ex vi ſubrogationis, Epiſco-
pus, cui ſit ſubrogatio, interpretatione Juris 8
transfunditur, ſeu transformatur in Vicarium ſubrogatum *Robles de repræſentat. lib.* 1. *cap* 12. *nu.*18. *Rota in recentior. dec.*74. *num.*4. *par.* 18. *tom.*1. Undè Vicarius non valens ex perſona Epiſcopi, quam repræſentat, de quindenniis parti-
cipare, cùm Epiſcopus repræſentatus (ut ſuo 9
loco demonſtratur) quantumvis interſit Capitulo, non participet de quindenniis, non poterit ſaltem ex perſona propria de illis participare in caſu, quando indutus eſt habitu Vicariali, ut patet ad ſenſum.

ARGUMENTUM.

Epiſcopus, licet ſit caput Capituli, non tamen poteſt participare de quindenniis debitis Capitulo eodem modo, quo non participaret de laudemiis debitis Capitulo.

SUMMARIUM.

1. *Epiſcopus non dicitur de Capitulo.*
2. *Epiſcopus multa poteſt ſine Capitulo, & Capitulum multa ſine Epiſcopo.*
3. *Epiſcopus in favorabilibus venit appellatione Capituli.*
4. *Decanus, Archidiaconus, Archipræsbyter, Præpoſitus, Prior, vel alius ſimilis veniunt appellatione Capituli.*
5. *Iſti participare poſſunt de quindenniis.*
6. *Abſque jure Canoniæ, & Capitularitatis prætendere nequit quindennium.*

7. *Epi-*

7 *Epiſcopus facit unum corpus cum Capitulo.*
8 *Epiſcopus propriè non venit appellatione Capituli.*
9 *Epiſcopus propriè non eſt de Capitulo.*
10 *Caput eſt potior pars corporis.*
11 *Epiſcopus non habet vocem deciſivam in rebus ad Capitulum pertinentibus.*
12 *Epiſcopus non eſt propriè pars Capituli.*
13 *Qui præeſt exercitui, eſt de exercitu.*
14 *Appellatiõe Epiſcopi venit quandoque Capitulum.*
15 *Appellatione Capituli venire debet Epiſcopus, maximè in favorabilibus.*
16 *Appellatione Epiſcopi venit Capitulum in rebus communibus ipſi Capitulo.*
17 *Epiſcopus, cùm non ſit Canonicus, non poteſt habere jus Canoniæ.*
18 *Minùs dignum non trahit ad ſe magis dignum.*
19 *Epiſcopus ex diſpenſatione retinet Canonicatum.*
20 *Epiſcopus habet vocem in Capitulo magis ponderativam propter ejus auctoritatem.*
21 *In eadem Eccleſia conſiderari nequit ſimul Epiſcopus, & Canonicus.*
22 *Epiſcopus in Scholis degens ex cauſa Studiorum, conſideratur uti Scholaris.*
23 *De conſuetudine ſtare poteſt, quòd adſit Canonicatus annexus Epiſcopatui.*
24 *Epiſcopus interveniens in Capitulo tamquàm Prælatus, non participat de quindenniis.*
25 *Epiſcopus regulariter de Jure præſumitur intervenire in Capitulo uti Prælatus.*
26 *In Hiſpania ſaltem intrat hæc præſumptio.*
27 *Emolumenta Canonicalia, ſeu Capitularia ſunt quindennia.*

CAPITULUM CLV.

Cum ſuprà in *Cap.*CVIII.oſtenſum ſit, Canonicũ ex diſpenſatione Apoſtolica, vel ex immemoriali conſuetudine duos retinentem in eadem Eccleſia Canonicatus, non poſſe duplex conſequi quindennium, nunc ſupereſt oſtendendum, Epiſcopum non poſſe, nec debere participare de quindenniis debitis Capitulo, firmando in præſenti, quòd Epiſcopus, licet ſit caput Capituli, non tamen poteſt participare de quindenniis debitis Capitulo, eodem modo, quo non participaret de laudemiis debitis Capitulo, quip-
1 pè Epiſcopus, & Capitulum ſunt diverſa, nec Epiſcopus dicitur de Capitulo, nec pars Capituli, nec venit appellatione Capituli, licet ſit principalis in Capitulo, & vocem, quam habet in Capitulo, non quidem deciſivam, non habet jure Collegii, ſed ut Prælatus, ſeu jure Prælationis, ſicque non uti Capitularis, *Valenzuel. conſil.*149.*n.*14.*vol.*2. *Bræcheus in l.Neratius* 85. *nu.*29.*ff. de verb.ſignif. Raguccius de voce in Capitulo quæſit.*5.*nu.*2. *cum ſeqq.& quæſit.*14.*nu.*3. *Barboſa de Epiſ op. par.* 3. *alleg.*73. *nn.*17. *Mandoſius de privileg. adinſtar gloſ.*5. *num.*6.*cum ſeq. Antonell. de loc. legal. lib.*1. *cap.*3. *qu.*2. *num.*22. *Lotter. de re benef. lib.* 1. *cap.* 28. *nu.*61. *verſiculo ſi tamen Epiſcopus, Franciſc. Marcus dec. Delphinal.* 1171. *num.*4. *& dec.* 1027. *nu.*1. *tom.*1. *& dec.*139.*n.*3. *in princip. tom.*2.*Rota dec.*39.*n.*2. *in med. verſiculo manifeſtè patet poſt Bonden. collect. legal. tom.* 1. cùm Epiſcopi jura ſint à jure Capitulari diſtincta, & Epiſcopus, & Capitulum di-
2 verſa ſint, ac ſeparata, etenim permulta poteſt Epiſcopus ſine Capitulo, multaque ſine Epiſcopo Capitulum, quandoque etiam neutrum ſine eorum altero, *Bræcheus in l.Neratius* 85. *nu.*29. *cum ſeq.in princip. ff.de verb.ſignif.*

In nihilum refragante, quòd ſaltem in favorabilibus Prælato appellatione Capituli venit 3
quoque caput Capituli, qualis eſt Epiſcopus, *Mandoſius de privileg. adinſtar gloſ.*5. *n.*8. *Ancharan. conſil.*248.*n.*6. *circà fin. verſiculo ad hoc enim ut Capitulum, Rota coram Pena dec.*2. *nu.*4. quia intelligerem, hoc procedere in alio capite 4
Capituli inferiore ab Epiſcopo, qualis eſt Decanus, Archidiaconus, Archipræsbyter, Præpoſitus, Prior, vel alius ſimilis juxta cujuſcumque Eccleſiæ conſuetudinem, ſeu Statutum, *Raguccius de voce in Capitulo qu.* 8. *nu. unic. per tot.* quem ſuprà in *Cap.*LXXXIV. ſatis demonſtravi, 5
tamquàm unum de Capitulo, poſſe, & debere participare de quindenniis, non autem putarem, eſſe applicabile ad Epiſcopum, quem neſcio videre, quomodò unquam dici poſſit eſſe de Capitulo, vel eſſe Capitularis, cui non ſolùm deficit jus Canoniæ, ſed etiam jus Capitularitatis, ſine quo impoſſibile eſt poſſe præ- 6
tendi quindennium.

Minùs relevat, quòd, cùm ob maximam communionem Epiſcopus facit unũ corpus cum 7
Capitulo *Valenzuela conſil.*149. *n.*15. *cum ſeqq. tom.*2. *Fuſchus de viſitat. & regim. Eccleſ. lib.*1. *cap.*15. *n.*2. *Moneta de diſtribut.quotid.par.*2. *q.*9. *conc.*1. *nu.*4. *in princip. Lotter. de re benef. lib.*1. *qu.*15. *n.*15. *Ceccoper lucub. Canonic. lib.*3. *n.*88. *Pariſ. de reſign. Benefic. lib.*3.*qu.*1. *n.*72. *& lib.*5. *qu.*6. *nu.*88. *Card. de Luca de præbemin. diſc.*23. *n.*6. *de Benef. diſc.*1. *n.*34. *& diſc.*28. *ſub.nu.*19. *Frances de Eccleſ. Cathedral. cap.*12. *n.*46. *R. P. D. Vincent. Petra in ſuis elaboratiſſimis Commentar. ad Conſtitution. Apoſtolic.to.*1. *in Conſtit.*1. *S. Leon. Magn. ſect.*2.*n.*62. *D. Advoc. Franc.Mar. Piton. diſcept. Eccleſ. par.*1. *diſcept.*15.*n.*2. *cum ſeqq. & n.*8. *in fine,& diſcept.*25.*n.*12.*&par.*2. *diſcept.*44. *n.*2. *Rota dec.*4. *n.*5. *in princip. par.*2.*diverſ.* tamquàm conſtitutivum Capituli videretur participare debere de iis, de quibus participat Capitulum, quia quantumvis facit cum Capitulo unum corpus, attamen de proprio ſignificatu non con- 8
tinetur appellatione Capituli, ut ad aliud propoſitum reſpondet *Pavin.de offic.& poteſt. Capitul. prælud.* 5. *num.*2. *in princip. verſiculo & licet Prælatus, Genuenſ. practicabil.Eccleſ. tricenar.*22. *quæſt.*643. *n.*2. adeò, ut licet Epiſcopus intereſſe poſſit Capitulo tamquàm caput Capituli, attamen, propriè loquendo, non habet vocem in 9
Capitulo, ſicque eſt de Capitulo, *Barboſa ad S. Concil. Tridentin. ſeſſ.*25. *de Reform. cap.*6.*n.*47. *R. P. D. Petra ad Conſtitution. Apoſtol. tom.* 1. *in Conſtitut. I. D. Leon. Magn. ſect.*2. *nu.*59. *Rota in Hiſpalen. juris præſidendi inCapitulo* 2. *Julii* 1700. *§.Prout, coram Reverendiſs. del Olmo.*

Longè minùs obſtat, quòd qui eſt caput Capituli, eſt pars Capituli, & quidem nobilior, ut patet ad ſenſum, exemplo capitis humani, quod eſt pars potior corporis *P. Torres Philo-* 10
ſoph. moral. lib. 3. *cap.* 14. quia caput quidem humanum eſt de corpore hominis, ità quoque caput Epiſcopale myſticum eſt de corpore Capituli, cujus Canonici ſunt membra, hac tamen data differentia, quod corpus humanum non poteſt ſeparari à capite, cùm ſine capite, non

poſſit

poſſit vitales functiones peragere, ſed Capitulum benè poteſt ſine Epiſcopo functiones Capitulares exercere; nec ſufficit eſſe partem Capituli, ſed requiritur ad conſtituendum Capitulum pars conſtitutiva Capituli, quæ talis non eſt Epi-
11 ſcopus, dum in Capitulo nec habet vocem deciſivam in rebus ad Capitulum pertinentibus *Barboſa de Epiſcop. par.3. alleg.73. num.17. in princip. verſiculo non habet tamen*. Præterquam-
12 quòd nec Epiſcopus propriè eſt pars Capituli, ſed benè principalis tantùm in Capitulo, ut explicat *Raguccius de voce in Capitulo qu.5. nu.3. in princip.*

Ejuſdem irrelevantiæ eſt ponderatio, quòd Epiſcopus tamquàm caput Capituli eſt ſemper de Capitulo, & tamquàm tale, capax participationis quindenniorum, aliàs, ſi non eſſet de Capitulo, corpus remanſiſſet monſtruoſum, ſicut
13 qui præeſt exercitui, eſt de exercitu *l. quod ait Prætor 2. poſt princip. ff. de his, qui not. infam.* veluti in puncto ità arguit *Calderin. in cap. poſtulaſtis 15. nu.12. in princip. de conceſſ. Præbend.* quia ſine Duce exercitus inſtrui non poteſt, ſed ſine Epiſcopo convocari poteſt Capitulum.

Ejuſdem furfuris eſt objectum, quòd ſicuti
14 appellatione Epiſcopi venit quandoque Capitulum *Rota coram Merlino deciſ.547. num.11.* ità appellatione Capituli venire debet Epiſcopus,
15 maximè, ut in caſu, in favorabilibus *Tamburin. de jure Abbat. tom.1. diſp.16. quæſit.3. num.4.*
16 quia appellatione Epiſcopi venit Capitulum in rebus communibus ipſi Capitulo, puta ſi ageretur de ſimultanea collatione Epiſcopi cum Capitulo, ut explicat *Rota in citat. dec. coram Merlino*, ſed non in aliis; undè nec Epiſcopus venire debet in materia quindenniorum non communi Epiſcopo, quindennia autem jure proprio, & intuitu Canoniæ ſpectant ad ſolos Canoni-
17 cos, non ad Epiſcopum, qui, cùm non ſit Canonicus, non poteſt habere jus Canoniæ *Rota coram Durano deciſ.291. num.19. cum ſeqq par.2.* Ultraquamquòd non adeò incongruum eſt, ut nomine majoris, qualis eſt Epiſcopus, veniat minor, quale eſt Capitulum, ſicuti incongruum eſt, ut nomine minoris, quale eſt Capitulum, veniat major, qualis eſt Epiſcopus, cùm minùs
18 dignum, quale eſt Capitulum, non trahat ad ſe magis dignum, qualis eſt Epiſcopus, ſed benè è contrà potiùs *Ancharan. in Clem. fin. nu.2. circà fin. verſiculo item minùs dignum, de Præbend.*

Inter quæ ſingularis ſupereſt difficultas, quid dicendum, ſi ex diſpenſatione Apoſtolica Epiſcopus (ut contingit in Epiſcopo Titulari) reti-
19 neat Canonicatum, vel in Epiſcopo Canonico ſuæ Eccleſiæ ex *Pyrrh. Corrad. in prax. diſpenſ. Apoſtol. lib.5. cap.8. nu 9. & in prax. beneficiar. lib.2. cap.8. n.92. Lotter. de re benefic. lib.1. c.16. num.104. cum ſeqq. Raguccius de voce in Capitulo quæſit.14. nu.1. cum ſeqq. Barboſa de Canonic. & Dignitat. cap.36. nu.2. cum ſeqq. Carolus Anton. de Luca de pluralit. homin. legal. cap.19. nu.2.* ubi paſſim in Hiſpaniis Epiſcopus etiam Canonicus, *Rota coram Bichio dec.241. num.18. & deciſ.587. nu.17. repetit. poſt Tondut. de Penſion. dec.14. n.6. in fine verſ. quare, Penna dec.2. nu.1. cum ſeqq.* an ſaltem in hoc caſu participare poſſit de quindenniis, & poſſe putarem, cùm tunc tamquàm Canonicus, ſit unus de Capitulo, nec conſideretur tamquàm Epiſcopus, nec differat à cœteris Capitularibus, licet habeat quidem vocem in Capitulo magis ponderativam ſecundùm aliquos propter ejus auctoritatem, ac præheminentiam *Barboſa de Epiſcop. par.3. alleg.73. num.18.* 20
Raguccius de voce in Capitulo qu.5. nu.4. & qu.6. nu.1. in fine, Card. de Luca de Benefic. diſc.28. n.13. & 15. & diſc.30. nu.17. de Jurepatronat. diſc.2. ſub nu.25. & in annotat ad Sacr. Concil. Tridentin. diſc.20. nu.6. alter de Luca de pluralitate hominis legali cap.19. nu.5. cum ſeq. R.P.D. Petra ad Conſtitution. Apoſtol. to.1. in Conſtit.I. S. Leon. Magn. ſect.2. nu.59. in princip. verſ. ſi verò Epiſcopus, Oter. de Official. cap.8. nu.9. in eadem enim Ec- 21
cleſia conſiderari nequit Epiſcopus ſimul, & Canonicus, perſonam gerens Patris, hoc eſt Epiſcopi, ac filii, hoc eſt Canonici, eodemque tempore capitis, & membrorum vices ſuſtinens, quod monſtruoſum eſſet, *Tondut. quæſt. Canon. par.1. cap.109. nu.1.* Eodem fermè pacto, quo
Epiſcopus in Scholis degens ex cauſa ſtudiorum 22
conſideratur uti Scholaris, *Boerius de auctorit. magn. Conſil. num 66. Pax Jordan. lucub. vol.2. lib.12. tit.1. nu.79. cum ſeqq. Frances var. reſol. cap.40. per tot. Contelor. de præcedent. nu.25.*

Alia ſuccedit non minùs ſingularis Difficultas, ſi in Cathedrali vigore particularis conſuetudinis eſſe ſoleat annexus Canonicatus Epi- 23
ſcopatui, quæ conſuetudo tenet, ſicque ratione annexionis, ſeu unionis non poſſit Epiſcopus dupliciter conſiderari uti Canonicus, ſeu Præbendatus, & uti Epiſcopus, prout talis benè conſiderari poteſt, gerenſque vices duplicis perſonæ, Epiſcopi nempè, ac Canonici *cap. cùm in Eccleſia 25. de Præbend. in 6.* an etiam hoc caſu participare poſſit de quindenniis, non obſtante, quòd ratione unionis reputetur pro ſimplici Epiſcopo, & exiſtimarem, procedendum eſſe cum diſtinctione, aut colligitur, quòd Epiſcopus ex illius ſeſſione in Capitulo intervenit tamquàm 24
Prælatus ob primam Sedem, primamque vocem ibi habitam, eo caſu minimè participat de quindenniis, quia modus ſedendi in Capitulo contradiſtinctus à ſeſſione aliorum Canonicorum deſignat, ibidem intervenire uti Prælatum, ſeu Epiſcopum, ſi verò depræhendatur, eundem ſedere in loco Canonicali, in quo non ſederet, ſi ut Epiſcopus ſederet, tunc videretur debere participare de quindenniis, quia intervenit in Capitulo tamquàm Canonicus, non tamquàm Epiſcopus, huncque eſſe modum cognoſcendi, quando Prælatus interſit Capitulo uti Canonicus, & quando uti Prælatus, firmat *Menoch. conſ.51. n.43. Tondut. reſol. Canon. par.1. cap.109. num.3. cum ſeqq. Squillant. de oblig. & privileg. Epiſcop. par.1. cap.2. nu.29. Salgad. de ſupplicat. ad Sanctiſſim. par.2. c.23. n.31. Lotter. de re benef. lib.1. qu.15. num.32. cum ſeqq. Ferr. Manriqu. de præcedent. qu.27. nu.3. Paſſerin. in cap. à collatione 11. n.3. de appellat. in 6.* quamvis enim regulariter de Jure in dubio præſumatur 25
intervenire ut Prælatus, *Paſſerin. in citat. cap. à collatione citat. num.3. in princip. Salgad. de Reg. Protect. par.2. cap.13. n.236. & de retent. Bullar. par.2. c.23. nu.28. & 32.* ubi in Hiſpania ſaltem 26
hæc præſumptio intrat, *Fagnan. in c. poſtulaſtis 15. nu.27. verſ. pro ſolutione de conceſſ. Præbend. R.P.D. Petra ad Conſtitution. Apoſtolic. tom.1. in*

 Conſti-

Conſtitut.I. S. Leon. Magn. ſect.2. nu.67. Rota in Hiſpalen. juris præſidendi in Capitulo §. Licet, & §. fin.2. Julii 1700. cor. Illuſtriſs. del Olmo Magno Mediolani Cancellario.

Si tamen probetur, quòd ex quadam decentia, & urbanitate hujuſmodi Epiſcopo Canonico tradi ſoleat prima Sedes Prælatitia in Capitulo, & concedi prima vox, illum admittendo ad actus Capitulares non ut Prælatum, ſed ut Canonicum, tunc participaret profectò de quindenniis, nè aliàs honorificentia obeſſet, & Dignitas Epiſcopalis eundem frauderet Canonicalibus, ſeu Capitularibus emolumentis, qualia
27 ſunt quindennia ad *text. in cap. quod ob gratiam 61. de regul. Jur. in 6. l. nulla Juris ratio 24. ff. de legib. l. quod favore 6. C. eod. Rota dec.19. n.1. penès Remocamp. de Coadjutor. repetit. poſt Tract. inter Deciſion. S. Rot. Rom. in ordine la XIII.*

ARGUMENTUM.

Epiſcopus ex Statuto Eccleſiæ, vel conſuetudine loci habens Canonicatum annexum Epiſcopatui, & intereſſens Capitulo duplici jure, nempè non ſolùm tamquàm Epiſcopus, ac Prælatus, ſeu tamquàm caput Capituli, ſed etiam tamquàm Canonicus, adhùc tamen non participare debet de quindenniis Capitulo debitis pro emphyteuſi per manum mortuam poſſeſſa.

SUMMARIUM.

1 *In aliquibus Eccleſiis viget conſuetudo obtinendi Canonicatum annexum Epiſcopatui.*
2 *Similis conſuetudo viget in Eccleſiis Bituricen. Ebredunen. & Dignen.*
3 *Epiſcopus non participat de quindenniis debitis Capitulo.*
4 *Epiſcopus obtinens Canonicatum Epiſcopatui annexum, non eſt verus Canonicus.*
5 *Talis Canonicatus uti annexus Epiſcopatui, ſapit naturam Epiſcopatus uti dignioris.*
6 *Talis Epiſcopus non eſt Canonicus, ſed eſt vocalis in Capitulo.*
7 *Etiam extraneus admitti poteſt ad vocem in Capitulo.*
8 *Epiſcopus eſt culmen Dignitatis Eccleſiaſticæ.*
9 *Canonia annexa Epiſcopatui, ſequitur illius naturam.*
10 *Epiſcopatui annexus fuit Canonicatus, ut negocia Capitularia utiliùs tractentur.*
11 *Favor non debet retorqueri in odium.*
12 *Canonicus receptus debet citò provideri de Præbenda.*
13 *Epiſcopus in ſua Eccleſia ſatis præbendatus eſt.*
14 *Quindennia enumerantur inter fructus Canonicatus.*
15 *Licitum eſt de conſuetudine poſſidere Canonicatum Epiſcopatui annexum.*
16 *Epiſcopus, non obſtante Præbenda, verè non eſt Canonicus.*
17 *In Eccleſia Compoſtellana Canonicus electus in Epiſcopum, retinet Canonicatum.*
18 *Præbenda annexa Epiſcopatui, non eſt Canonicalis.*
19 *Epiſcopus dicitur habere Præbendam ratione annexionis.*
20 *Parochiales Eccleſiæ annectuntur Præbendis.*
21 *Epiſcopus, & Canonicus quis eſſe nequit.*
22 *Epiſcopus eodem tempore eſſe nequit pater, & filius, ſivè Prælatus, & ſubditus.*
23 *Quidquid dicat* Imola *magis ſubtilitate, quàm ratione.*
24 *In eadem Eccleſia dari poteſt Præpoſitus, & Canonicus, Archidiaconus, & Canonicus.*
25 *Præpoſitus, ſeu Archidiaconus, eſt Prælatus inferior.*

CAPITULUM CLXII.

PRæmittendum pro intelligentia, in aliquibus Eccleſiis vigere conſuetudinem obtinendi Canonicatum annexum Epiſcopatui, ut depræ- 1
henditur ex capitali in hac materia *textu in cap. poſtulaſtis 15. de conceſſ. Præb ubi Add. ad Card. Zabarell. poſt nu.11. litera C. verbo Epiſcopus, Jo. Andr. ibid. n.8. & 9. in fine*, ubi teſtatur de ſimili conſuetudine in Eccleſiis Bituricen. Ebre- 2
dunen. & Dignen. Diximus in *ſuperiori Cap.* Epiſcopum tamquàm Epiſcopum, ſeu Prælatum, 3
ac caput Capituli, non debere participare de quindenniis debitis Capitulo, nunc dicimus vice verſa, quòd Epiſcopus ex Statuto Eccleſiæ, vel conſuetudine loci habens Canonicatum annexũ Epiſcopatui, & intereſſens Capitulo duplici jure, nempè non ſolùm tamquàm Epiſcopus, ac Prælatus, ſeu tamquàm caput Capituli, ſed etiam tamquàm Canonicus, adhùc tamen non participare debet de quindenniis Capitulo debitis pro emphyteuſi per manum mortuam poſſeſſa, quippè tali caſu Epiſcopus eſt quidem loco Ca- 4
nonici, non tamen eſt verus Canonicus *Abb. in c. cauſam 9. il 1.n 9. circà fin. ver. ſicut. in ſimili, & in cap. poſtulaſtis 15. nu.12. cum ſeq. de conceſſ. Præbend.* benè quidem talis Canonicatus uti an- 5
nexus Epiſcopatui eſt privilegiatus, ſapiens potiùs naturam Epiſcopatus uti dignioris, quàm naturam Canonicatus minùs digni, *Franch. in cap cùm in Eccleſia 25. nu.4. in princip. verſiculo quia jus Canonicorum de Præbend. in 6.* Immò ex laudato *cap. poſtulaſtis 15. de conceſſ. Præb.* non 6
colligitur, quòd tali caſu Epiſcopus ſit Canonicus, ſed benè quòd habeat vocem in Capitulo, ut Canonicus, ad quod advertit *Joan. Andr. in dict. cap. poſtulaſt.s nu 9. in med. verſiculo item ut dicit Hoſtienſis, Imola ibid. nu.9. in princip. Franc. in cap. cùm in Eccleſia 25. n.4. in princip. verſiculo talis enim conſuetudo, de Præbend. in 6. Calderin. in cap poſtulaſtis 15, num.20. de conceſſ. Præbend. Card. Zabarella ibid. num.9. in princip. verſ. dicit etiam, & poſt med. circà fin. verſ. & ſic Epiſcopus, & in fine ver. cautè ergò* Etenim de conſenſu Capituli de conſuetudine legitimè præſcripta induci poteſt ut etiam extraneus adinſtar hoſpitis, 7
dummodò ſit Eccleſiaſticus, admitti valeat ad vocem tamquàm Canonicus *cap. cùm Vintonien. 25. verſ. nos igitur, c. cùm Eccleſia 31. cap. ſcriptum 40. cap. Cumana 50. de elect. cap. cùm Eccleſia Sitrina 3. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. cap. cùm dilectus 8. ver. mandavimus de conſuetud. Lavòr de elect. cap.15. n.9. cum ſeq. & cap.21. n.131. Paſſerin. eod. tract. cap.3. q.2. n.22. cum ſeq.* quantò magis admittendus erit Epiſcopus in Capitulo 8
uti Canonicus, qui eſt culmen Dignitatis Eccleceſiaſticæ.

Siquidem Statutum, ac conſuetudo uti ſtricti

Juris,

Juris, non debet aliquid operari in præjudicium
propriorum Canonicorum,quibus contingerent
minores portiones quindenniales, ſi etiam Epi-
ſcopus tanquàm Canonicus participaret de
quindenniis, maximè quando in caſu Epiſcopus
eſt Canonicus fictus, qui tamquam talis non
poteſt concurrere cum Canonicis veris, & hu-
juſmodi Canonia annexa Epiſcopatui differt ab
aliis Canoniis, quæ excedens ſuos terminos,
nempè omnia alia jura Canonicalia, exceditur
9 à non ſuis terminis, proindèque uti annexa Epi-
ſcopatui, ſeu juri Epiſcopali, ſequitur naturam
ipſius Epiſcopatus, *Ancharan. in cap. poſtulaſtis
15. nu.7. circà fin. verſiculo in hoc ergò de conceſſ.
Præbend. Butrius ibid, nu.9. in fine*. Cùmque in-
troductum ſit vigore Statuti, aut conſuetudinis
Canonicatum annecti Epiſcopali Dignitati in
10 favorem Capituli, nempè forſitan, ut illius ne-
gocia Capitularia honeſtiùs, ac utiliùs tracten-
tur propter ſapientiam, & prudentiam Prælati,
veluti benè ponderat *Abbas in cap.poſtulaſtis 15.
nu.12. in princip. verſ.& fortè fuit inducta conſue-
tudo, de conceſſ. Præbend.* non debet hoc redun-
11 dare in odium, ac damnum ejuſdem Capituli
*cap.quod ob gratiam 61.de regul.Jur. in.6. l.nulla
Juris ratio 25.ff.de legibus,l.quod favore 8.C.eod.
Barboſa axiom.96. nu.1.*

Præterquamquòd cùm Epiſcopus habens iſtã
Canoniam jure annexionis, & Statuti, ſivè con-
ſuetudinis, ſicuti non indè debet eſſe Præbenda-
tus, ſeu Præbendam vacaturam obtinere, prout
12 obtinere debet Canonicus receptus inter alios
Canonicos, cui quò citiùs Capitulum de Præ-
benda providere debet juxta *cap. cùm ſuper 8.
cap. ex tenore 13. cap. relatum 3. cap.cùm ſuper 8.
de conceſſ.Præbend. cap.relatum 9.de Præbend. cap.
ſi Capitulo 5. cap. ſi ſoli 6. cap. fin. de conceſſ. Præ-
bend.in 6. cap.ſi poſtquàm 13.cap.ſi cui 39.de Præ-*
13 *bend.in 6.* ex eo, quòd Epiſcopus in ſua Eccleſia
ſatis præbendatus eſt de Menſa ſua, inque hoc
differt hoc jus Canoniæ à jure aliorum Canoni-
corum *Joan. Andr.in cap. poſtulaſtis 15. nu.9. in
principio de conceſſ. Præbend. Calderin.ibid. nu.20.
in princip.Hoſtienſ. ibid. num.5. in med. verſ. puto*
14 *contrà,* ità nec participare debet de quindenniis,
quæ enumerantur inter fructus Canonicatus
juxta *dec.19. nu.1. penès Remocamp.de Coadjutor.
repetit. poſt Tract. inter Deciſion. S. Rot. Rom. in
ordine la XIII.*

Quibus habitis, binæ ſuperſunt Difficultates.

I. Difficultas, quid dicendum, ſi de conſue-
tudine Epiſcopus verè ſit Præbendatus in ſua
15 Eccleſia, & verè poſſideat Canonicatum cum
Præbenda, ut id licitum eſſe ſupponitur in *cap.
cùm in Eccleſia tua 25. de Præbend.in 6.cap. à col-
latione 11. de appellat. in 6. cap.1. nè ſed. vac.* an
ſaltem in hoc caſu tamquàm Præbendatus adin-
ſtar aliorum Canonicorum participare debeat
de quindenniis, & crederem, non participare,
16 quippè non obſtante Præbenda verè, & propriè
non eſt Canonicus,ut ponderatur in *præallegato
cap.cùm in Eccleſia tua 25.de Præbend. in 6.* ibi --
*tamquàm Canonicus, licet Canonicus non exiſtat,
& unam de dictis Præbendis, ſicut unus Canonicus
obtineat in eadem* &c.

II. Difficultas, quid dicendum, ſi agatur de
Canonico electo Epiſcopo, qui de conſuetudine
17 retineat Canonicatum cum Præbenda, prout
ità ſervari in Eccleſia Compoſtellana teſtatur
*gloſſa in cap. cùm in Eccleſia 25.verbo cùm in Ec-
cleſia verſ. de Canonico electo in Epiſcopum, juncto
verſ.quod ſecundùm de Præbend.in 6. Archidiacon,
ibid. in principio verbo obtineat, Hoſtienſis in ſum-
ma tit.de Præbend.§.Cui ſit conferenda,in med.verſ.
Beneficium ſæculare in princip. verbo vel quia Ca-
nonicus, Joan. Andr.in dict. cap. cùm in Eccleſia
25. n.2. antè med.verbo in Eccleſia Compoſtellana
de Præbend. in 6.* & adhùc cenſerem, non poſſe
participare de quindenniis,talis enim Præbenda
non eſt Canonicalis, ſed Epiſcopalis, *Paſſerin.* 18
*in cap.cùm in Eccleſia 25. nu.5. in princip de Præ-
bend. in 6.*

Ultraquamquòd in tali caſu Epiſcopus in *cit.
cap.cùm in Eccleſia 25.de Præbend.in 6.* ſolummo-
dò ratione annexionis dicitur habere Præbendã 19
ut Canonicus, ſicque ad ſimilitudinem Canonici
quò ad jura tantùm compaſſibilia,ſeu compati-
bilia, non eſt ergò ſimpliciter,& abſolutè Cano-
nicus, cùm ſimile non ſit idem, veluti notat
*Butrius in cap.poſtulaſtis 15. nu 10.in fine verſ.ad
hoc dictum, de conceſſ. Præbend. Card. Zabarella
ibid. nu.9. in fine, & num.10. in princip. Calderin.
ibid. nu.10.poſt med.circà fin.verſ. cautè ergo dixi,
& nu.11.in fine verſ.ſed ſimul virtute hujus anne-
xionis*. Eo modo, quo Parochiales Eccleſiæ an- 20
nectuntur Præbendis *cap. extirpandæ 30. de Præ-
bend.* aliàs non valeret conſuetudo, quòd quis
abſolutè eſſet Epiſcopus,& Canonicus tamquàm
contrà naturam rei, & contrà naturam correla- 21
tivorum *cap. non putamus 2. de conſuetud. in 6.
l.cum precario ff.de precar.* de quorum natura eſt,
quod unum non ſit aliud, *Imola in cap. poſtula-
ſtis 15.nu 9.in princip.verſiculo dicit,quòd non va-
let, de conceſſ Præbend.* Immò plura ſequerentur
abſurda, quòd, ſi eſſet verus Canonicus, poſſet
ſemetipſum privare Canonicatu propter non re-
ſidentiam tamquàm Canonicum, vel teneretur
ſaltem per Vicarium deſervire, cùm tamen non
poſſet reſidere ut Canonicus ex eo, quòd reſide-
ret ut Epiſcopus,ſe ipſum ſuſpendere, ſe depone-
re, ſe ipſum excommunicare, ſe privilegiare, co-
ram ſe ipſo ut actorem litigare, item excommu-
nicatis,vel ſuſpenſis omnibus Canonicis eſſet ex-
communicatus tamquàm Canonicus, & non ex-
communicatus, tamquàm Prælatus,& ſuſpenſus
& non ſuſpenſus; vel aliàs non intelligeretur ex-
communicatus, aut ſuſpenſus, ut Prælatus, ac
tamquàm talis celebrando, non eſſet irregularis,
quando celebrando uti Canonicus eſſet irregu-
laris; voces Canonicorum in Capitulo eſſent pro
nihilo, cùm ſemper haberetur Prælatus, & Ca-
nonicus,Prælatus autem habens unum,aut duos
de Canonicis ſecum, vel pro ſe, videtur habere
majorem partem Capituli, eſſet eodem tempore 22
Pater, & filius, ſivè Prælatus, & ſubditus, quæ
abſurda ponderant *Abbas in cap. poſtulaſtis 15.
num.12. de conceſſ. Præbend. Card. Zabarell. ibid.
nu.9. cum ſeqq.Butr. ibid. n.10. Franc.in cap.cùm
in Eccleſia 25. num.4. in princip.de Præbend. in 6.*
licet *Imola* videatur illa tollere magis ſubtilitate, 23
quàm ratione in *dic.cap. poſtulaſtis 15. n.9. circà
fin.cum nn.ſeqq.de conceſſ. Præbend.* quòd nempè
non eodem tempore cenſeatur ut Epiſcopus, &
ut Canonicus, nec reſpectu ejuſdem actus; eo 24
modo, quo in eadem Eccleſia dari poteſt Præ-
poſitus, & Canonicus, Archidiaconus, & Cano-

nicus *cap. cùm olim* 12. *de ſentent. & re judicat. cap. eam te* 7. *de Reſcript.* & tamen ratio militat in Epiſcopo, quæ militat in Præpoſito, ſeu Ar- 25 chidiacono, cùm Præpoſitus, ſeu Archidiaconus ſit Prælatus ſaltem inferior, licet non principalis, qualis eſt Epiſcopus.

ARGVMENTVM.

Epiſcopus non habens Menſam propriam, & bona propria diſtincta, ac ſeparata à Menſa, & bonis Capituli, ſed Menſam communem cum Capitulo, participare debet de quindenniis debitis Capitulo pro emphyteuſi per manum mortuam poſſeſſa.

SUMMARIUM.

1 *In dubio de Jure Præbendæ in Cathedrali præſumuntur inſtitutæ de bonis communibus Epiſcopi, & Capituli.*
2 *Epiſcopus participare non poteſt de quindenniis debitis Capitulo.*
3 *Quindennium non debetur Epiſcopo tamquàm Epiſcopo, & tamquàm non exiſtenti de Capitulo.*
4 *Qui ſentit incommodum, debet ſentire commodum.*
5 *Simultanea collatio ad favorem Epiſcopi, & Capituli non intraret, ſi Epiſcopus haberet propriam menſam ſeparatam à menſa Capituli.*
6 *Epiſcopus, & Capitulum conſtituunt unum corpus.*
7 *Epiſcopus, & Capitulum conſiderantur duo corpora.*
8 *Epiſcopus, & Capitulum etiam in ſimultanea collatione ſunt unum corpus.*
9 *Æquum eſt, ut Epiſcopus, & Capitulum tamquàm fratres concurrant in proviſione Præbendarum Cathedralis.*
10 *Votum Epiſcopi tantum valet, quantum votum Capituli.*
11 *Epiſcopus Zamoren. in Hiſpaniis occaſiones ſimultaneæ, habet duplicem vocem.*
12 *Dominus Caſtri, ſeu Villæ percipere poteſt commoditates in ſuo territorio tamquàm duo incolæ.*
13 *Honor præfertur lucro, & etiam vitæ.*
14 *Sola Sedes Apoſtolica unire poteſt Epiſcopatus.*
15 *Ubi duæ qualitates conveniunt in eadem perſona, perindè eſt, ac ſi eſſent duæ perſonæ.*

CAPITULUM CLVII.

Cum ſæpè contingere poſſit, menſam Epiſcopalem non eſſe diſtinctam, & ſeparatam à menſa Capitulari, ſed utramque eſſe com-
1 munem, prout etiam in dubio de Jure Præbendæ in Cathedrali præſumuntur inſtitutæ de bonis communibus Epiſcopi, & Capituli *Lotter. de re benefic. lib.* 2. *qu.* 21. *nu.* 17. cùmque in *Cap. CLV.*
2 firmatum ſit, quòd Epiſcopus participare non poſſit de quindenniis debitis Capitulo ex eo, quòd non ſit de Capitulo, nunc vice verſa firmatur, quod Epiſcopus non habens menſam propriam, & bona propria diſtincta, ac ſeparata à menſa, & bonis Capituli, ſed menſam communem cum Capitulo, participare debet de quindenniis debitis Capitulo pro emphyteuſi per manum mortuam poſſeſſa, etenim ſi uno modo
3 non debetur quindennium tamquàm Epiſcopo, & tamquàm non exiſtenti de Capitulo ex abundè per nos deductis in *Cap. CLV.* ſaltem alio modo illud eidem debetur tamquàm ſocio ratione communionis, ſeu conſortii, quod in tali caſu eſt inter Epiſcopum, quæ operari quoque debet ipſam communicationem quindennii provenientis ex bonis communibus. Eo namque modo, quo Epiſcopus habens menſam communem cum Capitulo, habet diminutionem ſuæ portionis propter expenſas, quæ fiunt à Capitulo, itaque debet 4
habere augumentum ex ſupervenienti quindennio ad *text. in l. ſecundùm naturam* 10. *ff. de regul. Jur.* Eodem modo, quo quando menſa eſt communis, vel Præbendæ reperiuntur inſtitutæ de bonis communibus Epiſcopi, & Capituli fortiùs intrat ſimultanea Canonicatuum, & Præbendarum collatio ad favorem Epiſcopi, & Capituli, 5
quæ aliàs non intraret, ſi Epiſcopus haberet propriã menſam ſeparatam, ac diſtinctam à menſa Capitulari, *Card. Bellamera conſil.* 10. *n.* 58. *in fine verſiculo videtur mihi, & dec.* 69. *nu.* 4. *in fine verſiculo dico tertiò cum num. ſeqq. Garzias de Benef. par.* 5. *cap.* 4. *nu.* 12. *cum ſeqq. Rota coram Caſſador. deciſ.* 22. *nu.* 1. *antè med. verſiculo quando Præbendæ, de Præbend.* adeò, ut ob magnam communionem, quam habet Epiſcopus cum ſuo Capitulo, indè conſtituat unum corpus, ſicque tra- 6
ctandus veniat pari paſſu cum Capitulo etiam in bonis communibus menſæ *cap. novit* 4. *de his, quæ fiunt à Prælato ſine conſenſu Capituli Lotter. de re benef. lib.* 2. *qu.* 21. *nu.* 13. *Garzias de Benefic. par.* 5. *cap.* 4. *nu.* 17. *cum ſeqq.*

Quibus præhabitis tres occurrũt Difficultates.

I. Difficultas, quid dicendum circà quantitatem quindennii, quanta nempè debeat eſſe rata quindennialis cõtingens Epiſcopo, an nempè ad Epiſcopum ſpectet dimidia, & ad Capitulum altera dimidia, an nimirùm tanta debeat eſſe Epiſcopi, quanta Capituli, an verò tanta Epiſcopi, quanta unius Canonici; & videretur prima facie dicendum pro medietate faciendam eſſe diviſionem quindennii inter Epiſcopum, & Capitulum, cùm Epiſcopus, & Capitulum con- 7
ſiderentur tamquàm duo corpora inter ſe diviſa, ſeparata, ac inconfuſa, nec unicum dumtaxat corpus facientia, *Gonzalez in Regul.* 8. *hodiè* 9. *Cancellar. de Menſib. gloſ.* 45. *n.* 53. & 57. Nihilominùs crederem, eandem portionem contingere Epiſcopo, quæ contingit uni Canonico, quia Epiſcopus eſt unica perſona adinſtar cujuſlibet Canonici, Capitulum autem, licet conſideretur in univerſum, attamen etiam conſideratur ſingulatim, & Canonici conſiderantur uti ſinguli in actu diviſionis quindennii, immò ſi 8
Epiſcopus, & Capitulum etiam in ſimultanea collatione ſunt unum corpus *cap. novit* 4. *in princip. de his, quæ fiunt à Prælato ſine conſenſu Capituli*, & æquum eſt, quòd ſimul concurrant in 9
proviſione Præbendarum Eccleſiæ Cathedralis, & de eis tamquàm fratres ſimul diſponant, *Garz. de Benefic. par.* 5. *cap.* 4. *n.* 18. ubi agitur de ſolo jure honorifico, ac juriſdictionali, in quo conſiſtit proviſio, quantò magis Epiſcopus, & Capitulum erunt unum corpus, ſicque diſtinctivè pro æquis portionibus inter Epiſcopum, & Canonicos tamquàm fratres dividendum venit quindennium. Vel crederem, quindennium Epiſcopo deberi habita ratione ad quantitatem portionis, quam Epiſcopus accipit ex acervo com-

communi, ità, ut ſi accipiat pluſquàm quilibet Canonicus, debeat accipere etiam ratam quindennialem determinatam cum regula arithmetica aurea vulgò trium portionum.

In nihilum relevante, quòd ſicuti Epiſcopus, vigore ſimultaneæ in actu conferendi, talem habet poteſtatem de per ſe, qualem habet totum
10 Capitulum, & tantum valet votum Epiſcopi, quantum valet votum totius Capituli, *Gonzalez ad Regul.8. hodiè 9. Cancellar. reſervator. Menſ. gloſ 45. nu.51. Garzias de Benefic. lib. ſeu par.5. cap.4. n.28. Lotter. de re benefic. lib.2. q.21. n.39.* ità Epiſcopus in actu dividendi quindennium, talem habere debet ratam, qualem habet totum Capitulum, quia in actu conferendi conſideratur uti unum corpus de per ſe, & Capitulum uti aliud corpus de per ſe, nec ſingulatim, ſeu uti ſinguli conferunt, ſed uti univerſi in univerſum, ac collectivè, in actu verò diviſionis quindennii Epiſcopus conſideratur uti una perſona, & Capitulum uti plures, tamquàm conſtans ſingulis Canonicis.

II. Difficultas, quid dicendum, ſi ex conſuetudine Epiſcopus habeat duplicem vocem, ſeu votum occaſione ſimultaneæ, prout habere
11 ſolet Epiſcopus Zamoren. in Hiſpaniarum Regnis, teſte *Gonzalez ad Regul.8. hodiè 9. Cancellar. gloſ.45. n.74.* an ſaltem in iſto caſu ità quoque habere debeat duplicem ratam quindennialem adinſtar duorum Canonicorum, an verò adhùc unam tantùm ratam, & videretur, duplicem deberi, prout videmus, quòd in locis Baronalibus Dominus Caſtri, ſeu Villæ, commo-
12 ditates in ſuo territorio percipere poſſit tamquàm duo incolæ de divitibus talis Caſtri, duplicatè ligna ſcindendo, cum propriis gregibus duplicatè paſculando, aliàque utilia duplicata ſentiendo, *Collectar. in cap. ad quæſtiones 6. n.5. de rer. permutat.* attamen dicerem, unam tantùm ratam Epiſcopo competere, nè aliàs valdè notabile præjudicium burſale inferatur toti Capitulo, quod eſt magis ſenſibile, quàm habere duas voces, ſeu vota in ſimultanea collatione, quæ conſiſtit in ſolo honore conferendi, non autem in aliquo emolumento pecuniario, quantumvis etiam veriſſimum ſit, honorem eſſe maximum bonorum, immò præferri quandoque
13 lucro, & etiam vitæ, *Barboſa axiom.3. n.1. cum ſeqq.* ſed quia non acquiritur quindennium ratione vocis, crederem, idem reſolvendum, quod in I. Difficultate, cùm portio quindennii non reguletur à voce, ut patet ad ſenſum,

III. Difficultas, quid dicendum in Epiſcopo duorum Epiſcopatuum non æquè principaliter, ſed acceſſoriè, ſeu per viam ſubjectionis, & acceſſionis unitorum, habente menſam communem cum utroque Capitulo habente etiam communem menſam, communeſque redditus, an in diviſione quindennii rata tantùm debita alterutri Capitulo, ipſi Epiſcopo contingat, quaſi quòd ratione unionis videatur eſſe Epiſcopus unius tantùm Eccleſiæ, an verò rata debita utrique Capitulo, tamquàm Epiſcopo duarum Eccleſiarum; & præmittendo, ex juſta cauſa per
14 Sedem Apoſtolicam uniri dumtaxat poſſe duos Epiſcopatus, illòſque ab uno Epiſcopo regi *cap. & temporis cap. ſeq. cap. præcipimus, cap. decimas in fin.16. q.1. cap. relatum 21. q.1. cap. quod tranſlationem 4. de officio Legat. cap. ſicut unire 8. de exceſſ. Prælat. cap.1. nè Sed. vac. cap. is, cui 41. de elect. in 6. Mandoſius in Regul.22. Cancellar. de union. q.3. per tot. Gonzalez ad Regul.8. hodiè 9. Cancellar. de Menſib. gloſ.5. §.7. n.29. Barboſa ad Sacr. Concil. Trident. ſeſſ.7. de Reformat. cap.2. nu.1. cum ſeqq. Garzias de Benefic. par.12. cap.2. nu.60. Solorzan. de jure Ind. tom.2. lib.3. cap.5. n.1. Pignatell. conſult. Canonic. tom.5. conſult.72. per tot. & tom.9. conſult.135. per tot.* ut de Sutrino, & Nepeſino, Caſtellano, & Hortano, Viterbien, & Tuſcanen in Italia, Oritano, & Brunduſino, Valven, & Sulmonen in Neapolitano Regno, Calaguritano, & Calciaten, de Giennen, & Baecen in Hiſpaniarum Regnis, alibique *Mandoſius conſil.27. per tot. & in Regul.12. Cancellar. hodiè 13. revocatoria Uniqn. qu.1. n.4. cum ſeq. Gonzalez ad Regul.8 hodiè 9. de Menſib. gloſ.5. §.7. nu.27. cum ſeqq. Barboſa collectan. dec. Apoſtolic.288. de Jure Eccleſ. lib.3. cap.16. n.22. cum ſeqq. & de Epiſc. par.3. alleg.54. n.129. cum ſeq. Gratian. diſc.892. & ſeq. per tot. Carleval. de judic. tom.1. lib.1. tit.1. diſput.2. qu.2. n.70 cum ſeqq. Epiſcop. Matta de cauſ. Conſiſtorial. ſect.9. n.7. cum ſeqq. & prr tot. Card. de Luca de Præbemin. diſc.7. per tot.* crederem, utramque ratam Epiſcopo contingere, quia, licet ſit unus Epiſcopus, & licet agatur de una Dœceſi, tamen negari nequit, verè eſſe duas Cathedrales, ità, ut quodammodò cujuslibet Cathedralis ſit tamquàm unus Epiſcopus, & ubi duæ qualitates conveniunt in eadem perſona, perin- 15
dè eſt, acſi eſſent duæ perſonæ, *Pignatell. conſult. Canonic. tom.5. conſult.72. nu.11. cum ſeqq.* æquum eſt, ut Epiſcopus eodem modo in iſto caſu participet de quindenniis, quo participant Canonici utriuſque Capituli, nè aliàs iſti ſint melioris conditionis; diximus autem in *Cap. CXXII.* Canonicos utriuſque Cathedralis participare de quindenniis debitis utrique Capitulo.

ARGUMENTUM.

Etiam Epiſcopus Cathedralis Regularis, ubi non adeſt Capitulum Canonicorum, ſed benè Capitulum Monachorum in locum Capituli Canonicorum, ſibi acquirere nequit quindennium, quod debetur pro Emphyteuſi activa prædictæ Cathedralis per manum mortuam poſſeſſa, verumtamen illud acquirere poſſunt Monachi in communi ad favorem Eccleſiæ.

SUMMARIUM.

1 *Epiſcopus Cathedralis Regularis uti debet in pertinentibus ad Regulam aliquo Monacho.*
2 *In Anglia, & Sicilia adſunt Cathedrales Regulares.*
3 *Eminentiſſimus D.* Cardinalis de Judicibus *Archiepiſcopus Montis Regalis, & Prorex Siciliæ.*
4 *Epiſcopus participare nequit de quindennio ex Emphyteuſi Eccleſiæ Cathedralis.*
5 *Epiſcopus Cathedralis Regularis conſideratur tamquàm Abbas.*
6 *In tali Epiſcopo conſideratur poteſtas Epiſcopalis, & Abbatialis.*
7 *Ejuſdem naturæ eſt ſubrogatum, cujus eſt res, in cujus locum ſubrogatur.*

8 *Mo-*

8 *Monachi talis Cathedralis ſunt adinſtar Canonicorum.*
9 *Religio facere debet meliorem conditionem Monachorum.*
10 *Quindennium acquiri Monachis in particulari repugnat voto paupertatis.*
11 *Monachus acquirens ſibi, facit contrà paupertatem.*

CAPITULUM CLVIII.

PRo dicendorum notitia ſciendum, alicubi exiſtere Cathedrales Regulares, compoſitas nempè Monachis Capitulum conſtituentibus, nec non habentibus menſam ſeparatam à menſa Epiſcopali, ac in nonnullis inſuper hujuſmodi Cathedralibus ad divini cultus augumentum inſervientes unà cum Monachis, & juxta ritum Monachorum pſallentes, licet in pertinentibus
1 ad regulam Epiſcopus vicaria uti debeat poteſtate alicujus Monachi meliùs in Regulari inſtituto verſati, *Barboſa de Canonic. & Dignitat. cap.*1. *n.*17. Inter tales autem Cathedrales enumerari poſſunt plures in Anglia, & duæ in Re-
2 gno Siciliæ, nempè Panhormi Eccleſia Metropolitana, ſeu Archiepiſcopalis, Montis Regalis, cujus modernus Archiepiſcopus exiſtit Emi-
3 nentiſſimus D. Cardinalis Franciſcus de Judicibus olim Siciliæ Prorex, & alia Epiſcopalis Cathanien, utraque Ordinis S.Benedicti Congregationis Caſſinen (licet quoad Eccleſiam Cathanien appareat, olim iſtam fuiſſe Regularem ex *Rota coram Card.Millino dec.*401. *n.*2. *in principio verſiculo & hoc eò magis*) ut referunt *Abbas in cap. cauſam, quæ 9. n.8. de judic. Barboſa de Canonic. & Dignitat. cap.*1. *n.*11. *&* 18. *Gratian. diſcept.*270. *per tot. Tyrrh. Corrad. in prax. beneficiar. lib.*2. *cap.*9. *nu.*11. *poſt med. verſiculo dicens, Lotter. de re benefic. lib.*1. *qu.*18. *n.6. Rota coram Coccino deciſ.*26. *dec.*46. *dec.*52. *dec.*88. *dec.*92. *dec.*142. *dec.*157. *dec.*179. *dec.*197. *dec.*203. *dec.*238. *dec.*316. *& dec.*360.

Quibus præmiſſis, firmatur in præſenti, quòd etiam Epiſcopus Cathedralis Regularis, ubi non adeſt Capitulum Canonicorum, ſed benè Capitulum Monachorum in locum Capituli Canonicorum, ſibi acquirere nequit quindennium, quod debetur, pro Emphyteuſi activa prædictæ Cathedralis per manum mortuam poſſeſſa, verumtamen illud acquirere poſſunt Monachi in communi ad favorem Eccleſiæ, Epiſcopus enim tamquàm Prælatus, & caput, ſicque tamquàm non exiſtens de Capitulo, non poteſt ſibi quindennium acquirere, quando nec de illo quidem
4 participare poteſt cum Canonicis ſuæ Cathedralis, ſed totum illud ſibi acquirunt Canonici ex per nos ad ſatietatem deductis in *Cap.CLV. & CLVI.* Monachi verò nihil acquirere valentes in particulari, debent acquirere in communi ad favorem Monaſterii, cùm Monachus quidquid acquirit, acquirat Monaſterio, multò magis
5 conſiderando Epiſcopū talis Cathedralis quoad temporalia, tamquàm Abbatem, vel tamquàm loco Abbatis, prout talem conſiderandum eſſe reſpectu Monachorum admonent *Abbas in cap. cauſam, quæ 9. il* 1. *n.*8. *in med. verſic. ſed Epiſcopus, & n.9. circà fin. verſiculo Epiſcopus in tali Eccleſia, & in fine verſiculo ſed loco Abbatis; de judic. Gratian. diſc.*270. *nu.*1. *cum ſeq.* 10. 17. 19. 23. *&* 31. *Corrad. in prax. benef. lib.*2 *cap.*9. *num.*11. *in princip. & in fine, Lotter. de re benef. lib.*1. *q.*18. *n.*5.6. *&* 14. *& q.*33. *n.*114. *&* 116. *in med. verſiculo undè in eo repræſentatur, Epiſcop. Matta de cauſ. Conſiſtorial. ſect.*3. *coroll.*1 *n.*25 *cum ſeqq. Barboſa de Canonic. & Dignitat. cap.*1. *n.*15. *antè med. verſiculo & propterea licet Epiſcopus, Rota coram Coccino dec.*157. *n.*1. *& dec.*360. *n.*1. vel conſiderando in perſona Epiſcopi duas poteſtates, ſeu potentias, & virtutes unitas, unam videlicet Epiſcopalem, & alteram Abba- 6
tialem, *Lotter. de re beneficiar. lib.*1. *quæſt.*18. *n.*8. *&* 14. *Tyrrh. Corrad. in prax. benef. lib.*2. *c.*9. *n.*12. *in fine*; ità, ut, ſicuti Abbas Regularis ſibi acquirere nequiret quindennium, reſiſtente ſtatu monachali, per quem impeditur acquiſitio in 7
particulari, ità nec Epiſcopus in ejus locum ſubrogatus, cùm ejuſdem naturæ ſit ſubrogatum, cujus eſt res, in cujus locum ſubrogatur.

Non obſtat, quòd Monachi ſimilis Cathedralis ſint loco Canonicorum *Abbas in cap. cau-* 8
ſam, quæ 9. il 1. *n.*8. *in med. verſiculo nec ſunt ibi alii Canonici ſæculares, & circà fin. verſiculo tales Monachi poſſunt appellari Canonici, & nu.*9. *poſt med. circà fin. verſiculo ità appellatione Canonicorum, juncto verſiculo qui dicuntur Canonici, de judic. Gratian. diſc.*270. *n.*1.6.21. *&* 23. *Rota coram Coccino dec.*157. *n.*1. *dec.*203. *n.*4. *& dec.*238. *in principio, & n.*3. & tamquàm tales adinſtar Canonicorum ſæcularium, ſeu Cathedralis ſæcularis deberent acquirere quindennium, nè aliàs Religio faciat in hoc eorum conditionem deteriorem, quàm facere deberet potiùs melio- 9
rem, præſertim ubi non tractatur de præjudicio, ſed de favore, veluti ponderat *Abbas in cap. cauſam. quæ 9. il* 1. *n.9. in principio verſiculo nec Religio, de judiciis*, quia Monachi in hoc caſu ſunt quidem loco Canonicorum in materia tamen ipſis Monachis adaptabili, ſecùs in non adaptabili, prout eſt, quòd ipſi ſibi acquirant quindennium in particulari, hoc enim repugnaret voto paupertatis, *Gratian. diſc.*270. *num.*21. 10
*cum ſeq. Rota coram Coccino dec.*360. *n.*3. *cum ſeq.* proindèque cùm iſti Canonici Regulares vivant in communi, & habeant communem menſam, & Canonici ſæculares non item, non debent quo ad hoc ad paria judicari ob diſparitatem rationis, aliàs ſi Monachus acquireret ſibi ipſi, 11
faceret contrà votum paupertatis.

ARGUMENTUM.

Eccleſia Titulari concedente in Emphyteuſim alteri Eccleſiæ, ſivè cuicumque manui mortuæ, quindennium debetur Eminentiſsimo Cardinali Titulari, non autem Eccleſiæ Titulatæ.

SUMMARIUM.

1 *In Urbe ſunt apud aliquas Eccleſias Tituli Cardinalitii.*
2 *Quindennium debetur Eminentiſſimo Titulari, non autem Eccleſiæ Titulatæ.*
3 *Major Dominus præfertur in conſequutione laudemii.*
4 *Eminentiſſimus Titularis exercet Juriſdictionem Epi-*

Epiſcopalem, vel quaſi in Eccleſia Titulata, & laus Card. Albitii.
5 *Camera Apoſtolica tenetur ad impenſas funeris Emorum Titularium in caſu inopiæ Eccleſiarũ.*
6 *Fructus bonorum Eccleſiæ Titularis acquiruntur Eminentiſſimo Titulari.*
7 *Bona Tituli, quouſque non dimittatur, ſpectant adTitularem.*
8 *Eccleſia Titularis* S. *Laurentii in Lucina de vrbe ſolvit Emo Titulari annua ſcuta octocentum.*
9 *Aſſictus Palatii d. Eccleſiæ ſpectant ad Titularem.*
10 *Eminentiſſimi Titulares ſolent aliquando condonare Eccleſiæ Titulari illius dotes.*
11 *Emineniſſimus* Titularis *ſolùm habet ſuperioritatem in rebus ad divinum cultum ſpectantibus.*
12 *Eminentiſsimus Titularis nullam habet auctoritatem quoad temporalia, niſi ex indulto.*
13 *Eminentiſsimus Titularis non ſolùm habet auctoritatem quoad ſpiritualia, ſed etiam quoad temporalia.*
14 *Eminentiſsimus Titularis tenetur donare, aut legare proprios redditus Eccleſiæ Titulari, ſi dos defecerit.*
15 *Qui ſentit commodum, debet ſentire incommodum.*
16 *Fructus Dotales debentur potiùs marito, quàm uxori.*
17 *Epiſcopus contrahit matrimonium cum Eccleſia.*
18 *Cardinalis Cõmendatarius non acquirit laudemia.*
19 *Concordia non inducit obſervantiam.*
20 *Monachi Ciſtercienſes ſuper Commenda S. Mariæ Pinerollii habent uſumfructum.*
21 *Laudemium debetur uſufructuario.*
22 *Sex Tituli Epiſcopales ſuburbici Cardinalatui annexi.*
23 *Tituli Cardinalitii Præsbyterales quinquaginta.*
24 *Equites Hieroſolymitani antiquiores optant.*
25 *Quomodò Cardinalis Diaconus tranſeat ad Ordinem Præsbyteralem.*
26 *Quindennium in materia emphyteutica per Beneficiatum inexactum debetur ſucceſſori.*
27 *Vel dividendum eſt inter hæredes anteceſſoris, & inter ſucceſsorem.*
28 *Fructus Epiſcopi translati debētur novo Epiſcopo.*
29 *Epiſcopus translatus non poteſt ampliùs conferre Beneficia in prima Eccleſia.*
30 *Cardinales optando, dimittunt primam Eccleſiam.*
31 *Nullus Cardinalis optans novum Titulum, poteſt veterem retinere.*
32 Cardinalis Franciſcus Nerlius *primum Titulum obtinuit per triginta annos.*
33 *Idem tumulari voluit in Eccleſia primi Tituli.*
34 *Cardinales Præsbyteri non poſſunt excedere numerum quinquagenarium.*
35 *Titulus Eccleſiæ S. Laurentii in Damaſo benè retineri poteſt cum aliquo ex ſexTitulis, ſeu Epiſcopatibus, & Eccleſiis Cardinalitiis ſuburbanis.*
36 *Claræ mem.* Cardinalis Franciſcus Barberinus *Titulum dictæ Eccleſiæ retinuit aſſumptus ad Titulos Eccleſiarum Sabinen, Portuen, Hoſtien, & Veliternæ.*
37 *Laudes Eminentiſsimi D.* Catdinalis Franciſci Barberini *Nepotis.*
38 *Vnus Epiſcopus ex juſta cauſa retinere poteſt plures Epiſcopatus ex diſpenſatione Apoſtolica.*
39 *In Thracia in ſexta Provincia de conſuetudine olim plures retineri poterant Epiſcopatus, ità permittente jure civili, hoc tamen poſthabito, adhærendum eſt contrariæ diſpoſitioni Sacrorum Canonum.*
40 *Favor retorqueri non debet in odium.*
41 *Eminentiſsimus Titularis poſt dimiſſum primum Titulum retinere nequit quindennium ex cauſa melioramentorum, vel ſumptuum in reparatione primi Tituli.*
42 *Eminentiſsimus Titularis præſumitur feciſſe melioramenta ex fructibus Eccleſiæ ſui Tituli.*
43 *Prædefuncto Titulari antè exactum quindennium, illud debetur ſucceſſori in Titulo, vel dividitur inter ſucceſſorem, & hæredes anteceſſoris.*
44 *Cardinales ex Indulto Clementis IX. tranſmittere poſſunt fructus inexactos ad hæredes.*
45 *Cardinalibus concedi ſolet indultum ſuperviventiæ ex aliqua juſta cauſa.*
46 *Solus Papa concedere poteſt ſuperviventias.*
47 *Indulta ſuperviventiæ revocata fuerunt per* Regulam 69. Cancellariæ.
48 *Eadem indulta revocata quoque fuerunt per Vrbanum VIII.*
49 *Quindennium debetur Eminentiſsimo Titulari tamquàm fructus, ſeu emolumentum Tituli Cardinalitii.*
50 *Indultum ſuperviventiæ effectum ſuum operari intelligitur re integra.*
51 *Ceſſante cauſa, ceſſare quoque debet effectus.*
52 *Clericus pauper proviſus de Beneficio intuitu paupertatis, poſteà perveniens ad meliorem fortunam, tenetur illud renunciare.*
53 *Privilegia ſtrictè interpretanda ſunt.*

CAPITULUM CLIX.

IN Urbe, ubi ſunt Tituli Cardinalitii penès 1
aliquas Eccleſias, teſte *Lunadoro in Relatione Curiæ Romanæ tit. de Titoli de Cardinali pag. mihi 246. & tit. delle Chieſe Titolari de cinquanta Cardinali Preti pag. mihi 264.* non ſemel in controverſiam revocari valet, cuinam ex Dominis hoc caſu debeatur quindennium, an nempè Eccleſiæ Titulatæ concedenti, an Eminentiſſimo Cardinali Titulari, ideò, cenſerem, firmandum, quòd, Eccleſia Titulari concedente in Emphyteuſim alteri Eccleſiæ, ſivè cuicumque manui mortuæ,
quindennium debetur Eminentiſſimo Cardinali 2
Titulari, non autem Eccleſiæ Titulatæ, ut in ſimili de Laudemio, *Niger de laudem. tom. 1. qu. 23. nu. 220. Rota dec. 168. n. 5. cum ſeqq. par. 2. diverſ.* major enim Dominus, qualis eſt Eminentiſſimus Titularis, præferendus venit in
conſecutione quindennii, prout major Domi- 3
nus præfertur in conſecutione laudemii, *Nig. & Rota loc. citat.*

Quòd autem ipſe Eminentiſſimus Titularis ſit major Dominus, incontrovertibile videtur ex eo, quòd exercet Juriſdictionem Epiſcopalem, vel ſaltem quaſi Epiſcopalem ſuper ipſa Eccleſia Titulata etiam Domina, *Cobellius in notitia Cardinal. cap. 15. privileg. 14. per tot. Card. Franc. Albitius*, olim in Rom. Cur. præclariſſimus Advocatus, *de Jurisdictione, quam habent S. R. E. Cardinales in Eccleſiis ſuorum Titulorum n. 31. cum ſeq. regiſtrat. poſt Card. de Luca de Juriſdict. Card. Brancaccius de optione ſex Epiſcopatuum verſiculo hæc hiſtoricè cum plurib. ſequent. fol. mihi 39. inter ſuas eruditiſsimas diſſertationes in notiſsimo libello, & de Benedictione Diaconali fol. mihi 290. & 294.* undè Cardinales tumulandi ſunt in eorum Eccleſiis Titularibus,

Cobell.

Cobell. in notit. Cardinalat. cap.16. privileg.38. circà fin. verſiculo verùm ſi Cardinales, R. P.D. *Petra ad Conſtitution. Apoſtolic. tom.2.in Conſtitut.II. Sect. unic. n.31. cum ſeqq.* & latè diſcuſſo articulo reſolvit *Rota in celebri Romana Juris tumulandi* 20.*Februar.*1702. & 5.*Martii* 1703. *coram clar.me. Emo D. Cardinali Priolo,regiſtrat. poſt D. Advocat. Piton. diſcept. Eccleſ.par.2. diſcept.51. fol.62.* Immò in caſu paupertatis hæredum Cardinalium,vel in caſu non exiſtentiæ hæredum, eorum Eccleſiæ Titulares tenentur ad onera impenſarum pro exequiis Cardina-
5 lium, quæ onera ferre non valentibus prædictis Eccleſiis Titularibus, in ultimum locum Camera Apoſtolica ſupplendo, ad illa tenetur, *Lauden. de Cardinal. qu.9. nu.53. Manfred. eod. Tract. poſt c.35.tit.de Sacroſanct.Colleg. dec.270. per tot. Card. Alban.eod. tract. q.52. per tot. Lavor. de priſc. & recent. funerand. mor.tit.2.c.16. n.32. Cobell. in notit. Cardinalat.c.16. privil.38. in princip. verſic. Cardinalis verò antè liter.B. & liter.C. juncto verſic. at ſi Cardinalis.*

Nec poteſt revocari in dubium,quòd fructus
6 bonorum Eccleſiæ Titularis acquirantur Cardinali Titulari,ſtante ſuper hoc *Bulla* 55.*Sixti V.* §.8. *Bullar. Rom.tom.2.* quæ bona omnia, & proventus dimiſſi Tituli per dimittentem ipſo facto amitti declarat; undè à contrario ſenſu
7 bona Tituli,quouſque non dimittatur,ſpectant ad Titularem ibi: *neque Palatii, Domus, Vineæ, hortorum, aut fructuum, redditùum, & proventuum, aut jurium quorumcumque ad hujuſmodi Titulos, ſeu Diaconias pertinentium, ad tempus, ſeu ad vitam retentio,aut ulla alia reſervatio quovis prætextu, occaſione, vel cauſa concedantur &c. ſed volumus, ut ipſi Tituli,& Diaconiæ cum illis annexis, juribuſque,& pertinentiis ſuis univerſis libera dimittantur*:adeò,ut ex Palatio an-
8 nexo Titulo Eccleſiæ S. Laurentii in Lucina de Urbe,PP. ejuſdem Eccleſiæ ſolvant Eminentiſſimo Titulari pro tempore annua ſcuta 800. Rom.*Piazza de Hierarch.Cardinalit. Tit.20.circà fin. verſ. lo ſteſſo Palazzo del Titolare*, & de
9 penſionibus, ſeu affictibus Palatii ſpectantis ad Parochialem Eccleſiam S. Laurentii in Lucina de Urbe Clericorũ Regularium Minorum debitis Cardinali Titulari in Cauſa inter hæredes Cardinalis Montelpari Titularis dictę Eccleſiæ, & inter hæredes Cardinalis Cuſentini per prius etiam Titularis *Rota coram Duran. dec.20. n.2. & per tot.par.1.*quam *deciſionem* ſequitur *Cobellius in notit. Cardinalat. c.16. privileg.41. litera D.verſiculo poſita autem hujuſmodi conſuetudine*: cui adſtipulantur ſolita verba Diplomatum Titulorũ hujuſmodi regiſtrata per *Pignatell. conſult. Canonic. to.10. conſult.117. n.104. & 139. in princip.* ibi: *ità quòd liceat tibi &c. ejuſdem Eccleſiæ, ac membrorum, jurium, & pertinentiarum hujuſmodi poſſeſſionem, ſivè quaſi per te,vel per alium & liberè apprehendere, & de illorum fructibus, redditibus, & proventibus, & emolumentis univerſis diſponere* &c.obventiones namque Eccleſiæ inſerviunt pro dote Tituli, & Titularis,cùm ſinguli Tituli ſingulas habeant do-
10 tes, licet aliquandò Eminentiſſimi Titulares aliundè à ſummis Pontificibus largiſſimè proviſi,pro eorum modeſtia, cœteris Eccleſiæ miniſtris condonent,ut ait *Lotter. de re benefic.lib. 1. q.8. n.80.*

In nihilum refragante,quòd immò Eminentiſſimus Titularis non ſolùm non videtur major Dominus, ſed nec Dominus, cùm ſuperioritatem, & præheminentiam ſolummodò habeat, 11
& habere poſſit,ac debeat in rebus ad divinum cultum ſpectantibus, nec non in Beneficiorum inſtitutione, & deſtitutione, in correctione,& viſitatione facienda, in excommunicatione, ſuſpenſione, & interdicto ferendis, prout ſonat habere Titulum Eccleſiæ,*Card. Albitius de Juriſdict. quam habent S. R. E. Cardinal. in Eccleſ. ſuor.titul.n.44. cum ſeq.* & ſic quoad ſpiritualia tantùm, non autem ſuper bonis ipſius Eccleſiæ intitulatæ,quæ non poſſunt habere duos Dominos, proindèque nullam habet auctoritatem 12
Eminentiſſimus Titularis, minùſque plenipotentiam quo ad temporalia, niſi ſpeciale ſuper hoc obtinuerit indultum ex deductis per *Cobellium in notit. Cardinal. c.16. privileg.14. in med. litera A. & B. Mandoſ.in Regul.7. Cancellar.q.2. n.7. in med.* undè quindenniũ non venit ſolvendum Eminentiſſimo Titulari,tamquàm non ſolùm non habenti majus dominium, ſed tamquàm penitùs carenti dominio bonorum ſuæ Eccleſię,attamen veriſſima eſt reſolutio,etenim Eminentiſſimus Titularis ex notiſſima *Conſtitut. Sixti V. in ordine la* 55. §.8. *in Bullar. Rom. t.2.* non ſolùm habet auctoritatem quoad ſpiritua- 13
lia, ſed etiam quoad temporalia, cum omnimoda, ac plenaria facultate percipiendi proventus Eccleſiæ Titularis, ut benè notat *Card. Albitius de Juriſdict. quam habent S.R.E. Cardinal. in Eccleſ. ſuor. Titul. n.109. cum ſeq. regiſtrat. poſt Card. de Luca de Juriſdict.*

Sed adhuc ridiculũ eſt, quòd Eccleſia Titularis concedat in Emphyteuſim,& quòd quindennium non ſolvatur ipſi Eccleſiæ concedenti, verùm Cardinali Titulari non concedẽti,quando de Jure quindennium debetur concedenti in recognitionem directi dominii, non autẽ Cardinali Titulari, qui non recognoſcitur in Dominum, quia ex alio capite æquum eſt,ut Cardinalis Titularis ſublevetur in aliquo,quando in alio gravatur, nempè in onere applicandi pro- 14
prios redditus Eccleſiaſticos favore ſuę Eccleſię tamquàm ſponſæ, ſi careat dote, eidem in vita donando, vel in morte legando juxta *Bullam Leon.X. in ordine la VII.* §. 19. *Bullar. Rom. t.1.* ibi: *Tituli ſui loca, ſi præſentes in Curia fuerint, perſonaliter, ſi verò abſentes per Vicarium &c. ſemel ſaltem ſingulis annis viſitent &c. Pro augumento autem Divini cultus, & ſalute animæ ſuæ quilibet Cardinalis vel in vita donet, vel in mortis articulo relinquat ſuo Titulo quantum ſit ſatis ad Præsbyterum unum commodè ibi ſubſtentandum, vel ſi Eccleſia indigeat reparatione, vel alia ſubventione tantum illi relinquat,vel donet,quantum conſcientiæ ſuæ videbitur*, & juxta *Bullam Sixti V. in ordine la 55.§.12. poſt princip.Bullar. Rom. tom.2.* ibi: *& tàm in vita, quàm in mortis articulo, pro divini cultus augumento, & ſalute animarum ſuarum; ad congruè ſuſtentandum aliquem Præsbyterum,qui inibi in divinis deſerviat, ſivè aliàs erga ipſas Eccleſias,ſi reparatione indigeant, vel alia ſubventione, de bonis ſibi à Deo collatis, prout cuique pro modo facultatum conſcientia dictaverit,munificos ſe exhibeant & liberales &c. Piazza de Hierarch. Cardinalit.grad.2. digreſſ.*

digreſſ.1. in princip. verſ. le Chieſe dunque de Ti-
*toli fol.*349. *col.*1. *in fine*: ſicque Titularis ſe ex-
ponens periculo hujus incommodi, ac notabi-
15 lis oneris, debet ſentire commodum in perci-
piendo quindennium *l. ſecundùm naturam* 10. *ff.*
de regul Jur. Immò Titularis juxta memoratam
Conſtitutionem Sixtinam habet ſolam admini-
ſtrationem, ac curam in temporalibus quoad
bona ſuæ Eccleſiæ, nullibi autem probatur, il-
lum habere plenum dominium, & tale, ut præ-
tendere poſſit quindennium ſuper bonis ſuæ Ec-
cleſiæ, perque ſuam Eccleſiam alteri Eccleſiæ,
atque cuilibet manui mortuæ emphyteuticatis,
quia cùm dominium directum ſit penès ſuam
Eccleſiam, benè, ac neceſſariò ſequitur, potiùs
quindennium ſolvendum fore ipſi Cardinali Ti-
tulari, tamquàm ſponſo, quàm ipſi Eccleſiæ
16 Titulari, adinſtar fructuum dotalium, qui de-
bentur potiùs marito, quàm uxori, ratione one-
rum matrimonialium, quæ ſubit maritus circà
alimenta, aliàque uxori debita *l. pro oneribus* 20.
C. de jur. dot. Nec dubitari poteſt, contrahi ma-
trimoniũ ſpirituale cum Eccleſia Titulari, prout
17 contrahitur per Epiſcopum cum Eccliſia Cathe-
drali *cap. inter incorporalia* 2. *de translat. Epiſcop.*
cap. ſuper his 16. *de accuſation. cap. quoniam* 5.
§. Porrò ut lit. non conteſtat.

Minùs obſtat, quòd in fortioribus terminis
18 arguendo à paritate, vel majoritate rationis,
Cardinalis Commendatarius non acquirit lau-
demia ex bonis emphyteuticis Eccleſiæ ſibi
commendatæ, ſed benè illa acquirit ipſa Eccle-
ſia commendata, *Niger de laudem. tom.*1. *q.*14.
*n.*61. *cum ſeqq. ubi nu.*63. *in princip. verſ. verùm*
quia, refert per ſpeciale Reſcriptum ab Urba-
no VIII. fuiſſe confirmatam concordiam initam
inter tunc Cardinalem Scipionem Burgheſium
Commendatarium Abbatiæ Eccleſiæ S. Mariæ
Pinerollii in Pedemontana ditione, & Monachos
Ciſtercienſes S. Bernardi ſuper ſolutione laude-
mii facienda de bonis dictæ Abbatiæ, ſeu Com-
mendæ, ipſi Eccleſiæ, ſeu ipſius Monachis,
quia non benè arguitur à dicto caſu ad caſum
præſentem.

I. Quia allatus caſus fuit reſolutus per con-
cordiam, non autem per deciſionem in contra-
19 dictorio judicio editam, ità, ut concordia uti
actus facultativus non inducere poſſit obſer-
vantiam, *Rota in recentior. deciſ.*308. *num.*11.
parte 17.

II. Quia Monachi habent ſuper illa Com-
20 menda uſumfructum pro illorum menſa aſſi-
gnatum ab antiquis Commendatariis, ut teſta-
tur *Niger loc. citat. n.*61. *in fin. & n.*63. *circà fin.*
21 laudemium autem debetur uſufructuario, non
proprietario, *Niger laudat. tract. tom.*1. *q.*13. *n.*43.
*cum ſeqq. & qu.*14. *n.*15. *cum ſeqq. & n.*52. *&* 62.

Quibus poſitis, ſeptem occurrunt Difficul-
tates.

I. Difficultas, quid dicendum, ſi Cardinalis
Titularis in limine exigendi quindennium, ſic-
que antequàm illud perfectè maturatum eſſet,
paucis illinc menſibus mutaret Titulum me-
diante optione, ſeu aſcenſu ad aliam Eccleſiam,
utrùm eo caſu quindennium deberetur primæ
Eccleſiæ Titulatæ, an novo Cardinali Titulari,
an verò antiquo, pro cujus Difficultatis intelli-
gentia præmittendum eſt, omiſſis tamen anti-
quis notitiis, & eruditionibus ad caſum noſtrum
parùm conducentibus, quod, ultrà ſex Titulos 22
Epiſcopales ſuburbicos Cardinalatui annexos,
Hoſtienſis nempè Eccleſiæ (cujus Cardinalis
Epiſcopus habet ſuprà alios prærogativam con-
ſecrandi, & coronandi Pontificem) Portuen,
Albanen, Sabinen, Præneſtinæ, & Tuſculanæ,
de quibus *Alphonſ. Sott. ad Regul.*7. *hodiè* 8.
*Cancellar. n.*6. *cum ſeq. Chokier ibid. n.*11. *in fine.*
*& in Regul.*8. *hodiè* 9. *de reſerv. Menſ. gloſ.*10.
*nu.*5. noviſſimo tempore Sixtus V. in ſua *Conſti-*
*tut.*55. *in Bullar. Roman. to.*2. pro Cardinalibus
præfinivit Titulos Præsbyterales quinquaginta, 23
& Diaconales, licet non propriè Titulos, qua-
tuordecim, de quorum Titulorum reparatione
facta in nonnullis Urbis Eccleſiis, & tripartitio-
ne Titulorum in Epiſcopos Presbyteros, & Dia-
conos *Card. Albitius de Juriſdict. quam hab.*
*S. R. E. Cardinal. in Eccleſ. ſuor. Titul. à n.*23. *&*
per tot. regiſtrat. poſt Card. de Luca de Juriſdict.
*Chaſſan. Cathalog. Glor. mund. par.*4. *conſider.*12.
in princip. verſ. licet ſit quidam numerus, cum
verſ. ſeqq. Villadieg. de orig. ac Dignit. S. R. E.
*Cardinal. qu.*3. *n.*3. *cum ſeqq. Manfred. de Cardi-*
*nal. cap.*35. *per tot. & tit. de Sacroſanct. Colleg.*
*dec.*101. *per tot. Brunell. de Dignit. & poteſtat. Le-*
*gat. concl.*5. *per tot. Cohell. in notit. Cardinalat. c.*6.
*per tot. cap.*7. *per tot. & cap.*16. *privileg* 41. *in*
princip. litera D. Gonzalez in cap. Leo 3. *nu.*4. *de*
*Cleric. non reſid. Card. de Luca de Juriſdict. diſc.*34.
*per tot. de Canonic. diſc.*1. *nu.*7. *de judic. diſc.*47.
*ſub n.*57. *& in Relat. Cur. diſc.*5. *n.*27. *cum ſeqq.*
*Pax Jordan. lucubr. tom.*2. *lib.*10. *tit.*5. *num.*4.
Panvin. de Epiſcopat. Titulis, & Diaconiis Car-
dinal. per tot. tract. Macr. Hyerolexic. verbo Car-
dinalis, & verbo Titulus, Ricciardell. in Lycæo
*Eccleſ. par.*1. *cap.*2. §.2. *n.*14. *cum ſeqq. Germon.*
*de Indult. Cardinal. §. Tituli n.*1. *cum ſeqqq. Pau-*
*luccius de Juriſprudent. Sacr. to.*1. *lib.*2. *tract.*2.
*cap.*11. *n.*10. *cum ſeqq. Piazza de Hyerarch. Car-*
*dinalit. grad.*2. *fol.*325. *Lotter. de re benef. lib.*1.
*qu.*8. *n.*79. *cum ſeqq. & lib.*3. *q.*27. *n.*54. *cum ſeq.*
*Pignatell. conſult. Canonic. tom.*10. *conſult.*98. *n.*17.
*cum ſeqq. & conſult.*117. *per tot. Scoppa in Codic.*
*Fabrian. lib.*1. *tit.*2. *explanat.*96. *nu.*3. *cum ſeqq.*
*Rota poſt D. Advocat. Piton. diſcept. Eccleſ. par.*2.
*diſcept.*51. *nu.*21. optio verò Titulorum vacan-
tium competit Cardinalibus antiquioribus non
ratione ſervitii in aliquo Ordine Eccleſiæ præ-
ſtiti, ſed ratione generalis obſequii, ac ſervitii,
quod S. Romanæ, & univerſali Eccleſiæ, cujus
ſunt Cardinales, diutiùs in hujuſmodi dignita-
te præſtant; undè inter eos ad hoc jus optionis,
& præcedentiæ ſimpliciter attenditur antiquitas
promotionis, dummodò tamen juxta Sacri Col-
legii Conſtitutiones, & conſuetudines approba-
tas velint optare, & aſcendere non inviti, cùm
optare non cogantur, adinſtar Canonicorum,
& Equitum Hieroſolymitanorum, qui in rece- 24
ptione antiquiores optare ſolent pinguiores
Commendas vacantes *Moneta de optione cap.*3.
*qu.*2. *n.*5. *& cap.*7. *qu.*1. *nu.*27. *& qu.*2. *conc.*2.
*n.*36. *cum ſeqq. Rota in Melevitana Juris optan-*
di 2. *Junii* 1704. *coram clar. me. Omaña Epiſco-*
pi Giennen. & quomodò, quove ordine Cardi-
nalis Diaconus tranſeat ad Presbyteralem Or- 25
dinem, adeſt *Conſtit.*48. *Clementis VIII. Bullar.*
*nov. Roman. tom.*3.

Quibus præmiſſis cenſerem , vel deberi quin-
dennium novo Titulari , cùm antiquus deſierit
eſſe Titularis , perque conſequens fuerit quaſi ,
ſeu civiliter mortuus , vel, ſequendo æquitatem ,
ad omne pejus ſaltem pro rata illud deberi an-
tiquo , & novo Titulari , nempè antiquo Titu-
lari uſque ad diem optionis , ſeu aſcenſus , &
tranſlationis ad aliam Eccleſiam Titularem ,
deindè novo, ſeu moderno Titulari à die aſ-
ſumpti Tituli ex lato calamo per nos ſuprà de-
ductis *Cap. L.* inſimili de quindennio in mate-
26 ria emphyteutica per Beneficiatum inexacto ,
debito ſucceſſori in Beneficio , non autem hære-
27 dibus anteceſſoris, vel dividendum quindennium
inter ejuſdem hæredes pro rata , ac inter ſucceſ-
ſorem in Beneficio , & mirificè faciunt tradita
per *Rotam coram Durano deciſ.20. n.2. ac per tot.
par.1.* ubi reſolutum fuit, penſiones, ſeu affictus
Palatii Parochialis Eccleſiæ S. Laurentii in Lu-
cina de Urbe Clericorum Regularium Minorum
dividi debere pro rata inter Cardinalem Cuſen-
tinum antiquum Titularem ejuſdem Eccleſiæ ,
optantem Eccleſiam Tuſculanam , & inter Car-
dinalem Montelparum novum ejuſdem Eccleſiæ
Titularem , vacante namque prima Eccleſia per
mortem civilem mediante dimiſſione Tituli, al-
teriuſque optione Cardinali translato,quaſi, ſeu
civiliter mortuo , ac uti tali non facienti am-
pliùs fructus ſuos Eccleſiæ à ſe dimiſſæ , ſicque
non ampliùs ſuæ , nec jam uſuario, ſeu uſufru-
ctuario , deberi poteſt quindennium , niſi uſque
ad diem , quo duravit titulus primæ Eccleſiæ ,
non autem etiam poſt translationem ad aliam
Eccleſiam , cùm per illam remaneat penitùs ex-
tinctus titulus primæ Eccleſiæ reſpectu translati,
qui ab illo die impoſterùm non poteſt ampliùs
ſe intromittere in proventibus antiqui , ſeu pri-
28 mi Tituli non ampliùs ſui , veluti in ſimili de fru-
ctibus , ac emolumentis Epiſcopi translati ad
aliam Eccleſiam *Card. Zabarella conſil.110. n.2.
& per tot. Barbat.conſ.20.n.8. in fine cum nu ſeqq.
vol.3. Barboſa in l. divortio 8. in princip. par.2.
n.54. in med. & nu.55. in fine ff. ſolut. matrim. al-
ter Barboſa de Epiſcop. par.3, alleg.114. num.16.
Covarruvias in cap.1. n.5. de teſtam. Sarmient.de
reddit. Eccleſ. par.3. cap.2. n.28. Solorzan. de ju-
re Ind. tom.2. lib.3. cap.12. n.20. & cap.13. n.88.
29 cum ſeqq.* nec à die ſuæ translationis ad aliam
Eccleſiam poteſt ampliùs conferre Beneficia va-
cantia in primæva Dœceſi juxta *Regul.2. Can-
cellar. in fine de Reſervat. Cathedral.* Cardinales
30 enim optant , & dimittunt primam Eccleſiam ,
ut confuſio evitetur , & ordo in omnibus rebus
ſummopere neceſſarius , in Eccleſiaſticis præci-
puè ſervetur, *Rota poſt D. Advocat. Piton. diſce-
ptat. Eccleſ. tom.2. diſceptat.51. n.29. fol.67.*

II. Difficultas, quid dicendum, ſi ex Indulto
Apoſtolico Cardinalis retineat duas Eccleſias ,
utrùm eo caſu adhùc ei tamquàm adhùc Titula-
ri primæ , ſeu antiquæ Eccleſiæ debeatur quin-
dennium , an verò illud acquiratur eidem pri-
mæ Eccleſiæ .

Pro cujus Difficultatis dilucidatione præmit-
tendum , quòd , reſiſtente *Bulla Sixti V. in ordi-
ne la 55. in Bullar.nov. Roman.tom.2.* nullus Car-
31 dinalis optans novum Titulum , poteſt veterem
retinere *ibi prohibemus,nè in poſterùm alicui Pre-
sbytero, aut Diacono Cardinali , qui alterum Titu-
lum, aut Diaconiam quomodolibet aſſecutus fuerit,
quive ex Ordine Diaconorum ad Ordinem Præsby-
terorum,vel ad Epiſcopalem Dignitatem tranſierit,
aut ex Ordine Presbyteratus in Epiſcopum pariter
promotus fuerit , licentia , & facultas retinendi
priorem* Eccleſiam *ſui Tituli &c. concedantur &c.
ſed volumus , ut ipſi &c. liberè dimittantur* ; atta-
men ex cauſa juſta ſolet quandoque Papa di-
ſpenſare ſuper plurium Titulorum retentione,ſeu
ſuper Titulorum pluralitate, ut audivi practica-
tum fuiſſe à Santiſs. D. Noſtro Clemente Papa
XI.cùm Cardinali Franciſco Nerlio Titulari Ec-
cleſiæ S. Matthæi in Merulana de Urbe PP. Or-
dinis Eremitarum S. Auguſtini, cui indulſit, ut,
retento antiquo Titulo,optaret alium Parochia-
lis Eccleſiæ S. Laurentii in Lucina de Urbe PP.
Clericorum Regularium Minorum , quem pri 32
mum Titulum S. Matthæi obtinuerat per trigin-
ta annos teſte *Piazza de Hierarch. Cardinalit.Ti-
tul. 22. circà fin. verſic. forti poi per ſua gloria in
princip. fol.* 530. adeò , ut in illo primo Titulo
nunquam dimiſſo tumulari voluerit , per prius 33
ad hunc effectum fabricato in memoriam con-
ditionis humanæ Sepulchrali depoſito , ſeu mo-
numento , prout cum effectu de *menſe Aprilis
anni* 1708.objens ibidem tumulatus fuit . Cùm-
que juxta noviſſimam *Conſtitutionem* 55. *Sixti V.
Bullar. Roman. tom. 2.* Præsbyteri Cardinales 34
quinquagenarium numerum excedere nequeant,
proindèque unus titulus abundat , quod conſul-
tò factum eſt, ut ſcilicet, ſi contingat, Epiſco-
pum , aut Diaconum eſſe Vicecancellarium , ac
per conſequens occupet Titulum , Cardinalis
Vicecancellarius cùm habeat Titulum Baſilicæ ,
ac Inſignis Collegiatæ , & Parochialis Eccleſiæ
SS. Laurentii, & Damaſi de Urbe, annexum Vi-
cecancellariatui , illiùſque Dignitati, optare po-
teſt , illo retento, hac notabiliſſima diſtinctione
ab aliis Titulis Cardinalitiis incompatibilibus ,
immò eo Titulo ſemper impermutabili perma-
nente, ac inoptabili (licet ab omnibus optabili)
cum reliquis Titulis , attamen benè compatibi-
liter retinendo cum aliquo ex ſex Titulis , ſeu 35
Epiſcopatibus , & Eccleſiis Cardinalitiis ſubur-
banis , ſeu ſuburbicalibus , Cardinalatui anne-
xis , *Germon. de Indult. Cardinal.* §. *Tituli num.9.
Cobellius in notit. Cardinalat. cap.6. in fine poſt
liter.D. verſ. denique quia* , ubi exempla de Car-
dinalibus Alexandro Farneſio, Alexandro Mon-
talto , & Franciſco Barberino olim Vicecancel-
lariis , ac uti talibus , etiam Titularibus prædi-
ctæ Eccleſiæ, retinentibus primævum Titulum ,
& in pluribus Titularibus practicatum fuit , ac
noviſſimè in clar. me. Cardinali Franciſco Bar- 36
berino , qui Titulum hujuſmodi retinuit , & aſ-
ſumptus fuit ad Titulos Eccleſiarum Sabinen ,
Portuen , Oſtien , & Veliternæ, *Piazza de Hie-
rarch. Cardinalit. Titul.5. in princip. verſ. prero-
gativa altreſi* . Qua occaſione non poſſum præ- 37
termittere meritas laudes Eminentiſs. D. Car-
dinalis Franciſci Barberini Nepotis propter il-
lius eximiam Juris peritiam , perſpicaciſſimum
ingenium , ac docilem indolem , quod videmus
aliquando contingere in pluribus Epiſcopatibus
ab uno tantùm Epiſcopo retineri ſolitis , citrà 38
vitium ſpiritualis Polygamiæ , ex diſpenſatione
Apoſtolica cum aliqua legitima cauſa, ob hære-
ſes , ut in Germania , vel ob aliud urgens mo-
tivum ,

rivum, *Epiſcop. Matta de Conſiſtorial. Cauſ. ſect. 16. n. 41. cum ſeqq. & de Concordat. n. 230.* ubi in Sacra Congregatione Conſiſtoriali concedi ex juſtis cauſis, Eccleſiarum pluralitatem, ſeque pluriès ſuper hoc obſervatum legiſſe, & vidiſſe, ac in ſpecie 24. Februar. 1668. cum Epiſcopo Paderbonen ex progenie nobilium Baronum de Fuſtemberg, qui cũm retentione ejuſdem Eccleſiæ, deputatus fuit in Coadjutorem cum futura ſucceſſione in Epiſcopatu Monaſterien 10. Aprilis 1669. confirmata fuit electio Epiſcopi Briſinonen in Epiſcopum Tridentinum cum retentione prioris Eccleſiæ, & Princeps de Baden Abbas Fulden Ordin. S. Benedicti noviſſimè adſcitus fuit in Coadjutorẽ cum futura ſucceſſione Abbatis Siburgen, cum retentione prædictæ Abbatiæ, Coadjutoriæ cum futura ſucceſſione Abbatis Campidonæ, & duorum Canonicatuum in Eccleſiis Coloniæ, & Argentinæ, *Card. Brancacius de optione ſex Epiſcopat. S. R. E. Cardinal. verſ. ex adverſo autem pag. mihi 55. & 56. Chriſtian. Lup. apud eund. pag. mihi 84. circà fin. verſ. nam & Carthaginenſi, & pag. 85.* ubi exempla de Epiſcopo Tiburtinæ Eccleſiæ retinente Eccleſiam Lateranen ſub Innocentio II. de anno 1138. de Abſalone Epiſcopo Roſchilden retinente alterum Epiſcopatum Lunden ſub Alexandro III. de anno 1177. de Conrado Cardinali Sabinen. tres Eccleſias retinente ſub eodem Alexandro III. de Cardinali Gulielmo Epiſcopo Prænestino retinente Archiepiſcopatum Rhemen ſub Lucio III. de anno 1185. de Joanne Cardinali Lotharingio novem retinente Epiſcopatus ſub Leone X. de S. Leone Papa nunquam dimittere volente priorem ſuum Epiſcopatum Tullen, *Hurtad. de reſident. lib. 2. reſol. 7. n. 15. cum ſeq. Roſa eod. tract. ſect. 4. n. 25.* & de conſuetudine in Thra-
39 cia in ſexta Provincia, ſeu in Europæ Provinciis retinendi duos, vel tres Epiſcopatus, ad quod valdè confert *text. in l. unaquæque Civitas 35. C. de Epiſcop. & Cleric.* ibi: *excipitur Tomanſiũ Scythiæ Civitas, illius enim Epiſcopus reliquarum etiam Civitatum curam gerit, tum etiam Leontopolis Iſauriæ ſubeſt Epiſcopo Iſauropolitano.* Cùm tamẽ hæc ſit propoſitio de Iure civili deſumpta, ideò illa poſthabita, adhærendum eſt ei, quod diverſimodè cavetur de Jure Canonico juxta *S. Concil. Trident. ſeſſ. 7. de Reform. cap. 2.*

Quo caſu putarem, adhùc quindennium deberi eidem Titulari retinenti primam Eccleſiam, cùm verè adhùc illius Titularis ſit, & fingatur
40 non acquiſiviſſe aliam Eccleſiam, nè alias favor privilegii, ſeu diſpenſationis ſuper retentione, in illius odium retorqueatur *cap. quod ob gratiam 61. de regul. Jur. in 6. l. nulla Juris ratio 24. ff. de legib. l. quod favore 6. C. eod.*

III. Difficultas, quid dicendum, ſi Titularis poſt dimiſſum primum Titulum prætendat retinere quindennium ex cauſa melioramentorum, vel ſumptuum per ſe factorum in reparationem, neceſſitatem, ſivè utilitatem primę ſuæ Eccleſiæ,
41 utrùm hoc caſu illud retinere poſſit, & putarem, non poſſe, cùm eidem obſtet *Conſtitut. Sixti V. in ordine la 55. §. 8. circà fin. in Bullar. nov. Roman. t. 2.* ibi: *neque Palatii, Domus, Vineæ, hortorum, aut fructuum, reddituum, & proventuum, aut jurium quorumcumque ad hujuſmodi Titulos, ſeu Diaconias pertinentium, ad tempus, ſeu ad vitam retentio, aut ulla alia reſervatio quovis prætextu, occaſione, vel cauſa etiam melioramentorum, & ſumptuum in illarum reparationem, neceſſitatem, ſivè utilitatem factorum concedantur,* quod etiam firmavit *Rota* (in puris terminis generalibus, non advertens ad prædictam Conſtitutionem Sixtinam) *coram Durano dec. 20. n. 5. cum ſeqq. t. 1.* & mota fuit, ut ex *citat. n. 5. in princip. & n. 6.* ex eo, quòd, cùm Titularis præſumatur feciſſe oppoſita 42
melioramenta ex fructibus ſui Tituli, illa acquiruntur ſucceſſori in Titulo, ſeu novo Titulari.

IV. Difficultas, quid dicendum, ſi antè exactum quindennium prædecedat Titularis, utrùm eo caſu illud debeatur illius hæredibus, an Eccleſiæ Titulari, an verò novo, ac moderno Titulari, ſeu immediato ſucceſſori in Titulo, & à 43
fortiori exiſtimarem, vel illud deberi novo Titulari, vel inſpecta æquitate, dividendum fore inter hæredes antiqui Titularis præmortui pro rata temporis ſuperviventiæ, & inter novum Titularem, veluti in durioribus terminis optionis Tituli reſpondi ſuprà in I. Difficultate.

In nihilum obſtante Indulto Cardinalitio per Clementem IX. Cardinalibus conceſſo in ſua 44
Conſtitut. 19. Bullar. Rom. tom. 6. de quo *Roſa de recta diſtribut. fruct. Eccleſ. cap. 7. nu. 87.* noſque ſuprà in *Cap. L.* circà jus tranſmittendi fructus inexactos ad hæredes Cardinalium, quia indultum præfatum loquitur de fructibus inexactis quidem, ſed maturatis quidem; ſicque de debitis in vita Cardinalium, & per accidens forſitan non exactis, nos verò verſamur in fructibus inexactis, uti nondùm maturatis.

V. Difficultas, quid dicendum, ſi Titularis obtinuerit à Papa indultum ſuperviventiæ ad quinquennium, vel ad decennium, vel ad aliud tempus, quòd nempè Indultum concedi ſolet ex 45
aliqua juſta cauſa, ut pro ſolvendo ære alieno, & operatur, ut debeantur Cardinali fructus, omniàque emolumenta occaſione Cardinalatus debita, acſi per illud tempus ſuperviveret; utrùm ſequuto obitu Cardinalis Indultarii, ſuffragetur indultum ſuperviventiæ etiam ad effectum exigendi quindennium maturatum intrà tempus ſuperviventiæ, & præmittendo, quòd hujuſmodi ſuperviventias ſolus Papa concedere po- 46
teſt, *Remocamp. de Coadjutor. cap. 17. n. 14. cum ſeqq. Loyſeau des offices lib. 1. c. 2. n. 50. & c. 12. nu. 40. cum ſeq.* cùm indulta hujuſmodi ſupervi- 47
ventiæ tamquàm tendentia in grave ſucceſſorum detrimentum, revocata ſint per *Regul. 69. Cancellar. de revocan. Indult. ſupervivent.* nec 48
non per Urbanum VIII. in ſua *Conſtitut. 80. §. 5. in Bullar. Roman. tom. 4. & in Conſtitut. 96. §. 3. eod. Bullar. tom. 5.* exiſtimarem, ſuffragari, cùm quindennium debeatur Titulari tamquàm 49
fructus, ſeu emolumentum Tituli Cardinalitii.

In nihilum refragante præjudicio novi Titularis, quippè ſibi imputet, ſi optare voluit Titulum, in quo ſciebat, vel ſciviſſe præſumitur adfuiſſe Indultum hujuſmodi, quando ad acceptandum Titulum invitus cogi non poterat, ſicque patienter ferre debet, quòd hæredes ſui anteceſſoris vigore indulti ſuperviventiæ exigant quindennium.

VI. Difficultas, quid dicendum, ſi Titularis, ſtante præfato indulto, interim medio tempore optet alium Titulum, utrùm ſequuto obitu

hujuſmodi Indultarii, ſuffragetur indultum ſupervivientiæ etiam ad effectum exigendi quindennium maturatum intrà tempus conceſſæ ſupervivientiæ, ex bonis emphyteuticis primi Tituli,& crederem, minimè ſuffragari, quia mens Pontificis videtur eſſe,quòd de tempore obitus perſiſtat eſſe Titularis ejuſdem Eccleſiæ, cùm aliàs per optionem alterius Tituli deſinens antè obitum eſſe Titularis primæ Eccleſiæ,nec in vita habens ampliùs in illa aliquod jus, nec ab illa prætendere valens aliquod emolumentum, ſeu fructus, à fortiori longè minus illud, illóſque prætendere valebit poſt obitum ſub præ-
50 textu conceſſæ ſupervivientiæ,quæ effectū ſuum operari intelligitur re integra, ſicque durante primo Titulo in Indultario uſque ad obitum, non autem,ut in caſu mutata rei facie ad tradita per *Barboſ. de clauſul.clauſ.*129.*n.*2. *cum ſeq. Coſt. de re integra prælud.*4. *n.*3.

VII. Et ultima Difficultas,quid dicendum, ſi Titularis, ſtante impotentia ad ſolvendum debita obtinuerit memoratum Indultum ſupervivientiæ in genere, vel etiam in ſpecie pro fructibus ſui Tituli,poſteà ad meliorem fortunam perveniens, effectúſque ſolvendo de propriis bonis,utrùm eo caſu hæredes Titularis, vigore Indulti hujuſmodi ſupervivientiæ poſſint adhùc prætendere, ac exigere quindennium ex bonis emphyteuticis ultimi Tituli, cum quo deceſſit Titularis, ad effectū ſatisfaciendi creditoribus, immò & creditores hoc prætendere poſſint,excluſo novo Titulari, & cenſerem, non eſſe locum exactioni quindennii ad inſtantiam hæredum, ſivè creditorum Titularis, ſed benè illud acquirere novum Titularem, in nihilum iuvante hoc caſu aſſerto Indulto ſupervivientiæ,quia, cùm iſtud conceſſum ſit intuitu paupertatis Indultarii, ea ceſſante & illud ceſſare debet, dum
51 ceſſante cauſa ceſſare debet effectus *Tiraquell. in tract. ceſſant cauſ.* prout videre eſt in Clerico
52 paupere, cui ſi Beneficium conferatur intuitu ſuæ paupertatis, & miſerationis gratia, poſteà ad meliorem fortunam perveniens, tenetur, immò cogi poteſt ad renunciandum Beneficium, quaſi quod ceſſante paupertate ceſſare quoque debeat privilegium ad *textum in cap. ſi pro Clericis pauperibus* 8.*de Prębend.in*6. *Surd.de aliment.tit.*7. *q.*42.*n.*9.*in princip.Leoncill.de privileg.pauper.par.*2.*privil.*40.*tit.*3.*n.*8.*in fine ver. confert. ad id, & privil.*338. *tit.*7.*n.*2. maximè
53 quippè privilegia ſtrictè interpretanda ſunt in præjudicium tertii *cap. quanto 26. de privileg.*

ARGVMENTVM.

Eminentiſſimus Titularis in Emphyteuſim cōcedens manui mortuæ fundum ſpectantem ad ſuum Titulum,ſi in illo non reſideat, & monitus ad reſidendum,in illo tamen reſidere negligens, tandem in pœnam deſertionis proprii Tituli,ab eodem Titulo depoſitus,maturato per prius quindennio antè ſuam depoſitionem, illo tamen nondùm exacto, vel ob ejuſdem Eminentiſs.Titularis,illiúſque miniſtri incuriam, vel ob difficultatem,& impotentiam ſolvendi ex parte manus mortuæ Emphyteutæ, ac reſpectivè debitricis ipſius quindennii, non poteſt ampliùs præfatum quindennium ſibi acquirere, ſed illud debetur alteri Eminentiſs. Titulari, ſucceſſori in eodem Titulo.

SUMMARIUM.

1 *Quindennium acquiritur Eminentiſſimo Titulari, non autem Eccleſiæ Titulari.*
2 Cardinalis Petrus Columna, *depoſitus à ſuo Titulo, ad illum poſteà reintegratus.*
3 Cardinalis Anaſtaſius *à ſuo Titulo depoſitus.*
4 *Cardinalatus ſaltem de Jure communi requirit reſidentiam in Titulo Cardinalitio.*
5 *Quindennium maturatum de tempore antiquorum Canonicorum, acquiritur novis Canonicis.*
6 *Quindennium debetur poſteriori Domino de tempore ſolutionis quindennii.*
7 *Fructus reſtituendi, veniunt in ſententia condemnatoria à die motæ litis.*
8 *Quindennium debetur in recognitionem directi dominii.*
9 *Titularis anteceſſor antè ſuam depoſitionem habet jus quæſitum ſuper quindennio, nec ſucceſſor in illius præjudicium poteſt illud acquirere.*
10 *Per litis conteſtationem incipit quis eſſe in mala fide, & laus* Card. Capraræ.
11 *Fingitur retrò condemnatio à die litis conteſtatæ.*

CAPITULUM CLX.

IN *præcedenti Cap.*aſſerimus, quindennium ex Emphyteuſi activa Eccleſię Titularis acquiri 1
Eminentiſſimo Titulari,non autē ipſi Eccleſiæ Titulari, ſivè illius Clericis;cùmque dari poſſit caſus, quòd ob deſertionem proprii Tituli ab eodem Titulo deponatur Eminentiſſimus Titularis, prout practicatum legitur cum Cardinali 2
Petro Columna poſteà recuperante Titulum S. Auguſtini,à quo fuerat depoſitus ad tradita per *Joan.Andr. ad Specul.lib.*4.*tit.de libell. concept.*§.*Jamnunc videndum* 12.*verbo non ſcribuntur litera F. in fine,Fran.Marc.dec.Delphin.*1292. *nu.*4. *in princip. par.*1. nec non cum Cardinali 3
Anaſtaſio Titulari Eccleſiæ S.Marcelli de Urbe, Ordinis Fratrum Servorum B. Mariæ,depoſito tempore Leonis III.ſivè veriùs IV. ex *c. Leo* 2. *de Cleric.non reſident.*& proſequitur *Anaſtaſ.Germon.de Indult. Cardinal. in* §. *Tibi quoad vixeris n.*12. *circà fin. verſ. quinimmò Leo IV. & nu.*13. *Rubeus in ſingular. par.*4. *tit. de præcedent. in funeral. nu.*76. *in fine, Card. Albit. de Juriſdict. quam hab. S.R.E. Cardinal. in Eccleſ. ſuor. Titulor. n.*29. *cum ſeq. repetit. penes Card. de Luca de Juriſdict. & penès Pignatell.conſult.Canon.t.*10. *conſult.*117.*num.*16.*Card. Brancat.de option. ſex Epiſcopat. S. R. E. Cardinal. in princip.verſ.primam controverſiam pag.mihi* 40.*in princip.* Car- 4
dinalatus enim ſaltem de Jure communi requirit reſidentiam in ſuo Titulo ex traditis per *Leon. de offic. Cappellan.q.*4. *prax.*1.*n.*94. Undè patet locus controverſię inter Eminentiſſimum Titularem depoſitum, & alterū novum Eminum Titularem, cuinam ex illis acquiratur quindennium, an anteceſſori, uti maturatum tempore habili; antè nempè depoſitionem, an ſucceſſori,uti exactum tempore novi Titularis,& tuendo partes novi Titularis,reſolvimus,quòd Eminentiſſimus Titularis in Emphyteuſim concedens manui mortuę fundum ſpectantē ad ſuum Titulum, ſi in illo non reſideat, & monitus ad reſidendum, in illo tamen reſidere negligens, tandem in pœnam deſertionis proprii Tituli,ab eodem

eodem Titulo depoſitus, maturato per prius quindennio antè ſuam depoſitionem, illo tamen nondùm exacto, vel ob ejuſdem Eminentiſſimi Titularis, illiuſque miniſtri incuriam, vel ob difficultatem, & impotentiam ſolvendi ex parte manus mortuæ Emphyteutæ, ac reſpectivè debitricis ipſius quindennii, non poteſt amplius præfatum quindennium ſibi acquirere, ſed illud debetur alteri Eminentiſſimo Titulari ſucceſſori
5 in eodem Titulo, eodem namque pacto, quo quindennium, quantumvis maturatum de tempore antiquorum, ſeu præteritorum Canonicorum, de eorundem tamen tempore inexactum acquiritur novis tantùm Canonicis repertis de tempore exactionis ipſius quindennii, non autem antiquis, ſeu præteritis Canonicis, ſivè eorum hæredibus, non obſtante jure quæſito ratione maturationis tempore habili, ad fusè per nos comulata in *Cap. LXXXV.* ità novo Titulari, ſeu ſucceſſori in Titulo tempore exactionis acquirendum venit quindennium, quantumvis maturatum tempore anteceſſoris tunc nondùm depoſiti à ſuo Titulo, prout etiam in *Cap. XLVIII.*
6 abundè firmavimus, quindennium deberi poſteriori Domino de tempore ſolutionis quindennii. non verò priori Domino de tempore conceſſionis: omiſſo, quòd ſententia contumacialis, privatoria nempè ob contumaciam, in non reſidendo, retrotrahitur ad diem monitionis, ſeu introducti judicii, ſicque Eminentiſſimus
7 Titularis remanet privatus quindennio adinſtar fructuum, qui reſtituuntur, & veniunt in ſententia condemnatoria à die motæ litis ex traditis per *Coſt. in cap. 1. de judic. nu. 120. & de retrotraction. caſ. 7. cap. 8. nu. 4. per text. in l. ſi poſt acceptum 18. ff. de rei vindic.* immò cùm Eminentiſſimus Titularis, mediante depoſitione à ſuo Titulo poſteà de tempore exactionis quindennii non reperiatur ampliùs Dominus directus Emphyteuſis, non poteſt ſibi acquirere quindennium, quod debetur Domino directo in reco-
8 gnitionem dominii, Dominus autem directus eſt ſucceſſor in Titulo, qui poſſeſſionem ſui Tituli cœpit, ut patet ad ſenſum.

Non obſtat, quòd anteceſſor Titularis, poſt-
6 quàm ceſſit dies ſolutionis quindennii tempore quidem habili, antè ſuam nempè depoſitionem, habet jus quæſitum ſuper illo quindennio, nec ſucceſſor poteſt illi præjudicare ipſum ſibi acquirendo, *Antonell. de temp. legal. lib. 2. cap. 48. n. 11.* quia hoc jus remanet ſublatum ex ſententia ſubſequente, quæ retrotrahitur ad diem motæ litis,
10 à quo debentur fructus, cùm per litis conteſtationem incipit quis conſtitui in mala fide, *Coſta ad cap. 1. de judic. nu. 130. & de retrotract. cap. 8. caſ. 7. nu. 4. cum ſeqq. Clericat. deciſ. miſcellan. 102. nu. 3. cum ſeqq. Fontanella deciſ. Cathalon. 72. nu. 5. & deciſ. 206. n. 12. par. 1. Rota coram Emerix Decano Jun. deciſ. 250. nu. 1. & in recentior. dec. 22. n. 1. par. 11. dec. 3. nu. 12. cum ſeqq. par. 19. & in Nucerina Paganorum ſuper reſtitutione fructuum 17. Junii 1699. corà clar. me. Reverendiſs. P. D. Anſaldo Decano, & in Ferrarien. Feudi ſuper fructibus 20. Junii 1704. coram clar. mem. Cardinali Caprara, olim S. Conſiſtorii Advocato diſertiſſimo, & dec. 34. nu. 11. poſt Antonell. de Jurib. & onerib.*
11 *Cleric.* & fingitur retrò condemnatio à die litis conteſtatæ *l. item veniunt 20. §. Petitam 11. l. ſed etſi lege 25. §. Si antè litem 7. ff. de petit. hæredit. l. nemo rem 82. §. 1. ff. de verb. oblig. l. ædiles 25. §. Item ſciendum 8. ff. de ædilit. edict. l. videamus 38. ff. de uſur. l. in interdictis 3. ff. de interdict. l. ſi poſt acceptum 18. l. Julianus 17. ff. de rei vindicat. l. certum 22. C. eod. l. litigator 2. C. de fruct. & lit. expenſ.*

ARGUMENTUM.

Emus Titularis concedens in Emphyteuſim manui mortuæ fundum ſuæ Eccleſiæ Titularis, non reſidens, ad reſidendum monitus, tandèmque ob deſertionem proprii Tituli ab eodem depoſitus, ſubindè poſt ſententiam privatoriam ex gratia reſtitutus ad ſuum Titulum, licet antè depoſitionem maturatum fuerit quindennium, nihilominùs illud non recuperat à novo Titulari, qui poſt depoſitionem exegit.

SUMMARIUM.

1 *Eminentiſſimus Titularis, depoſitus non acquirit quindennium, quantumvis maturatum antè ſuam depoſitionem.*
2 *Non præſumitur Princeps velle præjudicare tertio per ſolam gratioſam reſtitutionem, niſi illa plenaria ſit.*
3 *Non intrat retrotractio in præjudicium juris medio tempore quæſiti.*
4 *Reſtitutio Tituli Cardinalitii non inducit recuperationem quindennii jam ab alio ritè percepti.*
5 *Iniquum eſſet, quòd bonæ fidei poſſeſſor teneretur ad reſtitutionem fructuum maximè conſumptorum.*
6 *Reſtitutio tamquàm importans plenam ſignificationem, comprehendit etiam fructus reſtituendos reſtituto ad ſuum Titulum.*
7 *Reſtitutio tunc comprehendit fructus, quando illa proceſſit ex juſta cauſa.*
8 *Reſtitutus ad ſuum Titulum, dicitur gratioſè reſtitutus.*

CAPITULUM CLXI.

IN *Cap. præcedenti* reſolutum fuit, quòd Eminentiſſimus Titularis deſerens Titulum, ab 1
eoque tandem ſervatis ſervandis depoſitus non acquirat quindennium, quantumvis maturatum antè ſuam depoſitionem, ſed quòd illud exigere valeat novus Titularis, ſeu ſucceſſor in Titulo, modò idem reſolvitur in Titulari depoſito ſervatis ſervandis, poſteàque ad Titulum reſtituto, firmando, quòd Eminentiſſimus Titularis concedens in emphyteuſim manui mortuæ fundum ſuæ Eccleſiæ Titularis, non reſidens, ad reſidendum monitus, tandèmque ob deſertionem proprii Tituli ab eodem depoſitus, ſubindè poſt ſententiam privatoriam ex gratia reſtitutus ad ſuum Titulum, licet antè depoſitionem maturatum fuerit quindennium, nihilominùs illud non recuperat à novo Titulari, qui poſt depoſi-
tionem exegit, non enim præſumitur per ſolam 2
gratioſam, ac ſimplicem reſtitutionem, niſi plenaria illa ſit, Principem velle præjudicare tertio, nempè ſucceſſori in Titulo, qui tamquàm deſignatus novus Titularis ritè exegerat quinden-

dennium poſt depoſitionem Anteceſſoris Titula-
ris ad *text. in l. 1. l. cùm patrem 2. l. tutor 3. l. ſi
ademptis bonis 5. l. ſi deportationis 12. & l. fin. §. fin.*
3 *C. de ſentent. paſs. & reſtitut.* adeò, ut non intret
retrotractio in præjudicium jùris medio tempore
quæſiti *cap. ex tuarum 5. de auctorit. & uſ. pall.
cap. quamvis 9. de Reſcript. in 6. l. potior 11. §. 1.
ff. qui potior. in pign. hab. l. ſi patrem 19. §. fin.
ff. quemadmod. ſervit. amitt. l. Prætor 2. §. Si quis
à Principe 16. & §. Meritò 10. ff. nè quid in loc.
publ. l. nec avus 4. C. de emancipat. liber. Coſta de
retrotract. cap 8. caſ, 2. num. 11. Salgad. labyrinth.
credit. par. 1. cap. 32. n. 42. circà fin. verſic. attamen
iſta fictio, & par. 3. cap. 13. n. 8. Carleval. de judic.
tom. 2. lib. 1. tit. 4. diſput. 22. n. 15. antè med. verſic.
item, Molina de jure primogen. lib. 2. cap. 7. nu. 22.*
Reflectendo etiam, nos verſari in quindennio
jam exacto à novo Titulari, ab eòque conſum-
4 pto, proindèque reſtitutio Tituli non inducit
recuperationem quindennii jam ab alio ritè per-
cepti *Gomez variar. reſol. lib. 3. cap. 13. nu. 38. poſt
med. verſiculo item in med.* & videtur quodam-
modò novus homo, iſtaque reſtitutio habetur,
ac ſi eſſet nova proviſio, nec reſtitutio gratioſa
eſt apta auferre dominium prout ex tunc, ſed
benè prout ex nunc, cùm interim medio tempo-
re depoſitionis Titularis depoſitus verè habitus
fuerit pro non Titulari, proindèque omnes fru-
ctus ſui Tituli, inter quos procul dubio enume-
rantur quindennia, bona fide quæſiti fuerunt
novo Titulari, qua ſtante bona fide immunes
5 evaſerunt à reſtitutione, aliàs iniquum foret, ut
bonæ fidei poſſeſſor teneretur ad eorum reſtitu-
tionem, potiſſimùm ſi conſumpti ſint *Odd. de
reſtitut. in integr. par. 2. qu. 99. artic. 14. num. 124.
cum ſeqq.* & quia reſtituuntur ea, quæ ſunt juris,
non ea, quæ ſunt facti ad inſtar ejus, qui habet
jus poſtliminii.

Non obſtat, quòd reſtitutio tamquàm im-
6 portans plenam, ac perfectam ſignificationem,
comprǽhendat etiam fructus reſtituendos reſti-
tuto ad ſuum Titulum Cardinalitium, ſuamque
Eccleſiam *cap. nullus poteſt cum ſeqq. 2. quæſt. 2.
cap. accedens 2. ut lit. non conteſt. l. videamus 38.
la 2. §. In Faviana 4. juncto §. Et ideò 5. ff. de uſur.
l. ſed & partus 12. ff. quod met cauſ. l. fin. §. fin. ff. de
verb. ſign. l. prætereà 20. l. & ex diverſo 35. §. Ubi
1. ff. de rei vindic. l. in condemnatione 173. ff. de
regul. Jur. l. quod ſi minor. 24. §. Scævola 2. ff. de
7 minor.* quia tunc reſtitutio comprǽhendit etiam
fructus, quando illa proceſſit ex juſta cauſa, ſivè
ex capite juſtitiæ, ac innocentiæ damnum
paſſi per *text. in l. 1. §. fin. ff. de quæſtion.* ità, ut
neceſſe ſit, quòd ſemper fuerit juſta cauſa, ac
juſtum conſequenter fuerit, quòd Titularis de-
poſitus reſtitueretur ſuæ Eccleſiæ, & Titulo,
quoniam verò impoſſibile eſt, ut juſtum ſit,
quòd iſte ob deſertionem Eccleſiæ depoſitus, ad
eandem poſteà reſtituatur unà cum fructibus,
ac quindenniis à novo Titulari juſtè perceptis
8 quando gratioſè tantùm reſtitutus dici poteſt
ex mera gratia, & humanitate Principis *Odd.
de in integr. reſtitut. par. 2. qu. 99. artic. 14. nu. 126.
cum ſeqq. Peregrin. de jure fiſci lib. 5. tit. 2. nu. 44.
61. & 62.*

ARGUMENTUM.

Eminentiſſimi Titulares non acquirunt quindennia
pro bonis manui mortuæ in Emphyteuſim conceſ-
ſis per Eccleſias filiales, eorum Titulis ſubjectas.

SUMMARIUM.

1 *Eminentiſſimi Titulares acquirunt quindennia ex bonis Eccleſiarum Titulatarum manui mortuæ emphyteuticatis.*
2 *Eminentiſſimi Titulares non acquirunt quindennia ex bonis Eccleſiarum filialium, eorum Titulis ſubjectarum.*
3 *Eminentiſſimi Titulares etiam exercent juriſditionem in Eccleſiis filialibus propriorū Titulorum.*
4 *Laudes Eminentiſs.* D. Cardinalis Otthoboni.
5 *Laudes* Alexandri VIII.
6 *Materia juriſdictionalis ſtrictè ſumenda eſt.*
7 *Non benè arguitur à juriſdictione ad bonorum dominium, & poſſeſſionem uti quid ſeparatum.*
8 *Litoria maris, licet ſint communia, attamen dicuntur Populi Romani.*
9 *Quod intelligitur quoad juriſdictionem tantùm, non autem quoad dominium.*
10 *Eccleſia S. Thomæ in Parione de Urbe eſt filialis Eccleſiæ S. Laurentii in Damaſo.*
11 *Eminentiſſimi Titulares providere etiam debent ſuper bonis Eccleſiarum filialium ſuorum Titulorum.*
12 *Verbum* providere *non indicat facultatem providendi in proprium commodum, ſed in commodum ipſarum Eccleſiarum.*
13 *Et quo ad directionem, ac regimen Eccleſiarum, non autem quoad appropriationem.*

CAPITULUM CLXII.

Suprà in *Cap. CLIX.* docuimus, quindennia
acquiri Eminentiſſimis Titularibus ex bonis 1
Eccleſiarum titulatarum manui mortuæ em-
phyteuticatis, modò docebimus vice verſa,
quindennia non acquiri Emis Titularibus in 2
bonis Eccleſiarum filialium, eorum Titulis ſub-
jectarum.

Pro dicendorum verò intelligentia monen-
dum cenſeo, quòd Emi Titulares adeò ampla,
latàque polleant juriſdictione, ut non ſolum 3
illam exerceant in Eccleſiis titulatis, ſed etiam
in aliis Eccleſiis filialibus, ſeu ſubditis, proprio-
rumque Titulorum ſubjectis, ad *text. in cap. his,
quæſt. 11. de majorit. & obedient. Rota in recentior.
deciſ. 423. par. 2. tom. 1. & dec. 524. par. 19. tom. 2.*
ubi de Eccleſiis S. Thomæ in Parione, & S. Ca-
therinæ de Rota de Urbe filialibus Baſilicæ, ac
Inſignis Eccleſiæ Collegiatæ SS. Laurentii, &
Damaſi de Urbe Tituli Diaconiæ, quam hodiè
habet Emus D. Cardinalis Petrus Otthobonus, 4
S. R. E. Vicecancellarius, ſumma in divinis re-
bus præditus pietate, & munificentiſſimus, ex
Fratre Pronepos ſan. me. Alexandri Papæ VIII. 5
viri doctiſſimi, olim S. Rotæ Romanæ Audito-
ris, *Carol. Anton. de Luca de pluralit. homin. legal.
cap. 59. nu. 3. cum ſeq.* eſtque filialis ejuſdem Ec-
cleſiæ S. Laurentii in Damaſo Eccleſia S. Thomæ
ad Cincios, Eccleſia B. M. de Planctu, & quam-
plures aliæ.

Quin-

Quibus præmiſſis, occaſione extenſionis ju-
riſdictionis etiam ad Eccleſias filiales, facilè
oriri poteſt inter Em̃os Titulares, & Eccleſias
filiales ſibi ſubditas, ſuper acquiſitione quin-
denniorum dubium, an nempè iſta acquirantur
Em̃is Titularibus, prout eiſdem acquiruntur in
bonis Eccleſiarum titulatarum, an verò acqui-
rantur ipſis Eccleſiis filialibus, & negativam
adſtruimus ſententiam, firmando, quòd Em̃i
Titulares non acquirunt quindennia pro bonis
manui mortuæ in emphyteuſim, conceſsis, per
Eccleſias filiales eorum Titulis ſubjectas, etenim
quoad Eccleſias titulatas non ſolùm quidem
tribuitur juriſdictio ſuper earum Miniſtris, ſed
etiam conceditur dominium earundem bono-
rum, attamen quoad Eccleſias filiales ſola ju-
riſdictio tribuitur abſque conceſsione alicujus
dominii bonorum, ut notiſſimum eſt; proin-
dèque indultum Pontificium concedens domi-
nium bonorum Eccleſiarum Titularium, earùm-
que redditus, inter quos enumerantur quinden-
nia, non venit extendendum ad Eccleſias filia-
les, in quibus Em̃i Titulares exercent quidem
juriſdictionem, ſed non dominium ſuper earum
bonis, ità, ut tantum habeat conceſsionarius,
quantum tribuit juriſdictio in conceſsione, &
6 materia juriſdictionalis de ſui natura ob præju-
dicia aliis reſultantia ſtrictè venit ſumenda in-
trà ſuos cancellos, & limites *can. ſi Imperator*
7 *diſtinct.96. can. pervenit* 39. 11. *qu.*1. non enim
benè arguitur à tributa juriſdictione ad bono-
rum dominium, & poſſeſsionem, tamquàm
quid ſeparatum, totòque cœlo diverſum ad
text. in l. cùm Prætor 12. *ff. de judic. Pignatell.*
*conſult. Canon. tom.*5. *conſult.*57. *n.*15. *in princip.*
8 *& tom.*9. *conſult.*148. *nu.*13. *cum ſeq.* & in ſimili
ſicuti litora maris, licet ſint communia, atta-
men dicuntur Populi Romani *l. litora* 3. *ff. nè*
9 *quid in loc. publ.* quod intelligitur quoad iuriſdi-
ctionem tantùm, non autem quoad dominium,
& uſum, ut diſtinguunt *Harprect. in* §.1. *n.*9. *&*
10. *Inſtitution. de rer. diviſ.* ac paſsim Inſtituti-
ſtæ, quia dominium benè poteſt eſſe ſeparatum
à iuriſdictione, nec eſt ſemper bona conſequen-
tia, quis habet iuriſdictionem, ergò habet do-
minium: quod faciliùs procedit, ſi Eccleſia
filialis, præter Titularem Matricis, habeat pro-
10 prium Titularem, qualem habet Eccleſia S. Tho-
mæ in Parione de Urbe, quæ eſt filialis Eccleſiæ
S. Laurentii in Damaſo pariter de Urbe, *Rota*
*in recentior. deciſ.*423. *parte* 2. *tom.*1.

Non obſtat, quòd in *Concilio Baſilien. ſeſſ.*23.
& in *Lateranen. ſub Leone X. ſeſſ.* 9. relatis per
Card. de Albit. de juriſdict. S.R.E. Cardinal. in eor.
*Titul. num.*156. *cum ſeq. & per Pignatell. conſult.*
Canon. tom. 10. *conſult.* 117. *num.* 135. *cum ſeq.*
11 imponatur Em̃is Titularibus, ut provideant
etiam ſuper bonis Eccleſiarum ſibi ſubditarum
ratione ſuorum Titulorum, quia tributa facul-
tas providendi non intelligitur in proprium
commodum, ſed benè in commodum ipſarum
12 Eccleſiarum, ut ſonat ipſum verbum *providere*,
quod videtur innuere Sixtus V. in ſua *Conſti-*
tutione in ordine la 55. §. 12. *Bullar. nov. Rom.*
*tom.*2. *repetit. apud Pignatell. conſult. Can tom.*10.
*conſult.*117. *n.* 102. *&* 137. aiens - *bonorum, ac*
13 *temporalium reddituum curam gerant*, & quoad
directionem, ac regimen Eccleſiarum, non
autem quoad appropriationem, idem ac con-
ſulere indemnitati Eccleſiardm, ut rectè admi-
niſtrentur, & gubernentur, ibique divina Of-
ficia peragantur.

ARGUMENTUM.

Ill̃mi Vicarii Em̃orum Titularium Eccleſiarum Urbis non participant de quindenniis, nec concurrere valent pro rata cum eiſdem Em̃is Titularibus, pro bonis per eaſdem Eccleſias titulatas emphyteuticatis manui mortuæ.

SUMMARIUM.

1 *Eminentiſſimi Titulares in caſu eorum abſentiæ deputare poſſunt Vicarios, & laus* Card. Albit., & de Luca.
2 *Eminentiſſimi Titulares acquirunt quindennia.*
3 *Illuſtriſſimi Vicarii Eminentiſſimorum Titularium uti carentes dominio bonorum Eccleſiarum Titulatarum, non participare debent de quindenniis.*
4 *Quindennia ſpectant ad ſolum dominum fundi.*
5 *Procurator non poteſt præjudicare ſuo Principali.*
6 *Procurator acquirere debet ſuo Principali, non autem ſibi acquirere poteſt.*
7 *Illuſtriſſimi Vicarii Eminentiſſimorum Titularium, eoſdem Eminentiſſimos Titulares repræſentant.*
8 *Valdè inveriſimile eſt, quòd Eminentiſſimi Titulares velint deputare ſuos Vicarios in ſui præjudicium.*
9 *Naturalis intentio gerentis actû eſt, nè ſibi noceat.*
10 *Dari non poſſunt duo Domini in ſolidum.*
11 *Eminentiſſimi Archipresbyteri Baſilicarum Patriarchalium Urbis non acquirunt quindennia.*
12 *Illuſtriſſimi Vicarii Eminentiſſimorum Archipresbyterorum participare debent de quindenniis.*
13 *Illuſtriſſimi Vicarii Eminentiſſimorum Titularium non acquirunt quindennia.*
14 *Æquum eſt, ut Illuſtriſſimi Vicarii Eminentiſſimorum Archipresbyterorum acquirant quindennia, cùm illa non acquirant Eminentiſſimi Archipresbyteri, ſicque Canonici minus damnum ſentiant in repartitione quindennii.*
15 *Vicarius Eminentiſſimi Archipresbyteri eſt de corpore Capituli.*
16 *Vicarius Eminentiſſimi Titularis eſt quodammodò famulus ipſius Titularis.*
17 *Repreſentans frui debet eiſdem privilegiis, quibus fruitur repræſentatus.*
18 *Illuſtriſſimi Vicarii Eminentiſſimorum Titularium poſſunt quidem eoſdem Eminentiſſimos repræſentare in favorabilibus ipſis Titularibus, non ipſis Vicariis.*
19 *Verbum* poſsint *eſt facultativum, nec importat neceſſitatem.*

CAPITULUM CLXIII.

PRo intelligentia ſciendum eſt, quòd Eminen-
tiſſimi Titulares caſu, quo abſint, in eorum
Titulis deputare poſſunt Vicarios juxta faculta- 1
tem ſibi tributam à Leone X. in ſua *Conſtitutione*
in ordine la 7. §.19. *in princip. verſiculo per Vica-*
*rium in Bullar. nov. Roman. tom.*1. de qua memi-
nit *Sbroz. de offic. Vicar. lib.*1. *qu.*3. *num.*22. *cum*
*ſeq. Fuſc. de viſitat. lib.*1. *cap.*2. *nu.*5. *Pellegrin. in*
prax.

prax. Vicar. par. 1. ſect. 1 ſubſect. 1. nu. 8. in princip. verſiculo quarto loco ſunt Vicarii, Card. de Albit. olim in Romana Curia egregius Advocatus, in ſua erudita diſcept. de Juriſdict. S. R. E. Cardinal. in Eccleſ. ſuor. Titul. nu. 87. repetit. poſt Card. de Luca egregium pariter in Urbe per prius Advocatum *de Juriſdict. diſc. 95.* Quo ſuppoſito, facilè intrat dubitatio, an Vicarii hujuſmodi participare quoque debeant de quindenniis, & concurrere
2 pro rata cum Eminentiſſimis Titularibus eorum Principalibus, quos quindennia acquirere aſſeruimus in *Cap. CLIX.* ſed negativam proponentes in Vicariis, firmamus, quòd Illuſtriſſimi Vicarii Eminentiſſimorum Titularium Eccleſiarum Urbis non participant de quindenniis, nec concurrere valent pro rata cum eiſdem Eminentiſſimis Titularibus, pro bonis per eaſdem Eccleſias Titulatas emphyteuticatis manui mortuæ, quippè ſolummodò facultas juriſdictionalis tribuitur Illuſtriſsimis Vicariis quoad viſitationem miniſtrorum Eccleſiarum Titulatarum, ut patet ex mox laudatis Apoſtolicis Conſtitutionibus, & congeſtis auctoritatibus, non quoad earundem Eccleſiarum bona, quorum jura, & proventus tribuuntur ſolis Eminentiſſimis Titularibus, ità, ut iſti carentes omni aptitudine ad
3 acquirendum quindennia, nempè bonorum dominio, non poſſunt de illis participare, & concurrere cum Eminentiſſimis Titularibus eorum Principalibus ex congeſtis per *Barboſ. axiom. 30. nu. 1. cum ſeqq. & axiom. 80. nu. 1.* qui Eminentiſſimi Titulares è contrà ex Pontificio diplomate habentes jus in bonis ſuorum Titulorum, inque bonorum redditibus, æquum eſt, ut ſoli percipiant quindennia, quæ enumerantur inter fructus civiles provenientes ex re emphyteutica, ac
4 ſpectantes ad ſolum Dominum fundi, veluti in ſimili de laudemiis, & canonibus *Burgius de laudem. par. 1. inſpect. 4. nu. 11. in fine verſ. & quod laudemii ſunt fructus, Solſon. eod. tract. cellul. 2. nu. 13. Amad. à Pont. eod. tract. qu. 20. n. 3. Niger eod. tract. tom. 1. qu. 13. nu. 46. in princip. verſic. & laudemium, Barbat. de diviſ. fruct. par. 1. cap. 14. n. 1. cum ſeqq. Fulgin. de jure emphyt. tit. de laudem. qu. 21. nu. 3. & qu. 26. nu. 2. Menoch. de præſ. lib. 4. præſ. 14. in fine.*

Siquidem iniquum eſſet, quòd Illuſtriſſimi Vicarii aliàs de Jure incogniti, repræſentarent ultrà facultates ſibi tributas, ſuos Principales, quales ſunt Eminentiſsimi Titulares, etiam in præjudicialibus, prout accideret, ſi vigore limitatæ, ac reſtrictæ repræſentationis participare poſſe de quindenniis prætenderent, qui hoc modo notabiliter præjudicarent ſuis Principalibus non ampliùs acquirere valentibus integra quindennia, ſed tenerentur, hac via illa pro æquali dividere favore ſuorum Vicariorum, Procurator
5 autem non poteſt præjudicare ſuo Principali, ſeu Domino *gloſ. in l. ſiquis 3. §. Si Procurator 1. ff. quod quiſq. Jur.* Immò impoſſibile eſt, quod Illuſtriſſimi Vicarii repræſentantes perſonas ſuorum Dominorum poſſint ſibi acquirere quindennia in aliqua rata, dum actus, quos in ſuis Vicariatibus gerunt, non illos gerunt nomine proprio, ſed nomine alieno, nempè ſuorum Principalium; ſicque tamquàm Procuratores illa ac-
6 quirere debent Principalibus, nõ autem illa ſibi acquirere poſſunt *l. Procurator 58. ff. de Procurat. l. ſi Procurator 13. ff. de acquir. rer. dom l. ſi plures 3. ff. de admin. tut. Surd dec. Mantuan. 119. n. 12. & dec. 182. nu. 6. Rota cor. Bich. dec. 541. n. 19. & 32. tom. 2. ac in recentior. deciſ 36. nu. 1. & deciſ. 133. nu. 11. par. 18. tom. 1.* omiſſo, quòd Vicarii tamquàm Procuratores repræſentantes perſonam 7
Dominorum, immò ipſa perſona Dominorum reputari juxta *l. oſſa 8. § fin. ff. de religioſ. & ſumpt. fun. l. certè 6. §. 1 ff. de precar. l. & licet ff. de conſt. pecun. l. quod meo 18. verſ. Procurator ff. de acquir. poſſeſſ. l. multum 6. C. ſiquis alteri, vel ſibi, gloſ. in l. ſi Procurator 28. ff. de Procur.* & ad tradita per *Gratian. diſc. 853. n. 62. Golin. de Procurator. par. 1. cap. 1. nu. 3.* non poſſunt proprio nomine etiam ſibi acquirere.

Præterquàquòd valdè inveriſimile eſt, quòd Eminentiſſimi Titulares velint deputare ſuos 8
Vicarios in proprium præjudicium, ſi intelligerent, quòd quindennia etiam ſpectarent ad eorum Vicarios ad *text. in cap. Abbate 25. de verb. ſignif. l. ſi miles 3. verſiculo nec credendus ff. de teſtam. Milit. l. quotiès 80. ff. de verb. oblig. l. quotiès 13. ff. de reb. dub.* cùm aliàs talis deputatio eſſet oneroſa ob diminutionem quindennii pro rata contingente Cardinali Titulari deputanti, quando tamen actus in dubio præſumi debet ità geſtus, ut quominùs fieri poſſit, læſivus, ac damnoſus ſit gerenti ob naturalem intentionem ge- 9
rentis actum, nè ſibi noceat *Barboſa axiom. 12. nu. 21. Menoch. de præſumpt. lib. 6. præſ. 9. nu. 1.*

Omitto, quod, cùm quindennia debeantur ratione directi dominii, quod penès Eminentiſsimos Titulares reſidet, illa non poſſunt quoque deberi Illuſtriſsimis Vicariis, penès quos nullum dominium bonorum reſidet, nec reſidere valet, nè dentur duo Domini unius rei in ſo- 10
lidum contra *text. in l. hæreditate 19. §. Pater 3. ff. de caſtrenſ. pecul. l. ſi duobus 5. §. Fin. ff. commod. l. poſſideri 3. §. Ex contrario 5. ff. de acquir. poſſeſſ. l. duo in ſolidum 19. ff. de precar. l. quod contra rationem 183. §. Uni duo 1. ff. de regul. Jur.*

Quibus accedit, quod jus percipiendi quindennia non eſt communicabile, undè non apparet bona conſequentia, Eminentiſſimi Titulares acquirunt quindennia, ergo Illuſtriſſimi eorum Vicarii ſaltem de illis participabunt, ſivè cum Eminentiſſimis Titularibus ipſorum Principalibus concurrunt pro virili, cùm videamus, 11
quòd Eminentiſſimi Archipreſbyteri trium Baſilicarum, ſeu Patriarchalium Urbis non acquirunt quindennia, ut deducimus in *Cap. CLXV.* & tamen Illuſtriſſimi eorum Vicarii participare 12
debent de quindenniis adinſtar Canonicorum earundem Baſilicarum, cumque ipſis pro eorum rata concurrere, ut annotavimus in *Cap. CLXVI.* æquum enim eſt, quòd Illuſtriſſimi Vicarii 13
Eminentiſſimorum Titularium non acquirant quindennia, cùm illa acquirant Eminentiſsimi Titulares, nè aliter Canonici majus damnum ſentiant in repartione quindennii facienda inter plures perſonas, è contrà verò æquum eſt, ut Illuſtriſſimi Vicarii Eminentiſſimorum Archipreſbyterorum acquirant quindennia, cùm illa non acquirant Eminentiſſimi Archipreſbyteri, 14
ſicque Canonici minus damnum ſentiant in repartitione quindennii facienda inter pauciores perſonas ex eo; quòd major rata contingit Canonicis; non omiſſo, quòd Vicarius Eminen-

tiſſi-

15 tiſſimi Archipræsbyteri eſt de corpore Capituli, & prout talis participare debet de quinden-
16 niis, Vicarius autem Eminentiſſimi Titularis eſt quodamodò famulus ipſius Titularis, & ab eo ſtipendium conſequitur, proindeque prout talis participare non debet de quindenniis.

Nec turbat, quòd Illuſtriſſimi Vicarii, tamquàm repræſentantes Eminentiſſimos Titulares, eorum Principales, & Dominos, deberent par-
17 ticipare de quindenniis eo modo, quo participant Emi Titulares repræſentati ad *text. in l. ſi eum* 10. §. *Qui injuriarum* 2. *ff. ſi quis caut.* quia cùm in participatione quindenniorum agatur de præjudicio Canonicorum, Illuſtriſs. Vicarii
18 uti Procuratores Eminentiſſimorum Titularium poſſunt quidem illos repræſentare in favorabilibus ipſis Eminentiſs. Titularibus, non autem in præjudicialibus ipſi tertio, quale eſt Capitulum, minùſque in favorabilibus ipſis Illuſtriſſimis Vicariis agentibus de lucro captando in concurſu Capituli agentis de damno vitando *l. Juris ignorantia* 7. *ff. de fact. & Jur. ignor. Covarruu. practic. cap.* 7. *nu.* 4. *verſiculo ſecundò quia, Rota coram Dunozet. Jun. dec.* 561. *n.* 11. *& in recentior. dec.* 557. *n.* 32. *& dec.* 573. *n.* 20. *par.* 19. *tom.* 2. & ſequeretur abſurdum, quia hac via Cardinalis Titularis, conſtituendo Vicarium, vel gravaret Canonicos ſuperinducendo alium, vel ſi ejus nomine aliqua rata cederet Vicario, ſibi ſumeret, inque ejus arbitrio eſſet plus accipiendi, cùm poſſit conſtituere Vicarium, & non conſtituere, quod admittendum non eſt; quòd autem ſit in mera facultate deputare, probatur
19 ex indulto loquente per verbum *poſſint*, quod facultativum eſt, & non importat neceſſitatem ad tradita per *Barboſ. de diction. diction.* 268. *n.* 1. *cum ſeqq.*

ARGUMENTUM.

Eminentiſſimi Commendatarii ſibi acquirunt quindennia, non autem Monachi Eccleſiarum commendatarum ex bonis manui mortuæ per eaſdem Eccleſias emphyteuticatis.

SUMMARIUM.

1 *Beneficia ſæcularia ſæcularibus, Regularia Regularibus ſunt conferenda.*
2 *Commendæ inſtitutio impedit eleæmoſynas, vel diminuit, quas Regulares facere deberent, ſi illos exuberantes proventus haberent.*
3 *Commendatarii noſtri temporis ſunt adinſtar Titularium.*
4 *Reverendiſſimus P. D.* Anſaldus *S. Rotæ Decanus olim diſertiſſimus Advocatus.*
5 *Qui totum dicit, nihil excludit.*
6 *Appellatione proventuum veniunt omnia emolumenta.*

CAPITULUM CLXIV.

Viſo ſuprà in *Cap. CLIX.* quòd Eminentiſſimi Titulares ſibi acquirunt quindennia de bonis per Eccleſias Titulatas manui mortuæ emphyteuticatis, ſupereſt videndum, quòd etiã Eminentiſs. Commendatarii eodem jure potiantur in Eccleſiis commendatis. Pro meliori autem dicendorum dilucidatione præmittendum, commendatas, ſeu in Commendam datas nonnullas Eccleſias Monachales Eminentiſs. Cardinalibus, non autem in titulum ad evitandam deformitatem, ac diſſonantiam exindè reſultantem ratione qualitatis Beneficii Regularis per ſæcularem hac via poſſeſſi, quando tamen Beneficia ſæcularia ſæcularibus, & Regularia 1
Regularibus conferenda ſunt juxta Decretum *S. Concilii Tridentini ſeſſ.* 14. *de Reform. cap.* 10. nihilominùs juſtiſſimè inſtitutæ fuerunt Commendæ, quia auferendo, vel diminuendo ſaltem redditus Religioſorum, quorum copia, & ſuperfluitas Religioſis frequentiùs ſolet eſſe potiùs præjudicialis, & productiva relaxationis diſciplinæ Regularis, ac humilitatis monaſticæ, aliorumque inconvenientium, quamvis è converſo impediat, vel diminuat illas eleæmoſynas, alia- 2
que pietatis opera, quæ Religioſi facere deberent, ſi illos exuberantes proventus haberent, *Card. de Luca miſcellan. Eccleſ. diſc.* 54. *n.* 27.

Quibus poſitis, firmatur in præſenti, quòd Eminentiſs. Cõmendatarii ſibi acquirunt quindennia, non autem Monachi Eccleſiarum commendatarum ex bonis manui mortuæ per eaſdem Eccleſias emphyteuticatis, quippè Commendæ hujuſmodi nihil redolent antiquarum, quæ dabantur ad utilitatem Eccleſiæ, erantque temporales jure adminiſtrationis, iſtæ autem ſunt perpetuæ, ſeu vitalitiæ, & ad propriam utilitatem introductæ, immò Commmendatarii noſtri temporis in Eccleſiis ſibi commendatis ſunt adinſtar Titularium, retinentes plenum, ac di- 3
ſpoticum dominium, & ſolvunt Abbatibus, Prioribus, ac Conventibus certum annnum cenſum pro eorum victu, aliiſque indigentiis, veluti de Eminentiſſimis Commendatariis S. Gregorii Trium Fontium, Gryptæ Ferratæ, Farfæ, Sublaci, & ſimilibus, *Caſtropal. moral. tract.* 13. *diſp.* 1. *punct.* 8. *Fagnan. in cap. in Eccleſiis* 1. *n.* 5. *&* 22. *de Capell. Monach. & in c. cùm ad noſtram* 37. *de electíon. Rebuff. de Commend. n.* 6. *Vivian. in prax. Juriſpatron lib* 5. *cap.* 1. *nu* 63. *Tondut. reſol. Can. & benef. par.* 2. *cap.* 1. §. 12. *n.* 35. *cum ſeq. Alteſerra Aſcetic. lib.* 2. *cap.* 6. *in fine verſic. niſi ſint Cardinales, Chopin. Monaſtic. lib.* 1. *tit.* 1. *n.* 2. *& de doman. lib.* 3. *tit.* 28. *in fine, Pignatell. conſult.* 86. *n.* 1. *in fin. tom.* 1. *conſult.* 65. *n.* 1 *tom.* 7. *conſult.* 77. *n.* 6. *to.* 9. *& conſult.* 156. *n.* 3. *circ. fin. t.* 10. *Card. de Luc. miſcellan. Eccl.* 54. *n.* 26. *in princip. Lotter. de re benef. lib.* 3. *q.* 8. *n.* 115. *cum ſeq. Tamburin. de jure Abbat. tom.* 1. *diſp.* 4. *q.* 5. *n.* 6. *& tom.* 2. *diſp.* 8. *qu.* 5. *nu.* 1. *& per tot. & tom.* 3. *diſp.* 11. *qu.* 14. *num.* 1. *cum ſeqq. Garz. de Benefic. par.* 5. *cap.* 4. *n.* 7. *Pyrrh. Corrad. in prax. diſpenſ. Apoſtolic. lib.* 6. *cap.* 3. *n.* 6. *cum ſeqq. Rota coram Reverendiſſimo P. D. Anſaldo Decano*, olim in Romana Curia diſertiſſimo Advocato, *dec.* 74. 4
nu. 34. cùm autem à Pontificibus omnia emolumenta conceſſa ſint, qui totum dicit, nihil ex- 5
cludit, ſicque etiam quindennia compræhenduntur *Barboſa axiom.* 168. *n.* 1. nec militat generalis aliqua ratio, quæ ſuadeat, quòd in generali loquutione emolumentorum quindennia compræhendi non debeant, immò evincit oppoſitum, quòd appellatione proventuum, ob- 6
ventionum, & emolumentorum compræhen-

dantur emolumenta cujuſcumque generis *l. annonam 6. ff. de extraordinar. crim. l.1. ff. de exercit. act. l. videamus 19. l. fin. ff. de uſur. Rebuff. in l. frugem 77. verbo proventus, & verbo obventiones ff. de verb. ſignif. Moneta de diſtribut. quotidian. par.1. q.7. n.7. 13. & ſeq. & de decim. cap.9. qu.2. n.78. cum ſeqq.*

ARGUMENTUM.

Eminentiſſimi Archipresbyteri trium Principaliorum Baſilicarum, ſeu Patriarchalium Eccleſiarum, nempè Lateranen, Vaticanæ, & Liberianæ de Urbe nō participant de quindenniis debitis ex bonis per eorum Eccleſias Archipresbyterales, ſeu Patriarchales manui mortuæ emphyteuticatis, ſed benè totum quindennium acquirunt ipſæ Baſilicæ, ſeu earum Capitula privativè quoad Eminentiſſimos Archipresbyteros, prout etiam integrum acquirunt quindennium alia Capitula Cathedralium, ac Collegiatarum Eccleſiarum, ubi non adſunt Eminentiſſimi Archipræsbyteri.

SUMMARIUM.

1 *Eminentiſſimi Archipresbyteri non ſunt Titulares ſuarum Eccleſiarum.*
2 *A diverſis non fit illatio.*
3 *Eminentiſſimi Titulares ſibi acquirunt quindennium.*
4 *Papa Eminentiſſimis Titularibus tribuit plenam poteſtatem, & laus* Card. Albit. & de Luca.
5 *Eminentiſſimis Archipresbyteris tribuitur ſola poteſtas limitata ſuper ſolis perſonis.*
6 *Eminentiſſimi Archipresbyteri in ſuis facultatibus nihil aliud habent, quàm privilegium juriſdictionale.*
7 *In privilegiis Eminentiſſimorum Archipresbyterorum tantum conceſſum, quantum ſcriptum.*
8 *Privilegium odioſum non venit extendendum.*
9 *Per Conſtitutionem* Innocentii XII. *ſublata penitùs fuit Juriſdictio Eminentiſſimorum Archipresbyterorum.*
10 *Eminentiſſimi Archipresbiteri habent jus conferendi minora Beneficia.*
11 *Majora Beneficia reſervantur Sedi Apoſtolicæ.*
12 *Eminentiſſimi Archipresbyteri tenentur intereſſe Choro.*
13 *Eminentiſſimi Titulares acquirunt ſibi quindennia.*
14 *Archipresbyter denotat dumtaxat caput Præsbyterorum.*
15 Alexander *VII. imponit Eminentiſſimis Archipresbyteris onus intereſſendi Choro per modum hortatoriæ.*
16 Alexander *VII. injungit Illuſtriſſimis Vicariis onus recitandi in Choro ſub pœna duplicis punctaturæ.*
17 *Verbum* ſtudeant *eſt hortatorium, verbum autem* teneantur *eſt obligatorium.*
18 *Eminentiſſimi Archipresbyteri in eorum Eccleſiis ſunt ſuperiores.*
19 *Illuſtriſſimi Vicarii Eminentiſſimorum Archipresbyterorum participare quoque debent de quindenniis.*
20 *Eminentiſſimi Archipresbyteri ex maſſis Capitularibus habent ſuas portiones.*
21 *Illuſtriſſimi Vicarii Eminentiſſimorum Archipresbyterorum ſunt de Capitulo.*

CAPITULUM CLXV.

VIſo ſuprà in *Cap.CLIX.* quòd Eminentiſs. Titulares acquirunt quindennia in eorum Titulis ex bonis manui mortuæ in Emphiteuſim conceſsis, excluſis penitùs Eccleſiis titulatis, nunc reſtat videndum, quòd è contrà Eminentiſsimi Archipresbyteri, qui non ſunt ſuarum 1
Eccleſiarum Titulares, *Gonzalez ad Regul.8. hodie 9. Cancellar. de Menſib. gloſ.13. n.22. in princip.* nullatenùs participare poſsint de quindenniis debitis ex bonis manui mortuæ emphyteuticatis per Eccleſias Archipresbyterales, ſeu Patriarchales hujuſmodi, ſed quòd totum quindennium acquiratur ipſis Baſilicis, ſeu earum Capitulis; undè firmatur in præſenti, quòd Eminentiſsimi Archipresbyteri trium principaliorum Baſilicarum, ſeu Patriarchalium Eccleſiarum, nempè Lateranen, Vaticanæ, & Liberianæ de Urbe non participant de quindenniis debitis ex bonis per eorum Eccleſias Archipresbyterales, ſeu Patriarchales manui mortuæ emphyteuticatis, ſed benè totum quindennium acquirunt ipſæ Baſilicæ, ſeu earum Capitula privativè quoad Eminentiſsimos Archipresbyteros, prout etiam integrum acquirunt quindennium alia Capitula Cathedralium, ac Collegiatarum Eccleſiarum, ubi non adſunt Eminentiſsimi Archipresbyteri; ſiquidem Eminentiſsimi Archipresbyteri nihil commune habent cum Canonicis, nec emolumenta aliqua Canonicalia percipiunt, de quibus (qualia ſunt etiam hæc quindennialia) participare non debent, deficiente in ipſis qualitate Canonicali, nec juvare valente ſola qualitate Archipresbyterali, penitùs 2
diverſa à Canonicali ad *text. in l. Papinianus 20. ff. de minor.*

Nec obſtat, quòd etiam Eminentiſsimi Titulares, licet careant qualitate Canonicali, attamen ſibi acquirunt (quod fortius eſt, quàm ſolummodò participare) totum quindennium pri- 3
vativè quoad eorum Titulos, ſeu Eccleſias Titulatas, ut uberiori calamo ſuprà deduximus in *Cap.CLIX.* ergò eodem modo Eminentiſsimi Archipresbyteri ſaltem participare deberent de quindennio, ſi illud in totum acquirere non poſſent, cùm ferè ſimilis, & ferè coæqualis videatur Juriſdictio Eminentiſsimorum Archipresbyterorum Juriſdictioni Eminentiſsimorum Titularium; quia immò maxima intercedit differentia inter Titulos, & Archipresbyteratus, cùm in aſsignatione Titulorum Papa tribuat Emi- 4
nentiſsimis Titularibus plenam poteſtatem, plenumque jus tàm ſuper perſonis Eccleſiarum Titulatarum, quàm ſuper earum bonis tàm in ſpiritualibus, quàm in temporalibus, ut videre eſt in Pontificio Diplomate penès *Card. Albit.* olim in Romana Curia primæ notæ Advocatum, in ſua eruditiſsima *diſcept. de Juriſdict. quam hab. S.R.E. Cardin. in Eccleſ. ſuor.* Titul. *nu.*110. *in princip. verſiculo tibi pro tuo Cardinalatus* Titulo, *& n.*139. *repetit. poſt Card. de Luca* primæ pariter notæ in Urbe Advocatum, *de Juriſdict. diſc.*95. *& apud Pignatell. conſult. Canonic. tom.*10. *conſult.* 117. *n.*104. *&* 138. *cum ſeqq.* ibi: *Eccleſiam &c. vacantem, cum omnibus, & ſingulis illius membris, juribus, & pertinentiis univerſis Tibi &c. curam &c. ipſius Eccleſiæ in ſpiritualibus, &*

tem-

temporalibus committendo. Ità quòd Tibi liceat regiminis &c. ejuſdem Eccleſiæ, ac membrorum, jurium, ac pertinentiarum hujuſmodi poſſeſſionem, ſeu quaſi per Te, vel alium, ſeu alios propria auctoritate liberè appræhendere, & de illorum fructibus, redditibus, & proventibus, & emolumentis univerſis diſponere, & ordinare &c. aliiſque &c. Tibi ſubditis perſonis, ut Tibi pareant, & obediant &c. in aſsignatione tamen Archipresbyteratuum tribuitur ſola poteſtas limitata
5 ſuper ſolis perſonis Eccleſiarum Archipresbyteralium ad effectum tantùm cognoſcendi de earum cauſis, eaſdemque perſonas puniendi privativè quoad alios Judices, non ſuper bonis Archipresbyteratuum, ut patet ex *Conſtit.19.& 35. Pauli III. in Bullar. nov. Roman. tom.1. ex Conſtitut.15. Pii IV. ex Conſtitut. Gregor.XIII. la 45. & Conſtitut. Sixti V. la 102. tom.2. ex Conſtitut.49. aliàs 31. Pauli V. in eod. Bullar. tom.3. & ex Conſtitut.277. eod. Bullar. tom.5.* ſicque Eminentiſſimi Archipresbyteri in ſuis facultati-
6 bus nihil aliud habent, quàm privilegium juriſdictionale cum privativa, ſeu Tribunalia Cardinalitia, *Piazza Hierarch. Cardinalit. Titol. dell'Arcipretato di S. Giovanni in Laterano, Card. de Luca de Juriſdict. diſc.47. n.23. cum ſeqq. in ſupplem. par.4* Undè non mirum, quòd de quindenniis, quæ ſunt bona Capitularia, vel ipſorum Capitulorum, participare queant Eminentiſſimi Titulares, viceverſa participare nequeant
7 Eminentiſſimi Archipresbyteri, cùm in privilegiis Eminentiſſimorum Archipresbyterorum tantum conceſſum, quantum ſcriptum, *Card. de Luca de Juriſdict. diſc.35. n.10.*

Siquidem privilegium juriſdictionale nihil commune habens cum bonis Capitulorum, uti in ſe odioſum ob privativam quoad omnes alios
8 Judices Curiæ, non venit extendendum ad longè diverſa, ſed potiùs illud reſtringendum per *text. in cap. odia 15. de regul. Jur. in 6.* Et omnis tollitur difficultas poſt notiſſimam Conſtitutio-
9 nem San.mem. Innocentii XII. Sanctiſsimi Pontificis, per quam ſublata penitùs fuit Juriſdictio Eminentiſsimorum Archipresbyterorum, & res reducta ad terminos Juris, remiſſa impoſterùm Cauſarum cognitione ad Judices Ordinarios, de qua *Piazza in Hierarch. Cardinalit. grad.2. Titul. dell'Arcipretato di S. Giovanni in Laterano circà fin. verſiculo godeva, & Titul. dell'Arcipretato di S. Pietro in Vaticano in fine verſiculo quantunque*; quaſi quòd hodiè Archipresbyteratus ſint magis nomine, quàm re, vel ad ſum-
10 mum habeant jus conferendi minora, ſeu inferiora Beneficia hebdomadaria per Turnos cum Canonicis juxta deducta per *Lotter. de re benef. lib.2. q.33. num.14. Chokier ad Regul.7. hodiè 8. Cancellar. n.9. circà fin. verſiculo quo verò ad inferiora Beneficia, perque Rotam dec.14. num.10. in fine poſt Antonell. de jurib. & onerib. Cleric. & in recentior. dec.600. ſub nu.2. verſiculo reſponſum fuit, dec.603. & 616. per tot. par.4. deciſ.98. per*
11 *tot. par.19.* adeò, ut majora Beneficia, qualia ſunt Canonicatus, Præbendæ, Dignitates, Perſonatus, & Officia reſervantur Sedi Apoſtolicæ per *Regul.7. hodiè 8. Cancellar. in principio*, ad quòd advertit *Lotter. de re benefic. lib.2. qu.33. n.9. & 15. cum ſeqq. in fine verſiculo nihil profectò, juncto n.19. cum ſeqq. Chokier ad dict. Regul. n.9. in princip. verſiculo inſuper fuit neceſſaria.*

Minùs obſtat, quòd, cùm Eminentiſſimi Archipresbyteri teneantur intereſſe Choro juxta 12
Conſtitut.31. Alexand. VII. in Bullar. nov. Roman. tom.6. participare debeant de quindenniis eo modo, quo participant Canonici intereſſentes Choro, ut etiam ſub ſpe præmii alacriùs divinis laudibus interſint, qui aliàs ſcientes, non poſſe participare de quindenniis, à ſervitio in Choro ſe ſubtrahent, quod redundat in divini cultus decrementum, & tamen ut illud augeatur, curandum eſt, quia, præterquamquòd non poteſt conſiderari notabilis diminutio cultus divini in una tantùm perſona Choro inſervire deſinente, quindennia non debentur ratione Chori, nec ſunt emolumenta Choralia, ſed benè Capitularia, ſeu quaſi, nec præſtantur ratione directi dominii bonorum manui mortuæ emphyteuticatorum, quod reſidet penès Capitula Patriarchalium Eccleſiarum tamquàm Dominos directos, non autem penès Eminentiſſimos Archipresbyteros, qui nullo modo dici poſſunt condomini unà cum Capitulis, undè ex cauſa carentiæ dominii, ſivè condominii impoſſibile eſt poſſe participare de quindenniis, deficiente ad hoc baſi fundamentali, quod non ità eſt in Eminentiſſimis Titularibus, qui ex conceſſione Titulorum acquirunt dominium ſuper bonis Eccleſiarum Titulatarum, perque conſequens jure merito etiam acquirunt ſibi quindennia ex 13
bonis ſuorum Titulorum, ratione dominii, quod in ipſis habent juxta per nos tradita ſuprà in *Capit.CLIX.*

Adeò, ut vox *archipresbyter*, ut Græcè *arcos* ſonat, denotat dumtaxat caput Presbyterorum, ſic ſolam præeminentiam ſuper perſonas, cùm 14
aliis præpoſitus ſit Archipresbyter, *Gonzalez in cap.1. in notis nu.2. in princip. de offic. Archipresbyt.* nullam autem denotat ſuperintendentiam, aut authoritatem in bonis Eccleſiæ. Omiſſo, quòd nec laudata *Alexandrina* imponit Emi- 15
nentiſſimis Archipresbyteris onus intereſſendi Choro per modum præcepti formalis, ſed ſolummodò per modum hortatoriæ, ut legere eſt in *princip. Bullæ verſiculo idcircò* ibi: *divinis officiis intereſſe ſtudeant*, ad *text. in cap. quod præpræcipitur 14. q.1. & in S. Concil. Trident ſeſſ.23. de Reformat. cap.1.* ad differentiam Illuſtriſsimorum Vicariorum in Archipresbyteratibus deputatorum, quibus ſub pœna duplicis punctaturæ, ſeu mulctæ viceverſa injungitur onus recitandi 16
in Choro, ut *ibidem verſiculo onere tamen injuncto* ibi: *onere tamen injuncto, ut divinis Officiis diebus feſtis &c. intereſſe &c. omninò teneantur*, verbum enim *ſtudeant* eſt ſimpliciter hortatorium, verbum autem *teneantur* eſt præcisè obli- 17
gatorium, ac importat ſtrictiſsimam neceſsitatem *l. Prætor 4. in princip. ff. de edend. Pignatell. conſult. Canonic. to.4. conſult.19. n.9. Rota coram Coccino dec.179. n.1. ac in recentior. dec.210. n.11. par.14. dec.263. n.11. par.17.*

Longè minoris relevantiæ eſt ponderatio, quòd incongruum videatur, ut Eminentiſsimi Archipresbyteri, qui in eorum Eccleſiis Archi- 18
presbyteralibus ſunt ſuperiores, & primæ Dignitates, veluti tales vocat Alexander VII. in ejus *Conſtitut. in ordine la 31. in princip. verſiculo quoniam igitur, Bullar. nov. Rom. tom.6.* non parti-

cipent de quindenniis, de quibus inferiores participant, nè à iis melioris conditionis ſint inferiores, quàm ſuperiores, quod res mali exempli eſt. Aliàs ſi ſub hoc colore etiam Eminentiſsimi Archipresbyteri participarent de quindenniis, valdè diminuerentur cœteræ portiones
19 quindenniales debitæ Capitulis, cùm Illuſtriſs. Vicarii Eminentiſsimorum Archipresbyterorum (ut in *ſequenti Cap.* deducimus) participare quoque debeant de quindenniis.

Ejuſdem furfuris eſt altera animadverſio,
20 quòd, cùm Eminentiſsimi Archipresbyteri ex maſsis Capitularibus habeant ſuas portiones Archipresbyterales, ut ſupponitur in *Bulla* 31. *Alexandri VII. in princip. poſt verſicul. idcircò circà fin. in Bullar. Roman. tom.6.* ibi: *portione Archipresbyterali &c.* habere quoque debeant ſuas portiones quindenniales ex eiſdem maſsis Capitularibus, quia portio Archipresbyteralis debetur uti Archipresbyteris, portio autem quindennialis non poteſt eiſdem uti talibus deberi ex eo, quòd iſta debeatur ſolis Capitularibus, ſeu de Capitulo, quales, & de quo nullibi apparet, eſſe Eminentiſsimos Archipresby-
21 teros: ut apparet viceverſa tales eſſe Illuſtriſsimos eorum Vicarios ex ſæpè laudata Alexandrina *loco citato*, ubi finit, eos intereſſe Capitulis.

ARGUMENTUM.

Illuſtriſsimi Vicarii trium principaliorum Baſilicarum, ſeu Patriarchalium Eccleſiarum Urbis S. Joannis nempè in Laterano, S. Petri in Vaticano, & S. Mariæ Majoris, ſeu Liberianæ, participare debent de quindenniis debitis ex bonis per earum Capitula manui mortuæ emphyteuticatis.

SUMMARIUM.

1 *Illuſtriſſimi Vicarii eſſe debent ex Romanæ Curiæ Prælatis.*
2 *Illuſtriſſimi Vicarii habent medietatem emolumentorum Archipresbyterorum.*
3 *Illuſtriſſimi Vicarii reſidere tenentur in Choro ſaltem feſtis diebus.*
4 *Præponderare debet favor.*
5 *Nemo plus juris in alium transferre poteſt, quàm illud, quod ipſe in ſe habet.*
6 *Subrogatus debet eſſe ejuſdem naturæ cum eo, in cujus locum ſubrogatur.*
7 *Eminentiſſimi Archipresbyteri transformantur in Illuſtriſſimos Vicarios.*
8 *Illuſtriſſimi Vicarii interſunt Capitulis.*
9 *Antecedenti conceſſo, conceditur & conſequens.*
10 *Eminentiſſimi Archipresbyteri carentes qualitate Canonicali, non participant de quindennniis.*
11 *Illuſtriſſimi Vicarii reputantur pro Canonicis in favorabilibus.*
12 *Illuſtriſs. Vicarii diverſo jure cenſentur ab Emis Archipresbyteris.*
13 *Illuſtriſſimi Vicarii non ſunt de Capitulo.*
14 *Illuſtriſſimi Vicarii videntur quodamodò de Capitulo attenta Bulla* Alexandri *VII.*
15 *Illuſtriſſimi Provicarii Eminentiſſimorum Archipresbyterorum dici poſſunt Vicevicarii.*

CAPITULUM CLXVI.

POſtquàm docuimus in præcedenti *Capit.* Eminentiſsimos Archipræsbyteros trium potiorum Baſilicarum Urbis non debere participare de quindenniis, reſtat docendum, viceverſa Illuſtriſsimos Vicarios earundem Baſilicarum participare de quindenniis.

Pro meliori autem dicendorum dilucidatione præmittendum, quòd Eminentiſsimi Archipresbyteri ſuos habent Vicarios olim Vicecancellarios nuncupatos, ab ipſiſmet deputatos vigore facultatis eiſdem tributæ, qui eſſe debent ex Romanæ Curiæ Prælatis, & quidem gravi- 1
bus, ac probis, eſſeque ſolent quandòque Epiſcopi, juxta *Conſtitution.*15. *Pii IV.* §.2. *in med. verſiculo illius Vicecancellario*, *Conſtitution.*45. §.2. *poſt med. circà fin. verſiculo per ſe, ſeu Vicarium, &* §.8. *in princip. verſiculo vel ejus Vicario, & Conſtitut.*102. §.1. *in fine verſic. & dictæ Baſilicæ Vicarium*, §.2. *in fine verſiculo tibi, tuòque prædicto Vicario*, §.6. *in fine verſic. & quidquid per te, & Vicarium*, §.11. *in fine verſic. te, tuumque Vicarium*, §.12. *in fine verſic. aut Vicarii*, §.13. *poſt med circà fin. verſic. tibi, & tuo Vicario, &* §.15. *in fine verſic. per te, ſeu Vicarium tuum in Bullar. nov. Roman. tom.2. Conſtitut.*49. *aliàs* 31. *Pauli V.* §.1. *in fine verſic. tuùmque, & dictæ Eccleſiæ Vicarium*, §.2. *circà fin. verſic. Tibi, tuoque Vicario*, § 3. *in fine verſic. per Te, & Vicarium*, §.6. *in fine verſic. Te, dictùmque Vicarium, &* §.7. *circà fin. verſic. per Te, ſeu dictum Vicarium, eod. Bullar. t.*3. *Conſtitut.*48. *aliàs* 158. *Urbani VIII. in princip. verſic. per ſe ipſos, ſuoſque Vicarios poſt princip. verſic. eorùmque Vicarii antè med. verſic. ſivè eorum Vicariis, & circà fin. verſic. ſivè eorum Vicariis, eod. Bullar. tom.*4. *in* 2. *Appendice*, *Conſtitut.*277. *ejuſdem Urbani VIII. in princip. verſic. ſuòſque Vicarios, & verſic. quoad Vicarium*, §.1. *in med. verſic. eorùmque Vicarii*, §.2. *in princip. verſic. ſivè eorum Vicariis antè med. verſic. ſeu eorum Vicariis, &* §.5. *in med. verſic. ſivè eorum Vicariis, eod. Bullar. tom.*5. *& Conſtitut.*31. *Alexandri VII. in princip. verſiculo & Vicarios deputent, & verſic. eiſdem Vicariis. eod. Bullar. to.*6. proſequitur *Cobellius in notitia Cardinal. cap* 58. *poſt med. verſic. ſed magis ad rem, cap.*59. *circà fin. verſ. & hæc Archipresbyteri juriſdictio, & cap.*60. *in fine verſ. habet etiam Emus hic Cardinalis.*

Quibus ſtabilitis, reſolvimus, quòd Illuſtriſſimi Vicarii trium principaliorum Baſilicarum, ſeu Patriarchalium Eccleſiarum Urbis, S. Joannis nempè in Laterano, S. Petri in Vaticano, & S. Mariæ Majoris, ſeu Liberianæ, participare debent de quindenniis debitis ex bonis per earum Capitula manui mortuæ emphyteuticatis, quippè, licet non ſint actu Canonici, ſunt tamen habitu quodammodò tales, & proindè percipiunt emolumenta Canonicalia, vel quaſi, medietatem nempè portionis Archipræsbyteralis 2
per Capitula ſubminiſtranda juxta *Conſtitut.*31. *Alexandri VII. in princip. verſ. congruo per Archipresbyteros, in nov. Bullar. Roman. tom.*6.

His accedit, quòd, cùm Illuſtriſsimi Vicarii ex eorum debito teneantur reſidere in Choro fe- 3
ſtis ſaltem diebus, aliiſque ſolemnioribus Baſilicarum, immò munus Præfecti Choro exercere, ſolum-

ſolumque ſalarium habeant pro medietate por-
tionis, quam habent Eminentiſsimi Archipre-
sbyteri juxta laudatam *Alexandrinam loco cita-
to*, videntur quodammodò ſemicanonici in la-
bore, proindeque æquum eſt, ut videantur etiam
tales in pari præmio cum Concanonicis, cum
emolumenta ſint Capitularia.

Comprobatur inſuper eorundem juſtitia ex
eo, quod ſi in præjudicialibus Illuſtriſsimi Vi-
carii habentur adinſtar Canonicorum, dum
mulctantur, ſeu punctantur uti Canonici, im-
mò in duplo ejus, quo mulctantur Canonici,
quæ mulcta, ſeu punctatura accreſcit intereſſen-
tibus, ut diſponit memorata Alexandrina, de-
bent etiam in favorabilibus haberi adinſtar Ca-
nonicorum, ſicque participare de quindenniis,
4 ut par ſit ratio odii, & favoris, quando potiùs
præponderare deberet favor, *Barboſa axiom.166.
n.6.* ut contrariorum eadem ſit diſciplina.

In nihilum refragante, quòd, cùm Illuſtriſsi-
mi Vicarii deputentur ab Eminentiſsimis Ar-
chipresbyteris juxta mox laudatas Bullas Apo-
ſtolicas, non poſsint plus, quàm eorum depu-
5 tantes juxta regulam, quòd nemo plus juris in
alium transferre poteſt, quàm ipſe in ſe habeat
*cap. nemo plus 79. de regul. Jur. in 6. l. nemo po-
teſt 79. ff. eod.* ſicque non poſsint percipere quin-
dennia, quæ diximus, non poſſe percipere Emi-
nentiſsimos Archipræsbyteros, ut in *Capit. præ-
cedenti*, nè aliàs melioris conditionis ſint Vica-
rii deputati, quàm Archipresbyteri deputantes;
& quia Illuſtriſsimi Vicarii ex præcitata Bulla
Alexandrina habent officium diſtinctum ab
Eminentiſsimis Archipresbyteris cum onere ſe-
parato, cùm Archipresbyteri non teneantur re-
ſidere, & tamen iſti Vicarii tenentur juxta di-
ctam Bullam, neve plus poſsint Vicarii, quàm
Principales, & plus repræſentantes, quàm re-
præſentati, cùm in ſe Vicarii (ut nomen ſonat)
vices gerant Eminentiſsimorum Archipresbyte-
6 rorum, proindeque uti in eorum locum ſubro-
gati, debeant eſſe ejuſdem naturæ cum eis, in
quorum locum ſubrogantur *l. ſi eum 10. §. Inju-
riarum 2. ff. ſi quis caut. l. in duobus 28. §. Quod
reus 1. verſ. nam quod in locum ff. de jurejur. l. 1.
§. Antè aditam 8. verſic. nam ſi in locum ff. ſi quis
teſtam. liber.* ac in proximis terminis *Giurba
conſil. 99. nu. 33. Bonden. collect. legal. tom. 1. col-
lect. 37. nu. 137. Palma Nepos alleg. 146. num. 14.
Cabed. dec. Luſitan. 52. nu. 1. cum ſeq. par. 2. Bal-
ducc. deciſ. ac rer. judicat. tit. 3. dec. 40. num. 39.*
contra dicta per *Sbrozz. de offic. Vicar. lib. 2. q. 14.
n. 1. cum ſeq. qu. 48. n. 7. qu. 57. n. 15. qu. 64. n. 2.
cum ſeq. & qu. 78. n. 1.* quòd per ſubrogationem
Eminentiſſimi Archipresbyteri, quibus fit ſub-
rogatio, interpretatione Juris transfunduntur,
7 ſeu transformantur in Illuſtriſſimos Vicarios
ſubrogatos *Robles de repræſentat. lib. 1. cap. 12.
n. 18. Rota in recentior. dec. 490. n. 2. verſiculo ſed
etiam ex vi, & potentia ſubrogationis, par. 3. &
dec. 74. n. 4. par. 18. to. 1.* multòque magis quan-
do deputantur ad eadem Illuſtriſſimi Vicarii, ad
quæ deputantur Eminentiſsimi Archipresbyte-
ri, nempè ad cauſas inter perſonas Archipre-
sbyteratuum cognoſcendas ad formam prælau-
datarum Conſtitutionum Apoſtolicarum, etiam
Alexandrinæ loco citato verſiculo & cauſas, ità
pari modo dicendum videretur, Archipresby-
terorum Vicarios de quindenniis non partici-
pare debere, quia Illuſtriſsimi Vicarii interſint 8
Capitulis, veluti legitur in ſæpè laudata *Ale-
xandrina loco citato verſiculo ſinguliſque Capitu-
lis*, ſicque tamquàm habentes qualitatem Ca-
pitularem, vel quaſi Capitularem, apti reddun-
tur ad participandum de quindenniis, antece- 9
denti enim conceſſo conceditur & conſequens,
Barboſa axiom. 30. n. 1. & 3. è contrà vero non
legitur in memorata Alexandrina, quòd Emi-
nentiſsimi Archipresbyteri interſint Capitulis,
quamobrē ob diſparitatem rationis inter iſtos,
& illos, non mirum, quòd illi tamquàm caren-
tes qualitate Capitulari, multòque fortiùs qua-
litate Canonicali, non participent de quinden- 10
niis ad *text. in l. Papinianus 20. ff. de minor.*

Omiſſo, quòd jus percipiendi quindennia
non eſt metiendum à viribus, & poteſtate depu-
tantis, tamquàm in ſe facultas quædam nativa,
infixaque oſsibus Illuſtriſsimorum Vicariorum
cum totali independentia ab Eminentiſsimis Ar-
chipresbyteris, ob ſolam qualitatem Vicarialem
ex dictis valdè conſimilem Canonicali, quaſi 11
quòd Vicarii valdè ſimiles Canonicis reputen-
tur pro Canonicis ſaltem in ſibi favorabilibus,
cumque eiſdem ad præmium, ſeu emolumen-
tum Capitulare, ſeu quaſi Capitulare concurre-
re debeant *Barboſa axiom 208. n. 2.* ità, ut etiam
Illuſtriſsimi Vicarii ob diverſos reſpectus diver- 12
ſo jure ab Eminentiſs. Archipresbyteris, quan-
tumvis eorum Principalibus, & auctoribus cen-
ſeri debent *Gratian. diſcept. 3. n. 13.*

Minoris relevantiæ eſt, quòd quindennia de-
bentur ſolis Capitularibus, Illuſtriſsimi autem
Vicarii de Jure communi non ſunt tales, cùm 13
non ſint de Capitulo, veluti in terminis Vicarii
Sacroſanctæ Lateranenſis Baſilicæ *Rota coram Bi-
chio dec. 234. n. 26.* quia auctoritates per *Rotam*
cumulatæ loquuntur de Vicario Generali, &
quia etiamſi loquerentur de Vicariis Baſilicarū,
nihilominùs ex ſpeciali privilegio, attenta ſæ- 14
piùs laudata *Alexandrina* videntur quodam-
modò de Capitulo.

Quibus ſtabilitis, incidit difficultas, quid di-
cendum de Illuſtriſsimis Provicariis earundem
Baſilicarum, & crederem, poſſe quoque parti-
cipare de quindenniis, quia gaudere debent eiſ-
dem juribus, quibus gaudent Illuſtriſsimi Vica-
rii, quorum Vicarii ſunt Illuſtriſsimi Provicarii,
& deputari ſolent ab Eminentiſsimis Archipre-
sbyteris in locum Illuſtriſsimorum Vicariorum
abſentium, ſivè ægrotorum, dicique poſſunt
Vicevicarii tamquàm in locum Vicariorum 15
ſubrogati.

ARGUMENTUM.

Illuſtriſs. Vicarii, ſi contingat, quòd ſint actu Ca-
nonici ſingularum trium Baſilicarum Archipresby-
teralium, ſeu Patriarchalium Eccleſiarum de Ur-
be, ibidem deputati ab Emis Archipresbyteris, in-
dè prætendere poſſunt duplicatam ratam quin-
dennialem, unam nempè tamquàm Canonici, &
alteram tamquàm Vicarii.

SUM-

SUMMARIUM.

1 *Illuſtriſſimi Vicarii Patriarchalium Urbis deputari debent, qui non ſint earundem, aut aliarum Eccleſiarum Canonici.*

2 *Ex Indulto Pontificio deputari poſſunt Illuſtriſſimi Vicarii etiam Canonici Patriarchalium.*

3 *Vicarius Epiſcopi actu Canonicus percipit duplices diſtributiones.*

4 *Canonicus exercens duo officia Capitularia, percipit duplices diſtributiones.*

5 *Famulus Notarius habet duplicatum ſalarium.*

6 *Emolumenta Vicariatus conſiſtunt in medietate emolumentorum Archipresbyteratus.*

7 *Quod lex non dicit, nec nos dicere debemus.*

8 *Breve* Alexandri *VII. imponit duplicem punctaturam Illuſtriſſimis Vicariis, divinis non intereſſentibus.*

9 *Pontifex, ſi interrogatus fuiſſet de caſu, in quo Canonici diſpenſativè deputarentur in Vicarios, reſpondiſſet, eos debere participare de duplicatis quindenniis.*

10 *Princeps, diſpenſando, cenſetur conſervare velle ſalvum jus.*

11 *Interpretatio privilegii ſpectat ad concedentem.*

12 *Aliquis gerere poteſt duplicem perſonam.*

CAPITULUM CLXVII.

CONtingere quandoque poteſt, quòd, licèt
1 Illuſtriſsimi Vicarii trium Patriarchalium Urbis deputari debeant, qui non ſint earundem, aut aliarum Eccleſiarum Canonici, juxta *Bullam* 31. *Alexandri VII. in principio verſiculo qui non ſint Canonici, in Bullar. nov. Rom. tom.6.* ni-
2 hilominùs ex peculiari indulto Pontificio habilitentur ad Vicariatus hujuſmodi etiam Canonici in eiſdem tribus Baſilicis, cum opportuna derogatione Alexandrinæ juxta *dec.*234. *nu.*28. *cum ſeqq. coram Bichio*; Undè per nos in antecedenti *Capit.* ſuppoſito, quòd Illuſtriſsimi Vicarii participent de quindenniis adinſtar Canonicorum, intrat dubitatio, an in caſu, quo ex diſpenſatione Apoſtolica Canonici trium Baſilicarum habilitati ſint ad Vicariatus, debeant participare de duplicato quindennio, tamquàm nempè Canonici, & tamquàm Vicarii, & reſolvitur affirmativè, firmando nempè, quòd Illuſtriſsimi Vicarii, ſi contingat, quòd ſint actu Canonici ſingularum trium Baſilicarum Archipresbyteralium, ſeu Patriarchalium Eccleſiarum de Urbe, ibidem deputati ab Eminentiſsimis Archipresbyteris, indè prætendere poſſunt duplicatam ratam quindennialem, unam nempè tamquàm Canonici, & alteram tam-
3 quàm Vicarii, ut in fraternizantibus terminis Vicarii Epiſcopi actu Canonici percipientis duplices diſtributiones *Sbrozz. de offic. Vicar. lib.*1. *qu.*43. *n.*1. quidquid ibidem referat, contrariam eſſe communem, vel in omni caſu putet, ſtandum conſuetudini, & de Canonico exercente
4 duo officia Capitularia, proindeque duplices habente diſtributiones *Zacchias de ſalar, qu.*11. *n.*11. *Riccius collect.*2007. *per tot. par.*5. & de Archidiacono, & Canonico *Covarruu. var. reſol. lib.*3. *c.*13. *n.*6. *verſiculo tertio, Bald. conſ.*53. *Felin. in cap. cùm olim num.*1. *cum ſeqq. col.*1. *de ſentent. & re judic. Joan. Andr. ibid. nu.*8. & de famulo effecto Notario habente proindè dupli- 5
catum ſalarium, *Carocc. de locat. par.*1. *tit. de famul. qu.*10. *in addit. n.*46.

His accedit, quòd, ſicuti Vicarii hujuſmodi actu Canonici duplicata emolumenta percipiunt, nempè tamquàm Canonici Canonicalia, & tamquàm Vicarii Vicarialia, quæ ſunt pro medietate Archipresbyteratus ad formam lau- 6
datæ *Alexandrinæ in principio verſiculo quòd non ſit minus*, ità quoque percipere debent emolumenta quindennialia duplicata, tamquàm Canonici, & tamquàm Vicarii; immò licet verum ſit, quoad emolumenta Vicarialia habere Vicarios pro ſe intentionem fundatam ſuper Brevi Alexandrino, pro emolumentis autem quindennialibus illam non habent, dum in Brevi de illis nulla fit mentio, adeò, ut quod lex non dicit, 7
nec nos dicere debemus ad *text. in cap. illa* 2. *nè ſed. vac. l. diſſentientis* 5. *C. de repud.* & iſta tamquàm de Jure incognita, reſtringenda veniunt, attamen eadem ratio militat acquirendi duplicata quindennia, quæ proveniunt pariter ex maſſa Capitulari.

Hinc eſt, quòd, ſi abeſſent Vicarii, amitterent duplicata emolumenta, nempè Vicarialia, & Canonicalia, & punctarentur in duplicibus punctaturis, nempè in Vicariali, & Canonicali, quantò magis debent participare de duplicatis quindenniis, ut æqualitas ſervetur, quivè pœnam ſentiunt duplicatam, ſentiant etiam viceverſa præmium duplicatum.

Præterea ſi Breve *Alexandrinum in principio* 8
verſiculo in duplum ejus, duplicem punctaturam, ſeu mulctam imponit Illuſtriſsimis Vicariis, divinis non intereſſentibus, quando una tantùm Canonicis imponitur, cenſetur à fortiori in re favorabili faciliùs ampliandum, quàm re odioſa, voluiſſe concedere duplicata quindennia Illuſtriſsimis Vicariis actu Canonicis, licet non cogitaverit Pontifex de Vicariis actu Canonicis, immò prohibuerit in Vicarios deputari Canonicos earundem Baſilicarum, vel aliarum Eccleſiarum, adeò, ut ſi interrogatus fuiſſet, quid ſta- 9
tuendum in caſu, quo prævia Apoſtolica diſpenſatione Canonici deputarentur in Vicarios, veriſimiliter reſpondiſſet, eos debere participare de duplicatis quindenniis *Caſtill. controv. lib.*4. *cap.*12. *n.*4. *cum ſeq. Urſin. de ſucceſſ. feud. par.*1. *qu.*4. *artic.*4. *n.*10. *Argel. de acquir. poſſeſſ. q.*8. *artic.*25. *n.*634. *Staiban. Jun. reſol. forenſ. tom.*1. *reſol.*18. *n.*7. *& reſol.*56. *nu.*6. *Card. Mantica de conjectur. lib.*3. *tit.*19. *nu.*4. *Maſcard. de general. Statut. interpretat. c.*2. *n.*260. *Barboſa axiom.*230. *nu.*5. *antè med. verſ. ſi verò de mente non conſtat, Intrigliol. dec. Sicil.*37. *n.*12. *cum ſeq.* nè hac via una portio quindennialis Concanonicis contrà omnem juſtitiam, & ſine aliqua negligentia Vicariis decreſceret in non leve Vicariorum præjudicium, citrà quod cenſetur Princeps indulgere voluiſſe, ac diſpenſando in Bulla Alexandrina 10
non ſolùm illius obſtaculum de medio tollere, ſed etiam ſalvum in reliquis jus Vicarioru conſervare, nec aliter interpretandum venit indultum *Maſcard. de generali Statut. interpret. conc.*4. *num.*118. *cum ſeqq. Menoch. de præſumpt. lib.*2. *præſ.*9. *n.*5.7. *& ſeqq.* quod potiùs contraria interpretatione oneroſum evaderet, & favor in odium retorqueretur: aliàs de Jure interpretatio pri-

11 privilegii ſpectat ad concedentem, ſicque ad ipſum Papam, qui illud conceſſit per *text. in cap. cùm veniſſent 12. de judic. cap. Ordinarii 3. §. Si verò 2. de offic. Ordinar. in 6. l. ex facto 43. ff. de vulgar. & pupillar ſubſtitut. l. Neratius 191. ff. de regul. Jur. Barboſa axiom. 130. n. 2.*

Nec obſtat, quòd nemo gerere poſſit dupli-
12 cem perſonam, quia nulla eſt implicantia, & in Jure plura extant exempla, quibus conſtat, aliquem duplicem perſonam gerere, ut Judex gerit perſonam privati, hæres gerit perſonam hæredis, & perſonam privatam; undè quando unus plura officia compatibilia gerere poteſt, duplicia meretur ſtipendia *Carolus Antonius de Luca Melphyten. de pluralitate hominis legali cap. 10. per tot. & cap. 15. n. 4.*

ARGUMENTUM.

Eminentiſſimi Ordinum, ſivè Locorum Piorum apud S. Sedem Protectores in concurſu cum Eminentiſſimis Titularibus Eccleſiarũ participare nequeunt de quindenniis.

SUMMARIUM.

1 *PP. Societatis Jeſu nullius vires perhorreſcunt.*
2 *Auctor putat, Protectorias Cardinalitias derivaſſe à protectionibus, ſeu Advocatiis feudalibus,*
3 *Et forſitan à Judicibus Conſervatoribus.*
4 *Sanctiſſimus D. N.* Clemens Papa *XI. perſeveravit per plures annos in Protectoria S.* Triphonis *de Urbe.*
5 *Laudes* Eminentiſſimi D. Cardinalis Curtii Orighi.
6 *Laudes Illuſtriſſimi Clerici Cameræ* Caroli Collicolæ, & R. P. D. Franciſci Riccii, *pariter Clerici Cameræ.*
7 *Protectoria denotat meram defenſionem.*
8 *Ad ſolos Superiores Regulares competit jus incorporandi in Religione.*
9 *Facultates Eminẽtiſſimorum Protectorum poſt Conſtitutionem ſan. mem.* Innocentii *Papæ XII. valdè reſtrictæ fuerunt.*

CAPITULUM CLXVIII.

Solent omnes ferè Regulares in ſuos habere
1 Protectores Em̃os Cardinales, exceptis Religioſis Societatis Jeſu tale non procurantibus patrocinium tamquàm opere, ac ſermone præpotentibus, nullius vires, aut violentiam perhorreſcentibus, teſte *Nigro de ſubhaſtat. cap. 4.*
2 *§. 9. n. 17.* & puto patrocinia, ſeu protectiones hujuſmodi derivaſſe à protectionibus, ſeu Advocatiis feudalibus maximè in Germania uſitatis, de quibus præter alios *Chokier de Advocatiis feudalibus, & Mager. de Advocat. armat.* & for-
3 ſitan à Judicibus Conſervatoribus, de quibus *Moneta.* Quamobrem frequentiſſimè experientia docet, in eiſdem Eccleſiis ſivè Regularibus, ſivè ſæcularibus eodem tempore dari Titulos in perſonis quorundam Em̃orum, & dari Protectorias, ſeu Protectoratus in perſonis aliorum Em̃orum, cùm ſoleant tàm à Papa creari, Ordinum Protectores, quàm à Locis Piis pro ipſis Locis Piis, prout vigilantiſſimus Protector ex-
titit Sanctiſſimus D. N. Clemens Papa XI. qui 4
per prius extiterat Primicerius, & dignatus eſt de ſumma benignitate in eadem Protectoria perſiſtere favore Venerabilis Societatis à S. Pio V. inſtitutæ Sanctiſſimi Sacramenti in Eccleſia S. Triphonis, aliàs S. Auguſtini de Urbe, cui ego pluribus abhinc annis adſcriptus ſum, donec eandem Protectionem commiſerit Eminentiſſimo D. Cardinali Curtio Origo de anno 1713. 5
ab eodem Sanctiſſimo ſuggerentibus meritis creato, peranteà Primicerio, in cujus Primiceriatum ſucceſſit R. P. D. Carolus Collicola ab 6
eodem pariter S̃mo deputatus ſubdie 15. Octobris 1712. per organum Secretariæ Status, vigilantiſſimè ſe gerens, & ob præclara merita ad Clericatum Cameræ de anno 1713. evectus poſteà Graſciæ Præſes, tandem Cameræ Apoſtolicæ Propheſaurarius Generalis, quo tamen Primiceriatui ob negociorum molem renunciante, ſubrogatus fuit R. P. D. Franciſcus Riccius de anno 1719. Clericus Cameræ, vir apprimè doctus; indè inſurgit dubium, an in hoc caſu ſit locus participationi quindenniorum pro rata inter Em̃os Protectores, an verò integra quindennia acquirantur Eminentiſſimis Titularibus, cum totali excluſione Eminentiſſimorum Protectorum, & negativè reſpondendo, firmatur, quòd Em̃i Ordinum, ſivè Locorum Piorum apud S. Sedem Protectores in concurſu cum Em̃is Titularibus Eccleſiarũ participare nequeunt de quindenniis, etenim Protectoria, ut nomen ſonat, 7
non denotat translationem alicujus dominii bonorum, nec propriè aliquam juriſdictionem, ſed meram defenſionem tantùm, conſervationem, & protectionem perſonarum de Jure, & de facto, veluti depræhenditur ex *Bulla in ordine la 4. Gregorii XI. §. 14. ex Bullla 4. Sixti IV. §. 5. in fine, Bullar. nov. Rom. tom. 1. & ex Bulla 53. aliàs 34. Pauli V. §. 2. eod. Bullar. tom. 3.* & explicant *Crottus conſil. 342. n. 13. vol. 3. Plat. de Cardinal. Dignit. & offic. cap. 33. per tot. Lezana qu. Regular. tom. 2. cap. 9. nu. 2. Pellizzar. manual. Regular. tom. 2. tract. 8. c. 8. ſect. 5. qu. 2. n. 149. & qu. 10. n. 162. Pignatell. conſult. Canon. tom. 1. conſult. 164. n. 14. Cobellius in notit. Cardinal. cap. 63. per tot. Euſtach. à S. Ubald. quodlibet. Regular. 13. dub. 1. nu. 1403. cum ſeqq. Card. de Luca de Regular. diſc. 23. n. 4. & in Relat. Cur. diſc. 42. n. 11. cum ſeq. Rota in recentior. deciſ. 34. n. 5. par. 4. tom. 2.*

Indè eſt, quòd Eminentiſſ. Protectores non poſſunt Novitios ad regularem Profeſſionem
recipere abſque ſpeciali Papæ facultate, cùm ad 8
ſolos Superiores Regulares competat jus incorporandi in Religione *Maranta controv. 17. n. 53. cum ſeqq. par. 5.*

Quibus accedit, quòd, cùm poſt Conſtitu-
tionem ſanc. mem. Innocentii P P. XII. mode- 9
ratoriam facultatum Eminentiſſimorum Protectorum relatam poſt *Antonell. de jurib. & onerib. Cleric. in ordine la 5. fol. mihi 7.* longè minori polleant auctoritate jam valdè reſtricta, multò magis vera ſit noſtra reſolutio.

AR-

ARGUMENTUM.

Pendente nullitate contractus Emphyteutici, Eccleſia, ſivè quæcumque manus mortua Emphyteuta, non tenetur ad quindennium, adeò, ut, ſi, antequàm declaretur nullitas contractus, fuerit ſolutum quindennium, & poſteà declaretur nullitas contractus, reſtituendum eſt quindennium jam ſolutum, ex condictione indebiti.

SUMMARIUM.

1 *Pendente nullitate contractus Emphyteutici manus mortua non tenetur ad quindennium.*
2 *Non intrat prælatio ſtante nullitate venditionis.*
3 *Simile practicatur in laudemio.*
4 *Nullitas contractus liberat promiſſorem de rato.*
5 *Ex contractu nullo non debetur gabella pendente lite ſuper nullitate venditionis, non poteſt gabellarius interim gabellam petere, donec lis finiatur, ibid.*
6 *Pendente judicio ſuper nullitate cenſus, non tenetur interim cenſuarius cenſum ſolvere.*
7 *Quindennium debetur ex Emphyteuſi validè ad manum mortuam translata.*
8 *Nemo eodem tempore haberi poteſt pro Emphyteuta, & pro non Emphyteuta.*
9 *Pendente lite ſuper nullitate Emphyteuſis, manus mortua non privatur poſſeſſione Emphyteuſis, aut illius fructuum perceptione.*
10 *Pendente nullitate ſuper Emphyteuſi, adhùc debetur laudemium.*
11 *Reſciſſa venditione, adhùc gabella debetur.*
12 *Ubi locatio eſt nulla, adhuc debetur penſio.*
13 *Pendente lite ſuper nullitate inſtrumenti cenſus, vel ſimilium, adhùc debentur annuæ præſtationes.*
14 *Nihil commune habet poſſeſſio cum proprietate.*
15 *Etiam prædo manutenendus in ſua poſſeſſione.*
16 *Non fit exequutio ſententiæ antè illius prolationem.*
17 *Silere debent regulæ, ubi habetur auctoritas punctualis.*
18 *Emphyteuta tenetur ſolvere canonem etiam pendente nullitate contractus.*
19 *Canon debetur ratione perceptionis fructuum.*
20 *Quindennium debetur in caſu nullitatis contractus ex cauſa de futuro.*
21 *Quindennium debetur conſtito de nullitate contractus in continenti.*
22 *Exequutio trium conformium impeditur exceptione notoriæ nullitatis.*

CAPITULUM CLXIX.

Cum ex aliquo capite contractus emphyteuticus nullitate laborare poſſit, qua non obſtante, Dominus directus ſuo tempore coget manum mortuam ad ſolvendum quindennium pendente nullitate interim decurſum, & viceverſa manus mortua ſub prætextu nullitatis declinabit ſolutionem quindennii, vel ſi jam illud ſolverit, ipſum repetere prætendet, ideò operæ
1 prætium eſt firmare in præſenti, quòd pendente nullitate contractus emphyteutici, Eccleſia, ſivè quæcumque manus mortua Emphyteuta non tenetur ad quindennium, adeò, ut, ſi, antequàm declaretur nullitas contractus, fuerit ſolutum quindennium, & poſteà declaretur nullitas contractus, reſtituendum eſt quindennium jam ſolutum, ex condictione indebiti, veluti in puris terminis egregiè advertit *Capon. controverſ. 34. artic. 1. n. 17. cum ſeq. repetit. poſt Tract. inter Doctor. litera M M.* ubi in fine ità deciſum per Curiam Archiepiſcopalem Neapolitanam,
eo fermè modo, quo non intrat prælatio, ſtante 2
nullitate venditionis, *Eminentiſſimus D. Card. Corradinus de jure prælation. quæſt. 16. n. 106. cum*
ſeqq. & ſimile practicatur in laudemio *Niger de* 3
laudem. tom. 2. qu. 44. n. 5. cum ſeq. Amad. à Pont. eod. tract. qu. 39. nu. 1. cum ſeqq. ubi Blancard. in not. in princip. Burgius eod. tract. par. 2. inſp. 10. n. 7. & in addit. n. 18. Solſon. eod. tract. cellul. 10. n. 9. Fulgin. de jure Emphyt. tit. de laudem. qu. 8.
n. 39. cum ſeq. hinc eſt, quòd nullitas contractus 4
liberat promiſſorem de rato *Coſta de clauſul. conventon. clauſ. 63. n. 3.* hinc ex contractu nul- 5
lo non debetur gabella *Gutierrez de gabell. qu. 9. n. 1. Laſſart. de decim. vendit. & permutat. c. 14. n. 1. cum ſeqq. & n. 63.* ubi quòd pendente lite ſuper nullitate venditionis, non poteſt interim gabellarius, donec lis finiatur, gabellam petere;
hinc pendente judicio ſuper nullitate cenſus, non 6
tenetur interim cenſuarius cenſum ſolvere *Felician. de cenſib. tom. 1. lib. 2. cap. 1. nu. 34. verſic. non tamen.* Aliàs implicat excipere de nullitate Emphyteuſis, & prætendere quindennium, quod
quidem quindennium debetur ex Emphyteuſi 7
validè translata ad manum mortuam ex ſuprà deductis in *Cap. I.*, nec quis eodem tempore ha-
beri poteſt pro Emphyteuta, & pro non Emphy- 8
teuta *Hodiern. ad Surd. dec. Mantuan. 6. n. 9.*

Non obſtat, quòd imò ſicuti pendente lite 9
ſuper nullitate Emphyteuſis, manus mortua Emphyteuta non privatur poſſeſſione Emphyteuſis, aut illius fructuum perceptione, ità Dominus directus privari non debet quindennio, quod eſt jus dominicale, *de Luca in obſerv. ad de Franch. deciſ. Neapol. 373. n. 5. poſt med. verſiculo altera fuit ratio*, & ſicuti pendente nullitate 10
ſuper Emphyteuſi, adhùc debetur laudemium *Niger de laudem. qu. 49. n. 17. cum ſeqq. & q. 50. n. 4. tom. 2. Genuenſ. practic. Eccl. tricen. 4. q. 104. per tot. de Franch. deciſ. Neapol. 296. nu. 1. & deciſ. 373. n. 1. ſivè unico circà fin. ubi Carol. Anton. de Luca in obſerv. n. 1. in fine verſiculo & propterea*, ità pendente nullitate ſuper Emphyteuſi
adhùc debebitur quindennium; Et ſicuti reſciſ- 11
ſa venditione, adhùc gabella debetur, vel ſoluta non repetitur *Laſſart. de decim. vend. & permut. cap. 14. nu. 10.* ita & reſciſſa Emphyteuſi adhùc debebitur quindennium ſimile gabellæ, vel ſo-
lutum non repetetur; Et ſicuti etiàm ubi loca- 12
tio eſt nulla, interim à conductore percipiente fructus rei locatæ debetur penſio, *de Luca Melphicten. ad deciſ. de Franch. 373. nu. 2. in princip.* ità & pendente nullitate ſuper Emphyteuſi debebitur quindennium ſimile penſioni; Et ſicuti
non obſtante pendentia litis ſuper nullitate in- 13
ſtrumenti, vel ſuper nullitate cenſus, vel ſuper nullitate reſervationis penſionis, adhùc debentur annuæ præſtationes, ſeu annualitates maturatæ, & maturandæ, cùm nemo privandus ſit ob ſolam oppoſitionem nullitatis contractus, quæ ſpectat ad judicium petitorium, ſuo commodo poſſeſſionis, & manutentionis in exigendo,

do, quod eſt judicium poſſeſſorium, *Gratian. diſc.*113. *n.*35. *& diſc.*208.*n.*14. *Mareſcott. var. reſol. lib.*1. *cap.*22. *n.*18. *&* 20. *Trat. diſc. forenſ. tom.*4. *cap.*30. *n.*1. *& per tot. Sarmient. de redditib. Eccleſ. par.*3. *cap.*2. *n.*33. *Poſt. de manut. obſ.* 62. *n.*2. *cum ſeq. Novar. de elect. for. par.*2.*q.*14. *nu.*3. *cum ſeqq. Donad. de renunc. tom.*2. *cap.*38. *n.*87. *cum ſeqq. Cenc. de cenſib. par.*2. *q.*5. *artic.*2. *num.*21. *&* 29. *Rota poſt eund. deciſ.*210. *in fine*, *dec.*211. *n.*3. *& dec.*234. *n.*4. *cum ſeqq. Sanfelic. deciſ. Neapolitan.*312. *n.*1. *lib.*2. *Aſcia determin.* 130. *per tot.* ità longè magis non obſtante nullitate ſuper Emphyteuſi debebitur quindennium, quod ſolvitur de quindecim in quindecim annos dumtaxat; nihil enim commune habet poſſeſsio
14 cum proprietate *l. naturaliter* 12. §. *Communiter* 1. *l. permiſceri* 52. *ff. de acquir. poſſeſſ.* undè eſt, quòd etiam prædo manutenendus eſt in ſua
15 quantumvis injuſta poſſeſsione, dummodò de titulo ſaltem colorato conſtet, & ſit probata poſſeſsio, etiamſi jus reſiſtat ad *text. in cap. in literis* 5. *de reſtitut. ſpoliat. cap. cùm veniſſet* 9. *eod. l. rem quæ nobis* 15. *ff. de acquir. poſſeſſ. Poſt. de manutent. obſ.*42. *nu.*33. immò cùm nullitas propoſita, de ſui natura requirat proceſſum, & viam ordinariam judicii, via ordinaria non poteſt retardare, & excludere viam exequutivam,
16 aliàs eſſet dare effectum, & exequutionem ſententiæ priuſquàm ſententia proferatur contra regulas Juris communis in *l. ſi cùm nulla* 58. *ff. de re judic. l.*1. *C. de exequut. rei judic. Prat. diſc. forenſ. tom.*4. *cap.*30. *nu.*14. *cum ſeqq.* quia ſilere
17 debent regulæ, & argumenta extranea, ac generalia, ubi habemus auctoritatem punctualem firmantem contrarium ex *Torniol. conſil.* 97. *n.*15. *verſiculo & ad Cravett. & conſil.*107. *n.*6. *Prat. diſc. for. tom.*1. *cap.*21. *n.*69. prout allegavimus ſuprà in principio *Capon. controv.*34. *artic.*1. *n.*17. *cum ſeqq. repetit. poſt Tract. inter Doctor. litera M M.*

Minùs obſtat, quòd, ſicuti Emphyteuta tene-
18 tur ad ſolutionem canonis pendente judicio ſuper contractus nullitate §. *Si verò Auth. de non alien. reb. Eccleſ. Merlin. Pignatell. contr. forenſ. centur.*1. *cap.*22. *n.*5. *cum ſeq.* ità manus mortua pariter Emphyteuta tenebitur ad ſolutionem quindennii, quia Emphyteuta illo caſu tenetur
19 ad canonem, cùm ille debeatur etiam ratione perceptionis fructuum, ſed quindennium debetur ſolummodò ratione directi dominii.

Velim tamen intelligendum fore, ut noſtra reſolutio procedat in quantum Emphyteuſis non
20 declaretur nulla ex cauſa de futuro, vel ſuperveniente extrinſecùs poſt contractum, tunc enim tali caſu adhùc deberetur quindennium, prout deberetur laudemium *Amad. à Ponte de laudem. qu.*39. *nu.*10. *Burg. eod. tract. par.*2. *inſpect.*10. *n.*2. *& in addit. nu.*19. *in fine*, *Solſon. eod. tract. tit. de formul. locat. ad long. temp. n.*9. *in fine*, *& cellul.*10. *n.*9. *Fulgin. de jure Emphyt. tit. de laudem. qu.*8. *n.*39. *in princip. verſiculo niſi declararetur*, *Tiraquell. de retract. convention.*§.6.*gloſ.*2. *nu.*5. *&* 19. quidquid contrarium ſentiat *Blancard. in not. ad Amad. à Ponte de laudem. qu.*39. *in princip. verſic. idque habet locum.* Prout eo-
21 dem pacto ſi nullitas contractus Emphyteutici eſſet adeò clara, & evidens, ut nulla indigeret probatione, quando nempè in continenti conſtaret ex actis, & inſtrumentis abſque ulla extrinſeca probatione *Carleval. de judic. t.*2. *lib.*1. *tit.*3. *diſp.*16. *nu.*4. tunc ſanè nullum deberetur quindennium, vel illud ſolutum condiceretur, *Poſt. de manut. obſ.*62. *nu.*12. ad exemplum executionis trium ſententiarum conformium, quæ notoriæ nullitatis exceptione impeditur *Giurba dec. Sicil.*100. *n.*8. *in med. verſic. ad exemplum.* 22

ARGUMENTUM.

Quindennia redimi, ſeu affrancari poſſunt.

SUMMARIUM.

1 *Quindennia redimi, ſeu affrancari poſſunt, quod expediens eſt utrique parti.*
2 *Canon redimi, ſeu lui poteſt in caſu retractus coactivi aſſignando capitale ejuſdem redditus.*
3 *Quindennium debetur potiùs ratione poſſeſſoris, nempè manus mortuæ, quàm in recognitionem dominii.*
4 *Cenſus redimi poteſt.*
5 *Ex facto alterius non eſt inferenda deterior cõditio.*
6 *Mediante redemptione, ſeu affrancatione quindenniorum affrancatur fundus quoad quindennia tantùm, ſalvo remanente jure quoad canones.*
7 *Melior domini conditio efficitur per affrancationem quindennii, & aſſignationem capitalis loco quindennii.*
8 Bulla Gregoriana *ſuper retractu ſervari poteſt per æquipollens, deponendo nempè in Banco pecuniam æquivalẽtẽ loco ſtabiliũ, & laus E.mi* Corradini.
9 *Redimens quindennium in fine quindecim annorum, adhùc tenetur ſolvere quindennium decurſum, & non ſolutum.*
10 *Eccleſia redimere volens quindennium, indiget Beneplacito Apoſtolico.*
11 *Redemptio eſt alienatio neceſſaria.*
12 *Quod tamen Auctori non placet.*
13 *Minor redimere poteſt cenſum cum ſola auctoritate Curatoris.*
14 *Cenſus de ſui natura eſt quandocumque redimibilis, præſertim poſt* Bullam Pianam.
15 *Redemptio cenſus participat de cauſa neceſſaria.*
16 *Quindennium de ſui natura non eſt redimibile, proindeque illius redemptio non participat de cauſa neceſſaria.*
17 *Auctor tamen id relinquit cogitandum.*
18 *In caſu ſequutæ evictionis locorum Montium pro affrancatione quindennii aſſignatorum, vel in caſu impoſſibilitatis ſolutionis, vel diminutionis redditûum, evictio cedere debet periculo redimentis.*
19 *Non debet quis locupletari cum aliena jactura.*
20 *Primæva jura reviviſcunt in caſu evictionis quaſi jure poſtliminii, ac ſi res ſubrogata loco quindennii tradita non fuiſſet.*
21 *Redditu Locorum Montium adaucto, poſt factam illorum aſſignationem loco quindennii, dominus directus tenetur reſtituere illud augumentum.*
22 *Debitore ceſſo, vel delegato, effecto non ſolvendo, vel foro cedente, periculum eſt creditoris acceptantis, non autem primi debitoris liberati.*
23 *Dominus non habet regreſſum ad primævam rem liberatam.*
24 *Evicto capitali dato in ſolutum, intrat actio ſubſidiaria.*

25 *Evicto capitali, poteſt manus mortua aliud capita-
le liberum offerre.*
26 *Dominus directus cogi nequit ad recipienda ſtabi-
lia, ſeu loca Montium loco quindenniorum.*
27 *Auctor ſcripſit, & tranſcripſit præſentem* Tracta-
tum.

CAPITULUM CLXX.

CUm meta quindecim annorum ſit in ſe lon-
ga, perque conſequens aliquando tractu
temporis Dominus directus, negociorum mole
preſſus, oblivione laborare poſsit in exigendo
ſibi debito quindennio ex Emphyteuſi manui
mortuæ conceſſa, hacque via aliquod præjudi-
cium, vel moleſtiam ſibi parare pro conſequu-
tione quindennii; cùmque è contrà manus mor-
tua ad ſe liberandum ab iſta moleſtia ſolvendi
ſingulis quindecim annis debitum quindenium,
faciliori ac commodiori via uti, intendit ad
explendam ſatisfactionem pro una vice tantùm
abſque alia reiteratione ſolutionum ſucceſsivo-
rum quindenniorum, mediante illorum redem-
ptione, ſeu luitione in totum, quod alterutri,
vel utrique parti videtur ſatis expediens, ut in
his terminis notat *Sola ad Decret. Sabaud. tit. de
jure Emphyteut. par.3. gloſſ.1. num.25.* ideò in
1 præſenti aſſerimus, quòd quindennia redimi,
ſeu affrancari poſſunt, præſtando enim æquiva-
lens Capitale, quod reddat ſingulis quindecim
annis fructum debiti quindennii, per æquipollens
2 ſatisfactum remanet adinſtar canonis, qui etiam
benè redimi, ſeu lui poteſt, aſsignando capita-
le ejuſdem redditus, in caſu retractus juxta vul-
gatam *Bullam Gregorianam in ordine la 22. §. 13.
in Bullar. nov. Roman. tom.2.* ſi enim canon, qui
ſingulis annis præſtari ſolet in ſignum recogni-
tionis directi dominii, eſt redimibilis, quantò
magis redimibile erit quindennium, quod præ-
3 ſtari ſolet ſingulis tantùm quindecim annis, &
potiùs ratione poſſeſſoris, qualis eſt manus mor-
tua Emphyteuta, quàm in recognitionem do-
minii ex fuſo calamo per nos deductis ſuprà *in
Cap I. & II.* Eodem fermè pacto, quo redimi
4 poteſt cenſus ad tradita per *Cenc. de cenſib. par.3.
cap.1. qu.3. n.1. ſivè impreſſione Auguſtæ Tauri-
norum quæſt.105.*
In nihilum relevante, quòd hujuſmodi redem-
tio quindēnii videatur præjudicialis directo Do-
mino, dum hac via deficiente continuata ſolu-
tione quindennii, privatur impoſterùm ſolita re-
cognitione dominii, quæ inducitur per reitera-
tas ſolutiones ſingulis quindecim annis facien-
das; ſicque læſa remanent, ac penè emortua ju-
ra dominicalia, quod non eſt ferendum, nè ex
5 facto alterius, videlicet manus mortuæ Emphy-
teutæ inferatur deterior, ac iniqua conditio Do-
mino directo contrà regulam in *l. non debet 74.
ff. de regul. Jur.* quia non indè Dominus deſi-
nit potiri recognitione dominii, nec amittit in
totum jura dominicalia, dum ſaltem ſingulis
annis illi ſolvitur canon, ſicque adhùc durat re-
cognitio dominii, nec habet in hoc, de quo
6 conqueratur, etenim hac via affrancatur quidem,
& liberatur fundus à ſervitute quoad quinden-
nia tantùm à ſalvo ſemper, intacto, & illæſo re-
manente directo dominio quoad canones in fu-
turum in ſtatu, & terminis, in quibus erant in
præteritum. Immò videtur potiùs effecta me- 7
lior, quàm deterior conditio domini, cùm aſſe-
curata remaneat in perpetuum ſatisfactio quin-
dennii ex capitali ad hunc effectum aſsignato,
& Dominus propriis manibus ſibi ſolvat, nec
ſpectare debeat debitorem, qui ei ſolvat, nec in
caſu ceſſationis quindennii pulſare manum mor-
tuam Emphyteutam pro illius ſolutione, veluti
in terminis affrancationis ponderat *Sola ad De-
creta Sabaudiæ tit. de iure Emphyt. par.3. gloſſ.1.
num.24.*
Minùſque refragatur ponderatio, quòd ſuprà
adductū, in comprobatione reſolutionis, exem-
plum canonis redimibilis, ſeu affrancabilis, non
benè adaptetur ad præſentem hypotheſim ob
maximam diſparitatem rationis, ſub prætextu,
quòd ibi agatur in caſu retractus coactivi per-
miſsi à ſuprà laudata Bulla Gregoriana ad or-
natum Urbis, ſicque ex cauſa neceſſaria, immò
& publica, ut de per ſe materia ſatis indicat;
undè caſus neceſsitatis, immò publicæ utilitatis
non benè trahitur ad caſum voluntatis, qualis
eſt redemptio, ſeu affrancatio quindenniorum,
ſalvis remanentibus canonibus, proindeque non
affrancato, ſeu liberato in totum ſitu Emphy-
teutico, prout eſt præſens caſus, quia pro af-
francando, ſeu redimendo à canonibus fundum
requiritur quidem cauſa neceſſaria ex eo, quòd
in eo caſu agitur de penitùs auferendo directo
dominio, deque fundo ab illo in futurum libe-
rando: ſed pro affrancando, ſeu redimendo fun-
do à quindenniis ſalvo remanente canone, non
videtur requiri cauſa neceſſaria, cùm in tali caſu
non auferatur totaliter, ac radicitùs directum
dominium, ſed in aliqua tantùm parte, & qui-
dem non ſubſtantiali, immò forſitan in nulla
parte, directum enim dominium durat, & con-
ſervatur in continuata canonum præſtatione,
Quibus poſitis, nonnullæ inſurgunt non aſper-
nandæ difficultates, & quidem ſex.
I. Difficultas ſeſe offert, an in redēptione quin-
dennii manus mortua Emphyteuta teneatur tra-
dere æquivalens ſtabile ad proportionem, ſeu
ratam reddens ſingulis quindecim annis eun-
dem redditum quindennii, puta ſi quindennium
conſiſteret in ſcutis centum, redditus retrahen-
dus ex aſsignato ſtabili reddere debeat ſingulis
quindecim annis dicta ſcuta centum, an autem,
non habito ità præ manibus ſtabili, ſufficiat
tradi pecuniam inveſtiendam in tot ſtabilibus,
vel locis Montium ejuſdem redditus ſingulis
quindecim annis, & crederem, id poſitum in li-
bertate debitoris, ut quod ſibi commodius eva-
det, agat, proindeque deponere poſsit tot pe-
cunias in Monte Pietatis, vel alio publico Ban-
cho, vel alibi juxta loci conſuetudinem ad effe-
ctum illas inveſtiendi in tot locis Montium libe-
ris, & non vacabilibus, minimè ſe arctando ad
tradendum, & ſubrogandum aliud ſtabile æqui-
valens; quippè, ut in ſimili, etiamſi prælaudata
Gregoriana §. 13. requirat in affrancatione, ſeu
redemptione canonis, ſubrogationem alterius
ſtabilis æquivalentis, attamen per æquipollens 8
dicta Bulla ſervatur conſignando pecuniam in-
veſtiendam in ſtabilibus, vel Locis Montium,
quæ ſuccedunt loco ſtabilium, veluti, pluribus
congeſtis auctoritatibus firmat Tribunal Came-
ræ Apoſtolicæ *deciſ.10. ſeu ultim. num.48. poſt*
Emi-

Eminentiſſimum D. Card. Corradinum, olim Subdatarium, & Auditorem Sanctiſſimi integerrimum, inque Urbe præclariſſimum Advocatum tandemque meritiſſimū S.Congregationis Concilii Præfectum, *de jure prælation.*

II. Difficultas ſeſe obiicit, an manus mortua redimens in fine, ſeu limine quindecim annorum,non obſtante procurata redemptione quindenniorum decurrendorum, adhùc teneatur ſolvere decurſum quindennium non ſolutum,& pu-
9 tarem, illud teneri ſolvere, quia redemptio cadit ſuper quindenniis decurrendis, & maturandis impoſterùm,non verò ſuper quindenniis decurſis, & maruratis: aliàs redemptio afferet præjudicium Domino directo, auferendo illi unum quindennium jam decurſum, & maturatum antè redemptionem, ſicque jam debitum, ut in ſimili de redimente cenſum, vel annuum redditum ſingulariter perpendit *Felician. de cenſ. to.2. lib.4. cap. unic. n.7. in medio verſic. tertia opinio.*

III. Difficultas incidit, an in redemptione quindennii Eccleſia redimens indigeat Beneplacito Apoſtolico vulgò dicto *ſi in evidentem*, &
10 exiſtimarem ſaltem ad cauthelam illo indigere, longèque magis ſi eadem Eccleſia redemptrix ſit pauper, quæ majus ſanè commodum habet in ſolvendo minutatim quindennium ſingulis quindecim annis, quàm pro una vice notabilem ſummam exburſare; pariterque ſi etiam Dominus directus ſit altera Eccleſia,quæ in acceptando talem redemptionem, poteſt in aliquo ſibi præjudicare, & lædi; proindeque redemptionem hujuſmodi tamquàm ſpeciem alienationis ſubjacere vulgatæ *Extravag. Ambitioſæ de reb. Eccleſ. non alien. Baeza de inope debitore cap.1.n.52. Maur. de ſolution. cap.30. num.18. Valaſc. de privileg. miſerabil. perſon. qu.16.n.92. Leoncill. de privileg. pauper. par.2. privileg.376. nu.2. & 5.* ac in ſpecie affrancationis *Sola ad Decreta Sabaudiæ titul. de Jure Emphyt. par.3. gloſſa 1. nu.23.*
11 ſub falſo fundamento, quòd redemptio ſit alienatio neceſſaria, *Roderic. de annuis redditibus lib.2. qu.15. n.79. cum ſeq. juncto n.90. cum ſeq.* cùm immò ſit voluntaria, & neſcio videre in
12 quo ſit neceſſaria. Eſt benè verum, quòd ex alia parte iſta luitio, ſeu affrancatio quindennii videtur actus quodammodò neceſſarius, immò utilis Eccleſiæ luenti, ſeu affrancanti, dum hac via liberatur à perpetua ſervitute quindenniorum in futurum; ſicque ab onere continuato ſublevatur, quæ circumſtantia magni facienda eſt ad effectum evitandi aſſenſum Apoſtolicum, & ità etiam poſſet forſitan ſuſtineri, ac ſalvari, quòd in luitione quindennii non requirantur ſo-
13 lemnitates adinſtar minoris luentis,ſeu redimentis cenſum abſque Decreto Judicis, ſed cum ſola auctoritate Curatoris, *Duard. ad Bull. S.Pii V. de cenſib. tom.2. §.5. qu.15. n.1. ac per tot. Cencius de cenſib. qu.109. n.7. cum ſeqq.* Ex alia autem parte non videtur ſatis applicabile ad præſen-
14 tem hypotheſim exemplum cenſus, quia iſte de ſui natura eſt quandocumque redimibilis, præſertim poſt Conſtitutionem Pianam, immò etiam de jure communi, *Duard. de cenſib. tom.2. §.5. qu.39. n.3. cum ſeqq. Cenc. eod. tract. qu.59. n.16. & 18. & qu.103. n.2. cum ſeq. Avendan. eod. tract. cap.101. per tot. Leotard. de uſur. q.67. per tot. Roderic. de annuis redditibus lib.2. qu.18. cum ſeq. per tot. Manent. de jure contract. livellar. q.5. nu.15. cum ſeq. Gibalin. de annuis præſtationibus cap.6. artic.9. n.1. cum ſeqq. & artic.26. per tot.* ſicque cenſus redemptio participat de cauſa 15
neceſſaria; ſed quindennium de ſui natura non 16
eſt redimibile, proindèque illius redemptio non participat de cauſa neceſſaria. Undè ſuper hoc 17
non figo pedes, ſed relinquo cogitandum, vel ſequendum,quod magis placuerit,quidue magis conſentaneum rationi viſum fuerit.

IV. Difficultas ingruit, an, ſi poſt factam aſſignationem locorum Montium pro affrancatione quindenniorum, Loca Montium evicta fuerint, vel reddita non ſolvendo, vel eorum redditus ità diminutus, ut ſingulis quindecim annis non correſpondeat debito quindennii, tali caſu evictio, aut impoſſibilitas ſolvendi, vel redditus diminutio, cedat periculo redimentis, ſeu debitoris, an periculo retrovendentis, ſeu creditoris quindennii, & exiſtimarem cedere debere periculo redimentis, ità, ut ipſe teneatur in ca- 18
ſu evictionis, aut diminutionis redditus ſupplere alia Loca Montium uſque ad intrantem quantitatem, in caſu verò impoſſibilitatis exactionis Locorum Montium teneatur ad quindennium, prout priùs, non enim manus mortua mediante ſola redemptione quindennii remanet liberata in totum, ac impoſterùm à ſolutione quindennii, ſed obnoxia remanet illius ſolutioni in caſibus, in quibus quindennium totum exigi nequit, longèque magis, quando nullum exigi poteſt, nè aliàs fieret fraus, & locupletatio cum aliena jactura contrà omnem Juris tramitem *c. locupletari 47. de regul. Jur. in 6. l. jure naturæ 206. ff. eod. Barboſa axiom.139. n.1.* dum per aſſignatio- 19
nem Capitalis cenſetur dumtaxat tranſlata exactio quindennii de perſona in perſonā per viam cujuſdam permutationis, & transfuſum debitum de uno in alium, nec obligatio debitoris originarii, qualis eſt manus mortua, ſolvitur, & quaſi jure poſtliminii reviviſcunt primæva jura, acſi interim in ſuſpenſo remanerent, & acſi 20
res ſubrogata loco quindennii, nunquam tradita fuiſſet, veluti in ſimili de cenſu, vel annuo redditu pereunte ex caſu fortuito *Mangil. de eviction. q.82. n.6. Arias de Meza var. reſolut. lib.1. cap.40. cum duob. ſeqq. per tot. Merlin. de pignor. & hypothec. lib.4. tit.5. q.150. n.19. cum plurib. ſeqq. Rota in recentior. dec.381. n.9. par.19.*

Sicuti è contrà ſi redditus Locorum Montium 21
poſteà augerentur (ut Epichæja ſuadet) Dominus directus teneretur reſtituere manui mortuæ illud augumentum, ac eodem fermè pacto, quo (nè Dominus directus, & dominus utilis, ſeu Emphyteuta ad imparia judicentur) Dominus concedens fundum in Emphyteuſim, illo evicto, tenetur de evictione, ſubrogando alium fundum liberum ad tradita per *Fulgin. de jure Emphyt. tit. de contr. Emphyt. qu.42. n.4. ac per tot.*

In nihilum relevante, quod, cùm ſubrogatum fuerit capitale pro intranti quantitate in locum quindennii,& Dominus directus à principio acceptaverit talem ſubrogationem, ſibi imputare debet, ſi non præcavit de evictione, nullàmque adhibuit aliam cauthelam pro aſſecuratione quindenniorum, manus mortua Emphyteuta, & affrancatrix videtur penitùs remanere liberata à quindenniis impoſterùm, extinctaque omnis

nis obligatio, transfuſo in Dominum toto onere tollendi omnia impedimenta poſteà ſupervenientia in re ſubrogata, ac ſi fundus nunquam per prius obnoxius fuiſſet quindenniis, adinſtar
22 debitoris certi, vel delegati, quo effecto non ſolvendo, vel foro cedente, periculum eſt creditoris acceptantis, non autem primi debitoris, qui fuit liberatus, dum, reſoluto primo contractu, tollitur omnis actio, & obligatio ex utraque parte, ac inducitur innovatio per affrancationem, per quam (ut vox ſonat) ſtatim liberatur Emphyteuta, nec primus contractus ampliùs
23 reviviſcit, nec Dominus habet regreſſum ad primævum rem jam liberatam, nempè ad quindennium affrancatum, ſeu liberatum, *Sola ad Decret. Sabaud tit. de jure Emphyt. par.3. gloſ. 1. nu.24. Manent. de jure contract. livellar. qu.5. n.1. cum ſeq.* Verumtamen cùm aſſignatio Capitalis pro affrancatione quindennii ſit quodammodò datio in ſolutum, ſequitur, quòd, evicto ipſo Ca-
24 pitali dato in ſolutum, vel quocumque modo effecto non ſolvendo, intret actio ſubſidiaria, *Guzman de evictíon. qu.28. nu.13. Mangil. eod. tract. qu.145. nu.19. cum ſeqq. Novar. de datione in ſolut. qu.12. n.8.*

Si tamen adfuerit in loco conſuetudo affrancandi, vel deſuper aliqua Conſtitutio particularis obligans ad affrancandum, tunc viceverſa tenendum, hujuſmodi affrancationem, mediante aſſignatione Capitalis, cedere debere periculo creditoris, ſeu Domini directi, & debitorem remanere omninò liberum à quindenniis impoſterùm.

V. Difficultas ſuccedit, an in caſu evicti Capitalis poſsit manus mortua adhùc aliud Capi-
tale liberum offerre, & capax reddendi quinden- 25
nium, ac arbitrarer, poſſe ex congeſtis à *Coſta de rata qu.26. n.10. in fine.*

VI. Tandem Difficultas ſubſequitur, an pro iſta affrancatione quindennii, illius creditor, ſeu Dominus directus cogi poſsit a manu mortua affrancare, ſeu redimere volente quindennium ad acceptandum tot ſtabilia, ſeu Loca Montium, ità, ut, etiam invito Domino directo, ſit locus
hujuſmodi oblationi, & cenſerem, cogi non poſ- 26
ſe, veluti in proximis terminis cenſus, & annui redditus *Roderic. de annuis redditibus lib.2. qu.9. nu.68. Lupus de uſur. commentar.2. §.3. num.89. Avendan. de cenſibus cap.11. per tot. Felician. cod. tract. tom.2. lib.1. cap.8. n.11. Novar. de datione in ſolutum qu.4. n.4. cum ſeqq.*

Præſentem itaque Tractatum, favente Divina 27
Clementia, ejùſque originale ſcripſi, & tranſcripſi, ut de ſuo Tractatu *de Judiciis* teſtatur *Carleval. tom.2. lib.1. tit.3. diſp.35. nu.51. circà fin. verſiculo ſcripſi, & tranſcripſi,* & *Maranta in prax. judic.* nè fortè inciderem in manus Amanuenſium vulgò Copiſtarum, qui ad nauſeam in orthographia innumeros aſſolent committere errores, immò ad ſe ditandum ob exceſsivam mercedem, quam extorquent, alios depauperant, & excoriant.

DO

DOCTORES, ET DECISIONES

Tàm exterorum Tribunalium, quàm Sac. Rotæ Romanæ, poſt Tractatum de Quindenniis.

A **EX CARD. DE LUCA**

DE CANONIC.

Romana Jurium Canonicalium.

PRO

Capitulo S. Mariæ Majoris.

CUM

Collegio Pœnitentiariorum ejuſdem Eccleſiæ.

Caſus diſputatus in Sac. Congregatione Viſitationis Apoſtolicæ, & reſolutus, ut infrà.

SUb conceſſione jurium, & emolumentorum Canonicalium, quænam veniant, & quæ non; Et de differentia inter actus Capitulares, & actus chorales.

SUMMARIUM.

1 *De Pœnitentiariis trium Baſilicarum Urbis, & præſertim illis S. Mariæ Majoris, reputandis tanquàm poſſeſſoribus unius Canonicatus.*

2 *Caſus controverſiæ cum reſolutione.*

3 *Donatoris declarationi eſt deferendum.*

4 *Quid ſint quindennia, & quam ſpeciem emolumentorum importent.*

5 *Quid de laudemiis.*

6 *De differentia inter actus chorales, & actus Capitulares.*

7 *In actibus Capitularibus requiritur intereſſentia vera cum jure votandi in Capitulo.*

8 *Datur exemplum Officiorum Cancellariæ Apoſtolicæ.*

9 *Declaratur concluſio, de qua n.6. & 7. ſuper emolumentis Capitularibus.*

10 *De diſtinctione, quòd aliud eſt jus votandi in Capitulo, aliud participatio emolumentorum.*

11 *Canonicus Pœnitentiarius, dum eſt in Confeſſionario, habetur, ac ſi eſſet in Choro.*

12 *Quòd ad effectum participandi de augmento diſtributionum ob aliorum abſentiam, requiratur vera, & realis intereſſentia, & de ratione.*

DISCURSUS XIV.

1 IN tribus Baſilicis Patriarchalibus Urbis, loco Canonici Pœnitentiarii, qui in Cathedralibus, vel Inſignibus Collegiatis eſſe ſolet ex Apoſtolica proviſione, adſunt Collegia Pœnitentiariorum Regularium, hoc eſt in Lateranenſi, Minorum ſtrictioris obſervantiæ, in Vaticana, Societatis Jeſu, & in Liberiana, ſeu Sanctæ Mariæ Majoris, Prædicatorum, atque in iſta præſertim pro dicti Collegii ſubſtentatione aſſignata fuerunt omnia jura, & emolumenta unius Canonicatus, & quantum percipiat quilibet alterius Canonicatus poſſeſſor, qui intereſſet, ac inſerviret; Obſervantia verò dedit, quòd Collegium participaverit ſolùm de fructibus, ſeu diſtributionibus maſſæ groſſæ juxta eam monſtruoſam repartitionem, quæ enunciatur ſuprà *diſc.9.* Recurrente verò Collegio prædicto ad Sac. Congregationem Viſitationis Apoſtolicæ, ac prætendente participationem quorundam aliorum emolumentorum, de quibus in præteritum participare non conſuevit,
hoc eſt de anniverſariis, aliiſque functionibus 2
pro devotione Regis Catholici in iſta Eccleſia fieri ſolitis, nec non de laudemiis pro conſenſibus, qui præſtantur in alienationibus bonorum Emphyteuticorum, ac de quindenniis ratione eorundem bonorum exiſtentium penès manus mortuas, ac etiam de diſtributionibus, quæ ob abſentiam, vel vacationem aliquorum Canonicorum aliis intereſſentibus ad præſcriptum Sacri Concilii Tridentini accreſcunt, aliiſque emolumentis extraordinariis.

In omnibus autem Sac. Congregatio decrevit ad favorem dicti Collegii Pœnitentiariorum, præterquam quoad dicta Anniverſaria, aliáſque functiones ſub nomine Regis, in quibus totum remiſſum fuit declarationi Regis Oratoris ob Decretum, vel conſtitutionem *Innocentii X.* per quam diſpoſitum fuit, hujuſmodi emolumenta à dicti Regis munificentia provenientia pertinere ſolùm ad intereſſentes juxta quotidianarum diſtributionum naturam, præſervando dicto Oratori facultatem declarandi caſus dubios, quod juris fomentum habet ex recepta
propoſitione, de qua *Otthobon. dec. 119. num. 8.* 3
& 195. num. 18. dec. 77. & 90. poſt Colluctation. Bonden. & frequenter, ut Donatoris declarationibus deferendum ſit, potiſſimè verò ubi ipſe nullum habet intereſſe.

Quo verò ad alia jura, & emolumenta, ea diſtinguendo; Quatenùs pertinet ad quindendennia debita per manus mortuas poſſidentes
bona Emphyteutica, & de quibus habetur in 4
Neapolitana ſub tit. de Emphyteuſ. diſc. 50. & in Romana, ſeu Portugallien. quindenniorum ſub tit. de Benefic. diſc. 89. Mihi, quamvis ſcribenti pro Capitulo, reſolutio juſta, & probabilis viſa eſt, quo-

A quoniam illa ſpeciem fructuum certorum habere videntur, cùm ſint certa, & invariabilia, tanquàm ſpecies Cenſuum, ſeu Canonum, & ſic habent eandem naturam, quam habent fructus Caſalium, & Domorum, aliorùmque bonorum, quamvis laudabiliter pro majori Eccleſiæ cultu ad formam diſtributionum redacti ſint.

Quò verò ad laudemia, dicebam ſcribens
5 tanquàm Advocatus, quòd iſta importent emolumentum præſtandum ratione conſenſus, qui per Dominum directum datur alienationi rei Emphyteuticæ, ſeu pro recognitione novi Emphyteutæ, ut talis à Domino admittatur, juxta veriorem opinionem, de qua *Clar. in §. Emphyteuſis qu.23.n.4. Rota apud Cavaler. dec.121.n.1. in Romana Domorum* 18. *Aprilis* 1644. *coram Ghislerio Rovit. dec.73.num.12.* & habetur pluriès in ſua materia *ſub tit. de Emphyt.* & conſequenter, quòd ſit actus Capitularis potiùs, quàm choralis, in quo non attenditur præſentia, vel intereſſentia ficta, ſed requiritur vera, & realis, quæ neque ſola ſufficit cum qualitate ca-
6 nonicali, niſi etiam accedat altera habendi vocem in Capitulo, *gloſ. & DD. in Clement. ut ii de ætat. & qualitat. cum concordan. collectis per Barboſ. de Canonic. cap.37. Rota in Valentina Præheminentiarum* 19. *Novemb.* 1640. *coram Coccino, &* 21. *Martii* 1641. *coram Pirovano, Adden. ad deciſ.16. par.3. rec. num.22. cum ſeqq.* per quos recenſentur, ac diſtinguuntur actus chorales, à Capitularibus, vel è contrà, ad effectuum videndi, qui nam conveniant, & qui non Canonicis non habentibus Votum in Capitulo, quales ſunt illi, qui non ſunt conſtituti in Sacris;
7 Et propterea cùm iſtud Collegium non interveniat in Capitulo, neque in eo votum habeat, ſed ſolùm habeatur pro Canonico præſente, ac intereſſente in actibus choralibus, non deberet participare de iſtis actibus Capitularibus.

Ad quod comprobandum adducebam practicum exemplum Officiorum Cancellariæ Apoſtolicæ, quoniam plures Officiales diſpenſati
8 ſunt ab intereſſentia perſonali in Cancellaria, & tamen ad inſtar intereſſentium participant de emolumentis ordinariis, & conſuetis, non tamen de illis extraordinariis, ac accidentalibus, quæ obtinentur ratione Congregationum, tanquàm pro actibus Capitularibus, ſeu Collegiativis.

His tamen non obſtantibus, adhùc reſolutio
9 probabilis viſa eſt, ex eadem ratione in quindenniis ſuprà conſiderata, ut ſcilicet iſtud ſit emolumentum ratione bonorum, & tanquàm pars eorum fructuum, licet ad perfectionem requiratur actus Capitularis, adinſtar emolumentorum Juriſdictionis Feudi, vel Caſtri, pro quibus obtinendis oportet juſtitiam adminiſtrare, atque actus juriſdictionales exercere, ſed per hoc non dicuntur mera emolumenta actuum juriſdictionalium, ſed potiùs dicuntur fructus Feudi, ſeu Caſtri cum ſimilibus; Undè propterea etiam Canonici, qui non exiſtentes
10 in Sacris non habent votum in Capitulo, participant, quoniam aliud eſt non poſſe intervenire in Capitulo, neque habere præeminentiam participandi de actibus Capitularibus, ut ſunt Collationes Canonicatuum, ſeu electiones, & ſimiles, aliud verò participare, vel non participare de emolumentis, ac fructibus bonorum, quamvis ad eorum participationem actus Capitulares requirantur.

Demùm quo ad tertium, & ultimum punctum, fundata videbatur de ſtricto jure intentio dicti Collegii utpotè repræſentantis Canonicum Pænitentiarium, qui aſſiſtendo Confeſ- 11
ſionario in audiendis confeſſionibus, habetur pro vero intereſſente in Choro, aliiſque divinis, ad effectum participandi de diſtributionibus juxta plures Declarationes Sac. Congregationis relatas per *Monet. de diſtribution. par.2. quæſt.11. n.64. cum ſeqq. Barboſ. ad Collect. ad Concil. ſeſs.24. de Reformat. cap.8. num.28. cum ſeqq.*

Verùm iſte videbatur nimius rigor, quoniam iſtud augumentum à Sacro Concilio Tridenti- 12
no rigoroſè decretum eſt illis, qui verè interſunt, ac inferviunt in præmium majoris, ac extraordinarii laboris, quem ſufferunt illi, qui verè, & realiter interſunt, ac inſerviunt, ideoque convenire non debet illis, qui ex legitima cauſa impediti, pro præſentibus, ac intereſſentibus ex Juris fictione habentur, ut ſatis benè ex *Caſtro Palao*, *Bonacina*, *Barboſ.* & aliis firmantur per *Rot. dec.117.n.5. & ſeqq. par.9. recen.* Et ſic hujuſmodi Canonico ficto ſufficere debet, ut obtineat omnia emolumenta Canonicalia, cum præſuppoſito, quòd omnes alii Canonici interſint, ac inſerviant, quoniam aliquorum abſentia à Choro, non alterat munus Pænitentiarii, quod æqualiter eſt idem, ſivè aliqui Canonici abſint, ſivè non; Et conſequenter non congruit, neque adaptatur ratio, ob quam hoc jus accreſcendi decernitur, verè, ac realiter intereſſentibus, & inſervientibus, quorum labor, & incommodum ità majora redduntur, ideoque augeri debet emolumentum, ex regula, quàm habemus in materia ſalarii augendi, quando augetur labor, vel ſervitium ex deductis per *Zacch. in ejus tract. de Salar.* & habetur *deciſ.154. par.1. recent. Burat. & Adden. dec.508. in Neapolit. funeralium* 28. *Junii* 1661. *Veroſpio* edita in Cauſa, de qua *ſub tit. de Paroch. diſc.28.* & in ſua materia *ſub tit. de credito*, vel ſub altero *de Adminiſtratoribus*, quæ ratio, ut dictum eſt, non congruit Pænitentiariis, quorum onus, vel ſervitium ex interventu majoris, vel minoris numeri Canonicorum in Choro, nullam recipit alterationem, Ideoque reſolutio in hac parte non captivavit intellectum.

Ex Card. de Luca in conflict. ſeu obſerv. tit. de B
Emphyteuſ. obſerv.224.

Tranſitus ad manum mortuam, rei Emphyteuticæ an à Domino impediatur, & quando denegetur iſta facultas extrà manum non mortuam non ponendi.

Antiquarum legum, vel antiquorum Interpretum rigor ſtatuit, ut Domino facultas concedatur denegandi, vel impediendi Emphyteuticæ rei tranſitum ad Eccleſiam, vel aliam manum mortuam, ad quam ex ſucceſſione, vel alio non culpoſo titulo obvenerit, undè propterea illa obligationem habeat extrà manum non mortuam infrà annum reponendi accepto pretio ab eo, in quem transferat, ubi prohibitio ex ſola prohibitione legis proveniat; Ubi verò illa quoque hominis accedat, ut tunc Domino concedatur vindicatio dicta denegata facultate ex-

B extrà manum mortuam reponendi . A.

Aſperitas autem, ac irrationabilitas in hoc etiam dignoſci videntur, id ad literam, & cum generalitate indifferenter practicando, ſine illa circumſtantiarum diſtinctione, quam humanus diſcurſus, ac ratiocinium docent; Ubi namque de illa conceſſione agitur, quæ ad certum genus, atque ad certum ſanguinem reſtricta eſt, tunc iſte caſus mortuæ manus non datur cum proximiore ſanguinis hęrede ob ſolemnem profeſſionem incapaci effecto rem obtinendi jure privato (probabiliùs quidem) magis receptum ſit, Monaſterio excluſo, ad alium ſanguinis proximiorem res tranſeat, eodem modo, quo in feudis diſpoſitum, ac receptum eſt, ubi verò hæreditaria conceſſio eſt, undè propterea ad quemcumque extraneum hæredem eſt tranſmiſſibilis, tunc non videtur, cuinam rationi hæc innixa ſit prohibitio ob ceſſantem ejus rationem tollendi ſpem devolutionis, qualis in illis viget conceſſionibus, quæ ad certas generationes, vel ad certum ſanguinem reſtrictæ ſunt; ſola namque diſcriminis ratio illa conſiderabilis videtur in merè hæreditaria, ubi penès privatam, ac non mortuam manum ſit, ut illa ſperari valeat devolutio, quæ juxta unam opinionem, ceſſante legitimo teſtato, vel inteſtato hærede, ſequatur in excluſionem Fiſci, quod modicum, nimiùmque rarum redolet præjudicium, abundè compenſatum à commodo reſultante à quindenniorum introductione, quando penès manum mortuam perſeverare permittitur, per quam alteri conſultum eſt præjudicio laudemiorum, quæ obtinentur ex cauſa alienationis, quæ in Eccleſia eſt prohibita. Igitur evidens irrationabilitas videtur, hoc aſſumptum, juxta hodiernos mores poſt dictam modernam introductionem quindenniorum antiquioribus ignotam; ità indifferenter practicare; Majorem verò aſperitatem redolet alterum aſſumptum, quando diſpoſitioni legis altera hominis accedit ſuper hoc tranſitu, ut devolutioni locus aperiatur, atque denegetur facultas reponendi extrà manum mortuam, cum æquivalentiæ receptione, potiſſimè ubi ex non culpoſo titulo id ſequatur, adeo ut omnis delicti, & poſitivæ contraventionis abſit ſuſpicio, quia nempè cum bonorum univerſitate, & ex titulo directæ, vel obliquæ ſucceſſionis univerſalis, ea res tranſeat, cùm tunc formalem pœnam id redoleat ſine delicto, vel quòd delictum importet piè diſponere. B.

A diſc.48.& ſequen.de Emphyt.& in annotat.
B.dicto diſc.48.& 49.& in ſupplemento.

C Ex Cardin.de Luca in conflictu, ſeu obſervtit de Emphyteuſi obſerv.225.

De quindenniorum introductione, ac ſolutione.

Permittente Domino Emphyteuticę rei tranſitum, ac retentionem ad manum mortuam, quam de jure prohibere poteſt, ut proximè præcedenti obſervatione advertitur; Ut illi occurratur præjudicio, cui dictæ facultatis prohibendi ratio innixa eſt, quia nempè tollatur ea ſpes laudemiorum, quæ occaſione alienationis extrà perſonas per Inveſtituram vocatas ſolvi debent ratione conſenſus in alienationibus per Dominum præſtandi; Hinc adinſtar introductionis Cancellariæ Apoſtolicæ in Beneficiis, quæ manui mortuæ unita ſunt, ut occurratur Annatiſtarum, & Officialium præjudicio, in Emphyteutica materia, idem quoque inolevit quindenniorum uſus, qui in Beneficiis introductus eſt. Rationabilis autem dicenda eſt introductio in genere, vel in ſubſtantia ob rationis identitatem, irrationabilis autem in modo omninò ſimilitudinario, circà quindecim annorum taxam; Iſta namque in Eccleſiaſticis Beneficiis ad ſolam vitam provideri ſolitis rationabiliter introducta eſt, dum compenſata junioris, ac ſenioris ætate, probabilis, ac moderata eſt taxa à frequentiori contingentia regulata, cùm perneceſſe Beneficiorum vacationes, ac reſpectivè novæ proviſiones ſequuturæ ſint; Hæc autem ratio Emphyteuſi non congruit, cùm per ſæcula, ſeu per remotiſſima tempora probabiliter caſus dari valeat, ut tranſitus bonorum intrà perſonas ejuſdem generis ſequatur, nullaque fiat alienatio, ideoque certò exitura non ſit conſequutio laudemii, ut in conſequutione annatæ pro Beneficii vacatione, ac proviſione exitura eſt, quando penès manum mortuam unitum non ſit, undè propterea taxa ſuam non habet proportionem, ſed irrationabilis, ac aſpera cenſenda eſt, cùm ad proportionem probabilis ſpei, pro perſonarum, ac bonorum qualitate, ac more regionis fieri debeat; Tunc autem eadem taxa rationabilis, & juſta reputanda eſt, quando à quolibet novo ſucceſſore, feudorum adinſtar, petenda eſt renovatio, ejuſque occaſione ſolvendum eſt laudemium, vel alia recognitio, cùm tunc verè, ac propriè intret aſſimilatio, atque beneficialis materiæ adinſtar, iſta quoque Emphyteutica regulanda ſit. A.

A diſc.49.& 50.de Emphyteuſ.& in annotat.

EX CARD. DE LUCA D

DE EMPHYTEUSI.

Placentina Emphyteuſis.

PRO

Collegio S. Brigittæ PP.Barnabitarum Placentiæ.

CUM

Capitulo Cathedralis.

Reſponſum extrà Curiam pro veritate.

Emphyteuſis Eccleſiaſtica an, & quando ſit tranſitoria ad hæredes extraneos.

An tranſire poſſit in manus mortuas de jure, & quid hodiè ſervetur.

Et an prohibita alienatione in Eccleſiam, vel locum religioſum, prohibitio compræhendat caſum inſtitutionis univerſalis, ſub qua acceſſoriè veniant bona Emphyteutica.

SUMMARIUM.

1 *Caſus quæſtionis.*
2 *Emphyteuſis Eccleſiaſtica, non tranſitoria ad extraneos.*
3 *Limitatur.*
4 *Doctrinæ punctuales attendendæ.*
5 *De auctoritate Deciſionum Rotæ.*
6 *An, & quando Dominus directus poſſit de jure ſe*

D *ſe opponere, nè Emphyteuſis tranſeat ad Eccleſiam.*

7 *De quindennio per Eccleſiam ſolvendo.*

8 *Vbi Eccleſia de jure eſt incapax Emphyteuſis, intelligitur ad effectum retinendi, non autem acquirendi, & ponendi extrà manum non mortuam.*

9 *Secùs accedente etiam prohibitione hominis.*

10 *Prohibita alienatione an veniat diſpoſitio per ultimam voluntatem, præſertim univerſalis.*

11 *Antiqui non cognoverunt quindennia.*

12 *De formula Emphyteuſis Eccleſiaſticæ Placentinæ.*

13 *Obſervantia tanquàm interpres, eſt ſemper attendenda.*

14 *Interpretativa non indiget longiſſimo tempore, ut præſcriptiva.*

DISCURSUS XXVIII.

1 CONceſſis per Capitulum Cathedralis Placentinæ, quibuſdam bonis in Emphyteuſim perpetuam Virginiæ Furlonæ *pro ſe, ejúſque hæredibus, & ſucceſſoribus, & cui dederit &c. excepto, quòd non poſſit vendere donare, nec alienare alicui loco religioſo, militi, ſervo, vel alteri ad ficti præſtationem non idoneo*; Cùm dicta Virginia moriens hæredes inſtituiſſet PP. Barnabitas Collegii S. Birgittæ dictæ Civitatis, dubitari contigit, an iſti eſſent capaces dictorum bonorum, vel potiùs ea devoluta eſſent ad Capitulum, ad cujus favorem pro devolutione reſpondit *Andreol. controv.*378. qua edita per dictos PP. pro veritate requiſitus reſpondi.

Quamvis Emphyteuſis Eccleſiaſticæ, etiam
2 ſtipulatæ pro hæredibus, natura ſit non tranſeundi ad extraneos hæredes, ſed ſolùm ad illos ſanguinis ex cumulatis per *Andreol. controverſ.*378. in iſta Cauſa edita, quibus addi poſſunt Rotæ deciſiones *in Cajetana bonorum 3. Decemb.*1648.*&* 10 *Junii* 1648. *Cerro*, quarum prima impreſſa eſt *in par.9.rec.tom.2.dec.*427. & altera *dec.*209. *par.*10. *Romana Devolutionis domus* 4.*Decemb.*1651. *Bichio*, *&* 15.*Junii* 1654. *Meltio*, quarum ſecunda eſt *dec.*340.*par.*11.*rec.*
3 an in aliis, non tamen implicat, illam ex inveſtituræ verbis, vel clauſulis eſſe hæreditariam, ut *dicta dec.*452. *n.*4.*par.*9. & ad ſatietatem cumulat *Rubeus in addit.ad dec.*26.*num.*11.*par.*5. *recentior.* quod *Andreol.*non negat.

Et in terminis individualibus conſimilis emphyteuſis conceſſæ per hoc idem Capitulum Placentinum, quibuſdam de Racordis, fuit, me ſcribente, deciſum per Rotam *in alia Placentina Emphyteuſis* 1.*Martii* 1660. *Veroſpio*, de qua habetur actum *diſc.ſeq.* ubi ex clauſulis, & verbis contentis in inveſtitura, cujus formulam ſuppono eandem cum noſtra, firmatum fuit, hujuſmodi conceſſiones à dicto Capitulo fieri ſolitas, eſſe merè hæreditarias, ac in extraneos tranſitorias, undè dum individualem habemus
4 auctoritatem, opus non eſt in generalibus vagari, ut admonent *Surd.conſ.*473.*n.*29. *&* 551. *num.*9.*Caſanat.conſ.*35.*num.*16. *Rot.dec.*543.*n.*1. *par.*1.*diverſ.&* 721.*num.*5.*par.*2.*rec.*

Et licet extrà Statum Eccleſiaſticum, Rotæ reſolutiones eſſe non ſoleant tantæ auctoritatis,
5 quantæ ſunt in dicto Statu, ubi inferiores Judices quodammodò arctantur ad ità ſentiendum, negari tamen non poteſt, eas ſaltem probabilem conſtituere auctoritatem tanquàm ſpeciem doctrinæ magiſtralis; Magnam enim eſſe hujus Tribunalis auctoritatem, ita, ut communem opinionem conſtituat, in conflictu prævalere debentem, firmant inter exteros *Neguſant. Jun. conſ.*308.*n.*50.*& ſeqq. Gait.de Credit.cap.*4. *qu.*7. *n.*729.*Conſtant.in l.*1.*C.de Fiſcal.uſur.lib.*10.*n.*41. *Franch.dec.*605.*num.*6. Atque Rotam eſſe omnium exemplar, & Magiſtram fatetur *Fontanell. de pact.clauſ.*6.*gloſ.*2.*par.*3.*nu.*46. maximè quia ſumus in foro Eccleſiaſtico, cùm hoc Tribunal eſt ſuperior, ac Judex appellationis, judicatum approbaturus, vel improbaturus.

Poſita igitur pro conſtanti qualitate hæreditaria, ac libera facultate in quoſcumque extraneos de huiuſmodi bonis diſponendi, unicus punctus difficultatis eſt, num Collegio S. Birgittæ obſtet, eſſe locum Eccleſiaſticum, & manum mortuam; Pro cujus clariori reſolutione diſtinguendum eſt inter obſtaculum reſultans à juris diſpoſitione, & illud, quod à particulari prohibitione inveſtituræ oritur.

De jure quamvis regula ſit, ut Dominus poſſit ſe opponere, nè Emphyteuſis tranſeat in Eccleſiam, vel pium locum, cùm ità ejus conditio fiat deterior, tùm quia in potentiorem tranſit, tùm etiam quia ceſſat ſpes reverſionis, & laudemiorum ob inalienabilitatem. Probabilius tamen eſt, ubi eſt merè hæreditaria, & non agitur de loco, in quo magna potentia conſiderari valeat, neque accedat particularis prohibitio hominis, etiam Eccleſiam eſſe capacem, ut firmatur per *Rot.dec.*261.*num.*7.*&* 208.*nu.*3. *par.*1.*recen.Adden.ad Ludoviſ.dec* 520. *num.*14. *Buratt.dec.*394.*num.*5. *ubi Adden.Gratian diſceptat.*481. *nu.*57. *& ſeqq.Hodiern.ad Surd.dec* 93. *num.*9.*circà princip. Fulgin. de Emphyteut. tit. de alienat.qu.*1.*num.*221.*in fin.*

Ceſſat enim ratio prohibitionis, quia, ſi attendimus rationem potentiæ, notorium eſt, minorem eſſe illam piorum locorum, qui ſunt facilioris exactionis, quàm privatorum, ad quorum domus, præſertim in aliquibus Regionibus non de facili executor accedit; Si verò attendimus rationem amiſſæ ſpei reverſionis, hæc intrat in Emphyteuſi limitata ad certas lineas, vel generationes, non autem convenit tranſitoriæ ad quemcumque extraneum hæredem, qui nunquam ceſſat.

Et ſi attendimus præjudicium laudemiorum ob amiſſam ſpem alienationis, huic jam eſt 6
conſultum cum moderno uſu deſumpto ex praxi Cancellariæ Apoſtolicæ circà annatas Beneficiorum perpetuò unitorum, cum ſolutione ſcilicet quindenniorum, ut advertunt *Ricc.in prax. par.*1.*reſol.*123.*Adden.ad dec.*16.*par.*3.*recentior. num.fin. & Rot. in Neapolitana laudemii* 27. *Februar.*1640.*Cerro*, *impreſſa apud de Marin.reſol. quotid.*235.*lib.*1.*num.*24.*& dec.*474.*par.*9. *recen. & in eadem coram Coccino dec.*494 *ead.par.*9.

Ideoque ſtante hac introductione quindenniorum paſſim in Eccleſias, & pia loca tranſeunt bona emphyteutica, modernaque praxis antiquum rigorem temperavit, quoniam ità Domini præjudicio, quod erat unica prohibitionis cauſa, remanet conſultum, ut advertitur *dicta dec.*494.*par.*9.

Et

D Et in omnem eventum ſola legalis prohibitio
8 percutit retentionem, non autem acquiſitionem, ad effectum ponendi extrà manum mortuam, ac pretium indè retrahendi ex plenè deductis per *Adden. ad Buratt. dec.*477. *&* *ad Gregor. dicta dec.*261. *&* 280. *par.*1. *rec. Fulgin.de Emphyt.dicto tit.de alienat.qu.*1.*n.*222. *&* *de Succeſs.quæſt.*14 *num.*9. *Buratt.dec.*601.*num.*1.*Rot.in Mediolanen.prætenſæ devolutionis* 11.*Febr.*1650. *coram Meltio dec.*13.*par.*11.*recentior.* & in aliis, quia circumſcripta prohibitione hominis concluſio procedit de plano, cùm aliàs iniquitatem lex contineret, ſi ità ceſſante quocumque Domini præjudicio, Eccleſia pati deberet incapacitatem acquirendi etiam valorem.

Major igitur hujus cauſæ difficultas reſidere
9 videtur in prohibitione contenta in inveſtitura, qua accedente, Eccleſia, vel pius locus dicitur omninò incapax, & jam ad effectum vendendi, quia prohibitio obſtat principio acquiſitionis, ut ultrà *deciſionem Merlini* 583. *num.*31.*&* *ſeqq.* in qua totum ſe fundat *Andreol. dicta contr.*378. in iſta Cauſa ſcribens, in contrarium repetit *deciſ.*211.*par.*6.*rec.*ubi allegantur *Ludov. dec.*529. & cæteri, plenè habetur per *Fulgin.dicto tit.de alienat.qu.*1.*dicto n.*222.*Rota dicta dec.*427.*n.*31. *par.*9.*rec.tom.*2.*Mediolanen.prætenſæ devolutionis* 20.*Aprilis* 1654.*coram Meltio*, & in aliis, ità ut quando prohibitio, quæ in inveſtitura legitur, contineret etiam caſum ſucceſſionis univerſalis per viam inſtitutionis hæredis, poſſet ſatis de Cauſa dubitari.

Verùm ceſſat difficultas, quoniam dictus caſus inſtitutionis hæredis, ac ſucceſſionis univer-
10 ſalis non eſt ſub prohibitione compræhenſus; In ea etenim quæſtione, an ſub verbo alienationis compræhendatur diſpoſitio per ultimam voluntatem, præſertim titulo univerſalis inſtitutionis hæredis, quidquid varient Scribentes, qui nihil à controverſia immune in jure relinquere voluerunt, diſtinguendum eſt inter caſum permiſſum, & prohibitivum, ubi enim agitur de primo, quia tractatur de re favorabili, qualis eſt libertas, magis receptum eſt, ſub alienationis vocabulo etiam hæredis inſtitutionem, aliàmque diſpoſitionem per ultimam venire *Bart. in l.ſi ità quis §.Ea lege num.*7. *ff.de verbor. oblig. ubi Imol.num.*1.*Jaſ.n.*41.*&* *alii*, *de quibus Surd.conſ.*10.*&*71.*utrobiq; n.*12.*Honded.conſ.*33. *num.*44.*lib.*1. *latè Adden.ad dec.*16.*n.*41.*&* *ſeqq. par.*3.*recent.Rota dec* 18.*nu.*19.*par.*9.*recent.*

Ubi verò agitur de caſu prohibitivo, qui eſt odioſus, ac ſtrictè intelligendus, alienationis vocabulum, maximè ubi adjectum eſt actibus inter vivos, non compræhendit diſpoſitionem per ultimam voluntatem, præſertim titulo univerſalis ſucceſſionis, ut ex *Bart.* *&* *aliis ſuprà citat.* benè diſtinguendo firmatur *dict. deciſ.*18. *par.*9.*recent.nu* 14.*&* *ſeqq.Rubeus in add.ad dict. dec.*16.*ac eadem dec.nu.*4. *Barboſa de Epiſcop. alleg.*19.*à n.*75.*Capyc.Latr.conſult.*32.*num.*17 & in his terminis Emphyteuticis latè *Surd.dec.*93.*ubi Hodiern.Clar.§.Emphyteuſis quæſt.*15.*&* *Gratian. diſcept.*533. allegati per *Boſſium* in ejus conſult. in præſenti cauſa edita, quibus addi poſſunt *Gabriel.conſ.*76.*nu.*17. *lib.*2.*Mantica de tacit.lib.*22. *tit.*16.*nu.ult.*ac agnoſcit eadem *Rota apud Merlin. dicta dec.*583.*num.*17. & benè ex *Corbulo*, & aliis firmat *Fulgin. de Emphyteuſ. tit. de Succeſs. qu.*14. *num.*12. ubi in puncto conſimilis pacti, ut intelligatur de alienatione particulari, non autem de ſucceſſione univerſali; Neque in propoſito attendenda ſunt, quæ Doctores dicunt in fideicommiſſis, quia iſtorum peculiaris natura importat inalienabilitatem etiam per ultimam voluntatem ex generaliſatione, ut bona non niſi ad certas perſonas devenire debeant, & ſic termini ſunt ſatis diverſi.

Et quidem *dicta Merlini deciſio*, in qua unicè totum eſt fundamentum *Andreoli*, non meretur in præſenti allegari ex longè diverſa facti circumſtantia, cùm illius inveſtituræ Mediolanenſis formula contineat ſatis ampliorem prohibitionem, & in ſpecie illam per viam legati, quæ oſtendit, etiam de ultima voluntate concedentem ſentire voluiſſe; Atque hæc eſt potiſſima ratio, in qua dicta deciſio fundatur, ut conſtat *n.*27.& *in dicta Mediolanen.coram Meltio*, de qua habetur actum *hoc eodem tit.diſc.*37. Hæc autem formula Placentina non eſt adeò lata circà prohibitionem; Ratio autem prohibitionis legalis diſcurſivè conſiderata per *Merlin. ibid.nu.*22. *&* *ſeqq.* eſt abundè ſuperius enervata, quia verè legalis prohibitio in præſenti non obſtat, dum 11
ceſſat ratio præjudicii, in qua fundabantur antiquiores, qui non cognoverunt modernum remedium quindenniorum.

Obſervando potiſſimè, quòd hæc inveſtituræ formula, quam vidi occaſione dictæ alterius 12
Placentinæ diſc.ſeq. dictam alienationis prohibitionem, in milites, ſervos, & religioſos locos, adjicere videtur ex ſola ratione præjudicii, ac difficultatis ad ficti, ſeu canonis exactionem, ut conſtat ex illis verbis immediatè ſequentibus, *neque aliæ perſonæ ad ficti preſtationem non idoneæ*, verbum enim *alius* denotat ſimilitudinem, & ſic iſte fuit finis, qui in noſtro caſu ceſſat, dum facilioris exactionis, ac majoris idoneitatis ad ficti præſtationem eſt Collegium quolibet privato, atque quando hæc antiqua formula emanavit, ignotum erat dictum modernum remedium quindenniorum, per quod conſultum eſt laudemiorum præjudicio, cujus ratione antiqui hanc prohibitionem adjiciebant, undè propterea non eſt ita mordicùs capienda.

Quodque verbum *alienare* in hac inveſtitura omninò ſumendum ſit pro diſtractione onerosa titulo ſingulari inter vivos, conſtat evidenter ex alia ejuſdem inveſtituræ parte, ubi dicitur, quòd, ſi aliquo futuro tempore Emphyteuta vendere, & alienare voluerit, Capitulum requiri debeat, illudque pro minori pretio 12.denariorum præferre, igitur verbum *alienare* intelligi non poteſt de inſtitutione hæredis, vel alia diſpoſitione per ultimam voluntatem, quibus iſta conventio adaptari non poteſt.

Omnèmque difficultatem penitùs tollit obſervantia, quia, ut in *conſultatione P. Boſſii* præſupponitur, conſuevit Capitulum in ſimilibus caſibus diſpoſitiones ab Emphyteutis factas per ultimam voluntatem ad favorem Eccleſiarum, piorùmque locorum approbare, eiſque novas inveſtituras concedere, ac individualiter cum hoc eodem Collegio; Obſervantia etenim in 13
caſibus dubiis eſt ſemper optima interpres, ac interpretationum Regina, proprietati etiam verbo-

D borum præferenda, quia partium voluntatem declarat, atque juris perplexitates reſolvit *Caualer.dec.*80. *&* 119. *Buratt.dec.*547.*in fin. Adden.ad Gregor.dec.*184.*Rot dec.*14.*nu.*4 *par.*7.*rec. dec.*323 *n.*13. *par.*11. & quotidiè in aliis; Neque opus eſt illam cum præſcriptionis requiſitis, illo præſertim lapſu temporis juſtificare, quia ubi non agitur de obſervantia præſcriptiva,
14 ſed interpretativa, ſufficit ità aliquando fuiſſe ſervatum, ut benè inter obſervantiam præſcriptivam in caſu claro, & interpretativam in caſu dubio *Barboſa in l.poſt dotem nu.*47.*& ſeqq ff.ſolut.matrim.Cavaler.dec.*80.*n.*5.*&* 427.*nu.*2. *Rota dec.*139.*nu.*12.*&* 19. *apud Vivian de Jurepatronat.in Viſcien.Juris conferendi* 14. *Februar.*1658. *Albergato*, & in aliis frequentiſſimè; Ideò ſi Capitulum alias ità ſervat, atqua tranſitum bonorum in quoſcumque extraneos patitur, nulla ſubeſt ratio, quæ hanc oppoſitionem juſtificare valeat, dum ex præmiſſis ceſſant omnia præjudicia, quibus ex dicto moderno remedio antiquis ignoto eſt optimè conſultum, & hæc videtur veritas.

E EX CARD. DE LUCA

DE EMPHYTEUSI.

Romana Laudemii.

PRO

Archiconfraternitate Annuntiatæ.

CUM

Cardinali Eſtenſe.

Caſus ſopitus per concordiam.

AN pro ſucceſſione ex teſtamento in re emphyteutica merè hæreditaria, & ad quoſcumque tranſitoria, hæres extraneus teneatur ſolvere laudemium Domino directo, & an locus pius, ſeu manus mortua ſit capax ſuccedendi in Emphyteuſi etiam ad effectum retentionis; & an tali caſu teneatur ad quindennium.

SUMMARIUM.

4 *De quindenniis debitis per pia loca & manus mortuas. & de iſtorum capacitate in retentione Emphyteuſis.*

DISCURSUS XLIX.

QUo verò ad alium punctum quindenniorum, pariter vota diſſonantia fuerunt; Aliqui enim credebant minùs illa deberi, neque
4 Dominum compellere poſſe Pium Locum ad rem dimittendam extrà manum mortuam, eò quia Confraternitas eſſet laycalis, ac etiam ſtante, quòd ageretur de Emphyteuſi perpetua, & hæreditaria tranſitoria in quoſcumque ex deductis per *Gregor. & Adden.dec.*520.*Gratian.diſcept.*481.*n.*6.*&* 66.*Buratt.dec.*394.*n.*5. *Hodierna ad Surd.dec.*33.*n.*18.*cum ſeqq.* Sed major pars, cum qua ego in hoc puncto concurrebam, tenuit contrarium, quia idem *Gratian.* teſtatur, de facto id non ſervari, idemque tenet *Fulgin.de ſucceſs.qu.*14.*n.*8. *& tit.de alienat.qu.*1.*num.*224. prout de facto ità ſervatur.

Opinionem autem contrariam, dicebam intelligendam eſſe, ad effectum, ut Dominus pati debeat rei permanentiam penes Eccleſiam, ſeu manum mortuam, quindenniorum oblatione contentus, & nè poſſit præcisè cogere ad dimittendum; Atque in hoc dicebam verſari differentiam inter Emphyteuſim perpetuam hæreditariam, & alteram pro ſolis hæredibus ſanguinis, ſeu ad certas generationes conceſſam, ut illo ſecundo caſu, ſimpliciter, & indefinitè Eccleſia, vel manus mortua ſit incapax ſucceſſionis, quia non ſolùm obſtat deſperatio laudemiorum, ſed etiam deſperatio devolutionis ob lineam finitam, dum Eccleſia nunquam moritur, cui ſecundo præjudicio cum quindenniis non conſulitur, ſecus autem in prima ſpecie, in qua licet detur etiam caſus devolutionis, quando ceſſantibus omnibus legitimis ſucceſſoribus hæreditas defertur ad fiſcum, nihilominùs videtur præjudicium ſatis leve, & remotum, tanquàm in caſu nimis raro, ideoque non habendum in conſideratione, atque manus mortua offerens laudemia, admitti debet ad continuandam retentionem bonorum, ſed ſine quindenniis remanet præjudicium clarum, etiam in Emphyteuſi hæreditaria, ob ceſſantem ſpem laudemiorum, dum Eccleſiæ, & Pia Loca ex legali prohibitione nunquam alienant, & ità ſequutum fuit.

F EX CARD. DE LUCA

DE EMPHYTEUSI.

Neapolitana Quindenniorum.

PRO

Monaſterio S. Gaudioſi.

CUM

Monaſterio S. Agnelli Neapolis.

Caſus diſputatus in Rota, & non reſolutus, deindè concordatus.

DE quindenniis, quæ Domino directo debentur pro re Emphyteutica per manum mortuam; An debeantur, ubi ab initio, directè, & immediatè conceſſio facta eſt ipſi manui mortuæ abſque ejus conventione, ſeu reſervatione; Et quomodo illa regulanda ſint circà tempus, in quo præſtari debeant.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*
2 *De introductione quindenniorum in materia emphyteutica, & ratione introductionis.*
3 *Per hanc introductionem temperatus eſt rigor juris prohibendi tranſitum bonorum emphyteuticorum ad manus mortuas.*
4 *Quòd hæc introductio ſit æqua, & rationabilis.*
5 *Sed quòd non habeat locum, ubi conceſſio ab initio directè facta eſt Eccleſiæ, & manui mortuæ.*
6 *Concedens inhabili, ſeu incapaci, cenſetur ità cum eo diſpenſare.*
7 *Quindennia de jure incognita, ideò ſtrictè, & rigorosè in eis procedendum.*
8 *De ratione differentiæ inter materiam beneficialem, & emphyteuticam.*
9 *An in quindenniis emphyteuticis circà tempus procedendum ſit cum eiſdem terminis beneficialibus.*

DISCURSUS L.

F 1 USque ab anno 1581. Monaſterium Monialium S. Gaudioſi Neapolis conceſſit in emphyteuſim perpetuam quædam bona Monaſterio S. Agnelli Canonicorum Regularium ejuſdem Civitatis, ſub annuo Canone de anno 1599. ex tranſactione adaucto, ob devolutionem intentatam ob Canones non ſolutos. Cùmque à dicto tempore, uſque ad annum 1646. aliud motivatum non eſſet circà quindennia, ſuper iſtis de hoc anno Monaſterium Dominus directus litem introduxit coram Nuntio Apoſtolico, à quo ſententiam favorabilem reportavit, & introducta per appellationem Cauſa in Rota *coram Albergato*, illaque propoſita *ſub die* 18. *Maii* 1654. ob articuli novitatem dilata fuit reſolutio, ac dictum, quòd per omnes Dominos videretur, undè hæc Rotæ ambiguitas utrique parti æqualem intulit timorem, qui, conſulentibus etiam utriuſque reſpectivè defenſoribus, cauſavit concordiam, quæ controverſiæ finem dedit.

In hac igitur diſputatione, Scribentes pro Monaſterio emphyteuta reo convento, non controvertebant veritatem concluſionis in genere, ſuper qua ego, & cœteri pro Monaſterio Domino directo actore fundamentum conſtituebamus, quòd ſcilicet Domino directo non prohibente permanentiam bonorum penès manum mortuam, ut de jure prohibere poſſet, illi de-
2 beantur quindennia, ità nuncupata, ac etiam in hac emphyteutica materia introducta adinſtar illorum quindenniorum, quæ Cancellariæ Apoſtolicæ ſolvuntur pro Beneficiis, vel Monaſteriis alicui Collegio, vel alteri manui mortuæ perpetuò unitis, in recompenſam annatarum, aliorùmque emolumentorum, quæ Annatiſtis, ac Officialibus Cancellariæ aliàs debita eſſent in caſu vacationum, & proviſionum reſpectivè, quatenùs unio facta non eſſet, tanquàm ex identitate rationis, in recompenſam ſcilicet laudemiorum à Domino directo percipiendorum in caſu alienationis, ſeu etiam juxta unam opinionem, tranſitus ad extraneos hæredes, juxta deciſiones *in Neapolitana Laudemii* 10. *Decembris* 1639. *&* 24. *Februarii* 1640. *coram Cerro, &* 14. *Decembris ejuſdem anni coram Coccino*, quarum duæ priores impreſſæ ſunt apud *Marin.reſol.quotid.*135. *nu.*19 *&* 22. Tertia verò eſt impreſſa *par.9.rec.dec.*494. ubi etiam eſt repetita
3 *ſecunda deciſio in ordine* 474. Et ex qua introductione moderno tempore temperatus eſt dictus antiquus rigor legalis prohibendi permanentiam hujuſmodi bonorum penès manum mortuam, quotiès ceſſat pactum ſpeciale, ac agitur de emphyteuſi hæreditaria ad quoſcumque tranſitoria, ut in *Placentina diſc.*28. *ac etiam diſc. præced. & in aliis hoc titulo pluriès*.

Dicebant tamen, & meo judicio ſatis probabiliter (undè cùm motivum me torqueret, omninò actori conſului concordiam) id rectè procedere, quando ageretur de conceſſione ab initio facta perſonæ privatæ, à qua præter Domini intentionem, ad manum mortuam ex ſucceſſione, vel alio caſu bona tranſierint, ob duplicem rationem tunc militantem, ob quam præſertim
4 *dicta dec.*494.*par.*9.*rec.n.*12. firmatur huiuſmodi quindenniorum introductionem æquam, & rationabilem eſſe; Unam ſcilicet, quòd Dominus directus concedendo bona perſonæ privatæ, veriſimiliter cogitare, ac ſperare potuit, ultrà ordinarium emolumentum canonum, aliud extraordinarium emolumentum laudemiorum in caſu alienationis, vel alterius tranſitus ad extraneos, quod dici non poteſt, ubi ab initio dire- 5
ctè, & immediatè conceſſio fit Eccleſiæ, ſeu Eccleſiaſtico loco, in quo non datur caſus ſucceſſionis, neque regulariter ille alienationis ob iſtius prohibitionem per Sacros Canones, & Apoſtolicas Conſtitutiones, ut ponderatur in dictis deciſionibus, præſertim *dicta dec.*494.

Et alteram, quòd quando bona caſualiter, ac præter concedentis intentionem à manu privata ad mortuam, ſeu Eccleſiaſticam tranſeunt, Dominus de Jure ob dictum præiudicium poteſt id prohibere, & cogere ad ponendum intrà annum extrà manum mortuam, ut in *dicta Placentina*, *in Mediolanen.* & frequenter in aliis *hoc tit.* & in eiſdem deciſionibus ſuprà allegatis, ideoque ſi id permittit ex quadam æquitate, iſta exercenda non eſt cum eiuſdem Domini ità æquè agentis præiudicio, ut in allegatis deciſionibus ponderatur, quæ ratio pariter ceſſat, ubi conceſſio facta eſt directè, & immediatè ipſi manui mortuæ, quoniam ſine dubio concedens prohibere non poteſt, nè poſſideat ille, cui ipſe conceſſit, quia ſcienter concedens aliquid perſonæ inhabili, ſeu incapaci, ità per actum occultum diſpenſationis cum eo diſpenſare dici- 6
tur, illùmque habilem, & capacem reddere, quotiès id pendet ab eius poteſtate, quia nempè in privatis incapacitas ſolùm eius intereſſe percutiat, ex deductis per *Gregorium*, *& Adden.dec.*109.*n.*8.9.*&* 13. ubi de materia cum declarationibus. Fortiùs verò præmiſſa proce- 7
dere obſervabam, quoniam cùm iſtud quindenniorum onus in iure ignotum ſit, idcircò ſtrictè, & rigorosè in eo procedendum eſſe firmatur in ſpecie apud *Seraphin.dec.*1410.

Et quamvis ego ſcribens tanquàm Advocatus pro evitando obiecto, quod, ut dictum eſt, ſatis me torquebat, præter genium, & ſtylum, inſiſterem in ſolo uſu pragmatico moderno tempore magis frequenti, & placito, quod ſcilicet, dum per dictas deciſiones, quæ ſunt huius materiæ magiſtræ, æquiparantur termini beneficiales, ac emphyteutici, atque firmatur, huiuſmodi quindennia emphyteutica deberi adinſtar illorum, quæ in Cancellaria ſolvuntur pro Beneficiis unitis, idcircò dicta conſideratio ad nittenda non erat, quoniam Beneficia non tranſeunt caſualiter, & præter Papæ intentionem à perſona privata ad manum mortuam, ſed directè, & immediatè, eodem modo, quo præſens conceſſio facta erat, & conſequenter idem dicendum veniret ex regula æquiparatorum, quorum idem debet eſſe iudicium ex collectis per *Barboſ.axiom.*14. undè tranſcribendo ſolent Scribentium informationes allegationibus repleri.

Nihilominùs reſponſio mihi non placebat ex diverſa pariter ratione, quoniam in Beneficiis, 8
conceſſio, ſeu unio non fit per ipſos Annatiſtas, & Officiales, dum fit per Papam, ipſis inſciis, ſed quia iſti habent Officia titulo oneroſo, omniſque ratio exigit, ut gratia Principis non de-

 beat

F beat eſſe tertio præiudicialis, eique tollere ius ex cauſa oneroſa competens, idcircò de eiuſdem Papæ conſenſu ità implicito, cùm Dataria, ſeu Cancellaria dicatur eius organum, id introductum eſt pro dictorum Officialium relevatione, & indemnitate; Quæ ratio adaptabilis non eſt ad hanc facti ſpeciem, dum conceſſio manui mortuæ facta eſt per ipſummet Dominum, qui hoc præiudicium prævidere debuit, & potuit; Ac etiam quia veriſimile eſt, ut eius tanquàm iam prævisi ratione, conceſſio facta ſit pro aliquo maiori Canone, quàm facta eſſet privato, à quo dictum aliud emolumentum ſperari potuiſſet.

Undè propterea, reflectendo ad veritatem, mihi videbatur probabilitatem alteri parti magis aſſiſtere, potiſſimè verò ſtante ſubſequuta obſervantia, quæ iuxtà receptiſſimam propoſitionem in foro quotidianam, dicitur optima interpres, nedùm voluntatis morientium, ſed etiam contrahentium, aut alias quomodolibet diſponentium. Ideòque conſiderabam dictam Cancellariæ Apoſtolicæ conſuetudinem, fuiſſe quidem originem, ſeu cauſam introductionis huius alterius conſuetudinis in materia emphyteutica, ſed diſcretivè, & ut unius, vel alterius ſubiectæ materiæ qualitas exigit, non autem, ut rigoroſè intrare debeat regula comparatorum, ſeu ſubrogatorum &c.

Hinc etiam occaſione huius diſputationis, ponderabam, erroneum pro meo iudicio videri
9 iſtud quindennium emphyteuticum regulare cum altero beneficiali de 15. in 15. annos, ibi enim cùm Beneficia conferantur ad vitam unius perſonæ, quam non egrediuntur, idcircò rationabiliter, capiendo quamdam mediam viam uniformem regulatam à diſpoſitione, vel ratione *textus in l. hæreditatum ff. ad legem Falcidiam*, dictus terminus præſcriptus eſt, quæ ratio benè militaret in hac materia emphyteutica, quando, vel ex conſuetudine, vel ex lege inveſtituræ, quilibet ſucceſſor teneretur petere renovationem, atque pro ea laudemium, ſeu aliud emolumentum ſolvere, prout diſpoſitum eſt in feudis, in quibus loco dictæ renovationis ſucceſſit relevium ex deductis in *Campanien. relevii ſub tit. de feud. diſc.* 28. ſed iſta circumſtantia ceſſante, talis comparatio non benè intrat, quoniam ſuccedentibus hæredibus ſanguinis nullum laudemium ſolvendum eſt, atque adhùc eſt ſub quæſtione, an ſolvi debeat per hæredem extraneum utpotè in inveſtitura emphyteuſis merè hæreditariæ compræhenſum, ex iis, quæ habentur *diſc. præced.* undè ſpes laudemiorum reſtringitur ad ſolum caſum alienationis, vel ad ſummum ad alterum prædictum ſucceſſionis extraneorum. Igitur incongruum eſt, iſtum caſum regulare cum dicta alia regula fundata in ſola vita unius perſonæ, ſed potiùs omninò placent ponderata per *Fontanell. de pact. clauſ.* 4. *gloſ.* 12. *num.* 23. Ut ſcilicet pro ſingulorum caſuum, & bonorum qualitate, ac circumſtantiis id prudentis Judicis arbitrio ſingulis 30. vel 50. annis, ac plus, & minùs reſpectivè decidendum ſit.

G

EX CARD. DE LUCA

DE JUDICIIS.

Carpectoraten. Bonorum.

Votum in caſu diſputato in Congregatione Avenionenſi.

DE exequutione, & ſubhaſtatione, quando invalida concedenda ſit ad eandem materiam, de qua ſuprà *diſc.* 40. & de tranſactione quando per Magiſtratum fieri valeat, ut afficiat Cameram, & Succeſſores, atque non veniat ſub gratioſis, & voluntariis remiſſionibus, vel alienationibus.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*
2 *Diſtinguuntur inſpectiones.*
3 *Quando concordia afficiat eos, qui ſint independentes à tranſigente.*
4 *De bona, vel mala fide, quando in concordia adeſſe dicatur.*
5 *Aliud eſt iudicare de relevantia motivorum ad effectum judicandi ex integro, & aliud ad effectum videndi, an tranſactio ſit bona fide inita.*
6 *Non tollitur poſſibilitas probationum, ex eo, quòd illæ non ſint factæ.*
7 *De beneplacito Apoſtolico, & juſta cauſa præſumendi ex longiſſima obſervantia.*
8 *Quando dicatur adeſſe dolus ex parte illius tranſigentis, qui tranſactionem impugnat.*
9 *Ubi adeſt tranſactio, oportet priùs illam tollere de medio, ut primævæ actiones exerceri poſſint.*
10 *Annullata tranſactione, reaſſumenda eſt lis, ſuper qua eſt tranſactum.*
11 *De præſcriptione annuorum onerum longo tempore non petitorum.*
12 *Quid requiratur, ut ad alienationem bonorum ſtabilium Communitatum procedi valeat.*
13 *Exequutio, & ſubhaſtatio, nulla, vel notoriè injuſta non tollit poſſeſſionem, quæ propterea eſt manutenibilis.*

DISCURSUS XLVI.

EXorta lite inter Cameram Apoſtolicam, & 1
Communitates Status Venaiſini ſuper directo dominio univerſali per Cameram prætenſo, ac propterea omnia bona eſſent reddititia, de anno 1544. deventum eſt ad concordiam generalem, per quam conventum fuit, ut dictæ Communitates teneantur à Camera recipere bona ſub moderato cenſu, & quolibet novennio ſolvere dimidium laudemium, exceptis illis bonis, quæ per tempus centenarium, vel immemorabile eſſent in libertate non ſolvendi; Cùmque Communitas Montilii poſſideret quædam prædia, & unum molendinum, idcircò Camera in vim dictæ tranſactionis, per quam ſtatutum fuit pro regula eius dominium univerſale de anno 1569. iudicium inſtituit ſuper ſolutione laudemiorum, ex parte verò Communitatis oppoſitum fuit de exceptione reſultante ab eadem tranſactione, immemorabilis nempè libertatis, quare deſuper introducta lite, eaque durata

per

G per annos quindecim circiter, in quo ſpatio ſuper dicta allegata immemorabili datæ fuerunt poſitiones, per Miniſtros Camerales negatæ, eędemque repetitæ loco articulorum pro facienda probatione, ad quam non eſt deventum, de anno 1587. cum auctoritate Vice-Legati inita fuit concordia, per quam Communitas, ſolutis pro una vice ſcutis 25. promiſit ſolvere quolibet novennio Florenos 12. ità Cameræ dominium recognoſcendo, dictaque concordia effectum pacificum ſortita eſt per annos octuaginta. Cùm autem de anno 1665. per Alexandrum VII. ſivè per Cardinalem Chiſium tunc Legatum Avenionenſem cum voto Congregationis Avenionenſis, accedente fortè quoque dicti Pontificis oraculo, generalis revocatio facta fuiſſet omnium gratiarum, & condonationum, ſeu reductionum factarum per V. Legatos pro tempore ex defectu eorũ poteſtatis; Hinc de anno 1667. Miniſtri Camerales obtinuerunt à Judice in Partibus ſententiam, per quam vigore dictæ generalis revocationis dicta concordia caſſatur, atque condemnatur Communitas ad ſolvendum omnia novennia decurſa à dicto anno 1587. ad præſens liquidata in ſcutis 5028. atque per eandem Congregationem in Urbe, non obſtante appellatione, ſeu recurſu, demandata exequutione, proceſſum fuit ad ſubhaſtationem quorundam prædiorum, quæ fuerunt deliberata Judici Cauſæ, habitoque recurſu per Communitatem ad dictam Congregationem, ac dato dubio, de cuius bono iure conſtaret, & ad effectum manutentionis, de anno 1672. prodiit reſolutio, conſtare de bono jure Cameræ circà invaliditatem, ac reſciſſionem dictæ concordiæ, reſervato videre de aliis concernentibus nullitatem ſubhaſtationis ratione exceſſus, vel quia facta eſſet deliberatio Judici, obtentaque per Commiſſionem ab Eminentiſs. Cardinali Cybo novo Legato nova audientia adverſus dictam reſolutionem, atque propoſita Cauſa ſub die 16. Septembris 1677. dilata fuit reſolutio, repropoſita verò Cauſa ſub die 7. Octobris ſequentis recedendo à reſolutis, reſolutum fuit, manutenendam eſſe Communitatem in poſſeſſione bonorum ſubhaſtatorum.

In his itaque duabus ultimis diſputationibus,
2 in quibus ego in iſta Congregatione interveni, votando dicebam, quòd pro methodico examine Cauſæ, & adæquata ejus reſolutione tres videbantur efformandæ inſpectiones, quarum una eſſet reſpectivè alterius conſequutiva. Primò nempè, an dicta concordia caderet ſub dicta generali revocatione, adeò ut pro invalida, & caſſa habenda eſſet, vel potiùs cenſenda eſſet valida, & à dicta revocatoria exempta, ſecundò, quatenùs verior eſſet prima pars pro comprehenſione, ac invalidate, an adhùc procedi potuerit pro laudemiis decurſis à dicto anno 1587. ad præfatam exequutionem. Et tertiò, quatenùs procedi potuerit, an adhùc ſubhaſtatio eſſet invalida ratione exceſſus, vel quia facta eſſet ad favorem Judicis. Ubi etenim in prima inſpectione Communitas foveret bonum jus, quia nempè concordia eſſet valida, & firma, adeò ut non caderet ſub revocatoria, tunc inanem dicebam eſſe laborem agere de ſecunda, & tertia; Et quatenùs in prima foveret malum jus pro tempore futuro, foveret autem bonum pro tempore decurſo antè litem, inanis labor eſſet agere de tertia, ad quam non niſi pro ultimo refugio recurrendum eſt, & per conſequens, quod non videbatur opportunum omnes has inſpectiones inſimul cumulare, præſertim tertiam magis involutam, utpotè conſiſtentem in facto prædiorum majorem, vel minorem quantitatem, ac majorem, vel minorem illorum valorem, à quibus pendet liquidatio debiti, & per conſequens exceſſus.

Quatenùs itaque ſpectat ad primam inſpectionem, an concordia ſit valida, ità ut non 3
comprehendatur ſub revocatoria, vel è converſo ſit invalida, ut comprehendatur, advertebam, quòd materia regulanda eſſet cum iis, quæ habemus in tranſactionibus initis per eos, qui habent quandam adminiſtrationem, ſed ſunt prohibiti facere voluntarias læſivas alienationes, vel diminutiones, ut ſequitur in poſſeſſore Prælaturæ, ſeu Beneficii Eccleſiaſtici, aut in poſſeſſore feudi, vel Emphyteuſis ex pacto, & providentia, ſivè in poſſeſſore fideicommiſſi, quod ſcilicet reſolutio pendet à bona, vel mala fide, ubi etenim bona fide inita ſit, tunc valet, ac afficit tamquàm geſta per legitimum adminiſtratorem, ſecùs autem; ubi cum mala, cùm tunc dicatur voluntaria, & illicita alienatio, ab affectato vocabulo concordiæ palliata, ex plenè deductis *ſub tit. de Feud. diſc.* 49. & 135. *ſub tit. de Emphyteuſ. diſc.* 52. & *ſub tit. de fideicom. diſc.* 73. *cum plur. ſeqq.* atque eſt principium hodiè receptiſſimum.

Bona verò, vel mala fides regulatur à dubietate litis, atque ubi res in ambiguo ſit, tunc præſumptio potiùs aſſiſtit bonæ fidei, quoniam in dubio præſumendum non eſt delictum, ut locis citatis; Clariùs verò, ubi aliæ accedant 4
circumſtantiæ eandem bonam fidem præſumere facientes, & comprobantes, ut in præſenti contingit. Primò nempè, quòd ſit diuturno tempore obſervata, quoniam diuturna obſervantia eſt magnum bonæ fidei argumentum. Secundò ob qualitatem perſonarum, dum agitur de actu inito ex parte Cameræ per Vicelegatum, qui eſt Prælatus, ac Magiſtratus nimiùm eximius, & qualificatus, & per tot Officiales Camerales, qui omnes præſupponendi ſunt viri probi, & diligentes, dum Sedes Apoſtolica eis negotia longè majoris importantiæ, & fidei committit; Et è converſo agitur de paupere Communitate ex rudibus, & ſimplicibus viris potiùs conſtituta, ideoque magnum exindè reſultat argumentum. Tertiò ob diuturnitatem litis peractæ, dum illa duravit indeciſa ſpatio 15. annorum circiter. Quartò, quia inter concordiam generalem, & iſtam particularem effluxerunt anni quadraginta tres, in quorum ſpatio Camera non docet de aliqua ſolutione, quod eſt magnum argumentum libertatis allegatæ, & articulatæ per Communitatem. Quintò, quia ex parte Cameræ exhiberi deberent integra acta pręfatę antiquæ litis, ſine quibus impoſſibile eſt convincere ejuſdem litis injuſtitiam, & malam fidem. Et ſextò, quoniam, ultrà dictam exceptionem relevantem, quæ reſultat ab ipſamet tranſactione generali ratione poſſeſſionis centenariæ, vel immemorabilis quamplures alias exceptiones

reie-

G relevantes Communitas habeat. Primò nempè, quòd aliqua prædia directè per Cameram conceſſa eſſent Communitati jam manui mortuæ, ideoque non intrat ratio, cui quindenniorum, ſeu novenniorum ſolutio innixa eſt juxta deducta *diſc*.50. *de Emphyteuſi*. Secundò, quia de aliquibus aliis bonis Communitas ſubinveſtita fuit à perſonis privatis, quibus potiùs tanquàm dominis immediatis, quàm Cameræ dominæ mediatæ novennia ſolvere teneretur juxta deducta *diſc*.59. *de Feud*. & in ſpecie de conſuetudine iſtius regionis, ut quindennia, vel novennia ſolvantur domino immediato, non autem mediato, teſtatur *Ludovic.Bell.conſ*.36.*n*.8.*&* 9.*conſ*.37. *n*.4. *& conſ*.38. *n*.2. Et tertio reſpectu molendini, quòd Communitas illud non obtinet à Ca-
5 mera in ſolo, & ædificio, quorum utrumque eſt liberum Communitatis, ſed ſolùm uſum aquæ, pro quo uſu tantùm ad hoc onus teneretur; Et quamvis ſingulis ex parte Cameræ reſpondeatur, attamen quidquid ſit de reſponſionum relevantia, negari non poteſt; quòd ex his magna dubietas reſultet ad effectum, de quo agitur, ideoque aliud eſt conſiderare has exceptiones principaliter, & de per ſe, ad effectum judicandi, an ſubſiſtant nec nè, quatenùs res eſſet integra; Et aliud eſt eas conſiderare ad effectum inducendi probabilem dubietatem pro regulatione bonæ fidei; Ac propterea ex his omnibus ſimul junctis, & conſideratis cum regula, ut ſingula, quæ non proſint, ſimul unita juvent, bona fides exuberat, donec per Cameram de mala doceatur.

Neque mala fides deſumi poſſe videtur, ex eo quòd Communitas durante dicta lite, nullam fecit probationem, quoniam reſponderi poteſt,
6 ipſam crediddiſſe probationem obtinere à beneficio poſitionum, quodque Miniſtri Camerales agnoſcere debuiſſent veritatem veriſimiliter eis potiùs notam ob libros, quos penès ſe retinent, in quibus ſolutiones adnotantur, atque poſt negationem effluxit ſpatium aliquorum menſium, quod non tollit poſſibilitatem probationis, quæ durat etiam in ſecunda, & tertia inſtantia, potiſſimè quia tractatur de Communitate vivente ſub neceſſaria legali adminiſtratione, ideoque in jure æquiparata pupillo, vel minori, cui tutoris, vel alterius adminiſtratoris negligentia non præjudicat, undè ſtantibus dictis præſumptionibus, quæ transferunt onus probationis in Cameram, debet iſta docere, quòd articulata immemorabilis eſſet impoſſibilis probationis. Omnemque difficultatem ceſſare dicebam ex præfata longiſſima, & diuturna pacifica obſervantia annorum octuaginta, per quam præſu-
7 mitur, quòd concordia munita fuerit etiam beneplacito Apoſtolico, & juſta cauſa tunc cognita, & examinata, dum iſta præſumptio reſultat ex ſolo ſpatio triginta annorum, multò magis, ubi illud accedit duplicatum, & ultrà, ex plenè relatis *diſc*.1. *& ſeq.ſub tit. de alienation. & contract.prohib.* et eſt pariter principium hodiè planum, & receptum abſque eo, quòd obſtare valeat Conſtitutio Urbani VIII. quæ hoc beneplacitum præſumptum ſubſtulit, quoniam illa prodiit de anno 1641. & ſic poſt annos 54. quando jam dicta præſumptio completa erat.

Conſiderando etiam potiſſimè, quòd ità reſultaret ex parte Cameræ apertus dolus, apertaque iniquitas cum ſupplantatione iſtius Com- 8
munitatis, dum iſta obdormitata fuit à concordia, ac propterea neglexit facere probationes jam articulatæ exemptionis immemorabilis, cujus magnus aderat fumus ex dicta circumſtantia. Quod cùm Camerales haberent penès ſe libros, attamen de nulla docebant ſolutione, dum hæc probatio hodiè reddita eſt impoſſibilis ob mortem Teſtium, qui tunc haberi poterant; Ac propterea nimium abſonum, & ſcandaloſum eſſet audiri, quòd Princeps, qui eſt Pater, Protector, & Curator Communitatum, ità illam dolosè circumvenerit, & ſupplantaverit, ideoque ex his pro non compræhenſione iſtius concordiæ ſub dicta revocatoria, probabilius reſpondendum videtur etiam pro tempore futuro.

Hinc opus non eſſe advertebam aſſumere alias duas inſpectiones, cùm illarum deciſio, poſita validitate concordiæ, reſultet de conſequenti. Verùm ubi circà primam inſpectionem aliqua ſupereſſet difficultas, adeò ut ab anno 1665. in quo dicta revocatoria prodiit, in futurum concordia Communitati non prodeſſet, adhùc tamen judicium ſubhaſtationis actum pro novenniis decurſis in dicto ſpatio annorum octuaginta, manifeſtæ injuſtitiæ, & nullitatis vitio laborare videtur ex pluribus.

Primò, quoniam non poterat exequutivè procedi in vim concordiæ generalis anni 1544. 9
minùſque hæc primæva actio exerceri, niſi priùs in judicio ordinario petitorii tolleretur de medio iſta concordia particularis per tres conformes juxta celebrem *deciſ*.550. *Cavaler. deciſ.86. n.9. par.6. rec.* latè *in Faventina Primogenituræ 21. Junii 1666. coram Bevilaqua*, & frequenter advertitur ſub diverſis materiis, præſertim *ſub hoc eodem tit. diſc*.42. ex illa viva ratione, quod concordia habet vim rei judicatæ; Potiſſimè quia etiam ex tunc Camera agnovit ſibi non competere judicium, ſeu proceſſum exequutivum, & ſummarium, dum ſubſtinuit longam litem per annos quindecim circiter.

Secundò, quia non poteſt eſſe plus nullum, quàm nihil, ideoque caſſata etiam concordia, perindè, acſi inita non eſſet, aliud Camera præ- 10
tendere non poterat, niſi facultatem reaſſumendi antiquam litem in ſtatu, & terminis, in quibus erat, illamque proſequi cum illo proceſſu, & per conſequens iſtud novum judicium remanet clarè nullum, & attentatum.

Tertiò; quoniam, cùm novennia decurſa pertineant ad Legatos pro tempore, adeò ut non tangatur ſubſtantia jurium Cameræ, hinc rectè 11
dici poteſt, quòd illa præſcripta fuerint dicto ſpatio octuaginta annorum; ſivè quòd bona fides, in quibus Communitas verſata fuit, illam excuſet a reſtitutione fructuum interim perceptorum ex eis bonis, ex quibus hæc onera ſolviſſet ſingulis temporibus, niſi hæc juſta credulitas adfuiſſet juxta ponderationes, de quibus in *diſc*.48. *de Regal.* qui fuit pluriès canonizatus per Congregationem Concilii, & per alia Tribunalia.

Et quartò, quoniam in alienatione bonorum ſtabilium Communitatis requiruntur multæ ſo- 12
lemnitates ex deductis *diſc*.23. *ſub tit. de alienation. & contract. prohibition.* ideoque injuſtum,

ac

G ac irrationabile remanet, quòd pro hujuſmodi annualibus oneribus, quæ ſalva proprietate adimplenda erant ſingulis temporibus ex fructibus per adminiſtratores, ſi ad ſolutionem interpellati fuiſſent, debeat Communitas pati alienationem eius bonorum ſtabilium adeò magni valoris, & importantiæ, habita proportione ſui ſtatus, & qualitatis. Et per conſequens ſibi imputent Legati pro tempore, cur dictæ concordiæ acquieverint, atque novennia debitis temporibus non petierint; Ac propterea poſſunt ſtare benè ſimul, quòd concordia non ſubſtineatur in poſterum in præiudicium Cameræ, & tamen, quòd non debeatur dicta ſumma temporis decurſi, ex quò de conſequenti reſultat iniuſtitia, & nullitas omnium geſtorum, quibus poſitis, planum eſt hodiè, quòd ſit locus manutentioni.

Atque his ſtantibus inanis, ac ſuperflua remanet tertia inſpectio, dum deficit debitum in totum, & in ſubſtantia, ideoque fruſtra quærendum eſt de exceſſu, ac de maiori, vel minori quantitate, vel de qualitate licitatoris; itaque inſpectio, quando eam aſſumere opus eſſet, to-
13 ta eſt facti, & probationum; Exindeque reſultat, ut Communitati competat manutentio, cùm per nullam, vel notoriè injuſtam exequutionem, & ſubhaſtationem privata non ſit ejus priori poſſeſſione juxta hodiè receptam propoſitionem, de qua *diſc*.44. *hoc eod. tit.* & ſæpiùs.

H

EX FONTANELLA

*De pact. nupt. tom.*1. *clauſ*.4. *gloſ*.12. *num*.23.

23 Practicatur autem hæc amortizatio in noſtra Cathalonia hoc modo, ut in primis pro unaquaque amortizatione ſolvatur unum laudimium, deindè ut commoditati Domini feudi ſit utiliter proviſum, ſolet dari de 30. in 30. aliud laudimium, aut tardiùs, aut frequentiùs, habita conſideratione de quanto in quantum tempus poſſet res alienari, quæ eſt amortizanda: alia enim ſunt, quæ tardiùs, prout res magni valoris, alia verò, quæ frequentiùs, prout res parvæ æſtimationis, ſolent alienari, & ſic in illis tempus poteſt elongari, in his verò abreviari &c.

EX FONTANELLA

*De pact. nupt. tom.*1. *clauſ*.4. *gloſ*.18. *part*.1. *num*.82.

82 Poteſt item hæc veritas peti ex amortizatione, ſeu jure amortizandi, quando devenit res ad manum mortuam, cujus ratione, in recompenſationem laudimiorum, quæ dominus potuiſſet recipere ex alienationibus, quæ contingere potuiſſent, ſi res eſſet penès perſonam capacem, ſolet ſolvi unum laudemium de 30. in 30. annis, vel aliàs, prout convenire dominus poteſt cum manu mortua &c.

I

EX PIGNATELLO

*Conſult. Canon. tom.*1. *conſult*.83. *n*.3. & 6.

AN Prælati Eccleſiaſtici, poſſidentes loca juriſdictionalia ſub prætextu, quòd ea ſint feuda, debeant in ſucceſſione cujuſlibet eorum ſolvere Cameræ laycali quindennium loco Relevii ſuffectum?

Hinc ſequitur, non poſſe regulariter præten- 3
di, quod Prælati Eccleſiarum poſſidentes feuda, ſolvant quindennia releviorum, quæ fuerunt adinventa, ut Camera Principis ſervetur indemnis ab illorum conſecutione, quotiès feudum devenit ad manum mortuam, exemplo ſolutionis quindennii introductæ loco exactionis laudemiorum, cùm tales Prælati non ſint obligati ad ipſa relevia ſolvenda, nec ideò Camera Principis poteſt illa ab eis exigere. Quia non entis nullæ ſunt qualitates, nec conſiderabilis eſt indemnitas pro damno, cujus ſubſtantia deficit in radice.

Ac propterea id, quòd *Capan. dic. q*.28. *n*.26. 6
& *qu*.34. *ſub n*.1. dixit, hodiè Eccleſias Regni poſſidentes feuda, relevium pro illis ſolvere ſingulis quindecim annis exemplo quindennii, quod in Beneficiis ſolvitur Cancellariæ Apoſtolicæ, ierit intelligendum de iis ſolùm, à quibus illud legitimè poteſt exigere, vel ex pacto, vel titulo præſcriptionis, non autem de illis, in quibus neutrum verificabile eſt.

L

EX PIGNATELLO

Conſult. Can. tom.8. *conſult*.38. *n*.6. & 18. *cum ſeqq.*

FIſcales Regii ab omnibus Eccleſiis, poſſidentibus loca juriſdictionalia intrà fines Regni Neapolitani, ſub prætextu, quòd ea ſint feuda, petunt quindennium ſuffectum vice Relevii, quotiès novus Prælatus ſuccedit in locum demortui. Ideoque tria diſcutienda ſunt. &c.

Alterum, an &c. de Jure verum ſit, quòd in ſucceſſione cujuſlibet Prælati, debeat Regiæ Cameræ ſolvi Relevium, & conſeqnenter ejus loco præaſſertum Quindennium? Tertium. Coram quo, Eccleſiis diſſentientibus, & negantibus, ſe teneri ad illius præſtationem, hæc controverſia cognoſcenda ſit? Num coram Judice Eccleſiaſtico, an potiùs coram Domino feudi, ſicque Curia Summariæ?

Quod verò ad ſecundum. Regula negativa 6
ſtatuenda eſt, ut in Eccleſia poſſidente feuda novus Prælatus, qui ſuccedit in locum Prædeceſſoris defuncti, non teneatur Relevium ſolvere ob ejus mortem, quam firmarunt &c.

Nec aliter intelligenda eſt aſſerta conſuetudo 18
ſolvendi quindennium, loco relevii, pro quo exigendo Regia Camera ſolet expedire ſignificatorias, teſte *Capano dic. quæſ*.28. *n*.26. ut ſcilicet in illis Eccleſiis procedat, contrà quas eſt concludenter probata limitatio dictæ Regulæ, quæ aliàs ſervari omninò debet.

Demùm quoad tertium diſtinguendi ſunt duo 19
caſus. Primus, ſi Eccleſiæ negent, loca juriſdictionalia, quæ poſſident, eſſe feudalia, aſſerentes

L tes ea poſſidere in allodium, ac uti Burgenſatica. Alter, ſi admittant, eſſe feuda, ſiquidem primo caſu erit agendum coram Judice ordinario ipſius Eccleſiæ negantis, rem eſſe feudalem, ex *Innoc. in cap. cæterum* 5. *de reſcript.* &c.

20 Secundo verò coram Domino feudi, ſicque Regia Camera Summariæ, tùm inſpecta generali diſpoſitione Juris communis per textus expreſſos in *cap. novit* 13. *verſic. non enim intendimus judicare de feudis, cujus ad ipſum ſpectat judicium, de judic. cap. ex tranſmiſſa* 6. ibi: *per Dominum feudi cauſam jubeas terminari, & cap. verùm quoniam* 7. *cum utrobique notatis, de for. compet.* cum ſimilibus plena manu congeſtis à *Marta caſu* 89. *ex num.*4.*verſic. & quòd hæc concluſio &c.*

M EX PASCUCCIO

*Ad Pignatellum part.*1. *tit.de Immunit.Eccleſiaſt.in Conſult.*83.*to.*1. *& Conſult.*38. *tom.*8.

AN Prælati Eccleſiaſtici poſſidentes loca juriſdictionalia, ſub prætextu, quòd ea ſint feuda, debeant in ſucceſſione cuiuslibet eorum ſolvere Cameræ laicali quindennium loco Relevii ſuffectum &c.

Hinc ſequitur, non poſse regulariter prætendi, quòd Prælati Eccleſiarum poſſidentes feuda, ſolvant quindennia Releviorum, quæ fuerunt adinventa, ut Camera Principis ſervetur indemnis ab illorum conſecutione, quotiès feudum devenit ad manum mortuam, exemplo ſolutionis quindennii introductæ loco exactionis Laudemiorum, cùm tales Prælati non ſint obligati ad ipſa Relevia ſolvenda, nec ideò Camera Principis poteſt illa ab eis exigere &c.

N EX MATTHEU

*De Regim. Regn. Valent. c.*2. §.5. *num.*113. *in fin. verſic. undè aliud jus, novæ impreſſion. Lugdun.*

SUMMARIUM.

113 *Quindennium quid.*
114 *Ratio diſparitatis inter hæc Jura.*
115 *Quindennium an debeatur ex bonis fideicommiſſo ſuppoſitis.*
Fideicommiſſi conſtitutio de bonis Emphyteuticis valet, ibidem.
116 *Etiam in præjudicium Domini directi, & nu.*118. *contrarium num.*117.
119 *Affirmativa moribus apud nos recepta.*
120 *Quindennia conſuetudine introducta.*
121 *Differentia fideicommiſſi à manu mortua.*
122 *Bona fideicommiſſi plerumque alienantur.*
123 *Bona fideicommiſſi, Eccleſiæ, aut Univerſitati quæſita, inalienabilia ſunt.*
124 *Deciſiones quoad hæc.*
125 *Deciſio Senatus Supremi, quoad præſtationem quindennii abſolutè à manu mortua.*

UNdè aliud Jus ex conſuetudine, ſive con- 113
ventione provenit, quando bona, quæ in manum mortuam tranſeunt, ſunt Emphyteutica, nam ultra Jus Amortizationis ſolvitur apud nos Quindennium, hoc eſt, nè Dominus directus fraudetur Jure, quod habet ad laudemium conſequendum ex alienationibus, & caducitatem, ſivè commiſſum, quod aliquando committi ſolet, ſolvitur ei laudemium decimo quinto anno per quancumque manum mortuam, ad quam res Emphyteutica pervenit. Sed quia hæc benè explicat *D.Leon.dic.dec.*77. *à n.*1.*uſq.ad* 11: ideò non immoramur. Tradit etiam *Fontanella dict. gloſ.*12.*n.*23. & eo laudato noſter doctiſsimus Theologiæ Moralis, inter Primarios enumerandus, & enumeratus, Profeſſor *Joan. Ægid. Trullench. in expoſit. Decalog. tom.*2. *lib.*7. *cap.*23. *dub.*10. *nu.*24. licet tardiori ſolutione in Cathalonia obſervetur de conſuetudine, & ratio eſt, nam *ex gloſ.*18. *nu.*82. *& dic. deciſ.*279. *n.*21. cùm in Cathalonia integrum laudemium ſit dimidium prætii totius rei Emphyteuticæ, indè eſt, quòd trigeſimo, vel quinquageſimo anno ſolvatur per manum mortuam, apud nos verò cùm decima pars totius prætii laudemium
integrum ſit, indè eſt, quòd de 15. in 15. annis 114
ex conſuetudine ſolvitur.

Ratio autem diſparitatis inter Jura Amortizationis, & Quindennii tradi debet; Nam *Fontanella*, ubi ſuprà, non benè explicat, immò indiſtinctè loquitur, dum ait, quòd ius amortizationis trigeſimo quoque anno integrum laudemium debetur. Quare dicendum eſt, apud nos Jus Amortizationis, quod eſt tertia pars rei amortizatæ, comprehenſo Jure expeditionis (quod ratò ſolvitur, nam Regia Maieſtas moderatiſſimè utitur hac Regalia, pluriès hanc amortizationem liberè concedendo, vel minori prætio) ad Regem pertinet, ut ex foro patet, nam ſolus Rex auctoritatem amortizandi habet, ut tradunt *Papon. dic. tit.*14. *arreſt.*4. *& Oliban. dic. cap.*7. *nu.*12.21. *& ſeqq.* At verò Quindennium pertinet ad Dominos directos rerum Emphyteuticarum, nè per amortizationem priventur Jure laudemii, commiſſi, & aliis ſibi debitis, quod in Gallia, & Cathalonia indemnitatem præſtari dicitur, ut tradit *Papon. dict. Arreſt.*4. & cum eo *Oliban. n.*15.21. *& ſeqq.* qui latè explicant modum, quo in eis Provinciis, & Regnis hæc in praxi habeantur.

Sed dubitari aliquando ſolet, an Quinden- 115
nium debeatur ex bonis maioratui, ſivè fideicommiſſo perpetuo ſuppoſitis? Ad quam quæſtionem definiendam imprimis videndum eſt, an Emphyteuſis veniat in reſtitutione fideicommiſſi, quam quæſtionem ſuſcitant plures DD. relati à *Fuſar. de ſubſtitution. qu.*630. *per tot.* & venire affirmant, præſertim quando eſt hæreditaria, ut communiter ſunt Emphyteuſes huius Regni. Quare conſtitutio fideicommiſſi valet, ſicut & Maioratus, *Molin. de Hiſpan. Primogen. lib.*2. *cap.*10. *num.*71. *ubi Adden. Valaſc. de Emphyteuſ. qu.*40. *Roderic. de ann. reddit. lib.*2.*q.*22. *num.*36. *&* 37.

Item videndum eſt, an conſtitutio fideicom- 116
miſſi ex bonis Emphyteuticis facta valeat in præiudicium Domini directi, quòd generatur, ex eo, quòd bona in alienabilia efficiuntur, ſicque

que

N que abſque conſenſu illius privantur laudemio,
& commiſſo. In qua quæſtione duas ſententias
117 invenio inter ſe pugnantes: Prima eſt *Alciati*
conſ.8. n.18. lib.6. qui aſſerit, prohibitionem
alienationis tenere, quoad ſucceſſores Emphy-
teutæ, qui non poſſunt contravenire facto de-
functi *l. cùm à matre C. de rei vindic.* cum ſimili-
bus. Quoad Dominum directum non conqueri
poteſt, & de nullitate prohibitionis arguere;
quam ſententiam tenet *Gama deciſ.70. dec.214.*
n.3. & 5. & dec.218. nu.10. licet referat contra-
rias Senatus ſententias, *Rodriguez dic. qu. 22*
118 *num.29.* qui alios laudat, latiſſimè *Pheb. deciſ.*
Luſitan.5. Contrarium tenet *Blaſius Flores de*
Mena in addit. ad dic. dec. Gam.70. dicens, com-
munem eſſe opinionem, ut valeat majoratus
conſtitutio abſque Domini directi conſenſu in
præjudicium ejus, & ad id allegat *Cephal. conſ.1.*
& 912. in fin. lib.1. Decium conſ.117. lib.3. n.23.
& conſ.23. num.41. eod. lib. Manticam de conje-
ctur. ultim. volunt. lib.7. tit.9. Alvarum Vala-
ſcum de Jure Emphyteut. quæſt.49. Clarum lib.4.
§. Emphyteuſis quæſt.16. Turrett. conſ.61. Bur-
ſattum con.48. n.23. Menoch. conſ.504. nu.3. lib.
6. & conſ.158. num.66. lib.2. Hyppolit. Rimi-
nald. conſ.18. lib.1. Caldas de nominat. quæſt.12.
num.32. & qu.24. num.25. cui addendi ſunt *Pe-*
regrin. artic.51. n. ult. Georg. Cabed. dec. Portu-
gall.130. par.1. Mar. Burg. de laudem. par.2. inſp.
44. in addit. n.8. qui allegat *Cavalcan. dec.6. nu.*
18. par.3. Anguian. de legib. lib.3. contr.12. nu.
14. & ſeqq. Et quamquam *Pheb. dic. dec. 5. n.9.*
verſic. eò maximè, ſtrenuè aſſerat, quòd conſti-
tutio non valeat, ſi fiat cum expreſſa alienatio-
nis prohibitione; ad hoc reſpondet *Anguian.*
(licet eo non laudato) id contingere indirectè,
& remotè.

Quare cùm moribus noſtris receptum ſit,
119 hujuſmodi conſtitutionem majoratus, vel fidei-
commiſſi cum prohibitione expreſſa alienandi,
vel tacita, quæ ex ipſomet fideicommiſſo re-
ſultat, valere; Indè eſt, quòd Dominus dire-
ctus nequaquam revocare poteſt eam conſtitu-
tionem, neque conſenſus ejus intervenire de-
bet ad firmitatem ipſius conſtitutionis. Qui-
bus poſitis, licet lege æquitatis, ut indemnitati
ſuæ conſulatur, quindennium deberi prima
fronte videatur; re meliùs inſpecta, nequaquam
deberi.

Primò, nam quindennia conſuetudine intro-
120 ducta ſunt, vel conventione; Si conventio ex-
tat, extrà dubium ſumus; Conſuetudo enim
in contrarium adeſt, nam nunquam quinden-
nium ſolutum fuiſſe audivimus ex ea conſtitu-
tione, atque adeò nequaquam deberi eſt di-
ctum, cùm conſuetudo ſtricti juris ſit, nec ex-
tendi valeat de perſona ad perſonam, aut de re
121 ad rem.

Secundò, nam licet ex fideicommiſſo prohi-
bita expreſſè ſit alienatio, plurimùm à manu
mortua differt, nam bona fideicommiſſo ſup-
poſita, licet cum prohibitione alienationis,
quotidiè alienantur, ut tradit *Angujan. in*
contr.18. num.18. præſertim in Regno, ubi fi-
122 deicommiſſi bona non ſolùm tenentur ad filias
dotandas, vel ad reſtitutionem dotis uxoris,
& augumenti, ſed mediante decreto aliis de cau-
ſis plerumque venduntur, & ſic non omninò
Dominus directus fraudatur laudemio, *fatica*,
& commiſſo, ſicut eo modo, quo bona Eccle-
ſiæ, Univerſitatis, vel Collegii inalienabilia re-
manent.

Hæc, & alia (licet in aliquibus differat) tra-
dit in hac quæſtione *Matthæus Rejaule in ad-*
verſ. Domini Polo t.1. adverſ.150. qui ait die 3. 123
Maii 1621. ſic reſolutum à quatuor peritiſſimis
Advocatis, nempè D. Polo, egregio, atque do-
ctiſſimo Senatore, Chryſoſtomo Aguilar, qui
deceſſit jam ad Aſſeſſoriam civilium Cauſarum
Curiæ Gubernationis evectus, & Nobili D. Coſ-
ma Fenollet, qui Senator deceſſit, & ipſo Re-
jaule, & ſic obtinuit in Curia Bajuliæ dictus
Comes de Sinarcas. Senatus Regii non eſt nobis 124
nota deciſio, niſi tantùm reſpectu Juris ſolven-
di quindennia per manum mortuam, ſententia
Regia Sacri ſupremi Aragonum Conſilii publi-
cata per Franqueza die 9. Auguſti 1571. in fa-
vorem Civitatis Alonenſis. 125

EX DE MARIN. O

Reſol. 235. num.16. lib.1.

Sed ego adhùc inſiſtendo concluſioni firma-
tæ pro Eccleſia nimirùm ut quando fit alie- 16
natio rei emphyteuticæ pro amplianda, vel pro
nova conſtruenda Eccleſia, nullatenùs ſit dire-
cto Domino ſolvendum laudemium, & quin-
dennium, dico, deciſionem prædictam, pace
tanti Auditorii, nullo pacto recipiendam eſſe,
ſtat enim contra illam communis omnium ſen-
tentia, & ſine contradictore, nam DD. quos
Rota citat, non probant id, ad quod allegan-
tur, etenim dicit *Rota* Dominum directum ha-
bere intentionem fundatam in diſpoſitione *l. fin.*
C. de jure emphyt. quæ cum ſit generalis, Eccle-
ſiam, quando emit, comprehendit; ſicque
praxim inoleviſſe, ut Eccleſia, quando bona ac-
quirit, emphyteutica, ex eo, quòd numquam
moritur, tenetur ſingulis quindecim annis dire-
cto Domino ſolvere laudemium, quod quinden-
nium appellamus, & ego idem dico, ſed hujuſ-
met legis diſpoſitio, & obſervantia ab omnibus
limitatur, quotiès alienatio eſſet neceſſaria,
hic reſpondet *Rota*, hanc limitationem proce-
dere, quando directo Domino eſſet ſoluta æſti-
matio ſui directi dominii, ſed ei replicatur,
quòd gratis hoc aſſerit, nullius auctoritate mu-
nita, niſi propria, & quæ certè deterret me,
prout de noſtro Senatu Neapolitano loqueba-
tur *Decius conſ.379. in princ.* textus enim, quem
allegat *in dict. l. ſiquis Sepulchrum* diſponit, ut pro
conſtruendo loco religioſo teneatur quis ſuum
vendere, ſoluto tamen Domino juſto pretio,
cujus textus clypeo dicti DD. citati per Rotam,
& communiter omnes dixerunt, poſſe quem pro
amplianda, vel de novo ædificanda Eccleſia ad
rem ſuam vendendam cogi, illius tamen juſto
pretio exburſato, de hac concluſione dico ego,
quòd nemo dubitat, ſed hic non eſt caſus, de
quo controvertitur in deciſione prædicta, ete-
nim eſſet locus huic concluſioni, quando Eccle-
ſia recuſaret ſolvere emphyteutæ utili Domino
illius rei pretium, ſimulque nollet directo Do-
mino correſpondere annuũ Canonem, ad quem
tenebatur emphyteuta, ſed quando Eccleſia

Sss prom-

prompta eſt ſolvere emphyteutæ valorem rei, in emphyteuſi tenet, ſimulque continuare annis ſingulis ſolutionem Canonis directo Domino, certè ſatisfactum dicitur diſpoſitioni *dictæ l. Si-* O *quis ſepulchrum*, ac dictis per DD. quos Rota allegat, quò verò ad ſolutionem æſtimationis directi dominii, quod juxta *Baldi*, *Ripæ*, & aliorum ſententiam eſt pretio æſtimabile, dico, quòd hæc propoſitio nullo pacto applicari poteſt ad caſum, de quo agimus, nam cùm æſtimatio directi dominii aliud non ſit, niſi ipſa Canonis affrancatio, conſequens eſt dicere, tunc fieri locum æſtimationi directi dominii, quando emphyteuta juxtà conventionem cum directo Domino habitam, annuum Canonem affrancare vellet, ut ſic utar patrio vocabulo, ſed quando Canonis ſolutionem continuare, & ſic directo Domino præſtationem illam annuam ſolvere intendit, non eſt, cur de directi dominii æſtimatione tractari poſſit, ſicque ſubintrat tantùm quæſtio, de qua agimus, an ſcilicet ſit directo Domino ſolvendum laudemium, & pro tempore quindennium, quando emphyteuta pro ampliatione, vel conſtructione Eccleſiæ rem emphyteuticam vendere cogitur, quæ quidem quæſtio, cùm ſine contradictore ab omnibus, qui eam tractarunt, reſoluta ſit pro Eccleſia, ſequitur certè dicendum, ut à communi iſta reſolutione, nil refragante hac noviſſima Rotæ determinatione de cætero neque conſulendo, neque judicando recedendum ſit.

P

EX NOVAR.

In ſumm. Bullar. par. 1. *commentar.* 145.

De quindenniorum exactione, origine, & cauſa ſuper Bulla Pauli II. Pauli IV. Pii V. & Sixti V.

SUMMARIUM.

1 *Bona Principis ad manus mortuas pervenire non poſſunt, & quare, num.* 3.

2 *Amortizatio quæ dicatur.*

4 *Feudum ſi vendatur, vel donetur Eccleſiæ, aſſenſus, cum qua clauſula erit concedendus.*

5 *Univerſitas admiſſa ad demanium, cogi poteſt ad vendendum bona feudalia privatis perſonis.*

6 *Univerſitates poſſidentes feuda, tenentur ſingulis quindecim annis ſolvere relevia poſt mortem feudatarii.*

7 *Univerſitas non petens inveſtituram in quinto decimo anno, qua pœna mulctatur.*

8 *Quindenniorum origo, & cauſa, ex Bulla Pauli II. num.* 9.

10 *Quindenniorum, & annatarum exactioni quę Beneficia ſint ſubjecta, ex Bulla Pauli IV. ex Bulla Pii V. num.* 11. *ex Bulla Sixti V. numer.* 12.

15 *Quindenniorum ſolutio debetur non ſolùm Cameræ, ſed etiam aliis habentibus jus ab ea.*

16 *Quindennium debetur, quotiès res emphyteutica devenit ad manus mortuas.*

17 *Emphyteotica res ſi tranſierit ad manus mortuas, poſſeſſor cogetur à Domino directo ad ponendam eam in manus privatorum. Ampliatur, etiamſi in conceſſione fuiſſet appoſita clauſula* pro hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque, *num.* 18.

19 *Quindennium debetur ex conſuetudine, exemplum nu.* 20. *&* 21.

22 *Eccleſia dicitur manus mortua.*

23 *Manus mortua dicuntur Collegium, Univerſitas, Civitas, & quodcumque corpus Eccleſiaſticum, vel ſæculare.*

24 *Emphytheoticaria res relicta in aliquod opus pietatis perpetuum dicitur tranſire ad manus mortuas.*

25 *Quindennium debetur à manu mortua Eccleſia Dominæ directæ.*

26 *Quindennium debetur, ſi reſolvatur venditio.*

27 *Quindennii ſolutio coram Judice Eccleſiaſtico eſt petenda.*

28 *Quindennium non debetur ex conſtitutione annuorum redditum impoſitorum ſuper re Emphyteoticaria.*

29 *Quindennium non debetur ex meliorationibus factis in re Emphyteoticaria.*

30 *Quindennium non debetur ex locatione de novennio ad novennium.*

31 *Quindennium non debetur ex alienatione facta favore Eccleſiæ ob illius ampliationem, declara num.* 32.

Communi traditione receptum eſſe videtur, 1
ut bona Principis ad manus mortuas pervenire abſque ejuſdem licentia, quæ *amortizatio* 2
dicitur, prohibitum ſit, teſte *Papon. arreſt. lib.* 1. *tit.* 14. *de Amortizat.* probat *Bellug. in Specul. Princip. rubr.* 14. §. *Veniamus nu.* 3. *per Text. in l. Si quis ſub hoc pacto* 56 *ff. de contrah. empt.* & voluit pariter *Pechius de Amortizat. c.* 1. Ea nempè ratione, quia talis alienatio præjudicaret Prin- 3
cipi, & ob eam ipſius conditio efficeretur deterior, ex quò auferretur ſpes, quòd bona ad ipſum ampliùs redire poſſent per mortem illius, cui conceſſa forent, & propter alia jura, ad quæ teneretur privata perſona, ut in *cap.* 1. *de Alien. feud. ubi Afflict. num.* 4. *&* 5. *Iſern. nu.* 4. *& alii Addentes.*

Hinc teſtatur *de Ponte de Poteſt. Proreg. tit.* 4
de Aſſenſ. §. 8. *num.* 4. ut ad obviandum huic damno inolevit praxis, quod quando feudum eſt donatum, vel venditum Eccleſiæ, conceditur aſſenſus, dummodò vendatur, vel poſſi- 5
deatur à perſonis habilibus, quod etiam locum ſibi vendicat in Univerſitate jam admiſſa ad demanium, ut ſit cogenda ad vendendum bona feudalia particularibus perſonis, juxta allegata per *D. Reg. Rovit. in Pragmat.* 64. §. *In prædictis num.* 29. *&* 30. *de Offic. Procurat. Cæſar.* aſſerens ità fuiſſe exequutum cum Univerſitatibus admiſſis ad demanium à Regia Camera cum

P cum Voto Collateralis Conſilii tempore Regentis Fornarii.

6 Et reſpectu releviorum, quando Univerſitates poſſident feuda, tenentur ſingulis quindecim annis ſolvere relevia, quæ debentur poſt mortem feudatarii, fatentur idem *D. Reg. Rovit. loc. cit. num.*29. noviſſimè *Capan. de Jur. relevii par.*4. *quæſt.*27. *nu.*7. *&* 8. ubi affirmat in praxi, quòd quando per Cancellariam in ſimilibus præſtantur aſſenſus, adiicitur clauſula, *dummodò ſolvatur relevium ſingulis quindecim annis*, ſubdens ſupradictam clauſulam ſemper apponi, quando feuda tranſeunt ad manus mortuas, ut indemnitati Curiæ provideatur, & quod idem ſervatur in Eccleſia jam poſſidente feuda, ſicque fuiſſe deciſum, & exequutum in anno 1614. in Cauſa Monaſterii Montis Oliveti per Regium Fiſcum, vide etiam *Montan. in §. Præterea §. Si quis infeudatus numer.*525. *ſub lit. T.*

7 & quòd quando Univerſitates, cæteraque loca inveſtituram non petierunt in quinto decimo anno, pœna duplicati relevii mulctantur, idem *Capan. quæſt.*28. *num.*6. *& qu.*34. *n.*1.

8 Quod ſimiliter fuit ſtatutum in Beneficiis Eccleſiaſticis, de quibus ſolvuntur annatæ Cameræ Apoſtolicæ, nam quando uniuntur alicui Eccleſiæ, tunc tenetur prædicta Eccleſia ſingulis quindecim annis ſolvere annatas prædictas juxta Conſtitutiones infràſcriptorum Pontificum.

9 Nam *Paulus II. per quandam Conſtitutionem ſub datum Idus Januarii anno* 1469. *ſextam in ordine in novo Bullario*, expreſsè ſtatuit, Monaſteria, Prioratus, Præpoſituras, Dignitates, Perſonatus, Adminiſtrationes, Officia, & Beneficia quibuslibet aliis ſimilibus, aut etiam Fabricis, & Piis Locis unita, pro quibus Cameræ Apoſtolicæ Annata, ſeu alia Jura ſolvi conſueverant, vel quæ debeant annatam, ſivè medios fructus unius anni, in poſterum ſingulis quindecim annis perpetuò ſequuturis ſolvere teneri, & debere; & ad hoc eos, quorum intereſt infrà anni ſpatium in eadem Camera cum effectu ad hanc ſolutionem obligare debere. Et ſi à ſolutione, aut obligatione prædicta ceſſare præſumerent, Uniones, Annexiones, & Incorporationes hujuſmodi haberi pœnitùs pro infectis, & ſic unita tanquàm verè vacantia poſſe liberè à Sede Apoſtolica impetrari.

10 Quam Conſtitutionem *Paulus Papa IV. per aliam Ballam ſub datum* 10. *Kalend. Februarii de anno* 1508. *in ordine novi Bullarii* 17. ampliavit ad omnes Congregationes tàm ſæculares, quàm Regulares, etiam Ordinis Caſſinenſis, Montis Oliveti, ac Camaldulenſis, mandando pariter, eoſdem poſſe cogi ad ipſum per ſententias, cenſuras, & pœnas etiam privationis, diſſolutionis unionum, annexionum, & incorporationum, ſeu ſubmiſſionum prædictarum, adeò, ut nulla poſſit opponi exceptio illiquidationis facti circa debitum annatæ, & aliorum Jurium Cameræ, quæ communia ſervitia nuncupantur. Sub qua Bulla comprehendit tàm Eccleſias, & Monaſteria Virorum, quæ taxata reperirentur in libris Cameræ, quàm omnes Dignitates, Perſonatus, Officia, & Beneficia Sæcularia, & Regularia, quæ excederent valorem annuorum 24. florenorum de Camera, nec non eadem Monaſteria, Prioratus, Præpoſituras, Dignitates, Perſonatus, Adminiſtrationes, Officia, & Beneficia unita ſemper hujuſmodi onus ſolutionis communium, & minutorum ſervitiorum, ac annatarum, & aliorum Jurium prædictorum habuiſſe, & habere cum clauſula *ſublata, & Decreto irritanti*.

Immo *Pius Papa V. in ejus Conſtitutione* 38. 11
illas innovavit, confirmavit, & extenſit, etiamſi apparerent uniones factæ quibuſvis Cathedralibus etiam Metropolitanis, ſeu Collegiatis Eccleſiis, aut Capitularibus Menſis, etiam pro quotidianis diſtributionibus, aut aliis uſibus, nec non Collegiis, Univerſitatibus, Congregationibus quorumvis Ordinum, Monaſteriis, Domibus, Hoſpitalibus, Fabricis, ac utriuſque ſexus perſonarum piis Locis, quantumvis privilegiatis, & exemptis ſub quibuſcumque tenoribus, & formis Apoſtolica authoritate, ſeu aliàs quomodolibet.

Et tandem *Sixtus Papa V. per Bullam* 33. *in* 12
ordine Bullarii novi ſub die 14. *Maji* 1586. ſancivit, compræhendi ſub dictis Conſtitutionibus Uniones, & Annexiones, Incorporationes, Applicationes, & Submiſſiones de quibuſcumque Beneficiis Eccleſiaſticis tàm Sæcularibus, quàm Regularibus, etiamſi Monaſteria Monialium, & Hoſpitalia fuerint, quæ tamen tempore ipſarum Unionum, Cura, Conventu, & Hoſpitalitate caruerint, vel ſi plura Beneficia unicis literis compræhenſa ſint, quorum quodlibet annuus valor 24. ducatos auri de Camera ſecundùm commmunem æſtimationem non excedat, dummodò tamen omnium inſimul illum tranſcendat, cuicumque Eccleſiæ, Monaſterio, Collegio, Domui, Societati, Congregationi, Ordini, Militiæ, Hoſpitali, Seminario, aut alio Loco pio, tàm per quoſcumque Romanos Pontifices, Sediſque Apoſtolicæ Legatos, Nuncios, & alios quoſcumque Subdelegatos, & aliàs quomodolibet authoritate Apoſtolica, quàm per quemcumque loci Ordinarium factas, & faciendas, etiamſi manualia, Juriſpatronatus Laycorum, quàm Imperatoris &c. Et propterea omnia, & ſingula Eccleſiarum Capitula &c. Monaſteria, & pia Loca, & pro ſuis alios, in quorum favorem uniones, annexiones, incorporationes, applicationes, & ſubmiſſiones hujuſmodi factæ reperiantur, aut indè fiant, quantumcumque exemptæ, & privilegiatæ exiſtant, etiamſi ſe ſuper indè in Camera Apoſtolica non obligaverint, dummodo Beneficia ipſa poſſideant, ad ſolutionem quindenniorum præfatorum ratione unionum &c. ſingulis quindecim annis à die, quo illæ ſuum ſortitæ fuerint effectum juxta tenorem literarum prædictarum teneri, & obligatos eſſe, & ad id poſſe cogi per Sententias, cenſuras, & pœnas in ipſis literis contentas.

Ampliatur primò, ut quindenniorum exactio 15
locum habeat non ſolùm ad favorem Cameræ, ſed etiam aliorum ab ea Ius babentium, nè per conceſſionem Apoſtolicam eorum Jura minuantur, prout conſideravit *Rota Romana apud Seraphin. dec.*1401. *num.*3. *&* 1410.

Et proindè quotiès res Emphyteotica deve- 16

 nit

P nit ad manus mortuas, nulli dubium eſt, quin debeatur quindennium, videatur *D. Ricc. in prax. Cur. Archiep. inter antiquas dec.*10. *omiſſarum*, nam ubi militat eadem ratio, idem jus ſtatui debet, ratio autem Bullarum fuit, quia aliàs non eſſet amplius ſpes, quòd per mortem poſſent Beneficia vacare, & annatæ non ſolverentur, quæ ratio ſimiliter militat in bonis Emphyteoticis perventis ad manus mortuas, quæ nunquam per mortem poſſent redire ad Dominum directum, Laudemia, & alia Jura non reciperentur, cùm Eccleſia, Univerſitas, vel aliud quodvis Collegium non moriantur, juxta tradita per eundem *D. Ricc. dec.*136.*num.*4. *&* 5. noviſſimè tradit *Capan. de Jur. relev. quæſt.* 54. *numer.*1. aſſerens quindennium ſolvi ab Eccleſia, vel Univerſitate Emphyteoticam rem poſſidente, prout quotidiè practicatur, & proindè cùm in S. Conſilio fuiſſet vendita quædam Domus huic Civitati, quæ erat Emphyteotica cujuſdam Abbatiæ, fuit ob prædictas cauſas condemnata Civitas ad ponendam Domum extrà manus ipſius, ut apparet ex *deciſ. Franch.*659. plures refert *Borell. in Sum. deciſion. tit.*34. *nu.*414. *Mareſcott. lib.*3. *var. reſol. cap.*3. *per tot.* ubi *num.*17. ait, quòd ſi res Emphyteotica tranſit ad manus mortuas, tunc Dominus directus poteſt cogere
17 illam infrà annum ad vendendum, ut reincidat in manus privatorum, & ſubiiciatur ſòlito hominum còmmercio, nè ſcilicet fraudetur jure ſuo, cùm manus mortua non pereat, nec habeat defectus lineæ, & ſic etiam nè privetur laudemio, videatur etiam *Muta in ſingul. deciſ.*10. Et inter alia erit notandum, ſi in conceſſione adeſſet clauſula *pro hæredibus, & ſucceſſoribus*
18 *quibuſcumque*, nam etſi ex tali conceſſione poſſit tranſire ad Fiſcum, vel Eccleſiam, tamen de conſuetudine tenetur etiam Fiſcus, vel Eccleſia vendere infrà annum, optimè *Gratian. diſc. for. capit.*481. *num.*66. *Caldas de nominat. Emphyt. lib.*1. *qu.*19. *n.*7. & ità intelligenda eſt *dec. Ludoviſ.*520. *ubi Additio Beltramini.*

Ampliatur ſecundò, ut debeatur iſtud quin-
19 dennium, etiam ex conſuetudine, & quòd debeatur iſtud quindennium, dum bona perveniunt ad manus mortuas, reperi obſervatum per Venerabile Monaſterium S. Martini, per quod fuit ſolutum Eminentiſſimo bo: memoriæ Cardinali Carrafæ Archiepiſcopo Neapolitano ſub die 11. Martii 1618. tenoris ſequentis, videlicet.

Banco dello Spirito Santo pagate all'Illuſtriſſimo
20 *Signore Cardinale Carrafa Arciveſcovo di Napoli, ò ſua legitima perſona Docati* 25. *correnti, e ſono cioè Docati* 15. *per l'annuo Cenſo perpetuo Enfiteotico di Docati* 3. *che il noſtro* Monaſterio *di S. Martino di Napoli paga ſopra una Selva ſita à S. Croce alla Conocchia, la quale l'anni paſſati fù venduta da Simone, e Proſpero Merchio Romani, con peſo di detto Cenſo da pagarſi ogni anno nel Meſe di Maggio alla Menſa Arciveſcovale di Napoli, e detti Docati* 15. *ſono per cinque annate maturate à Maggio proſſimo paſſato* 1617. *ſpettano à ſua Signoria Illuſtriſſima dal dì della morte della bona memoria del Cardinale .... e l'altri Docati ſei ſe li pagano per lo laudemio della predetta compra, e per l'ultimo quindennio, che l'à,* 45. *maturati dall'anno* 1570. *per tutto l'anno* 1615. *per cauſa di detta Selva pervenuta ad manus mortuas, dichiarando, che tanto nelli Cenſi decorſi, e non eſſatti dell'anno* 1574. *inſin'all'anno* 1613. *come dell'altri due quindennii, non s'intenda fatto pregiudizio al detto Signor Cardinale .... doverſeli come Ceſſionario della Rev. Camera Apoſtolica, ò vero donatario delli frutti pendenti, e non eſſatti, promettendo d'obbligare il noſtro Monaſtero per novo Inſtromento, ſi del Cenſo predetto, come di pagare ogni quindeci anni il Laudemio ad ogni ſemplice richieſta del Signor Cardinale, ò ſua perſona legitima. Di caſa* 2. *di Marzo* 1618.

Fù pagata à 11. *di Marzo* 1618. *con poliza di D. Gio: Angelo di Napoli Priore del detto Monaſterio.*

Item vertente lite in Curia Archiepiſcopali Neapolitana inter Menſam Archiepiſcopalem, 21
& Congregationem *detta delli Gerolimini* ſuper relaxatione cujuſdam Domus per dictam Congregationem emptæ, quæ fuerat q. D. Antonii Altomaris contiguæ dictæ Congregationi, ac reddititiæ Menſæ Archiepiſcopalis in annuo Cenſu Ducatorum duorum, & tarenorum trium, ex quò pervenerat ad manus mortuas, R. P. D. Franciſcus Maſculus Procurator dictæ Congregationis nomine ipſius ad evitandas lites *ſub die* 14. *Septembris anno* 1617. ex quò teneretur ſolvere quindennium, ſe obligavit augere dictum cenſum Ducatorum duorum, & tarenorum trium ad ſummam Ducatorum quatuor, qui Caroleni quatuordecim fuerunt augmentati pro dicto quindennio vigore Inſtrumenti ratificati per omnes Patres dictæ Congregationis, & ſtipulati per Notarium Anellum Perottum.

Prout etiam per Decretum Illuſtriſs. D. Nuncii Apoſtolici Neapolitani, Clerici Regulares Barnabitæ Venerabilis Collegii S. Mariæ Portæ Novæ de Neapoli fuerunt condemnati ad ponendam extra manus quandam Domum Emphyteoticam, ſeu in Territorio Emphyteotico Venerabilis Monaſterii S. Martini Ordinis Carthuſianorum conſtructam, vel ad ſolvendum quindennium, ut ex tenore ejuſdem Decreti apparet.

Ad quod Decretum juſtificandum facit regula, quod res Emphyteotica de Jure prohibetur alienari in potentiorem *cap. potuit de locat. & conduct. ubi gloſ. & DD.* & inter potentiores annumeratur Eccleſia, in quam ſi perveniat res Emphyteutica, cogenda erit infrà annum illam alteri vendere *Speculat. in tit. de locat.* §. *nunc verò, Joann. Andr. in dic. cap. potuit, & Joann. de Imola col.*17. *ſup. gloſ. in verb. prohibetur*, ſequitur *Alexand. conſ.*120. *vol.*1. & noviſſimè *Genuenſ. pract. Eccl. quæſt.*117. & hac ratione, iſtud idem fuit deciſum per S. Conſilium Neapolitanum contra hanc fideliſſimam Civitatem, quæ fuit condemnata ad ponendum extrà manus bona directi dominii Abbatiæ Realis Vallis in poſſe ejus perventa, teſte *Præſid. de Franch. in dicta deciſione* 659.

Cùm autem plerumque Eccleſiæ renuere ſoleant bona prædicta in alium transferre, velintque illa potiùs apud ſe retinere, inolevit praxis, ut, habito reſpectu ad damna, & incommoda, quæ ex hoc directus dominus ſentiret, & nè ejus jura dominicalia extinguerentur, ut ad ſolutionem quindennii, hoc eſt, ut ſingulis annis quindecim

decim ad laudemii ſolutionem teneantur, de qua *D. Riccius Epiſcopus in prax. rer. quotid. par.* 1. *reſol.* 623. quod etiam obſervatur in Cancellaria Apoſtolica pro Beneficiis unitis ex Bulla prædicta Julii Papæ III. incip. *ex debito Paſtoralis Officii*, quæ eſt in tertio ordine.

Certum eſt enim de Jure, in alienatione Em-
21 phyteuſis, Domini aſſenſum requiri, *Gloſs. in l. fin. C. de Jur. Emphyt. in verb. aliis circ. fin.* ubi DD. omnes eam ſequuntur.

Et nè Jura dominicalia perdantur, rei Eccleſiæ in Eccleſiam, quæ perpetuò vivit, alienatio fieri non poteſt, *Felin.* punctualiter *in c. in præſentia n.*44. *& ſeq. de probat. pag. mihi* 83. *Iſern. in cap.*1. §. *indè poteſt de alienat. feud.* dicitur enim talis alienatio amortizatio *Belluga in ſpecul. Princip. Rubr.*14. Sique Dominus aſſentire voluerit, arbitrio ipſius ſtat, *Petr. Pecchius in tract. de amortizat. cap.*14. *& eſt cum Tract. t.*11. *part.*1. *pag. mihi* 234.

Cumque negare aſſenſum repugnet æquitati debitæ ergà Eccleſias *Luc. de Pen. in l. Si quis C. de diverſ. præd. Afflict. in l. Imperialem ver.*16. *quæro num.*2. fuit introductum teſte *Ægidio in tract. deciſ. inſign. de amortizat. cap.*1. *nu.*4. *t.*13. *fol.*354. vel ſolvere aliquam quantitatem pro aſſenſu, aut eam ponere in capite layci, & idem Auctor teſtatur, Galliæ ſervari, tertiam partem extimationis ſolere ſolvi pro tali amortizatione.

In Regno autem uſu introductum eſt pro tali amortizatione quindennium ſolvi, ideſt ſingulis quindecim annis laudemium pro Emphyteuſi; & relevium pro feudis, quæ ad Univerſitates, ſeu Eccleſias tranſeunt, teſte *Marc. Frecc. in lib.*2. *de ſubfeud. in Rubr. authorit. Baron. ſub num.*45. *circ. med. pag. mihi* 318. ſubdens ex forma Cancellariæ, quando præſtatur aſſenſus, fuiſſe ſumptum exemplum, dicens, non poſſe de hoc dari rationem veram, neque arbitrari ex regula *l. hæreditatum ad leg. Falcid.* Singula ſingulis adaptantur caſibus, & ſeparatorum ſeparata eſt Juris cenſura *l. fin. de calumniat.* & hunc Cancellariæ ſtylum ſervandum eſſe in his aſſenſuum præſtationibus confirmat *Petr. Pecch. in dic. tractat. de amortizat. cap.*23. *num.*2. quem ſequitur *D. Joann. Dominic Taſſon. in Politic. Juriſdictional. obſerv. verſic.*2. *obſ.*2. *num.*117. *& ſeq. pag.*64. ubi caſus ſimiles, & ità obtinuiſſe in Regia Camera, in Collaterali Conſilio teſtatur, & ità etiam ſervari in hoc Regno magiſtraliter dicit.

Magna eſt enim conſuetudinis authoritas, ut
22 fundat idem *D. Taſſon. verſic.*3. *nu.*114. *pag.*140. & de feudo ad Emphyteuſim argumentatio fit, *Frecc. de ſubfeud. lib.*2. *n.*2. *qu.*3. *pag.*179.

Ampliatur tertiò ad effectum exactionis quindennii, ut Eccleſia dicatur manus mortua ultrà ſuperiùs notata, *Afflict. deciſ.*101. *&* 324. *Borell. ad Belug. in ſpecul. Princip. Rubr.*14. *veniamus fol.*95. *&* 96. *Amad. de Ponte de laudem. qu.*13. *num.*19. *Raudenſ. de analog. cap.*34. *n.*313. hinc meritò feudum, quod apud Eccleſiam reperitur, dicitur ad manus mortuas, ſeu perpetuas eſſe *Iſern. in cap.*1. *num.*4. *de alienat. feud. Boer. deciſ.*263. *num.*10. *Ann. in Conſtit. Divæ memor. num.*31.

Ampliatur quartò, ut dicatur manus mortua Collegium, Civitas, & Univerſitas, & quodcumque corpus Eccleſiaſticum, vel Sæculare, 23
*Mareſcott. var. reſolut. lib.*3. *cap.*3. quia ſicuti mortuus jam ampliùs non moritur, ità & prædicta Loca nunquam moriuntur, privaturque Dominus ex tali conceſſione ſaltem jure ſibi ſpe competenti, ea etenim corpora nunquam moriuntur, quamvis perſonæ, ex quibus conſiſtunt, moriantur, & deficiant *l. proponebatur ff. de judic. l. ſicut §. in Decurionibus ff. quod quicumque Univerſit. nom. l. grege ff. de legat.*1. *l. inter ſtipulantem §. Sacram. ff. de verb. obl. l. qui res §. aream ff. de ſolut.*, & vide *Lucam de Penna in l. ſi qui C. de diverſ. præd. lib.*10. nec non Seminarium adhùc dicitur manus mortua, quia dicitur Locus Pius, faciunt tradita per *Genuenſ. in prax. cap.*7. *nu.*10. *Farinacc. de immun. Eccl. cap.*16. *num.*252. *& D. Ricc. in prax. reſol.*412. *tom* 3. adeò ut gaudeant beneficio reſtitutionis in integrum, idem *D. Ricc. reſ.*416.

Ampliatur quintò, ut in re Emphyteoticaria relicta facta in aliquod opus pietatis perpetuum, 24
ut in terminis fuiſſe reſolutum per *Rotam in una Ferrarien. bonorum* 19. *Decembris* 1611. *coram Illuſtriſſimo D. Coccino* teſtatur idem *Mareſcott. loco cit. num.*19. ubi teſtator mandaverat, quòd omnes redditus ſuorum bonorum deponerentur, & ex illis nuptui traderentur puellæ pauperes uſque ad finem mundi, & cùm in ejus hæreditate adeſſent bona ſpectantia ad directum dominium Eccleſiæ Ravennaten. conceſſa dicto teſtatori pro ſe, filiis, & nepotibus, cenſuit proptereà Rota legatum fuiſſe factum in perſonas de Jure prohibitas, nam, ut ſuprà dictum eſt, Eccleſia, Hoſpitalia, & Loca Pia ſunt de Jure prohibita, quia mori non poſſunt, nec ſubeſt ſpes, quòd res ad Dominum directum unquam revertatur, & ſic illius conditio efficeretur deterior, quæ ratio pariter militat in relicto facto in opus pietatis perpetuum.

Ampliatur ſextò, ut debeatur quindennium à manu mortua Domino directo, quamvis alia
Eccleſia eſſet Domina directa æque potens, ut 26
fuiſſe dictum per eandem Rotam Romanam teſtatur *Ludoviſ. deciſ.*529.

Ampliatur ſeptimò, ut ſi alienatio rei Emphyteoticariæ duraverit puta per ſpatium 14. annorum, & poſteà reſolveretur ex aliqua cauſa, adhùc deberetur quindennium, faciunt dicta
per *Roland. conſ.*51. *num.*20. *vol.*2. ſed vide *Gra-* 27
*tian. diſcept. forenſ. cap.*180. *num.*8.

Ampliatur octavò, ut manus mortua, puta Univerſitas, ſeu Civitas, & aliud Corpus ſæculare conveniatur coram Judice Eccleſiaſtico pro ſolutione quindennii debiti Eccleſiæ, vel Clerico, vel Beneficiato teſtatur communem *Oſaſc. deciſ.*31. *num.*3. *&* 6. & in ſpecie *Amad. de Ponte in tract. de Jur. Emphyt. quæſt.*9. *in fin.* maximè ſi erat obligata ſolvere laudemium Domino cum juramento, quia juramentum accumulat forum foro, ità *Corſet. de jure jur. n.*33. *Seraphin.* latè *de privileg. juram. privil.* 97. quidquid dicat *Caſſan. in Conſuet. Burg. de retract. Rubr.*11. §.1. *verſ. loz. nu.*9. *pag.*1369. aſſerens, quòd coràm Judice Layco tantùm debeat conveniri poſſeſſor Emphyteuſis ad exhibendum Inſtrumentum acquiſitionis ipſius rei, ut cognoſcatur, quantum pro jure laudemii ſit petendum.

De-

28 Declaratur primò, ut quindennium nec debeatur ex conſtitutione annuorum reddituum ſuper re emphyteuticaria impoſitorum, ex quò ex hypotheca ſuper Emphyteuſi nullum Domino paratur præjudicium, adeò, ut nec debeatur pariter laudemium *Roderic. de ann. reddit. lib.* 1. *quæſt.*4. *num.*4. *&* 14. ubi etiam infert, quòd ſi debitor redditus vendat hypothecas redditus, tunc laudemium nec debetur Domino redditus, cùm ipſe non ſit Dominus directus hypothecarum, ſed debitor ipſe eſt Dominus hypothecarum, qui poteſt indubitanter eas alienare.

29 Declaratur ſecundò, ut quindennium non debeatur ex meliorationibus factis in re Emphyteuticaria, ſed tantùm de ipſa re; & jure Emphyteutico *Laud.conſ.*16. *num.*6. reddens rationem, quia meliorationes pertinent ad Emphyteutam, qui eas ſuo ære fecit, nè deterior ipſius conditio efficeretur.

30 Declaratur tertiò, ut ſi res Emphyteuticaria devenerit ad manus mortuas non titulo venditionis, ſed locationis de novennio ad novennium uſque ad 100. annos, ex hujuſmodi contractu locationis non debetur quindennium, & licet prima facie videretur deberi, ex quò locatio ad 100. annos dicitur alienatio argum *l. fin. ff. Si ag. vectig.& cap. ad audientiam de reb. Eccl. non alien.* & per eam transferatur jus in rem, & utilis in rem actio, *Alex. conſ.* 165. *vol.*2. *Viv. com. opin.*1007.*nu.*3. *lib.*3. adeò ut deberi laudemium ex conductione ad decennium tradunt *Fab. dec.*74.*n.*15.*Viv. dec.*474.*n.*10.*Molin.de contract.diſp.*461.*Valaſc.de jur.emphyt. qu.*13. *nu.*10. *& qu.*10.*n.*10. Tamen verè locatio ad 100. annos, vel de novennio ad novenniom, in hac materia non dicitur alienatio, cùm per eam dominium non transferatur, ut notatur ex *l.* 1. *C. de jur.emphyt.*ità *Dec.conſ.*545. diverſa enim militat ratio, nam finita locatione res emphyteuticaria ad locatorem revertitur, & ad manus mortuas non poteſt dici per talem locationem tranſiiſſe, quia durante locatione proprietas adhùc remanet apud locatorem *l.*1.*&* 2.*ff. ſi ag. vectig. & l. ſi domus* §. *fin. ff. locat.*

31 Declaratur quartò, ut quindennium non debeatur ex venditione Domus emphyteuticæ facta Eccleſiæ pro ejus ampliatione, & ratio deſumitur ex illa Juris concluſione, laudemium non deberi ex venditione, & alienatione neceſſaria *Aretin. conſ.*6. *Brun. conſ.*44. *Aufrer. ad Cappell. Tholoſ. dec.* 75. *Tiraquell. de retract. conſang.* §.29.*n.*4.*Ann.ſingul.*140.*&* 679.*Mainard.dec.*43. *& dec.*50.*lib.*4.*Coppin.de doman.Franc. lib.*3.*tit.*3. *de feud.* & alii, quos refert *Borell. in ſum. dec.tit. de laudem. n.*44. ubi *nu.*45. ſubdeclarat, neceſſarias cauſas eſſe favorem Religionis *arg. l. ſi quis ſepulchrum in princ.ff.de relig.& ſumpt. fun.* favorem libertatis *l.*1. *ubi Bald. C.de Comm. ſerv. manum.* ædificiorum publicorum intuitum *l. ſi ut proponis C.de ædific.privat. Oldrad.conſ.*161. Item & omnia, quæ ad Urbis decus pertinent, nec non & cauſam utilitatis publicæ, cujus intuitu alienationes fiunt *l. item ſi verberatum ff. de rei vindic.l.hujus ff.de evict.Mainard. deciſ.*43. *lib.* 4. & ideò quando alienatur fundus in publicum uſum, laudemii ſolutio fieri non debet, ut allegando eandem *dec.Mainard.* probat *Koppin. in Conſuetud. Andegavenſ.lib.*2.*tit.*3.*de feud.ſub n.*3. *vol.* 2. & quod laudemium non debeatur ob donationem factam Pio Loco, tradit *Thor.in ſumm. privileg. piar. cauſ. privil.* 63. qui allegat *Pyrr. Angl.in Conſuetud.Aurelian.tit.de laudem.cap.*11. hinc meritò videmus à ſimili laudemium non deberi ex datione in ſolutum neceſſaria adnotata per *Bartol. Caſtrenſ. & Fulgoſ. in l. & ideò ff. de condict furt. Afflict. dec.*191.*Dec.conſ.*160.*Jaſ.in l.fin. n.*47.*&* 48.*C.de jur.delib.Brun. conſ.*44.*Ann. dict ſingul.*579.*de Ponte de laudem. qu.*27.*& Tiraquell.de retract.conſanguin.*§.1.*gloſ.*14.*num.*10.

Imò quamvis fuiſſet conventum ſub inveſtitura emphyteutica, ut quovis modo emphyteuſis alienetur, laudemium ſolvendum ſit, hujuſmodi conventio de voluntaria, non autem neceſſaria alienatione intelligatur, ut poſt *Brun.& Cravett.* conſuluit *Roland. à Valle conſ.* 21. *lib.* 1. *Sola in Decr.Ducat.Sabaud.tit.de jur.emph. gloſ.*1. *n.*37.*pag.*33. licet ipſe perperam de hoc dubitet.

Sed pro hujus ampliationis coronide erit notandum, prout facto contigit, quòd licet quindennium non debeatur ex venditione, ſeu alienatione facta in Eccleſiam favore ampliationis ipſius, juxta ſuperiùs allegata.

Attamen illud intelligendum eſſe putarem, quotiès res emphyteuticaria venderetur, 32 ſeu alienaretur in Eccleſiam ab emphyteuta viribus Præturæ compulſo, & ſic authoritate Judicis, juxta terminos *l.ſi quis ſepulchrum ff. de religioſ. & ſump. funer.* vel ſaltem in ventre Inſtrumenti aſſereretur, venditionem fuiſſe factam favore ampliationis Eccleſiæ, secùs verò ſi ſimpliciter fuiſſet dictum à contrahentibus, rem emphyteuticam fuiſſe alienatam in Eccleſiam, nulla facta mentione alienationis neceſſariæ, & ratio videtur eſſe, nam ad cognoſcendum actum neceſſarium debet principaliter inſpici originalis cauſa, à qua derivat, non autem id, quod in conſequentiam provenit, nam ſi cauſa originalis devenit ex facto voluntario hominis abſque diſpoſitione juris, tunc diceretur alienatio voluntaria; & ideò cùm ex Inſtrumento apparebat cauſa origitaria ex mera voluntate Eccleſiæ illud ædificium emphyteuticarium emptum in profanos uſus tenere, ſequebatur omninò concludendum, ut contractus emptionis, & venditionis diceretur voluntarius, quo fiebat locus ſolutioni laudemii, & quindennii, in terminis videatur *Burg. de laudem.par.*2.*inſpect.* 1. *num.*14. *in addit.*

Ad quam opinionem firmandam eo magis me accinxi, nam ſupradictus actus voluntarius emptionis cognitus fuit ex obſervatione ſubſequuta, ex quò à die venditionis, ſeu alienationis dicta res emphyteutica alienata, ſemper fuit in hominum commercio, & ſic conducta per ſpatium triginta annorum, & ſic cùm privilegium non ſolutionis laudemii, & quindennii concedebatur Eccleſiæ pro erectione fabricæ; quæ cùm tandiù ceſſaverit, illud & pariter debet privilegium ceſſare, & intereà manutenendus Dominus directus in exactione laudemii, & quindennii, qui poſſidere reperiebatur, ex regula tàm clara, quòd ceſſante cauſa ceſſare & debet privilegium *l. ſi Tutor Reipublicæ ff. de excuſ.tut.l.cura* §. *deficientium ff.de mun.& hon. gloſ. in cap.fin. verbo ceſſaverunt* 15.*qu.*2. & in immunitate probatur, & colligitur ex *l. ſemper* §. *Nego-*

P *gotiatores ff. de jur. immunit.* Durum enim videretur, quod quis cogeretur vendere rem ſuam pro aliquo effectu, & illius exequutio differretu, ad quod propoſitum facit, quod inquit *Novar. frater in qu. forenſ.* 31. ubi firmiter aſſerit, quem non poſſe cogi vendere rem ſuam pro conſtructione, & erectione Eccleſię multò antè, quàm erectio ipſius initietur, nam gravatus in uno, in alio eſt relevandus ex *l. cùm qui ff. de jure jur. l. jure incurſum ff. de jur. dot.*

Q
EX NOVAR.

In ſumm. Bullar. par. 2. comment. 120.

De Quindenniorum ſolutione ſuper Bulla Pauli II. Pauli IV. Pii V. & Sixti V.

SUMMARIUM.

1 *Quindenuioeum materia.*
2 *Quindennium non debetur ex locatione de novennio in novennium.*
3 *Laudemium non debetur ex venditione facta pro ampliatione Eccleſiæ; adducuntur Deciſiones Rotæ num. 13. 14. & 15. ubi Rota contrarium judicavit noviſſimè.*
4 *Cauſæ neceſſariæ quæ dicantur.*
5 *Laudemium quare debeatur.*
6 *Laudemium dicitur à laudando.*
7 *Conſenſus directi Domini non requiritur in alienationibus neceſſariis.*
8 Deciſio Franc. 277. *Declara nu.* 9.
10 Fontanellæ *opinio declaratur nu.* 11. & 12.
15 Donat. Anton de Marin. *reſpondet Deciſioni Rotæ.*

1 IN prima parte Bullarum prætermiſſarum hanc materiam Quindenniorum originem trahentem ex mentionatis Bullis fusè tractavimus cum pluribus ampliationibus, & limitationibus.

2 Inter quas limitationes reperies illam, ut non debeatur quindennium, ſi res Emphyteutica deveniret ad manus mortuas non titulo venditionis, ſed locationis de novennio in novennium uſque ad centum annos, nam ex hujuſmodi locatione non deberetur, ultrà ibi allegatos, ità deciſum refert in Rota Romana, teſtatur *Rubeus deciſ.* 15.

3 Similiter nec deberi laudemium ex venditione Domus Emphyteuticæ facta Eccleſiæ pro ejus ampliatione aſſerebam ex ratione ibi aſſignata, quia laudemium non debetur ex venditione, & alienatione neceſſaria ex *Burg. in tract. de laudem. par. 2. inſp. 1. n. 13. de Ponte de laudem. quæſt. 26.* dicente, hanc eſſe communem opinionem, & concluſionem communiter receptam, eamque probat *Regens Conſtant. in l. 1. C. de vendend. reb. fiſcal. lib. 10. num. 80.* aſſerens ſufficere pro non ſolvendo laudemio contractum non eſſe voluntarium, ſequitur *Novar. frater q forenſ. 56. n. 1. lib. 1.* & ratio traditur per *Blancard. in addit. ad dic. qu. 39. de Ponte*, quia neceſſitas habet innumera privilegia, & reddit licitum, quod erat illicitum per *text. in l. aliena C. famil. herciſc. & in l. minoribus C. de præd. minor.* ſubdens, quòd, ſi ſequatur alienatio ſuadente publica utilitate, ceſſabit laudemiorum onus: Undè ſiquis favore Religionis, libertatis, pacis, & ædificiorum, quæ ad decus Urbis fiunt, vendere cogatur, non per hoc laudemium debetur, ità *Maynard. dec. 44. Coppin.* qui ſæpiùs deciſum refert. *de mot. Pariſ. lib. 1. tit. 3. nu. 14.* tenet *Fab. dec. 23. in fin. de jur. Emphyt.* ſequuntur *D. Ricc. reſol. 626. p. 1. in prax. & Novar frater in addit. ad Franch. dec. 277.* etiamſi ageretur de juris feudalis venditione neceſſaria, *Guido Papa dec. 411. n. 2.*

Cauſas autem neceſſarias declarat *Borell. in ſumm. dec. tit. de laudem nu. 44.* eſſe favorem Religionis argum. *text. in l. ſiquis Sepulchrum ff. de religioſ. & ſumpt. funer.* favorem libertatis per *l. 1. ubi Bald. C. de commun. ſerv. manumiſ.* intuitum publicorum ædificiorum *l. ſi ut proponis C. de ædific. privat. Oldrad. conſ. 161.* & item cauſam utilitatis publicæ *l. ſi item verba ff. de rei vindic. l. hujus ff. de eviction.* & pro hac opinione multa eleganter congerit *Parlador. lib. 1. cap. 3. §. 1. à n. 17. cum ſeq.* addendo *dec. Rotæ Romanæ prætenſæ devolutionis 11. Januarii* 1588. *coram Orano*, quam refert, & ſequitur *Gratian. diſc. for. c. 781. n. 6.* & ideò quando alienatur fundus in publicum uſum, laudemii ſolutio fieri non debet, *Maynard. dic. deciſ. 43. Coppin. in Conſuetud. Audegavenſ. lib. 1. tit. de feud. ſub num. 3. vol. 2.* Et quamvis Eccleſia emens Emphyteuſim, regulariter teneatur ſolvere laudemium, ut deciſum refert *Boer. dec. 321. num. 2.* & conſuluit *Menoch. conſ. 444. n. 53. vol. 5.* Attamen quando Eccleſia alio titulo, quàm favore, & intuitu pietatis nanciſcitur, nullo modo tenebitur ad ſolutionem laudemii, videatur *Pech. de amortizat. bon. cap. 21. nu. 2. Burg. de laudem. inſp. 3. par. 1. num. 16.* 4

Et ratio videtur eſſe è priori, quia tale laudemium ſolvitur ex legis diſpoſitione ex natura contractus Emphyteutici ratione conſenſus, quem Dominus directus præſtat Emphyteutæ alienare volenti, ut poſt cœteros ex methodiùs probant *Viſcont. conc Jur. verbo laudemium, Thor. in compend. dec. verbo laudemium, & Rota apud Cavaler. deciſ. 131. nu. 2.* laudemium enim datur intuitu inveſtituræ, conſenſus, & immiſſionis rei Emphyteuticæ, *Soccin. Jun. conſ. 70. num. 29. par. 3. Burg. de laudem. par. 1. inſpect. 3. num. 2.* 5

Et proindè taliter appellatur, nempè à laudando, quia dominus laudat novum inveſtitum, dum illum approbat, & confirmat *Andr. in cap. 1. §. Similiter de Cap. Corradi, Clar. in §. Emphyteuſis quæſt. 23. n. 2. Caballin. milleloq. 192. Intrigliol. de feud. qu. 93. nu. 78. Duaren. in Conſuet. feudal. cap. 14. nu. 7.* 6

Qui conſenſus directi Domini non eſt neceſſarius in venditionibus neceſſariis, ut inquit *Cephal. conſ. 699. num. 44. lib. 5.* cum aliis adductis per *Tiraquell. in tract. retract. allegat. §. 1. gloſ. 14. num. 10.* 7

Conſenſus enim in actibus neceſſariis non eſt de ſubſtantia, cùm lex arctans illum concedere dicatur, & fruſtatoria eſſet depoſitio legis id mandantis, ſi conſenſus directi Domini eſſet interventurus, quia neceſſitas ſemper actum illicitum facit licitum, ut fusè *Viv. dec. 18.* qui multas cumulat illationes.

Si igitur non eſt neceſſarius conſenſus, quia lex à ſe operatur, nec pariter ſubintrare debet ſo-

Q ſolutio laudemii fundati in dicto conſenſu ex vulgata regula, quòd ceſſante cauſa ceſſat effectus.

8 Et licet videatur ſupradictæ opinioni obſtare *dec. Franch.* 277. & poſt eum *Theſaur. deciſ.* 239. referentes contrarium deciſum, deberi laudemium directo Domino pro re vendita ad inſtantiam creditorum ſub haſta, & ſic talem venditionem quodamodò neceſſariam appellandam putant.

9 Attamen hoc procedere videtur, & reſponſio eſt facilis ex duplici ratione, quarum prima eſt, nè aperiretur via fraudibus, ex quò homines, ut evitarent ſolutionem laudemii, fingerent ſe debitores, & quando vera eſſent debita, durum eſſet, quando culpa Emphyteutæ directus Dominus privaretur juribus ſuis, cùm pœna ſuos tantùm debeat ſequi authores: Secunda eſt, quia non poteſt hæc appellari propriè neceſſaria venditio, cùm ſemper ſit origo attendenda, dum contrahendi debita fuit voluntaria, operatur, quòd venditio, quæ indè ſequitur creditorum inſtantia etiam voluntaria dicatur, cùm facto debitoris procedat, licet ſit à Judice facta, cuique in hoc partis factum cenſetur. At ubi lex arctat, & cogit aliquid fieri, tunc non poteſt dici factum ſponte *Cagnoll. in l. cum alio* 13. *nu.* 31. *ff. de regul. Jur.* & quando non poteſt recuſari, quod potitur, non dicitur ſponte factum, cùm etiam ſpontaneum non dicatur illud eſſe, ad quod quis cogi poteſt *Bertazol. in l. ſi quis major num.* 105. *C. de tranſact. poſt Dec. in cap. Marcus Frerrar. num.* 134. *de Conſtit.* voluntas enim coacta, quamvis voluntas dicatur, tamen non poteſt dici ſpontanea, & libera, ſed ſecundùm quid, *DD. in l. velle non creditur n.*2. *& 6. ff. de regul. Jur.* Undè cùm in hoc caſu venditiones Domorum factæ ſint, licet ſponte pro cauſa neceſſaria, nempè pro conſervanda, & pro amplianda Eccleſia, quibus caſibus arctatur Dominus omnimodò vendere, ut ex *Angel Florian. Cappell. Covarruu. Anton. Gam. Padill. Soccin. Franch. Gizzarell. & Giurb.* fundat *Novar. frater qu. forenſ. lib.* 1. *qu.* 32. *circ. num.* 2. & poſt eum *Regens Conſtant. cit. nu.* 89. ceſſant rationes conſideratæ per *Franch. & Theſaur.* & inſimul præſumptio fraudis, & ſic nullo jure ex tali venditione neceſſaria debetur laudemium, prout ſic apertiſſimè videtur tenere *Franch. cit. dec.* 277. ibi (hæc opinio videbatur dura, quòd ex facto, & culpa Emphyteutæ Dominus privaretur juribus ſuis) quaſi è contrario affirmet, rationabilem videri negativam opinionem, quando non ex facto debitoris provenit, eandem opinionem ſequuntur *Gratian. diſc. for. cap.* 544. *n.* 11. *&* 32. *Conſtant. loc. cit. & Novar. frater in addit. ad dict. deciſ.* 277. *Franch.* loquens favore religionis.

10 Nec pariter obſtare videtur *Deciſ. Fontanellæ* 289. aſſerentis, laudemium deberi ex venditione facta in vim compulſionis Judicis pro Eccleſia, aut alia Republica, ex quò non reperitur in Jure privilegiata Eccleſia ab exemptione ſolutionis laudemii, & in caſibus, in quibus non reperitur privilegiata in ſpecie, utitur Jure communi per *texc. in cap.* 1. *de nat. feud. in uſib. feud.* allegans *Paſ. in l.* 1. *n.* 16.

11 Nam reſpondetur primò, nam licet Eccleſia non poſſit dici privilegiata, niſi in caſibus expreſſis in Jure, tamen ſtante identitate rationis privilegia omnium extenduntur ad Eccleſias *cap. cùm dilecta de confirm. util. vel inut. & in cap. poſt translationem in med. de renunc.* latè *Vaſq. de ſucceſſ. progreſ. lib.* 3. §. 29. *n.* 7. refert *Genuenſ. in practic. Eccl. qu.* 165. *n.* 2. undè ſatis iuvat conſiderare, laudemium non deberi ex re Emphyteutica data in dotem, ſivè æſtimata, ſivè inæſtimata, quando dos eſt data ab obligato dotare, ut eſt pater exempli gratia iuxta ſcripta poſt cœteros à *Borell. in ſumm. dec. tit. de laudem. n.* 52. & tandem valet argumentum de dote ad Eccleſiam tamquàm pia, *cap. un.* §. *Donare qualiter olim poterat feudum alienari*, & Eccleſia gaudet privilegiis dotis, latè *Bartol. in l.* 2. §. *fin. ff. de donat. & in l. ſi ego ff. de Jur. dot.* refert *Genuenſ. in practic. Eccleſ. qu.* 252. *n.* 4.

Secundò refertur, nam licet ſecundùm opinio- 12
Fontanell. Eccleſia non dicatur privilegiata, extrinſecè tamen eſt privilegiata, quia ſi non expreſsè eſt privilegiata, & tacitè tamen dicitur privilegiata, regula illa, quòd laudemium non debetur ex contractu deſcendente à neceſſitate, non voluntate ex communi DD. aſſertione, quorum numerum adducit *Tiraquell. de retract. lignag.* §. 27. *contrà conſil.* 1. *nu.* 4. *Caſtill. deciſ.* 21. & certo tertius eſt neceſſariam cauſam eſſe venditionem pro ampliatione Eccleſiæ, vel Monaſterii, quia lex cogit ad vendendum pro tali effectu, *Cabed. deciſ.* 105. *Gizzarell.* latè *deciſ.* 38. *Macerat. reſ.* 112. *caſ.* 29. fusè *Genuenſ. in pract. Eccl. qu.* 241.

Quare meritò Rota Romana referente R.mo 13
D. Auditore bo: me: Alexandro Buccabella, iuxta hanc opinionem iudicavit, &c. Sequuntur duæ deciſiones.

Attamen *Donat. Anton. de Marin.* ſatis qui- 15
dem eruditè reſpondet huic ſecundæ Deciſioni, inſiſtendo primæ firmatæ pro Eccleſia, ut in *reſol.* 235. *lib.* 1. *n.* 26 *&c.*

Sed prædictis rationibus minimè obſtantibus 16
contraria opinio placuit Rotæ, confirmando poſteriorem Deciſionem ejuſdem Rotæ, ſentiendo, quindennium deberi, etiamſi fiat venditio pro ampliatione Eccleſiæ &c. Sequitur deciſio.

EX MICHAELE JUSTINIAN. R

In addition. ad Novar. ſumm. Bullar. ad Comment. 145. *part.* 1. *& Comment.* 120. *part.* 2.

De quindenniorum exactione, origine, & cauſa. Super Bulla Pauli II. Pauli IV. Pii V. & Sixti V.

Ad numer. 27. dicti Commentar. non incongruè addendum putavi, quòd ſolus Judex Eccleſiaſticus eſt competens in Cauſis Emphyteuſis Eccleſiaſticæ pro utili etiam dominio inter Laycos, *Gratian. diſcept.* 732. *n.* 16. *& ſeq.* & cenſuit *Rota in Romana Domus de Scapucciis, ſeu Romana Domus ad S. Auguſtinum coram Coccino deciſ.* 574. *tom.* 2. *& in Ravennaten. Emphyteuſis die* 28. *Martii* 1631. *coram Merlino dec.* 903. quam deciſionem refert etiam *Regens Donat. Anton. de Marin.* pius, & doctus amicus noſter *lib.* 1. *reſol. quotid. cap.* 207. *num.* 1. & ſequendum laudat his ver-

R verbi -- *ità ut in poſterum ſecundùm me nullus remanſerit dubitandi locus, ſufficit enim dicere, ego ſum certus, quid Rota deciderit*; & conſequenter Emphyteutæ Eccleſiarum, licet layci debent cogi ab eodem Judice Eccleſiaſtico ad ſolvendos annuos Canones, laudemia, & reſpectivè quindennia, ut,me inſtante, Sacra Congregatio Immunitatis Eccleſiaſticæ obſervari mandavit Domino Carolo Pellegrino Epiſcopo Avellinen, & Frequentinen in datis literis ad eundem hujus tenoris -- *Illuſtre, e Molto Reverendo Monſignor come Fratello. L'Abbate Michele Giuſtiniani con ſuo memoriale à queſta SacraCõgregazione hà rappreſentato poſſedere egli nella Dioceſi di V.S. molti Beneficii ſemplici,à quali i Laici Emfiteuti,& altri Amminiſtratori delle Chieſe,e luoghi Pii parimente Emfiteuti ricuſano di pagare gl'annui Canoni, ò ſiano rendite, ò laudemii, e riſpettivamente quindennii,che per raggione di beni Emfiteutici ſi devono al loro Titolare, & havendo ſoggiunto,che da V.S. non ſi proceda,come di raggione,per la di lui diffeſa, obliga queſta Sacra Congregazione al preſente eccitamento. Si che quando ſia vero un tale eſpoſto, riſultando in grave pregiudizio dell' Immunità, libertà e giuriſdittione Eccleſiaſtica,dovrà movere il zelo Paſtorale di V. S. à fare vigoroſamente le ſue parti di procedere contra i ſuddetti debitori, perche vèghino alla dovuta ſodisfattione,e doverà V.S.dare aviſo alla Sacra Congregatione d'havere coſsì eſſeguito, e Dio la proſperi. Roma li 27. Ottobre 1674.*

Di V. S. come Fratello.

Il Cardinale Gaſparo di Carpegna.

Il Patriarca d' Antiochia Segretario.

Inſurrexit menſibus elapſis Regius Fiſcus Neapolis, prætendens Relevia, ſivè Quindennia ab Eccleſiis feuda in Regno poſſidentibus, ſuper quarum Immunitate à prædicto onere Relevii, ſivè Quindennii doctè, & eruditè edidit nonnulla jura D. David de Scribanis Ligur Advocatus Fiſcalis Tribunalis Sancti Officii ejuſdem Regni, quæ circumferuntur per manus DD. Præſidentium Regiæ Cameræ,aliorumque Officialium, & Juriſperitorum, ad quæ remitto hujus materiæ accuratos Profeſſores, & eorum exemplar pro rei gravitate, repoſui Romæ in Celebri Bibliotheca Barbarina.

Cœterùm de hac materia Quindenniorum plura videri poſſunt apud *Theodorum Ameyden. de ſtylo Datariæ*.

S EX ANTONELL.

De temp. legal. lib.2. cap.25. n.13.

13 Notandum eſt autem, quòd quindennia ex conventione partium ſucceſſerunt loco laudemiorum, *Rot. dec.35. n.30. par.7. recentior.* non poteſt tamen Dominus directus cogere Eccleſiam ad ſolvenda quindennia,quia ea de Jure non debentur, *Andr. dec.70. n.1.*

EX NICOLIO T

Lucubr. t.1. lib.3. tit.25. §. Adeò autem n.6. in princip. verſiculo ſi verò.

Si verò non adſit venditio,ſed pura renovatio in recognitionem directi dominii,ut in quindennio, vel ſimili, non ſolvitur laudemium pro melioramentis, *Otthobon. dec.183.* eſt item notandum, quòd Emphyteuſis alienari nullo modo poteſt in manum mortuam, qualis eſt Eccleſia, quæ dicitur manus mortua, quia nunquam moritur, ut ex vi directiva rationis ſtatuitur in *cap. un. de alien. feud. in uſib. feud.* Et quò ad vim coactivam approbatur per Summum Pontificem ſecundùm Rotam, & S. Congregationem locis infrà citandis.

Ratio eſt, quia ſi Emphyteuſis alienari poſſet in Eccleſiam, quæ nec alienat, nec unquam moritur, Dominus directus nimiùm remaneret privatus, omni ſpe devolutionis, ac laudemii deſtitutus. Undè tàm Eccleſia, quàm alia quævis manus mortua cogi poteſt ad vendendum Emphyteuſim, quæ pervenit ad ipſam, licet dominium directum eſſet apud aliam Eccleſiam æquè potentem *Rot. apud Ludoviſ. dec.520. & apud Farinac. dec.368.*

Amplia primò, ut Emphyteuſis alienari non poſſit in perſonas potentes, quales ſunt Eccleſiæ, Loca Pia, Collegia, perſonæque Eccleſiaſticæ, licet in inveſtitura dictum ſit, quòd poſſit alienari, *Ludoviſ. dec.529.*

Amplia ſecundò,ut etiam Moniales,tanquàm manus mortua, cogantur vendere prædium emphyteuticum, quod pervenit ad eas. *S. Cong. 1650. 24. Mart.1.*

Amplia tertiò, ut quando bona Emphyteuſis Eccleſiaſticæ tranſeunt ad manus mortuas,ut in *limit. ſeq.* ſolvi debeat ſolitum quindennium adinſtar Beneficiorum unitorum, loco laudemii Domino directo &c.

EX NIGRO V

De laudem. tom.1. qu.12. artic.3. num.144. cum ſeqq.

Non omittam referre in pleriſque Provinciis 144
invectam fuiſſe conſuetudinem, ut ceſſent incommoda, quæ pati dicebam ſuprà directum Dominum, quotiès Emphyteuſis acquiritur ab Eccleſia, vel alia manu mortua, ſeu veriùs perpetua,nam in Francia,teſte *Gul. Benedict. in cap. Raynutius, §. Et uxorem dec.5. n.5.* poſt Conſtitutionem Philippi Pulchri, quà Eccleſiis, & Eccleſiaſticis perſonis conceſſit immunitatem, nè de acquiſitis antè eam Conſtitutionem ſolverent in futurum finantias,nec de illis cogerentur manus ſuas evacuare, niſi Eccleſia probet legitimè præſcripſiſſe eam libertatem,debet ſingulis annis quadraginta ſolvere finantiam,in Camera Computorum Pariſiis, in Hiſpania, teſte *Olib. tract. de Jure Fiſci c.7. n.15.* relato à *Franc. Hieron. Leon.dec.77. res n.6. in fin. & nu.7.* octavo, decimo, vel decimo quinto quoque anno ſolvitur

tur ab Eccleſia, & alio corpore, & Univerſitate, quæ ſucceſſiva ſtipe, ſemper eſt eadem, ea quantitas, quæ ſolveretur, ſi tunc res Emphyteutica venderetur, referens ità ſæpiùs fuiſſe Valentiæ judicatum, nuncupando eam ſolutionem Directi Domini indemnitatem, & quindennium, & eam conſuetudinem invectam eſſe in Regno Neapolitano, refert *Ricc. in ſua praxi var. reſol. cap.623. cum, nu.*8. dum reſpondit, Eccleſiam debere ſingulis quindecim annis ſolvere directo Domino Laudemium, quod ille ex temporis curſu nuncupat quindennium, & ego in Urbe vidi Inſtrumentum, quo inter Capitulum Eccleſię S. Marię Majoris, & Monachos Ciſtercienſes Congregationis Fulienſis conventum fuit, ut ratione cujuſdam horti illis relicti, ſolvere deberent, præter annuum Canonem, ſingulis quindecim annis ſcuta ſeptuaginta quinque pro laudemio, quam tamen promiſſionem credo invalidam, ſtante capacitate Eccleſiæ ad acquirendum Emphyteotica bona, ut prædixi, ac etiam quia cùm prætia varientur tempore, non potuit
146 validè obligari Eccleſia alteri Eccleſiæ ad certam quantitatem, quæ ex futuro eventu à principio eſt incerta, non ſervatis ſolemnibus neceſſariis, *cap.*1. *de reb. Eccl. non alien. in* 6. *&c.*

155 Sunt illa invecta in incommodum Eccleſiæ, ubi illa acquirit emphyteotica bona, quem uſum, ſeu veriùs abuſum dolendum eſt pati, cùm ex illo comprimarur libertas data Eccleſiis, ut dicebam ſuprà &c.

156 Alio modo poſſet conſuli directo Domino, in indemnitate Laudemiorum, ſi quotiès ad Eccleſiam, vel Univerſitatem deveniunt Emphyteotica, illa conſtituat Vicarium morientem, & viventem, ideſt quo vivente ceſſet ſolutio laudemii, & illo mortuo, electo alio, vel Emphyteuſis deficiat, vel alius nominetur, & inveſtiatur ſoluto laudemio, hac cautela uſum fuiſſe Capitulum S. Mariæ Majoris de Urbe adverti, cùm dato Communitati, & Hominibus Caſtri Ficulis Urbevetanæ Diœceſis Molendino cum terris, & vineis in Emphyteuſim ad tertiam generationem, conventum fuit, ut Molendinum aperiretur Capitulo, extincta linea unius ex Univerſitate, terræ, & vineæ pariter extinctione duarum linearum certarum perſonarum ipſius Uuiverſitatis.

X

EX CAPON.

*Contr. forenſ.*30.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſpecies proponitur.*
13 *Relevium ſolvitur pro feudis ab Eccleſiis poſſeſſis ſingulis* 15. *annis. Idem pro poſſeſſis ab Univerſitatibus.*
14 *Eccleſia dicitur manus mortua ad effectum exactionis quindennii, & alia loca pia, vel Univerſitates.*
19 *Quindemnii ſolutio ex ſimilitudine annatarum datur in emphyteuticis.*
20 *Dominus directus, non tenetur conſentire alienationi in manus mortuas.*
24 *Galliæ ſolvitur quindemnium de emphyteuticis.*
25 *Hiſpaniis ſolvitur quindemnium de emphyteuticis poſſeſſis à manu mortua.*
26 *In Regno Neapolitano ſolvitur quindemnium ab Eccleſiis.*
27 *Cathaloniæ ſolvitur quindemnium.*
28 *Noviſſimis deciſionibus fuerunt manus mortuæ S. C. condemnatæ ad quindemnium.*
29 *Patres Cartuſiani Archiepiſpopo Neapolitano ſoluunt quindemnium.*
30 *Patres Oratorii pro quindemnio debito Archiepiſcopo Canonem augerunt.*
31 *Venerabilis domus SS. Apoſtolorum fuit condemnata ſolvere quindemniũ Canonico de Januario.*
32 *Votum adducitur Advocati Ronconii, datum in Curia Romana.*
33 *Deciſio adducitur Rotæ Romanæ, cum voto Advocati Ronconii in hac materia.*
34 *Dominus directus conſentiens alienationi, non præjudicat ſibi in laudemio, nec exigendo laudemium, ſibi præjudicat in quindemnio.*
35 *Contractus licet ſuſpectus, declaratur validus ab obſervantia.*
36 *Laudemii nomen, in jure non eſt, & cur ità fuerit appellatum.*
37 *Laudemium multipliciter nuncupatur apud diverſas nationes.*
38 *Laudemium ſolet dici Tertiaria, Quartaria, Penna aurea, Quintellum, Decima, Vigeſima, Ventes, Rachatus, Accordamentum, Acapita, Relevium, capoſoldus, &c.*
39 *Laudemium ad quam rationem debeatur.*
40 *Laudemium ad quam rationem extimationis ſolvi debeat.*
41 *Quindemnium cur ſingulis* 15. *annis ſolvi debeat.*
42 *Cautela, qua uti poſſumus, quando bona emphyteutica tranſeunt ad Eccleſias.*
43 *Monaſterii conſenſus, quid importet in Emphyteuſis alienatione ad Eccleſias.*

ARGUMENTUM.

Agitur de Quindenniis.

PRO

Venerabili Monaſterio S. Petri ad Majellam.

CONTRA

Venerabile Monaſterium Monialium Sancti Antonii.

SUpponitur in facto Venerabile Monaſterium 1
S. Petri ad Majellam, Congregationis Patrum Cæleſtinorum, Ordinis Sancti Benedicti, olim domum quandam palatiatam circum circà, propè Monaſterium S. Antonii Monialium poſſediſſe tanquàm verum dominum, & patronum, quam domum de menſe Septembris 1530. ob evidentem utilitatem Eccleſiæ ſervatis ſervandis conceſſit in Emphyteuſim Domino Ferdinando de Alarohon Marchioni Vallis Siculæ pro annuis ducatis centum, cum pactis emphyteuticis, ut ex proceſſu fol.9. poſteà menſe Aprilis anno 1558. Monaſterium prædictum conceſſit alia adjacentia membra eidem Marchioni ſub annuo canone ducatorum ſexdecim fol.12. cùm verò prædicta domus eſſet perventa in dominiũ Principis Conchæ, poſſidens Monaſterium jus exigendi annuum cenſum, augumentatum in duc.131. fuit vendita domus in an.1637. ad inſtantiam creditorum ejuſdem Principis Conchæ Mo-

X Monialibus S. Antonii pro ducat.27. mille, ut ex venditione, quæ præſentatur in actis, pro qua venditione facta, ad inſtantiam Patris Procuratoris Monaſterii fuerunt liberati per Regentem Caracciolum, tunc Præſidem Regiæ Cam. ducat. quatuor centum, ut ex liberationis decreto fol..... venditio ſupponitur facta per Principem Conchæ ſine aſſenſu Monaſterii directi Domini, ut patet ex inſpectione, propterea Monaſterium S. Petri ad Majellam petiit in Curia Archiepiſcopali Neapolitana condemnari Venerabile Monaſterium Monialium S. Antonii ad duc. centum triginta unius, pro reſiduo annui Canonis, & ducatorum quatuor centum, pro quindennio, cùm elapſi eſſent quindecim anni à die poſſeſſionis, & venditionis factæ prædictæ domus, ut in proceſſu fol.1. comparitio intimatur parti fol.2. replicat pars inter alia de inſtrumento ſui crediti fol.4. adducitur legitimatio perſonæ mediante mandato facto à Reverendo P. Abbate capitulariter in perſonam D. Joſephi de Neapoli ejuſdem Ordinis fol.5. adducitur inſtrumentum cenſus annui ducatorum centum triginta unius f.6. & 8. adducitur partita exactionis ducatorum quatuor centum laudemii; quando empta fuit domus à Principe Conchæ, adducuntur ſolutiones cenſuum prædictorū annuorum 131. fol.18. & 19. & 20. ob quod fuit citata pars ad videndum relaxari mandatum de manutenendo, & tandem relaxatum, Procurator Monaſterii Sancti Petri ad Majellam inſtitit, ut Monaſterium Sancti Antonii ponat in manus vivas palatium, vel ſolvat laudemiū pro emptione, & correſpondeat de quindennio, datus fuit terminus, pro laudemii, & quindennii petitione adducuntur plures partitæ banchales ad fundandam exactionem cenſus 35. ob quod ſequeſtrari petuntur effectus Monaſterii S. Antonii pro ſolutione cenſus, & quia de cenſus ſolutione non indubitatur, nec de laudemii debito, ſolùm reſtat diſcutiendus articulus de quindennio, an ſcilicet juſtè Monaſterium S. Petri ad Majellam petat à Venerab. Monaſterio S. Antonii quindennium, elapſis annis 15. cùm non poſuerint Moniales prædictæ domum illam in manus vivas. Et à Monaſterio Monialium S. Antonii, Venerabili Monaſterio S. Petri ad Majellam ſine ullo dubio deberi aſſero &c.

13 In Regno verò uſu fuit introductum pro tali amortizatione quindennium ſolvi, ideſt ſingulis quindecim annis laudemium pro emphyteuſi, & relevium pro feudis, quæ ad Univerſitates, vel ad Eccleſias tranſeunt, ut ait *Marinus Freccia lib.2. de ſubfeudis in rubr. de auctor. Baronum nu.* 15. *Petrus Pecchius de amortizationib. c.*23 *n.*2. *Taſſon. de anteph. verſ.*2. *nu.*117. ut ſic practicatum in Regia Camera, in Collaterali Conſilio, & in toto Regno, ut ſcilicet de feudis perventis ad Eccleſias ſolvatur relevium ſingulis quindecim annis, & in emphyteuſi ſingulis quindecim annis quindennium, ergo cum magna ſit conſuetudinis auctoritas, ut fundat *Taſſon. verſ.*3. *n.*114. conſequenter ſic dicendum eſt in caſu noſtro deberi abſque ullo dubio quindennium Monaſterio S. Petri ad Majellam.

14 Quòd verò Eccleſia dicatur manus mortua ad effectum amortizationis quindennii, notat *Afflict. dec.*101. *&* 324. *Borrell. ad Bellugam in ſpeculo Principum rubr.*14. §. *veniamus*, *Amadeus de Ponte de laudem. qu.*13. *n.*19. *Raudenſis de Analogis c.*34. *nu.*313. & ſic feudum, quod apud Eccleſiam reperitur, dicitur ad manus mortuas, *Iſernia in c.*1. *n.*3. *de alienat. feudi*, *Boerius dec.*263. *nu.*10. *Anna in Conſtit. Divæ memoriæ nu.*32. ſic Collegium, Civitas, & Univerſitas, & quodcumque corpus Eccleſiaſticum, vel ſæculare dicitur manus mortua, *Mareſcott. lib.*3. *var. c.*3. ſicuti mortuus jam ampliùs non moritur, ità prædicta loca nunquam moriuntur, & ſic dominus ex tali conceſſione privatur jure ſibi competente, ea etenim corpora numquam moriuntur, quamvis perſonæ, ex quibus conſiſtunt, moriantur, & deficiant, *l. cùm proponebatur, ff. de judiciis l. ſicuti* §. *in Decurionibus ff. quod cujuſque univerſitatis nomine*, *l. grege ff. de leg.*1. *l. inter ſtipulantem*, §. *ſacram ff de verb. oblig. l. qui res* §. *arcam ff. de ſolut. Lucas de Penna in l. ſi quis C. de diverſis prædiis lib.*10. ſic Seminarium adhùc dicitur manus mortua, quia dicitur locus pius *Genuenſis in praxi c.*3. *nu.*10. *Farinac. c.*16. *de immun. nu.*252. *Ricc. in praxi to.*3. *reſol.* 412. ſic ſi res emphyteutica relinquatur in opus pietatis perpetuum, ſolvi debet quindennium, *Rota* apud *Mareſcottum ubi ſupra nu.*19. & debetur quindennium Domino directo, quamvis alia Eccleſia eſſet Domina directa ęquè potens, *Rota Romana* apud *Ludoviſium dec.*529. ſic eſt in caſu noſtro, ergo debetur quindennium per Monaſterium Sancti Petri ad Majellam.

Probatur tertio, quia licet quindenniorum 19
exactio locum habeat ad ſavorem Cameræ, & aliorum habentium jus ab ea, nè per conceſſionem Apoſtolicam eorum jura minuantur, prout conſideravit Rota Romana apud *Seraphinum deciſ.*1401. tamen quando res emphyteutica devenit ad manus mortuas, nulli dubium eſt, quin debeatur quindennium *Ricc. in praxi Curiæ Archiepiſcopalis inter antiquas deciſ. omiſſarum*, quia ubi militat eadem ratio, idem jus ſtatui debet. Ratio verò Bullarum fuit, quia aliàs non eſſet ampliùs ſpes, quòd per mortem poſſent Beneficia vacare, & annatæ non ſolverentur, quæ ratio ſimiliter militat in bonis emphyteuticis perventis ad manus mortuas, quæ nunquam per mortem poſſent redire ad dominum directum, laudemia, & alia jura non reciperentur, cùm Eccleſia, Univerſitas, vel aliud quodvis Collegium nunquam moriantur, ut benè idem *Ricc. deciſ.* 136. *n.*4. *&* 5. *Capanus p.*4. *q.*28. *n.*26. *&* *q.*34. *de jure relevii*, aſſerens quindennium ſolvi ab Eccleſia, vel Univerſitate poſſidente rem emphyteoticam, prout quotidiè practicatur, & proindè cùm in S. C. fuiſſet vendita quædam domus huic Civitati, quæ erat emphyteotica cujuſdam Abbatiæ, fuit condemnata Civitas ad ponendum domum extrà manus ipſius, *Franch.* 20
*deciſ.*659. quia non tenetur dominus directus conſentire alienationi in manus mortuas, quia fieret ejus conditio deterior, *Franch. ubi ſuprà*, nec favore piæ cauſæ conſequi poteſt exiſtimationem *Theſaur. lib.*3. *quæſtionum forenſ. q.*38. latè *Trentacinqu. lib.*3. *variar. in tit. de emphyteuſi*, *&* *Facchineus lib.*1. *controv. juris à cap.* 49. *uſque ad centeſimum*, *Borrell. in ſum. deciſionum tit.*34. *num.*414. *Mareſcott. lib.*3. *cap.*3. *per totum*, ubi *num.*17. ait, quòd ſi res emphyteu-

tica tranſit ad manus mortuas, tunc dominus directus poteſt cogere illas infrà annum ad vendendum, ut reincidat in manus privatorum, & ſubiiciatur ſolito hominum commercio, nè ſcilicet fraudentur jure ſuo, cùm manus mortua non pereat, nec habeat defectus lineæ, & ſic etiam nè privetur laudemio, videatur *Muta dec.* 10. imò ſi in conceſſione adeſſet clauſula, pro hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumq; tunc licet ex tali conceſſione poſſet tranſire res ad Fiſcum, vel ad Eccleſiam, tamen de conſuetudine tenetur etiam Fiſcus, vel Eccleſia vendere infrà annum *Gratian. cap.*481. *nu.66. Caldas de nominat. Emphyteuſis lib.*1. *qu.*19. *num.*7. & ità eſt intelligenda *Ludoviſii* 520.ubi *additio Beltrã.* ergo abſque ullo dubio debetur quindennium Venerabili Monaſterio S.Petri ad Majellam,prę ſertim cùm à principio non conſenſerit venditioni factæ per Principem Conchę Monaſterio Monialium S. Antonii,nec fuerit requiſitum,ut præſtaret conſenſum prædictæ alienationi,& an vellet præferri, ut debet fieri ſervata forma, *l. fin. C. de jure emphyteutico.*

24 Primo etenim ſic ſervatur Galliæ, ubi quando res emphiteotica acquiritur ab Eccleſia, vel alia manu mortua, ſeù veriùs perpetua, ſolvitur aliquid, *Guglielm. de Benedictis in cap. Raynutius* §. *& uxorem decif.*5.*num.*50. *poſt Conſtitutionem Philippi Pulchri de teſtamentis*, ubi fuit diſpoſitum, ut ſolverentur ab Eccleſiis ſingulis
25 quadraginta annis finantiæ in Camera computorum Pariſiis. Secundo apud Hiſpanos teſte *Olibano de jure Fiſci cap.*7. *num.*15.relato *à Franciſco Hieronymo de Leone dec.*77. *num.*6. ſolvitur ab Eccleſia ſingulis annis quindecim, ea quantitas, quæ ſolveretur, ſi tunc res emphyteutica venderetur, dicens ſic pluries fuiſſe Valentiæ deciſum, quæ ſolutio dicitur directi domini quindennium.

26 In Regno Neapolitano idem ſervatur, teſte *Riccio in praxi aurea, reſol.* 623. *num.*8. ubi ſingulis quindecim annis Eccleſia debet directo domino laudemium, quod ille ex curſu tempo-
27 ris nuncupat quindennium, & de Urbe Romæ teſtatur *Antonius de Nigris de laudemio tom.*1. *quæſt.*12. *art.*3. *num.*146. & de Cathalonia teſtatur *Fontanella de pactis nuptial. clauſ.* 4. *gloſ.*
28 12. *num.*23. *& deciſ.*289. & propterea in Sacro Conſilio cum fuiſſent conventi Magiſtri,& Æconomi Venerabilis Eccleſiæ S. Eligii Averſæ, à Venerabili Monaſterio S. Laurentii ejuſdem Civitatis Averſæ,Commiſſario Provenzali, digniſſimo S. Conſilii tunc Conſiliario, ad laudemia, & quindennia, condemnati fuerunt. Verba ſententiæ. Per hanc noſtram diffinitivam ſententiam, dicimus, pronunciamus, ſententiamus, decernimus, & declaramus ſupradictos Magiſtros, & Æconomos Venerabilis Eccleſiæ S. Eligii, nominibus, ut in actis, ut ſuprà conventos, condemnandos eſſe, & condemnari debere, prout ipſos præſenti noſtra diffinitiva ſententia condemnamus ad ſolvendum Venerabili Monaſterio S. Laurentii Actori, laudemia, ſive tertiarias liquidandas pro bonis contentis in prima, ſecunda, tertia, & quarta rubrica deſcriptis, & ad ponendum bona prædicta in dictis quatuor rubricis deſcripta, extrà manus ſuas, & in manus vivas, vel ad ſolvendum eidem Monaſterio quindennium ſalva proviſione facienda quoad bona in quinta rubrica deſcripta, ſalvis juribus contra Auctores laudatos, inſtructo proceſſu, ut in Banca Borrelli de anno 1644. cujus ſententiæ copia autentica eſt in proceſſu noſtro fol.39. Hoc ipſum fuit deciſum de anno 1640. in Aula ejuſdem quond. Provenzalis inter Monaſterium S. Laurentii, de quo ſuprà, cum Franciſco Oſia, cujus ſententiæ datur copia f.40. & per Præſidem illum doctiſſimum de Franchis idem deciſum, cujus decreti copia adducitur f.40. & à Præſide illo digniſſimo Merlino deciſum patet fol.41. & alia ſimilia decreta adducuntur f.42. per S. Conſilium facta.

Inter Eccleſiaſticos cum Eminentiſſimo, & nunquam ſatis laudato Cardinale Carrafa, & Patribus S. Martini, nam poſſidebant Patres ſylvam in Emphyteuſim de menſa Archiepiſcopali Neapolitana, ob quod fuit Eminentiſſimo Cardinali ſolutum quindennium, ut ex partitis punctualibus banchorum, refert *Novarius in collect. Bellarm. to.*1. *f.*639. 29

Sic in anno 1617. cùm deberetur quindennium per Patres Oratorii Archiepiſcopo Neapolitano pro quadam domo perventa ad eos, fuit auctus cenſus de ſumma ducatorum duorum, & tarenorum trium, ad ſummam ducatorum quatuor, qui caroleni 14. fuerunt augmentati pro dicto quindennio. Sic Clerici Regulares Barnabitæ S. Mariæ Portæ Novæ de Neapoli per Illuſtriſſimum Dominum Nuntium fuerunt condemnati ad ponendam extrà manus mortuas quandam domum emphyteoticam Monaſterii S. Martini, vel ad ſolvendum quindennium, quod decretum refert *Novar. ubi ſuprà.* 30

Sic in cauſa inter Monaſterium SS. Apoſtolorum conventum ex una, & Abbatem, ſeu Rectorem ejuſdem Eccleſiæ Canonicum meritiſſimum Reverendum D. Aloyſium de Januario Fiſci Patronum Neapolitanæ Curiæ digniſſimum, fuit in Curia Nuntiaturæ Neapolitanæ corã D. Sperello, condemnatum Monaſterium prædictum ad ſolvendum eidem Abbati quindennium, verba ſententiæ damus. 31

Alexander Sperellus Epiſcopus Eugubinus, & in præſenti Regno Nuntius Apoſtolicus in cauſa, & cauſis coram nobis in prima, ſeù alia veriori inſtantia vertentibus inter Rev. D. Aloyſium de Januario Canonicum Neapolitanum Abbatem Eccleſiæ Sanctorum Apoſtolorum hujus Civitatis ex una, & Patrem Præfectum, ac Patres conventos Eccleſiæ S. Mariæ de Porta Cœli ejuſdem Civitatis Ordinis Clericorum Miniſtrantium infirmis partibus ex altera. Viſis actis omnibus, ac partibus auditis cum eorum Advocatis, & Procuratoribus in jure, & in facto non contradictum.

Chriſti nomine invocato. Per hanc noſtram diffinitivam ſententiam, quam de voto Congregationis habitæ coram nobis ſub die 22. *currentis menſis Septembris in his ſcriptis pro Tribunali ſedentes, & ſolum Deum præ oculis habentes, ferimus, dicimus, decernimus, pronunciamus, & diffinitivè ſententiamus, prædictum Patrem Præfectum, & Patres dicti Conventus, & Eccleſiæ S. Mariæ Portæ Cœli teneri, & obligatos eſſe ad ſolvendum quinden-*

X *dennia decurſa à die 1[illegible] Julii 1597. Eccleſiæ prædictæ Sanctorum Apoſtolorum directæ Dominæ domorum emptarum per dictos Patres, & incorporatarum fabricæ Monaſterii, & Eccleſiæ præfatæ de Porta Cœli, ſivè Rev. Cam. Apoſtolicæ, vel cui de jure ad rationem ducatorum viginti quinque pro quolibet quindennio uſque ad annum 1627. & à prædicto die in antea ad beneficium dicti D. Aloyſii Abbatis, & poſſeſſoris dictæ Abbatiæ decurſa, & decurrenda ad eandem rationem duc. 25. pro quolibet quindennio, & propterea dictos Præfectum, & Patres cogendos, & compellendos eſſe juris, & facti remediis opportunis ad ſolutionem prædictorum quindenniorum, ut ſuprà reſpectivè decurſorum, & decurrendorum in futurum unà cum expenſis in præfata cauſa decurſis, & in proceſſu deductis, & ità dicimus, decernimus, declaramus, cogi mandamus, & diffinitivè ſententiamus non ſolùm iſto, ſed omni alio meliori modo.*

Ità pronunciavi Ego Alexander Epiſcopus Eugubinus Nuncius Apoſtolicus.

Antonius Blancius Auditor.

Pro D. Abbate Guariſo Act. Mag.

32 *Antonius Guglielmus.*

Sic adeſt votum Herculis Ronconii Advocati cum deciſione coram doctiſſimo Merlino, cujus verba damus.

Neapolitana Laudemii.

33 *Illuſtriſſime Domine. Nè Dominus privetur Laudemiis re exiſtente penes manus mortuas introductum fuit, ut ſingulis quindenniis ſolveretur integrum laudemium, ut in puncto tradunt Solſona in lucerna laudemiorum cellula 3. nu. 33. verſ. ſed quamvis Laicus, &c. inter Tract. magnos tom. 10. par. 2. fol. 217. ubi dicit dominum directum conſentientem rem remanere penes manum mortuam, non tamen excludi à jure petendi compenſationem, ratione amortizationis. Idemque tradit Olibanus in tract. de jure Fiſci c. 7. nu. 15. fol. mihi 140. Hieron. Leo dec. Valentina 77. nu. 6. poſt med. & ſeq. Novar. in ſumma Bullarum tom 1. tit de quindennii ſolutione nu. 16. & plur. ſeqq. Ricc. reſol. 623. n. 2. par. 1. Fontanella dec. 279. num. 11. & ſeqq. & eſſe æquiſſimum dixit Rota dec. 280. n. 4. par. 1. & poſteà rematurè diſcuſſa me informante in Neapolitana Laudemii 27. Februarii 1640. coram Rever. Domino meo Cerro.*

Hinc patet Eminentiſſimo, & Reverendiſſimo Domino meo Cardinali Spadæ, Abbati S. Mariæ Regalis Vallis, licet ejus Anteceſſor clar. mem. Cardinalis Ludoviſius conſenſerit venditioni, recipiendo laudemium, non poſſe ullo pacto cenſeri remiſſa per receptionem unius laudemii, cùm dominus directus ſi conſentiat rem remanere penes manum mortuam, non tamen excluditur à jure petendi quindennia, ut in terminis tradunt Solſona, Oliban. & Leo locis ſuprà allegatis.

Et confirmatur ratione evidenti, quia conſenſus deſumptus ex actu non extenditur ultrà limites actus, & ideò ſucceſſor in Beneficio, recipiens penſiones à conductore, non cenſetur ratificaſſe locationem pro toto tempore, ſed ſolùm pro tempore tantùm, pro quo ſolutæ ſunt penſiones illæ, & ideò licet locatio eſſet ad triennium, ſi recepit penſiones unius ſemeſtris, tranſacto ſemeſtri poteſt colonum expellere, quia conſenſus deſumptus ex illo actu receptionis, non extenditur ultra limites actus Rota dec. 2. poſt medium tit. de locato in novis, Surd. dec. 33. n. 7. & ſeqq. per totam. Puteus dec. 175. per totam lib. 1. & alii, quos ſciens omitto, ergo, & in caſu noſtro receptio unius laudemii non poterit operari ultrà quindecim annos.

Ulterius receptio iſta facta fuit à Procuratore, de cujus mandato ſpeciali non conſtat, & non præſumitur certioraſſe dominum de hac re, quæ modica erat, habito reſpectu ad magnas divitias, & negotia urgentia domini ſui Cardinalis Magnatis, & inter primos, & præcipuos Sacri Collegii, qui etiam ſemper abſuit ab Abbatia, ut latiſſimè hoc egregiè firmat Hond. in conſ. 55. n. 48. & ſeqq. lib. 1. in terminis Cardinaliũ Federici, & Petri Donati de Caſiis.

Hinc patet non refragari Burgium de laudemiis, par. 2. inſpect. 2. nu. 39. quia loquitur de approbatione venditionis, quæ cenſetur inducta per aſſenſum domini, tamen ſubjungit ex hoc non cenſeri remiſſum laudemium, ut latiùs explicat in additionibus n. 78. & ſeq. dicens in judicando, & conſulendo non eſſe ab hac declaratione recedendum, ergo multò minùs poterit cenſeri remiſſum quindennium per receptionem primi laudemii, & quia inducitur ex hoc approbatio venditionis, & remiſſio juris compellendi manum mortuam ad relaxandum, non autem quin poſſit petere futura laudemia omni quindennio debita, ut benè in puncto diſtinguit Solſona d. num. 30 verſ. ſed quamvis laicus d. to. 10. par. 2 fol 217. & tanquàm doctrina punctualis tollit omnem diſputationem. Quare &c.

Hercules Ronconius V. I. D. in Romana Curia Advocatus.

Neapolitana Laudemii.

Illuſtriſſime Domine. Petit Eminentiſs. D. meus Cardinalis Spada Abbas S. Mariæ Regalis Vallis, Quindennia, hoc eſt laudemium ſolitum ſolvi in caſu devolutionis Emphyteuſis, ut ſolvatur quolibet quindennio, nec ex eo, quòd conſentit remanere penes manum mortuam, privatur hoc jure percipiendi, cùm manus mortua non deficiat, & ceſſet devolutio, donec penes iſtam exiſtit res conceſſa, ut in puncto tradunt DD. per me adducti in præterita informatione.

Nec ad rem facit, quòd inveſtitura ſit merè hæreditaria, & pro hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque; quia ex hoc non ſequitur, quòd poſſit manus mortua retinere invito domino, ſed tantùm, ut poſſit vendere, & conſequi æſtimationem, vel retinere de conſenſu domini directi ſolutis tamen laudemio, & quindenniis, & tamen nullo modo poteſt vendere quando eſt ex pacto, & providentia, & ità intelliguntur DD. dicentes, tunc manum mortuam eſſe capacem Emphyteuſis, ut nempè ſit capax ad effectum tamen vendendi, & conſequendi æſtimationem, ut in ſpecie declarat Molina de contract. diſp. 482. n. 3. Cavagnol. dec. conſult 48. num. 17. lib. 1. & Rota noſtra in Mediolanen. bonorum 5. Julii 1634. coram bon. mem. Merlino, ut in copia, quæ datur.

Tantò magis, quia non eſt quæſtio nunc de capacitate Eccleſiæ, quia Eminentiſſimus D. Cardinalis non inſtat pro dimiſſione rerum, ſed ſolùm inſtat pro quindenniis, quæ ſemper debentur à manu mortua,

reti-

X *retinente rem emphyteuticam, nè dominus commodo laudemiorum privetur ex adductis in præterita.*

Hercules Ronconius in Romana Curia Advocatus.

Mediolanen. Bonorum.
Lunæ 3. Iulii 1634.

POſtquàm per duas deciſiones coram me in hac cauſa emanatas, reſolutum fuit bona Lignani ad directum dominium Capituli, & Primicerii Mediolanen. non potuiſſe ex titulo teſtamenti Nicolaum Emphyteutam transferre in fabricam S. Celſi. Ideoque factum fuiſſe locum devolutioni bonorum, & ſententias ſuper devolutione in partibus emanatas confirmandas eſſe. Hodiè dubitavi an dicta ſententia quoad bona S. Victoris potuiſſe quidem tranſire in fabricam, ſed illa teneri intrà annum dicta bona transferre in perſonam privatam, & per dominos, Capitulo tantùm informante, reſolutum fuit, ſententias etiam quoad hanc partem eſſe confirmandas, certa eſt enim concluſio, quòd bona emphyteutica etiam hæreditaria, & tranſitoria in extraneos, & quando per Eccleſias, & loca pia poſſunt acquiri, tamen retineri non poſſunt, ſed debent remitti, & transferri in perſonas privatas intrà annum, recepto pretio, ſeu æſtimatione dictorum bonorum, quia alioquin ſi Eccleſiæ, & loca pia poſſent habere, & retinere rem Emphyteuticam, dominus directus, qualis eſt Capitulum Mediolanen. nimis gravaretur, dum bona ad ipſum nunquam reverterentur, Eccleſia quippè non moritur, ceſſaret ſpes devolutionis ex capite lineæ finitæ, & ex quocumq; alio capite, nec non, & laudemiorum cum Eccleſia alienare prohibita, & durior fieret domini directi conditio, dum foro, & privilegiis ipſius Eccleſiæ ſubiiceretur, & obſervari tradit Specul. in tit. de emph. qu. 117. n. 134 cui conſuetudini multum etiam favet Tex. in §. 1. verſ. ſi verò contigerit. Auth. de alienen. emph. Clarus in §. emphyteuſis q. 33. in fin. Cald. de jur. emph. Aldobr. conſ. 43. n. 1. & ſeq. lib. 2. Molin. de contract. diſp. 459. n. 6. & ſecundùm hanc conſuetudinem ſæpè judicavit Rot. ut in dec. 261. n. 5. in fin. & dec. 280. n. 5. ex dec. 603 per tot. par. 1. rec. & fuit latè deductum in Ferrarien. bonorum 9. Decemb. 1611. cor. Rev. D. meo Decano, quæ eſt impreſſa per Amat. dec. Ferrar. 51. & in aliis cumulatis per addentes ad S. M. Greg. XV. dec. 520. n. 4. & in Tuſculana donationis 30. Maii 1633. coram Rever. meo Mormanno.

Non obſtat, quòd quando Emphyteuſis eſt hæreditaria, & tranſitoria ad quoſcumq; extraneos, tùnc Eccleſia dicatur illius capax, & videtur tenuiſſe Rota in d. dec. 261. nu. 7. in princip. & dec. 280. num. 3. par. 1. recent. & firmant addentes ad San. Mem. Greg. XV. dec. 520. n. 14. verſ. limitatur primò, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 481. n. 65. ubi alias deciſiones allegant, præſertim ubi verſamur in Emphyteuſi, quæ non ſit aperta directo Domino, & ubi non adeſt prohibitio expreſſa alienationis in loca pia, vel alias perſonas prohibitas, his enim concurrentibus, quòd de ſolo domini directi præjudicio ageretur, & quòd expreſſa prohibitio extat non alienandi in perſonas mortuas, tunc nec etiam alienationis capax eſſet Eccleſia, ut in aliis deciſionibus in hac cauſa fuit concluſum, dum ageretur de bonis Lignani.

Quoniam prædictæ DD. auctoritates, & DD. deciſiones, vel procedunt ſolùm in terminis juris communis, ſecùs autem attenta generali conſuetudine, de qua per Speculat. & alios ſuperiùs allegatos, benèq; id ſuadetur ex dictis deciſionibus 260. nu. 7. in fine, & dec. 280. n. 5. par. 1. recent. In quibus dicitur ceſſare difficultatem, quia Eccleſia parata erat Emphyteuſim vendere, & transferre in perſonam privatam, & ità declarat etiam Gratian. cap. 881. n. 65. & diſtinctiùs firmavit Rota in Romana domus 5. Martii 1625. coram Seleucenſ. vel certè ſunt intelligendæ, ut Eccleſia poſſit quidem acquirere, ſed non tamen retinere in perpetuum, nec reſpectu permanentis, & irrevocabilis acquiſitionis, at ſolùm ad effectum conſequendi pretium, & æſtimationem, ut per Alexan. conſ. 120. lib. 1. nu. 4. & ità etiam tradit Cavagn. conſ. 48. num. 8. & declarat Gratian. d. diſcept. 481. nu. 68. & meliùs Rota in præallegata Romana domus coram Seleucien. in qua habetur hunc eſſe germanum intellectum d. dec. 261. & 280. par. 1. recent. licet enim Emphyteuſis ſit hæreditaria, & tranſitoria ad quoſcumque etiam extraneos, hoc tamen debet intelligi, dummodò ex tali tranſitu deterior non evadat conditio alterius Eccleſiæ dominæ directæ, ità ut ſi primus acquirens, & alii ſucceſſores erant morituri, & facilis conventionis, nec prohibiti alienare, ejuſdem etiam qualitatis, & naturæ ſint cæteri omnes ſucceſſores, adeò ut ſemper in favorem domini directi ſpes aliqua vigeat reverſionis, & laudemiorum, nec ei præjudicium inferatur ex prohibitione alienandi, quam habent Eccleſiæ, & loca pia per Extravagantem ambitioſæ de rebus Eccleſ. non alien. ex difficultate conveniendi emphyteutam, & prærogativa ejuſdem emphyteutæ, qui vel tanquàm locus pius, vel tanquàm Univerſitas multis potitur privilegiis, circà reſtitutionem in integrum, forum excuſationis, & alia, quæ in notabilem Eccleſiæ dominæ directæ jacturam tenderent. Addebant Domini, quod per iſtam facultatem vendendi retento pretio ab eadem Eccleſia, quæ cogitur vendere omnibus, conſultum eſt Eccleſiæ Dominæ directæ, quia illius emphyteuſis perſeverat in vaſſallis mortuis, nè dimittatur ſpes laudemii, & devolutionum, nec forum, conſultum eſt etiam Eccleſiæ, ſeù loco pio, in quem tranſivit Emphyteuſis, quia habet tantumdem, nempè pretium, undè hæc opinio tanquàm plena æquitatis, & nulli obfutura, omninò, videtur retinenda, præſertim ab Eccleſia, quæ viciſſim hac eadem æquitate, & conſuetudine, contra alias Eccleſias, vel loca pia, & Univerſitates aliquando libenter, ut etiam, & ſe æquitatis ſedulam cultricem profitetur.

Neque dicatur fabricam S. Celſi non eſſe Eccleſiam, quia multò fortiùs intrat doctrina Speculatoris, quæ procedit in quocumq; Collegio, & loco tàm Eccleſiaſtico, quàm laicali, in quibus militant rationes ſuprà ponderatæ de præjudicio Domini directi, Ruin. conſ. 422. num. 3. Aldobran. conſ. 43. n. 12. lib. 2. Cavagnol. conſ. 48. n. 2. & ſeq. lib. 1. & dixit Rot. in præallegata dec. 693. nu. 2. par. 1. rec. & coram San. Mem. Greg. XV. dec. 829. n. 5. & in Ferrarienſ. bonorum 9. Decembris 1611. coram Reverendiſſimo D. meo Decano. Et ſat eſt, quòd fabrica S. Celſi ſit locus pius, actus pietatis exercens, Ordinarii auctoritate fuerit erectus, Jure, & privilegiis loci Eccleſiaſtici fruatur, & prohibitus alienare, prout diſcretis verbis, & loca

pia

X *pia prohibentur alienare in Extravaganti ambitioſæ de reb. Eccleſ. non alien. & notat Ladercb. conſ.* 179. *n.* 3. *ſic enim ceſſat ſpes illa devolutionum, & laudemiorum ſuprà enumerata.*

Et ità reſolutum fuit, quæ deciſio eſt apud Merlinum to. 2. deciſ. 649.

34 Neque dici poteſt, quòd non eſt locus petitioni quindennii, iam quòd Monaſterium S. Petri ad Majellam tempore venditionis domus prædictæ recepit laudemium, per quam receptionem cenſetur approbatus contractus, ut veniret ad manus mortuas ex doctrina *Mauri Burgii de laudemio par.* 2. *inſpect.* 2. *nu.* 39. *& Amadei de Ponte in eodem tract. quæſt.* 15. *num.* 1. ergo non tenetur ad quindennium.

Reſpondeo enim primo, cum eiſdem Doctoribus, quòd quando dominus directus poſt venditionem factam recipit novum Dominum utilem in emphyteutam, & tunc ſibi præjudicavit in laudemii, ſeù quindennii exactione, vel ſimpliciter conſenſum dedit, & tunc ſibi non præjudicavit à petitione quindennii, quia cenſetur conſenſiſſe ſalvis ſuis juribus, ut idem *Burgius, & Amadeus* dicunt. In caſu verò noſtro præterquàmquod non fuit datus aſſenſus à Venerabili Monaſterio S. Petri ad Majellam, petitum tamen fuit laudemium, cùm domus ad manus mortuas perveneri, quæ petitio cenſetur facta ſine præjudicio jurium quindennii. Et ſi conſiderari poteſt præjudicium, ſolum in eo cadit, ut præjudicatum fuerit Monaſterium in facultate amortizationem tollendi ſcilicet, ut poneretur palatium extrà manus mortuas, cùm fuiſſet in facultate ejuſdem Monaſterii, vel petere, ut ponatur res in manus vivas, vel petendi quindennium, conſentiendo verò Dominus, ut ſit in manus mortuas, non præjudicat ſibi in quindennio, *Salſon. in lucerna laudemiorum cellula* 7. *num.* 33. *verſ. ſed quamvis laicus, Oliban. de jure Fiſci c.* 7. *n.* 15. *Hieronym. de Leo dec.* 77. *n.* 6. *Novarius in ſumma Bullarii tom.* 1. *in tit. de quindennii ſolut. n.* 16. *Ricc. d. reſol.* 623. *num.* 3. *par.* 1. *Fontanella dec.* 279. *nu.* 21. Et hanc eſſe æquiſſimam ſententiam dixit *Rota dec.* 280. *n.* 4. *par.* 1. *recent.* Cujus ratio eſt, quia conſenſus acceptus ab actu, non extenditur ultrà ejus fines, *l. non omnis ff. ſi cert. pet. l. ſi iis, qui in fin. ff. commodati.* Hinc dicimus ſucceſſorem in beneficio, recipientem penſionem à conductore, non intelligi ratificaſſe locationem pro toto tempore, ſed ſolum pro tempore penſionis ſolutæ, & ideò etiam ſi locatio eſſet per triennium, & reciperet penſionem unius ſemeſtris præteriti, tranſacto ſemeſtri poteſt conductorem expellere ob rationem ſuprà traditam, *Rota dec.* 2. *in tit. de locat. in noviſ. Surd. deciſ.* 33. *nu.* 7. *& ſeq. Puteus deciſ.* 175. *lib.* 1.

Reſpondeo ſecundo, quòd licet exactum ſit quindennium à Venerabili Monaſterio S. Petri ad Majellam, non potuit per hoc præjudicari in exactionè quindennii jam acquiſiti, & debiti vigore Bullarum, de quibu ſupra, cùm non potuerit Prælatus per ſe, vel per Procuratorem exigendo præjudicare Eccleſiæ in juribus quæſitis ex *Jaſonis doctrina in l.* 2. *nu.* 130. *C. de jure emphyteutico, Rota in recentioribus, par.* 1. *dec.* 265. *nu.* 5. tùm quia in præſenti Monaſterium petiit laudemium, & quindennium, nec potuit præjudicare Prælatus, & diſponere de quindenniis futuris in præiudiciū ſucceſſorum prædicti Monaſterii *cap.* 1. *qui ſucceſſ. teneantur, cap. precariis de precario. Alvarot. in d. cap.* 1. *qui ſucceſſores num.* 2. hoc enim permittitur domino in præiudicium hæredis, quia Prælatus non eſt hæres Prælati, quippè qui non per ſucceſſionem fit, ſed per electionem, ut benè *Alvarotus ubi ſup.*

Quare idem *Burgius ubi ſuprà num.* 78. *& ſequent. in addit.* ait, quòd licet recipiendo laudemium, cenſeatur approbatus contractus, non per hoc intelligitur remiſſum laudemium; *Niger. quæſt.* 27. *tom.* 2. *num.* 27. *& quæſt.* 77. *per tot. tom.* 2. nec quindennium dico ego per exactionem primi laudemii, ſed ſolum ex hoc arguitur præjudicium cogendi manus mortuas ad ponendum bona in manus vivas, & non circà petitionem quindennii futuri, ut benè *Salſona ubi ſuprà n.* 3. *verſ. ſed quamvis laicus,* ergo ex omni capite condemnari debet Monaſterium Monialium S. Antonii ad ſolvendum quindennium jam maturatum, & ad continuandum ſingulis quindecim annis.

Quare ſi eſt verum, quod aſſerunt DD. prout 35
veriſſimum eſt, quod contractus ſolutiones, &c. licet ſint ſuſpecti, tamen non debent judicari invalidi, & ſuſpecti, quando eſt conſuetudo Regionis, ex qua frequentatur, ex notatis per *Rovit. in pragm.* 1. *de uſuris n.* 11. *per Koppen. q.* 22. per eundem *Rovitum in pragm.* 5. *de cenſibus num.* 130. & per *Theſaurum deciſ.* 78. & per *Oſaſchum dec.* 143. *Miſſingerium centur.* 6. *obſerv.* 71. cur poſitis tot judicaturis non debetur quindennium eidem Monaſterio S. Petri ad Majellam, vis enim exempli magna eſt, quia de jure nobis erant incognita jura quindenniorum, *Seraphinus dec.* 1410. Sed ad exemplum eorum, quæ ſunt pro annatiſtis excogitata, ſunt inventa ad commodum Eccleſiæ quando recipit bona in Emphyteuſim, ut benè *Niger de Laudemio qu.* 12. *art.* 3. *à nu.* 153. ergò debetur poſita tali conſuetudine ſolvendi.

Quod probatur clarè, quia laudemium, ſeù 36
laudimium in iure non reperitur, nec apud latinos ſcriptores, ſed originem ſumpſit ab ultramontanis, teſte *Amadeo de Ponte de laudemio in principio,* & eſt nomen Barbarum dicit *Caldas Pereyra de renovatione Emphyteuſis qu.* 2. nam in iure appellatur quinquageſima *l. fin. C. de jure emphyteutico, ubi Jaſon. num.* 39. *Julius Clarus in §. Emphyteuſis q.* 23. *Maurus Burgius de Laudemio inſpectione* 1. *n.* 7. Alii dicunt fuiſſe Laudemium dictum à verbo laudo, quod idem eſt, apud antiquos ac nominare, & agnoſcere *Gellius lib.* 2. *cap.* 6. *Bernardus Valſeranus Miſcell. juris lib.* 1. *cap.* 32. quia Dominus rei emphyteuticæ debet nominare, & agnoſcere dominum ſoli, & ab illo rem emptam accipere *Renatus Coppin. de legibus Andium lib.* 1. *cap.* 4. & talis recognitio vocatur donativum, *Alciatus lib.* 1. *Parergon. c.* 45. *Franciſcus Beccius conſil.* 2. *Gratian. cap.* 180. *Galganetus de differentiis individui §. laudari, Fontanella dec.* 281. *Niger qu.* 1. *to.* 1. *Fulgineus de laudemiis par.* 1. Alii dicunt eſſe ortum hoc nomen laudemium, à verbo Gallico laudes, quo ſignificantur ſubiecti, ut ex *Gregorio Turonenſe colligitur lib.* 9. *pactione Chidelberti.* Ideò vectigal illud,

X quod penditur in ſignum recognitionis à ſubdito, nuncupatur laudemium, Bertrandus de Argentei de laudemio cap.2. Borrellus de Magiſtratibus lib.4. cap.1. num.26. Iſernia in Conſtitutionib. lib.3. tit. de morte Baronum in principio. Alii dicunt dici laudemium ab eo, quòd emphyteuta laudari, & approbari debet à domino directo Afflict. in c.1. §. Similiter de Capitulis Corradi n.14. Aponte de laudemio qu.1. nu.3. Paponius ad Conſuetudines Burgundiæ de cenſibus §.395. Gratian. d. cap.180. Caldas de extinctione Emphyteuſis lib.4. cap.16. Camillus Borrellus to.1. deciſionum tit.35. de laudemio, Scabini Lipſienſes conſultatione Saxonica de contractibus qu.26. Peguera cap.3. Regis Petri in Curia Cervaſiæ n.2. in fine.

Si ergo ex conſuetudine venit laudemium appellatum, cùm à jure quinquageſima pars dicatur, & à conſuetudine etiam dicatur quindennium, & à jure amortizatio competat, perinde eſt, acſi utrumque deberi omninò debeat.

37 Hinc ſolitum fuit laudemium multipliciter appellari, nam quælibet Provincia ſicuti proprias ſibi facit conſuetudines, quibus regatur, §. Ex non ſcripto §. Sed jus quidem Inſtitut. de jure naturali, gentium, & civili, & illas ſibi ſervari magnifacit l. obſervare §. Ingreſſus ff. de officio Proconſulis, & natio quælibet proprios habet mores l. quod ſi nolit 31. §. Qui mancipia ff. de ædilitio edicto, ità unaquæque regio ſua habet vocabula, Iſern. in cap.1. §. ſi mulier. de Capitulis Corradi.

Primo nuncupatur ab aliquibus tertiaria, ſeù terzerum, ſeù quartaria, ſeù tertia, vel quartæ venditio, quia talis portio pretii domino datur, ut novum accipiat emphyteutam, ſic nuncupatur ab Afflict. in cap. Imperialem §. Illud de prohib. feudi alienatione per Federicum nu.14. Frecc. de ſubfeudis lib.2. §. Pluribus, n.80. Joannes Raynaudus in ſuo compendio [illegible] feudali §. Præterea ſi quis n.32. Jacobinus à S. Georgio de feudis § Quindennium n.58. Theſaur. dec.139. Sforzaodus conſ.4. n.18 Follerius de cenſib §. Hujuſmodi n.52. Borrell. lib.4. de Magiſtratib. cap.1. num.33. In Catalonia teſte Ludovico Peguera in Cap.3. Regis Petri præludio 3. adeſt Statutum loquens de tali terzero.

Solet alibi vocari penna aurea, quia dominus directus tantum debet conſequi conſentiendo alienationi factæ, quod ſufficiat ad conficiendam pennam auream, qua ſubſcribitur contractus, ità Afflict. in d. c. Imperialem, §. Illud quoque de probib. feudi alien. per Federicum, Amadeus de Ponte de laudemio qu.1. n.3.

Apud Venetos vocatur Quintellum in lib.6. c.4. Statutorum Venetiarum, & ait Pinellus in l.1. C. de bonis, n.62. verſ. quod obſervabat.

38 Alibi decima ad exemplum ejuſdem decimæ, quæ debetur Deo, ejuſque miniſtris de omnibus bonis licitè quæſitis Surd. dec.31. nu.5. Maſtrill. dec.87. Intrigliol. centur.2. cap.5. de feudis num.940. & ſingul.92. Burſat. conſ.127. num.53. ut ait à Siculis, Mantuanis, Ferrarienſibus, & aliis decimam appellari.

Parmæ vocatur vigeſima, Ludov. Sacc. conſ. 65. n.451. In Regno Luſitaniæ dicitur Quadrageſima, ut in Ordinatione Regia illius Regni lib.4. tit.83. vulgò quaranteſima, ubi Emanuel Barboſa in commentariis n.51. cum ſequentib.

In aliquibus Provinciis Galliæ laudemia appellantur Ventes, Faber. in §.1. Inſtit. de emption. & vendit. Caſſaneus ad Conſuetudine Burgund. rub.11. Beltrand. Argenteus ad Conſuetud. Brittan. art.59. Io: Salſon. ad Conſuet. Turonenſes in tit. de recapit. & ventes art.15. Boer. ad Conſuet. Bituricenſes §.18. gloſ.1. Aymon. ad Conſuet. Alverniæ tit.16. art.1.

Apud alias nationes vocatur Rachatus, Boerius ubi ſupra tit.1. §.12. gloſ.2. & tit.4. §.5. gloſ. 1. alibi accordamentum, Boer. Salſon. & alii ubi ſupra, alibi vocatur Foriſcapium, Cappella Tholoſana dec.75. Franciſcus Salſon in Lucerna laudemiorum præludio 4. n.4. alibi vocatur Quintedenier, Caſſaneus in rubric.3. §.8. n.32. Gerard. Maynard. dec.45. quia foris, & extra pretium capitur, alibi vocatur Acapita, Guglielmus de Benedictis in cap. Raynutius in verbo mortuo, itaq; el ſecondo de teſtamentis. In Italia alicubi vocatur Relevium c.1. verſ. recepto lib.3. tit.25. de morte Baronum, & ideò dici Relevium, quaſi relevans, & adjuvans Dominum, & alibi vocatur Capoſaldus, ut in agro Urbevetano, & ſic fuit nominatum à Bald. in Auth. ſi quas ruinas C. de Sacroſ. Eccleſ. & ab Alexand. conſ.14. lib.5. & ſic nominatur in agro Ferrarienſi, ut ait Riminal. junior conſ.1. nu.49. Proſper Paſſetta conſ.4. & in agro Veroneaſi teſte Alexandro conſ.50. lib.5. Sola ad Statuta Sabaudiæ de Emphyteuſi gloſ.2. n.31. alibi laudemium appellatur annata. Alibi ut Cataloniæ appellatur Fatica, alibi Theloneum, de quibus nominibus latè Maurus Burgos par.1. inſpect.1. de laudemiis, Blancus de laudemiis in notis ad Amadeum de Ponte in nota 1. Franciſcus Salſon in lucerna laudemiali præluд.4. n.3. Renat. Coppin. de legibus Andium lib.11. c.4. Dionyſius Pontan. ad Conſuetudines Bloſſenſes tit.6. de obſerv. feudorum art.69. Peguera in prælud.3. ad caput.3. Regis Petri n.70. Bertrandus ad Conſuetudines Argenteren. tract. de laudemio cap.1. Maynardus deciſ.45. lib.4. Intrigliol. ſingular.96. lib.3. Antonius Niger de laudemiis qu.1. in fin. Fulgineus de laudemiis qu.1. in princ.

Quæ debetur domino ad rationem duorum ſcutorum pro quolibet centenario, l. fin. C. de, emphyteut. Clarus in §. Emphyteuſis qu.23. niſi ex pacto, vel conſuetudine aliter ſervaretur, quia aliquibus locis nihil ſolvitur, Rodoanus de reb. Eccleſ. non alienan. fol.378. in aliis locis ſolvuntur quinque pro centenario valoris rei, & alibi minus, quia pacta emphyteutica ſunt ſervanda l.2. C. de jure emphyt. ſic poſita conſuetudine ſolvendi plus, vel minus Rota dec.150. p.1. inter Recentiores, niſi aliter Princeps diſponat, ut de Civitate Ceſenæ determinavit Pius IV. teſte Rota dec.381. coram Buratto recedendo ab eo, quod dixerat apud eumdem Burattum deciſ.435. & ſolvi debet habito reſpectu ad valorem rei tempore inveſtituræ, non verò tempore ceſſionis, Vivius dec.496. par.3. Amadeus cap.8. Burgius inſpect.6. par.2. Fulgineus qu.8. nu.23. nec tenetur dominus directus ſecundum emptorem inveſtire, niſi ſoluto laudemio prædeceſſorum, ut ait Franch. dec.430. Maſtrill. dec.171. Fulgineus qu.2. in fine, Niger de laudemio qu.7. art.6. 39 40

Cum ergo laudemii, & quindennii ſolutio bonam partem ſuæ originis à conſuetudine ſortiatur, ut probatum huc uſq; eſt, & conſuetudo ſit apud Tribunalia tùm ſæcularia, tùm Eccleſiaſti-

ca

X ca ſolvendi quindennia, ut probavimus, ſine ullo dubio dici debet Monaſterium Monialium
41 S. Antonii condemnandum fore ad quindennii ſolutionem, Ratio verò cur per 15. annos, & non ad aliud tempus fuerit taxata ſolutio, multiplex eſt, & omiſsis pluribus, de quibus *Petrus Burgi de myſter. numerorum in c. de num.*15. nec non omiſſis illis, quæ de temporis Curriculo conſtituerunt Imperatores Valentinus Theodoſius, Archadius in *l. omnes C. de operis publicis, & in §. Sancimus Auth. de Sanctiſſimis Epiſcopis*, volentes omnes, quibus operum publicorum cura demandata eſt, uſque ad annos 15. ab opere perfecto cum ſuis hæredibus teneri ſi quid damni ex operis vitio acciderit, & quod Decurio, & cohortalis non poſſit eligi Epiſcopus, vel Clericus, niſi per annos 15. tranſegerit vitam monaſticam in Monaſterio, ſic ut ex pretio fructuum, qui colliguntur ex fundo per 15. annos, probetur illius æſtimatio, & prætium *l. ſi quis argentum*, §. *Similiq; modo C. de donat.*

Putat *Cæpolla de ſimulat. contractuum, nu.*57. non poſſe reddi rationem dictæ Conſtitutionis. Alii putant rationem fuiſſe à Tacito in vita Agricolæ aſſignatam, quia is temporis decurſus ſit magnum vitæ temporis ſpatium, & cum tanto tempore mutatio potuerit accidere, indè factum eſt, ut quolibet quindennio ſolvatur annata beneficiorum, & illorum exemplo idem fuerit conſuetudine receptum in Emphyteuſi, quæ cùm ab origine gratis concedatur, dici poteſt etiam illa beneficium, tanquàm benevola actio tribuens gaudium capientibus, teſte *Seneca de beneficiis, lib.*1. *cap.*16. alias rationes refert *Antonius Niger quæſt.*12. *de laudemio art.*3. *à num.*153.

42 Nec prætermittenda eſt alia cautela, qua uti poteſt dominus directus in indemnitate laudemiorum, quoties ad Eccleſiam, vel Univerſitatem deveniunt bona emphyteutica ſcilicet, ut illa conſtituat Vicarium morientem, ideſt quo vivente ceſſet ſolutio laudemii, & illo mortuo, electo alio, vel Emphyteuſis deficiat, vel alius nominetur, & inveſtiatur ſoluto laudemio, qua cautela uſum fuit Capitulum S.M. Majoris de Urbe, dum dato Communitati Caſtrificulis Urbevetanæ Diœceſis Molendino cum terris, & vineis in Emphyteuſim ad tertiam generationem, conventum fuit, ut Molendinum aperiretur extincta linea unius ex Univerſitate, terræ, & vineæ pariter exinctione duarum linearum certarum perſonarum ipſius Univerſitatis, ut benè conſuluit *Niger de laudem. tom.*1. *qu.*13. *art.*3. *in fin.*

43 Nec dici poteſt Monaſterium S. Petri ad Majellam conſenſiſſe, ut domus, de qua agitur, iret in Monaſterium S. Antonii, quia tantum abeſt, quod non conſenſit, ut nec fuerit vocatum ſervata forma juris ſcilicet *l. fin. de jure emphyt.* conſequenter dicendum eſt, vel Monaſterium S. Antonii debere ponere domum in manus vivas, vel ſolvere quindennium omni iure obſervantia debitum, ut ſuprà. Quod ſperat ex integritate Domini Reverendiſſimi Vicarii Generalis Neapolitani. Die 1. Martii 1654.

Hæc eſt adhuc ſub Judice ex negligentia Monachorum.

EX CAPON. Z

Contr. forenſ. 31.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſpecies proponitur.*
2 *Conceſſio facta per Monaſterium Sancti Gaudioſi ad beneficium Monaſterii Sancti Agnelli adducitur.*
3 *Libellus ad quindennium, qualis eſſe debeat.*
4 *Laudemium, & quindennium, an debeatur ex alienatione peo ampliatione Eccleſiæ.*
5 *Quindennium non debetur, ſi fiat conceſſio à manu mortua, in manus mortuas.*
6 *Quindennii actio quarè introducta, & quomodò.*
7 *Quindennii petitio, ut locum habeat, quid requirat.*
8 *Eccleſia capax Emphyteuſis an ſit, & an tunc locum habeat quindennium.*
9 *Annatarum ſolutio qualiter fiat, & quare.*
10 *Eccleſia eſt capax Emphyteuſis; & quare.*
11 *Eccleſia poteſt eſſe incapax Emphyteuſis, per pactum appoſitum in limine conceſſionis.*
12 *Quindennium non debetur, quando conceſſio ſit à manu mortua ad aliam manum mortuam.*
13 *Relevii ſolutio qualiter ſit ex feudis Eccleſiis conceſſis.*
14 *Argumentum valet de feudo, ad Emphyteuſim.*
15 *Eccleſia alienans in Eccleſiam, non petit quindennium.*
16 *Eccleſia alienans in privatum, & privatus in Eccleſiam, an, & quando debeatur laudemium.*
17 *Eccleſia quando capax ſit Emphyteuſis.*

EPITOME.

Quindennii ſolutio quo iure probetur, qualis libellus pro illo conſequendo, Eccleſia dans in Emphyteuſim manibus mortuis, quindennium non habet, at ſi in manus vivas, & proteſtetur legitima proteſtatione, in principio contractus, habebit quindennium, ſi ſit incapax Emphyteuſis. In dubio tamen non eſt Eccleſia incapax Emphyteuſis, & quare.

PRO
Venerabili Monaſterio Sancti Agnelli
de Neapoli.
CONTRA
Venerabile Monaſterium Monialium
Sancti Gaudioſi, eiuſdem
Civitatis.

Reverende Pater. Non credo poſſe dubitari, 1
quin non veniat revocanda ſententia lata per Curiam Illuſtriſſimi Domini Nuntii, qua fuit condemnatum Monaſterium S. Agnelli de Neapoli Ord. Canonicorum Regularium S. Salvatoris ad ſolvendum Monaſterio Monialium Sancti Gaudioſi laudemia, ſeù quindennia liquidanda pro prætenſo ſolo olim conceſſo per ipſas Moniales ipſis Canonicis ſub natura, & pactis em-

1 emphyteuticis, cùm ipſæ Moniales careant om-
ni iure, omnique actione illa petendi.
2 Verum enim eſt, facto per inſtrumentum præ-
ſentatum ab ipſiſmet actricibus apparere de an-
no 1581. eas conceſſiſſe ipſis Canonicis Regu-
laribus quoddam territorium, ubi nunc ſunt con-
ſtructa pars Monaſterii eorumdem Canonico-
rum, & alia ædificia ſub annuo canone duc. 106.
1. redacto deinde per tranſactionem ad ann.
ducat. 86. 1. Quod inſtrumentum, cùm non ſit
proprium inſtrumentum conceſſionis in Emphy-
teuſim, ſed tantùm tranſactionis initæ in an.
1599. in quo enunciatur conceſſio d. anni 1581.
poſſet dici ex hoc non eſſe locum petitioni lau-
3 demiorum, quia pro conſequendis iuribus dire-
cti dominii, neceſſarium eſt exhibere inſtru-
mentum Emphyteuſis, quod eſt de natura illius
contractus ex *l. 2. C. de jure emphyt.* & ut latè fir-
mat D. *Præſes Merlin. controv. cap. 65. num. 13.*
qui alios allegat.
4 Poſſet etiam dici non deberi laudemium, nec
quindennia, cum conceſſio fuerit facta ob am-
pliationem Monaſterii, & ſic ex cauſa neceſſa-
ria, tamen de his duobus miſſum facio, quia
primum in hoc caſu non eſt de ſubſtantia nego-
tii, cùm velimus concedere conceſſionem eſſe
veram eo modo, & forma prout enunciatur in
inſtrumento tranſactionis. Secundum eſt con-
troverſum inter DD. prout longa ſerie diſputat
noviſſimè, *Antonius Niger in tract. de laudem.
to. 2. q. 4. & ultimo loco fuit deciſum per Rot. Rom.
in cauſa Neap.* Monaſterii Sancti Martini, cum
Patribus Theatinis deberi, nempè laudemia,
& quindennia ex alienatione facta ob amplia-
tionem Monaſterii, & ſic iſte punctus ſit, vel
non ſit controverſus, non facit ad caſum noſtrũ,
ut apparebit ex his, quæ mox dicam, de quo
D. Reg. de Marinis cap. 235. to. 2. controver.
5 Tota igitur vis excluſionis Monialium à pe-
titis quindenniis pendet ex duobus. Primò,
quia conceſſio non fuit facta per Moniales alicui
privatæ perſonæ, ſed ipſiſmet Canonicis Regu-
laribus, eorumque Monaſterio S. Agnelli à prin-
cipio. Secundò, quia nulla datur actio de jure
directis dominis petendi quindennia, quando
res emphyteutæ conceſſa priùs alicui privato,
deinde alienatur in Collegium, Univerſitatem,
vel aliam manum mortuam, & ut ordinatè di-
cam, incipiam ab iſto. Secundo capite uti con-
cernente potiùs ordinem, quam juſtitiam cau-
ſæ.
6 Dico igitur primò, libellum datum pro par-
te d. Monaſterii S. Gaudioſi, petendo condem-
nari Canonicos Regulares ad quindennia, fuiſſe
ineptum, cùm de jure, ut dixi, nulla detur actio
pro quindenniis, nec aliqua lege, vel Canone,
aut pragmatica ſanctione cautum ſit deberi iſta
quindennia, ſed tantùm quando privatus, cui
per prius fuit facta conceſſio in Emphyteuſim,
vendit, vel alio modo alienat rem emphyteoti-
cam in aliquod corpus, quod nunquam mori-
tur, & numquam alienat, puta Monaſterium,
Collegium, vel aliam Univerſitatem, & id fieri
non poſsit in præiudicium directi Domini, qui
fraudaretur iuribus dominicalibus præcipuè ſo-
lutionis laudemiorum in caſu venditionis, tunc
directus dominus aliam non habet actionem de
iure, niſi non conſentire, ut rem emphyteuticam
habeat illa manus mortua, & poteſt cogere, vel
cogi facere, ut ponat extrà manus ſuas, & ſic in
manus perſonæ privatæ, &c. *Mareſcott. lib. 3. var.
reſol. c. 3. per totum Gratian. diſcept. forenſ. c. 48.
n. 66. Muta dec. 10. de Franch. dec. 659.* in qua fuit
condemnata Civitas Neapolitana ad ponendum
extrà manus ſuas quædam bona emphyteutica
Abbatiæ Realis Vallis *Caldas de nominat. emphyt.
lib. 1. qu. 19. num. 7.*
Declarato deindè per directum dominum ſe 7
nolle conſentire huiuſmodi alienationi, factaq;
inſtantia poni extrà manus mortuas, tunc aut
Eccleſia vult vendere infrà annum, & libera erit
à ſolutione laudemii, & quindennii, ſi illam rem
vendat privato, ut dictum fuit apud *Fontanell.
dec. 281.* & noviſſimè *Ant. de Nigris de laudem.
lib. 2. q. 1. n. 58. & q. 21. n. 64.* Aut Eccleſia offeret
ſolvere quindennia, & ſic retinebit Emphyteu-
ſim, undè colligitur, quod ſolutio quindennio-
rum non oritur ex aliqua actione directa, vel uti-
li, aut ab aliqua lege, ſed à neceſſitate evitandi
alienationem rei emphyteuticæ in manus priva-
ti, & ideò non poterit deduci in iudicio petitio
quindenniorum, ergo libellus ineptus.
Iſta tamen ſolutio habet locum in duobus ca- 8
ſibus. Primus caſus eſt, quando eſt conſuetudo,
quòd Eccleſia ſit incapax Emphyteuſis, & quòd
poſsit cogi infra certum tempus ad vendendum
privato, pro ut eſt conſuetudo in Francia teſte
Guglielm. de Bened. in Hiſpania teſte *Olib. in tract.
de jure fiſci cap 7. n. 15. &* in Regno Neapolita-
no teſte *Riccio var. reſol. cap. 237. n. 8.* in quibus
locis eſt introducta ſolutio quindenniorum ad
ſimilitudinem annatarum ſolvendarum quibuſ- 9
libet quindecim annis pro Beneficiis perpetuò
unitis *Seraph. dec. 140. n. 4.* & tradit latè *de Nigr.
d. tract. de laudem. lib. 1. qu. 12. art. 3. n. 149 Io:
Andr. in cap. potuit de locato Specul. de locat. §.
nunc aliqua n. 142.* relat. *à Maſtrillo dec. 128. n. 11.*
quem refert *Tuſch. concl. 210. lit. E. n. 5.* conclu-
dens *l. fin. C. de jur. emphyt.* loquentem de perſo-
nis vetitis à conſuetudine, idem tradunt relati
à *Muta dec.* 10. *n. 2.* tantò magis, quia illa lex
non exprimit, quæ ſint perſonæ vetitæ, ſeu pro-
hibitæ acquirere Emphyteuſim, & certum eſt de
jure inter incapaces, & prohibitos non eſſe Ec-
cleſiam, nam illam eſſe capacem Emphyteuſis 10
voluerunt *Innoc. n. 5. & Io: Andr. in cap. in præ-
ſentia de probat n. 16. & Felin. n. 49.* quorum opi-
nio probatur in *§. Emphyteuſim Auth. de non per-
mutan. reb. Eccleſ. Odofred. in Auth. ingreſſi de
Sacroſ. Eccleſ. ubi Bart. num. 36. Alex. conſ. 120.
lib. 1. num. 3.*
Secundus caſus eſt, quando in limine conceſ- 11
ſionis Emphyteuſis expreſsè fuit diſpoſitum,
quòd non alienetur res in corpus mortuum, ſeu
verius perpetua ſtipe, & renovata vice ſuppoſi-
torum numquam defecturorum, ut inquit *Za-
barell. conſ. 34. circà n. 3. Alex. d. conſ. 120. lib. 1.
num. 3.* concludens ex *Io: Andr. & Imola in cap.
potuit de locat. textum in l. fin. C. de jur. emphyt.*
prohibentem alienationem rei emphyteuticæ in
perſonas prohibitas, intelligi de prohibitione fa-
cta in limine contractus *Ant. de Butr. cap. 4. de
locato n. 16. verſ. videte, Grat. conſ. 80. lib. 1. n. 9.*
concludentes negativam opinionem aliqua lege
non probari, & ceſſante pacto in contrarium,
Eccleſiam poſſe acquirere Emphyteuſim adver-
tit

11 tit *Maſtrill. d. dec.*128. *nu* 10. *& ſeqq.* Quando igitur Eccleſia, vel eſt capax non contradicente conſuetudine, vel non prohibita in limine contractus, non tenetur ad ſolutionem laudemii, & conſequenter quindennii, quod non differt à laudemio, niſi in nomine ex accidenti acquiſito, quia ſolvitur ſingulis quindecim annis, voluerunt *Iſern. ad Conſtit. Regni Sicil. lib.*3. *tit.* 25. *Petrus Pecch. de amortizat. cap.*21. *n.*2.

12 Dico ſecundo pro declaratione primi puncti principalis omnia ſupradicta habere locum, quando à principio conceſſio Emphyteuſis fuit facta privatæ perſonæ, & illa deindè alienat in manus mortuas. At ſecùs eſſe quando à principio fit conceſſio alicui Eccleſiæ, vel alteri manui mortuæ, ut eſt in caſu noſtro, in quo prima conceſsio facta fuit de directo per Moniales S. Gaudioſi d. Monaſterio, & Canonicis Regul. S. Agnelli, quia in hoc caſu ceſſat omnis difficultas nullum poſſe prætendi laudemium, nec quindennium. Tùm ex ea ratione, quia non poteſt dicere Eccleſiæ, quòd evacuet manus ſuas, & ſic non poteſt venire contra proprium factum *l. cum à matre C. de rei vindicat. l. ſicut C. de act. & oblig. l. poſt mortem ff. de adopt.* Tùm etiam, quia re vera, quando idem Dominus directus concedit ſimilibus perſonis non defecturis, ſcit,
13 & ſcire debet earum conditionem, & ſic videtur approbare, & conſentire in manus mortuas, & nunquam ab eis exigit laudemium, ſicuti ſimile eſt in feudo, in quo cùm fit conceſſio Eccleſiæ à principio, non ſolvitur relevium, ut eſt notorium in omnibus Eccleſiis, & Monaſteriis hujus Regni habentibus feudum à Rege, & quando præſtatur aſſenſus alienationi factæ in Eccleſiam de aliquo feudo, ponitur expreſſa clauſula, dummodo ſingulis quindecim annis ſolvant relevium *Montan. de feud. in* §. *Prætereà*,
14 *&* §. *Si quis infeudatus n.*525. *lit. F Capan. de jure relevii par.*1. *qu.*29. *n.*7. *&* 8. & à feudo ad Emphyteuſim optimum eſt argumentum *l.*1. §. *fin. ubi gl. ff. ſi ager vectigal. Covarr. lib.*2. *var. reſol. cap.*18. *num.*1. & alii per *Valaſc. de jur. emphyt. qu.*39. *nu.*19. *Everar. in ſua top. jur. loco à feudo ad emphyt.*

15 Confirmantur prædicta duobus caſibus fortioribus. Primus caſus eſt, quòd ſi à principio Emphyteuſis fuit conceſſa perſonæ Eccleſiaſticæ, & illa alienat in aliam perſonam Eccleſiaſticam, non debetur quindennium ex ea ratione, quia contractus emphyteuticus recipit ſuam formam à principio in perſonam Eccleſiaſticam, & cùm ſit totus accidentalis, recipit quaſcumque pactiones *l.*1. *&* 2. *C. de jur. emph.* & ideò à principio poteſt concedi cuicumque ab Eccleſia etiam Judæo ex *Cald. conſ.*3. *de locat.* & à primordio tituli poſterior formatur eventus, *l.*1. *C. de impon. lucrat. deſcript. lib.*10. & conſequenter ſi deindè alienetur in perſonam non defecturam, videtur fieri ex forma primæ conceſſionis, argumento dictorum à *Tiraqu. de l. connubial. l.*5. *nu.*26. *& ſeqq.* & voluit *Trentacinqu. var. reſol. lib.*3. *de jur. emphyt.* maximè ſi Emphyteuſis eſt perpetua, & tranſitoria ad hæredes *Cald. conſ.*10. *n.*1. *Anton. de Nig. d. tract. de laud. lib.*1. *qu.*12. *art.*3. *num.*104.

16 Secundus caſus eſt fortior, nam & ſi privatus alienat in Eccleſiam, ſeu in aliam manum mortuam rem emphyteuticam, & dominus conſenſit huic alienationi abſq; ulla reſervatione laudemii, vel quindennii, non eſt prohibita Eccleſia retinere, & conſequenter non tenetur illa ſolvere, non enim eſt prohibita Eccleſia retinere Emphyteuſim domino directo volente *Menoch. conſ* 216. *n.*93. *Surd. conſ.*521. *n.*10. *verſ.*4. *reſpondeo*, & ità per Rot. judicaſſe refert *Beltram. in addit. ad dec. Ludoviſii* 520. *nu.* 14. *in fin.* ubi voluit, quod debet conſtare de diſſenſu domini directi, quòd Emphyteuſis non remanet penes Eccleſiam, aliàs non prohibetur retinere, imo ſi in prima 17
conceſſione fuiſſet dictum, quòd conceſſio tranſeat ad quoſcumq; hæredes etiam extraneos, ſi res perveniat ad fiſcum, vel Eccleſiam, non poteſt dominus prætendere, quòd Eccleſia dimittat, quia per talem conceſſionem potuit prævidere, quòd res poterat pervenire ad Eccleſiam, vel fiſcum *Corbul. de cauſ. priv ob mort. civil. n.*8. *ad fin. Gratian. diſcept. for. dict. cap.*48. *num.*63. Conſequenter nec ad laudemia tenetur, &c.

Undè, &c.

Hæc cauſa jam fuit deciſa, ut ſcripſimus in gradu appellationis, Brevi commiſſo Canonico digniſſimo Agnello Stinca Judici Synodali Eminentiſſimi Cardinalis Philamarini, & Delegato Apoſtolico, de quo ſuprà, ut patet apud Archivium Noſtr. Curiæ Archiepiſcopalis apud Rotundum Scribam, & Petrum Paulum de Montibus Mag. Actorum.

Quia verò à Monialibus fuit appellatum ad Curiam Romanam, in Rota, commiſſa cauſa D. Albergato, ſcripſit pro Monialibus Dominus meus Advocatus integerrimus, ac doctiſſimus, mihi multis nominibus commendandus D. Joannes Baptiſta de Luca, rogo, ut videas ejus diſcurſum, qui eſt lib 4 *ſuorum operum, doctiſſimè verè, & ſine ulla adulatione, impreſſum in par.*2. in tit. de Emphyteuſi, *diſcurſu quinquageſimo, à quo Authore capias conſilium, quod maximoperè me ædificavit, dixit enim ſuo clientulo, bona jura eſſe pro Patribus S. Agnelli, & ſic contra clientem ſuum votum dedit, undè diſcant Advocati ex hoc Authore, non eſſe ſemper clientulos manutenendos ſub ſpe Victoriæ, ſed palam dicere eis debent veritatem, allegat inſignis hic Doctor noſtrum Regentem de Marinis (quem ſcio fuiſſe ſibi amiciſſimum)* reſol.235. n.19. & 32. & Rota par.9. deciſ.494. *ubi eſt repetita* dec.474. *ubi alias allegat deciſiones; undè mirari non deſini, dum talem vidi diſcurſum.*

Sed quia ſimilis cauſa quindennii elapſis annis contingit Romæ diſputanda inter Annatiſtas ex una parte, & Collegiatam Terræ Summæ, Nolanæ Diœceſis, occaſione Eccleſiæ Sanctæ Mariæ ad Arcum, ibi exiſtentem, ideò eam damus.

EX RICCIO

*Prax. var. reſ. par.*1. *reſ.*623.

SUMMARIUM

1 *Quindennium quando ſit ſolvendum directo Domino.*

2 *Emphyteuſis non poteſt transferri in Eccleſiam, Univerſitatem, vel manus mortuas, licet non proveniat ex culpa ipſorum, ſed quia deterior efficeretur conditio Domini.*

Tunc

3 *Tunc debet ſolvi quindennium, quando Emphyteuſis pervenit in manus mortuas.*

Y

Quindennium quando debeatur Domino directo.

CUm fuiſſet per Sac. Conſilium quidam condemnatus ad vendendum domum, quam in Emphyteuſim tenebat, pro ampliatione cujuſdam Eccleſiæ, cumque comparuiſſet Procurator Menſæ cujuſdam Eccleſiæ Archiepiſcopalis Dominæ directæ, inſtando, ac petendo ſibi
1 deberi quindennium ex dicta alienatione, quare fuit dubitatum, quid Juris. Pro cujus articuli dilucidatione ſupponebam pro abſoluto concluſionem illam, ſcilicet Emphyteuſim prohibitam eſſe tranſire ad Eccleſiam, ſecundùm *Speculat. in tit. de locato*, §. *Nunc & aliqua num.*143. *Jaſon in l. fin. n.*91. *C. de jur. Emphyt.& in conſ.*25. *nu.*6. *vol... poſt Alexand. conſ.*9. *num.*5. *lib.*3. *& conſ.*76. *n.*5.*lib.*7. *& Bald. conſ.*80. *n.*4. *& ſeq.&* latè *de Ponte de poteſt. Proreg. tit. de aſſenſ.*§.8. *n.*8. Ratio enim ſecundùm præcitatos, eſt duplex. Prima, quia non eſſet ſpes, quòd res poſſit redire ad Dominum per mortem, cùm Eccleſiæ non moriantur *cap. ſi gratioſè de reſcrip. in* 6. ſecunda, quia Dominus directus multùm gravaretur, & fraudaretur jure ſuo, nam cùm Eccleſia non poſſit alienare, & licet poſsit, non tamen de facili, ut poteſt privatus, quia requiritur, quòd ſubſit cauſa, & quòd intervenerint ſolemnitates &c. Undè non ſic faciliter dominus reciperet laudemium, ſicut quando emphyteuſis transfertur in privatum, & ſecundùm *Balb. in deciſ.*60. hæc concluſio ampliatur procedere, etiam quando Emphyteuſis transfertur in Collegium, & corpus, ſivè Univerſitatem, quia dicitur tranſire ad manus mortuas, & propterea Dominus directus dicitur defraudatus, quia res de facili non incidit in commiſſum, & conſequenter ceſſat ſpes caducitatis, & propterea deciſum in Sac.Conſilio Neapolitano, teſte *de Franch. in dec.*659. quòd ſi venditio rei Emphyteoticæ fuerit facta Civitati, tenetur Civitas propter laudemia, & alia iura directo Domino competentia, ponere illam extrà manus ipſius Civitatis, & dicit *Jaſon loc. cit.* quòd Eccleſia teneatur vendere intrà annum, allegat *text. in cap. longinquitate* 12. *qu.*2. licet ſupradicti concludant, valere legatum rei feudalis, vel Emphyteuſis in favorem Communitatis, vel Eccleſiæ, quantum ad hoc ut recipiant rei æſtimationem, ut refert, & ſequitur in materia feudali *Joan. Rayn. in repet. cap. Imper.* §. *Habito igitur num.*36. *ibi pone, quod & in feudo*, refert illum etiam *Curtius in* 4. *part. tract. feudal. n.*126. *verſ. quinto videtur limitanda, & idem Jacob. in eod. tract. de feud. in verbo, & cum pacto, quòd de ipſo feudo, verſic. juxta prædicta quæro.*

2 Quamvis quòd Emphyteuſis non poſſit transferri in Eccleſiam, Univerſitatem, vel manus mortuas, non proveniat ex culpa ipſorum, ſed quia deterior efficeretur conditio Domini, ut tenet *Card. in cap. potuit, & ibi Imola* 17. *col. de locat. Bald. conſ.*17. *& in cap.*1. *in* 4. *col. de alien. feud.* Ex quibus omnibus reſpondi propterea de-
3 beri ſolvi quindennium, quando Emphyteuſis perveniat ad manus mortuas, & quando Emphyteuſis privata tranſiens ad Eccleſiam, ſortiatur naturam rei Eccleſiaſticæ, declarat *Mareſcott. lib.*1. *variar. reſol. cap.*77.

EX CAROLO ANTONIO DE LUCA AA

*in melioration. ad reſ. de Marin. tom.*1. *melior.*235.

ARGUMENTUM.

Laudemium an ſit ſolvendum, ſi rei Emphyteuticæ ſit facta diſtractio cum pacto, quòd ſi emptor infrà certum tempus emptioni ſtare noluerit, res ſit inempta? *Regens de Marinis reſ.*235. negat. Aliter ſi venditio fiat cum pacto de retrovendendo infrà certum modicum tempus exercendo. Laudemium an debeatur, ſiquis vendere cogatur rem Emphyteuticam favore Eccleſiæ ampliandæ, vel utilitatis publicæ? Negant *Maynard. Cancer. & alii*. Sed D. *de Marin.* regiſtrat deciſiones S. Rotæ Romanæ pro affirmativa opinione. Laudemium an ſit ſolvendum, ſi Emphyteuſim vendat Judex, aut eam addicat creditori Emphyteutæ, diſtinguuntur caſus, ſi fiat conceſſio ab initio Eccleſiæ abſque reſervatione quindennii, vel reſervatis Juribus dominicalibus. Res attinet ad conceſſionem in manus mortuas, Emphyteuſis, feudi, & unionem Beneficiorum. Laudemia, & Quindennia num fuerint à Jure cognita? Expenditur D. *Capon*, Locum hunc D. *de Marinis* colunt *Card. de Luca*, *Capon. & Author in obſ. ad deciſ. de Franch. aliique recentiores.* Manus mortua an debeat ſolvere quindennium de Emphyteuſi tranſitoria ad extraneos? ſolutio quindennialis qualiter calculari debeat. Cum aliis.

SUMMARIUM.

1 *Laudemium an ſit ſolvendum ex alienatione rei Emphyteuticæ cum pacto adjectionis in diem.*

Omittuntur duo ſequentes numeri, uti ad rem non facientes.

4 *Laudemium nùm debeatur, ſi venditio fiat ex cauſa neceſſaria, favore Eccleſiæ, aut publicæ utilitatis?*

Omittitur ſequens numerus, uti ad rem non conducens.

6 *Quindennium nùm ſit ſolvendum, ſi ab initio facta fuerit conceſſio in Emphyteuſim manui mortuæ abſque illius reſervatione?*

7 *Extenſio non ſit in materia quindenniorum.*

8 *Laudemium fuit cognitum à Jure, ſed non quindennium.*

9 *DD. non conveniunt in tempore quindennialis ſolutionis.*

10 *Quindennia an debeantur per Eccleſiam, ſi illi conceſſum fuerit feudum abſque reſervatione quindennii.*

11 *Et quid ſi feudum ab ipſo Rege Eccleſiæ concedatur abſque reſervatione quindennii?*

12 *Manus mortua num debeat ſolvere quindennium de Emphyteuſi tranſitoria ad extraneos?*

13 *Solutio quindennialis qualiter calculanda ſit.*

LAudemium an debeatur, quando Emphyteu- 4
ta cogitur vendere rem emphyteuticam favore Eccleſiæ, Reipublicæ, vel alterius publicæ uti-

AA utilitatis. Negant *Novar ad de Franch.dec.*277. *Maynard. deciſ. Tholoſ.*43. *lib.*4. referens deciſum, *Cancer. var. par.*1. *cap.*11. *num.*81. quos ego ipſe retuli in *obſ. ad cit. deciſ. de Franch.n.*3.

Rationes ſunt, quia omnes iſtæ alienationes, tanquam neceſſariæ extrà omnem culpam Emphyteutæ, & contra propriam voluntatem Jure cogente fiunt &c.

Sed opinionem affirmativam, ut ſcilicet laudemium, debeatur, tenent *Fontanella deciſ. Cathal.*218. ubi ratiocinatur, quòd licet iſtæ alienationes conſiderentur uti coactæ, & contra propriam alienantis voluntatem, non tamen adſit illa qualitas neceſſariæ alienationis, quæ effugit laudemiorum ſolutionem, cum *Guttier. de gabell. qu.*22. Nam Judex exequendo Juris diſpoſitionem, non dicitur inferre vim, vel violentiam, *ego ipſe in animad. ad cap.*544. *Gratiani num.*10.

Ad hæc S. Rota Romana in *deciſ. regiſtrata*
5 *per D. de Marinis* in hac reſolutione diverſo ducta fundamento judicavit nedùm pro ſolutione laudemii, verùm etiam quindenniorum. Quia non aliter quis cogitur ad rem ſuam vendendam favore Religionis, niſi juſtum prætium ſibi ſolvatur, *Covarruu. lib.*3. *var. cap.*22. *num.*8. *Valaſc. conſ. dec.*22. Eccleſia invito Domino directo retinere nequit bona Emphyteutica, cùm ſit perpetua, nec mori poſsit, aut deſinere *cap.ſi gratiosè de reſcrip. in* 6. et ſi retinere poſſet, nimis gravaretur Dominus directus inſpecta impoſſibilitate devolutionis ob lineam finitam, & conſequutionis Laudemiorum ob ceſſationem alienationis; Propterea ad reddendam Eccleſiam capacem retentionis bonorum Emphyteuticorum abſque eo, quòd Dominus directus amittat ſpem Laudemiorum, inolevit praxis, quæ ſub veriſimili ſuppoſito, quòd dicta bona exiſtentia penès manus mortuas poſſint alienari de 15. in 15. annos, introduxit ſolutionem quindenniorum *Maſſa de annat. in fine verſiculo eſt & aliud, Rota Romana dec.*198.*par.*19.

Undè cùm directum dominium rei Emphyteuticæ eſſet inutile penès Dominum directum, ſi res emphyteutica alienaretur Eccleſiæ, igitur quando cogetur Emphyteuta ad illam alienandum, facienda erit extimatio etiam directi dominii, & conſequenter debet ſolvi laudemium, & dein quindennialis ſolutio, ità *Rota Romana, ubi ſuprà nu.*18. quod non ità clarè elucidat *Regens de Marin.in hac reſ.*235.*& in obſ.ad dec.*403. *Regentis Reverter.* plenè *Fontanella dicta dec.*278. ubi aliud de quindennio, ut ſolvatur de 30. in 30. annos.

6 Conceſſio in Emphyteuſim ſi Eccleſiæ facta ſit immediatè abſque reſervatione quindennii, an Domino directo debeantur quindennia, controverſia exagitata fuit in Cauſa Monaſterii Monialium S. Gaudioſi cum Monaſterio Sancti Agnelli Canonicorum Regularium Neapolis. Nam Monaſterium S. Gaudioſi conceſſit in Emphyteuſim perpetuam quædam bona Monaſterio S. Agnelli ſub annuo Canone, & hoc ex tranſactione in anno 1599. adaucto. Cumque à dicto tempore uſque ad annum 1646. aliud motivatum non eſſet, circà quindennia ſuper iſtis, Monaſterium S. Gaudioſi litem introduxit coram Illuſtriſſimo Nuncio Apoſtolico, à quo ſententiam favorabilem reportavit, introductaque Cauſa per appellationem in Rota coram R. P. D. Albergato, illaque propoſita de anno 1654. ob articuli novitatem lilata fuit reſolutio, & dictum, quod per omnes Dominos videretur.

Pro Domino directo dicèbatur, quòd, ipſo non prohibente permanentiam bonorum penès manum mortuam, ipſi Domino directo debeantur quindennia adinſtar illorum quindēniorum, quæ Cancellariæ Apoſtolicæ ſolvuntur pro Beneficiis Eccleſiæ, vel manui mortuæ unitis, in recompenſam annatarum, aliorumque emolumentorum, quæ Annatiſtis, & Officialibus Cancellariæ aliàs debita eſſent in caſu vacationum, quatenùs unio facta non eſſet, tamquàm ex identitate rationis in recompenſam laudemiorum à Domino directo percipiendorum in caſu alienationis, ſeu tranſitus ad hæredes extraneos, ut in *Neapolitana Laudemii* 10. *Decembris* 1639. *& aliis impreſſis penès D de Marinis in hac reſol.*235. ex qua introductione moderno tempore temperatus eſt dictus antiquus rigor legalis prohibendi permanentiam penès manum mortuam; diverſo tamen modo conſideratur quindennium in Emphyteuſi, nam ſingulis 15. annis eſt idem, quod onus laudemii. In feudo autem ſingulis 15. annis eſt relevium, & in Beneficiis unitis Eccleſiæ, vel Collegio eſt redditus unius anni Beneficiorum, ut deciſum in Cauſa Monaſterii Montis Oliveti ad favorem R. Fiſci, refert *Montan. in repet. ad l. Imperialem* §.*Præterea.*§. *Siquis infeudatus n.*525. *lit. T. Capon. controv.*30. *n.*17.

E contrario dicendum videtur, quod ſi ab initio facta eſt conceſſio manui mortuæ abſque reſervatione quindennii, tunc concedens videatur reddere habilem manum mortuam; Et maximè, nam quindenniorum onus in Jure ignotum eſt, & ſtrictè eſt procedendum, *Seraphin. dec.*1410. & in contractibus omiſſum habetur pro omiſſo in damnum ſtipulantis, cùm in poſſe ipſius ſit verba cōcipere *l.quidquid adſtringendæ ff.de verb. oblig. Surd. dec.*202. *num* 9. Prætereà, ſi materia ſit odioſa, ut ſunt quindennia, *Iſern. in cap.*1. §. *Similiter de Capitul. Corradi n.*16. *& in cap.*1. *n.*7. *per quos fiat Inveſtitura*, *Medices conſ.*152.
*n.*85. Nec in materia quindenniorum fit extenſio, licet eadem ſit ratio concludens, nam quin- 7
dennium eſt genus ſervitutis odioſum, & ſordidum, latè *Capon. controv.*34. *n.*54.

Nec eſt confundēdum laudemium cum quin- 8
dennio, etenim licet quindennialis ſolutio præſtetur loco laudemii; hæc tamen quindennialis ſolutio non fuit cognita à Jure. E contrà laudemium fuit cognitum à Jure, à quo appellatur quinquageſima *l. fin. C. de Jure emphyt. ubi Jaſon n.*39.*Burg.de laudem. inſp.*1.*n.*7. licet vox laudemium ſit barbara, ut advertit *Capon. controverſ.*30. *num.*37.

Et quòd quindennialis ſolutio à Jure inco-
gnita fuerit, ex eo ſuaderi poterit, nam DD. non 9
conveniunt in tempore, quo debeat fieri iſta ſolutio quindennialis; Cùm nonnulli DD. voluerint, hanc ſolutionem debere fieri de 40. in 40. annos, ut *Gulielm. de Benedict. Capan. Papon. Fontanell. penès Rot. Romanam regiſtratam per D. de Marinis hic num.*24.

Advertendum tamen erit in hac materia, cùm 10
ſit conceſſio in Emphyteuſim manui mortuæ abſ-

AA abſque reſervatione quindennii, quòd deciſio prolata in favorem Regii Fiſci, de quo *Montan. loco ſuprà citato*, hactenùs nunquam fuit practicata, & obſervantia eſt in contrarium, ut teſtatur *Capon. contr.*31. *nu.*13. his verbis -- *in feudo cùm ſit conceſſio Eccleſiæ à principio, non ſolvitur relevium, ut eſt notorium in omnibus Eccleſiis,& Monaſteriis hujus Regni habentibus feudum à Rege, & quando præſtatur aſſenſus alienationi factæ in Eccleſiam de aliquo feudo,ponitur expreſſa clauſula, dummodò ſingulis quindecim annis ſolvat*
11 *relevium*; *Certiùs ſi ex munificentia, & pietate à Rege conceduntur feuda Eccleſiis abſque quindenniorum reſervatione, quia totum adſcribi debet liberalitati piiſſimi Regis concedentis, & tunc quindennia ſolvi non debeant.*

12 Nullius conſiderationis eſt reſervatio fortè facta Jurium Dominicalium per directum Dominum. Quia hujuſmodi reſervatio non poteſt extendi ad quindennium, cùm quindennium, ut ſuprà, ſit de Jure incognitum, nec uniforme tempus, ſed varium de 15. In 15. annis, & de 40. in 40.

13 Quindennialis ſolutio an ſemper ſit uniformis, ſicut à principio fuit inchoata, vel meliorationum valore augeri debeat, æſtimatione earum habita ratione? *Amayden. de ſtylo Datar. lib.*1. *cap.*15. §.12. *qu.*15. *n.*68. tradit, quòd ſi per prius nulla exiſtebat fabrica, & poſteà extruatur Palatium, non debebitur quindennium de valore Palatii. Ulteriùs pro tacita renovatione Emphyteuſis non debebitur attento valore meliorationum quindennium, & ità practicatur in quindenniali ſolutione ex unione Beneficiorum facta Eccleſiis in *dec.*90. *Otthobon. poſt Salgad. in labyr.cred.*Quia text. in *l. fin. C. de Jur. Emph.* loquitur de vera alienatione.

BB EX CAROLO ANTON. DE LUCA

***Poſt ſchol. ejuſdem ad deciſ. Gratiani in Append. ad aliqu. diſcept. ejusd. Gratian. ſignanter de retributione manus mortuæ Domino directo, ad diſcept.* 784. *num.*4. *repet. pen. eund. de Luca in animadv. ad eund. Gratian. ad dict. diſcept.*784. *poſt nu.*4.**

De Laudemio, & Quindennio.

AD diſcept.784. n.4, excitatur quæſtio, An laudemium debeatur de melioramentorum æſtimatione? *Amayden. de ſtylo Datar: lib.*1. *cap.*15. §.12. *qu.*15. *n.*68. ibi: *Simili modo, ſi concedatur ſolum in uſum fabricæ, & extruatur Palatium, conceſſio non poterit dici Emphyteutica, quia per prius nulla præxiſtebat fabrica, & proindè in eo caſu cùm debebitur laudemium in venditione Palatii, inſolens enim eſt, quòd in ſolo valoris centum videlicet ædificetur Palatium decem millium, & in illius venditione petatur laudemium pro prætio Palatii. Secùs eſt, ſi concedatur Palatium dirutum, quia tunc conceſſio eſſet Emphyteutica, & rectè peteretur laudemium.*

Concludit etiam idem *Amayden. nu.*67. ibi: *Melioramentum debet eſſe circà ſtatum rei permanentis in ſuo eſſe, ut ſi Vinea inculta, & ex parte deſerta concedatur ad meliorandum, tunc conceſſio dicetur Emphyteutica: Secùs quando non de Vinea ſit Vinea.*

Quindennia an ſint uniformia, quæ à manu mortua Domino directo debentur, ſeu manus mortua qualiter retribuat Domino directo.

Diſtinguit *Rota coram SS. D. fel. me. Alexand. VIII. ut in deciſ.*90. *pen. Salgad. poſt tract. labyr. cred.* Aut res emphyteutica alienatur ſimul cum melioramentis in tertium, vel devoluitur ob delicta, hoc caſu quoad melioramenta requiritur novus conſenſus, & debetur laudemium de melioramentis. Aut fit ſimplex renovatio ipſi emphyteutæ, & quando emphyteuſis eſt penès manum mortuam, quia fingitur alienatio de 15. in 15. annis, & hoc caſu non debetur laudemium de melioramentis, ut de utroque caſu eſt *text. in l. fin. C. de Jur. emph.* ibi -- *meliorationes ſuas alienare, vendere, vel res emphyteuticas transferre.* & ſic loquitur textus de vera alienatione, *Fulgin. in tract. de emphyteuſi tit. de laudem. quæſt.*8. *n.*23. *Corbul. tit. de cauſ. priv. ob alien. ampl.*39. *num.*1.

Amortizatio, & manus mortuæ, quæ ſint ad effectum ſolvendi quindennia.

Amortizatio in manum mortuam eſt translatio feudi juſſu Principis, & auctoritate facta, vel translatio emphyteuſis auctoritate Domini directi in manum mortuam procedente amortizatione facta, qua mediante non tenetur manus mortua vendere, vel alienare perſonæ capaci *Petr. Bellug. in ſpecul. rubr.*14. *de amortizat.* §. *veniamus n.*2. *poſt alios Fontanell. de pact. nupt. cl.*4. *gl.*12. *nu.*21. & 22.

Manus mortuæ ſunt Univerſitas, Communitas, Civitas, Eccleſia, Confraternitas, Monaſterium, quæ nunquam moriuntur *c.*1. *de milit Vaſſal. qui art. bellic. de poſit. gl. in l. de quibus ff. de legib. Bellug. ubi ſup.* Dum Civitas, & ſimiles, ut ſuprà, nunquam moriuntur, ob idque dicuntur manus mortuæ ad ſimilitudinem mortui, qui jam ampliùs non moritur, ut dicit *Borell. in add. ad Bellug. ubi ſup. verb. mortuam.* Licet enim moriantur homines de Communitate, per ſubrogationem aliorum iidem finguntur, & eadem dicitur, Univerſitas *l. proponebatur ff. de judic.*

De Jure communi Emphyteuſis non poteſt transferri in manum mortuam,& quatenùs fiat, tenetur manus mortua intrà annum transferre in perſonam habilem, ut deciſum teſtatur *Præſ. de Franch. deciſ.*659. *Cancer. var. par.*1. *tit. de embyt. nu.*5. poſt alios *Fontanell. d. cl.*4. *gl.*12. *n.*16.

Vel de conſenſu Domini directi res conceſſa amortizatur, ſeu remanet penès manum mortuam cum ſolutione quindenniorum, & ità emphyteuta retribuit Domino directo.

Practicatur in Cathalonia hæc amortizatio hoc modo juxta *Fontanell. dic. gl.* 12. *nu.*23. Ut in primis pro amortizatione ſolvatur unum laudemium, deindè ut commoditati Domini ſic utiliter proviſum, ſolet dari de 30. in 30. annis aliud laudemium, aut breviùs, aut frequentiùs habità conſideratione de quanto in quantum tempus poſſet res alienari, quæ eſt amortizanda. Alia enim ſunt tardiùs, prout res magni valoris, alia-

BB aliaque frequentiùs, prout res parvæ æſtimationis ſolent alienari, & ſic in illis tempus poteſt elongari, In his verò abbreviari, & concordato tempore inter Partes laudemium illud dividitur in tot penſiones, quot fuerint anni concordati, itaut illæ omnes penſiones in annis concordatis efficiant illud integrum laudemium, & tunc illa penſio debet ſingulis annis Domino ſolvi ultrà ſolitum cenſum, ut *Solſon. relatus per Fontanell.* laudatus circà formulas amortizationis; At noviſſimè vidi de quindecim in quindecim annis decerni.

Quindennia ex Emphyteuſi, vel feudo penès mortuam manum an differant?

Confundere videntur aliqui quindennium, quod pro Emphyteuſi ſolvitur à manu mortua, vel ſolvitur pro feudo, ut *Fontanell. d. gl. 12. n. 23.* At veriùs dic differre. Quia quindennium, quod ſolvitur pro feudalibus, eſt loco relevii, quod ſolvitur per mortem Feudatarii. E contrà quindennium, quod ſolvitur de Emphyteuſi, eſt loco laudemii, quod ſolvitur per tacitam renovationem.

Undè eſt, quòd relevium ſolvitur pro recognitione directi dominii pro renovatione in ſucceſſorem, *Capan. de Jur. relev. parte prima q. 3. nu. 4. Card. de Luca de benefic. diſc. 89. n. 9.*

De beneficiis unitis Eccleſiæ Parochiali ſolvitur quindennium.

Quindennium etiam ſolvitur de beneficiis unitis Eccleſiæ ex Indulto Apoſtolico, & ſolvitur de quindecim in quindecim annis loco novæ inveſtituræ, ut latè *Luca ubi ſup. d. diſc. 89.*

Dominus directus, an poſſit quandoq. cogi conſentire amortizationi, & manus mortua non teneatur vendere, vel perſonæ capaci alienare.

Sunt aliqui caſus, in quibus tenetur Dominus conſentire amortizationi, & quòd Emphyteuſis remaneat penès manum mortuam. Et caſus eſt, quando pro fundandis Eccleſiis Parochialibus, vel Monaſteriis, vel neceſſariò ampliandis quis compellitur vendere, textus eſt in *l. placet juncta gloſ. verb. dedicata C. de Sacroſ. Eccleſ.* Cœterùm tradit *Fontanell. ad gloſ. 12. n. 23.* textum nil tale probare, eſſe tamen pro dicta ſententia *Franc. Marc. dec. 134, n. 6.* ubi dicit ſe ità vidiſſe practicari in Patria Delphinali, pro hujuſmodi enim neceſſitatibus poteſt quilibet compelli rem propriam vendere. Nec diſtinguitur, an res ſit allodialis, & libera, vel non ità, *Fontanell. ubi ſup. n. 26.*

Quando Emphyteuſis transfertur ad manum mortuam, an pati debeat Dominus directus eam penès illam remanere cum oblatione quindenniorum.

Affirmandum videtur. Quia præjudicio laudemiorum conſulitur cum oblatione quindenniorum, idque ſi Emphyteuſis ſit hæreditaria, & ad extraneos tranſitoria. Secùs ſi pro hæredibus ſanguinis ſit conceſſa, nam tunc non conſulitur præjudicio devolutionum ob lineam finitam, ità *Card. de Luca lib. de ſervit. emphyt. diſcurſ. 49. num. 4.*

Etenim licet de Jure Dominus directus poſſit ſe opponere, nè Emphyteuſis tranſeat ad Eccleſiam, dum ceſſat ſpes reverſionis, & laudemiorum ob perpetuitatem. Attamen ubi eſt merè hæreditaria, & non agitur de loco, in quo magna potentia conſiderari valeat, etiam Eccleſia erit capax *Gratian. c. 533. n. 3. Hodiern. ad Surd. dec. 93 num. 9.*

Ceſſatque verò prohibitio ob rationem potentiæ, quia ſunt facilioris exactionis Eccleſiæ. Et ſi attendamus ob amiſſam ſpem alienationis, jam eſt conſultum cum ſolutione quindenniorum, ſtante qua introductione paſſim bona emphyteutica tranſeunt ad Eccleſias, & pia loca, ità *Luca, ubi ſup. diſc. 28. n. 6.* dixi *in obſ. 659. ad Franch. n. 6.*

Bona ſi præter concedentis intentionem à manu privati tranſeunt ad manum mortuam, Dominus directus poteſt id prohibere, & quatenùs id permittat, non intelligendum cum ejuſdem Domini præjudicio, *Card. de Luca dict. diſc. 50. per tot.*

Clariùs dico, quòd legatum rei emphyteuticæ Civitati, vel Eccleſiæ relictum non valet uti factum in potentiorem. Tamen ex natura conceſſionis factæ pro ſe, & hæredibus in perpetuum, res emphyteutica tranſit ad quoſcumque extraneos, & Civitatem, vel Eccleſiam, *Alex. conſ. 120. lib. primo.* Et Eccleſia, & Civitas habet annum ad vendendum alteri, quatenùs ipſæ non poſſunt retinere penès ſe *Maſtrill. dec. 128. n. 18. Gratian. num. 3.*

Similiter ſi Emphyteuta fiat Monachus, tunc ſi Monaſterium ſit capax in communi, bona emphyteutica, tranſeunt ad Monaſterium, quod intra annum tenetur alteri vendere, *Clar. in § Emphyteuſis q. 33.* Etiam quòd in conceſſione adſit pactum, quòd non poſſit transferri ad Eccleſiam. Quia hæc eſt alienatio neceſſaria cum acceſſione bonorum & perſona ingreſſi, etſi non poteſt alienari, tunc detracto laudemio Dominus cogitur ſibi appropriare ſolvendo æſtimationem; ſicuti, & prohibitio hominis, nè tranſeat ad Eccleſiam, non operatur, quoad effectum dimittendi tranſeat. *Maſtrill. dict. dec. 128. n. 18. Ferrentill. ad Buratt. dec. 447.*

Quindenniorum onus an de Jure ſit cognitum?

Quindenniorum onus de Jure incognitum tradit *Reg. de Marin. ad Reverter. obſ. 403. nu. 3.* Et ob id noſtris temporibus praxim ſervare, ut quando feudum, vel Emphyteuſis perveniat ad manus mortuas, ut ad Eccleſiam, Civitatem, ac alia ſimilia loca, ſingulis quindecim annis relevium pro feudo, & laudimium pro Emphyteuſi Domino directo ſolvant, & ità refert *de Marin.* reſpondiſſe pro Monaſterio Montis Oliveti utili Domino Caſalis Aprani pertinentiarum Civitatis Averſæ à Regio Fiſco ad hoc onus convento. Sed id contingere, quando laicus feudum, vel Emphyteuſim poſſidens, illud transferre vult in Eccleſiam, quo caſu directi Domini conſenſus in alienatione eſt neceſſarius. Et ſi tractatur de ven-

BB ditione feudi, Fiſcales curant, ut, valeat Dominus aſſentire, addat, ut Eccleſia, in quam transfertur, ſingulis 15. annis relevium ſolvat, quod vulgò quindennium appellatur.

Quid autem, ſi non ſit facta reſervatio, dixi penès *Gratian. & in obſerv.659. n.5. & 6. & ad diſcept. Gratian.*

An ſint inevitabilia quindenniorum onera.

Dubitandum eſt, utrùm poſſit evitari ſolutio quindenniorum, ut quia ponatur Emphyteuſis, vel feudum, aut beneficium in perſona capaci. De quindennnio ex feudo videtur negandum, ut nequeat evitari ſolutio. Nam ſi ponetur feudum ab Eccleſia, Monaſterio, vel alio loco ſimili in Capite alicujus capacis, hoc caſu neceſſe eſt, ut ſtatutum eſt, mori, & ſolvitur relevium, & hujus loco quindennium per manum mortuam.

Aut agitur de beneficiis unitis Eccleſiæ, & iſta ſi ponantur in Capite alicujus, neceſſè pariter moriatur, & ſolvetur annata in vacatione per obitum pro renovatione inveſtituræ in capite alterius Adeòq; non poteſt evitari onus quindennii, ſi retineat manus mortua.

Nuper mihi in quadam cauſa quindennii motivavit Advocatus, quòd Confraternitas erat læſa retinendo Emphyteuſim, & non ponendo rem emphyteuticam in perſonam capacem, divitem, & ſobole onuſtam. Quia cùm in emphyteuſi laudemium ſolvatur ſolùm, quando alienatur, vix poteſt contingere alienatio poſita Emphyteuſi in manu divitis, & onuſti ſobole.

Undè plauſibilis eſt, & verior opinio *Fontanellæ*, & ſi res Emphyteutica ſit magni valoris, non debeat ſolvi quindennium de 15. in 15. annis, ſed duplicato tempore. Cogitent alii, dum neminem inveni de hoc motivo ediſſerentem.

In contractu ſi confundantur vox Emphyteuſis cum voce locationis, an debeatur laudemium, vel quindennium.

Paſsim vidi in inſtrumentis rem concedi in Emphyteuſim, & inſimul locari, & confundi utramque vocem; Et nihilominùs inter utraſque voces magnam eſſe differentiam in ſpecie laudemiorum.

Ex alienatione rei locatæ non ſolvitur laudemium, *Gomez var. cap.3. n. 11. to.2. Menoch. lib.3. præſ.105. n.10. Fulgin. de Jur. Emphyt. in prælud. qu.15. in fine*; Et eſſe veriorem oppinionem teſtatur *Rota deciſion.14. num.46. parte 6. recent.*

Pactum tamen ſolutionis laudemii in alienatione rei emphyteuticæ non repugnat naturæ locationis, quòd in locatione tale pactum apponatur *Burgius de laudem. p.2, inſpect.18. nu.4. Fulgin. ubi ſup. tit. de laudem q.8. n.51.* & deciſum refert *Pacion. de locat. cap.3. n.55*:

Si apparet ſolutum laudemium abſque pacto, argueretur contractus Emphyteuticus, *Mantic. de tacit. lib.22. tit.3. n.15. Pacion. ubi ſup. n.57.* Niſi appareret ſolutum per errorem cum demonſtratione originis, *Merlin. deciſ.545. num. 11. & 12.*

Quoties non adeſſet pactum de ſolvendo laudemium, tunc diſtinguendum eſt, utrùm annua præſtatio correſpondeat fructibus, & erit locatio; ſecùs ſi modica eſt præſtatio, aut mutatur forma rei, & non ſolvitur laudemium, & erit locatio. Puta, ſi terra erat ſativa, & fiat ædificium, vel vinea: nam tota forma mutatur, ità prorſùs, fuſè *Amayden. de ſtylo Datariæ, ubi ſuprà.*

EX CAROLO ANTONIO DE LUCA CC

De Apoſtolico, Regiove aſſenſu quæſt.180. n.5.

ARGUMENTUM.

Monaſterium capax in communi, in quo Emphyteuta emiſit Profeſſionem, utrùm ſine aſſenſu Apoſtolico poſſit alienare rem Emphyteuticam ex neceſſitate, quia cogatur eam ponere extrà manum mortuam, & infrà quod tempus. Quid ſi Emphyteuſis ſit hæreditaria ad extraneos tranſitoria, & an poſſit retineri offerendo Quindennia.

SUMMARIUM.

5 *Quindenniorum uſus eſt de Jure incognitus, an debeantur non reſervata per directum Dominum.*

QUindenniorum onus cùm ſit de Jure incognitum, proindè *Regens de Marinis ad Reverter. obſ.403. n.3.* tradit, noſtris temporibus praxim ſervare quòd ſingulis quindecim annis relevium pro feudo, & laudemium pro Emphyteuſi directo Domino ſolvatur.

Rex ab initio concedendo feudum Eccleſiæ, an videatur remittere relevium, vel directus Dominus, concedendo Emphyteuſim Eccleſiæ, an videatur remittere quindenniū. ſcripſi in *obſ.659. de Franch. & lib.1. reſ.235. de Marin. & Gratian. diſcept.533.* & an quindecim ſingulis annis ſolvere laudemium ſit arctiſsimum.

EX CAROLO ANTONIO DE LUCA DD

In obſ. ad de Franch. dec.659.

SUMMARIUM.

1 *Civitatem teneri ponere Emphyteuſim ei relictam extrà manum mortuam deciditur.*
2 *Emphyteuſis inter quem terminum ſit ponenda extrà manum mortuam? Et quid ſi non reperiatur emptor?*
3 *Pactum, quòd Emphyteuſis non poſſit transferri in Eccleſiam, an intelligatur ad effectum permanendi tantùm, & poſſit vendi.*
4 *Explicantur quindennia in feudis, Emphyteuſi, & Beneficiis.*
5 *Rege concedente feudum Eccleſiæ, an debeantur quindennia.*
6 *Quid ſi concedatur Emphyteuſis Eccleſiæ, an ſolvendum ſit quindennium?*
7 *Aliud eſt, quando privatus conceſſionarius tranſfert ad manum mortuam.*
8 *Manus mortua cum obligatione quindenniorum an*

an poſſit retinere Emphyteuſim, diſcurſus contrà D. Præſidem.

DD 1 MOrtua manus, de qua loquitur præſens Deciſio, reſurgere modernis temporibus videtur, ſi de incapaci ad retinendam Emphyteuſim hæreditariam reddatur capax contra aſſumptum Deciſionis. Venditione rei Emphyteuticæ facta Civitati, vel translatione alio titulo in eam ſequuta, in hoc caſu tenetur Civitas propter laudemia, & alia onera directo domino competentia ponere Emphyteuſim extrà manus mortuas. Et quod dicitur de Civitate, idem dicitur de Eccleſia, vel de Collegio, aut Monaſterio, nam omnia ſupradicta loca cenſentur manus mortuæ, quia non poſſunt alienare, & conſequenter amittit dominus directus ſpem laudemiorum, & cenſetur etiam translatio facta in potentiorem, undè ponenda eſt Emphyteuſis extrà manum mortuam, *Jaſon in l. fin. C. de Jure Emphyt. Theſaur. lib.3. quæſt. for.*83. Clariùs dico, quòd legatum rei Emphyteuticæ, Civitati, vel Eccleſiæ relictum non valet uti factum in potentiorem. Tamen ex natura conceſſionis factæ *proſe, & hæredibus in perpetuum* res emphyteutica tranſit ad quoſcumque extraneos, & Civitatem, vel Eccleſiam, *Alexand. conſ.*120. *lib.*1. Et Eccleſia, vel Civitas habent annum ad vendendum alteri, quatenùs ipſæ non poſſunt retinere penès ſe, *Alex. ubi ſuprà*, & de conſuetudine ità ſervari poſt *Joan. de Imola in cap. potuit de locato*, *Maſtrill. dec.*128. *nu.*18. *Gratian. diſcept.*533. *n.*3.

2 Similiter ſi Emphyteuta fiat Monachus, tunc ſi Monaſterium eſt capax in communi, bona emphyteutica tranſeunt ad Monaſterium, quod intrà annum tenetur alii vendere, *Clar.* §. *Emphyteuſis qu.*33. *Surd. conſ.*521. *n.*11. *&* 10. *vol.*4. Etiam quòd in conceſsione adſit pactum, quòd non poſsit rransferri ad Eccleſiam, quia hæc eſt alienatio neceſſaria cum acceſsione bonorum ex perſona ingreſsi. Et ſi non poteſt alienari, tunc detracto laudemio Dominus cogitur ſibi appropriare ſolvendo æſtimationem, ſicuti in in ſubſidium addicitur pignus creditori, *l. qui ſub imagine C. de diſtract. pignor. Aſinius de execution.* §.6. *cap.*31. *n.* 17. in puncto *Coſta remed. ſubſid.*105. vel in ſubſidium prorogabitur terminus, & quòd etiam ſi fuerit negligens Eccleſia, reſtituitur in integrum ad vendendum, ità *Coſta ex Oddo de reſtitution. in integr. quæſt.*89. *artic.*7.

3 Dubitatur, an dominus directus in Emphyteuſi perpetua ad quoſcumque hæredes tranſitoria poſsit prohibere, nè bona emphyteutica perveniant ad Eccleſiam. Et videtur dicendum, quòd ſic, nam convenit naturæ Emphyteuſis, quæ non debet tranſire in perſonam potentiorem, & manum mortuam, ut eſt Eccleſia, quæ nunquam moritur, *Mareſcott. lib.*3. *var. cap.*3. *Ludoviſ. deciſ.*520. *ubi Beltramin. & deciſ.*529. quòd conſuetudo concedens Eccleſiæ facultatem retinendi per annum, & vendendi, & ſubrogandi alium, non habet locum propter vim pacti. Alii, & veriùs negant, quia Eccleſia non eſt incapax Emphyteuſis hæreditariæ ad quoſcumque hæredes tranſitoriæ, *Buratt. deciſ.*394. Nec dicitur perſona prohibita, niſi quia eſt manus mortua, & ſic quando excluditur ſpes devolutionum, & laudemiorum, propter quam ipſam cogitur Eccleſia rem vendere, & ponere extrà manum mortuam. Undè quando Eccleſia dimittit penès alium, ita quod ceſſant dicta præjudicia, ceſſare debet dicta prohibitio hominis quæ accipere debet interpretationem, nè perveniat ad effectum retinendi, non autem ad effectum dimittendi, & ſubrogandi alium emphyteutam, *Maſtrill. deciſ.*128. *num.*18. *Ferentill. ad Buratt. dec.*447.

Quindenniorum onus cùm de Jure ſit incognitum, proindè *Regens de Marin. ad Reverter. obſ.*403. *n* 3. tradit, noſtris temporibus praxim ſervare, ut quando feudum, vel Emphyteuſis perveniunt ad manus mortuas, ut ad Eccleſiam, Civitatem, & alia loca ſuprà indicata, ſingulis 15. annis relevium pro feudo, & laudemium pro Emphyteuſi directo domino ſolvant, & ità refert, reſpondiſſe pro Monaſterio Montis Oliveti Neapolis utili Domino Caſalis Aprani pertinentiarum Civitatis Averſæ à Regio Fiſco ad hoc onus convento, ſed id contingere, quando laycus feudum, vel Emphyteuſim poſſidens, illud, vel illam transferre vult in Eccleſiam, quo caſu directi domini conſenſus in conceſſione, vel alienatione neceſſarius eſt, etſi tractatur de venditione feudi, Fiſcales curant, ut volens Dominus Rex aſſentire, addat, ut Eccleſiam, in quam feudum transfertur, ſingulis 15. annis relevium Regiæ Curiæ ſolvatur, quod vulgo quindennium appellatur. 4

Difficultas eſt, an quando de hoc onere verbum aliquod in conceſsione non profertur, nùm Rex, ſic aſſentiendo, videatur illud relevium amittere. Et *de Marinis, ubi ſuprà*, dicit, quòd ſic, nam ſciebat, feudum ad eam devenire, quæ nunquam moritur, ſicque obſtet regula, in contractibus omiſſum habetur pro omiſſo in damnum ſtipulantis, cùm in poſſe ipſius ſit verba concipere *l. quidquid aſtringendæ ff. de verb. oblig. Surd. dec.*202. *num.*9. 5

Eadem quæſtio eſt in Emphyteuſi. Num ubi conceſsio ſit directè, & immediatè Eccleſiæ, debeantur domino directo quindennia, ſi in conceſsione nulla facta fuerit reſervatio. Caſus diſputatus fuit inter Monaſterium Monialium S. Gaudioſi, & Monaſterium S. Agnelli Canonicorum Regularium Neapolis, nam Monaſterium S. Gaudioſi conceſsit in Emphyteuſim perpetuam quædam bona Monaſterio S. Agnelli ſub annuo Canone, & eo anno 1599. ex tranſactione adaucto, cùmque à dicto tempore uſque ad annum 1646. aliud motivatum non eſſet circà quindennia, ſuper iſtis Manaſterium S. Gaudioſi litem introduxit coram Illuſtriſsimo Nuncio Apoſtolico, à quo ſententiam favorabilem reportavit, & introducta per appellationem Cauſa in Rota coram Albergato, illaque propoſita de anno 1654. ob articuli novitatem dilata fuit reſolutio, & dictum, quòd per omnes Dominos videretur. 6

Pro Domino directo dicebatur, quòd ipſo non prohibente permanentiam bonorum penès manum mortuam, ipſi Domino directo debeantur quindennia, ad inſtar illorum quindenniorum, quæ Cancellariæ Apoſtolicæ ſolvuntur pro Beneficiis, vel Eccleſiæ, vel Collegio, vel alteri

DD ri manui mortuæ unitis, in recompenſam annatarum, aliorumque emolumentorum Annatiſtis, ac Officialibus Cancellariæ, aliàs debita eſſent In caſu vacationum, quatenùs unio facta non eſſet, tanquam ex identitate rationis in recompenſam laudemiorum à Domino directo percipiendorum in caſu alienationis, ſeu tranſitus ad hæredes extraneos, ut in *Neapolitana laudemii 10. Decembris 1639. & aliis impreſsis penès de Marinis lib.1.reſ.235.* ex qua introductione moderno tempore temperatus eſt dictus antiquus rigor legalis prohibendi permanentiam penès manum mortuam, quotiès agitur de Emphyteuſi hæreditaria ad quoſcumque tranſitoria. Diverſo tamen modo cõſideratur quindennium in Emphyteuſi, nam ſingulis 15. annis eſt idem, quod unus laudemii, in feudo autem ſingulis 15. annis eſt relevium, & in Beneficiis unitis Eccleſiæ, vel Collegio eſt redditus unius anni Beneficiorum.

E contrario dicendum videtur, quòd ſi ab initio facta eſt conceſsio manui mortuæ, tunc concedens videatur reddere habilem, ac maximè, nam quindenniorum onus in Jure ignotum eſt, & ſtrictè eſt procedendum *Seraphin. deciſ.1410.*

7 Aliud autem quando ab initio conceſsio facta eſt privato, qui deindè transferat Emphyteuſim hæreditariam ad manum mortuam, ob quam rationem in dictis deciſionibus firmatur, hujuſmodi quindenniorum introductionem æquam, ac rationabilem eſſe unam ſcilicet, quòd Dominus directus concedendo bona perſonæ privatæ, ſimiliter cogitare potuit ultrà ordinarium emolumentum canonis, aliud extraordinarium laudemiorum in caſu alienationis, vel tranſitus ad extraneos, quod dici non poteſt, ubi ab initio directè conceſsio facta eſt manui mortuæ, in qua non datur caſus ſucceſsionis.

Altera ratio eſt, quia cùm bona præter concedentis intentionem à manu privati tranſeunt ad manum mortuam, Dominus directus de Jure ob dictum præjudicium poteſt id prohibere, & cogitur manus mortua alium ſubſtituere, ideoque ſi id permittit Dominus directus ex quadam æquitate, hæc exercenda non eſt cum eiuſdem domini præjudicio, latè *D. Luca de ſervitut. Emphyt. diſc.50. per tot.*

8 Quæritur ergo, quando Emphyteuſis hæreditaria transfertur ad manum mortuam, ſeu Eccleſiam, an cogenda ſit intrà annum eam ponere extrà manum mortuam, vel pati debeat Dominus directus eam penès Eccleſiam permanere cum oblatione quindenniorum. Et videtur affirmandum, quia præjudicio laudemiorum conſulitur cum oblatione quindenniorum, idque ſi Emphyteuſis ſit hæreditaria, & ad extraneos tranſitoria, ſecùs ſi pro hæredibus ſanguinis, quia tunc non conſulitur præjudicio devolutionum ob lineam finitam, ità *Luca diſc.49. nu.4.* Etenim quamvis de Jure Dominus directus poſſit ſe opponere, nè Emphyteuſis tranſeat ad Eccleſiam, quia ceſſat ſpes reverſionis, ac laudemiorum ob perpetuitatem, attamen ubi eſt merè hæreditaria, & non agitur de loco, in quo magna potentia conſiderari valeat, etiam Eccleſia erit capax, *Gratian. ubi ſuprà, & Hodiern. ad Surd. deciſ.93. nu.9.* & ceſſat ratio prohibitionis ob rationem potentiæ, quia ſunt facilioris exactionis, etſi attendimus ob amiſſam ſpem alienationis, jam eſt conſultum cum ſolutione quindenniorum, ſtante qua introductione paſsim bona Emphyteutica tranſeunt ad Eccleſias, & pia loca, ità *Luca diſc.28. n.6.*

EX CAROLO DE ALEXIO EE

Ad conſult. Capyc. Latr. obſ.156. num.7. cum ſeqq.

ARGUMENTUM:

Aſſenſus Apoſtolicus in alienatione bonorum Eccleſię hodiè non præſumitur ſpatio triginta annorum, quia dictæ præſumptioni derogatum fuit per Conſtitutionem Summi Pontificis Urbani VIII. & proindè nunc requiritur ſpatium centum annorum. Emphyteuta an, & quando incidat in commiſſum propter alienationem factam, ſi reſervatus ſit domini directi aſſenſus, & an tali caſu amittantur meliorationes. Hæres extraneus inſtitutus an teneatur ad ſolutionem laudemii; Eccleſia an, & quando teneatur ad ſolutionem quindenniorum. Vendens rem emphyteuticam Eccleſiæ, tanquàm liberam, an teneatur reficere Eccleſiæ onus ſolvendi quindennia, & an pro his, & laudemiis competat via exequutiva.

SUMMARIUM.

7 *Eccleſia quando ſuccedat in Emphyteuſi hæreditaria.*
8 *Quindennia quoto quoque tempore ſolvenda ſint.*
9 *Vendens rem Emphyteuticam Eccleſiæ tanquàm liberam, an teneatur reficere Eccleſiæ onus ſolutionis quindemniorum.*
10 *Re empta inventa obnoxia ſervituti, quomodò ſuccurratur emptori.*
11 *Pro laudemiis, & quindenniis an competat via exequutiva.*

His poſitis facilè reſolvitur quæſtio de ſolutione quindemniorum, quia communiter receptum eſt, non poſſe dominum recuſare, ut Emphyteuſis hæreditaria non tranſeat ad Eccleſiam, aliaſque manus mortuas, ſi hæc offerant quindemniorum ſolutionem, licet enim uti in Emphyteuſi hæreditaria valeat Eccleſia ſuccedere, ſi eſt hæres Emphyteutæ, attamen quia adeſt deſperatio devolutionis, excepto tantùm caſu, quo fiſcus ſuccedere deberet in hæreditate Emphyteutæ, deficientibus omnibus legitimis hæredibus, tamen quia caſus devolutionis ad beneficium domini directi, cùm fiſcus in hæreditate ſuccederet, eſt modici prędjudicii ipſius domini, nimiſque remoti, ideò receptum eſt, ut, oblata ſolutione laudemiorum, & quindenniorum, non teneatur Eccleſia hæres inſtituta Emphyteuſim hæreditariam dimittere, ſecùs verò oblatione laudemiorum, ſeu quindemniorum non facta, quia tranſeunte Emphyteuſi ad manus mortuas, generatur magnum præjudicium domino, quia raró, aut nunquam ſolent manus mortuæ, Eccleſiæ ſcilicet, aliaque loca Pia alienare, ſtante legis prohibitione, quod non contingeret, ſi res detineretur ab aliis perſonis, quia 7

iſtæ

EE iſtæ ſæpè ſolent ad alienationes devenire, & ità acquireretur domino jus exigendi laudemium. Propter hoc itaque præjudicium, ſi Eccleſia vult in Emphyteuſi ſuccedere, tenetur offerre ſolutionem quindenniorum.

8 Undè deveniendo ad punctum quoto quoque tempore teneatur Eccleſia ad hanc laudemiorum ſolutionem, rectè reſpondetur, non eſſe ſolvendum in ſingulo quoque quindennio, ſed ſingulis triginta, vel quinquaginta annis plus, minùſue Judicis arbitrio, conſiderata bonorum qualitate, ac poſsibilitate facilioris alienationis, ut benè advertunt *Fontanell. de pact. clauſ.*4. *gloſ.*12.*n.*23.*Card. de Luca de Emphyteuſ. diſc.*50. *ſub n.*9. ſi enim poſsibilis eſt facilior alienatio in una re, quàm in alia, in qua facilior eſt alienatio, tempus ſolutionis laudemii ſolet abbreviari, ſin minùs, elongari, *Fontanella loc. cit. Card. de Luca dicto diſc.*50. *ſub n.*9.

9 Sed pulchrum dubium eſt, Titius Emphyteuta alienavit rem emphyteuticam hæreditariam in Eccleſiam, ſed non tanquàm emphyteuticam, ſed tamquàm liberam, ſivè ſciat Titius rem illam eſſe talis qualitatis, ſivè ignoret, poſſet Dominus directus cogere Eccleſiam, ut dimittat rem emphyteuticam non facta oblatione quindenniorum, at nihilominùs Eccleſia hanc oblationem fecit, ſed poſteà Eccleſia ſe dirigit contrà Titium venditorem, ut reficiat omne damnum paſſum, quia invenit rem non eſſe liberam, ſed emphyteuticam, Titius de conſenſu ejuſdem Eccleſiæ, quæ contractum reſolvere non vult, ut poſſet, ex *Præſide Merlin. contr* 46. ex prætio rei venditæ relaxat ad beneficium Eccleſiæ prætium cenſus, nihilominùs de hoc Eccleſia contenta non eſt, ſed petit refectionem damni, quod habet, ex eo, quia quindennia ſolvere tenetur, è converſo Titius negat ad hoc teneri, ex quò hæc ſolutio quindenniorum provenit ex qualitate Emphyteutæ, quia ipſa eſt Eccleſia, quid igitur dicendum? Videtur pro Eccleſia reſpondendum, nam indubitantèr poteſt Emptor agere contrà venditorem de evictione, quia prodita qualitate emphyteutica, res eſt evicta quoad directum dominium, maximè concurrente ſcientia Titii, quo caſu, licet res, neque in totum, neque in parte evicta eſſet, ſed tantùm alicui ſervituti obnoxia, venditor omninò de evictione

10 tenetur, *l. Julianus ff. de action. empt. l. quotiès, & l. ult. ff. de ædilit. edict. l. cùm vendenſ ff. de contrah. empt. l. demùm ff. eod.* aliàs ſuccurrendum eſſet venditori per actionem quanti minoris, *Præſ. Merlin. in cit. contr.*46. igitur videtur dicendum, quòd venditor teneatur ad refectionem etiam hujus oneris quindemniorum, at contrarium exiſtimo verius, quia ſivè ratione evictionis, ſivè actione quanti minoris, venditor non tenetur, niſi ad omne detrimentum, quod ſequeretur de per ſe, & intrinſecè ratione oneris, qualitas autem ſolutionis quindemniorum non eſt ità, ſed ſequitur extrinſecè, propter qualitatem perſonæ emphyteutæ, quia ipſa eſt prohibita acquirere rem emphyteuticam abſque oblatione ſolutionis quindemniorum, ergò.

11 Pro laudemiis autem, & quindemniis non competere viam exequutivam domino directo, deciſum teſtatur per Sacrum Conſilium *D. Altimar. ad Rovit. dec.*73. *in noviſſimis,* niſi ille ſit in poſſeſsione exigendi.

EX AUCTORE ANONYMO, FF

In Cauſa coram bon. mem. Cardinali Raynutio Pallavicino, tunc Judice Deputato.

Pro Reverendiſſimo Capitulo S. Petri

CONTRA

Venerab. Archiconfraternitatem S. Hieronymi Charitatis de Urbe.

ARGUMENTUM.

Archiconfraternitas aliqua, etiamſi ſit laycalis, proindeque non ſubjaceat *Extravag. Ambitioſæ de reb. Eccleſ. non alien.* adhùc tenetur ad quindennia, ſi poſsideat Emphyteuſim.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*
2 *Archiconfraternitas S. Hieronymi Charitatis de Urbe habet quidem Indultum Leonis X. acquirendi feudum, & Emphyteuſim, non autem ut poſſit alienare immobilia abſque Beneplacito Apoſtolico.*
3 *Quod de Eccleſia dicitur, intelligitur etiam de quocumque corpore ſæculari nunquam defecturo.*
4 *Quotieſcumque Emphyteuſis devenit ad manus mortuas, debentur quindennia.*
5 *Quindennia introducta fuerunt, non ſolùm ut manus mortuæ redderentur capaces acquirendi Emphyteuſim, ſed etiam nè dominus directus fraudaretur laudemiis.*
6 *Archiconfraternitas ſemel acquiſitum, difficilè remittit.*
7 *Indultum retinendi Emphyteuſim cenſetur ſine tertii præjudicio.*
8 *Laudemia, & quindennia in ſignum ſubjectionis ſolvuntur.*
9 *Ex facultate alienandi data Emphyteutæ, non cenſetur remiſſum laudemium.*

Aſſumptum, ex quo prætenditur, Archiconfraternitatem Charitatis, non teneri ad ſolutionem Quindenniorum, in eo reſtringitur, quòd nimirùm non agatur de Eccleſia, quòdq; Archiconfraternitas præfata vendere poſſit immobilia etiam abſque ſolemnitatibus neceſſariis in alienationibus rerum Eccleſiaſticarum, adeoque ceſſet ſolutio Quindenniorum. Sed tàm in facto, quàm in Jure objectum penitùs excluditur. 1

In facto, quia ex Bulla Leonis PP. X. *inter ejus impreſſat la* 37. *Bullar tom. primo* conceditur quidem Archiconfraternitati facultas acquirendi, & retinendi Bona feudalia, & emphyteutica etiam Eccleſiaſtica, non autem, ut poſsint alienari ſtabilia ſine Beneplacito &c. Et licet non agatur de Eccleſia, ſufficit eſſe Locum Pium Apoſtolica Auctoritate erectum, à quo actus pietatis exercentur, & gaudere Juribus, & privilegiis loci Eccleſiaſtici. 2

In Jure, quia, etiam ſi Archiconfraternitas præfata eſſet merè Laicalis, attamen cenſenda eſt manus mortua, & quod dicitur de Eccleſia, idem

FF idem intelligit de Civitate, Collegio, Vniverſitate, ſive alio quocumque corpore Eccleſiaſti-
3 co, vel ſæculari, ex quo nunquam moritur, & idem permanet, ut in terminis Sanctiſſimæ Trinitatis Peregrinorum, quæ aſſerebat, ſe non eſſe Eccleſiam, neque locum Pium, ſed Collegium merè Laycale, quod vendit res ſuas abſque alia ſolemnitate in rebus Eccleſiaſticis, & locis Piis ſervari ſolita, firmavit *Rota dec.603. n.1.& 3. par.1.recent.*latè*Deluc.ad dec.Franchi obſerv.659. ſub num* 1.

Quapropter, etiamſi ceſſet prohibitiva alienationis, adhùc tamen remanet alia, quòd in manu mortua nulla adſit ſpes circa defectum lineæ,& proinde reverſionis emphyteuſis,& per conſequens Dominus directus non debet ſolutione Quindenniorum privari. Quotieſcumque
4 enim res emphyteutica devenit ad manus mortuas,debentur quindennia, *Ricc.in prax.Archiepiſc.dec.*10.*inter omiſſas Rota dec.*494. *num.*15.
5 *par.9.rec.* utpote introducta, nedum ad reddenda loca Pia capacia retentionis Bonorum emphyteuticorum, ſed præcipuè, nè verſa vice Dominus directus jure laudemiorum privatus remaneat, ut tradit *Rota dec.*474.*& nu.*18. *cum pluribus ſequentibus*.

Et quidquid ſit, utrum validè ipſa Confraternitas cum ſuppoſito, quod ſit laicalis, ſolita ſit contrahere ſine ſolemnitatibus, non eſt facilis alienare ſtabilia, imò quæ ſemel acquiſivit,
6 tenacitèr retinet, & non niſi cum magna difficultate in commune hominum commercium acquiſita, proindè remittit, ut in puncto animadvertit eadem *deciſio* 603.*n.3.par.*1. *recent.*

Prætereà ſuadet æquitas, ut Indultum Apoſtolicum retinendi Bona emphyteutica intelligatur conceſſum ſine præjudicio jurium Eccleſiæ
7 Dominæ directæ,circà ſolutionem laudemiorum competentium, tantò magis, quòd ipſemet Pontifex expreſsè declaravit in Indulto, quòd Archiconfraternitas remaneret obnoxia eiſdem *oneribus, ad quæ Donator, ſeu Teſtator hujuſmodi occaſione Bonorum eorundem tenebatur*. Aliàs nimis dura fieret Domini directi conditio, tantò magis, quia laudemia, & quindennia in ſignum
8 ſubjectionis ſolvuntur, *Theſaur.qu.Forenſ.lib.*4. *qu.*52.*num.9.aliique per eum:*Adeoque non debet hujuſmodi jure privari, ut accideret, ſi non reciperet quindennium, *Rota dicta dec.*474.*nu.*22. *par.9.recent.*

Accedit, quòd etiam data in èmphyteuta fa-
9 cultate alienandi, nunquam tamen cenſetur remiſſa ſolutio laudemii, *Mantic. de tacit.lib.*22 *tit.*21.*num.*24.*Gratian.cap.*377. *num.*10. *Hodiern. aliique per eum ad Surd.dec.*93.*num.*38.

Verùm omnis tollitur difficultas, eo quod in ſimilibus Archiconfraternitas ſolita ſit perſolvere laudemia, ut habetur ex *dec.*120.*num.*24. *cor. Ludoviſio*, ex qua apparet,quod ad laudemium recipiendum, & ad conſenſum præſtandum interpellaverat Fratres S.Marcelli prævio depoſito in Sacro Monte Pietatis, quo ſequuto Judex mandaverat,ut conſenſus haberetur pro præſtito, Quare &c.

Ex particula reſolutionis, ſeu ſententiæ latæ
GG à Congregatione Particulari per Sanctiſſimum D.N.Clementem PP.XI.deputata, ideſt ab Eminentiſſimis DD. Cardinalibus Galeatio Mareſcotto,clar.me.Leandro Colloredo, Joanne Franciſco Nigrono, & bo.me.Joſepho Dominico de Totis Secretario Judicibus Delegatis per particularem commiſſionem eiuſdem SS. D. N. Inter Venerab.Capitulum, & RR.DD.Canonicos Eccleſiæ Colleggiatæ S.Mariæ in Coſmedin vulgò Scholæ Græcæ, ſeu *della Bocca della verità*, & R.D.CarolumBartholomæum Piazzam ejuſdem Eccleſiæ Archipresbyterum, quæ ſententia publicata fuit die 4. Septembris anni 1705. per Acta Pauli Fatii Curiæ Cauſarum CameræApoſtolicæ, & Sacrarum Congregationum Notarii.

Fidem facio ego Curiæ Cauſarum Cameræ Apoſtolicæ, & Sacrarum Congregationum Notarius, qualiter in Cauſa, & Cauſis coram Sacra Cõgregatione à SS.D.N.PP.Clemente XI. vigore ſpecialis commiſſionis manu Sanctitatis ſuæ ſignatæ, & in Actis productæ deputata, nempè Eminentiſs.& Reverendiſs.DD.S.R.E.Cardinalibus *Galeatio Mareſcotto*, *Leandro Colloredo*, *& Joanne Franciſco Nigrono, ac R.P.D.Joſepho Dominico de Totis Secretario*, appellatione, & quocumque recurſu remotis,vertentibus interAdmodùm R.D. Carolum Bartholomæum Piazzam Archipresbyterum Ven. Collegiatæ Eccleſiæ S.Mariæ in Coſmedin nuncupatæ *Scola Greca*, Actorem ex una, & Ven.Capitulum,& RR.DD. Canonicos dictæ Collegiatæ Eccleſiæ Reos conventos partibus ex altera. &c.

Relatione facta comparuit *D.Carolus Philippus Pavonius Procurator*, & petiit, ut ſupra. Ex tunc Eminentiſs. & Reverendiſs.DD. Cardinales *Mareſcottus*, *Colloredus*, *& Nigronus*, *ac R.P.D.de Totis Secretarius*, die 4.Septẽbris 1705. ſedentes &c. Viſis &c.Auditis &c. in Cauſa pronunciaverunt, prout in Cedula &c. tenoris ſequentis videlicet.

Chriſti nomine &c.prævio, quatenùs opus ſit, receſſu à reſolutionibus uſque adhùc per nos extrajudicialiter factis, & huic noſtræ Sententiæ contrariis re maturè diſcuſſa viſis videndis, & conſideratis conſiderandis, dicimus, pronunciamus &c. atque definitivè ſententiamus, prout infrà, videlicet.

Inchoandum eſſe Matutinum &c.

Laudemia, & quindennia non fuiſſe, neque eſſe ponenda in Maſſa communi, & in futurum dividenda fore, & eſſe æqualiter inter Archipreſbyterum, & omnes Canonicos, licet abſentes, præſentes tamen in Curia,& etiam in Sacris non conſtitutos.

Et ſuper omnibus &c.& ità dicimus, pronunciamus &c. & definitivè ſententiamus non ſolùm &c.ſed & omni &c.

Ita pronunciavi G.Cardinalis Mareſcottus Judex Commiſſarius.

Ità pronunciavi L.Cardinalis Colloredus Judex Commiſſarius.

Ita pronunciavi I.F. Cardinalis Nigronus Judex Commiſſarius.

I.D.de Totis Secretarius.

Actum Romæ in Palatio ſolitæ reſidentiæ dicti Eminentiſs.& Reverendiſs.D.Cardinalis Mareſcotti, præſentibus ibidem, & audientibus D. Petro Bonaccurſio, & Ludovico Marchetto teſtibus &c.rogatis &c.In fidem &c.Romæ ex Curia

ria Innocentiana Montis Citatorii ha die 19. Septembris 1705.

Ità eſt, Paulus Fatius Curiæ Cauſarum Cameræ Apoſtolicæ, & Sacrarum Congregationum Notarius.

HH EX MONACELL.

Formular. legal. practic. tit. 14. formul. 2. in adnotat.

TUnc dicitur fieri amortizatio, quoties bona emphyteutica conſentiente Domino directo remanent penès manus mortuas, ſolutis quindenniis, aut data indemnitatis compenſatione ſecundùm regionis morem, ad tradita per *Tondut. qu. benef. tom. 1. par. 1. cap. 46. nu. 4. Card. de Luca de Emphyt. diſc. 28. n. 7. Panimol. dec. 4. nu. 32. & 33. Capon. diſc. 376. num. 19. Rot. cor. Coccin. deciſ. 1357. num. 15.* & paſſim alibi. Quindennium autem nil aliud eſt, quàm ſolutio laudemii ſingulis quindecim annis, & hoc introductum ad reddendum indemnem Dominum directum, nè amitteret ſpem laudemiorum. Hoc autem genus quindenniorum parùm differt à ſolutione quindenniali, quæ fit Cameræ Apoſtolicæ vigore Conſtitutionum Apoſtolicarum innovatarum à Clemente X. *Conſtit. 50. Bullar. nov. tom. 6.* pro Beneficiis unitis, cùm enim per unionem ampliùs non vacent, nè Annatiſtæ priventur jure ſuarum Annatarum, ſuper veriſimili ſuppoſito, quòd illorum vacatio, & Annatæ ſolutio contingere poſſit ſingulis quindecim annis, reiteratur illius ſolutio de quindennio in quindennium, ad ornatum dixit *Rota coram Cerro dec. 2. n. 13. & 74.* ſuntque adinſtar *indictionum*, quas Cæſar Auguſtus ſubrogavit Olympiadibus, ità dictæ ab indicendo, cùm enim Romani omnibus gentibus imperarent, omnibus tributa indixerunt, & quæ eis trino luſtro digeſta ſolvebantur, primo luſtro aureum, ſecundo argentum, tertio æs exolvere Collectores perurgebant, & quinto luſtro rurſus à principio repetebatur, & ſic juratis tribus quinquenniis, quindecim annorum indictiones ſingulæ inſtitutæ ſunt, ut obſervat *Pithæus in Codic. lib. 1. tit. 12. de his, qui ad Eccleſ. ad Edict. Reg. poſt leg. 4. ab eod. relat.*

II EX FONTANA

In Conſtitut. Ordin. Prædicator. par. 1. tit. de Quindenniis fol. 534.

DE QUINDENNIIS.

COnventus, qui ad quindenniorum ſolutionem tenentur, debent ſingulis annis aliquam pecuniæ ſummam in Depoſiti Arca deponere, donec completo quindennii tempore abſque eorundem Conventuum incommodo quindennia ſolvi poſſint, prout ordinatum fuit Valliſoleti 1605. Ord. 22. *Præcipimus in virtute ſpiritus S. & S. obedientiæ ſub formali præcepto, & ſub pæna excommunicationis latæ ſententiæ, una hac pro trina canonica monitione præmiſſa PP. Prioribus, ſeu Principalibus, Præſidentibus, & Depoſitariis Conventuum, vel Locorum, qui penſionis, cenſus, redditus, vel alia bona ſolutioni quindennii obnoxia poſſident, ut ſingulis annis trigeſimam partem cenſus, vel redditus, vel penſionis in Depoſito communi in quadam capſula ad hoc deſtinata deponant, & conſervent, donec quindennio completo abſque Conventus gravamine ſolvant, cui ſolvere tenebuntur. Mandamus autem ſub eodem præcepto, & cenſura omnibus ſupradictis, nè prædictam coacervatam pecuniam quovis titulo, vel quæſito colore, etiam ratione mutui poſſint tollere, vel expendere in alios uſus, præterquàm ad ſolutionem quindennii.*

EX D. ADVOC. DOMINICO URSAYA LL

Inſtit. Crimin. lib. 1. tit. 10. §. 3. n. 9.

QUæ omnia procedunt (*loquitur de Canonico, infirmo, & jubilato*, etiamſi agatur de laudemiis, quindenniis Capitulis debitis, aliiſque actibus Capitularibus &c. ut reſolutum fuit à Sacra Congregatione Concilii in Romana jurium Canonicalium 5. Maji 1703. ad primum dubium *lib. 53. Decretorum fol. 186. à tergo &c.*

EX CAPON. MM

Controv. 34. art. 1. num. 2. 3. 6. 7. 16. & ſeqq.

AD Laudemium, vel Quindennium, cùm 2
fertur Sententia, debet ferri alternativè, ſcilicet ut ponatur extrà manus mortuas, vel Quindennium ſolvatur, quia ſi Eccleſia nolit retinere, non tenetur ad Quindennium, quia poteſt Eccleſia evacuare manus ſuas, *Fontanella deciſ. 280. num. 19.* qui loquitur de conſuetudine Cathaloniæ, qua Eccleſia cogitur poſt annum evacuare manus ſuas, *Niger de Laudem. lib. 2 quæſt. 1. n. 58. & quæſt. 2. num. 64. & tom. 1. quæſt. 12. artic. 3. num. 143. &c.* Quia Eccleſia non eſt incapax acquirendi Emphyteuſim, ſed incapax eſt ea
bona retinendi in præjudicium directi Domini, 3
ut ex opinione veriori, docent DD. per eum *Text. in cap. 1. de Immunit. Eccleſ. in 6 Reg. de Ponte in tit. de Aſſenſu §. 8. num. 8.* poterit tamen cogi, ut evacuet manus ſuas, alioquin retinebit, quia non eſt incapax ad finem acquirendi, ſed ad finem retinendi, ergo poterit cogi, ut ponat in manus vivas, *Molina de Juſtit. diſp. 459. num. 6. Caldas lib. 1. quæſt. For. 23. num. 27. Anguian. de Legib. lib. 3. contr. 12. num. 59. Card. Tuſch. lit. E. conc. 158. n. 8. Hieronym. de Leo deciſ. 77. n. 1. &c.* Ergò non benè petitur Quindennium, tùm quia poteſt Monaſterium vendere, quo caſu ab illo, qui emit, habebit Laudemium, ergò non eſt locus Quindennio, tùm etiam quia poteſt alio modo conſuli directo Domino, in indemnitate Laudemiorum, quia quando ad Eccleſiam, vel Univerſitatem deveniunt bona emphyteutica, poſſet conſtituere Vicarium morientem, & viventem, ideſt, quo vivente ceſſet ſolutio Laudemii, & illo mortuo, electo alio, vel emphyteuſis deficiat, vel alius nominetur, & inveſtiatur ſoluto Laudemio, *Niger tom. 1. quæſt. 12. artic. 3. num. 156.* Ergò non poterit Monaſterium S. Franciſci Monialium de Obſervantia cogi præcisè ad Quindennium, ſed vel ad relaxandum, ſeu ponendum Domum extrà manus mortuas, vel ad ſolvendum Laudemium. Immò hoc caſu, quando Eccleſia evacuat manus ſuas, ponendo in manus vivas, eſt quæſtio, an teneatur ſol-

MM ſolvere Laudemium Domino directo, quam diſputat *Niger de Laudem.tom.2.quæſt.1.num.59. cum ſeqq.* Ergò omni Jure ſperatur in præſenti abſolvendum eſſe Monaſterium ab impetitis &c.

6 Probatur ſecundò, quia Laudemium &c. & ſucceſſivè Quindennium, eſt quinquageſima pars pretii, & valoris rei, ergo quia res, ejuſque valor dependet ab eventu,non potuit à principio Eccleſia obligari ad certam quantitatem, quia debetur non habito reſpectu ad conceſſionis tempus, ſed venditionis, neque à principio poteſt paciſci, ut in cauſa Abbatiæ S. Crucis de Petraviva Emi Antonii Barberini dixit *Rota cor.Buratto deciſ.*453. & 831. Undè cum Capitulum S. Mariæ Majoris conventionem feciſſet cum Monachis Ciſtercienſibus Congregationis Fulienſis, ut ratione cujuſdam horti illis relicti, ſolvere deberent, præter annuum canonem, ſingulis quindecim annis, ſcuta ſeptuaginta quinque pro Laudemio,dixit *Niger de Laudem.qu.*12. *artic.*3. *num.*145. nullam fuiſſe talem conventionem, quia non poterat Eccleſia obligari ad talem quantitatem à principio,quę ex futuro eventu eſt incerta, & præſertim quando non adſunt ſolemnitates, & requiſita in *cap.*1. *de Reb.Eccleſ. non alien. & in Extravag. ambitioſæ eod.tit.* ergò ex hoc capite non video poſſe Monaſterium condemnari ad ſolvendum Quindennium, de quo in actis, cùm fuerit à principio certa quantitas taxata, & negotium erat incertum.

7 Probatur tertiò,quia vigore primi contractus non debetur Laudemium, ſeu Quindennium, de quo in præſenti, nam vigore primi celebrati de anno 1640. tunc Dominus directus non præſtitit conſenſum,qui repręſentatur per illos de Cancelliero, ſed potiùs diſſentiit, quia petiit prælationem in re empta per Monaſterium, ergò vigore primi contractus non debet Monaſterium ſolvere Laudemium, neque vigore ſecundi contractus, quia quando res pupilli, vel minoris cœpit eſſe in dominio eorundem (idem in Eccleſia) non poteſt tunc obligari ampliùs etiam pro re intrinſeca contractus, niſi poſito decreto aſſenſus &c. *Niger dic. quæſt.*12. *artic.*3. *n.*145. loquens in puncto de obligatione facta ab Eccleſia alteri Eccleſiæ, de ſolvendo Quindennio, ſed quia fuit ſine aſſenſu, non valet &c.

16 Poſita ergo nullitate obligationis, & contractus, non debetur &c. nam Monaſterium emit domum, & poſt per duos annos obligat ſe ſolvere Laudemium, & Quindennium,quando iam erat res in poſſe Eccleſiæ, ergò eſt nullitas contractus, ergo neque deberetur &c. ut in Cauſa Cardinalis Aldobrandini Magna Curia Vicariæ decidit &c. Verumtamen eſt, quòd pendente nullitate contractus evidente, & promptuaria,ut nulla tergiverſatione celari poſſit &c. non eſt ſolvendum &c.

17 Eadem nullitate contractus pendente, non eſt obligatum Monaſterium ſolvere Quindennium, quod, ut probem, ſcire oportet, quòd hoc nomen Quindennii, non eſt in Jure, niſi ex Annatiſtis Romæ introductum ob unionem Beneficiorum factam Seminariis, Eccleſiis, & ſimilibus,ergo in illis caſibus debetur Quindennium, in quibus debetur Laudemium, cum hac tamen differentia, quòd canon debetur ratione fructuum, & ideò uſufructuario debetur, ſed Laudemium ratione directi dominii,inveſtituræ &c. & ideò hac ratione debetur ſecundùm veriorem opinionem, non uſufructuario, quidquid alii dicant in contrarium. Hoc poſito.

Videamus pendente nullitate contractus an debeatur Laudemium. 18

Reſpondeo, quòd ex venditione nulla ex cauſa antecedenti non debetur &c. Ratio eſt, quia actus nullus nullam producit obligationem &c. ergò in contractu nullo, & invalido, ſcilicet qui eſt celebratus contra formam Legis, vel Statuti, ut cum minore, vel Eccleſia ſine ſolemnitatibus, vel ex càpite enormiſſimæ læſionis, Laudemium non debetur, niſi declaretur nullus ex cauſa de futuro, vel ſuperveniente poſt contractum,quòd tunc deberetur, *Tiraquell. de Retractu lignag.*§.1. *gloſ.*2. *num.*7. & *de Retractu Conſanguin. gloſ.*2. *num.*50. *Amad. de Laudem.quæſt.*39.*Franc.Marc. deciſ.*606. *par.*1. *Solſona de Laudem. cellula* 10. *num.*9. *Burg. de Laudem. par.*2. *inſpect.*10. *Surd. deciſ.*122. *num.*10. Ratio eſt, quia emphyteuta non cadit à Jure ſuo per alienationem nullam, & invalidam, & venditio nulla non poteſt dici venditio,& Statutum loquens de venditione,non obligat,niſi ſit valida, *Surd.dec.*11.& *ſeq. Caldas de Jure emphyt. cap.*16. *num.*67.

Quòd ſi Laudemium ſit ſolutum, ut in præ- 19
ſenti, antè declarationem nullitatis, & poſteà declaretur contractus nullus, Laudemium deberet reſtitui emptori, *Foller. de Cenſibus verſic.Hujuſmodi num.*63. dicens, quòd eſt locus condictioni indebiti, cùm tali caſu Laudemium non debeatur, undè ſi fuerit ſolutum, poterit r peti, *Bertrand. conſil.*114. *Burgos de Paz. inſpect.*10. *Franciſc.Marc.dec.*606. *Amad.de Ponte cellula* 4. *num.*9. *Fulgin. de Emphyt.quæſt.*8.*num.*40. Sperat ergò omni Jure Monaſterium S. Franciſci Monialium abſolvi ab impetitis &c.

EX R. P. D. FATINELLO NN
DE FATINELLIS

Cameræ Apoſtolicæ Clerico, olim in Romana Curia Advocato,

*Reſponſ.*50. *to.*2. *antè obſerv. ad Bull. Baron.*

ARGUMENTUM.

Tranſeunte Emphyteuſi de manu Privati ad manum mortuam, ſolvendum eſt Quindennium loco Laudemii: An idem ſervandum, quando manus mortua primordialiter inveſtitur. Et an hoc caſu juſtum ſit apponere pactum Quindennii. Annata pro unione Beneficiorum Eccleſiaſticorum eſt ſolvenda, ſi Beneficia ſint collativa; ſecùs ſi non ſint

SUMMARIUM.

1 *Quindennium eſt ſequela Laudemii, & Annatæ.*
2 *Non eſt Jure cognitum, ſed introductum conſuetudine.*
3 *Relevium in feudis fraternizat cum Quindennio, & num.*8.
4 *Laudemium debetur Domino directo pro honorario approbandi, & laudandi novum Emphyteuſis Acqui-*

MM *Acquiſitorem in Inveſtitura non compræhenſum.*
5 *Quindennium qua ratione introductum ſit, tranſeunte Emphyteuſi ad Manum mortuam.*
6 *Solvendum hoc caſu ab Eccleſia.* Marin. reſolut. Quotid. cap. 235. lib. 1. *reprobatur. Ibid.*
7 *An juſtum ſit obſtringere Manum mortuam pacto Quindennii, quando primordialiter inveſtitur, & num. 9. & 10.*
11 *Quindennium, & reſpectivè Relevium de generali conſuetudine præſtantur à Manu mortua in primordiali conceſſione.*
12 *Quindennia debentur loco Annatæ pro Beneficiis Eccleſiaſticis perpetuò unitis.*
13 *Declara ſecùs in Beneficiis non collativis. Refertur caſus deciſus per Tribunal Cameræ. Ibid.*

RESPONSUM L.

NN R*Eſponſo* 43. *hoc lib.* ſatisfeci quæſtioni mihi
propoſitæ de *Laudemio*; & *Reſponſo* hic
1 antecedenti diſſerui *de Annata*: Congruere nunc
videtur, ut ſermo fiat *de Quindennio*, quod eſt
ſequela Laudemii, & Annatæ.

Sanè Quindennium non eſt Jure cognitum,
2 ſed introductum conſuetudine, ut advertunt
Rota cor. Seraphin. dec.**1401.** ***num.*****4.** ***& dec.*****1410.**
num.**29.** ***Card. de Luca de Emphyt. diſc.*****50.** ***Capon.***
3 ***contr.*****31.** ***num.*****8.** ***&*** **12.** Sicuti *Relevium*, quod
in Feudis fraternizat cum Quindennio, non eſt
de Jure, ſed de conſuetudine, ***Frecc. de Subfeud.***
lib. 2. *cap. Tertia auctoritas num.* 2. *&* 16. *pag.* 181.
terg. & pag. 186.

Cùm verò Laudemium debeatur Domino di-
recto pro labore, ſeu honorario approbandi, &
4 laudandi novum emphyteuſis Acquiſitorem in
Inveſtitura nòn compræhenſum, ut ex cenſura
l. fin. C. de Jure Emphyt. obſervavi *dict. Reſponſ.* 43.
& copioſè probat *Niger de Laudem. quæſt.* 1. *à*
num. 35. *ad* 51. *Rota cor. Cerro dec.* 2. *nu.* 2. *& ſeq.*
nè tranſeunte emphyteuſi ad Eccleſiam, vel Uni-
verſitatem, quæ non moritur, & ut plurimùm
non alienat, Dominus directus fruſtretur ſpe
Laudemii, quod ex ſucceſſivis alienationibus
5 percepturus eſſet, introductum fuit ex æquitate
reſtaurativa hujus damni provenientis Domino
ob ceſſationem futurarum alienationum, ſol-
vendum eſſe Domino directo per Manum mor-
tuam Quindennium, hoc eſt ſucceſſivè Laude-
mium de quindecim in quindecim annos, *Rota*
cor. Coccin. dec. 2357. repetita in *Recentior. par.* 9.
tom. 2. *dec.* 494. confirmata *cor. Cerro d. dec.* 2.

Duæ tamen hac in re ſunt quæſtiones: Altera
6 an Manus mortua ſolvere teneatur Quinden-
nium, cùm in acquiſitione ad illud ſe obſtrinxit;
quam affirmativè reſolvunt præadductæ *Deci-*
ſiones Coccini, & Cerri omninò tenendæ; quid-
quid contrà eas ratiocinetur *Anton. de Marin.*
Reſol. Quotid. cap. 235. *lib.* 1.

Altera: an juſtum ſit Eccleſiam obſtringere
pacto ſolvendi Quindennium, cùm ipſamet ori-
ginaliter, & primordialiter inveſtitur de Emphy-
7 teuſi: Pro negativa facit *Iſern. ad Conſt. Regn.*
Sicil. tit. 25. *ſub verſ. Fructus Feudi,* ibi: *Hoc Re-*
levium non ſolvitur ab Eccleſia: *pag.* 235. Si ab
8 Eccleſia non ſolvitur Relevium, ergò nec Quin-
dennium loco Laudemii; nam Relevium, & Lau-
demium ſimilitudinem in ſe habere notat *Capan.*
de Relev. par. 1. *quæſt.* 11. *num.* 1.

Accedit, quod, cùm Quindennium, ut di-
ctum eſt, non ſit de Jure cognitum, non videtur
Eccleſia gravanda hoc non juridico, & extraor-
dinario onere; Et cùm Quindennium ſubroga-
tum ſit loco Laudemii debiti Domino directo
pro renovatione, laudatione, & conſenſu præ-
ſtando novo Acquirenti, ratio iſta non militat
reſpectu Eccleſiæ, vel alterius Manus mortuæ,
dum primordialiter inveſtitur: quia cum hæc
nunquam alienet, Dominus directus non ſuſti-
net laborem inquirendi de qualitate, & idonei-
tate novi Acquirentis, conſentiendique in illius 9
perſonam; ideò ceſſat cauſa Quindennii ſubro-
gati Laudemio, ut advertunt *Guidopap. dec.* 101.
num. 3. *Seraphin. dicta deciſ.* 1410. *num.* 21. *Card.*
de Luca de Emphyt. diſc. 50. *num.* 3. *verſ. Dicebam.*

Advertendo etiam, quòd Eccleſia primo loco,
& originaliter inveſtita, ſi ultrà annuum conven-
tum canonem, præſtare etiam teneretur Quin-
dennium, ſolveret plus canone convento; nam 10
repetito canone ſingulis quindecim annis ſub
nomine Quindennii, canon annuus non ſiſteret
in ſumma conventa, puta aureorum quindecim,
ſed ſexdecim, repartiendo Quindennium in
quemlibet annum, ut patet ad ſenſum; Idque non
obſcurè ſentit *Frecc. de Subfeud. lib.* 2. *pag.* 190.
ibi: *Quando eſſet Feudum, pro quo ſingulis annis*
certum quid Domino ſolvitur, aliud non eſſet præ-
ſtandum.

Hæc proponebam extrajudicialiter, & ami-
cabiliter in occurrenti caſu, quo una Eccleſia
concedebat alteri Eccleſiæ Bona in perpetuam
Emphyteuſim pro congruo canone, ut eam non
obſtringeret pacto Quindennii: ſed non potui
obtinere: quia Eccleſia inveſtiens, abſque hoc
pacto noluit inveſtire; Sicque fuit conventum
de ſolvendo Quindennio. Re vera Eccleſia in-
veſtiens docuit, aliam retroactis annis inveſti-
viſſe Eccleſiam cum pacto Quindennii: & hanc
eſſe generalem conſuetudinem aſſerunt *Frecc.* 11
de Subfeud. lib. 2. *Author.* 2. *ſub n.* 15. *pag.* 185. *terg.*
Fontanell. de Pact. Nuptial. clauſ. 4. *gloſ.* 12. *nu.* 23.
pag. 298. *Capan. de Relev. quæſt.* 27. *à num.* 7. *ad fin.*
Rota cor. Cerro dicta dec. 2. *num.* 13. Quæ autem
circà Relevium dicta ſunt in Feudis, procedunt
in Emphyteuſi, ut ultrà generalem regulam,
procedere argumentum à Feudo ad Emphyteu-
ſim, quam exornat *Everard. in loc. Argum. Legal.*
loc. à Feud. ad Emphyt. monet ſingulariter *Fonta-*
nell. loco mox adducto *num.* 25. *& Rot. cor. Cerro*
dicta dec. 2. *num.* 15. *& ſeq.*

Hactenùs de Quindennio pro Emphyteuſi
tranſeunte ad Manum mortuam: Nunc de
eodem pro Eccleſiaſticis Beneficiis perpetuò
unitis.

Quindennia debentur pro Beneficiis, & Mo- 12
naſteriis collativis perpetuò unitis, in quorum
proviſione ſolvebatur Annata debita Sanctæ Se-
di Apoſtolicæ; nam cùm eorum vacatio ob unio-
nem ampliùs non contingat, & conſequenter nec
Proviſio, in locum Annatæ ſubrogata fuerunt
Quindennia, nè Camera Apoſtolica, & ejus
Officiales appellati *Annatiſtæ* detrimentum pa-
tiantur, ità ſancientibus Apoſtolicis Conſtitu-
tionibus Pauli II. *la* 6. Pii V. *la* 38. Sixti V. *la* 33.
quas expendit *Lotter. de Re Benefic. lib.* 1. *quæſt.* 29.
à num. 1. *ad* 7. *& Rota ſæpè d. deciſ. Cerr.* 2. *num.* 14.
innovatis, & confirmatis à Clemente X. ſub for-

NN tioribus Decretis *Conſtit.*50. *Bullar. nov. tom.*5. ſecundùm noviſſimam impreſſionem Lugdunenſem.

Ex ſupradicta ratione, quòd Quindennia ſucceſſerint loco Annatæ, ad relevandam Cameram,& Officiales à præjudicio,quod ex unio-
13 ne Beneficii collativi ſentiebant, ſequitur, non deberi Quindennia ex unione Eccleſiæ, vel partis Bonorum illius, ſi non erat in ſtatu collativo, & proindè non ſubjecta oneri Annatæ. Ità cenſuit Tribunal Cameræ in *Nolana Quindenniorum* inter Collegiatam Summæ, & Annatiſtas 28. *Aprilis*, & 26. *Maji* 1656. *cor. bo:mem: Carracciolo Decano*, *deindè S. R. E. Cardinali*, & *vigilantiſſimo Archiepiſcopo Neapolitano*. Cùm enim fa: mem: Clemens VIII. ab Eccleſia S. Mariæ de Arcu non erecta in Beneficium, nec habente ſtatum collativum, ſed regi conſueta à Laycis, ad inſtar Confraternitatum, diſmembraſſet annua ſcuta quingenta, eaque præfatæ applicaſſet Collegiatæ, Annatiſtæ pro hujuſmodi applicatione petebant Quindennia: Cameta cenſuit, *ea non deberi*, licet prima vice in unione fuiſſet à Procuratore Capituli ſoluta Annata, & emiſſa obligatio ſolvendi Quindennia in futurum. Super hac Cauſa *Nolana* videri poteſt *Capon. contr.*32. & *ſeqq.*

DE-

DECISIONES EXTERÆ

POST TRACTATUM DE QUINDENNIIS.

DECISIO I.

EX FONTANELL.

Deciſ. Cathalon. 279. tom.1.

SUMMARIUM.

21 *Amortizatio quandoque neceſſaria.*
22 *Amortizatio quomodò practicanda.*
23 *Practica amortizationis declaratur.*

NON INDIGET ARGUMENTO.

21 HAbemus ergo, quòd ex iſta alienatione debetur Laudemium, ac illud quidem ſolvendum per Eccleſiam, vel ſimilem. Quæritur, cùm poſteà ſit deveniendum ad amortizationem, quia eſt manus mortua, juxta latè tradita per nos *in 1. de Pact. nupt. clauſ.4. gloſ.15. par.1. ex num.25.* quæ amortizatio hoc caſu eſt neceſſaria, nec eam poteſt evitare Dominus, ut ibi dixi, & antè nos idem etiam docuerat *Oliba*, quem non allegaveramus, *in uſat. aliud namque*
22 *cap.7. num.30.* Quæritur (inquam) quomodò ſit practicanda.

Practica ejus ordinaria eſt, ut à principio pro amortizatione ſolvatur unum Laudemium, deindè, ut commoditati domini conſulatur, & ejus indemnitati ſit proviſum, nè propter privilegium Eccleſiæ damnum patiatur in oneribus, & muneribus, quæ res immobilis ergà Dominum ſuſtinuiſſet, ſi non veniſſet in manum mortuam, prout dicit *Oliba dict. cap.7. num.29. & 32.* dic clariùs, in recompenſam Laudimiorum, quæ poſſent ex alienationibus Domino frequenter contingere, ſolet dare de triginta in triginta aliud Laudimium, aut tardiùs, aut frequentiùs habita conſideratione de quanto in quantum poſſet res alienari, diſtributum per annos eo modo, quo declarat *Solſon. noſter in ſtylo Capibrev. poſt formas amortizationis num.1. incip. plures aliæ formæ fol.84. & ego retuli in 1. de Pact. nupt. clauſ.4. gloſ.12. num.23.*

23 Sed hæc practica &c. Sufficit, quòd pendat à principio ſuum Laudimium, ſicut reliqui, & deindè, quia non eſt ſpes aliorum, ſolvat aliud, ſeu alia diviſa per annos, ut dixi, nè commoditas Eccleſiæ cedat in tàm magnum damnum Domini, ſed cum hac utilitate compenſetur &c.

DECISIO II.

EX FONTANELL.

Deciſ. Cathalon. 475. tom.2.

SUMMARIUM.

6 *Manus mortuæ tenentur intrà annum evacuare rem, aut ſe cum Domino componere, & amortizare in Cathalonia.*
7 *Commiſſo in Cathalonia non eſt locus, quòd res devenerit in manum mortuam.*

NON INDIGET ARGUMENTO.

IN Cathalonia res non habet difficultatem, ubi 6
habemus jus amortizationis; eſt enim licita apud nos quælibet alienatio, etiam in manum mortuam, & perſonas incapaces, dum intrà annum vacuent in perſonas habiles, vel ſe cum Domino componant per viam amortizationis, prout ego ſignanter inter alios, quos refero ad ſatietatem, probavi *in 1. de Pact. nupt. clauſ.4. gloſ.12. ex num.13. cum mult. ſeqq.* & nunquam 7
eſt viſum, neque auditum in Cathalonia fuiſſe prætenſum, rem feudalem, vel emphyteoticariam fore commiſſandam, & Domino applicandam, ex quò facta fuerit alienatio in manum mortuam, vel aliam perſonam inhabilem, ſed actum fuit poſteà vel ad vacuationem, vel ad amortizationem &c.

DECISIO III.

EX LEON.

Deciſ. Valent. 77. tom.1.

SUMMARIUM.

1 *Emphyteuticariæ, & feudales res non poſſunt alienari in Eccleſiam, & quare, num.2. & 4.*
3 *Manus mortua quæ dicatur, & quare?*
5 *Emphyteuticariæ res, ſi tranſeant in manum mortuam, debent poni extrà manus ſuas, ſeu manus ſuas vacuare.*
6 *Manus mortua (qualis eſt Eccleſia) tenetur ſolvere finantiam, compenſationem, ſivè Quindennium.*
7 *Quindennium ſolvitur de conſuetudine, vel ex conventione, & num 9.*
8 *Eccleſia, vel locus religioſus bona ſedentia ei relicta, vel donata tenetur alienare intrà annum juxta forum.*
10 *Quindennium deberi ex rebus Emphyteoticis, in Civitatem, vel Monaſterium, & ſic in manum mortuam translatis, fuit declaratum cum R. Sententiis, de, quibus hic.*
11 Thema, & Dubium.
12 *Dominus directus non poteſt cognoſcere de cauſis Emphyteuticalibus, nec Judicem delegare, fallit, ut infrà num.15.*

13 *Feudalis non eſt cauſa, quando agitur actione perſonali ad pecuniam, licet adimplementum fiat ſuper feudo.*

14 *Judex Ordinarius cognoſcit de cauſa reivendicationis intentatæ ratione dominii utilis, rei feudalis, vel Emphyteuticariæ.*

15 *Dominus directus delegat Judicem in Cauſis Emphyteuticariis, tàm in prima inſtantia, quàm in gradu primæ, & ſecundæ appellationis, & de eis non poteſt cognoſcere Rex, nec Judex Ordinarius juxta forum, & num.*18.

16 *Feudi Dominus cognoſcit de Cauſa feudali, & ejus cognitionem alteri delegare poteſt.*

17 *Pares Curiæ cognoſcunt de Cauſa feudali inter Dominum Feudi, & Vaſſallum.*

18 *Cauſæ Emphyteuticales tractandæ ſunt coram Judice Delegato per Dominum directum, quando agitur de re Emphyteuticaria, uti Emphyteuticaria.*

19 *Feudalis cauſa eſt, quoquo modo tangat feudum, ſivè de dominio, ſivè de poſſeſſione, ſivè de Jure ſuper feudo, vel occaſione rei feudalis quæſtio ſit.*

20 *Quindennium an debeatur, ubi agitur de re Emphyteuticaria, uti tali, ſivè de re cenſita uti cenſita.*

21 *Regia Audientia cognoſcit de re Emphyteuticaria, quando non agitur de re cenſita, ſecùs tamen, quando agitur de ea, uti habente hanc qualitatem, juxta forum hic allegatum.*

22 *Cenſitæ res uti cenſitæ pertinent ad cognitionem Judicis Delegati per Dominum directum.*

23 *Laudemii debiti decimo quinto quoquo anno, ſivè Quindennii cauſam actitandam eſſe coram Judice delegato, fuit declaratum cum Regia Sententia.*

ARGUMENTUM.

Quindennium (hoc eſt Laudemium, quod ſolvitur decimo quinto quoquo anno) debetur de conſuetudine Valentię Domino directo de rebus Emphyteuticariis, quæ tranſeunt in manum mortuam, ſecùs de Jure, & de hac quæſtione, an debeatur? non cognoſcit Ordinarius, nec Regia Audientia, ſed Judex Delegatus in Cauſis Emphyteuticariis per Dominum directum juxta forum.

1 RES Emphyteuticariæ, & feudales non poſſunt alienari in Eccleſiam, ita *Oldrad.conſil.*17. *incipienti thema tale eſt, num.*17. *ad med. verſic.Iſtæ res*, ubi inquit, quòd taliter videntur conditionatæ, quòd non debent in Eccleſiam alienari. Et rationem reddit, quia Dominus poſſet præjudicium pati, ex quò non ità ab Eccleſia poſſent ad eum reverti, ſicut à privata perſona *tit. de Alienat. feud. verſ. Indè ibi indè poteſt præſumi, ſi Clientulus fecerit Libellum in perpetuum de feudo ſuo alicui Eccleſiæ, non valet.*

2 Ideò ſcilicet quia nunquam reverſurum ſit ad Dominum, cùm Eccleſia deſinat eſſe hæres, *ubi Bartol. num.*3. notat, quòd quamvis feudum poſſit concedi ad perpetuum Libellum privato, non tamen poteſt eo modo Eccleſiæ concedi, quia nunquam de facili ad Dominum revertetur, cùm Eccleſia, & dominium ejus non poſſit mori, *Rodriguez de Ann. reddit. lib.*2. *queſt.*22. *num.*34. *pag.*573. ubi dicit, hoc eſſe, quod Galli dicunt, *Amortizare*, ideſt pervenire ad manum mortuam, undè inquit *Specul. in tit. de Locat. §.Nunc aliqua alias in tit.de Emphyteuſ.num.*142. *quæſt.*116. quòd ſi Emphyteuta donet, vel leget alicui Eccleſiæ, vel eam hęredem inſtituat, Eccleſia non potuit retinere, quia Eccleſiæ intelliguntur prohibitæ, & omnes perſonæ, quæ non facilè conveniri poſſunt, argumento *l.*2. *ff. Qui ſatiſdare cog.* Et quia ſi Emphiteuſis ad manum mortuam perveniret, Dominus directus defraudaretur jure ſuo. Quia cùm Eccleſia non poſſit alienare, nec conditionem ſuam deteriorare, non poſſet Dominus hoc modo habere laudemium, nec ità de facili incideret in commiſſum, & ibidem
ſubjungit *Rodriguez*, manum mortuam vocari 3
Eccleſiam, Civitatem, vel Collegium, vel aliud quodcumque corpus ſivè ſæculare, ſivè Eccleſiaſticum bonorum capax, quod non moritur, nec mutatur, licet omnes perſonæ, ex quibus conſiſtit, moriantur, vel mutentur, *l. proponebatur ff de judic. Oliba in commentar. in uſatic. Alium namque de Jure Fiſci cap.*7. *pag.*137. ibi: *dicitur autem manus mortua, quia Communitas, Eccleſia, Capitulum, Collegium, Univerſitas, Confratria nunquam moriuntur, nec mutant Dominum, & res ad eorum manum, & dominium pervenientes, vix unquam dominos mutant: quia homines, qui in dictis corporibus ſunt, per ſubrogationem perpetuò iidem ſupereſſe dicuntur, & Joannes de Soccorratis in Conſuetudin. Cathalon.in cap. eodem*
*modo nu.*74. *fol.*128. inquit, Eccleſiam rem em- 4
phyteuticariam retinere non poſſe, cùm ſit incapax, & Dominus fraudaretur in laudemiis, quia eſſet in manu mortua, utendo vulgari ſermone Cathalonico, & Valentino, & *Vincent.de Franch. dec.*659. *incipienti emptis* 4. *part.* ità ait: *emptis ſub haſta per hanc nobiliſſimam Civitatem quibuſdam Domibus Pedemontis S. Martini emphyteuticis Abbatiæ S. Mariæ de Regali Valle, fuit Civitas conventa in S. C. per Illuſtriſſimum, & Reverendiſſimum Cardinalem Jeſualdum Archiepiſcopum Commendatarium Abbatiæ prædictæ ad laudemia ei debita ob hanc alienationem, & aliàs pro præterito factas, & fuit Civitas condemnata ex dictis ſuprà deciſ.*430. *fuit etiam Civitas conventa, quòd, poſtquàm domus prædictæ pervenerunt ad manus mortuas, ut eſt ipſa Civitas, quodque ex hoc fraudaretur Eccleſia laudemiis, & aliis*
Juribus, quæ directis Dominis competunt, quan- 5
do Domus prædictæ non perveniſſent in manus perpetuas, quòd condemneretur Civitas ad ponendum domos extrà manus ſuas, & ſic obtinuit ex traditis per Specul. in tit. de locat. §. nunc aliqua verſiculo 117. *quem ſequitur Jaſon in l. fin.n.*90. *& ſeq. C. de Jur. Emphyt.* non enim *tenebatur Commendatarius conſentire in Civitatem, ex quò fieret conditio Eccleſiæ deterior ob amiſſionem jurium prædictorum*, ut etiam dicit *Jaſon n.*91. *& Gulielm. Benedict. in cap.Raynutius in verbo & uxorem nomine Adelatiam dec.*5. *n.*5. *fol.*95. inquit: *de novis acquiſitis teneri Eccleſiam manus ſuas evacuare intrà annum, vel cum Rege componere, aliàs de* 40. *annis in* 40. *annos finantiam in Camera Computorum Pariſiis expreſſam ſolvere pro illo præterito tempore, quo illos tenuit, & deindè manus evacuare, nè res maneant in manu mortua, niſi tales acquiſitus Eccleſia pacificè tenuiſſet ultrà* 40.

an-

6 *annos. Quia tunc cogi non poſſet de talibus ſe deveſtire, tamen ad finantiam ſolvendam ſingulis annis teneretur*, & ita inquit credere intellexiſſe *Maſſuerum in tit. de præſcription. §. Item ſi Eccleſiæ, & idem Gulielm. Benedict. ubi ſuprà nu.7. in fin.* ſubiungit, & ſi non conſtaret de compoſitione facta cum Rege, ut quia tolerata fuit Eccleſia rem tenere per alios 40. annos, ſatis ex hoc reſultare tacitam novam compoſitionem in ſimili quantitate ſolvendam, & *Solſona Gotolanus, in lucerna laudem 7. cellul. num 28. t.10. tract. par.2. fol.217.* multis relatis probat, non poſſe invito Domino directo rem Emphyteuticariam transferri in manum mortuam, nè damno dominus afficiatur in laudemiis, à quibus privaretur, *& nu.30.* ſubjungit hæc verba: ***Sed quamvis laycus, recipiendo cenſum ab Eccleſia, videtur excluſus à jure compellendi Eccleſiam evacuare, non tamen excluditur à jure petendi compenſationem ſibi debitam ratione amortizationis.*** Et quòd regulariter res Emphyteuticaria non poſſit alienari in potentiorem, eſt communis opinio teſte *Alexand. in l. ſi finita §. ſi de vectigalibus n.36. verſic. nec obſtat, quòd Emphyteuta, ff. de damn.infect. Jaſon in l.fin.n.90. & 97. C.de Jur. Emphyt. Jul. Clar. in §. Emphyteuſis qu.22.* ubi ſubjungit *in fin.* quòd perſonæ potentiores intelliguntur, quæ ſunt magis privilegiatæ; ſed manus mortua eſt potentior, ergò invito Domino directo non poteſt in eam fieri alienatio. Et ideò *Oliba de Jur. fiſc. cap 7. n.15. pag.140.* inquit, quòd, licet per Principem concedatur licentia amortizandi, tamen ſi res ſit feudalis, vel emphyteutica, poteſt Dominus directus indemnitatem ſuam petere, & manum mortuam ad indemnitatem cogere, & ſubjungit hæc verba: *eſt autem indemnitas illa penſatio, quæ fit, & præſtatur domino rei amortizatæ pro intereſſe ipſius Domini immediati, qui perdit laudemia, quæ ex alienationibus conſequeretur, ſi res eſſet penès viventem, & morientem, quæ non habet re amortizata, & in manu mortua exiſtente.* Ergò hæc indemnitas, & penſatio eſt loco Jurium utilium, quæ Dominus veriſimiliter percepturus erat re ipſa manente in privatorum manu, quæ ſæpè mutatur variis modis *l.Senatus §. mortis cauſa ff. de donat. cauſ. mort.* Quibus Juribus non poteſt
7 ſperare ſe gaviſurum re penès manū mortuam manente. Hæc recompenſatio, quæ fit per manum Vicariam, vel penſationem annuam præſtandam puta decimo quoque anno, aut decimo quinto, aut trigeſimo juxta conventiones, vel conſuetudinem Diœceſis, vocatur indemnitas. Et ità ex ſupradictis conſtat, non de Jure, ſed ex conventione, vel de conſuetudine ſolvi
8 laudemium per manum mortuam decimo quinto quoque anno. In noſtro autem Valentiæ Regno juxta *forum 5. de rebus non alienand fol.110.* bona ſedentia relicta, vel donata Eccleſiæ, vel loco religioſo debent alienari intrà annum, ità ut non remaneant penès manum mortuam, niſi habeant licentiam à Rege illa poſſidendi, quæ licentia Amortizatio appellatur. Et ultrà Jus amortizationis, quod ſolvitur Regi, ſi dicta
9 bona ſedentia ſunt emphyteutica, de conſuetudine ſolvitur quindennium, hoc eſt laudemium decimo quinto quoque anno per Eccleſiam, Civitatem, vel aliam manum mortuam, quæ acquiſivit rem emphyteuticam, Hoc eſt ſolvit quolibet quindennio eam quantitatem, quæ deberetur pro laudemio, ſi fuiſſet alienata. Et ità 10
fuit pronunciatum in Cauſa vertente inter Procuratorem Regii Patrimonii ex una, & Syndicum Civitatis Alicantis parte ex altera, ſententia lata in hoc S.S.R.C. publicata per Petrum Franqueza Regium mandati ſcribam, die 9. Auguſti 1591. cum qua fuit condemnata dicta Civitas, quæ emerat à Cæſare Guill penſum Regium, ſolvere Regiæ Curiæ, & vice illius Receptori pecuniarum Regiarum de quindecim in quindecim annis unum laudemium valoris dicti penſi Regii, quod tenebatur ſub directo dominio Domini Noſtri Regis; idem fuit declaratum cum alia ſententia lata in Regia Audientia Valentina in favorem Monaſterii S. Catherinæ Senenſis contrà Archiepiſcopum Valentinum (tanquàm Adminiſtratorem Collegii noviter Converſorum fundati per Invictiſſimum Imperatorem Carolum V. in dicta Civitate) publicata per Franciſcum Paulum Alrens die 21. Maii 1604. cum qua ex eo, quòd Domus, hortus, & ovile, quorum habebat directum dominium prædictum Monaſterium, vendita fuerunt prædicto Archiepiſcopo adminiſtratorio nomine ad opus dicti Collegii, fuit idem deciſum his verbis: *hoc tamen proviſo, & declarato, quòd pro reſarciendo damno, & incommodo dicti Conventus eidem illato, cum prædicta venditione facta dicto Reverendiſſimo Archiepiſcopo tanquàm Adminiſtratori dicti Collegii, qui de cætero fuerint, prout cum hac Regia ſententia ipſum condemnamus ad dandum, & ſolvendum dicto Conventui S. Catherinæ de Sena de quindecim in quindecim annis computandis à menſe Maii anni 1603. in poſterum totum futurum tempus, unum laudemium verò valoris dictæ Domus, triquetis, horti, & ovilis &c.* Et conſuetudine receptum eſt in Civitate Valentiæ ſolvi quindennium, & vidi, manus mortuas recuſantes illud ſolvere Dominis directis, ad ejus ſolutionem compelli.

Hoc ſuppoſito, Adminiſtrator Hoſpitalis vul- 11
gò appellati, *Den Conill*, conſtructi in Civitate Valentiæ, uti Dominus directus cujuſdam Domus, quam poſſidebat Monaſterium Fratrum Prædicatorum Ordinis S. Dominici, in eadem Civitate conſtructum, delegavit Judicem in Cauſis emphyteuticalibus, & coram eo convenit Syndicum dicti Monaſterii, petens illum condemnari ad ſolutionem dicti quindennii, hoc eſt laudemii debiti tranſactis quindecim annis, à die, in qua dicta Domus tranſivit in manum mortuam. Prædictus autem Syndicus prætendebat dictam quæſtionem, an deberetur quindennium, nec nè? non eſſe tractandam coram Judice Delegato, ſed coram Ordinario.

Primo, quia Dominus directus non poteſt 12
cognoſcere de Cauſis Emphyteuticalibus, nec ad earum cognitionem Judicem delegare, ità *Anton. Sola in comment. ad Decret. antiq. Sabaud. tit. de Jur. Emphyt. in Decreto Rempublicam 2. part. gloſ. ult. n.1. pag.58.* qui ſic ait: *Emphyteuſis nullam tribuit Juriſdictionem Domino directo, Petr. Foller ſup. Conſt. Regni tit. de Epiſcop. & Cleric. errores nu.20.* Sed cognitio illius rei Emphyteuticæ, de qua controverſia eſt, ſpectat Judici, in cujus Juriſdictione res eſt ſita, *Roman. conſ.212. col.2. quem ſequitur Jaſon in l.1. n.73.*

n.73. C. de Jur. Emphyt. Bald. in Rubr. extrà de judic. col.3. verſic. nunquid, *Decius in cap. cæterùm n.54. eod. tit.* docens ibi, non eſſe validum argumentum de feudo ad Emphyteuſim, qua ratione reſponderi poteſt ad *Oldrad. conſ.17. n.13.* qui argumentando a feudo, idem in Emphyteuſi affirmabat, licet etiam alleget §. *Etſi forſitan* in *Auth. de Quæſtor. col.6.* qui loquitur de Agricolis, ad quem textum ibi *Bartol.* reſpondet, undè opinio *Roman.* verior eſt etiam per *l. qui juriſdictioni ff. de Juriſdict. omn. Judic. & per l.1. C. nè quis in cauſa propria jus dic.* Immò nec per ſe, nec per alium ab eo conſtitutum, niſi conſtitutio à pluribus Dominis facta eſſet, *Oldrad. conſ.124. Brun. conſ.30. Natt. conſ.87. Cravett. conſ.231.* & de aliorum Dominorum intereſſe quoque non tractaretur, *gloſ. in cap. ſuper Abbatia de offic. Deleg. Jaſ. in l. apertiſſimi verſic. octava cauſa C. de judic.* & multis relatis probat *Schrader. in tract. de feud. par.10. ſect.1. n.207. pag.68.*

13 Secundò, quia quando agitur actione perſonali ad pecuniam, licet adimplementum ſit ſuper feudo, cauſa non eſt feudalis, *Grammatic. dec.103. n.133. ad med. Milanen. dec.6. n.24. lib.1.* qui allegat *Bongiorn.* in allegationibus in Cauſa Fluminis Dionyſii cum Iſolda Saccano, & *ibid. n.76.* affirmat, deciſum fuiſſe in Magna Regia Curia Regni Siciliæ, poſſe in ea procedi ad venditionem Baroniæ Sicalianæ, & aliorum bonorum feudalium, ſuper quibus fuit interpoſitum ſecundum Decretum. Et hoc Jure utimur Valentiæ, ubi ſæpiùs per Curiam Judicis Ordinarii Urbis, & per Regiam Audientiam venduntur Domus, vel terræ Emphyteuticariæ ad inſtantiam Creditorum, et ſi Dominus directus prætenderet coram Judice per ipſum delegato cauſam eſſe tractandam, non audiretur. Cùm igitur in occurrenti caſu petatur quindennium, & ità pecunia actione perſonali, quamvis prætendatur debita occaſione rei feudalis, cauſa debet tractari coram Ordinario, vel in Regia Audientia.

14 Tertiò etiamſi quis intentet rei vindicationem ratione dominii utilis, contrà poſſeſſorem rei feudalis, vel emphyteuticariæ, prætendendo illam reivindicare, cauſa tractatur coram Ordinario, *gloſ. fin. in fin. in cap. cæterùm de judic. & ibi Felin. n.7. Schrader. in tract. de feud. p 10. ſect.6. nu.233. pag.225.* ubi allegat ità tenentes *Bald. Barbat. Decium, & Mandos.* & hoc Jure utimur. Nam quotidiè intentatur reivindicatio coram Ordinario Urbis, vel in Regia Audientia contrà poſſidentem prædium urbanum, vel ruſticum emphyteuticum. Et ità videretur, quòd eadem ratione hæc quæſtio, an debeatur quindennium, poterit ventilari in Regia Audientia Valentina.

Sed his non obſtantibus, contrarium fuit deciſum, nimirùm dictam Cauſam, in qua agebatur de ſolutione quindennii, ſivè laudemii debiti decimo quinto quoque anno, non poſſe agitari in Regia Audientia, ſed coram Judice delegato per Adminiſtratorem dicti Hoſpitalis,
15 uti Dominum directum, quia juxta *forum 17. de jur. emphyt. fol.119. de cauſis emphyteuticalibus*, nec in prima inſtantia, nec in gradu appellationis primæ, vel ſecundæ, non poteſt Rex, nec Judex Ordinarius cognoſcere, ſed dictæ Cauſæ emphyteuticales agitandæ ſunt coram Judice delegato per Dominum directum; ibi; *Caſcupot lexar terra, caſa, obrador, e qualque altre lloch, que per altre tingue a cens, ò a certa part de fruyts, ò de ſervì, ò de tribut. Mas locens tot del temps, qui es paſſat, pach, e del dams, que havra feyt, ò dat en la heretat, ò en la caſa, ò en qualque altre lloch, que por lo ſempor tingue, ſia tengut en poder del Senyor de la Coſa reſpondre, e fer complement de dret. El Senyor Don li jutge, qne no ſia ſoſpitos, e ſe el Seyor agreujara ell atort, en axi, ques ſenta agreujat del jubi, nos paſqne a nos, ne a la Cort de la Ciutat appellar, mas lo Senyor aſſigne a ele jutge el pleyte de totes ſes appellacions.* Et ità per dictum forum in Valentiæ Regno corrigitur, quod alias de jure fuit diſpoſitum, emphyteuſim non tribuere juriſdictionem Domino directo, de quo dixi *ſuprà n.12.* Et quemadmodùm Dominus feudi cognoſcit de cauſa feudali *cap. cæterùm de judic. & c. ex tranſmiſſa de for. compet.* & Dominus feudi cauſas feudales ad illius co- 16
gnitionem pertinentes alteri committere, vel delegare poteſt, *Schrader. de feud. par.10. ſect.4. n.1. pag.123.* ubi allegat ità tenentes *Panormitan. in cap. cæterùm n.3. & ibi Barbat. n 6. Decius num.3. extrà de judic. Curt. jun. in tract. feudal. par.7. qu.8. n 28 Albert Brun. conſ.102. Marin. Frecc. in tract. de ſubfeud. lib.2. § Decima tertia auctoritate num.1. Henning. Goed conſ 2. dub.2. n.31. & 32. lib.4. Domini de Rota dec.8. incip. ſi Dominus feudi tit. de re judic. in noviſs. Matth. de Afflict. cap.1. num.15. de Inveſtit. in marit. fact. Bald. in l. penult col.1. verſ. quæro, quid ſi inter C. ſi à non compet. judic. Bertachin. in ſuo reportor. verbo cauſa feudalis*, & in 17
cauſis vertentibus inter Dominum feudi, & Vaſſallum, Pares Curiæ ſunt Judices *cap.1. §. Prætereà ſi inter, & ibi Jacob. de Belviſo, Andr. de Iſern. Bald. Alvar. Præpoſit. Martin. Lauden. Matth. de Afflict. & DD. de prohibit. feud. alienat. per Federic. cap.1. & ibi Andr. de Iſern. & DD. de controverſ. feud. ap. Par. termin. cap.1. & ibi DD. de controverſ. int. Vaſſall. & Epiſc.* Ità etiam in noſtro Re- 18
gno Valentiæ Cauſæ emphyteuticales ſunt coram Judice delegato per Dominum directum tractandæ, ubicumque agitur de re emphyteuticaria uti emphyteuticaria quavis actione, ut latè agens de re feudali probat *Milanen. deciſ.6. n.2. cum ſeq.1. par.* ubi inquit, quòd prima eiicitur concluſio, quòd ubicumque agitur de re feudali, ſivè revindicatione, ſivè interdicto, ſivè quavis actione inter duos detinentes tantùm jure feudi, & ipſum recognoſcentes, coram Domino eſt agendum, *Petr. Ancharan. in cap. cæterùm n.3. verſic. ad appellationem extrà de judic. & ibi Hoſtienſ. in verſic. ſi ego inter Vaſſallos, ubi Anton. de Butr. nu.9. verſic. venio ad ſecundum*, quod procedit etiam, quando quæſtio eſt poſſeſſionis, nam coram Domino, eſt tractanda: Et hæc eſt communis opinio, ut ait *Decius dicto cap. ceterùm num.24. verſic. an autem ſi agatur, Milan. ubi ſuprà num.3. & 4. qui num.11.* hoc declarat, quoquo modo cauſa ipſa tangat feudum, cauſa eſt feu- 19
dalis, intelligitur, quando ſive de Domino, ſive de poſſeſſione, ſive de jure ſuper feudo quæſtio eſt de re feudali, vel occaſioe rei feudalis, & *n.18.* ait, quòd quando agitur ex lege feudi, cauſa eſt feudalis, *Bald. in cap.1. n.3. in fin. de Inveſtitur.*

tur.in marit.fact.Soccin.in cap. ex tranſmiſſa n.26. de for compet.Raynald.in cap.prætereà, cap.Imperialem num.10.de probib.feud.alien per Federic. & idem Milanen.num.44. ait,quòd, ſicut juriſdictio feudi ſpectat ad Dominum feudi, quando agit actione reali, ita etiam ſpectat ad Dominum feudi, quando agit actione perſonali proveniente ex obligatione, quæ habuit ortum ratione feudi, ut eſt petitio ſervitiorum, & alterius oneris annexi feudo. Ità dixit in terminis *Aretin. conſ.83. incipiente quia multa n.4.col.2. in fin.poſt Hoſtienſ.& Anton.de Butr.in dict.cap.cæterùm*,ubi per eum, ſed ad dotem de paragio agitur condictione ex lege, & ſic actione perſonali proveniente ex obligatione perſonali, quæ ortum habuit ratione feudi, ut dixit *Andr.in Conſt.in aliquibus in 3.& 7.col.* quia condictio ex lege, dicitur actio perſonalis §. *Appellamus Inſtit. de action.Schrader.de feud.par.10.ſect.5.n.152. ibi Similiter hoc habet locum non tantùm in litibus, & quæſtionibus motis de feudo, ſed etiam in litibus, & quæſtionibus motis occaſione, vel ratione feudi, vel rei feudalis tanquàm feudalis, namque & hæc lis ad forum, & cognitionem Parium Curiæ pertinet, Hoſtienſ.in cap.cæterùm, & ibi Anton. de Butr.nu.8. Joan.de Imol.n.6.&7.Bellamer.n.5.extrà de judic. Zaſius conſ.7.n.2.* Quinimmò quomodocumque, & qualitercumque eſt contentio inter Dominum, & Vaſſallum occaſione rei feudalis, ſemper cognoſcunt Pares, *Matth. de Afflict. cap.1. n.1.argum.illius textus de controverſ. int.Epiſcop. & Vaſſall.& Schrader.dict.ſect.5. per tot.* multas refert ampliationes regulæ, quæ dicit, de cauſa feudali non poſſe Judicem Ordinarium ſe intromittere ullo modo. Pari igitur ratione dicendum eſt, quòd, cùm in Valentiæ Regno de cauſis emphyteuticalibus non poſſit cognoſcere Judex Ordinarius, nec Regia Audientia, & in hac
20 quæſtione, an debeatur quindennium, ſive laudemium decimo quinto quoque anno, agatur de re emphyteuticali, uti tali, ſeu, ut vulgò dicitur, de re cenſita uti cenſita, hæc ea debet ventilari coram Judice delegato per Dominum directum in cauſis emphyteuticariis, & quòd de eis non poteſt Regia Audientia cognoſcere.

Nec obſtat in contrarium adducta. Ad primùm enim reſpondetur, quòd, licet de jure Cæſareo Dominus directus non poteſt cognoſcere de cauſis emphyteuticariis, nec ad earum cognitionem Judicem delegare, ſecùs tamen eſt de jure Regni Valentiæ juxta *forum 17. de jur.emphyt.* cujus verba retuli *ſuprà num.15.*

Ad ſecundum reſpondetur,quòd,quando non
21 agitur de re cenſita uti cenſita, nec de re feudali uti feudali, tunc benè cognoſcit Regia Audientia, non obſtante, quòd res ſit cenſita, vel feudalis, ſi eam per Curiam venditur, ſeu judicialiter diſtrahitur, & ità procedit contrarium,tunc enim non agitur de feudo, nec de emphyteuſi, nec de actionibus motis occaſione feudi,vel emphyteuſis, ſecùs tamen eſt, quando agitur de re cenſita, uti cenſita, ut in caſu noſtro, & hoc jure utimur. Facit *Forus 19. de jur.emphyt.ibi -- Per co los dits tres brecos ſuppliquen a V.Mageſtat ſia merce aquella ſtatuir,e ordenar,que les dites cauſas, ques mouran, e ſuſcitaran per rabo de les dites coſes emphyteoticals, e tengudes ſots directa Señoria, etiam per rabo de fermes de dret, ab les quals los dits emphyteotes fermen de dret pretenet, no dovre pagar,ſino part del cenſ per pretendre, que ſien poſſeſſion de no pagar ne mes, no poder eſſer evocades a la Real Audiencia,ans dovre eſſer conegudes, e tractades davant los dits Jutges delegats per los dits emphyteotes atorguen la dita coſa eſſer tenguda ſots directa Señoria,e ſer cens al Señor directe. Axi otorguen la qualitat de dita coſa, e no neguen aquella, e nos ferma da dret per rabo de coſa, que preten lo poſſebidor de aquella no eſſer tenguda ſots directa Señoria, ni ſer ſens algu, e aſſi eſſerne lo poſſebidor de aquella en poſſeſſio, e negant in totum la qualitat de la dita coſa cenſida,en lo qual cars tantùm ſe puguem evocar dita cauſa de ferma de dret, e conexerne de aquella los jutges ordinaris, e no en lo cars de ſus dit.*

Nec obſtat tertium, procedit enim, quando non agitur de re cenſita, uti cenſita, ſed inten- 22
tatur rei vindicatio ratione dominii utilis, quod haberet actor, etiamſi res non eſſet feudalis, vel emphyteuticalis. Et ità quod agitur in judicio reivendicationis, nullatenus reſpicit qualitatem rei. Tunc enim judicium agitur vel coram Ordinario, vel in Regia Audientia,vel etiam,quando cauſa agitur inter Vaſſallum ex una prætendentem rem eſſe propriam, uti ſibi in feudum conceſſam, & inter non Vaſſallum rem non eſſe feudalem. Tunc enim Dominus fundi, nè ſit Judex in cauſa propria, non poteſt cognoſcere de hac controverſia. Et hoc eſt, quod dicit *gloſ. fin.in fin.in cap.cæterùm de judic.* Secùs tamen eſt in caſu noſtro, in quo agitur de quindennio,ſive laudemio debito Domino directo, ex quo res eſt emphyteoticaria, & ſic habet hanc qualitatem, quam ſi non haberet, non gauderet quindennio, ſive laudemio.

Et ità ex ſupradictis (referente D.Marco Antonio Siſterues dictæ Cauſæ Auditore) fuit declaratum, dictam cauſam petitionis quindennii eſſe tractandam coram Judice delegato in Cauſis emphyteuticalibus per Dominum directum, ſententia lata in favorem Adminiſtratoris Hoſpitalis appellati *den Conill*, contrà Syndicum Monaſterii Prædicatorum Civitatis Valentiæ, publicata per Franciſcum Paulum Alreus, R. M.Scribam die 4.Novembris 1610.

DECISIO IV.

EX CORTIAD.

Dec.Cathalon.283.par.4.repetit.par.5.

SUMMARIUM.

1 *Amortizatio eſt in manum mortuam translatio juſſu Principis, & auctoritate facta.*

2 *Manus mortua appellatur illa, quæ non habet liberam, & ſpontaneam voluntatem diſponendi de rebus, & ſic manus mortua eſt Eccleſia, Capitulum, Communitas, Collegium, Confratria, Civitas, Univerſitas, & aliud quodcumque corpus, ſive Eccleſiaſticum, ſive Sæculare bonorum capax, num.2.& 5.quidquid aliis placeat, n.7.*

3 *Eccleſia dicitur perpetuò vivere.*

4 *Eccleſiæ poſſeſſio nunquam dicitur vacare, etiam mortuo Prælato, á quo ipſa poſſidet.*

6 *Fiſcus eſt manus mortua.*

8 *Bo-*

8 *Bona, quæ fuerunt Principis, vulgò dicta de* Realenco, *non poſſunt alienari, nec titulo quocumque tranſire in manum mortuam, abſque ipſius Principis juſſu, auctoritate, & licentia, & abſque eo, quòd ſint hujuſmodi bona amortizata.*

9 *Feudum, vel emphyteuſis de jure communi non poteſt alienari, nec ullo titulo tranſire in manum mortuam, abſque Domini directi licentia, juſſu, & auctoritate, & abſque amortizatione, ſeu indemnitate num.9. Ampliatur 1. num.10. Ampliatur 2. num.11. Limitatur 1. num.12. Limitatur 2. num.13.*

14 *Feudum, vel emphyteuſis de jure Cathaloniæ poteſt alienari, & tranſire in manum mortuam, n.14. intellige, & declara, ut procedat, dummodò manus mortua intrà annum transferat feudum, vel emphyteuſim in perſonam, & manum habilem, & capacem, ſi ità vult Dominus directus, aliàs enim invito Domino, non poteſt manus mortua ulteriùs tenere feudũ, vel emphyteuſim, n.15. idemque ſtatutum eſt in Regno Valentiæ, & in aliis Regnis, num.17. rationes plures aſſignantur, & binæ referuntur nu.18. Prima n.19. Secunda n.20. Ampliatur 1. num.21. Ampliatur 2. nu.22. Ampliatur 3. n.23. Ampliatur 4. nu.24. Limitatur 1. n.25. & vide n.26.27. & 28. Limitatur 3. Limitatur 4. n.31. Limitatur 5. num.32.*

16 *Argumentum valet de feudo ad emphyteuſim, niſi contrarium expreſsè cautum reperiatur.*

32 *Dominus directus, ſi vult, quòd feudum, vel emphyteuſis remaneat penès manum mortuã, tunc amortizatione præcedente, non tenetur, nec cogi poteſt manus mortua vendere, alienare, transferre, ponere, & evacuare feudum, vel emphyteuſim in perſonam, & manum habilem, & capacem.*

33 *Dominus directus, ſi lapſo anno, recepit penſiones, ſeu cenſus ab Eccleſia, ſeu manu mortua, non poteſt poſteà agere, ut alienet.*

34 *Dominus directus ſubſcribens inſtrumentum acquiſitionis rei feudalis, aut emphyteuticari e non poteſt agere, ut poſteà manus mortua alienet, ſed tantùm, ut amortizet, & idem ſigillaſſet inſtrumentum, n.35. Nam conſenſus arguitur ex ſigillatione, ibid. & ſigillum datur in ſignum confirmationis, ibid. Tamen tutius eſt, ut ſubſcriptio fiat, ibid.*

36 *Manus mortua acquirens rem feudalem, ſeu emphyteuticariam volente Domino, tenetur ad omnia onera, ad quæ tenetur manus habilis. Et ad amortizandum, ibid. & ipſa amortizatio, in quæ cedat, ibid.*

37 *Dominus directus, licet non poſſit compellere manum mortuam vacuare rem emphyteuticariam, aut feudalem lapſis 40. annis, poteſt tamen eam compellere ad amortizandum, nam jus amortizationis nullo tempore præſcribitur.*

38 *Amortizatio non præcedit, quotiès res emphyteuticaria empta, aut acquiſita eſt profundandis Eccleſiis &c. prout quotiès manui mortuæ venditur cum pacto de retro, num.39.*

40 *Cauſa bonorum de* Realenco *circà amortizationem, etiam ſi agatur contrà Eccleſiam, agitari, ac tractari debet coram Prineipe, ſeu ejus Miniſtris, & n.41. & ſi ſuper his oriarur contentio, ſic declaratur, n.42. prout ſi oriatur contentio ſuper bonis feudalibus, n.43. ac ità pariter, ſi oriatur circà bona emphyteuticaria num.43.*

41 *Prælatus Eccleſiaſticus in juriſdictione temporali quam obtinet à Principe layco in Baronia ſibi conceſſa, Principi ſubjicitur.*

44 *Statutum, ſeu lex laycorum præcipiens, nè bona de* Realenco, *feudalia, aut emphyteuticaria in Eccleſias, aut Clericos transferantur ſine Principis, ſeu Dominorum licentia, ſit contra libertatem Eccleſiaſticam, quæſtio eſt ſatis controverſa. Affirmativa, niſi adſit privilegium, num.45. Negativa probabilis, num.46.*

47 *Amortizatio quomodò ſit facienda, & participanda in Cathalonia, & qualiter in Bajulia Generali Cathaloniæ, n.48. qualiter in Regno Valentiæ, num.49. & quomodò in Regno Neapolis, ibid. ac quomodò in Gallia, ibid.*

50 *Laudemium, quod pro amortizatione ſolvitur in Cathalonia, Valentia, Neapoli, & Gallia, non debetur ex jure, ſed ex conſuetudine, vel conventione.*

51 *Amortizationis electio in manu cujus ſit.*

52 *Amortizationis æſtimatio per quem ſit ſolvenda, aut reſarcienda in caſibus ibi relatis. Et circà hos quid ſentiat Author, ibid.*

53 *Bona Feudalia, emphyteuticaria, aut de* Realenco, *an poſſint fideicommiſſo ſubjici abſque Domini conſenſu, & an tunc laudemium debeatur in Cathalonia, negativa, ac affirmativa opinio referuntur. In Cathalonia cùm bona iſta redacta ſint ad inſtar patrimonialium, ac aliarum rerum hæreditariarum, nu.54. Prout in Regno Neapolis, ibid. ac Ducatu Ferrariæ, ibid. pariter in Sabaudia, ibid. & in Francia, ibid ſit indè, quòd præfatus conſenſus non deſideratur, num.55.*

56 *Laudemium an tunc debeatur.*

57 *Feudum, aut emphyteuſis non venit in reſtitutionem fideicommiſſi regulariter. Limitatur n.58. Benè tamen in Cathalonia, & quare, n.59.*

60 *Renunciatio facta bonis paternis, an comprehendat bona feudalia, aut emphyteuticaria, quidam in feudalibus negant, in emphyteuticariis affirmant. Limitatur, quando feudum eſt hæreditarium. nu.61. in Cathalonia abdubio omnia comprehendit. & quare n.62.*

63 *Bona feudalia, & emphyteoticaria non veniunt in confiſcationem ob crimen læſæ Majeſtatis, fallit, quando ſunt hæreditaria, & ad hæredes tranſitoria, num.64.*

ARGVMENTVM.

An bona, quæ fuerunt Principis, vulgò dicta de *Realenco*, aut feudalia, vel emphyteuticaria poſſint alienari, & tranſire in manum mortuam abſque Principis, vel Domini directi auctoritate, & licentia, & abſque eo, quòd ſint amortizata, & ſi ſuper his oriatur contentio inter Judicem Eccleſiaſticum, & Sæcularem, ad quem cognitio cauſæ pertineat.

PRæmitto 1. quòd amortizatio ut in manum mortuam translatio juſſu Principis, & auctoritate facta, ità *Belluga in ſpecul. Principis rub.14. §. veniamus n.2. Oliba de jure fiſci cap.7. nu.1. verſic. eſt enim, Marta de Juriſdic. par.4. caſu 76. n.1. Fermoſin. in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ quæſt.8. nu.1. de Conſtitut. Fontanella de pact. nup. tom.1. clauſ.4. gloſſ.12. n.22.* 1

Re-

2 Præmitto 2. quod manus mortua appellatur illa, quæ non habet liberam, & ſpontaneam voluntatem diſponendi de rebus *Ripoll. var. c.7. n.208. in fine, & n.209.* & ſic manus mortua eſt Eccleſia, Capitulum, Communitas, Collegium Confratria, Civitas, Univerſitas, & aliud quodcumque corpus, ſivè ſæculare, ſivè Eccleſiaſticum bonorum capax, ità dicta, quia nunquàm moritur, de Eccleſia loquitur *text. in Can. liberti 12. qu.2. Joan. And. Afflict. & Pariſ.* quos referunt *Marta de Juriſdict. par.4. caſu 76. n.2. Fermoſin. in Cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ quæſt.8. n.1. verſic. Etenim de Conſtitut. Theſaur. qu. foren.83. n.3. lib.3. Peguera in Conſtitut. Item nè ſuper laudemio n.4. Boer. dec.263. n.10. Novarius in pragmat.4. collect.5. n.2. & 3. de feudis, Beltramin. ad Ludoviſium dec.520. n.14. in prin. & alii citandi n.5.*

3 Dicitur e[ni]m Eccleſia perpetuò vivere *cap. ſi gratiosè de reſcript. in 6.* latè probant ex pluribus Decretalibus *Boer. dec.263. nu.10. tom.2. Anna allegat. 121. Tapia, Pet. Gregor.* quos citat *Cutel. ad leg. Federici nota 25. fol.166. & de immun. Eccleſ. lib.2. qu. 104. n.3.* Adeò quod poſſeſſio Eccleſiæ nunquam dicitur vacare, etiam
4 mortuo Prælato, à quo ipſa poſſidet, ſecundùm *Baldum, Pariſium, Burſatum, Riminaldum*, quos referunt, & ſequuntur *Marta de Juriſdict par.4. caſu 76. num.3. Fermoſin. in Cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ qu.8. n.4. de Conſtitut.* conſonant *Marinis allegat.144. à num.11. tom.2. & in addit. ad Reverter. dec.403. n.3. verſic. Ulteriùs.*

5 Eodem modo Capitulum, Communitas, Collegium, Confratria, Civitas, Univerſitas, & aliud quodcumque Corpus ſæculare, aut Eccleſiaſticum bonorum capax eſt manus mortua, quia non moritur, nec mutatur, quamvis perſonæ, ex quibus exiſtunt, moriantur, & deficiant, *l. Proponebatur ff. de Judiciis l. ſicut in decurionibus ff. quod cujuſque Univerſit. nomine l. grege ff. de legat. 1. l. eum debere columnam ff. de ſervit. urban, prædior. l. inter ſtipulantem §. ſacram ff. de verbor. obligat. l. qui reſ. §. aream ff. de ſolut. Marta de Juriſdic. p.4. caſu 76. n.4. Fermoſin. in Cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ qu.8. n.5. de Conſtitut Borrell. in addit. ad Bellugam in ſpecul. Princip. rub.14. §. Veniamus littera 4. Oliba de jure Fiſci cap.7. nu.7. Roderic. de de ann. reddit. lib.2. qu.22. ſub n.34. Larrea allegat. fiſcal.86. n.22. Reg. Leo dec.77. n.3. lib. primo Domin. Vicecancell. Don Chriſtophorus Creſpi de Valdaura obſer.106. n.10. Fontanella de pact. nupt. tom.1. clauſ.4. gloſ.12. n.13. 15. & 20. & dec.281. n.7. par.1. Ripoll. var. reſol.263. Xammar. defin. 117. n.1. Vilaplana ad Pegueram in Conſtitut. Item nè ſuper laudemio verſic.6. n.112. Salzed. de lege polit. lib.2. cap.2. nu.84. Marinis lib.2. reſol. jur. allegat.144. n.14. & 15. & in addit. ad Reverter. dec.404. n.3. verſic. Ulteriùs.*

6 Similiter Fiſcus eſt manus mortua, quia ipſe nunquam moritur. *Fontanella dec.474. n.6. verſic. Declaratum, & n.7. & 8. parte 2. Jul. Clar. §. Emphyteuſis qu.29. verſic. Breviter, Fermoſinus allegat. fiſcal.33. n.25. Antunez Portugal. de donat. Reg. tom.2. lib.3. cap.22. n.64. Marcus deciſ.253. n.2. lib.1.*

7 Aliis autem placet, quòd amortizatio poteſt dici, quia res mori dicitur, cùm nunquam ad dominum redeat, ut ex *Joanne Beſſiali* ſcribunt *Marta de Juriſdict. parte 4. caſu 76. n.5. Fermoſinus in Cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ qu.8. n.6. de Conſtitut.* ſed non arridet, quod ex *Petro Jacobo* tradit *Calicius in margar. Fiſci dub.8. verſic.57. & in extravag. Cur. cap.7. n.61. verſic.57.* quod potiùs debet vocari advivatio, quàm turpi nomine mortizatio, quia loquitur contrà communem omnium Doctorum.

His præmiſſis. Deveniens ad primam quæ- 8
ſtionis partem in argumento propoſitam. Dico: Quòd bona, quæ fuerunt Principis, vulgò dicta de Realenco, non poſſunt alienari, nec titulo quocumque tranſire in manum mortuam abſq. ipſius Principis juſſu, authoritate, & licentia, & abſque eo, quòd ſint hujuſmodi bona amortizata, docent, & probant *Belluga in ſpec. Princip. rub.14. §. Veniamus nu.3. & 30. verſic. & ſic de jure, 31. 35. verſic. Et hoc ideò, & num.36. Oliba de Jure Fiſci cap.7. à n.31. Solorzanus de Jur. Indiar. tom.2. lib.3. cap.21. n.45. Cutell de immun. Eccleſ. lib.2. q.104. n.3. verſic. Idem quoque, Reg. Leo dec.156. n.2. & 4. lib.2. Reg. Mathæu de regim. Reg. Valen. cap.2. §.5. à nu.44. & à n.106. Domin. Vice Cancell. Don Chriſtophor. Creſpi de Valdaura obſervat.91. num 11. verſiculo Aliud tamen, & n.14. verſic. Et cùm certum ſit.*

Ad ſecundam quæſtionis partem regula eſt 9
negativa de Jure communi, quòd feudum, vel Emphyteuſis non poteſt alienari, nec ullo pacto tranſire in manum mortuam abſque Domini directi licentia, juſſu, & auctoritate, & abſque amortizatione, ſeu indemnitate *cap.1. de milite vaſſallo, qui arm. bell. depoſuit, gloſſ. in l. de quibus ff. de legibus, gloſ. in cap. potuit 3. ubi Imola n.15. Barboſa, n.169. de locato, Jaſon. in l. fin. à n.91. C. de jure emphyt. Baldus in authent. quas actiones n.13. in fine Cod. de Sacroſanct. Eccleſ. Redoan. de reb. Eccleſ. non alienand. qu.79. cap.9. n.27. Clar. §. Emphyteuſis qu.15. Corbulus tit. de Cauſis privat. ob alienationem ampliat.12. n.1. Roderic. de annu. reddit. lib.2. qu.22. n.34. Mieres de majoratu par.1. qu.73. n.2. Additionat. ad Molinam de Primog. Hiſpan. lib.2. cap.10. n.71. Reg. Leo deciſ.77. n.1. 204. lib.1. Boer. dec.263. nu.10. Larrea allegat. fiſcal.86. n.21. Novarius in pragmat.4. collect.5. n.3. & 4. de feudis, Anna allegat.121. n.2. Farinac. dec.170. par.2. Recentior. Riccius deciſ.136. à nu.1. ad 7. par.1. Ludoviſius dec.520. n.11. ubi Beltramin. n.14. idem Ludoviſ. dec.529. n.5. Cutel. de immun. Eccleſ. lib.2. q.104. n.3. Salzed. de leg. polit. lib.2 cap.2 n.14. & 77. Sanchez conſ. mor. tom.2. lib.7. cap.15. n.65. Tondut. reſol. Beneficial. par.1. cap.46. n.3. Solorzanus de Jur. Indiar. tom.2. lib.3. cap.21. num.42. Lara de anniver. lib.1. cap.19. n.1. 2. & 3. Domin. Vice Cancellar. Don Chriſtophor. Creſpi de Valdaura obſeruat. 106. n.14.* quidquid dicant, & diſtinguant *Gratian. diſcep. foren. cap.481. n.5. Ciroccus diſcep.56. nu.30. Beltramin. ad Ludoviſ. dec.520. n.14. verſic. Non procedere, Amoſtaz. de cauſis piis tom.1. lib.2. Cap.8. n.3. & 4.* nam noſtra ſententia eſt de jure verior, latè *Maſtrill. dec.128. tota lib.2.* & ex noſtris practicis *Solſona de ſtylo capibreviandi fol.75. à n.2. & in lucerna Laudimior. cellula 7. nu.28. Calicius in margar. fiſci dub.8. verſ.57. Socarrata in Conſuetud. Cathaloniæ cap. eodem iſtud n.74. fol.128. Oliba de jure fiſci cap.7. n.25. in prin. Peguera in Conſtitut. Item*

nè ſuper laudemio verſ.7. n.2. & 3. & 30. verſic. Jam igitur, ubi Vilaplana n.2. Fontan. de pact. nup. tom.1. clauſ.4. gloſ.12. num.13. & dec.281. n.7. par.1. Xammar. defin.117. n.1.

10 Ampliatur primò, etiamſi Vaſſallus feudum, vel Emphyteuſim donaret, aut legaret Eccleſiæ pro anima ſua *Cap.1.§.donare tit.qualiter olim feudum alienari poterit, cap. Imperialem tit. de inhib. feud. alie. per Federic. Oliba de Jure fiſci c.7. n.25. Solorzan. de jure Indiar. tom.2. lib.3. c.21. n.42. Peguera in Conſtitut. Item nè ſuper laudemio verſ.7. ſub n.3. ibi ſed etiam, & latè cum ampliationibus, & limitationibus à n.31. uſque ad finem, ubi Vilaplana à n.13. Ripoll. var. cap.7. nu.121. Salzed. de leg. polit. lib.2. cap.2. n.95. verſic. nec & n.96. & 99.*

11 Ampliatur 2. ut procedat etiam in feudo, vel Emphytheuſi Eccleſiæ, ut non poſſit per Vaſſallum laicum fieri alienatio, ſeù translatio ad aliam Eccleſiam *Peguera in Conſtit. Item nè ſuper laudemio verſ.7. n.6. Pereyra de nominat. emphyt. lib.1. qu.19. nu.7. & per totam Gratian. diſcept. foren. Cap.481. nu.67. & 68. verſic. Ampliatur, Menochius poſt alios conſ.216. nu.37. lib.3. Ludoviſ. dec.529. n.30. Beltramin. ad Ludoviſ. dec.520. n.14. Cirocchus diſcep.56. n.30.* deciſum per noſtrum Senatum, me referente, refero infrà nu..

12 Limitatur primò, ut procedat ipſo Domino directo invito, & ſine ejus voluntate, juſſu, auctoritate, & licentia, ſecùs verò ipſo Domino directo volente, & conſentiente, quo caſu feudum, vel Emphyteuſis poteſt alienari, & tranſire in Eccleſiam, & manum mortuam, *Solſona de ſtylo capibreviandi fol.75. n.3.* ibi: *Aut aliàs ſine conſenſu Domini, Oliba de jure Fiſci c.7. n.25. ibi ſine eorum voluntate; Solorzan. de Jure Indiar. tom.2. lib.2. cap.21. n.42.* ibi: *Abſque licentia Domini, Boer. dec.263. n.10.* ibi: *ſine Principis permiſſu, Novarius in pragmat.4. nu.4.* ibi: *Abſque ſpeciali Domini conſenſu tit. de feudis, & alii ex citatis n.9.* & magis expreſsè docent *Menochius conſ.216. n.43. Surd. conſ.521. n.10. verſ. Quartò reſpondeo, Burat. dec.394. n.6. Cirocchus diſcep.56. n.33.* ibi: *At in præſenti, Peguera in Conſtitut. Item nè ſuper laudemio verſ.7. nu.7. Beltramin. ad Ludoviſ. dec.520. nu.14. verſic. Tertiò, Reg. Leo dec.520. à nu.2. lib.2. Domin. Vice Cancellar. Don. Chriſtophor. Creſpi de Valdaura obſerv. 35. n.15. & 16. & obſer.37. Reg. Mattheu de regim. Regni Valen. cap.2. §.5. n.112. verſ. Et nota, Cutel. de immun. Eccleſ. lib.2. qu.104. nu.4. Larrea alleg. fiſcal.86. n.22.*

13 Limitatur 2. ut manus mortua non poſsit acquirere bona feudalia, vel emphyteuticaria, retinendo pro ſe, ſecùs autem quantum ad hoc, ut in manum mortuam transferatur, ut ipſa alteri idoneo, habili, & capaci vendat intrà annum, *Speculator, Joan. Andr. Imola, Butr. Barbatia, Abbas, Cardinal. Alexand. Afflict. Menoch., Ancharan. Jaſon. Minard. Petr. Gregor. Burſat. Clarus, Mantica, De Ponte, Vincent. de Ann. Dominic. de Anna,* quos laudat *Maſtrill. dec.128. n.18. lib.2.* quibus addo *Gratian. diſcept. foren. cap.481. num.68. verſic. Et ità videntur, & cap.533. n.39. Riccius dec.136. n.6. in fine par.1. Beltramin. ad Ludoviſ. dec.520. n.14. verſic. Limitatur ſecundò, Lara de anniver. lib.1. cap.19. n.14. Pereyra de manu Regia par.2. cap.67. n.21. Amoſtaz. de Cauſis piis tom.1. lib.2. cap.8. nu.5. Cancer. par.1. var. cap.11. nu.61. in fine, Fontanella dec.475. n.3. par.2. n.59.*

At de Jure Cathaloniæ eſt regula affirmativa. Quòd feudum, vel Emphyteuſis poteſt alienari, & tranſire in manum mortuam, *Calicius in margarita fiſci dub.8. verſic.57. & in extravagatorio Curiarum cap.7. n.61. verſic.57.* quibus in locis dicit, quòd in Cathalonia, quilibet poteſt relinquere ſuum allodium, & etiam feudum Eccleſiæ, & ad id citat uſaticum *Præcipimus Conſtit. Eſtatuim.2. tit. de les Sanctes Eſgleſies, Conſtitut. Item nè ſuper laudemio 2. col.3. verſic. non empero tit. de dret emphyteotich. Solſona de ſtylo capibreviandi fol. 76. linea 6. verſic. Ideò prædicta feuda* per eadem jura, quæ anteà allegavit *fol.75. col. 2. Oliba de Jure fiſci cap.10. num.3. juncto num.25. Peguera in Conſtitut. Item nè ſuper laudemio verſic. ſecùs eſt de jure noſtræ patriæ, & n.36. verſic. Jam igitur, ubi Vilaplana nu.2. in prin. Fontanella de pact. nup. to.1. clauſ.4. glo.12. n.16. in prin. & dec.281. n.7. verſic. verùm par.1. & dec.475. n.6. par.2. Cancer. par.1. var. cap.11. n.61. Xammar. defin.117. n.2. in prin.* 14

Intellige, & declara hanc regulam affirmativam, ut procedat, dum tamen manus mortua intrà annum transferat feudum, vel Emphyteuſim in perſonam, & manum habilem, & capacem, ſi ità vult Dominus directus; aliàs enim invito Domino, non poteſt manus mortua ulteriùs tenere feudum, vel Emphyteuſim, ut expreſſè cavetur in *Conſtitut. Item nè ſuper laudemio 2. verſ. Non empero la vaſſall. ubi Peguera n.2. in fine, & n.9. in fine, Vilaplana n.2. tit. de dret Emphyteotich. Solſona de ſtylo capibreviandi fol.76. n.3. & in lucerna laudimiorum cellula 7. n.28. Calicius in Margarita fiſci dub.8. verſic.57.* ibi: *Dum tamen feudum, ut in extravag. curiar. cap.7. num.61. verſ.57.* ibi: *Dum tamen feudum, Socarrats in Conſuetud. Cathal. cap. eodem iſtud. n.74. fol.128.* ubi dicit hoc eſſe de conſuetudine in Cathalonia, *Oliba de jure fiſci cap.7. n.8. 16. 23. in fine, & n.34. Ripoll. var. reſol. cap.7. n.112. Deſpujol ad Mieres verbo ſi feudum ſi fuerit relictum fol.72. Fontanella de pact. nup. to.1. clauſ.4. gloſ.12. n.16. & dec.281. n.6.7. & 8. par.1. & dec.475. n.4.5. 6. & 7. par.2. Boſch. dels titols de honor. lib.2. cap.36. §.24. verſic. Ab dites ordinacions* ibi: *ſi donchs dins un any, Xammar. defin.117. n.2, idem Vilaplana in addit. ad Pegueram in Conſtitut. Item nè ſuper laudemio verſ.6. n.112. & 113.* etſi *Cancer.* dicat, lapſo anno debere fieri translationem feudi, vel Emphyteuſis per manum mortuam in perſonam habilem *var. reſol. lib.1. cap.11. n.61.* quia lapſus fuit, ex quò loquitur contrà dictam *Conſtitutionem Item nè ſuper laudemio*, ut advertit *Fontanell. de pact. nup. d. glo.12. n.16.* 15

Et licet dicta *Conſtitutio, Item nè ſuper laudemio*, loquatur in feudo, procedit, & obſervatur apud Nos in Emphyteuſi, cùm valeat in jure argumentum de feudo ad Emphyteuſim, ex quò inter unum, & aliud eſt magna affinitas, adeò quòd diſpoſitum in uno, pariter in alio diſpoſitum cenſetur, *Rodoer ad Marinis lib.1. reſol. jur. cap.97. n.12.13. & 14. Cirocchus diſcep.58. n.1. & diſcep.59. n.2. Merlinus de pignorib. lib.2. q.11. num.20., & 21. Amoſtaz. de cauſis piis tom.1. lib.2. cap.8. n.8. Larrea alleg. fiſcal.86. num.22.* 16

cùm

cum eiſdem regulis feudum, & Emphyteuſis regulentur, niſi contrarium expreſsè cautum reperiatur, *Barboſa* cum multis argumentis juris *loco* 47. *nu*.2. *Novarius de gravamin. Vaſſallor. gravam*. 116. *num*. 7. *tom*. 2. *Cancer. par*.1. *var. cap*.12. *num*.2. *Vilaplana ad Pegueram in Conſtit. Item nè ſuper laudemio verſic*.1. *nu*.35. *& verſ*.2. *nu*.49. *& verſic*.6. *num*.15. *Cirocchus diſcept*.22. *num*.26. *& diſcept*.62. *num*.38. *Peguera deciſ*.58. *num*.5. *tom*.2. punctim docent *Solſona de ſtylo capibreviandi fol*.75. *col*.2. *verſic. Tamen, Fontanella deciſ*.281. *nu*.8. *par*.1. *Xammar. defin*.117. *num*.3. *Vilaplana ad Pegueram in Conſtit. Item nè ſuper laudemio verſic*.7. *num*.3.

17 Idem ſtatutum eſt in Regno Valentiæ *forus* 5. 6. 7. 8. 9. *&* 12. *tit. de rebus non alienandis, Reg. Matthæu de regim. Regni Valen. cap*.2.§.5. *n*.111. *&* 112. *verſic. & nota, Regens Leo deciſ*.77. *n*.3. *tom*.1. *Domin. Vice-Cancellar. D. Chriſtophor. Creſpi de Valdaura obſervat*.35. *nu*.4. *& obſerv*.106. *ſub num*.14. & in Regno Luſitaniæ *Pereyra de manu Regia tom*.2. *cap*.67. *num*.16. 20. *&* 21. & ſervabitur in Regno Neapolis, *Franchis dec*.659. *ubi Riccius, & Rovitus in addition. Idem Riccius deciſ*.135. *num*.5. *par*.1. meminerunt *Fontanella de pac. nup. tom*.1. *clauſ*.4. *gloſs*.12. *num*.16. *in fine, Reg. Leo dec*.77. *num*.5. *tom*.1. & de conſuetudine in Regno Franciæ *Marcus dec*.253. *nu*.2. *& deciſ*.535. *num*.6. *par*.1. *Benedict. in cap. Raynutius verbo uxorem nomine Adelaſiam deciſ*.5. *num*.5. *de teſtam. Petr. Gregor. Syntag. jur. univ. lib*.5. *cap*.38. *num*.5. *&* 6. referunt *Fontanella de pac. nup. tom*.1. *clauſ*.4. *gloſs*.12. *num*.16. *in fine, Reg. Leo dec*.77. *ſub num*.5 *tom*.1.

18 Rationes plures ex *Benedicto in capit. Raynutius verbo Et uxorem nomine Adelaſiam dec*.3. *num*.531. *de teſtam* tradit *Peguera in Conſtit. Item nè ſuper laudemio verſic*.7. *num*.2. aliquas refert *Riccius dec*.136. *nu*.2. 3. *&* 4. *par*.1. quibus accomoda, quas tradit *Salzed. de leg. polit. lib*.2. *cap*.2. *num*.19. 20. 21. *&* 22. at ex illis duas referam.

19 Primam, quia Dominus directus per hujuſmodi alienationes, conceſſiones, & translationes feudi, vel Emphyteuſis in manum mortuam privaretur laudemiis, & aliis Juribus dominicalibus, ità *Socarrats in Conſuetud. Cathaloniæ cap. eodem modo num*.74. *fol*.128. *Solſona in lucerna laudimior. cellula* 7. *num*.28. *Fontanella de pact. nup. tom*.1. *clauſ*.4. *gloſs*.12. *nu*.15. *Oliba de jure Fiſci cap*.7. *num*.15. *&* 25. *Vilaplana in addit. ad Peguer. in Conſtit. Item nè ſuper laudemio verſ*.9. *num*.116. *Boſch. dels titols de honor. lib*.2. *cap*.36. §.24. *verſ. Ad dites Ordinaciones*, ibi: *Yes in dany fol*.263. *Jaſon. in l. fin. num*.91. *C. de jure Emphyteutico, Franchis dec*.659. *num*.1. *in fine, ubi Riccius in addit. Rodericus de ann. reddit. lib*.2. *quæſt*.22. *ſub num*.34. *Beltramin. ad Ludoviſ. deciſ*.520. *num*.14. *Reg. Leo deciſ*.77. *num*.4. *&* 6. *tom*.1. *Riccius dec*.136. *nu*.4. *verſic. Undè par*.1. *Salzed. de lege polit. lib*.2. *cap*.2. *nu*.18. 19. *&* 59. qui plures alios citat.

20 Secundam, quia per prædictas conceſſiones, alienationes, & translationes feudi, vel Emphyteuſis in manum mortuam privaretur Dominus directus jure in ſpe ſibi competenti reverſionis ad eum, ex quò non ità hujuſmodi res à manu mortua poſſent ad illum reverti, ſicut à privata perſona, *Bald. Alexand. Specul. Ruinus, Jaſon. Jacob. à S. Georgio, Gratus, Clarus, Cephal.* quos refert *Menochius conſ*.216. *num*.35. 36. 37. *&* 38. *lib*.3. *Oldrad. conſ*. 17. *Roderic. de annu. reddit. lib*.2. *quæſt*.22. *n*.35. *Riccius dec*.136. *n*.2. 3. *&* 4. *par*.1. *Reg. Leo dec*.77. *n*.1. *&* 2. *lib*.1. *Oliba de Jure Fiſci cap*.7. *n*.7. *Larrea alleg. Fiſcal*.81. *n*.21. *Maſtrill. dec*.128. *nu*.3. *lib*.2. *Fontanella de pact. nup. tom*.1. *clauſ*.4. *gloſs*.12. *nu*.15. *Vilaplana ad Pegueram in Conſtit. Item nè ſuper laudemio verſ*.6. *nu*.116. *Beltramin. ad Ludoviſ. dec*.520. *nu*.14. *Salzed. de leg. polit. lib*.2. *cap*.2. *nu*.20. *&* 21. *Pereyra de renovat. Emphyt. qu*.20. *ex n*.15. *Mieres de majoratu par*.1. *quæſt*.73. *num*.3. quidquid dicat *Cirocchus diſcept*.59. *n*.32.

Ampliatur primò illa intelligentia, & declaratio ad regulam affirmativam, de qua *n*.15. ut nè dum Princeps, ſed etiam inferior Principe, quicunque ſit Dominus directus, poteſt cogere manum mortuam, in quam feuda, & prædia Emphyteuticaria translata ſunt, ad ea evacuandum, ponendum, alienandum, & transferendum intrà annum in perſonam, & manum habilem, & capacem *Oliba de jure Fiſci cap*.7. *n*.12. 16. *&* 46. *Ripoll. var. reſol. cap*.7. *nu*.113. *Boſch. delſ titols de hon. lib*.2. *cap*.86. §.24. *verſ. los dicts drets fol*.164. & ſentiunt omnes citati *n*.15. & comprobat *Salzed. de lege polit. lib*.2. *cap*.2. *à n*.44. 21

Ampliatur ſecundò, ut procedat in Clerico, ſeu Monacho, quem Dominus directus cogere poteſt, ut feudum, vel Emphyteuſim transferat, alienet, ponat, evacuet in perſonam, & manum habilem, & capacem, quidquid de jure magna ſit Doctorum varietas, ut eſt videre apud *Pegueram in Conſtit. Item nè ſuper laudemio verſ*.7. *à n*.10. *Menochium de arb. Jud. caſu* 231. *à n*.1. *Marinis reſol. jur. lib*.1. *cap*.120. *ubi Rodoer. in addit. Camil. de Curte reſolut. feudal. cap*.1. *à n*.69. *ad* 79. ità procedit in Cathalonia, ut eſt diſpoſitum in *Conſtit. Item nè ſuper laudemio verſ. Non empero lo Vaſſall. ubi Peguera verſic*.7. *num*.9. *verſic. Reſtat, & num*.10. *in prin & n*.13. *in fine, & nu*.36. *verſ. Jam igitur tit. de dret Emphyteotic.* Hæcque ampliatio procedit in Cathalonia etiam in Clerico primæ tonſuræ, ſeù minorum Ordinum non habente Beneficium Eccleſiaſticum, & ſi aliter dicat noſter *Peguera in Conſtit. Item nè ſuper laudemio verſ*.7. *nu*.19. *Menochius de arb. Jud. caſu* 231. *n*.23. & alii plures, quos citat *Rodoer. ad Marinis lib*.1. *reſol. jur. cap*.120. *num*.14. *&* 15. & conciliat *n*.16. ut probat *dicta Conſtit. Item nè ſuper laudemio*, ibi: *Cappella, ò Clergue*, quod verbum *Clergue*, vulgari ſermone Clericum primæ tonſuræ, aut minorum Ordinum continet, & ſignificat, & hanc opinionem ſequitur in Regno Neapolis, *Aponte de poteſt. Proreg. tit*.7. §.4. *n*.16. *Vincent. de Anna allegat*.98. *Camil. de Curte reſol. feudal. cap*.1. *nu*.61. *de Regno Valentiæ*, videatur Dominus Vice-cancellar. D. *Chriſtophor. Creſpi de Valdaura obſerv*.35. *nu*.6. *&* 7. *Reg. Matthæu de regim. Regni Valen. cap*.2. §.5. *n*.112. *verſic. Sed explica*. 22

Ampliatur tertiò, ut quando Dominus directus compellit manum mortuam ad evacuandum, alienandum, transferendum, & ponendum feuda, aut prædia Emphyteoticalia intrà annum in perſona, & manu habili, & capaci, nullum debetur laudimium ex priori ſucceſſione, 23

ne, aut acquiſitione, ſic *Marquilles in uſatico, Si quis feudum quæſt.55. fol 114. ubi Jacobus de Valleſica nu.20. Socarrats in cap. Cantum. num.73. fol.567. Solſona in lucerna laudimior. cellula 7. num.28. Peguera in Conſtit. Item nè ſuper laudemio verſ.7. n.36. verſ. Jam igitur, ubi Vilaplana* latè probat *à n.4. ad 22. Fontanella* latiſſimè comprobat, contraria proponit, & illis reſpondet, & cum deciſionibus noſtri Senatus illuſtrat *dec.281. à num.10. uſque ad finem par.1.* nec tunc eſt locus amortizationi, idem *Fontanella dec.281. num.6. par.1. Xammar. defin.117. num.4.*

24 Ampliatur quartò, ut Dominus directus poſſit mandato opportuno compellere manum mortuam, ut feudum, vel prædium emphyteuticarium transferat, ponat, evacuet, & alienet in perſonam, & manum habilem, & capacem, & ſi manus mortua non pareat infrà annum à die mandati mumerandum, poteſt manus injicere in feudum, aut prædium emphyteuticalem, opponendo in eo emparam realem, & facere fructus ſuos, donec ſit paritum mandato manui mortuæ præſentato *Socarrats in Conſuet. Cathaloniæ cap. eodem modo n.24. & 28. fol.111., Oliba de Jure Fiſci cap.7. n.10. & 25. in fine, Fontanella de pact. nupt. tom.1. clauſ.4. gloſs.12. n.17. & 18.* de qua materia latè *Peguera in Conſtit. Item nè ſuper laudemio verſ.8. ubi Vilaplana in addit. idem Peguera* in aliis terminis *dec.58. nu.6. tom.2.* formam emparę realis tradit *Peguera ibidem n.156.* & formam præconii *n.157.* Intellige hanc quartam ampliationem, niſi manus mortua, cui factum fuit mandatum per Dominum directum de transferendo, evacuando, & ponendo feudum, aut prædium emphyteuticarium in perſonam, & manum habilem, & capacem, firmet jus Domino directo, ut docet *Oliba de jure Fiſci cap.7. num.11.* formam firmandi de directo per Vaſſallum domino ſuo, tradit idem *Peguera dict. verſ.8. n.158.* & alias formas, ſi caſus occurrit faciendas *n.62. & 163.*

25 Limitatur 1. illa intelligentia, & declaratio ad regulam affirmativam, de qua *n.15.* quando res feudalis, vel emphyteouticaria pervenit ad manum mortuam pro fundatione, conſtructione, aut ampliatione Eccleſiæ Parochialis, ſeu Monaſterium, non poteſt cogi per Dominum directum ad ponendum, & evacuandum rem feudalem, ſeu emphyteuticariam in perſonam, & manum habilem, & capacem, quia tunc res feudalis, ſeu emphyteuticaria non ad ſuperfluitatem, ſed ad neceſſitatem pervenit ad Eccleſiam, ſeu Monaſterium, ut videtur de hoc textus eſſe juncta *gloſs. verbo dedicata in l. placet C. de Sacroſanct. Eccleſ.* ſic *Solſona de ſtylo capibreviandi fol.78. nu.1. verſ. Dicendum eſt, Ripoll. var. reſol. cap.7. nu.131. 132. 133. & 134. Marcus deciſ.535. ſub num.6. Fontanella de pact. nupt. tom.1. clauſ.4. gloſs.12. à n.24.* adde infrà *n.38.*

26 Immò quod multò fortius eſt, poſſeſſores rerum feudalium, ſeu emphyteuticalium ad eas vendendum Eccleſiæ, ſeu Monaſterio compelluntur juſto, & rationabili prætio *Solſona de ſtylo capibreviandi fol.78. col.2. verſ. Immò*, de materia ego latiſſimè *dec.246. tota par.4.*

27 Idemque ſervandum, ubi agitur de faciendo, vel ampliando Scholam, *Solſona de ſtylo capibreviandi fol.78. col.2. verſ. Item, decidit Marcus dec.535. num.5. par.1.* Ego cum multis *deciſ.246. num.35. par.4.*

Et idem dicendum eſt pro Generali Cathaloniæ, quod eſt res publica, & propter rem publicam, quis poteſt compelli vendere rem ſuam. Siquidem Generale Cathaloniæ non ſolùm ad defendendum Eccleſias, & bona Eccleſiarum, & Clericorum, ſed ad defendendum etiam totam Rempublicam Chriſtianam Cathalanorum ab infidelibus, & prava Saracenorum ſocietate, qui tempore naſcentis dicti Generalis erant in hoc Principatu, & Inſulis: qui quotidiè invadebant, & occupababant Caſtra, Villas, & Loca, ac perſonas Eccleſiarum, & Eccleſiaſticorum, & alias; ſicque Generale prædictum gaudet privilegio Eccleſiæ ædificandæ, vel ampliandæ, ità *Solſona de ſtylo capibreviandi fol.78. col.2. n.1. & 2.* & in ornatum ego latè *dec.146. à n.13. ad 23. par.4.* 28

Limitatur 2. quando res feudalis, vel emphyteutica venditur Eccleſiæ, ſeu alteri manui mortuæ ſub pacto de retrovendendo, quo caſu Eccleſia, ſeu altera manus mortua non tenetur, nec compelli poteſt transferre, ponere, & evacuare talem rem in perſonam, & manum habilem, & capacem, ut doctè probat *Ripoll. var. reſol. cap.11. à n.540. ad 549. adde infrà n.39.* 29

Limitatur 3. quando Eccleſia, ſeu manus mortua poſſideat per quadraginta annos rem feudalem, vel emphyteuticalem, non poteſt Dominus directus cogere Eccleſiam, ſeu manum mortuam ad ponendum, evacuandum, & transferendum talem rem in perſonam, & manum habilem, & capacem, *Oliba de jure Fiſci cap.7. n.34. verſ. Putat, & n.35. & 49. in fine, Ripol. var. cap.7. à n.114. ad 118. & nu.51. Vilaplana ad Pegueram in Conſtit. Item nè ſuper laudemio verſ 6. num.117. 118. & 119.* adde infrà *nu.37.* etſi de Jure Dominus directus debet infrà biennium declarare, utrùm velit, quòd Emphyteuſis ad Eccleſiam remaneat, ut docent *Specul. & Imola*, quos citat *Gratian. diſc. foren. cap.481. n.69.* quem ſequuntur *Ferentil. ad Burat. dec.394. n.11. Cirocchus diſc.22. n.3. in prin. & in ver. Et ex hac in fine notat Marc. dec.253. num.2. lib.1.* 30

Limitatur 4. quando manus mortua poſſidet jure pignoris rem feudalem, ſeu emphyteuticariam, non tenetur, nec compelli poteſt per Dominum directum illam rem ponere, evacuare, & transferre in manum habilem, capacem, *Fontanella* cum deciſione noſtri Senatus *de pact. nupt. to.1. clauſ.4. gloſs.12. nu.20.* ubi etiam tradit remedium, quo Dominus directus tali caſu uti poteſt. 31

Limitatur 5. ſi Dominus directus vult, quòd feudum, vel Emphyteuſis remaneat penès manum mortuam, nam tunc amortizatione præcedente, & ea ſubſequuta non tenetur, nec cogi poteſt manus mortua vendere, alienare, transferre, ponere, & evacuare feudum, vel Emphyteuſim in perſonam, & manum habilem, & capacem per ea, quæ ex practicis noſtris, & de Jure communi tradidi ſupra *n.12.* quibus in terminis addo *n.74. & 75.* ibi: *Niſi de mandato, & licentia fol.128. Cancer.1. var. reſol. cap.11. nu.61. verſ. Et hoc niſi Domini; Fontanella de pact. nupt. tom.1. clauſ.4. gloſs.12. n.21. & dec.281. à nu.6. par.1. & dec.575. n.6. par.2. Xammar. defin.177. nu.5. Vilaplana ad Pegueram in Conſtit. Item nè ſuper laude-* 32

mio

*mio verſ.6. nu.*114. deciſionem noſtri Senatus, me referente, referam *num.*

33 Et hinc eſt, quòd, ſi Dominus directus, lapſo anno, recepit annuam penſionem Cenſus ab Eccleſia, ſeu ab alia manu mortua, quæ rem feudalem, vel emphyteuticam acquiſivit, non poteſt poſteà agere, ut vendat, ponat, & evacuet in manum habilem, & capacem, quia recipiens Cenſum à manu mortua, cenſetur laudare, & approbare acquiſitionem, ſed ſolùm agere poteſt, ut Eccleſia, vel alia manus mortua amortizet, *Xammar*, deciſionem noſtri Senatus refert *defin.*117.& comprobat *à n.*5.

34 Hinc etiam eſt, quòd, ſi Dominus directus ſubſcribit Inſtrumentum acquiſitionis feudi, vel Emphyteuſis factę per Eccleſiam, ſeu aliam manum mortuam, non poteſt agere, ut evacuet, ponat, & transferat feudum, vel Emphyteuſim in manum habilem, & capacem, quia ſubſcribens dicitur ratificare, confirmare, & approbare Inſtrumentum illud, quod ſubſcribit, *Menochius conſ.*561.*n.*38.*verſ.Nec dicatur lib.*6.*Monter.dec.*12. *n.*15. *Ninn. ad Albarinum* §.20.*nu.*5. *abundè Caabreros de metu lib.*1. *cap.*8. *à nu.*151. ſed tantùm agere poteſt, ut Eccleſia, vel manus mortua amortizet, *Oliba de jure Fiſci cap.*7.*n.*48.

35 Et idem dicendum eſt, ſi Dominus directus ſigillaſſet inſtrumentum acquiſitionis feudi, vel Emphyteuſis factæ per Eccleſiam, ſeu aliam manum mortuam, tùm, quia conſenſus arguitur per ſigillum in aliqua ſcriptura appoſitum, *Novarius in prag.*9.*collect.*10.*n.*3.*de feudis.* Tùm, quia Sigillum habet vim ſubſcriptionis, *Maſcardus dec.*12. *à nu.*1. *Cabreros de metu lib.*1.*cap.*8. *n.*158.*Ferentil.ad Burat.dec.*2.*n.*18.*verſ. Sigillum, idem Novarius in pragm.collect.*10.*n.*4.*de feudis.* Tùm denique, quia Sigillum datur in ſignum confirmationis, & comprobat, ſupplet, & robur adjicit, multoſque bonos effectus operatur, & illud facit ſcripturam authenticam, maximamque ipſi authoritatem præſtat, idem *Novarius in prag.*2.*collect.*2.*n.*5. *& 6.tit.de fide, authoritate memorialium.* Tutius tamen eſt, quòd ſubſcriptio fiat, quàm quòd Sigillum appendatur, ut probat *Monter.dec.*12.*à n.*9.*ad* 16.

36 Advertendum tamen eſt, quòd Eccleſia, ſeu alia manus mortua acquirens feudum, vel Emphyteuſim volente, & conſentiente Domino directo, tenetur ad omnia onera, ad quæ tenetur manus habilis, & capax, ſi feudum, vel Emphyteuſim poſſideret *ad Pegueram in Conſtit. Item nè ſuper laudemio verſic.*7.*num.*7.8. *& 9.Domin. Vice-canceilar. Don Chriſtophorus Creſpi de Valdaura obſer.*91.*n.*14.& ad amortizandum, ut docent *Dctores citati n.*31. hæc q. amortizatio cecit in compenſationem laudemiorum, quæ Dominus directus de alienationibus fiendis feudi, vel Emphyteuſis acquireret, *Oliba de jure Fiſci cap.*7.*n.*49.*Ripoll.var.reſol.cap.*7.*nu.*111. *Fontanella de pact.nupt.to.*1.*clauſ.*4.*gloſ.*18.*par.*1.*n.*82. *& dec.*279 *n.*22.*par.*1.

37 Notandum etiam eſt, quòd, licet Eccleſia, & alia manus mortua non poſſit compelli per Dominum directum evacuare, ponere, & transferre in manum habilem feudum, vel Emphyteuſim lapſis quadraginta annis, ut tradunt *Doctores citati n.*30. *noſter Romaguera ad Synodales Gerunden.lib.*5.*tit.*12.*à nu.*210. poteſt verò eam cogere ad amortizandum, quia jus iſtud indemnitatis, quòd amortizationis dicitur, nullo tempore præſcribitur *Oliba de jure Fiſci cap.*7. *nu.*17 *& n.*34.*verſ.Putat, & n* 38. *&* 49.*in fin. Ripoll.var.cap.*7.*n.*151. etſi aliter dicere videantur idem *Ripoll var. cap.*7.*nu.*117. *Vilaplana ad Pegueram in Conſtit.Item nè ſuper laudemio ver.*6. *n.*117.*Romaguera loco citato, ubi n.*212. tradit à qua die incipiant currere.

Liga verò digito, quòd quando res feudales, vel emphyteuticarię emptę, vel quæſitę ſunt pro fundandis Eccleſiis Parochialibus, ſeu Monaſteriis, vel neceſſariò ampliandis, non poſſint cogi Eccleſiæ, ſeu Monaſteria per Dominum directum illas evacuare, transferre, & ponere in manum habilem, & capacem, ità nec cogi poſſunt ad amortizandum, ut docent *Doctores citati num.*25. 38

Similiter quando res feudalis, vel emphyteutica venditur alicui manui mortuę ſub pacto de retrovendendo, ſicut non tenetur manus mortua ponere, transferre, & evacuare illam in manum habilem, & capacem, ut dictum eſt ſuprà *n.*29. ità non debet hujuſmodi rem feudalem, ſeu emphyteuticam amortizare, *Boſch. dels titols de honor.lib.*2.*cap.*36.§.26.*ver.Los caſos fol.*265.*Ripoll.var.cap.*11.*à n.*275.*& à n.*540. Sic fuit in noſtro Senatu Cathalonię deciſum in favorem Nobilis Michaelis de Cardona, & Protectorum Anniverſariorum Sedis Gerundæ contrà Nobilem Raymundum Xammar in dicta Civitate Gerundæ Populatum, referente egregio D. Bernardo Pons, & Turell Comite poſteà de Robres 19.*Octobris* 1638. Scriba Oriol, deindè Cortès, nunc Forès, & Montagut. Et iterùm 13. *Januar.* 1667. referente Nobili Franciſco de Ribera Regio Senatore, in favorem Rectoris Collegii Societatis Jeſu Civitatis Urgelli contrà Fiſci Procuratorem Bajuliæ Generalis Cathaloniæ. Quæ venit ad Regiam Audientiam, cauſa faciendi verbum. 39

Ad tertiam quæſtionis partem. Reſp. quòd quæſtio contrà Eccleſiam, & aliam manum mortuam ſuper bonis, quæ fuerunt Principis, vulgò dictis de realenco, agitari, & tractari debet coram Principe, ejuſque Miniſtris, quia tunc non videtur convenirj Eccleſia, ut Eccleſia, ſed ut quidam de Univerſitate, ut pluribus probavi *dec.*147.*n.*35.*par.*3. quibus addendi ſunt *Antunez Portugal. de donat.Regiis, lib.*2.*cap.*34.*à n.*7. *Barboſa remiſſivè multis citatis in cap.*2. *nu.*5. *nè Clerici, vel Monachi*, punctim *Belluga in ſpecul. Princip.rub.*14 §. *Videamus nu.*11. *Reg.Matthæu. de regim.Regn.Valent.cap.*2.§.5.*n.*49.*&* 50.*verſ Sic qualibet Eccleſia, & nu.*109.*Domin.Vicecancellar. Don Chriſtophor. Creſpi de Valdaura obſervat.*91. *num.*12. 40

Sicut Epiſcopus, & Prælatus Eccleſiaſticus in Juriſdictione temporali, quam obtinet à Principe laico in Baronia ſibi conceſſa, judicatur tanquàm Baro laicus, & hac ratione legibus Principis ſubjicitur, ut tradidi cum innumeris *dec.*9. *à n.*3.*par.*1. quibus addendi ſunt *Carol.de Graſs.de effect.Cler.effectu* 1. *à n.*510. *Scialoya de foro compet.cap.*51.*num.*73.*Eſcobar.de Pontif. & Reg.juriſdict.in Studiis Generalibus* §.21 *à n.*183. *Rocc. de Officiis rub.*9. *n.*69. *&* 70. *Fajard. allegat.*33.*à nu.*401.*Anſaldus de juriſdict.par.*3.*tit. unic.* 41

unic.cap.8.n.229.230. & 231. Ità Eccleſia, vel manus mortua poſſidens bona de realenco,cenſetur tanquàm laicus illius rei, & Princeps judicat de illis, ſic argumentatur *Reg. Matthæu de regim. Regni Valen cap.2.§.5.n.50.*

42 Et ſi oriatur contentio inter Curiam Eccleſiaſticam,& Sæcularem, ad quam pertineat cognitio ſuper bonis, quæ fuerunt Domini noſtri Regis, vulgò de realenco, an poſſint tranſire ad Eccleſiam abſque ipſius Domini Regis licentia, & abſque eo, quòd ſint dicta bona amortizata, declaratur in favorem Curiæ Sæcularis, ſic fuiſſe in multis contentionibus declaratum per Cancellarios Cathaloniæ, ſcilicet 27.*Auguſti* 1541. & 19.*Octobris* 1593. teſtatur *Boſch. dels titols de honor. lib.2. cap.36. §.25. verſic. Eſta juriſdiction fol.265.* addo ità declaratum per Cancellarium Puigmati Conſultoribus Aſtor, & Aguilò 26. *Maii* 1626. quod exemplar extensè tradidi *deciſ.137.ſub n.36.par.3.*

43 Pariter ſi contentio oriatur inter Curias Eccleſiaſticam, & Sæcularem, an bona feudalia poſſint tranſire ad Eccleſias abſque licentia domini directi, & abſque eo, quòd ſint dicta bona amortizata, declaratur in favorem Curiæ Sæcularis ex deductis à me *dec.26.n.47.p.1.*& abundè *dec.147. à n.27.par.3. addo Vilaplanam me citato in Conſtit.Item nè ſuper laudemio n.23.Romagnera ad Synodales Gerunden.lib.3.tit.16. cap.1.n.68.& 86.* & idem reſpectu bonorum emphyteuticalium, ex à me traditis *dec.147.n.32.par.3.Romaguera, ubi ſuprà à n.60.*

44 Nunc quæro 1. An Statutum, lex, ſeu Conſtitutio laicorum præcipiens, nè bona vulgò dicta de realenco, aut feudalia, vel emphyteuticaria in Eccleſias,vel Clèricos ſine licentia Principis, vel Domini directi transferantur, & abſque eo, quòd ſint amortizata, ſit contrà libertatem Eccleſiaſticam? Similiter,an Statutum,lex, ſeu Conſtitutio laicorum præcipiens, ut bona de realenco, vel feudalia, aut emphyteuticalia quæſita Eccleſiis, vel Clericis intrà certum tempus vendantur, ſit contrà libertatem Eccleſiaſticam? Et generaliter, an Statutum lex, ſeu Conſtitutio laicorum præcipiens, nè bona immobilia alienentur Eccleſiis, vel Clericis, ſit contrà libertatem Eccleſiaſticam? Quæſtio eſt valdè controverſa, & pro utraque parte diſputat *Sanchez conſ.moral. lib.2.cap.4. dub.57.nu.15.& ad eum remiſſivè Salzed. de leg.polit. lib.2.cap.22. num.11. & 12.*

45 Affirmant *Valer. de differen. utriuſque fori verbo bona differ.3.Marta de juriſdict.par.4.caſu 76. à n.7.Cyriacus controver. foren.to.3.controv.529. à n.38.Diana reſol.mor.par.1.tract.2.reſol.58.aliàs 57.& reſol.64.aliàs 63.& reſol.104.aliàs 103.& par.3.tract.1.reſol.14. & par.4.tract.1.reſolut.13. 57.&70.par.5.tract.1.reſol.3.& par.6.tract.3.per totum, & in coordin.par.9. tract.3.per totum, Thomas del Bene de immunit.Eccleſ.to.1.cap.8.dub.11. cum ſuis ſectionibus, & dub.12. & 13. Fermoſin. in cap.Eccleſia S.Mariæ qu.7.à n.44.& qu.8.à n.7. ad 37. de Conſtit.* niſi adſit privilegium Summi Pontificis, vel ejus tolerantia, *Diana reſol.mor. par.3.tract.1.reſol.14.& par.4.tract.1.reſol.47.& in coordinat.par.9.tract.3. reſol.4.n.3.& reſolut.5. nu.3.Thom. del Bene de immun.Eccleſ.tom.1.cap.8. dub.12.à num.9.Fermoſin.in cap.Eccleſia S.Mariæ qu.8.n.22.de Conſtit. Boſſius in moral.tom.2.tit.12. §.2. num.76.*

Negant probabiliùs *Oliba de jure Fiſci cap.7.à* 46 *num.26.Peguera in Conſtit.Item nè ſuper laudemio verſ.7.ſub n.3.*ibi:*Nec dicuntur talia Statuta,Fontanel.de pact.nup.to.1.clauſ.4.gloſs.12.n.19.Boſch. dels titols de honor.lib.2. cap.36.§.24,in fine. Eſtos dret fol.264.Ripoll.var.reſol cap.7.n.118.cum ſeq. Belluga in ſpecul. Princip. rub. 14. §. Veniamus n.31.verſ. Sed nonnè, ubi Borrell.in addit.littera O Reg.Leo dec.156.num.3,& 4.to.2.Reg.Matthæu de regim.Regni Valen.cap.2.§ 5.n.46.& 112.Domin. Vicecancellar.Don Chryſtophorus Creſpi de Valdaura obſerv.91.à n.15. Eſcolan. lib.1.cap.7. nu.8.& lib.4.cap.23.& 24.Trullenc inDecalogo to.2.lib.7. cap.23.dub.19.Suarez de leg.lib.4.cap.11.n.11.& de immun.lib.4.cap.2.n.10.Angujan.de leg.lib.2. controv. 15.Cutel. ad leg.Sicul.Federici nota 26. fol.152.& de immun.Eccleſiæ lib.2.qu.58.& 104. Solorzan. de Jur.Indiar.to.2.lib.3.cap.21. à n.37. Caldas Pereyra de empt.& vendit.cap.8.n.35.Gabriel Pereyra de manu Regia par.2.cap.67.toto.*

Quæro 2. quomodo ſit facienda, & practicanda amortizatio in Cathalonia? 47 Reſpon. in primis, quòd pro unaquaque amortizatione ſolvitur unum laudimium. Deindè, ut commoditati Domini directi feudi,vel Emphyteuſis conſulatur,& ſit utiliter proviſum(nè propter privilegium Eccleſiæ damnum patiatur in oneribus, & muneribus, quæ res immobilis ergà Dominum directum ſuſtinuiſſet, ſi non veniſſet in manum mortuam,prout dicit *Oliba de jure Fiſci cap.7.nu.20. par.1.Reg.Leo dec.77.n.7. lib.1.* hoc eſt in recompenſam laudimiorum, quæ poſſent ex alienationibus Domino directo frequenter contingere,ut clariùs dicit *Fontanella hic citatus,* & notant *citati n.19.& 20.*) ſolet dari aliud laudimium decimo quoque anno,aut decimo quinto, aut trigeſimo juxta conventiones, vel conſuetudinem Diœceſis, ut ait *Oliba de jure Fiſci cap.7. n.15. propè finem*, verùm regulariter dari ſolet aliud laudimium, aut tardiùs, aut frequentiùs, habita conſideratione, de quanto in quantum tempus poſſet res feudalis, aut emphyteutica alienari, quæ eſt amortizanda, & quæ petitur amortizari. Facta diſtinctione, ſi res eſt magni valoris, veluti Caſtrum aliquod,cùm tardius ſolet vendi,tempus poteſt elongari de quadraginta annis; Et tunc augetur cenſus in illa quadragenaria parte ultrà penſionem cenſus aſſuetam, *Oliba* ſic intelligendus *de jure Fiſci cap. 7. ſub nu.34.* Si autem res eſt parvi valoris, cùm frequentiùs ſoleat alienari,tempus poteſt abbreviari, regulariter de triginta in triginta annis, & iſto caſu laudimium dividitur in triginta partes, in tot penſiones, quæ faciant integrum laudimium in triginta annis, ultrà ſolitam penſionem cenſus, ſic *Solſona de ſtylo capibreviandi fol. mihi 84.nu.1.*quem ſequuntur *Fontanella de pact. nupt.to.1.clauſ.4.gloſs.12.n.23. & gloſs.18.par.1. n.82.& dec.279.n.22.& dec.281.n.9.par.1.Ripol. var.reſol.cap.7.à n.138.ad144.*remiſſivè *Vilaplana ad Pegueram in Conſtit.Item nè ſuper laudemio verſ.6.n.115.*& recitant*Trullench.in Decal.tom.2. lib.7.cap.23.dub.10.n.24. Reg. Matthæu de regim. Regni Valen.cap.2.§.5.nu.113.& 114.* vide deciſionem noſtri Senatus me referente infrà *n.*

Et qualiter practicetur amortizatio inBajulia 48 Gene-

Generali Cathaloniæ, & quæ laudimia ſolvantur? Videantur *Ripol.var.cap.7.à n.144.ad 147. Fontanella dec.279.n.23.& 24.par.1.*

49 In Regno Valentiæ, quando res feudalis, vel emphyteutica acquiritur per Eccleſiam, Civitatem, vel aliam manum mortuam, ſolvitur quindennium, ideſt unum laudimium decimo quinto quoque anno, ultrà jus amortizationis, hoc eſt, quod manus mortua ſolvit quolibet quindennio eam quantitatem, quæ ſi fuiſſet alienata, deberetur pro laudimio *Reg. Leo dec. 77. n.7.verſ.Et ità,& nu.8.9.& 10.lib.1.Domin.Vice-Cancellar. Don Chriſtophor.Creſpi de Valdaura obſervat.106.n.10.& 15.Trullench.in Decalogo to.2. lib.7.cap.23.dub.10.n.24.Reg.Mattheu. de regim. Regni Valen.cap.2.§.5.n.109.113.& 114.* Idemque ſervatur in Regno Neapolis, *Marinis reſol. jur.to.2.alleg.144.21.& in addit.ad Reverter.deciſ.404.n.3.verſ.Et ſi dices*. In Gallia ſolvitur dimidium laudimii per manum mortuam de novennio in novennium, *Tondut.quæſt.benef.par.1. cap.46.n.5.*& refert *Domin.Vice-Cancel.Don Chriſtophor.Creſpi de Valdaura obſerv.106.n.15.*

50 Sed notandum, quòd laudemium, quod pro amortizatiõe ſolvitur Domino directo ex tranſlatione rei feudalis, vel emphyteuticæ in manum mortuam trigeſimo anno in Cathalonia, & decimo quinto quoque anno in Valentia, & in Regno Neapolis, & novennio in Gallia, non debetur de Jure, ſed ex conſuetudine, vel conventione *Reg. Leo dec.77. n.7. in fine, & n.9. Reg. Mattheu de regim. Regni Valent. cap.2. §.5. n.113., & 120. Dom. Vicecancellar. Don Chriſtophor. Creſpi de Valdaura obſerv. 106. n.15. Tondut. qu.benef. par. prima cap.46. n.5.* & reſpectu conventionis notant *Solſona de ſtylo capibreviandi fol. mihi* 84.*n.*1. ibi: *Et cùm de tempore fuerit concordatum,Fontanella de pact. nup.tom 1. clauſ.4. gloſ.12.n.23.* ibi: *Et concordato tempore inter partes*, & ibi: *Quot fuerint anni concordati*.

51 Quæro tertio: An amortizationis electio ſit in facultate emphyteutæ manus mortuæ adquirentis, an verò domini directi? Reſpon. quod eſt in electione, & facultate domini directi, ſic *Ripoll. var. reſol. cap.7. nu.*148. & 149. & ſentiunt omnes *citati n.* 15.

52 Quæro quarto: Si res feudalis, vel emphyteutica legetur Eccleſiæ, per quem ſit ſolvendum laudemium pro amortizatione de triginta annis, an per Eccleſiam legatariam, an verò per hæredem legantis, vel ſaltèm hæres teneatur præſtare æſtimationem Eccleſiæ legatariæ? Quæſtio eſt controverſa, videantur *Mantica de conject. ult. volunt. lib.9.tit.11. à num.2. Menochius lib.4. præſumpt.119. à n. 6. Fachineus controverſ. jur.lib.5.cap.37. Cirocchus diſcept.28. à nu.1. Myeres de majoratu par.4. qu.40. Salzed. de leg. polit. lib.2. cap.2. à num.54. cum plurib. ſeq. Borell. in ſum. dec.tom.1. tit.34. n.694. Lara de anniver. lib.1. cap.19. à num. 14. Peregrin. de fideicom. art.11. n.103. Amoſtaz. de cauſis piis tom.1. lib.2. cap.8. à num.3.* ſignantèr *à nu.21. & n.35., & 36.* ſed meo parvo Judicio veritas eſt, quòd ſi res feudalis, vel emphyteutica ſimpliciter relinquatur Eccleſiæ intuitu tantùm pietatis, tenetur Eccleſia aſſumere ſuprà ſe onus amortizationis, cùm lucretur in re legata, nec dici poteſt, quòd lædatur, ex quò in non adquirendo non dicitur Eccleſia lædi: ſi verò res feudalis, vel emphyteutica relinquatur, ſeu legetur Eccleſiæ in recompenſationem celebrationis Miſſarum, vel Anniverſariorum, vel aliorum piorum ſuffragiorum per Eccleſiam celebrandorum, tenetur hæres teſtatoris pretium amortizationis reficere; nam tunc Eccleſia evidenter læderetur, quia diminueret rei valorem reſpectu oneris celebrandi, & adimplendi Divina obſequia, id quod augeretur in onere ſolvendi laudemium pro amortizatione, ſic cum *Belluga in ſpecul. Princip. rub.14. verſ. Reſtat à num.21.* docet *Ripoll. var. reſol. cap.7. à n.122. ad 131.*

DECISIO V.

EX PANIMOLL.

Deciſ. 4. tom. 1.

SUMMARIUM.

1 *Quindennium eſt ſolvendum ab Eccleſia retinente bona Emphyteotica, & devolutioni ſubjecta,* num.6. contrarium num.8.

2 *Præcipuè ſi Domino directo à principio non fuerit ſoluta æſtimatio rei.*

3 *Eccleſia, invito Domino directo, non poteſt retinere bona Emphyteotica.*

4 *Quindennium eſt ſolutio laudemii facienda de quindecim in quindecim annos, pro quibus ſingulis temporibus præſumitur res Emphyteotica devolui, vel alienari poſſe.*

5 *Quindennalis ſolutio introducta fuit ad favorem Cancellariæ pro Beneficiis unitis, facienda de quindecim in quindecim annos, prout vacare præſumitur.*

7 *Quindennium eſt ſolvendum Capitulo habenti jus percipiendi annatas, ſi uniantur Beneficia.*

9 *Quindennium eſt quinquageſima pars rei alienatæ.*

10 *Quindennium in Urbe taxatur ad rationem duorum pro centenario.*

11 *In alienatione rei Eccleſiæ ſolitæ alienari, non requiruntur ſolemnitates.*
Eccleſia pro ſolutione Quindennii validè obligatur abſque ſolemnitatibus, ibidem.

12 *Eccleſia, ut ſe liberet à ſolutione Quindennii, poteſt bona vendere, & pretium liberè conſequi.*

13 *Laudemium Emphyteuſi legata debetur Domino directo.*

14 *Laudemium debetur Domino directo ratione dominii, conſenſus, & actualis traditionis, & Inveſtituræ.*

15 *Laudemium eſt ſolvendum ab Eccleſia, & de relictis ad pias cauſas, secùs ſi fieret ex cauſa neceſſaria,* num.16.

17 *Laudemium non eſt ſolvendum in Emphyteuſi conceſſa pro hæredibus, & ſucceſſoribus, præſertìm ſi ſit adiecta clauſula cui dederit,* num.18. *vel pro ſucceſſoribus quibuſcumque,* num.19. *contrarium* num.22. diſtingu. ut num.28.

20 *Emphyteuſis vigore Clauſulæ ad habendum comprehendit etiam hæredes extraneos, præſertim ſi ſit adiecta conceſſioni, quæ ad certos gradus non reſtringatur,* num.21.

23 *Laudemii præſtatio eſt quædam exhibitio obſequii reverentialis erga Dominum.*

24 *Laudemii præſtatio eſt de natura contractus.*

25. *Fa-*

25 *Facultas exigendi laudemium non eſt perſonalis, ſed realis.*

26 *Alienatio rei Emphyteoticæ poteſt fieri invito Domino vigore Clauſulæ ad habendum, & pro quibuſcumque hæredibus.*

27 *Laudemii ſolutio, niſi expreſsè fuerit remiſſa, cenſetur reſervata*, ibidem.

28 *Laudemium non datur pro conſenſu, ſed pro inveſtitura, & traditione poſſeſſionis.*

29 *Inter comprehenſos in Inveſtitura eſt permiſſa omnis alienatio etiam ſtante pacto non alienandi, num* 30.

31 *Emphyteuſis alienari non poteſt in potentiorem, & nomine potentioris qui veniant.*

32 *Limita non procedere, quando Emphyteuſis eſt tranſitoria etiam ad hæredes extraneos.*

33 *Eccleſia poteſt retinere bona emphyteutica Domino directo volente.*

34 *Dominus directus inſtans pro ſolutione laudemii, cenſetur alienationem approbare.*

35 *Contractus emphyteuticus à Partium conventione legem accipit.*

ARGUMENTUM.

Quindennium eſt ſolvendum ab Eccleſia, & Loco Pio retinente bona emphyteutica Domino directo, cui non fuerit ſoluta æſtimatio rei, ſicuti laudemiū ſolvi debet etiam ab ipſa Eccleſia, & de relictis ad pias cauſas Eccleſia, & Locus Pius quando ſit capax acquiſitionis Emphyteuſis, perſpicuè deducitur.

Romana Laudemii.

VSque de anno 1553. Joannes Jacobus, & Cæſar de Pintis tunc temporis Rectores Capellæ SS. Coſmæ, & Damiani in Eccleſia S. Angeli in Foro Piſcium Urbis, tres Domunculas ad eandem Capellam ſpectantes infraſcripta forma, & tenore -- *reſervato Beneplacito Apoſtolico, locaverunt ad perpetuam emphyteuſim, & ad meliorandum &c. DD. de Cavaleriis, pro augumento Jurium eorum, non autem ad diminutionem aliquam, cum pactis infrà dicendis, conducentibus pro ſe ipſis, eorumque hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumqne, ſtipulan. & Jura Juribus adden. dictas tres Domunculas &c. liberas &c. præterquàm à reſponſione, & Canone infrà dicendo, ad habendum, & aliàs de dictis Domunculis diſponendum, prout Jura de ſimilibus rebus facere permittunt, cum Clauſula conſtituti ad favorem ipſorum conducentium.*

Hanc autem locationem fecerunt præfatis præſentibus, & ſtipulantibus, ut ſuprà, quia ii Joannes Baptiſta, & Domitius promiſerunt ſolvere quolibet anno pro reſponſione, & Canone dictarum Domuncularum ſcuta 28. de Semeſtre in Semeſtre, item quia promiſerunt dictas Domunculas reparare intùs, & extrà, & de omnibus neceſſariis reparationibus manutenere &c. convenerunt inſuper, quòd non liceat illis, aut illorum hæredibus, & ſucceſſoribus dictas Domunculas, aut aliquam partem vendere, aut aliàs alienare, & de illis diſponere, niſi quatenùs Jura eis permittant, & niſi quatenùs de ſimilibus rebus locatis conductoribus diſponere liceat, & niſi priùs requiſitis præfatis Dominis Cappellanis ſoluto laudemio ſolito.

Et in eventum alienationis, ſeu alterius diſpoſitionis eis à Jure non permiſſis, & in omni caſu, quo res emphyteutica devoluatur, & maximè ſi per biènium ceſſaverint à ſolutione dicti Canonis, devoluantur cum melioramentis &c.

Ulteriùs ultrà dictas conventiones fuit expreſsè conceſſa facultas eiſdem DD. conductoribus affrancandi, liberandi, & eximendi præfatas Domunculas ab onere ſolutionis conventi Canonis, ac ab omnibus aliis obligationibus, quandocumque à conductoribus, ſeu ab eorum hæredibus, & ſucceſſoribus alia annua reſponſio tantundem quantitatis ſubrogata fuerit, & ut latiùs in Inſtrumento Inveſtituræ.

Verùm cùm dictæ tres Domunculæ unà cum Domo magna DD. de Cavaleriis, cui fuerunt incorporatæ, acquiſitæ fuerint à D. Camillo Pignatello bo.me. & nuper à Venerabili Archiconfraternitate SS. Trinitatis Peregrinorum Urbis jure hæreditario ipſius Camilli, & ſic devenerint ad manus mortuas, inſtabat Admodùm R. D. Paulus Bonafaccia Modernus Cappellanus pro ſolutione laudemii, & obligatione ſolvendi quindennium de quindecim in quindecim annos, undè propoſito Dubio in familiari Congregatione ad effectum amicabiliter componendi differentiam, quatenùs Archiconfraternitas non foveat bonum jus, fui in Voto, pro affirmativa tàm quoad quindennium, quàm quò ad laudemium, ſiquidem quò ad quindennium re- 1
gula eſt contrà Eccleſiam, & locum Pium, qui retinentes bona emphyteutica, ſeu devolutioni ſubjecta, tenentur ſolvere quindennium Domino directo *Rota deciſ.* 280. *nu.*4. *par.* 1. *recentior.* & magiſtraliter *in Neapolitana laudemii* 27. *Februarii* 1640. §. *dum itaque, & ſeq. coram R. P. D. Cerro Decano, quæ eſt in recentior. deciſ.* 474. *à num.* 15. *uſque ad* 24. *par.* 9. *tom.* 2.

Præcipuè ſi Domino directo non fuerit ſoluta 2
à principio acquiſitionis æſtimatio rei conceſſæ, & directi dominii indemnitati non fuerit alio modo conſultum, & ſic acquiſitio ſit potiùs ex titulo lucrativo, quàm oneroſo *Rota in ead. Neapolitana laudemii* 27. *Februarii* 1640. *coram Cerro* §. *dum itaque in recentior. deciſ.* 474. *à num.* 15. *uſque ad* 21. *par.* 9. *tom.* 2.

Quorum potiſſima ratio eſt, quia Eccleſia ex 3
generali, & recepta conſuetudine, de qua *Specul. in tit. de emphyteuſi quæſt.* 117. *n.* 143. non poteſt invito Domino directo retinere bona Emphyteutica, eò, quia ſit perpetua, & nunquam mori, aut deficere poſſit, & manus mortua dicatur *cap. ſi gratioſè de Reſcript. in 6.* tum quia de facili non ſoleat, nec poſſit diſtrahere, & alienare bona immobilia, ut perſonæ privatæ diſtrahere, & diſponere ſolent, & conſequenter amittatur ſpes devolutionis, & reverſionis ad Dominum directum, ſi ad Eccleſiam, uti ad manus mortuas deveniant, propterea nè Dominus directus nimis gravetur, inſpecta impoſſibilitate reverſionis bonorum ob lineam finitam, & difficultate alienationis ob Juris prohibitionem contentam in *Extravag. Ambitioſæ de reb. Eccleſ. non alien.* & ipſa met Eccleſia reddatur capax acquiſitionis, & retentionis hujuſmodi bonorum abſque eo, quòd Dominus directus deſtituatur ſpe laudemiorum, inolevit praxis, quę ſub veriſimili

mili ſuppoſito, quòd bona emphyteutica penès
4 perſonas privatas poſſint alienari de quindecim in quindecim annos, introduxit ſolutionem quindennii, ſcilicet illiuſmet laudemii, quod contingentibus dictis alienationibus ſolvi debuiſſet, ut reſarciatur ſingulis quindecim annis dominiũ directum, *Anton. Niger de laudem. qu.* 12. *artic.* 3. *num.* 148. & 151. ubi in puncto de emphyteuſi, *Rota in dicta Neapolitana laudemii coram Cerro in recentior. deciſ.* 474. *à num.* 15. *uſque ad* 21. & *in eadem coram Coccino deciſ.* 494. *à nu.* 6. *uſque ad* 15. *par,* 9. *tom.* 2. *rec.*

5 Quindennalis autem ſolutio propriè introducta fuit, & ſervari incæpit pro Beneficiis unitis, utpotè, quia Beneficia unita, ſeu incorporata Collegio, Capitulo, ſeu Conventui, aut ad illorum favorem ceſſa, ſeu reſignata, per hujuſmodi unionem, reſignationem, ſeu ceſſionem ampliùs non vacent, nè fraudetur Cancellaria, & Annatiſtæ priventur ſuarum Annatarum ſub veriſimili ſuppoſito, quòd illorum, & Annatæ ſolutio contingere poſſint ſingulis quindecim annis à tempore unionis, vel reſignationis, vel ceſſionis, introductus fuit ſtylus reiterandi, & de novo ſolvendi annatam de quindecim in quindecim annos, quæ ſolutio appellatur quindennium, quia per decurſum quindecim annorum nova ſolutio fieri debet juxta *Conſtitutionem Pauli II. in ordine* 8. *Innocentii VIII. Conſtitutionem* 1. *Julii II. Conſtitutionem* 3. & *Julii III. Conſtitutionem* 38. & *Conſtitutionem* 41. de quibus *Flamin. Pariſius de reſig. Benef. lib.* 4. *quæſt.* 10. *num.* 3. & 4. *Anton. Niger de laudem. qu.* 12. *art.* 3. *n.* 149. *Rota dicta dec.* 474. *nu.* 19. *par.* 9. *to.* 2. *recent.* & *dec.* 1401. *nu.* 2. *dec.* 1410. *nu.* 1. *coram Seraphino,* & noviſſimè *Antonell. de temp. legal. lib.* 2. *cap.* 25. *num.* 13.

6 Extenſa deindè fuit, ſeu praxis inolevit eandem ſervandi in Emphyteuſi deveniendo ad manus mortuas *Niger de laudem. qu.* 12. *artic.* 3.
7 *n.* 151. *to.* 1. undè quindenniorum exactio locum habet non ſolùm ad favorem Cameræ, & cæterorum ab ea jus habentium, ſed etiam ad favorem Capituli habentis jus percipiendi Annatas Beneficiorum vacantium in Diœceſi, ſi uniantur, dummodò Capitulum reperiatur in poſſeſſione exigendi quindennia, ſecùs autem ſi non reperiatur in dicta poſſeſſione, licet percepiſſet annatas de Beneficiis, antequàm unirentur, *Rota dec.* 1401. *n.* 3. *dec,* 1410. *per tot. coram Seraphino,* & ex identitate rationis extenditur etiam ad favorem aliarum perſonarum non expreſſarum ſimile jus habentium, quibus Summus Pontifex cenſetur non minùs proſpicere, & eorum intereſſe conſulere voluiſſe, quàm ipſi Cameræ Apoſtolicæ, *Antonel. de temp. legal. lib.* 2. *cap.* 25. *ſub num.* 13.

8 Et licet contrarium quoad Eccleſiam videatur tenere *Anton. Niger de laudem. qu.* 12. *artic.* 3. *n.* 145. *in fin.* & *n. ſeq. to.* 1. ubi docet, quòd Eccleſia non teneatur ſolvere quindennium, etiamſi fuerit conventum in quantitate certa, & quòd hujuſmodi conventio ſit invalida, ſi Eccleſia ſit capax acquirendi Emphyteutica bona, tum quia, cùm prætia rerum temporum varietate varientur, non poſſit validè obligari ad favorem alterius Eccleſiæ ad certam quantitatem, quæ ex futuro eventu à principio eſt incerta, non ſervatis ſolemnitatibus requiſitis in *cap.* 1. *de reb. Eccleſ. non alien. in* 6. non eſt tamen recedendum
à prima opinione tanquàm à Rota canonizata, 9
& opinio Nigri forſan procedere poteſt, quando acquiſitio rei Emphyteuticæ cum obligatione ſolvendi quindennium eſſet damnoſa Eccleſiæ, aliàs æquitas non patitur, ut Eccleſia locupletetur cum jactura alterius, & Dominus directus deſtituatur ſpe reverſionis bonorum, & commodo quindennii introducti ad reparandum damnum ob dictam impoſſibilitatem reverſionis
bonorum, & conſolidationis in caſu devolutio- 10
nis ob lineam finitam, ſeu defectum contemplatorum in Inveſtitura, cum dominio utili, in nihilo refragante, ſi fuerit conventum laudemium, ſeu quindennium in quantitate certa, quia ſemper ratione rei fit certum, cùm ſit quinquageſima pars rei alienatæ, *Rota in Neapolitana laudemii* 27. *Februar.* 1649. §. *hodiè coram Cerro in recentior.* 474. poteſt etiam eſſe plus, & minùs juxta morem Regionis *Gratian. diſc.* 180. *nu.* 2. *to.* 1. & *diſc.* 460. *n.* 7. *to.* 3. & in Urbe ſolent taxari ad rationem duorum pro centenario, textus autem
in *cap.* 1. *de reb. Eccleſ. non alien. in* 6. loquitur, 11
quando alienatio rei Eccleſiæ fiat ex integro, ſecùs autem de re ſolita alienari, quo caſu nullæ requiruntur ſolemnitates, ut expreſsè diſponit *Conſtitutio Pauli II.* relata in *Extravag. Ambitioſæ de reb. Eccleſ. non alienand.* cujus vigore ſi non requiruntur ſolemnitates in rebus alienari ſolitis, multò minùs requiruntur in obligatione ſolvendi laudemium, ſeu quindennium, quæ ve-
niunt ex natura contractus, & ſub eodem Jure 12
continentur, & in omnem caſum quatenùs quindennii ſolutio reddatur Eccleſiæ oneroſa, poteſt vendere perſonæ privatæ, & prætium pro ſe retinere, quod liberum habebit nulli obligationi obnoxium *Specul. in tit. de locat.* §. *nunc aliqua qu.* 117. ſequutus *per Rot. dec.* 261. *ſub n.* 7. *par.* 1. *recentior. Adden. ad Gregor. XV. dec.* 520. *n.* 14. *verſic. Limita ſecundò.*

Quò verò ad laudemium regula eſt, quòd Em- 13
phyteuſi legata debeatur laudemium, nam licet Emphyteuſis valeat legari invito Domino, tamen Legatarius debet recognoſci ab ipſo Domino, ab eoque Inveſtituram, & immiſſionem in poſſeſſionem Emphyteuſis obtinere, quorum intuitu eidem laudemium ſolvi debet, *Soccin. Jun. conſ.* 70. *nu.* 28. *lib.* 3. *Bertazzol. conſ.* 78. *nu.* 1. *par.* 1. *ſub Impreſ.* 1. *Summa Sylveſtrina in* §. *Emphyteuſis nu.* 28. *par.* 1. *Redoan. de reb. Eccleſ. non alien. qu.* 2. *verſ. iſta autem n.* 13. *fol.* 385. *Villalob. in ſuis commun. opin. verbo Emphyteuta n.* 73. *Burg. de laudem. inſpect.* 48. *nu.* 5. *Hieronym. à Laurent. deciſ. Avenion.* 143. *n.* 3. *Vincent. de Franch. dec.* 201. *n.* 1. & 4. *Fulgin. de Jur. Emphyt. in tit. de laudem. qu.* 19. *n.* 2.

Etenim laudemium debetur Domino directo 14
ratione ſui dominii, & conſenſus in alienatione præſtandi, ſeu pro Inveſtitura, ac actuali traditione poſſeſſionis *l. fin.* §. & *nè avaritia C. de Jur. Emphyt. Bartol. in l. ult. n.* 2. *verſ. dic. ergò C. de præd. Decurion. lib.* 11. *Cephal. conſ.* 699. *n.* 31. *lib.* 5. *Surd. conſ.* 48. *nu.* 5. & 6. *vol.* 1. & *dec.* 200. *n.* 1. *Gratian. diſc.* 180. *n.* 5. *to.* 1. *diſc.* 377. *n.* 34. *to.* 2. *Rota dec.* 121. *n.* 1. & *in Avenionen. Salviani* 20. *Martii* 1650. §. *tandem ex pluribus coram Bichio.*

A qua laudemii ſolutione Eccleſia, & locus 15
Pius non redduntur immunes, & licet agatur

de relictis ad pias cauſas, nè Dominus alienum hominem accipere cogatur invitus, *Carol. de Graſs.de effect.Cleric.effect.1.n.721.Amad. à Ponte de laudem. quæſt.50. verſ.præſtationi,Burg. eod. tract.part.1. inſpect.3.n.16. Gratian.diſc.377.nu.2. to.3.Boer.dec.231.n.2. Rota in Neapolitana laudemii 27. Februarii 1640.§.hodiè coram Cerro Decano, quæ eſt in recentior.dec.474.n.1.cum plur.ſeqq. par.9.to.2. confirmata coram Coccino dec.494.n.1. uſque ad 7.ead.par.9.tom.2.*

16 Quidquid ſit, quando alienatio fiat ex cauſa neceſſaria ſcilicet, ſi ageretur de nova Eccleſia ædificanda, & Monaſterio ampliando, quo caſu favore Religionis poſſeſſores Domorum compelli poſſunt ad vendendum juxta textum in *l. ſi quis ſepulchrum ff. de religioſ. & ſumpt funer. Gerard.Mainard.dec.Tholoſan.43.lib.4. Rota dicta dec.474.n.10.& 11.& n.12.13.& 14.* ubi ſubdit diſpoſitionem dicti textus procedere, ſi ſoluta fuerit æſtimatio Domino directo, & *deciſ. 494. n.16.par.9.to.2.recentior.*

17 Nec applicatur diſtinctio illa tradita à DD. ſcilicet, quando Emphyteuſis fuit conceſſa cum Clauſula *pro ſe, hæredibus, & ſucceſſoribus*, legatarius non tene atur petere novam Inveſtituram à Domino, & conſequenter eximatur à præſtatione laudemii, tanquàm in prima Inveſtitura compræhenſus, ſi verò emphyteuta reperiatur inveſtitus, *pro ſe, & hæredibus tantùm*, & tunc ſi Emphyteuſis ſit privata,laudemium ſolvendum ſit per Legatarium, ex quò nova eget Inveſtitura, ſi verò ſit Eccleſiaſtica, & tunc ſi ſit legata extraneo, pariter debetur laudemium, cùm de ui natura non ſit tranſitoria ad extraneos hæredes, ſi uni ex deſcendentibus proximiori in gradu, & tunc non debetur, quia illud verbum *hæredibus* verificetur in deſcendetibus, *Bald. Salicett.in l.fin.n.11.in ſecunda lectione C.de Jure Emphyt. Marc. Burg. de laudem. par.2. inſpect.* 48. *Amad. de Ponte tract. eod.qu.31. Fulgin.de Jur. Emphyt.tit.de laudem.quæſt.19.nu.3.* qui alios allegat.

18 Quando verò adjecta eſt Clauſula *cui dederit*, cùm tunc Emphyteuſis ſit tranſitoria ad hæredes extraneos, ſequitur, quòd Legatarius facta conceſſione cum debitis ſolemnitatibus neque debeat ſolvere laudemium,*Fulgin.in dicta qu.19. n.3.circ.fin.*

19 Et multò magis, ut in caſu noſtro, quando verſamur in Emphyteuſi conceſſa non ſolùm *pro hæredibus, & quibuſcunque*, qnoniam ex dicta dictione ſicuti redditur Emphyteuſis apta compræhendere etiam extraneos, ità demonſtratur, Dominum à principio concedere voluiſſe ad favorem omnium, ut ſine ulteriori requiſitione poſſit Emphyteuſis in quemcumque alienari, undè acquirens tanquàm compræhenſus in Inveſtitura, non tenetur ad laudemium *Cephal. conſ.699.n.29.& 30.lib.5.Amad.de laudem.q.31. Vincent.de Franc.dec.*447. & tradunt alii DD.relati per *Gratian.diſc.377.à n.3.uſque ad 9.to.2.*

20 Concurrente præcipuè Clauſula *ad habendum* in parte diſpoſitiva appoſita, ex qua efficitur, Emphyteuſim compræhendere etiam extraneos hæredes, & ſucceſſores plenè *Laderch conſ.1. per tot.Curt.Jun.conſ.4.n.1.verſ.ſed quoniam, Cavaler.dec.293.n.2. & ſeq.Duran.dec.295.n.4.Buratt. dec.87.n.6.Vrgelen.dec.152.n.1.Seraph.dec.1290. nu.12.Rot.dec.642.nu.3. par.1.dec.152.num.1. & dec.2294.nu.3. & 7.par.2.recentior. quæ eſt etiam repet.dec.286.par.3.recentior.& penès Giovagnon. conſ.44 nu.84. & coram Merlin.dec.532.nu.6.* ubi 21
quòd eo fortiùs, quando dicta Clauſula reperitur adjecta conceſſioni, ut in præſenti, quæ certis deſignatis gradibus,& perſonis non arctatur.

Non enim prædicta ſunt applicabilia, quia 22
contraria opinio eſt verior, quòd etiam in Emphyteuſi conceſſa *pro quibuſcumque hæredibus, & ſucceſſoribus* debeatur laudemium, cùm ex forma hujus conceſſionis non reſultet, quòd donatarius, inſtitutus, legatarius, vel emptor non debeat introduci in poſſeſſionem perDominum, licet voluerit in quemcumque poſſe fieri alienationem, *Imola in cap. potuit nu.64. verſ.ulteriùs etiam poteſt quæri de locat.Salicet. in l.ult. nu.2.in fin.verſ.favor tamen C.de Jure Emphyt.Corbul.de cauſ.privation.ob alien.irrequiſ. Dom.n.7. ampl.2. col.2.ad med.verſ.ut ergò verba ipſius pacti, Card. Mantica de tacit. & ambig.convent. lib.22.tit.21. n.34.Surd.dec.200.n.5.* ubi in ſpecie reprobat *Cephalum* contrarium tenentem *in conſ.699.nu.30.* latè comprobat *Gratian.diſc.377.à n.10.uſque ad fin.to.2.*ubi alios allegat.

Quæ opinio fortiſſima innititur ratione, quia 23
præſtatio laudemii eſt quædam exhibitio obſequii reverentialis ab Emphyteuta Domino præſtandi, eumque cognoſcendi per actum ſuſceptionis Inveſtituræ, quæ nunquam cenſetur remiſſa per quamcumque conceſſionem, & facultatem alienandi, *Menoch.conſ.297.n.24.uſque ad 27.lib.3.Gratian.dicta diſc.377.n.21.*

Tùm quia præſtatio laudemii eſt de natura 24
contractus, ejuſque ſolutio videtur excepta, *Alexand.conſ.123.n.7.lib.5.* immò facultas exigendi 25
laudemium non eſt perſonalis, ſed realis, annexa ſcilicet rebus, & bonis emphyteuticis, quæ cum hoc onere tranſeunt ad ſucceſſores, *Menoch. conſ.444.n.18.& 19.lib.5.Gratian.loc.cit.num.22. 23.24. & ſeqq.*

Et licet poſſit fieri alienatio rei emphyteuticæ 26
invito Domino,& valeat legatum,& donatio de re emphyteutica, etiam ſine conſenſu Domini, ut tradunt *DD.perGratian.dicta diſc.377.n.27.& ſeq.*cùm à principio quilibet ſit admiſſus inſolidum ſtantibusClauſulis *ad habendum,ad alienandum, & pro quibuſcumque hæredibus, & ſucceſſoribus*, tamen hæc ſibi locum vindicant quoad validitatem actus, & ad hoc, ut fieri poſſit alienatio ſine vitio nullitatis, ſecùs autem quoad approbationem, & ſolutionem laudemii, quæ ſi expreſsè non fuerit remiſſa, ſemper cenſetur reſervata, utpotè, quia venit ex natura contractus, *Gabriel.conſ.84.n.12.col.pen.antè fin.verſ.& hac ratione lib.1.Gratian.diſc.377.n.15.& plurib. ſeq.*benè *Surd.dec.220.nu.5.* ubi quòd non ſit ve- 27
rùm, quòd laudemium detur pro conſenſu, ſed pro Inveſtitura, & traditione poſſeſſionis, quæ ſit novo Emphyteutæ, ut habetur ex *textu in l. fin. §. Et nè avaritia C. de Jur.Emphyt. Imola in cap.potuit n.13.locat.Bec.conſ.2.in princ.cum aliis per eund.Surd.loc.cit.n.3.Gratian.ut ſuprà n.11.*

DD. autem tenentes, non eſſe ſolvendum lau- 28
demium ſtante facultate alienandi, loquuntur in caſu, quo legatum, inſtitutio, ſeu alienatio fierent illis,qui ſunt compræhenſi in Inveſtitura, & qui ab inteſtato ſuccedere valent, non autem,

ut

ut in præſenti, quando relinquitur penitùs extraneo, qui abſque diſpoſitione teſtatoris, vel facto emphyteutæ venire non poteſt ad ſucceſſionem, nam licet virtute, & amplitudine dictarum Clauſularum videatur compræhendi in Inveſtitura, iſta compræhenſio reſtringitur, & operatur tantùm facultatem alienandi ſine Domini directi conſenſu, ex parte emphyteutæ, & habilitatem acquirendi, ex parte penitùs extranei ab inteſtato ſuccedere non valentis, non autem liberationem, & remiſſionem laudemii Domino debiti, ratione Inveſtituræ, & traditionis poſſeſſionis, ad differentiam illorum, qui principaliter contemplati, & comprehenſi fuerunt in Inveſtitura in ipſo primo actu conceſſionis benè *Gratian.diſc.*477. *n.*35.*to.*2.*Vincent.de Franch. dec.*448.*per tot.*

29 Inter compræhenſos enim in Inveſtitura eſt permiſſa omnis alienatio ſub quocumque titulo irrequiſito Domino abſque eorum juris, & caducitatis incurſu, *Bartol.in l.Domus* §. *fin. in fin. & ibi Alexand. num.*7.*ff. de legat.*1.*Paul. de Caſt. conſ.*432.*n.*3.*vol.*1.*Ruin.conſ.*2. *n.*1.*vol.*1.*Gabriel conſ.*88.*n.*16.*Jul.Clar. in* §.*Empyteuſis qu.*14.*Redoan.de reb.Eccleſ.nō alien.tit.de caducit.ob rei alienation.verſ.Emphyteuta quoque n.*22.*fol.*518.*cum aliis per Corbul. de Emphyteuſi tit. de cauſ.privation. ob alienation. irrequiſit. Domin. fact. limit.*6. *num.*1.*& ſeq.*

30 Etiamſi pacto expreſſo Emphyteuta promiſiſſet Domino non alienare rem ipſo irrequiſito, quia tale pactum intelligi debet de alienatione facienda in extraneos, non autem inter ipſos emphyteutas compræhenſos, & in Inveſtitura contemplatos, *Salicet. in l.ea lege C.de condit. ob cauſ. Corbul.loco proximè citato n.*5.

31 Non obſtat, quòd Emphyteuſis alienari, ſeu relinqui nequeat in potentiorem, cujus nomine non ſolùm veniunt Clerici, Eccleſiaſtici, Milites, Collegia, verùm etiam ipſa Eccleſia, & loca Pia, ut dixit *Rota dec.*529.*coram Gregor.XV.n.*5. 6.*&* 7.*Adden.ad eund.dec.*520.*n.*14. *circ.med.*latè in *Romana devolutionis Domus* 4.*Decembris* 1651. §.*ex quibus coram Bichio*, & in puncto alienationis factæ Confraternitati laycali, quæ pariter reputatur inter manus mortuas, ead. *Rot. dec.*6. *n.*3.*coram Andrea* cum aliis congeſtis *in dec.*78. *n.*28.*poſt labyr.credit.Salgad.*

Quia ultrà quod non procedit, quando Emphyteuſis eſt tranſitoria ad quoſcumque hæredes etiam extraneos, cùm tunc Eccleſia, & locus Pius efficiantur capaces *Gratian. diſcept.* 481.*n.*16.*& ſeq. Beltramin.in addit.ad Greg.XV. dec.*530.*n.*14. *verſic. limita primò, Rota dec.*261. 32
*n.*7. *deciſ.*280. *n.*3. *part.*1. *recent.* certum eſt non 33
eſſe prohibitum Eccleſiæ retinere bona Emphyteutica Domino directo volente, *Beltramin. in*
*addit. ad Gregor.XV. dec.*520. *num.*14. *in fin.* qui 34
alios allegat, immò dum inſtatur per D. Bonifacium pro ſolutione Laudemii, & Quindennii, cenſetur inſtitutionem factam in Archiconfraternitatem approbare ad tradita per *Rotam in Romana devolutionis Domus* 4. *Decemb.* 1650. §. *fin. coram Bichio*.

Et penitùs ceſſat omnis difficultas, quia ex- 35
preſsè in præſenti conceſſione fuit conventa præſtatio laudemii in caſu alienationis, quod pactum utique ſervari debet, cùm contractus Emphyteuticus à partium conventione recipiat formam, ac proindè poſſunt quæcumque pacta apponi, etiam inſolita, & à communi natura ſimilium conceſſionum exorbitantia *cap.* 1. *de feud. non haben. propr.natur.feud. Roland. à Valle conſ.*16.*n.*8. *lib.*3. *Mantica de tacit.& ambig. convent.tit.*22.*n.*8. *uſque ad* 19. *Gratian.diſcept.*719. *n.*29. *Surd. deciſ*95. *n.*16. *&* 17. *Rot. in Ravennaten. Emphyteuſis cor. Dunozet. deciſ.* 35. *nu.*21. *poſt Michalor. de fratrib.*

Et ità &c.

DECISIONES SAC. ROTÆ ROMANÆ POST TRACTATUM DE QUINDENNIIS.

DECISIO I.

COCCINO DECANO

Neapolitana Laudemii.

Veneris 9. Decembris 1639.

ARGUMENTUM.

Laudemii, & Quindennii ſolutio, an,& quando debeatur in caſu, quo res tranſit ad manus mortuas.

SUMMARIUM.

1 *Bona Emphyteutica, quando tranſeunt ad manus mortuas, debetur laudemium, & poſtea quindennia, ubi de ratione.*
2 *Limita, quando venditio facta fuit Eccleſiæ pro ampliatione*, Vide num.4. *ſublimita* num.5.
3 *Laudemium non debetur ex venditione neceſſaria.*
4 *Cauſa neceſſaria dicitur favor Religionis* num.3.
5 *Pactum ſolvendi laudemium, & quindennium eſt attendendum, & poteſt ab initio apponi.*
6 *Prælatus ſucceſſor in Eccleſia non tenetur ſolvere Relevium.*
7 *Limita, ſi in inveſtitura pacto cautum ſit, quòd ſolvatur.*
8 *Pacta appoſita in inveſtitura ſunt attendenda, etiamſi naturæ feudorum repugnent.*

CUm poſt longam infirmitatem bo.me. Alexander Buccabella diem ſuum clauſerit extremum non extenſa *deciſione* ſuper hac Cauſa per eum propoſita. Ego in ejus locum ſuffectus, eam extendi, & in Cauſa dubitabatur. An PP. Theatini, qui emerunt Domos Emphyteoticas Venerab. Carthuſiæ, tenerentur ad ſolutionem laudemii, & quindennii, & regulariter loquen-
1 do, quando bona Emphyteotica tranſeunt ad manus mortuas, debetur laudemium, & poſteà quindennia, hoc eſt laudemium ſingulis quindecim annis, & ratio eſt, quia cùm dicta bona non ſint ampliùs ſuppoſita devolutioni, nè nimis gravetur Dominus directus, & ut Eccleſia dicta bona retinere poſſit, opus eſt ſolutione laudemii, & quindenniorum, ut latè firmat *Riccius deciſ.*10. *inter omiſſas poſt praxim*, *Joan. Maria Novar. in explicatione Bullarum inter prætermiſſas de ſolutione Quindennii fol.*633. *num.*16. *cum ſeqq. lib.*4. & admitit *Rota noſtra deciſ.* 280. *num.*4.*par.*1. *recentior.*

Difficultas tamen conſiſtebat in eo, quòd
2 quando venditio eſt facta Eccleſiæ pro ampliatione, non debetur laudemium, neque quindennium, & ratio deſumitur ex illa Juris concluſio- 3
ne, quòd laudemium non debetur ex venditione neceſſaria, & favor Religionis dicitur cauſa neceſſaria, ut latè *Novar.* in puncto *loc. cit. n.*31. licèt *nu.*23. velit vel venditionem fieri de mandato Judicis, vel in venditione exprimi, quòd 4
fiat pro ampliatione Monaſterii, vel Eccleſiæ, quod ultimum fuit factum in Inſtrumento dictæ venditionis.

Cæterùm fuit conſideratum, quòd cùm in dicta venditione fuerit expreſsè conventum de ſo- 5
lutione laudemii, & quindennii, conventio prædicta eſt attendenda, cùm ſit pars pretii, & potuit ab initio apponi, quia non eſt à jure improbatum, immo dicit *Andr.Capan. loc. ſuprà citat. qu.*28.*n.*7. & 8. quòd,licet Prælatus ſucceſſor in in Eccleſia, non teneatur ſolvere relevium pro 6
feudo, tamen hoc fallit, ſi in inveſtitura pacto cautum ſit, ut relevium ſolvatur, quando Præ- 7
latus moritur, *Iſernia in cap.*1. §. *ſimiliter in hoſtenditiis num* 15. *circà fin. verſ. item ſi probaret Curia & ibi dictum Afflicti num.*10.*verſ.*2.*fallit, de Capitul. Corrad.* ea ratione, quia pacta appoſita in inveſtitura ſunt attendenda, etiamſi na- 8
turæ feudorum repugnarent.

Et ità concluſum,utraq;Parte informante &c.

DECISIO II.

CERRO DECANO

POSTEA S.R.E. CARDINALI,

Neapolitana Laudemii.

Lunæ 23. Februarii 1640.

ARGUMENTUM.

Laudemii, vel in ejus locum, Quindennii, quæ tanquàm onera realia tranſeunt etiam in Eccleſiam, eſto, quòd agatur de bonis pro conſtructione, vel ampliatione Monaſterii ab ipſa acquiſitis, quia licet illa de Jure debeant eſſe ab omni cenſu, & redditu immunia, tamen intelligitur de redditu, qui ſolvitur laycis in recognititionem directi dominii, non de Canone, aliove onere ipſi rei infixo.

SUMMARIUM.

1 *Dominus directus in bonis Emphyteoticis habet pro ſe fundatam intentionem pro ſolutione Laudemii.*
2 Text. in l. fin. C. de Jur. Emphyt. *diſponit, quòd in translatione rei Emphyteoticæ in aliam perſonam novus emphyteota ſolvat Domino directo quinquageſimam partem pretii rei alienatæ.*

3 *Lau-*

3 *Laudemium dicitur illa portio, quæ Domino directo ſolvitur à novo Emphyteota in emptione rei Emphyteoticæ.*

4 *Eccleſia in bonis Emphyteoticis, ſicut & in feudalibus, non reperitur aliquo privilegio munita.*
Emphyteuſis natura eadem eſt in Eccleſia, quæ in privata perſona, num.4.

5 *Laudemium eſt onus reale inhærens rebus, ex diſpoſitione legis.*

6 *Laudemii pro ſolutione Domino directo competit hypothecaria contra rei Emphyteoticæ poſſeſſorē.*

7 *Res Emphyteotica in Eccleſiam tranſit cum onere ſolvendi Laudemium Domino directo, &* num.9.

8 *Onera realia ipſis rebus infixa tranſeunt in Eccleſiam res dictis oneribus gravatas requirentes, &* num.27.

9 *Eccleſia emens res Emphyteoticas, tenetur ad ſolutionem Laudemii.*

10 *Eccleſia pro amplianda coguntur bonorum poſſeſſores dicta bona vendere, intellige, ut* num.12. & ſeqq.

11 *Laudemium non debetur ex alienatione ex neceſſaria cauſa facta.*

12 *Eccleſia cogit vicinos bona vendere pro ſui ampliatione, ſed pretium ſolvere tenetur, &* num.ſeqq.

15 *Eccleſia ex generali conſuetudine non poteſt invito Domino bona Emphyteotica retinere.*

16 *Eccleſia dicitur perpetua, & nunquam moritur, nec deficere poteſt.*

17 *Eccleſia ſi bona Emphyteotica retinere poſſet, Dominus directus nimis gravaretur.*

18 *Eccleſia ut poſſit ſine Domini præjudicio rem Emphyteoticam retinere, inolevit praxis ſolutionis quindennii.*

19 *Quindennalis ſolutio ſervatur etiam pro Beneficiis unitis.*

20 *Quindennium ſolvere tenetur Eccleſia retinens bona feudalia, vel Emphyteotica, &* num. ſeq.
Eccleſia in aliquibus partibus pro bonis Emphyteuticis, vel feudalibus tenetur ad certam ſolutionem faciendam de 40. *in* 40. *annos*, nu. 20.

21 *Eccleſia ſi nec laudemium, nec quindennium teneretur ſolvere, Dominus contrà omnem juſtitiam ſuo directo dominio privaretur.*

22 *Eccleſia præ cæteris juſtitiam profitetur, & ſedula cultrix recti, & æquitatis dicitur.*
Eccleſia cum aliena jactura locupletari non debet num.22.

23 *Eccleſiæ antiquiores poſſeſſione, & jure ſuo privari non debent, ut novis tribuantur.*

24 *Res, & bona Monaſterii nullo titulo poſſunt ab illo ſeparari ſub prætextu novam Eccleſiam fabricandi.*

25 *Locus, in quo Eccleſia fundatur, qui locus Manſus appellatur, debet eſſe liber ab omni tributo.*

26 *Intellige de tributo, quod laycis ſolvitur in recognitionem Juriſdictionis temporalis, ſecùs de oneribus certis, & rebus infixis,* & n.30. & 31. 32. & 33.

27 *Onera certa, & bonis infixa tranſeunt cum bonis etiam in Eccleſiam.*

28 *Eccleſiam unam eſſe cenſuariam, & reddititiam alterius, onere reali, de jure non repugnat.*

29 *Relevium aſſimilatur quindennio.*

30 *Situs, ſuper quo fundatur Eccleſia, poteſt eſſe Emphyteuticus, & Canones debentur, ſed non intrat devolutio.*

33 *Dominium directum eſt affrancabile, & redimibile.*

PAtres Theatini pro fundanda nova Eccleſia in Civitate Neapolis, emptis nonnullis domibus ſub proprietate, & directo dominio Carthuſiæ S. Martini dictæ Civitatis, convenerunt cum Miniſtris dictæ Carthuſiæ ſolvere Laudemium, & in futurum Quindennium, deindè pro ampliando Monaſterio, emptis aliis domibus ejuſdem qualitatis, cæperunt prætendere ad dicti Laudemii, & Quindennii ſolutionem non teneri. Undè Cauſa deſuper in Partibus introducta, & exindè per appellationem ad Rotam devoluta, dubitatum fuit coram bo.me. Buccabella: *An Carthuſiæ deberetur Laudemium, & Quindennium,* coram quo fuit reſolutum, deberi ex eo princidaliter, quòd dicti PP.Theatini promiſerant utrumque ſolvere, & propterea teneri ex propria obligatione, ut in deciſione poſt ejus obitum per R̃mum D. meum Decanum extenſa.

Hodiè coram me Cauſa ſuper eiſdem repropoſita, DD. perſiſtendo in deciſis, cenſuerunt, laudemium, & quindennium deberi, nedùm ex pacto, ut fuit in deciſione firmatum, verùm etiam ex diſpoſitione Juris, quia cùm dictæ Domus ſint Emphyteoticæ, Carthuſia Domina directa habet pro dicto laudemio intentionem fundatam in *l. fin. C. de Jur. Emphyt.* generali- 1
ter diſponente, quòd in translatione rei Emphy- 2
teſticæ in aliam perſonam, Dominus directus recipiat à novo Emphyteuta quinquageſimam partem pretii rei alienatæ, quod nuncupatur 3
Laudemium. Quamobrem cùm dicta lex loquatur indiſtinctè, & Eccleſia in Emphyteuticis ſicut & in feudalibus aliquo privilegio munita 4
non ſit, quinimò Emphyteuſis natura perindè ſit in Eccleſia, ſicut & in privata perſona, *Germon. de ſacr. immunit. lib.*3. *cap.*17.*n.*87. *Carolus de Graſſ. de effect. Cleric. effect.* 1. *n.*721. *Anton. de Nigr. in Extravag. unic. de vit. & honeſt. Cleric. num.*246. dictumque laudemium ſit onus reale, 5
inhærens rebus emphyteuticis ex diſpoſitione *dictæ l. fin. Menoch. conſ.* 297. *nu.*1. *& conſ.* 444. 6
*nu.*18. *Burg. de laudem. par.* 1. *inſpect.* 9. *nu.*2. & ob id pro eo competat hypothecaria contra rei emphyteuticæ poſſeſſorem, *Gratian.* atteſtans de communi *diſc.* 272. *nu.*5. Conſequitur, dictas res emphyteuticas tranſire in Eccleſiam acquirentem cum dicto onere legali certo, & determi- 7
nato, ac ipſis rebus infixo, ut reſpectu onerum realium certorum uniformium, & determinatorum, quòd tranſeant in Eccleſiam acquirentem 8
res ipſis gravatas, plenè firmavit *Rota in Alben. Gabellæ, ſeu onerum coram R. P.D. Meo Merlino, quæ eſt deciſ.*339.*nu.*55.*par.*6. *recent.* & in ſpecie, quòd Eccleſia emens res emphyteoticas, tenea- 9
tur ad ſolutionem dicti laudemii, tenent *Boer. deciſ.*231. *num.*2. *Menoch. dic. conſ.*444. *num.*53. *Burg. de laudem. dic. inſpect.* 3. *nu.*16. *Carol. Anton. Blancard. in addit. ad Amad. à Ponte de laudem. quæſt.* 50. *verſ. præſtationi.*

Nec viſum fuit obſtare, quòd, cùm ageretur de nova Eccleſia ædificanda, & Monaſterio ampliando, & ſic favore Religionis, poſſeſſores dictarum domorum potuerint compelli ad illas 10
vendendas per *l. ſi quis ſepulchrum ff. de religioſ. & ſumpt. funer.* ut fuit benè firmatum in *Romana demolitionis domus* 29. *Februar.* 1606. *coram Patriarcha Manzanedo*, & propterea ex dicta alie- 11
natione tanquàm facta ex cauſa neceſſaria, laude-

demium non deberi, ut in terminis firmant *Gerard.Mainard.dec.Tholoſ.43.lib.4.dic.Blancard.ubi ſuprà qu.26.in princ.Cancer.var.reſ.tit.2.nu.81.in fin.lib.1.Jo:Maria Novar.in explicat.Bullar.inter prætermiſs.de ſolut.quindennii ſub n.31.& in addit. ad dec.Franch.277.*

Fuit enim reſponſum, quòd iſta potuiſſent procedere quando juxta diſpoſitionem *dic. l. ſi quis ſepulchrum* ſoluta fuiſſet Carthuſiæ æſtimatio
12 ejus directi dominii, quod eſt prætio æſtimabile, *Ripa in l. naturaliter §. nihil commune n.9.ff.de acquir.poſſeſs. Bald.conſ.103. per tot.lib.1.Papon. ſup.Arreſt.Franc. lib.1.tit.14.Arreſt.6. ver.quartum ſingulare*: Quia dicta lex compellit quidem
13 ad vendendum favore Religionis, ſed ſine præjudicio alterius, & ſoluta priùs ipſius rei æſtimatione, aut eadem lex ſemetipſam declarat in illis verbis, ibi: *Præſes etiam compellere debet juſto prætio iter ei præſtari, ità tamen ut Judex etiam de opportunitate loci proſpiciet, nè vicinus magnum patiatur detrimentum*, & notant ibi *Alberic.n.2. Adofred.n.1.*& ſequitur *gloſs. in cap. quæſti ſunt, in verbo revertantur in fin.17. qu.4. Gomez var. reſ.to.2.cap.2.nu.51.* & in ſpecie propoſitæ quæſtionis, ubi ſcilicet quis cogitur vendere pro conſtructione Eccleſiæ, & ampliatione Monaſte-
14 rii, quòd ità demùm cogi poſſit, ſi juſtum prætium ſolvatur, *Florian.de Sanct.Petr.in dic.l.ſi quis ſepulchrum n.1.Cæpol.de ſervit.urban.præd.cap.de Sepulchr.violat.* quod eſt cap. fin.illius tract. *ſub nu.4.& ſeq.* latè *Covarruu.var.reſ.lib.3.cap.12. n.8.Fontanella de pact.nupt.clauſ.4.gloſ.12.nu.25. juncto nu.ſeq.Franc.Marc. dec.534.per tot.Valaſc. dec.Luſitan.22.per tot.*

Dùm itaque Carthuſiæ non fuit ſoluta æſtimatio ejus directi dominii, nec fuit alio modo ejus indemnitati conſultum, ceſſat diſpoſitio dictæ legis, & Laudemium debetur, ac ſubindè Quindennium. Quandoquidem cùm Eccleſia
15 ex generali, & ubique recepta conſuetudine, de qua per *Specul. in tit. de Emphyt. qu.117.nu.143.* non poſſit invito Domino directo, retinere bona emphyteutica, eò quia eſt perpetua, & nun-
16 quam mori, nec deficere poteſt, *cap.ſi gratioſè de reſcript.in 6. Riminald. Sen.conſ.400. n.31.& 34.* & non poteſt de facili diſtrahere bona immobilia, prout diſtrahunt perſonæ privatæ; quocircà,
17 ſi illa retinere poſſet, Dominus directus nimis gravaretur, inſpecta impoſſibilitate devolutionis ob lineam finitam, & conſecutionem laudemiorum, ob ceſſationem alienationum, ut fuit latiſſimè deductum in Cauſa *Mediolanen. bonorum 5. Julii 1634. coram R. P. D. meo Merlino.* Propterea ad reddendam Eccleſiam capacem retentionis dictorum bonorum abſque eo, quòd Dominus directus amittat ſpem laudemiorum,
18 inolevit praxis, quæ ſub veriſimili ſuppoſito, quòd dicta bona emphyteotica exiſtentia penès perſonas privatas poſſint alienari de quindecim in quindecim annos introduxit ſolutionem dicti Quindennii, hoc eſt illiuſmet laudemii, quòd ſuccedentibus dictis alienationibus, ſolvi debuiſſet. Eademque Quindennialis ſolutio ſervatur
19 pro Beneficiis unitis, cùm enim per unionem amplius non vacent, nè Annatiſtæ priventur jure ſuarum Annatarum, ſub eodem veriſimili ſuppoſito, quòd illorum vacatio, & annatæ ſolutio contingere poſſit ſingulis quindecim annis, reiteratur illius ſolutio de quindennio in quindennium, ut per *Anton. Maſſam de annat. in fin. verſ. eſt aliud annatæ nomen*, eademque quindennialis ſolutio ſervatur, quando Eccleſia retinet bona feudalia, & alibi etiam ſervatur ſimi- 20
lis ſolutio de 40. annis in 40. annos, *Gulielm. de Benedict.in repet.cap.Raynutius verbo, & uxorem nomine Adelaſiam dec.5.nu.4.Andr.Capan. de jur. relev.qu.27.nu.7.cum ſeq.lib.4.Papon.ſup.Arreſt. Fran.lib.1.tit.14.per tot.*& ſignanter *Arreſt.4.poſt princ.verſ.indemnitas videlicet talis eſt, Fontanel. de pact.nupt.clauſ.4.gloſs.12.nu.23.* & in puncto, quòd Eccleſia retinens bona emphyteutica, ſol- 21
vat quindennium Domino directo, *Ricc.dec.10. int.omiſs.poſt ejus prax.& Novar.loc.cit.num.16. fol.633.* & admiſit *Rota dec.280.n.4.par.1.recent. & in Romana laudemii 4.Maii 1635.coram R.P.D. meo Ghislierio in §.fin.*

Aliàs ſi non ſolverentur Laudemium, & Quin- 22
dennia, quæ ſunt fructus directi dominii, Dominus directus contrà omnem juſtitiam, & æquitatem ſpoliaretur Jure, & dominio directo cauſativo dictorum laudemiorum, quod habet in dictis bonis, contrà *text.in cap.ex communicamus ad fin. verbo ſalvo jure domini principalis de hæret. gloſs.in cap.1.in verbo ullo onere poſt med.de cenſib.* Præſertim ab Eccleſia, quæ juſtitiam præ cæteris profitetur, & uti ſedula cultrix recti, & æquitatis cum aliena jactura locupletari non debet *cap.unic.§.ſed diverſum de alien.feud.Innoc.in cap. ſecundùm canonicam n.3.23. qu.8.* & benè probatur hæc concluſio in terminis noſtris per *text. in cap. Eccleſiæ, & ibi gloſs. in verbo, ut novis, & cap.quicumque 16.qu.1.* quibus ſtatuitur, nè antiquiores Eccleſiæ poſſeſſione, & jure ſuo pri- 23
ventur, ut novis tribuantur, & in *dic. cap.quæſti ſunt 17. qu.4.* ubi quòd res Monaſterii nullo titulo poſſunt ab ejus iure ſeparari ſub prætextu fabricandæ novæ Eccleſiæ, & utrobique notant *Archidiac.& Jo:de Turrecrem.* & benè *Abbas in* 24
cap.novum genus ſub n.6.verſ.nam Eccleſia de decim. Jo:Franc.Leo theſaur.for.Eccleſ.par.2.cap.12. n.55.ad fin.Rota coram Card.Seraphin dec.847.n.1.

Nec obſtat textus in *cap.1. de cenſib.* dum inquit, quòd manſus, ſivè locus, in quo Eccleſia 25
fundatur, debet eſſe liber ab omni cenſu, atque tributo, quia dictus textus videtur intelligendus de tributis, quæ ſolvuntur laycis in recognitionem juriſdictionis temporalis, ſecùs autem in 26
his oneribus certis, & rebus ipſis infixis, quia iſta tranſeunt cum bonis, juxta ſuprà deducta, & ſignanter in *dicta dec.339.nu.13.& ſeq.par.6.* 27
recentior. Quòd maximè procedit in ordine ad aliam Eccleſiam, inter quas non repugnat, quòd una ſit cenſuaria, & redditicia alterius onere 28
reali, *gloſs.in dict. cap. in verb. ullo onere verſ.ſed verius credo, & ibidem Abbas nu.5.* qui teſtatur de communi, *de cenſib. & in dic. cap.novum genus, ſub dicto n.6.antè fin.de decim.* benè *Monach. in cap. nonnulli de immunit. Eccleſ.* ubi loquitur de Relevio, quòd Quindennio aſſimilatur, *Cal-* 29
der.conſ.7.ſub num.2.Suarez de Relig. to.2.lib.1. cap.17.n.28.& ſeq. ubi dicit eſſe vulgare, & receptiſſimum, & loquitur, in terminis de oneribus infixis manſo Eccleſiæ, *Jo: Franciſc. Leo,* 30
ubi ſuprà, eod.cap.12.n.55.& Rota dec.294. nu.1. par.4.recent. ubi quòd ſitus, ſuper quo Eccleſia 31
fundatur, poteſt eſſe Emphyteuticus, & Canones

nes debentur, & quòd ſolùm non intrat devolutio.

Aut & in omnem caſum Domini dixerunt,
32 quòd *text. in dic. cap.1. de Cenſib.* dum inquit, quòd manſus debet eſſe liber, poteſt intelligi, prout illum exponit *Card.Zabarella ibid. oppoſ.1. verſ.ſed inſtruitur Epiſcopus, & conſ.88.n.5.verſ. Si ergò*, videlicèt, quòd debeat fieri liber, prout PP. Theatini illum liberum facere poſſunt,
33 amortizando, ſeù affrancando directum dominium, quòd eſt affrancabile, & redimibile, *Sola ſup.Conſtit.Sabaud.in Decreto Rempublicam par.3. gloſs.un.n.22.*

Et ità utraque &c.

DECISIO III.

COCCINO DECANO

Neapolitana Laudemii.

Veneris 14. Decembris 1640.

ARGUMENTUM.

Laudemium ſolvendum eſt Domino directo, non utili, quando res emphyteutica venditur, etiamſi venditio fiat alteri Eccleſiæ. Quando res emphyteutica tranſit ad manum mortuam, tunc tenetur illam infrà annum vendere, ponendo eam in capite layci, vel ſolvere quindennium, hoc eſt ſingulis quindecim annis laudemium.

SUMMARIUM.

1 *Laudemium debetur, etiamſi venditio rei emphyteuticæ ſit facta alteri Eccleſiæ. Amplia, etiam quòd Eccleſia Domina directa ſit magis potens num.1.*

2 Jaſon. in l. final. n.99. C. de jur.Emphyt. *reprobatur.*

3 *Laudemium debetur Domino directo, non autem primo Emphyteutæ.*

4 *Laudemium ſemper debetur illi, qui eſt major dominus.*

5 *Dominus utilis, uti recognoſcens Superiorem, abuſivè dominus dicitur.*

6 *Quindennium eſt ſequela laudemii.*

7 *Res emphyteutica prohibetur alienari in potentiorem.*

8 *Eccleſia numeratur inter potentiores, & nunquam moritur, ac dicitur manus mortua.*

9 *Res emphyteutica, ſi ad Eccleſiam perveniat, cogi poteſt infrà annum illam rem vendere alteri, ponendo eam in capite layci, vel ſolvere aliquam quantitatem pro aſſenſu n.14.*

10 *Et hoc ex vi directiva, non autem ex vi coactiva.*

11 *Eccleſia, ad quam pervenit Emphyteuſis, plerumque ſolet renuere eam in alium transferre, & ideò inolevit praxis ſolutionis quindennii.*

12 *Quindennium nil aliud eſt, quàm ſolutio laudemii ſingulis quindecim annis, & n.15.*

13 *Æquitati debitæ per Eccleſiam repugnat negare aſſenſum in Emphyteuſi.*

15 *Quindennium pro amortizatione in Regno Neapolitano ſolvitur.*

16 *Relevium ſolvitur pro feudis, quæ ad Univerſitates, ſeu Eccleſias tranſeunt.*

17 *Quindennium debetur, quotieſcumque res devenit ad manus mortuas.*

18 *Nec laudemium, nec quindennium debetur pro venditione neceſſaria Emphyteuſis facta Eccleſiæ. Declara num.19.*

19 *Eccleſiæ ædificandæ debetur major favor, quàm debeatur ampliationi Eccleſiæ ædificatæ, vel quæ ſit pro ampliatione Domus Religioſorum, n.18.*

20 *Pro Eccleſia ædificata in ſolo alterius Eccleſiæ non debetur pretium, ſed ſolùm Juſpatronatus, & recognitio in Dominam.*

21 *Pro recognitione directi dominii debetur id, quod eſt conſuetum in loco.*

22 *Pro recognitione directi dominii in Regno Neapolitano ſolvitur laudemium, & reſpectivè quindennium.*

Patres Theatini pro conſtruenda nova Eccleſia emerunt certas Domos ſub proprietate Venerab. Carthuſiæ, & poſteà alias pro ampliatione propriæ Domus ipſorum, quarè fuit dubitatum, an dicti Patres Theatini tenerentur ad laudemium, & ſucceſſivè ad quindennium dictæ Venerab. Carthuſiæ, & affirmativè fuit reſolutum, & indè lata ſententia, de cujus confirmatione, vel infirmatione hodiè dubitavi, & Domini pro confirmatione reſponderunt, quia dicta ſententia eſt valida, & juſta, ut latè in *deciſionibus* in hac Cauſa factis.

Nàm quòd debeatur laudemium, etiam quòd venditio rei emphyteuticæ ſit facta alteri Eccleſiæ, conſtat ex diſpoſitione *text. in l.fin.C.de jur. Emphyt.* etiam quòd Eccleſia Domina directa ſit magis potens, quia non per hoc cenſetur proviſum damnis, quæ obveniunt Eccleſiæ Dominæ directæ ex alienatione facta in aliam Eccleſiam, ut per *Natt. conſ.391.n.95. & ſan.me:Gregor.dec.329.n.15.* & licet *Jaſon in dic.l.fin.nu.99.* 1
videatur tenere contrarium, ultrà quòd non figit pedes, loquitur contrà communem, ut notat *Natt.loc.cit.* qui reſpondet illius rationibus, prout illum reprobat *Corbul. de Jur. Emphyt. de Cauſ. privation.ob alienat.ampl.12.in fin.* & meritò quidem cùm in hoc caſu Eccleſia non reperiatur privilegiata, ut tenet *Franciſc.Magon.ad Conſuetud.Andegavenſes art.38. verſic.confirmatur illud Capitulum fol.14.col.4.* quem ſequitur *Petr.Pech. de amortizat.bonor. cap.21.nu.20.verſ. & licet id non æquè, Boer.dec.231.n.5.vol.5.Burg.de laudem. par.1.inſp.3.& ibi Adden.n.51.Amad.Pon.de laudem.qu.13.n.19. & 20.* 2

Et hoc laudemium deberi Domino directo, & ſic Ven.Carthuſiæ, non autem primo Emphyteutæ dicit *gloſs. in l.fin.verſ.aliis vendenda C. de jur.Emphyt.ubi Jaſon in 6. & 8.qu.n.43.verſ.addo, & n.46.& 48. & ſub n.88.verſ.ad iſtam, Specul. in tit. de locat. §.nunc aliqua n.105.& n.129. & 185, Redoan.de reb.Eccleſ.non alien.qu.2.in tit. de laudem.n.5.Clar.in §.Emphyteuſis qu.23.verſic. hujuſmodi, Burg.de laudem.par.1.inſp.4.nu.1.* ubi de communi, *ubi Adden.n.62.& ſeq.* qui aliquos refert, & reddit rationes, *Caldas de jur. Emphyt. lib.1.qu.13.nu.19.& ſeq.Bertrand.conſ.3.num.45. vol.3.Valaſc.de jur.Emphyt.qu.38.n.25.Peregrin. dec.213. nu.3.Pereyra dec.27.nu.10.in fin. Segura dec.158.n.3.* alios refert *Bertazzol. conſ.civil.46. n.1.* & in hanc ſententiam aliqui ex Dominis inclinabant in Cauſa *Romana Laudemii 13. Junii 1613.* 3

1613. *&* 27. *Maii* 1614. *coram bo:mem: Franch.*
Vbaldo. Et poſteà ſic fuit expreſsè reſolutum
in eadem Cauſa 4. *Maii* 1635. *coram R. P. D.*
meo Ghislerio, in qua fuit dictum, Laudemium
deberi Capitulo S. Petri, non autem Domui
Puellarum S. Euphemiæ, & *Rota dec.*1. *de locat.*
*verſ.de prima quæſtione in antiqu. & dec.*168.*n.*2.
*par.*2.*d. verſ.* firmavit, laudemium ſemper deberi
4 illi, qui eſt major Dominus, & ſic directo. Uti-
lis enim, uti recognoſcens alium Superiorem,
5 abuſivè dicitur, *Adden. ad Burg.dic.par.*1.*inſp.*4.
*n.*100.*&* 101.*Sola in Conſtitution.Pedemontan.tit.*
*de jur.Emphyt.gloſs.*1.*n.*8.*Surd.dec.*288.*n.*17.

Quòd autem debeatur etiam quindennium,
6 tanquàm ſequela laudemii, ſatis patet, quia,
cùm res emphyteotica prohibeatur alienari in
7 potentiorem, *cap.potuit de loc. ubi gloſs.* & inter
potentiores numeretur Eccleſia, quæ nunquam
8 moritur, & dicitur manus mortua, *cap.*1.*de elect.*
*feudor.& ibi Afflict.in princ.nu.*4.*&* 5.*ſa:me:Gre-*
*gor.XV.dec.*520.*nu.*11. *& ibi Adden.nu.*14. & in
9 Eccleſiam perveniat res emphyteutica, cogi po-
teſt, infrà annum illam rem vendere alteri, *Spe-*
cul.in tit.de locat. §.*nunc verò qu.*117. *Jo:Andr.in*
*cap.potuit nu.*9.*& Jo.de Imola col.*17.*ſup.gloſs.in*
*verb.prohibet, Alexand.conſ.*120.*n.*4.*vol.*1.*Franc.*
10 *dec.*659.*nu.*2. & hoc ex vi directiva, non autem
ex vi coactiva, ut fuit dictum coram me in
Cauſa *Ferrarien.bonorum* 19 *Decemb.*1611. Cùm
autem in hoc caſu, in quo Eccleſia teneatur di-
ctam rem emphyteoticam in alium transferre,
11 & plerumque ſolet renuere hoc facere, quia vult
rem apud ſe retinere, inolevit praxis, ut, habito
reſpectu ad damna, & incommoda, quæ Domi-
nus directus ſentit, & nè ejus jura dominicalia
extinguantur, teneatur ad ſolutionem quinden-
12 nii, hoc eſt ſingulis quindecim annis ad ſolutio-
nem laudemii, *Ricc. in prax. rer.quotid.par.*1.*re-*
*ſol.*623. ſicuti repugnat æquitati debitæ per Ec-
13 cleſiam negare aſſenſum, *Luc.de Penna in l.ſi qui*
*C.de diverſ. præd. lib.*11.*Afflict. in l.Imperialem*
verſ.quæro enim 8. *&* 9.*de prohib.feud.alienat.per*
Federic. Ità fuit æquitate introductum, vel ſolvi
aliquam quantitatem pro aſſenſu, aut poni bo-
14 na emphyteutica in capite Layci, ut dicit *Ægid.*
*in tract.dec.inſign. de amortizat. cap.*1.*n.*4.*tom.*13.
15 *fol.*354. & in Regno Neapolitano uſitatum eſt
pro tali amortizatione quindennium ſolvi, ideſt
16 ſingulis quindecim annis laudemium pro Em-
phyteuſi, & relevium pro ſeudis, quæ ad Uni-
verſitates, ſeu Eccleſias tranſeunt, teſte *Mario*
*Freccia in lib.*2.*de ſubfeud.in Rubr.Auctor.Baron.*
*n.*15.*circà med.pag.mihi* 318.& iſte ſtylus ſervan-
dus eſt in præſentationibus aſſenſuum, ut dicit
*Pech.in dic.tract.de amortizat.cap.*23.*nu.*2. quem
ſequitur *Jo.Dominic. Taſon in Politic. & juriſdi-*
*ctional obſerv.verſ.*2.*obſ.*2.*nu.*117.*& ſeq.pag.*64.
& quòd quotieſcumque res emphyteotica deve-
17 nit ad manus mortuas, debeatur quindennium,
dicit, *Ric. in prax. Archiepiſcopal. deciſ.*10. *inter*
omiſs. quæ refert, & ſequitur *Jo: Maria Novar.*
*in explicat.Bullar. inter prætermiſs.fol.*637.*nu.*16.
ubi refert ità fuiſſe reſolutum Neapoli in pluri-
bus annis.

Non obſtat, quòd prædicta non procedunt in
venditione neceſſaria, prout eſt illa, quæ fit, vel
pro Eccleſia ædificanda, cui debetur major fa-
18 vor, quàm debeatur ampliationi Eccleſiæ ædifi-
catæ, *Anania in cap.Apoſtolicæ n.*2.*de donat.* quæ
fit pro ampliatione Domus Religioſorum, ut la-
tè per *Gizzarel. in dec.*37.*nu.*1. *& ſeq.Jo.Maria*
*Novar.quæſt.for.par.*1.*qu.*56.

Quia concluſio procedit, quando venditio eſt
facta juſto prætio, ut per DD. allegatos in *de-*
ciſione R.P.D. mei Cerri 17 *Februar. hujus anni in* 19
verſic.fuit etiam reſponſum, ut dicit *Gizzarel.dic.*
*dec.*37.*n.*2. hic autem venditio reſpectu Domini
directi non fit facta juſto prætio, quia Ven.
Carthuſia gratis perderet jus directi dominii
abſque ulla recognitione.

Neque ad rem facit alia concluſio adducta
*ex Hoſtienſi in Rubr. de Eccleſ.ædificand. ubi nu.*4.
dicitur, quòd pro Eccleſia ædificata in ſolo alte-
rius Eccleſiæ non debetur prætium, ſed ſolum 20
juſpatronatus, & recognitio in Dominam. Quia
Patres Carthuſiani non prætendunt prætium,
ſed ſolùm recognitionem eorum directi domi-
nii, quod eſt ad inſtar juriſpatronatus, pro quo 21
debetur id, quod eſt conſuetum in loco, *Inno-*
*cent.in cap.*3.*n.*2.*verſ.aliquando conſuetudinarium*
terræ, vel Provinciæ de Eccleſ. ædificand. Et in
Regno Neapolitano eſt conſuetum ſolvi laude- 22
mium, & reſpectivè quindennium.

Et ità concluſum, utraq; Parte informante &c.

D E C I S I O IV.

B I C H I O

Romana devolutionis Domus.

Lunæ 4. *Decembris* 1651.

Non indiget Argumento.

S U M M A R I U M.

47 *Dominus directus, ſi recepit Canones poſt incurſam caducitatem, cenſetur alienationem approbaſſe, quam tamen de Jure approbare poteſt, n.*48.
Eccleſia Domina directa recipiens Canones, & quindennium, cenſetur alienationem factam in manum mortuam approbaſſe, ibidem.
49 *Canones ſi fuerunt recepti à Procuratore, ſivè Miniſtro poſt incurſam caducitatem, Domino non præjudicant.*
50 *Beneplacitum Apoſtolicum ſemper eſt neceſſarium, quotiès alteratur ſolitum locationis.*

CONTROVERſæ Domus directum dominium
penès Monaſterium, & Moniales S. Luciæ
in Silice &c. At quoniam Angela de Calan-
dris &c. ſibi in teſtamento ſcripſit heredem Ho-
ſpitale S. Mariæ Oppidi de Caravagio &c.

Non obſtat, quòd Moniales recipiendo ab 47
Hoſpitali quindennium, & Canones per 30.ferè
annos, cenſeantur ejus inſtitutionem approbaſ-
ſe, *Gamma dec.*283.*n.*3.*Rot.in Tiburtina prætenſæ*
devolutionis 13.*Decembris* 1615.*coram clar.mem.*
Card.Fabritio Veroſpio, & in Romana Domus 27.
Maii 1647. *coram Reverendiſs.D.meo Decano*, &
approbare potuerint, *Menoch. conſil.*216. *num.*43.
*Surd.conſ.*521.*nu.*10.*Adden.ad ſa:me:Gregor.XV.*
*dec.*520.*n.*14.*in fine*. Tùm quia Canones recepti
fuerunt à Prioriſſa, & Procuratore, qui Monia-
libus præjudicare non poſſunt *cap. veniens*, ubi
no-

notant omnes de tranſact.Honded.conſ.55.num.25. lib.1.Buratt.dec.601.n.9.& fuit dictum in Piſaurien manutentionis 4.Junii 1646. §.qua poſſeſſione coram bo:me: Arguelles, cùm etiam quia deficit beneplacitum Apoſtolicum, quod neceſſarium eſſet, non obſtante, quòd Domus aliàs fuerit in
50 Emphyteuſim conceſſa,& ſic ſolita locari; Cùm enim nuſquam fuerit ſolita locari manui mortuæ, adhuc in hac parte, in qua ſolitum alteratur,opus eſſet beneplacito Apoſtolico, Alexand.
51 conſ.9.nu.2.lib.3.Curt.Jun.de feud par.2.qu.5.Redoan.de reb.Eccl.non alien.q.12.n.28.Rot.dec.176. n.43.par.5.recent &c.

Et itá deciſum utraque Parte informante.

DECISIO V.

BICHIO

Romana devolutionis Domus.

Veneris 21. Junii 1652.

NON INDIGET ARGUMENTO.

SUMMARIUM.

23 *Canonum receptio tunc præjudicat Eccleſiæ, quando caducitatis remiſſio pendet ab ejus poteſtate, ſecùs quando ulterius requiritur beneplacitum Apoſtolicum, tunc enim talis receptio non præjudicat, num.24. & 25.*

EX quibus inevitabilis manet devolutio ob deficientiam lineæ &c. nec non ex quo Angela domum tranſtulit in manum mortuam, hoc eſt Hoſpitale Adverſarium, cui non ſuffragantur ſolutiones Canonum factæ Procuratori Monialium,vel earum Prioriſſæ,quia eſto, quòd
23 Procurator, ſeu Prioriſſa po ſint, recipiendo, præjudicare Eccleſiæ, quando remiſſio caducitatis pendet ab eorum, vel Eccleſiæ poteſtate, in quo caſu loquitur Decius conſ.329. ſub nu.3. Mantica de tacit lib.22. tit.33. ſub num.10. ſecùs eſt,quando ultrà neceſſarium erat beneplacitum Apoſtolicum &c.

Et itá utraque Parte informante Domini primam Deciſionem confirmarunt.

DECISIO VI.

PRIOLO

Albanen. Devolutionis.

Veneris 3. Martii 1673.

NON INDIGET ARGUMENTO.

SUMMARIUM.

15 *Bona conceſſa Eccleſiæ cum oneribus, & conditionibus, quæ reſpectu illius non verificantur, reincidunt in antiquam naturam eorundem onerum, & conditionum, quando tranſeunt in alios poſt finitam conceſſionem Eccleſiæ.*

INveteratus uſus, quod abſque prole maſculina deſcendentibus Camera Baronalis ſuccederet, ab immemorabili tempore invaluerat Albani, & de ipſo anno 1607. in viridi obſervantia perſiſtebat, quando ejus temporis Principes precibus Vaſſallorum in Generali Conſilio præordinatis gratioſè annuentes, talem ſuccedendi ordinem poſt defectum deſcendentiæ maſculinæ dilatarunt ad deſcendentiam fœmininam, deindè ad aſcendentes, & ſucceſſivè ad Collaterales uſque ad quartum gradum canonicè computandum, ut plenius refertur ſub Rubrica 14 ejuſdem Statuti,quod & dicti Principes, & Homines à Generali Conſilio deputati acceptarunt, & irrevocabiliter obſervare promiſerunt.

Nihilominùs de bonis Emphyteuticis ad favorem Societatis Charitatis teſtamento diſpoſuit (ideſt Andreas Fractorius) contrà præciſam formam ejuſdem Statuti, quod omnem diſpoſitionem &c. ad favorem aliarum perſonarum, quàm inibi expreſſarum &c. inficit, & invalidat, &c.

Licèt Eccleſiæ ſint incapaces ſucceſſorum deſcendentium, & Collateralium, attamen etiam in his inveſtituris ſuperflua non remanet hujuſmodi relatio, operatur enim,quòd ubi durante 15
Eccleſiarum poſſeſſione ſolvebatur quindennium,ut in pleriſque hujuſmodi inveſtituris conventum fuit, eadem poſſeſſione finita &c. tunc bona &c.ad antiquam naturam revertantur &c. Bald.in l.qui ea lege C.de pact.int.empt.& vend.

Et itá Partibus informantibus deciſum fuit.

DECISIO VII.

RONDININO

Romana Quindenniorum.

Veneris 22. Aprilis 1678.

ARGUMENTUM.

Pro evitanda ſolutione quindennii prætendebat Eccleſia donataria contractum puram locationem eſſe,qui tamen Emphyteuticus apparuit, tùm quia & ſic fuerat à donatore appellatus, tùm etiam quia ipſa laudemium perſolverat, & tandem quia æquè ex denominatione Canonis, & pacto caducitatis appoſito, hujuſmodi qualitas remanebat omninò probata.

SUMMARIUM.

1 *Quindennia introducta ſunt ad reparandum damnum Domini directi, quando bona tranſeunt ad manus mortuas.*
2 *Eccleſiæ, & Univerſitates nunquam moriuntur.*
3 *Alienatio bonorum emphyteuticorum non itá de facili contingit fieri ab Eccleſia, vel ab altera manu mortua.*
4 *Quindennia ſucceſſerunt loco laudemii, & ab intervallo temporis, quo ſolvuntur de quindecim in quindecim annos, dicta ſunt.*
5 *Emphyteuſis dicitur poſtrema conceſſio, etiamſi in aliis præcedentibus inveſtituris illa Emphyteuſis dicta ſint, amplia, ut nu.ſeq.*
6 *Locationis nomen generale eſt, & æquè locationem, & Emphyteuſim comprehendit.*
7 *Contractus poſterior declarationem recipit à præcedentibus ſcripturis, in quibus illius qualitas explicata ſit.*

8 *Identitas rei emphyteuticæ probatur, ſi Dominus directus conceſſiones adducat, neque alia bona in eo loco poſſidere convincatur.*
9 *Confeſſio emphyteutæ, bona eſſe emphyteutica, illi præjudicat, & habentibus cauſam ab eo.*
10 *Emphyteuſim non poteſt denegare Eccleſia, quæ in illius acquiſitione obtinuit conſenſum à Domino directo, eique laudemium perſolvit.*
Amplia, licet hoc fecerit ſine ſolemnitatibus, ibid. & num ſeqq.
11 *In ſolutione à Monaſterio facta, quæ illi præjudicialis eſſe poſſit, quatenùs requirantur ſolemnitates.*
12 *Venditio, ſeu donatio bonorum emphyteuticorum non ſubſiſtit antè obtentum beneplacitum, & traditam poſſeſſionem.*
13 *Eccleſia, ſeu Monaſterium poteſt ſine ſolemnitatibus ſolvere laudemium bonorum ſibi donatorum.*
14 *Solemnitates non ſunt neceſſariæ in acquiſitione bonorum, quæ fit ab Eccleſia.*
15 *Eccleſia, & Monaſterium deſcribendo donationem Emphyteuſis ſibi factam, in ſuis libris, & ſolvendo Canones, approbat factum Monachi laudemium ſolventis.*
16 *Emphyteuſis dicitur, non locatio, ſi penſio, quæ pro illis ſolvitur, non correſpondet fructibus, ac etiam ex aliis, ut nu. ſeq.*
17 *Contractus Emphyteuticus ex quantitate Canonis, ſeu penſionis à locatione diſtinguitur.*
18 *Devolutionis pactum unà cum melioramentis denotat, contractum eſſe Emphyteuſim, non autem ſimplicem locationem.*
19 *Conductor in caſu locationis finitæ, ſeu etiam devolutæ melioramento privari non poteſt.*

MArcus Antonius de Incoronatis tanquàm Dominus directus nonnullarum Domuncularum cum ſitu contiguo, ſeu Horto, quæ per Joannem Baptiſtam Porrinum perpetuum conductorem de anno 1615. donatæ fuerunt PP. S. Honuphrii de Urbe, egit coram R. P. D. Viceſgerente, contrà dictos PP. pro conſecutione Quindenniorum, & ſententiam favorabilem reportavit, à qua interpoſita appellatione, & Cauſa per Signaturam ſimpliciter mihi commiſſa, dedi Dubium: *An quindennia debeantur, atque illa deberi DD. reſponderunt.*

Non controvertebant Scribentes pro PP.
1 S. Honuphrii quindennia deberi, præſuppoſita obligatione ſolvendi laudemia, cùm quindennia introducta fuerint ad reparandum damnum, quod pateretur Dominus directus permittens bona emphyteutica tranſire ad Eccleſiam, & ad ſimiles Univerſitates, quæ cùm nunquam mo-
2 riantur, & per Adminiſtratores, qui in dies ſuccedunt, ſemper permaneant, ceſſat Domini directi ſpes devolutionis ob lineam finitam, atque ob alienationem, quæ non ità facilè contingit
3 ob cauſam, & ſolemnitates requiſitas, & conſequenter ceſſat ſpes laudemiorum; Hinc nè nimium diſpendium patiatur, ad ſimilitudinem Cancellariæ, de quindecim in quindecim annos
4 ſolvuntur laudemia, quæ ab intervallo temporum quindennia appellantur, ut articulo ad partes diſcuſſo dixit *Rota coram Coccin. dec.* 2314. *ex nu.* 1. *& dec.* 2357. *ex num.* 6. *& in recent. par.* 9. *dec.* 474. *ſub n.* 14. *& pluribus ſeq. & dec.* 494. *n.* 7. *& ſeqq. & in Caetana bonorum* 14. *Decemb.* 1676. §. *& ſubindè coram R. P. D. Bourlemont.*

Itaque reducta quæſtione ad naturam bonorum, de quibus agitur, dixerunt Domini, conceſſionem factam Porrino, à quo PP. S. Honuphrii cauſam habent, fuiſſe emphyteuticam, cùm in aliis Inſtrumentis priùs anno 1533. contractus 5
fuerit denominatus Emphyteuſis, adeout, quamvis in conceſſione facta Porrino anno 1558. il- 6
lam appellaverint locationem, & Emphyteuſim, debet declarationem recipere ab antecedentibus ſcripturis, in quibus contractus qualitas 7
clariùs fuit explicata, ex deductis in propoſito per *Menoch. conſ.* 372. *n.* 12. *Caroc. de locat. & conduct. in princ. tit. locationis diviſio nu.* 1. *Modernus. Piſtorien. de locat. cap.* 3. *n.* 2. *&* 15. *Rot. rec. par.* 16. *dec.* 555. *n.* 14. neque dubium eſt, quin de iiſdem bonis agatur, quia Incoronati exhibent conceſ- 8
ſiones, & oſtendunt, alia bona non habere in eo loco, juxta diſtinctionem, de qua *Eminentiſs. Otthobon. dec.* 62. *n.* 11. *& ſeq.*

Secundo deducebatur Emphyteuſis qualitas ex confeſſione Porrini, qui cùm in ipſo Inſtrumento donationis faſſus fuerit, laudemium deberi, atq ad illius ſolutionem PP. S. Honuphrii donata- 9
rios obligaverit, confeſſiones iſtæ non ſolùm ipſi confitenti, ſed ipſis donatariis ab eo cauſam habentibus præjudicarunt, ex ratione *text. in l. generaliter C. de non numer. pecun.* quam in his terminis deduxit *Rot. in rec. par.* 9. *dec.* 466. *n.* 8. *&* 9. *& coram Dunozet. Jun. dec.* 28. *nu.* 8. *& in Feſulana bonorum* 30. *Aprilis* 1668. §. *dominium verò coram Reverendiſs. Bevilaqua*; Quinimò ipſi RR. PP. S. Honuphrii requiſiverunt Incoronatum Dominum directum pro obtinendo conſenſu, prout ab ipſo obtinuerunt, pro valida translatione, aut acquiſitione dominii utilis iſtorum bonorum, 10
& ipſis laudemium perſolverunt, etiamſi adhibitæ non fuerint ſolemnitates in hac, ut ipſi dicebant, erronea ſolutione laudemii facta per Mo- 11
nachum ipſi Monaſterio damnoſa, cui dicebatur, Monachum præjudicare non poſſe; Cùm 12
enim non fuiſſet perfecta bonorum acquiſitio, quia bonorum emphyteuticorum donatio non conſiſtit antè obtentum conſenſum Domini directi, & traditam poſſeſſionem, ut notant Scribentes in *l. fin. C. de Jur. Emphyt. Clar. in* §. *Emphyteuſis qu.* 15. *Rota coram Gregor. XV. dec.* 520. *n.* 2. *cum aliis per Adden. in rec. ad Rotam par.* 8. *deciſ.* 131. *n.* 390. potuit proindè Monaſterium ſol- 13
vere laudemium ſine ſolemnitatibus, quæ non requiruntur in acquirendis, ut poſt alios *Bellet.* 14
diſquiſit. Cleric. par. 1. *tit. de Cler. debit.* §. 5. *n.* 10. 14. *& ſeq. Rota coram Seraphino dec.* 1198. *n.* 2. Erronea autem ſolutio non probatur, quinimò ex dictis, & ex inferiùs dicendis apparuit debita pro rebus emphyteuticis, quamque etiam Monaſterium ipſum approbavit, ſolutionem deſcribendo in ſuis libris, atque ſolvendo poſteà per tot an- 15
nos canones ipſi Incoronato, ſicque ſolutum laudemium, & contractum Emphyteuticum, & factum Monachi approbando, & ratum habendo, ut in præciſis terminis *Rota coram Ubaldo deciſ.* 353. *n.* 9. *& dec.* 487. *n.* 6. & paſſim in aliis.

Tertiò Emphyteutica qualitas ultrà naturam bonorum, & partium confeſsionem, & obſervantiam deducebatur ex eo, quòd penſio non corre- 16
ſpondet fructibus, locantur etenim hæc bona

pro

pro ſcutis annuis 60. ut ex confeſſione Coloni, & tamen annuus Canon eſt ſcutorum 13. circiter, quæ modicitas penſionis, ſeu Canonis non coæqualis fructibus multùm confert ad oſtendendam qualitatem contractus emphyteutici
17 potiùs, quàm locationis, cùm ex hac circumſtantia unus contractus ab alio potiſſimùm diſcernatur, *Mantica de tacit. convention. lib.22. tit.2.n.2.in fine, Roland.conſ.96.n.43.& 44.vol.1. Fulgin.de Jur.Emphyt.qu.15.n.21.Modern.Piſtorien.de locat.cap.3.num.18.& 19.Rota coram Seraphino dec.286.nu.9. & coram Buratt.dec.344.per tot.& in Caetana bonorum 14.Decembris 1676.§. ex pactis coram Bourlemont.*

Quartò denique præter naturam bonorum, confeſſionem, & obſervantiam partium ex ſolutione etiam laudemii, & Canonum, & ultrà exiguam penſionem fructibus non correſponden-
18 tem, adeſt pactum devolutionis, quatenùs ceſſaretur à ſolutione per triennium, unà cum melioramentis, quibus non privatur conductor, ad *textum in l.Colonus 63. in princip.ff.locat.Natt.*
19 *conſ.49.ſub n.32.Gratian.diſc.810.n.7.Mantica de tacit.lib.2.tit.2.num.54. Ludovic.dec. Peruſ 117. n.34.Fulgin.de jure emphyteotico titulo de melioramen.qu.1.n.1.Rota coram Seraphino dec.286.n.13. & in recent.par.13.dec.319.nu.11.* confirmata in *dec.481.in principio,& in dicta Cajetana bonorum 14.Decembris 1676.§.ampliùs coram Bourlemont.*

Et ità,utraq; Parte informante,reſolutum fuit.

DECISIO VII.

RONDININO

Romana Quindenniorum.

Veneris 12.Maii 1679.

ARGUMENTUM.

Ad effectum ſolvendi, vel non ſolvendi quindennium, qualitas emphyteotica, vel locatitia cognoſcitur ex natura bonorum conceſſorum, confeſſione contrahentium,& pactis ſubſtantialibus, non obſtantibus aliquibus Clauſulis, & pactis accidentalibus utrique contractui convenientibus.

SUMMARIUM.

1 *Confeſſio contrahentis declarat dubiam naturam contractus.*
2 *Confeſſionem authoris ſucceſſor impugnare non poteſt.*
3 *Emphyteotica dicuntur illa bona,pro quorum alienatione poſſeſſor requirit conſenſum Domini.*
4 *Canonis, & laudemii ſolutio eſt argumentum Emphyteuſis.*
5 *Confeſſio propria dicitur ſuperlativa probatio:*
6 *Error non probatur,niſi per demonſtrationes claras, & concludentes.*
7 *Verba dubia contractus declarãtur ab obſervantia.*
8 *Locationis nomen etiam Emphyteuſi competit, niſi pacta repugnent.*
9 *Pacta, & intentio contrahentium potiùs, quàm verba attendi debent ad dignoſcendum naturam contractus,*
10 *Canon emphyteuticus regulariter unica vice ſolvitur.*
11 *Canonis ſolutio diſtributa, eſt argumentum locationis.*
12 *Non tamen excludit Emphyteuſim aliundè probatam.*
13 *Non probat hoc eſſe, quòd ab hoc contingit abeſſe.*
14 *In conceſſione bonorum Emphyteuticorum ſolet aliquid ſolvi.*
15 *Clauſula* ad habendum *convenit potiùs Emphyteuſi, quàm locationi.*
16 *Emphyteuſis poteſt concedi etiam ſine aliqua ſolutione mercedis.*
17 *Et ſtipulari etiam cum Clauſula* ad habendum *&c.*
18 *Emphyteuſis dignoſcitur ex natura bonorum aliis ſub hoc titulo conceſſorum.*
19 *Diverſitas bonorum apparet ex diverſitate confinium.*
20 *Solitum, & obſervantia non attenditur in diverſis.*
21 *Emphyteuſis probatur ex ſolutione modicæ penſionis non correſpondentis fructibus.*
22 *Et ex pacto devolutionis.*
23 *Modica penſio, & pactum devolutionis repugnat locationi.*

EX natura bonorum, confeſſione, & obſervantia Partium,& ex pactis convenientibus potiùs contractui emphyteotico, quàm locationis, dixit *Rot. die 22. Aprilis anni præteriti* PP. S. Honuphrii debere ſolvere Marco Antonio Incoronato Domino directo Quindennia, pro bonis ab ejus authoribus conceſſis Joanni Baptiſtæ Porrino,& à Porrino donatis Monaſterio S. Honuphrii; Cùm autem talis deciſio fuiſſet per binas vices ad judicialem cenſuram ſine reſolutione revocata, tandem hodiè, omnibus Dominis ſuffragantibus confirmationis robur obtinuit.

Præcipuè autem apud Dominos urgebat confeſsio Porrini donantis, & authoris Patrum,qui in ipſomet Inſtrumento donationis jubendo, quòd donatarii aſſumerent in ſe onus ſolvendi Domino directo laudemia, & Canones ei debitos, expreſsè declaravit qualitatem emphyteuticam bonorum donatorum, adeò ut illam PP. 1
donatarii controvertere ampliùs non poſſent,
niſi velint impugnare confeſsionem ſui auctoris, 2
quod à jure improbatum per rationem *textus in l.cùm à matre C. de rei vindicat. Rot.recentior. deciſ.164.n.7.par.2.dec.69.nu.3.par.16.& dec.333. num.10.par.17.*

Quinimò ipſimet PP. talem declarationem acceptarunt, & obſervarunt, dùm non ſolùm Incoronatum Dominum directum requiſiverunt
pro obtinendo conſenſu neceſſariò in alienatio- 3
nibus rerum emphyteuticatarum, ſed etiam illi
debitum laudemium, & ſucceſsivè Canones per- 4
ſolverunt, quod importat ſuperlativam probationem propriæ confeſsionis ex adductis *in dicta* 5
præcedenti deciſione §. *ſecundò deducebatur poſt princip.*

Nec tales confeſsiones, & obſervantia redargui poſſunt de errore, quia ad hunc effectum
neceſſariæ eſſent probationes certæ, & indubita- 6
tæ, ac per neceſſe concludentes, *DD.in cap.ult.de confeſs.& in l.non fatetur ff. eod.Decian. conſil.14.*
n.35.lib.5.Rot.coram Buratt.dec.183.n.13.ad med. 7
& ſeq. ubi quòd, etiamſi verba contractus ſint dubia, debent ab obſervantia, & confeſsionibus ſub-

ſubſequutis declarationem ſumere, & *in recent.
dec.83.n.33.ad med.verſ.adeo ut ſemper*; Et tamen
illæ, quæ a PP. adducebantur, viſæ fuerunt Do-
minis admodùm æquivocæ,& dubiæ.

Quod enim in Inſtrumento conceſſionis ho-
rum bonorum factæ Porrino, contractus per re-
petitas vices denominetur locatio, nihil probat,
8 quia cùm nomen locationis in ſuo lato ſignifica-
tu compræhendat etiam Emphyteuſim, nisi pa-
cta conceſsionis repugnent, ut probant *Alexan.
conſ.117.n.12.poſt med.lib.4.Cravet.conſ.20.n.14.
Mantica de tacit. lib.22. tit.8.n.10.ad med.* aliique
relati in pręcedenti *deciſion.§.itaque redacta in fin.*
utique talis regula applicabilis eſt contractui,
de quo agitur, dum non ſolum ibi nulla conti-
netur conventio Emphyteuſi repugnans, ſed è
contrà plures concurrunt circumſtantiæ illam
comprobantes, ex quibus non dubitarunt Do-
9 mini qualitatem Emphyteuticam eſſe proba-
tam, attendentes magis ad pacta, & intentio-
nem contrahentium, quàm ad verba, prout fa-
ciendum eſſe monet *Bartol. in Rubr.C.de jure em-
phyt.n.5.in fin.Mantica de tacit.lib.22.tit.8.nu.10.
poſt med Rot.coram Bichio dec.10.n.9.dec.336.n.3.
par.12.recent.* & alibi paſſim.

Non repugnat itaque contractui Emphyteo-
tico pactum, quòd annua præſtatio Ducato-
rum 12. ſolvenda eſſet in duobus terminis, ſeu
10 paghis diſtinctis, quia licet Canon Emphyteu-
ticus ſoleat, ut plurimum unica vice perſolvi,
11 & ſolutio diſtributa, ſit argumentum, & conje-
ctura locationis, ut ſolùm probant authoritates,
& deciſiones allegatę ab Informantibus pro PP.
12 hoc tamen non excludit per neceſſe Emphyteu-
ſim, præſertim dum tot, & tantæ contrariæ de-
13 monſtrationes concurrunt inferiùs recenſendæ,
juxta vulgatam regulam *text. in l.non hoc C. un-
dè legit.*

Nec Dominos ſuadebant aliæ duæ facti cir-
cumſtantiæ, & conjecturæ ad probandam loca-
tionem adductæ, quod ſcilicet in conceſsione
14 nihil ſolutum fuerit, prout in Emphyteuſi ſolvi
ſolet juxta doctrinam *Bart.in l.1.in prin.C.de jur.
emphyt.* Quodque in inſtrumento adſit Clauſula
ad habendum &c. latiſsimè extenſa, conveniens
potiùs locationi quàm emphyteuſi ex deductis
15 per *Rot.coram Celſo dec.328.nu.6.* Neutrum enim
repugnare animadverſum fuit contractui em-
phyteutico, qui perfici poteſt etiam ſine ulla
16 ſolutione mercedis, ut ſentiunt *Cyn. Salycett. &
alii in dicta l.1.C.de jure emphyt.Mantica de tacit.
17 lib.22.tit.3.num.*18. & ſtipulari cum Clauſula *ad
habendum*, ut admittit *Rot.in dicta deciſione* 328.
*n.6.coram Celſo, & in Bononien.ſeu Ferrarien.Em-
phyteuſis 26.Novemb.1672. & 21.Aprilis 1673.
coram R.P.D.meo Emerix.*

At verò quòd conceſsio facta Porrino, eſſet
Emphyteuſis, non autem locatio, deducebant
Domini ex qualitate, & conſueta natura horum
bonorum,quæ cùm antecedenter, ſcilicet de an-
no 1525. cuidam Canaverio conceſſa fuerint
18 ſub expreſſo nomine Emphyteuſis *Summario
Marci Antonii dato in die editæ deciſionis præce-
dentis n.3.* eodem titulo translata cenſeri debent
in Porrinum, ut ſatis probat *dicta præcedens de-
ciſio §.itaque.* In nihilo obſtante,quod aliàs & de
anno 1523. Incoronati aliqua bona ſita in eo-
dem loco conceſſerint in locationem, *ut in Sum-
mario PP. dato die 23.Januarii proximè præteriti
num.unico*, quia ex diligenti recognitione confi-
nium apparuit,illa eſſe diverſa ab illis, de quibus 19
hodiè agitur, inter quæ ideo ſolitum, & obſer-
vantia operari non poteſt, *Surd. conſ.354.nu.26.
Rota coram Buratto dec.129.n.6.& coram Arguel.* 20
deciſ.65. num.17.

Et demum omnibus argumentis,& probatio-
nibus prævaluit modica penſio non correſpon- 21
dens fructibus, & pactum devolutionis etiam
quoad melioramenta in conceſſione conventum 22
caſu, quo inveſtitus à ſolutione Canonum per
triennium ceſſaret, quæ conventiones non ſo-
lùm conveniunt Emphyteuſi, ſed repugnant 23
locationi, ut latè probat *eadem præcedens deciſio
§.penultimo,& fin.* in qua Domini permanſerunt.
utraque &c.

DECISIO VIII.

ALBERGATO DECANO

Romana Quindenniorum.

Lunæ 20. Martii 1684.

ARGUMENTUM.

Quindennia debentur per manum mortuam,
ad quam bona emphyteutica pervenerunt ex ti-
tulo venditionis, aut legati.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*
2 *Identitas ſoli Emphyteutici ſatis comprobatur ex ſolutione Canonum, & Laudemiorum, maximè ſtante antiquitate conceſſionum, & tali caſu etiam ſolis conjecturis, ac præſumptionibus ipſa remanet comprobata.*
3 *Quindennia ſubrogata fuerunt in locum Laudemiorum, nè aliàs Dominus directus ipſis laudemiis defraudatus remaneat, cùm Emphyteutica bona tranſeuntia in manum mortuam evadant inalienabilia ob difficultatem alienandi, qua laborat Eccleſia.*
4 *Laudemia ex conſtructis ſuper ſolo emphyteutico debentur.*
5 *Quindennium debetur ad ratam valoris emphyteuſis de tempore illius venditionis.*
6 *Domini de Rota non fuerunt concordes in reſolvendo, an quindennia debeantur juxta præſentem valorem, an verò juxta antiquum.*

TErrenum in duas petias conſiſtens, & ad
uſum Horti reductum, quod ab antiquiſſi-
mo tempore ſubtùs Eccleſiam Montis Aurei Ve- 1
nerabilis Baſilica S. Mariæ Tanſtyberim poſſide-
bat uſque de anno 1535. Canonici, & Capitu-
lum ejuſdem Collegiatæ in Emphyteuſim dede-
runt Familiæ de Ricciardis cum annuo Canone
duorum cadorum muſti, quod ſucceſſivè per-
mutatum fuit in prætium unius ſcuti monetæ,
ut ex alienationibus, poſtmodùm, & de conſen-
ſu Capituli per inveſtitos factis, nempè de an-
nis 1580. in perſonam Bartholomæi Adolini
1683. in Alexandrum Ciampolum ſoluto ſemper
præfatis Canonicis laudemio ſcutorum quinque,
re-

repetita, & injuncta pœna devolutionis in caſu cujuſcunque alienationis irrequiſito Capitulo Domino directo faciendæ. Verùm quia ſuper hujuſmodi ſolo præfatus Alexander domum magnam conſtruxerit, & poſtmodùm unà cum Viridario de anno 1602. illam Cæſari Pandino vendiderit conſentiente eodem Capitulo, cœperunt tunc temporis Canonici judicialiter prætendere laudemium etiam pro dd. melioramentis ſuper ſolo emphyteutico conſtructis, qua prætenſione per tranſactionem compoſita, ſolvit idem Pandinus ſcuta 40. Capitulo pro omni, & toto eo, quod prætenderet: poſſet; Perventa poſtmodùm de anno 1644. in Dominas Ducillam de Latera portione præfatæ domus magnæ titulo Legati per Julium Cæſarem Pandinum hæredem relicti ad effectum conſtruendi, ſeu perficiendi Monaſterium Virginum ſeptem Dolorum, à piiſſima Matrona inibi incœptum, coacta ſubindè fuit Ducilla ob augumentum numeri Monialium reliquam domus partem ab hæredibus Julii Cæſaris, nec non alias domunculas ibi adjacentes in vim Gregorianæ Conſtitutionis retrahere, ſoluto eidem Capitulo pro dicta portione retracta laudemio ſcutorum 106.69. reſervato ſibi Jure augendi pro laudemio alterius partis ejuſdem domus, ut ſuprà legatæ *Summario Capituli ſub die 8. Februarii 1683. n.4.* Quo peracto abſque conſenſu Capituli Domini directi intentarunt Canonici devolutionem, ac mitius agendo mediante interpoſitione Illuſtrium Virorum, ſolutionem Laudemiorum, & reſpectivè Quindenniorum prætenderunt, quorum liquidatione de communi conſenſu Perito Architecto commiſſa, retulit iſte cum diſtincta æſtimatione valoris Ædificiorum melioratorum, quantitatem Laudemiorum, & reſpectivè Quindenniorum debitorum, quam procraſtinantes Moniales ſolvere, egit Capitulum contrà ipſas coram Eminenti uno Vicario pro manutentione in poſſeſſione exigendi præfata Laudemia, & Quindennia, & favorabile mandatum obtinuit, cujus effectus per Signaturam Juſtitiæ ſuſpenſus cum Clauſula *Si quid exequendum* mihi commiſſione directa appoſita uſque ſub die 8. Februarii 1683. dubio propoſito, -- *Anmandatum Eminentiſsimi Vicarii eſſet exequendum* -- & tunc temporis non reſolutum, injunctum fuit, quòd videretur de bono Jure, ad cujus reſcripti limites ſub die 21. *Junii ejuſdem anni* novo dubio ſuper bono Jure propoſito; Iterùm ob controverſam identitatem ſoli Emphyteutici dilata fuit reſolutio Cauſæ, & demandata illius Plantæ exhibitio, qua hodiè per Canonicos data PP. de bono Jure Capituli conſtare quoad Quindennia reſponderunt, quo verò ad illorum quantitatem per Capitulum juxta ſtatum præſentem totius Monaſterii prętenſam mihi de conſenſu partium taxandam, & componendam demandarunt, quo ob Monialium diſſenſum reddito impoſsibili juxta modum inferiùs exprimendum debitam eſſe reſponſum fuit.

Omiſſa enim quæſtione identitatis ſoli Emphyteutici, & conſequenter dominii directi Capituli, quærendum in præſenti diſputatione à Monialibus admittebatur, verùm & ad evidentiam comprobata remanſit tunc ex Planta moderni Architecti Monialium, & de conſenſu Partium electi, & per Capitulum in præſenti propoſitione exhibita in nihilum diſcordante ab antiqua Planta in Inſtrumento concordiæ anni 1601. inſerta; Tùm ex recognitionibus ab Auctoribus Monialium ad favorem Capituli ſuper dominio directo factis in alienationibus ſeriatim recenſitis, cum ſucceſſiva Canonum, & Laudemiorum ſolutione, quæ uti deſignantia confinia Terreni controverſi uſque ab initio Emphyteutici exuberantia dignoſcuntur ad concludendam identitatem pro dominio directo, quam ſtante antiquitate conceſſionum centum, & ultra ab hinc annis conjecturis, ac præſumptionibus, probari tenuit *Rota dec. 678. nu. 5. & dec. 785. nu. 42. & 43. par. 18. rec. to. 2.* cum ibi allegatis. 2

Bonum Jus Capituli quoad ſolvenda Quindennia Domini ſtatuerunt ſuper illa æquitativa conſuetudine, non minùs ad favorem Eccleſiæ, quàm Domini directi inducta, illa ſiquidem ut capax efficiatur retinendi bona emphyteutica, quæ alias invito Domino retinere non poſſet, cum tunc ceſſaret ſpes devolutionis redditæ impoſsibilis ob qualitatem perſonæ nunquam defecturæ, iſte verò, ut debitos fructus ejus dominii directi conſequatur provenientes, ne dum devolutionibus, verùm etiam ex alienationibus per inveſtitos faciendis, uti cauſativis Laudemiorum; Undè ad ſervandã hujuſmodi ęqualitatem inolevit praxis, quòd illorũ vices ſupplerent Quindennia cum veriſimili ſuppoſito, quòd quemadmodùm de quindecim in quindecim annis, poſsibilis redderetur Emphyteuticorum alienatio, & conſequenter perceptio fructuum domini directi, ità è converſo Eccleſia uti cultrix Juſtitiæ, & æquitatis, nè cum alterius damno locupletetur, teneatur ad hujuſmodi fructus; Ideòque Quindennia loco Laudemiorum perſolvere, ut non minùs ratione, quàm auctoritate in his terminis ſtatuit *Rot. coram Emin. ejuſ Cerro inter ejus impreſ. deciſ ſecunda, repetit inter recent. dec. 474. par. 9 to. 2. ſub nu. 15. uſque ad 24 & coram Coccin. dec. 2357. itidem impreſ. in eadem par. 9 dec. 494 ſub num. 7. uſque ad 16.* 3

Quantitatem verò Quindenniorum, quam ad rationem quorumcumque melioramentorum à præfatis Monialibus conſtructorum, Capitulum prætendebat ex regali, quòd de conſtructis ſuper ſolo Emphyteutico Laudemia debeantur, & generaliter teſtantur *Niger de Laudem. q. 9 &. 2. in fin. Fulgin. de Jur. Emphyt. tit. de Laudem. num. 8. fol. 381.* Domini pro tunc ſtatuerunt, illam deberi ad ratam valoris Domus, ſeu Domorum de tempore venditionis ſequutę in Ducillam de Latera, & ſiquidem ratione, quod ſicuti talis ſolutio Quindenniorum inducta primariò dignoſcatur ad conſulendum damno Domini directi ob amiſsionem Juris in alienationibus ſibi debitis, ità indubitanter ſuper præfatis bonis ſemper, & quandocunque in potentia alienationibus uti cadentibus ſub Laycali commercio Laudemia, & reſpectivè Quindennia debeantur. 4 5

Et ità, reſervato Jure Capituli quoad quindennia juxta valorem præſentem Monaſterii, ſuper quo Domini non fuerunt concordes, reſponſum fuit. Utraque &c. 6

DE-

DECISIO IX.

BENINCASA

Romana Quindenniorum.

Veneris 6. Junii 1687.

ARGUMENTUM.

Quindennia ſubrogantur loco laudemiorum, quando Emphyteuſis deventa fuit ad manus mortuas, in laudemii, ſeu quindennii taxatione calculari non debet prætium, niſi ad menſuram veræ æſtimationis, hoc eſt deducto quolibet onere, & extraneo augumento valoris.

SUMMARIUM.

1 *Ex Emphyteuſi perventa ad manus mortuas abſque ſpe ulterioris devolutionis, debentur loco laudemiorum quindennia.*

2 *In qualibet nova Inveſtitura laudemium commenſurari debet etiam pro melioramentis in re emphyteutica factis.*

3 *Subrogatum induit naturam ejus, cujus loco ſubrogatur.*

4 *Laudemium ex melioramentis debetur, quoties res emphyteutica in tertium alienatur.*

5 *Secùs, ſi procedatur tantummodò per viam renovationis.*

6 *Renovatio non importat novum contractum, ſed continuationem præcedentis.*

7 *Et propterea ad normam illius omnia ſunt regulanda.*

8 *Quindennium, quod pro Beneficiis unitis ſolvi ſolet, nè præjudicium Annatiſtis inferatur, ſemper, & in eadem ſumma ſolvitur, in qua uſque ab initio taxatum reperitur, ſivè beneficiales redditus augeantur, ſivè decreſcant.*

9 *Ubi eadem ratio militat, eadem eſſe debet Juris diſpoſitio.*

10 *Laudemium in tantum de melioramentis ſolvitur, in quantum ratione directi dominii acquiruntur domino fundi.*

11 *Laudemium ex melioramentis non debetur, quotiès illa conſiſtant in Monaſterio, quod cedere non poteſt ſolo.*

12 *Ad regulandum laudemium, demendum eſt onus emphyteuticæ qualitatis, ac haberi non debet ratio de augumento, quod fit ratione retractus ex Bulla Gregorii XIII.*

13 *Laudemium calculari debet ad menſuram veræ æſtimationis, hoc eſt deducto quolibet onere, & extraneo augumento valoris.*

JUxta ſeriem facti altiùs expoſiti in alia hujuſmet Cauſæ deciſione ſub die 20. *Martii* 1684. *coram bo:mem: R.P.D. Albergato* jam emanata; Inſtantibus adhuc Canonicis S. Mariæ Tranſtyberim adverſus Moniales B. Virginis ſeptem Doloruin pro manutentione exigendi Laudemium, & Quindennia reſpectivè debita pro Domibus Emphyteuticis Capituli tam ex titulo emptionis, quàm Legati, olim perventis ad Dominam Duciſſam de Latera prædicti Monaſterii Fundatricem, dubitatum iterùm hodiè fuit in Rota, an conſtaret de bono Jure ipſius Capituli ad effectum controverſæ manutentionis, & omiſſis aliis inſpectionibus, quæ ſub propoſito dubio involvebantur, *DD. pro nunc* unicè examinantes, quæ circà quidennia, eorumque quantitatem, quò ad domum emptam deducebantur, reſolverunt reſpectu illius tantùm conſtare de bono Jure Capituli juxta ſtatum de tempore venditionis, & modum inferius exprimendum.

Præſuppoſito namque, quòd Domus, de qua agitur, ſub proprietate ſit, & directo dominio Capituli, tanquàm in ejus ſolo conſtructa, dùm poſteà à perſona Duciſſæ pervenit in manus mortuas Monaſterii hæredis illius abſque ulla ſpe ulterioris devolutionis, conſequens eſt, quòd ab eodem Quindennia debeantur loco Laudemii 1 in hoc caſu ſubrogata juxta praxim, de qua per *Novar. in explicat Bullar. inter prætermiſſas de ſolutione Laudemii n.16. Rot. dec. 280. nu. 4. par. 1. deciſ. 240. num. 30. par. 7. dec. 274. nu. 40. & dec. 494. num. 11. par. 9.*

Difficultas unicè verſabatur circà hujuſmodi Quindennialis debiti liquidationem, quod in ſumma verè exceſſiva taxandum eſſe prætendebant Canonici ex regula, quòd ſicuti in qualibet nova Inveſtitura Laudemium commenſurari ſolet reſpectivè etiam ad emponemata, ſeu melioramenta rei emphyteuticæ *Jaſon in l. final. n. 40.* 2 *& ſeq. C. de Jure emphyteut. Riminald. conſ. 1. nu. 69. Gabriel. conſ. 168. qu. 6. n. 89. Boer. dec. 19. n. 30.* Sic eodem modo Quindennia, quæ loco laudemii debita ſunt pro Domo, quæ hodiè in nobile Monaſterium converſa eſt proportionabiliter ad valorem, & ſtatum præſentem regulari debuiſſent, cùm tritum ſit, quòd ſubrogatum induit natu- 3 ram ejus, cujus loco ſubrogatur *text. in l. filia §. Avia ff. de condit. & demonſtrat. Rot. dec. 52. n. 40. par. 14. & dec. 651. n. 20. par. 18.*

Sed extranea, & præſenti hypotheſi inapplicabilis propoſita regula videbatur, animadverten- 4 do eam procedere quando fundus aliquis Emphyteuticus unà ſimul cum melioramentis in eo conſtructis, vel per contractum alienatur in tertium, vel alio modo devolvitur, tunc enim ex eo, quia ratione etiam melioramentorum novus Domini conſenſus in nova Inveſtitura requiritur, debetur etiam ratione illorum Laudemium *Corbul. de Cauſ. privat. ob alien ampliat. 39. Fulgin. de Laudem. qu. 8. num. 21. in fine.* Secùs verò, ubi durante adhùc Emphyteuſi proceditur per viam 5 ſimplicis renovationis, tunc etiam quia melioramenta remanent penès ipſum emphyteutam, irrequiſito etiam conſenſu Domini augere non poſſunt Laudemium, quod reſpectu illius tantùm ſolvi debet *Bun conſ. 44. n. 12. & ſeq. Soccin. Jun. conſ. 70. num. 20. lib. 3. Amadeus Pont. de Laudem. qu. 13 nu. 10. & 20.* cum aliis apud Eminentiſs. *Othob. dec. 183. n. 4.*

Hinc eodem retento themate ſimilitudinis idem dicendum venit in præſenti de ſolutione Quindenniorum pro Domo Emphyteutica, quæ non transfertur in diverſam perſonam, ſed apud ipſum Monaſterium perpetuò duratura eſt. Cùm enim agatur de ſimplici renovatione, quæ non importat novum contractum, ſed continuationem præcedentis *Alciat. conſ. 42. n. 1. lib. 8. Beroi.* 6 *conſ. 116. n. 17. lib. 1.* ad normam illius omnia regulanda ſunt, & Quindenniale etiam debitum abſ-

abſque ullo juramento taxandum eſt, ut ex ſu-
7 perius adductis in ſimilibus terminis firmavit *Rota coram Eminentiſſimo Otthobono in dicta deciſ.183.n.12.& ſeq.*

Mirificè hoc comprobatur exemplo alterius Quindennii, quod pro Beneficiis unitis ſolvi ſolet, nè præjudicium Annatiſtis inferatur, quod ſemper, & in eadem ſumma ſolvitur, in qua uſque ab initio taxatum reperitur, ſivè beneficia-
8 les redditus augeantur, ſivè decreſcant *Caſſador. in Reg. Cancel. dec.19.n.6. Urſel. Concluſ.100.n.20.* Hinc eſt, Quindennia, de quibus agitur, quæ ad ejus ſimilitudinem inventa ſunt, *Niger us de laudemiis qu.12. art.30. nu.199. Rot. dec.198.nu.40. par.19.* Sivè valor Emphyteuſis incrementum, ſivè decrementum patiatur, ſemper in ſumma
9 taxata ſolvenda veniunt, eadem enim debet eſſe Juris diſpoſitio, ubi eadem ratio militat *ad text. in l. illud ff. ad leg. Aquil. Abbas in cap. nihil n.5. de elect. Decius conſ.15.n.20.*

Et fortius argumentum fulcitur ponderando, quòd laudemium in tantùm ſolvitur de melioramentis, ex quibus valor fundi Emphyteutici augetur, in quantum ratione directi dominii ac-
10 quiruntur Domino fundi, & cedunt fundo, cujus naturam, & qualitatem induunt *l. adeò §. ex diverſo ff. de acquir. rer. dom. Bald. conſ.310. lib.3. num.1. Gabriell. conſ.168. num.88. tom.1. & ſeqq. Sperell. dec.57.n.23.* Undè & laudemium, & quindennia in ſequelam ipſius debita ceſſare in præſenti dubium non eſt, ubi melioramenta, quæ ſunt Monaſterium, & Eccleſia ſuperædificata in fundo emphyteutico, ex quibus provenit incrementū, nullatenùs cedere poſſunt ſolo, ſed ſolùm ipſum ratione illorum nullius ſub dominio remanet *§. nullius Inſtit. de rer. diviſ.* ſed religio-
11 ſum, & ſacrum efficitur *gloſ. in Can. Apoſtolicus in verb. contrariis 12. qu.2. Calderin. conſ.50. de relig. dom Rot. dec.308.n.6. par.4. tom.4.*

Non ſolùm autem putarunt DD. pro decernenda quantitate Quindenniorum conſiderandam eſſe domum venditam juxta ſtatum de tempore venditionis, hoc eſt abſque ullo reſpectu ad melioramenta, undè illa poſtmodùm aucta eſt, ſed ulterius ab æſtimatione ejuſdem præcedenter facta deducendum cenſuerunt illud plus, quo fuit appretiata cum ſuppoſito, quòd eſſet libera, quando erat emphyteutica, multoque magis partem illam pretii, quo vendita fuit ratione retractus in vim Bullæ Gregorii XIII.
12 in ordine *la 22. Bullar. to.2.* Laudemium namque, & Quindennia calculari non debent, niſi ad menſuram veræ æſtimationis, hoc eſt deducto quolibet onere, & extraneo augumento valoris, ita ut juxta doctrinam *Bart. & Caſtrenſ. in l. Sed*
13 *ſi §. quidam ff. de condit. & demonſtrat.* neque ſit inſpiciendum quid impenſum aliquando ab emptore ſit, ſed quantum venditor conſequutus fuerit, quam in propoſito ſequitur *Caldas de Emphyt. extinct. qu.16.n.40. lib.4. Redoan. de rebus Eccleſiaſticis non alienan. fol.379.n.12. Fulgin. de emphyt. tit. de Laudem. qu.1.n.518. in fine.*

Atque ex his ſatis viſum eſt normam fuiſſe præſcriptam, quomodo regulandæ ſint in præſenti Quindenniales ſolutiones à Capitulo prætenſæ, de cujus bono Jure conſtare juxta modum expreſſum reſolutam fuit.

Utraque Parte informante &c.

DECISIO X.

BENINCASA.

Romana Quindenniorum ſuper Dubio Affrancationis.

Veneris 6. Junii 1687.

ARGUMENTUM.

Licet nemo invitus compelli poſſit ad vendendum, attamen ubi concurrit juſta cauſa ædificandi, quis cogitur favore Religionis etiam contrà aliam Religionem, quod procedit non ſolùm ad effectum ædificandi, ſed & ad effectum ſe liberandi à Quindenniis.

SUMMARIUM.

1 *Nemo invitus cogitur ad vendendum rem ſuam.*
2 *Cogitur tamen favore Religionis, concurrente cauſa ædificandi, vel ampliandi Eccleſiam.*
3 *Præfatum privilegium Religioni conceſſum, non admittitur, ubi non adſit neceſſitas.*
4 *Diſpoſitio textus in* l. ſiquis ſepulchrum ff. de religioſ. & ſumpt. funer. *eſt exorbitans, & potiùs reſtrictionem, quàm extenſionem meretur.*
5 *Ex dicto textu nulla provenit civilis actio, ſed tantùm facultas tribuitur impetrandi Judicis officium.*
6 *Privilegium, quod promanat ex dicta* l. ſiquis ſepulchrum *procedit tàm quò ad Eccleſias, & Monaſteria ædificandum, ac ad effectum, ut Eccleſia reddatur immunis à quacumque ſubjectione, & ſervitio, & num.7.*
8 *Et nè dum admittitur pro Manſo, ubi Eccleſia conſtructa fuit, ſed pro toto circumjacente.*
9 *Eccleſia alteram Eccleſiam ad vendendum non cogit.*
10 *Unuſquiſque valebit rei oneri ſubjectæ mediante pretio onus ipſum extinguere.*
11 *Regula, quòd Eccleſia alteram Eccleſiam non cogit ad vendendum, non procedit, ubi una ex ipſis majori ratione, aut æquitate fulcita ſit.*
12 *Major verò cauſa concurrit, ubi agatur de liberando Eccleſiam à ſervitute emphyteutica.*
13 *Ad liberandum rem ab onere, quod habet, ſolvendum eſt pretium habito reſpectu ad veram rei æſtimationem.*

Poſtquàm hodiè DD. cenſuerunt, conſtare de bono jure Capituli S. Mariæ Tranſtyberim ad effectum manutentionis in exigendo quindennia pro domo in illius ſolo emphyteuticario constructa, & in Monaſterium deindè converſa per D. Ducillam de Latera Fundatricem Monialium Beatæ Virginis ſeptem Dolorum, quæſitum ulterius fuit, an eædem Moniales præfatam domum affrancare poſſent, eamque à directo Dominio liberare, & affirmativa prodiit reſponſio juxta modum infrà dicendum.

Quamvis enim hujuſmodi affrancatio importet coactam venditionem à lege improbatam, cum nemo invitus compelli poſſit ad vendendum, *l. Invitum, & l. Dudùm Cod. de contrah. Empt.* Dubium tamen non eſt, propoſitam regulam 1
ſuas

ſuas habere fallentias, & præcipuè, ubi quis cogitur favore Religionis concurrente cauſa ædi-
2 ficandi, vel ampliandi Eccleſiam, ſeu Monaſterium, juxtà diſpoſitionem *Textus in l.Si quis Sepulchrum, ibique gloſ.in verbo compellere ff.de relig. & ſumpt. funer.* quem in propoſito communiter *DD.* expendunt, *& Bald.& Angel.in l.1. ff.ſolut. Matrimon.in fine*, qui refert ità fuiſſe judicatum, *Covar. variar.reſolut. lib.3.Cap.14.n.7.* qui, licet contrarium videatur ſentire, teſtatur tamen, hanc eſſe veriorem opinionem. *Theſaur. qu.Forenſ.64.n.60.*latè *Menoch.conſ.1206.ferè per tot.vol.13.*latiſſimè *Capon.controv.forenſ.l.1.controv.1.per tot.cum aliis ibidem allegat.*

Non obſtat, quòd dum Eccleſia, & Monaſterium jam perfecta ſunt, ſicuti ceſſare videtur finis legis, quæ novæ ſolùm Conſtitutioni, &
3 eorum amplitudini favorabilis eſt, ità ceſſare quoque debeat illius diſpoſitio *l.omnis ff.de adopt. l.quod dictum ff.de pact.Surd.conſ.375.nu.29.* præſertim, quia tanquam exorbitans, reſtrictionem,
4 potiùs, quam extenſionem meretur *l.commodiſſimè ff.de liber.& poſthum. Rota cor.Cerro dec.905. num.11.* & nullam civilem inducit actionem, ſed
5 facultatem tantùm tribuit impetrandi Judicis officium *Bald.in l.2.nu.10.verſ.& ideò Cod.de reſcind.vend.Gratian.diſcep.742.n.25.Rota dec.372. num.2.& dec.216.num.2.par.1.recent.*

Parùm enim refert, quòd jure actionis, vel implorato Judicis officio compelli quis poſſit ad vendendum, quia ubi non reſultat Venditoris detrimentum, quod unicè importet limitationem arbitrii, ut ex littera Textus ibi -- *Ità tamen nè magnum patiatur detrimentum*. Attendi ſemper debet Religionis favor, qui legis diſpotionem non modò non reſtringit, ſed latiſſimè extendit, ità ut ex communi Doctorum inter-
6 pretatione indifferenter compræhendat tàm Eccleſias, & Monaſteria ædificanda, quàm ædificata, *Joan.de Anania in Cap.Apoſtolica in princ. de Donat.Cepoll. de Servit.vrb.præd.Cap.82.nu.3. Cyriac.controv.231.num.8.& 12.Cutell.de donat. tract.1.diſc.2.particul.6.num.50.tom.8. Adden.ad Franc.dec.223.n.1. Cabed. dec.Luſitan.105.num.3. Giurb.dec.86.nu.80.* Imò omnia connexa, & annexa illarum includat, *Torus tom.2. vot: deciſ. verb.ampliatio, Capon.controv.1.n.26.* in quibus etiam terminis reſpondit, *Rota dec.474.n.12.& dec.494.n.16.& 17.par.9.recent.*

Etenim favore Religionis non tantùm conſiderari debet nova conſtructio, vel amplitudo
7 Sacri Ædificii, ſed quod illud à quacumque ſubjectione, & ſervitio reddatur immune ad formam *Text.in Cap.1.de Cenſib.*qui non ſolùm intelligendus eſt de manſo, ubi Eccleſia conſtructa fuit, ut prætendunt Canonici, ſed de toto ſitu circumjacente, qui pro illius dote, vel uſu aſſignatus eſt *Butr.in dicto c.1.de cenſ.n.2. verſ.Item nota, ibique Ancharan.num.30.& Barb.num.10. & ſeq.*

8 In nihilo refragante, quòd allegata *Capituli* diſpoſitio loquatur de Tributis, quæ ſolvi conſuetum erat Laicis in recognitionem juriſdictionis temporalis, quibus Eccleſiam ſubjectam eſſe non decet, *Barb.in dicto cap.1.num.4.per tot.Rot. dec.474.n.25.par.9.recent.* locum autem non habeat, ubi, uti in præſenti, agitur de cenſu emphyteutico ab una Eccleſia alteri debito ratione bonorum, quæ poſſidet, & quibus onus realè perpetuò infixum remanet, *Rot.dec.339.n.17. par.6.* Cùm enim nulla ſit repugnantia, quod inter eaſdem Eccleſias una ſit cenſuaria alterius etiam ex cauſa oneris ipſi manſo objecti, *Abbas in cap.7.de Cenſ.n.40.Suarez de Relig tom.2.lib.1. cap.17. num.18. Leo Theſaur. For. Eccleſiæ par.2. cap.12.num.15. Guttier.Canonic. qu.lib.2. cap.21. nu.54.per totum Rot.dec.249.n.10.par.4. & coram Eminentiſs-Cerro dec.2.num.24.* Conſequens eſt, quod ad invicem compelli nequeant ad vendendum in vim alicuius legalis privilegii, quia in hoc caſu cùm utriuſque commune ſit, utriuſque 9
etiam iura viciſſim eliduntur argum, *leg. 2. C. de privil. Fiſci* latiſsimè, & in terminis *Valenzuela conſ.18.num.87.& ſeqq. Ricc.par.3.dec.59.*

Ex eo namque, quòd non repugnat, Eccleſiam eſſe alteri tributariam ratione Canonis, & 10
quindennii, dicendum non venit, quòd eandem ſervitutem, ſi velit affrancare, non poſſit, quia huiuſmodi onera quamvis rei infixa ſemper extingui, & amortizari valent, potiſsimùm ubi concurrit cauſa pia. *Abbas in cap.1. de Cenſ.n.8. verſ. Patronus poteſt, ibique Zabarell. oppoſit.1. verſ. ſed inſtruitur Epiſcopus, & conſ.88.num.50. Brun. inter conſilia feudalia conſ.170.nu.1. & ſeq. Sola ad Conſtit. Sabaud. in Decret. Rempublicam par.4.gloſ.unica num.22.* Imò, & Dominus directus tenetur extinctioni, & amortizationi conſentire *Pecch.in Tract.de amortizat.bonor. cap.24. n.2.Bellug.inSpecul.Princip.tit.de amortizat.§.Reſtat num.30. Capon. in diſc. poſt primam controv. nu.25.Rot.coram Vbaldo dec.302.n.17.* Sivè directum dominium pertineat ad perſonam laicam, ſivè ad ipſam Eccleſiam, *Franc.Marc.dec.534. n.60.in fin.* ubi ex doctrina *Jaſonis, & Speculator.* aliorumque id comprobatur, *& Rot.coram Eminentiſs.Cerro in d.dec.2.num.26.*

Neque in hoc caſu attendendum eſt, quod Eccleſia ex utraque parte æquali potiatur privi- 11
legio, ſed unicè inſpiciendum venit, quodnam ex illis maiori ratione, aut æquitate fulcitum ſit, quæ hodiè pinguius aſſiſtere Monialibus videbatur tàm ratione bonorum, de quorum affran- 12
catione agitur, *Cappon.dicto diſcurſ. poſt primam controverſiam n.24.* Tùm fortiùs ratione cauſæ, liberandi ſcilicet Monaſterium, & Eccleſiam à ſervitute emphyteutica, latè *Maſtrill.deciſ.280. num.87.uſque ad finem.* Idemque tenet *de Luca de ſervit.diſc.83.num.70.* ubi meliùs declaratur ratio privilegii; Undè neceſſariò conſequitur, quòd mutua privilegia, nè dum non conquaſſentur ad invicem, ſed cauſa Monialium tamquam favorabilior ſuprà aliam conſideranda ſit iuxta Theor.*Bald.in Authen.habita C.nè Filius pro patre Jaſon.in § Fuerat n.51.tit.de Act.Decian.conſ.44. num.125.lib.4.Rot.dec.557.num 4.par.1.*

Ex his cùm ſatis DD. cognoverunt affrancationem à Monialibus prætenſam controverti 13
non poſſe, quò ad modum affrancandi parùm inſiſtendum eſſe viſum fuit, quia cùm hoc fieri debeat ſoluto iuſto pretio, & habito reſpectu ad verum valorem rei affrancandæ, ut monet *Vlpianus in l. ſi quis ſepulchrum ff. de religioſ. & ſumpt.Funer.l.invitum C. de contrah. empt.* illum regulandum fore reſolverunt iuxta ſtatum, in quo eadem domus, quæ affrancari prætenditur, reperiebatur de tempore vendicationis, ut etiam di-

dictum fuit in alia hodierna deciſione huius Cauſæ ad quam remiſſivè ſe DD.habuerunt.

Utraque parte &c.

DECISIO XI.

BENINCASA.

Romana Quindenniorum.

Veneris 13.Maii 1689.

ARGUMENTUM.

Confirmantur in præſenti Deciſione, quæ firmata fuerunt in alia Dediſione in eadem cauſa edita ſub die *6.Junii* 1687. coram eodem *Benincaſa*.

SUMMARIUM.

1 *Quindennia in jure penitùs ignota ſucceſſerunt loco laudemii, quod ex quadam æquitate à praxi fingitur decimo quinto quolibet anno deberi Domino directo, qui aliàs nullam haberet ſpem devolutionis ob tranſitus emphyteuſis in manus mortuas.*

2 *Quando emphyteuſis renovatur, laudemium eſt ſolvendum juxta taxam in prima acquiſitione conventam, non conſideratis melioramentis.*

3 *Idemque quoque eſt admittendum, ubi ſolvuntur quindennia, quæ loco laudemii ſubrogantur.*

4 *Non eſt igitur conventio taxæ quindennii, dum illud eſt ipſum laudemium determinato tempore decimi quinti cujuslibet anni ſolvendum.*

5 *Laudemium, ſecluſa contraria conſuetudine, ſuam habet menſuram* à l. fin. §. Nè avaritia, C. de jure emphyt.

6 *Taxa quindennii cum illa laudemii commenſuratur abſque aliqua conventione.*

7 *Sicut non augetur laudemium ex melioramentis, ità nec augeri licet quindennium.*

8 *Fictio in caſu ficto idem operatur, quod veritas in caſu vero.*

9 *Ubi eadem militat juris ratio, eadem militare debet diſciplina.*

10 *Nec in jure, neque ex conſuetudine cavetur, quòd quindennia ſolvi debeant etiam pro melioramentis, & n.*11.

12 *Nemo locupletari debet cum aliena jactura.*

13 *Quidquid practicatur in quindenniis Cameræ Apoſtolicæ debitis, practicari quoque debet in quindenniis ſubrogatis loco laudemii.*

14 *Melioramenta ſacra, & religioſa cedere non poſſunt ſolo, nec devolvuntur favore Domini directi.*

Poſtquàm ſub *die 6.Junii* 1687. reſolutum fuit conſtare de bono iure Capituli S.Mariæ Tranſtyberim ad effectum manutentionis in exigendis quindenniis ſibi debitis pro quadam domo emphyteutica à Monialibus B. Virginis Septem Dolorum titulo emptionis modo poſſeſſa, eademque quindennia regulanda fore ſecundùm valorem ipſius domus de tempore, quo empta fuerat, non autem iuxta ſtatum præſentem ex nova fabrica Monaſterii, & Eccleſiæ totaliter mutatum, ex pluribus melioramentis additis. Diſputatum hodiè fuit, an ſtandum, vel recedendum eſſet à deciſis, & deciſis Domini adhærentes, fundamentis præteritæ reſolutionis pro illius confirmatione ſteterunt, relictis novis obiectionibus in contrarium excitatis.

Præmiſſo ſiquidem, quòd quindennia in iure penitùs ignota ſucceſſerunt loco laudemii, quod ex quadam æquitate à praxi fingitur decimo
quinto quolibet anno deberi Domino directo, 1
qui aliàs nullam haberet ſpem devolutionis ob tranſitum emphyteuſis in manus mortuas, *Ricc. in prax.reſol.623. par.1.per tot. Rot.coram Coccin. dec.233.nu.15.& coram Eminentiſs. Cerro dec.2. n.12.uſque ad 21.& dec.192.n.4.par.1.recent.* Sicuti ubi non proceditur per viam novæ inveſtituræ favore diverſæ perſonæ,ſed potiùs ſimplicis renovationis in perſonam emphyteutæ ſemel inveſtitæ,quando laudemium debetur, ſolvendum eſt iuxta taxam in prima acquiſitione conventam,non conſideratis melioramentis rei emphyteuticæ ex firmatis per *Rot.coram Eminentiſs.Otthobono dec.183.nu.6.& ſeqq.* cum aliis ibidem
adductis, ſic etiam quindenniales præſtationes 2
ad eius normam, & ab eadem perſona ſolvendæ regulari debent ſecundùm antiquum rei valorem, nulla habita ratione emponematum, & quibus hoc medio tempore eiuſdem incrementum derivat, nam in æquiparatis militat ratio,
& ſubrogatum naturam induit eius, in cuius 3
locum ſubrogatur *l.Pomponius* 13. §.*Cum quibus ff.de acquir.poſſeſs.Oldrad.conſ.224.n.24.Rot.dec.* 44. *num.*16. *par.*18.

Nec attendi meretur, quòd applicabilis non ſit præſenti caſui regula propoſita, vel quia,nec
laudemium, nec quindennia fuerint unquam 4
taxata poſt acquiſitam domum Monialibus, vel qnia non verſemur in terminis ſimplicis renovationis, ſed veræ novæ inveſtituræ, dum controverſa Domus per D.Duciſſam de Latera Monialium Auctricem olim empta, & uſque ad obitum poſſeſſa noviſſimè ſolùm ad manus mortuas Monialium pervenit, & non niſi poſtquàm converſa fuit in Monaſterium, & adaucta enunciatis melioramentis.

Quoniam fruſtrà quæritur de ſpeciali conventione quantitatis quindenniorum, dum ea nihil aliud ſunt, quàm ipſum laudemium determina-
nato tempore decimi quinti cuiuslibet anni ſol- 5
vendum *Niger de laudem.q.12. art.3.n.145.Rot. dec.474.n.18.par.9.* Sicut autem laudemium ſecluſa contraria conſuetudine ſuam habet menſuram à *l.final.§.Nè avaritia, Cod.de jur.emphyt.* ſic etiam quindennium abſque eo,quòd opus ſit
aliqua conventione, cum ipſo laudemio com- 6
menſuratur, *Rot. dec.40. nu.3.par.7.& dec.280. n.4.par.1.& coram Eminentiſs.Cerro dec.2.n.134.*

Quòd autem in caſu noſtro extranei ſunt termini novæ inveſtituræ, patet ex ipſo inſtrumento emptionis domus, de qua agitur, à Duciſſa acquiſitis pro ipſiſmet Monialibus, & ad earum favorem ſolummodò ſtipulatæ, accedente etiam ipſius Capituli conſenſu *Sum.præcit.n.7.*Quamobrem non ſolùm ex facto ceſſat obiectum,& convincitur, quòd poſſeſſio uſque ad obitum non fuerit penès Duciſſam, nec quod ad Moniales pervenerit, exiſtentibus jam melioramentis ab ea factis, ſed in neceſsariam ſequelam venit, quòd nullum pro eis debetur augumentum

quindenniis , ſicut non augetur laudemium ,
quod ab ipſo meliorante perſolvitur *Brun.*
7 *conſ.44 nu.12.& ſeqq.Soccin.Jun.conſ.70. num.2.*
lib.3.Amad.à Ponte de laudem qu.13.num.1.& 2.
cum aliis congeſtis *in dec.90.poſt Salgad.de laby-*
rinth.credit.num.4.

Neque exto , quia loco laudemii , quod in
qualibet nova inveſtitura ſolvendum eſſet , ſuc-
ceſſerint quindennia cum ſuppoſito , quòd bona
emphyteutica , ſi penès perſonam privatam exi-
ſterent , de quindecim in quindecim annis alie-
nari poſſent , dici meretur , quod, cùm in caſu
veræ alienationis reguletur , quindennium habi-
ta ratione melioramentorum , exindè eveniat ,
8 quòd eoque modo commenſurari debeat in ca-
ſu ſuppoſitæ alienationis , ut fictio in caſu ficto
operetur, quod veritas in caſu vero *l.1.§.Hoc au-*
tem ff.ad Senatus conſ.Trebell.Decian.conſ.1.n.150.
lib.1.Gonzal.ad Regul.8.Cancell.gloſ.51.num.28.

Nam ultrà quòd quando emphyteuſis in ma-
nus mortuas tranſivit , apud quas perpetuò du-
ratura eſt, nulla prorsùs fingi valet nova inveſti-
tura, niſi in perſonam ejuſdem emphyteutæ,quo
caſu cùm pro melioramentis laudemium non
augeatur , ut dictum fuit , ità nec quindennia ,
9 ut eadem militet juris diſpoſitio , ubi eadem ra-
tio procedit , *l.his ſolis Cod.de revoc.donat. Rota*
dec.34.num.4.& dec.347.n.14.par.17.

Reſponſum etiam fuit , quod , quamvis ex fi-
ctione ab æquitativa conſuetudine inducta ſin-
gulis quindecim annis ex ſuppoſita alienatione
oriatur favore Domini directi jus novæ Inveſti-
turæ , & exactionis laudemii, non autem in jure
diſpoſitum , aut ab eadem conſuetudine indu-
ctum , quòd illud debitum etiamſi pro meliora-
mentis ipſius rei emphyteuticæ , cujus nova fin-
gitur inveſtitura , & tritum eſt , quòd fictio le-
10 gis tamquàm jus ſingulare ultrà caſus expreſſos
non admittitur , *l.2.§.Codicillorum , ubi Bald ff.*
de jur. Codicill.l.ſingularis ff. ſi cert.petatur , Gio-
vagnon.conſ.73.nu 64.lib.1. Mantic.de tacit.lib.8.
tit.2.n.7.lib.13.Bich.dec.162.num.16. præcipuè in
hac materia laudemiorum , in qua conſuetudo
11 præcisè obſervanda venit eo modo , & forma ,
qua fuit introducta , *Soccin.jun.conſ.70. num.23.*
& ſeqq.lib.3.Gratian.diſcept.377.n.19.Fulgin. de
jur.emphyt.tit.de laudem. qu.5 num.2.

Movere tandem non potuit DD.exageratum
præjudicium, quod reſultare videtur in hoc caſu
Domino directo , qui , ſi fundum emphyteuti-
cum in manus mortuas diſtrahi non permiſiſſet,
potuiſſet ſemper à novo emphyteuta laudemium
12 etiam expoſcere ratione emponematum , prout
præcisè exactum fuit pro aliis ſimilibus fundis
ab eodem Capitulo , cujus jactura non debent
Moniales locupletari contra *Textum in cap.unico*
§. Sed duorum de alienat.feud. Innocent. in can.ſe-
cundùm Canonicam num.23.qu.8.

Etenim cùm evenire quoque poſſet , ut quoli-
bet decimo quinto anno non ſolùm non augea-
tur , ſed fortaſsè diminutus remaneat valor rei
emphyteuticæ , etiam ex cauſa inopinata,major
fortaſſe reſultat utilitas Domino directo ex in-
variabili taxa ſemel firmata, quàm ſi determina-
to tempore eſſet renovanda , ut ad propoſitum
notat *Papon. in collect. Arreſt. lib.1. tit.13. Ar-*
reſt.4.per tot. Undè hoc etiam practicari ſolet in
13 quindenniis Cameræ Apoſtolicæ debitis , a qui-
bus uſus proceſſit quindennialium hujuſmodi
ſolutionum , *Caſſador.ad Regul.Cancellar.dec.19.*
n.6. Urſell.concl.100.n.10.Niger de laudem.q.12.
artic.2.n.129.Rota dec.198.n.4.par.19.

Cæterùm omnis tollitur dubietas in præſenti
hypotheſi, ſi conſideretur , quòd melioramenta
de quibus agitur , tamquàm ſacra , & religioſa, 14
cùm cedere nequeant ſolo , nunquam Dominis
directis devolvi poſſunt, Undè quoad ea fruſtra-
nea remanet quæſtio tàm laudemii, quàm quin-
dennii , ut latè dictum fuit in deciſione, quæ re-
videtur, quòd non ſolùm intelligenda eſt de Ec-
cleſia , ut à Capitulo non controvertitur , ſed
etiam de ſolo Monaſterio authoritate Ordinaria
erecto *Calderin. conſ.5.de Relig.domib. Gizzarell.*
dec.37.n.3.& 19 Rota dec.308.n.7.par.4.tom.1.

Et ità,approbando in reliquis præteritam de-
ciſionem , reſponſum fuit , utraque &c. & omni-
bus Dominis ſuffragantibus &c.

Juris D.Advocati Sentenæ in eadem Cauſa .
Pro nova Audientia .

ROMANA QUINDENNIORUM.

R.P. Difficultas hujus Cauſæ in eo reſidere 1
videtur , an in ſolutione laudemii ,
ſive quindennii ſit habenda ratio melioramen-
torum , quæ græco vocabulo emponemata ,
Textus appellat in emphyteuſi factorum per
emphyteutam , vel potiùs ſit facienda ſolu-
tio juxta valorem de tempore conceſſionis ,
& reſpectivè acquiſitionis per emphyteutam
factæ .

Verùm quia hæc quæſtio ab illa dependere
videtur , an melioramenta per emphyteutam fa- 2
cta , Domino directo debeantur , vel potiùs ei-
dem emphyteutæ acquirantur, ſuper qua illa eſt
adhibenda diſtinctio , quòd , ſi annua canonis
recognitio eſt correſpectiva fructibus , meliora-
tiones acquiruntur emphyteutæ , quia contra-
ctus prædictus potiùs datur locationis , & con-
ductionis , quàm emphyteuſis , aut recognitio
d.annui Canonis eſt modica , & melioramenta
acquiruntur Eccleſiæ Dominæ directæ , *Valaſc.*
de jure emphyt.qu.11.num.3.

Et ratio eſt evidentiſſima , quia conceſſio em-
phyteuſis aliàs facta non ſubſtineretur, niſi con-
curreret evidens , certa , & indubitata Eccleſiæ 3
utilitas *Rot.par.10.rec.dec.165.num.23.cum ſeqq.*
quod eſſe nequit , ſi pro modica recognitione ,
ſolum aliàs annui valoris ſcutorum 50. condu-
ceretur pro uno annuo ſcuto . Hoc enim caſu eſ-
ſet in evidentiſſimo damno , & propterea dicta
melioramenta Eccleſiæ acquiruntur,in terminis,
Card.Tuſcus in verbo ædificium concluſ.34.n.9. ibi
Maximà in bonis Eccleſiæ , quia ſi pro ſolo ſolve-
rem unum nummum, & in eo ædificatur Palatium,
totum ſub illo nummo erit emphytebticum , quod
mirabile dicit Anton.de Butr.conſ.23.in fin.

Et proindè deſcendendo ad difficultatem , ex
dictis melioramentis,& augumento per emphy- 4
teutam factis , Eccleſia laudemium debetur ,
Alberic.in l.finali de jur.emph.in fin. Jaſon. ibid.
n.44. & ità articulo diſcuſſo junctis aulis fuiſſe
deciſum per *Sac.Conſ.Neap.* teſtatur *Thor in com-*
pend.dec.par.1. fol.mihi 307.& 308. verſ. laude-
mium , & verſ. Clericus Joannes Baptiſta de
Amato .

Non

Non enim attenditur tempus conceſſionis, &
5 reſpectivè acquiſitionis pro quindenniorum, & laudemiorum ſolutione, ſed tempus hodiernum, nempè veræ, vel fictæ venditionis, ſivè alienationis. Ità in puncto conſuluiſſe, & judicatum dicit *Celſ.Hugon.conſ.*55.*n.*2.*&* *n.*3. ibi -- *Laudemium, vel foriſcopium ad ſciendum, quantum ſit, conſideratur tempus venditionis prædictæ, & quod utilius fuerit Domino directo, non aliàs emphyteutæ*, & ſimiliter in puncto *de Ponte de laudemio qu.*7.*num.*9.*&* 10.

Laudemium ſiquidem æquiparatur Decimæ,
6 ità decimam appellat *Alex.conſ.*125. *col.penult. vol.*5.*Soccin.jun.conſ.*70. *vol.*3. & ſicuti in ſolutione decimarum non attenditur tempus primæ ſolutionis, ſivè acquiſitionis, ſed tempus annuæ fructuum recollectionis, ità ut ſi fructus augeantur, etiam illæ debeantur, ut in *tot.tit.de decim.* Ità ſimiliter ſi res in emphyteuſim conceſſa per emphyteutam augeatur, ex illo augumento laudemium Eccleſiæ debetur, ut deciſum refert *Franc.Marc.qu.*607.*nu.*2.*Card.Tuſc. in verbo melioramenta concl.*172.*n.*3.*de Ponte de laudem.q.*8. *nu.*11. quia laudemium non tantùm pro pretio ſoli, ſed etiam pro melioramentis factis per emphyteutam deberi, noviſſimè firmavit *Rendell. in tract.de jur.prothom.verbo pro emphyteuſi n.*31. quem citat *Addit. add. dec. Thor. fol. mihi* 308. *col.*2.*verſ.nec non, & Bellam.inter commun.opin. tit.de jur.emphyt.n.*301. ſic dicit: *ſed quid ſi dedit in emphyteuſim aream parvi valoris, ſuper qua emphyteuta multa ædificavit, cujus extimationis debet ſolvi laudemium, dic, quòd totius, & areæ, & ædificii* -- Sunt præciſa verba relata per *Add. ad d.dec. Thor.ſuper alleg. verſ. nec non deciſio fol. mihi* 308.

Quod ſimiliter, & abſque difficultate com-
7 probat *Redoan.de.reb.Eccleſ.non alien.qu.*11.*de laudem.n.*17.*&* 18. ibi -- *Nè dum ſolvitur quinquageſima, ſive laudemium de valore areæ, ſivè loci primò in emphyteuſim conceſſi, ſed etiam ſolvitur de valore, ſivè de extimatione ædificiorum ſuperædificatorum; Nam ſi dedi alicui in emphyteuſim aream parvi valentem, ſuper qua ſunt ædificata ędificia magni valoris, puta palatia, turris, & ſimilia, debet ſolvi quinquageſima extimationis, nè dum areæ, ſed ſupra ædificatorum omnium.* Hactenùs ille.

Exemploque rei jam judicatæ omnis remove-
8 tur amaritudo, dum in caſu *coram Sac.Congr. Neapolit.* diſputato. Cùm Joannes Baptiſta de Amato Beneficiatus ſolum pro ſcutis decem annuis Comiti Laurero conceſſiſſet, in quo emphyteuta domum magnis expenſis ædificavit, poſteà dicta domo alienata, controverſia ſuper ſolutione laudemii orta fuit; an eſset facienda de ſolo tantùm, ac etiam de augumento, ſive melioramentis inſpecto tempore venditionis, & non aliàs conceſſionis in emphyteuſim factæ, judicatum fuiſse, refert *cit.Thor. in compend.dec. par.*1.*fol.mihi* 307.*&* 308.*verſ.laudemium, & verſ.Clericus.*

Hinc non applicatur *deciſio* 183. *cor.SS.Alex.*
9 *VIII.* emanata, quia ibi articulus non fuit examinatus, ſed ad formam ſpecialis pacti inter partes initi de ſolvendo laudemium ad quinque pro centenario, fuit judicatum, ut in *d.dec.*183. *n.*17.& fuſiùs in *prima ſub die* 23. *Martii* 1648. *in par.*1.*rec.dec.*165. *antè nu.*1. ea, quæ ſpeciali neceſſitatis pacto terminantur, ad exemplum non trahuntur *Text.in l.quæ propter ff.de reg.jur.*

Immò in *dicta deciſ.Domini Noſtri* ſupponitur
renovatio emphyteuſis cum perſona privata, & 10
hic ſumus in alienatione in manum mortuam, in qua praxis generalis ad capacem reddendam Eccleſiam de acquiſitione emphyteuſis inolevit, quæ ſub veriſimili ſuppoſito, quod dicta bona emphyteutica exiſtentia penès privatas perſonas, poſſint effectivè alienari de quindecim in quindecim annos, introduxit ſolutionem dicti quindennii, quod ſuccedentibus alienationibus ſolvi debuiſset à privatis perſonis, ſolvatur per manum mortuam, *Rot.penès Novar. in ſumma Bullar.tit.de quindenniorum ſolut.nu.*15.*verſ.dum itaque fol.*427.*col.*2.*in ult.impreſs.*

Cùm verò non ſimus in ſimplici renovatione,
ſed in vera alienatione, quæ fieri effectivè ſup- 11
ponitur ſingulis quindecim annis in perſonam privatam juris, ſivè praxis authoritate, ideò contraria deciſio non procedit, aliud eſt enim fingere renovationem, quæ fit cum eadem perſona tempore convento inter partes, & aliud fingere alienationem in tertiam perſonam, quo caſu quindennia debentur de tempore ſuppoſitæ alienationis, non autem conceſſionis.

Et indubitatum redditur ex firmatis per *Rotam in eadem Cauſa Cervien.bonorum*, ex quò to-
tum fundamentum contrariæ deciſionis fuit de- 12
ſumptum: Nam ipſa firmavit, quòd augumentum, ſicut melioramenta medio tempore facta in bonis emphyteuticis Eccleſiaſticis, non emphyteutæ, ſed Eccleſiæ Dominæ directæ acquiruntur in caſu devolutionis ex natura contractus, etſi in inveſtitura non fuerit expreſsum, id in clauſulis Notarii, tacitè contineri intelligitur, *ut in par.*10.*dec.*165.*num.*18.

Si enim de voto Rotæ melioramenta ſpectant
ad Eccleſiam, & in inveſtitura pactum dictæ 13
acquiſitionis, etſi expreſsum non fuerit, tacitè continetur, & per Adverſarium etiam fuerit comprobatum, ex quò dicta melioramenta per D.Buſalinum Peritum electum de conſenſu Partium fuerint ad effectum ſolvendi extimata *Sum.noſtro impreſs.n.*6. ideoque quod dicitur in §.*Præmiſſo, & in* §.*Nam ultrà &c.contrariæ deciſionis* non applicatur, quia attenta tacita, vel expreſsa conventione, emphyteuta meliorationes repetere nequit, quocumque modo emphyteuſis fuerit finita, quia quæ ex conventione fiunt, pars pretii cenſentur, & repeti nequeunt, *Valaſc.de jur.emphyt.qu.*23.*num.*1.

Applicatio verò prædictorum ad caſum præ-
ſentem nequit impugnari, nam aliàs Eccleſia 14
enormiſſimè læſa eſset, dum quantitas cannarum 849. cum ædificiis fuit conceſsa in emphyteuſim pro uno annuo ſcuto, & tamen ſi pro paſcuis, ſive clauſura animalium dſolum, & fabrica teneretur, maximè in ſitu, de quo agitur, centum, & ultra ſcuta annuorum fructuum fuiſſent percepta, ſemper enim proſpiciendum eſt, nè Eccleſia enormiſſimè lædatur, quacumque verborum cautela non obſtante, *Caſſador.dec.*1. *de empt.& vend.*proindè melioramẽta ad noſtrã Eccleſiã S. M. Transtyberim ſpectare, ut à damno liberetur, & utilis contractus fuiſse iudicetur ad formã, *Extrav.ambitioſę de reb.Eccl.non alien.*

15 Neque obſtat, quòd melioramenta ex adverſo facta tanquàm ſacra, & religioſa cedere nequeunt ſolo, quia regula eſt in contrarium; Nam quod ex ſe ſtare nequit, ſolo cedit, quod procedit quando, prout hic, una Eccleſia ædificat in ſolo alterius Eccleſiæ, *Bald.conſ.*309.*nu.*4. *lib.*3. qui loquitur in Hoſpitali ædificato in ſolo Monaſterii.

Cum verò, hic Eccleſia S. Mariæ Septem Dolorum fabricaverit in ſolo Eccleſiæ S. Mariæ Transtyberim, ideò ædificia ex adverſo facta ceſſerunt ſolo, in puncto *Card.Tuſcus verb.ædificium concl.*34. *n.*5. ſolum enim tunc cedit ædificiis, quando Ædificia ſunt facta per Eccleſiam in ſolo ſæculari, & non aliàs *Rot. par.*4. *to.*1.*rec. deciſ.*308. *num.*6.

16 Præterea quando ſolum eſſet ſæculare, adhùc prætenſio non procederet, quando Ædificia fuerunt ex adverſo conſtructa in ſolo noſtræ Eccleſiæ ab anno 1644. ut in peritia Bufalini *Sum.impreſs.n.6.cum ſeq.* de quo tempore locus, qui pro Monaſterio nominatur, erat Communitas laycalis, & ibi puellæ ſæculares regebantur, quod eſt adeò verum,ut Excellentiſſima D. Livia Duciſſa Cæſarina puella ibidem, ad inſtar aliarum degens nupſerit,& per *Sac.Cong.Concilii*, me pro D. Livia ſcribente *ſub die* 30. *Septembris* 1673. fuit declaratum, locum S. Mariæ Septem Dolorum non eſſe regularem, ideòque ceſſat ſimiliter hæc ſecunda objectio.

17 Proindè deciſionem indigere reviſione, ad cujus effectum novam audientiam venire concedendam.

Quarè &c.

Joannes Maria Sentena Advocatus.

DECISIO XII.

EMERIX IUNIORE DECANO

Romana Laudemii, & Quindenniorum.

Veneris 16. *Junii* 1690.

ARGUMENTUM.

Ex translatione ſubcanonum non debetur Domino directo laudemium, neque conſequenter quindennia.

SUMMARIUM.

1 *Onus laudemii eſt odioſum, & non debet extendi de caſu ad caſum.*

2 *Debetur Domino directo pro labore, & conſenſu novæ inveſtituræ,& recognitione.*

3 *Nullum iſtorum intervenit in translatione Subcanonum à primo Emphyteuta ſuperadditorum à primo ſubinveſtito.*

4 *Non debetur laudemium pro conſenſu præſtito in impoſitione cenſus ſuper re emphyteutica,& n.6.*

5 *Jus exigendi ſubcanones non reſpicit dominium, neque poſſeſſionem rei emphyteuticæ.*

7 *Ceſſio juris, quod cedi non poteſt, nihil operatur, & num.*8. & 10.

8 *Jus exigendi laudemia à ſubinveſtitis competit Domino directo, non autem primo inveſtito, & num.*10.

IN Inſtrumento compoſitionis antiquæ controverſiæ, in quo acceptatis per Deputatos Loci Pii S. Euphemiæ reſolutionibus, & ſententia Rotali, per quas declaratum fuerat, quòd laudemia ſolvenda à ſubinveſtitis de quadam Vinea, ſeu Terreno, olim in Emphyteuſim conceſſo Marco Antonio de Maximis authori Loci Pii S. Euphemiæ per Venerabile Capitulum, & Canonicos Principis Apoſtolorum, uti Rectores Cappellæ Juliæ, in caſu futurarum alienationum ſolvi deberent dictæ Cappellæ Dominæ directæ, non autem Loco Pio primo Emphyteutæ, juxta firmata in *dec.*40. *per tot. par.*7. *recent.* confirmata *cor. bo: me: Albergato* 22.*Jun.*1671. reſervatum fuit decidendum de Voto Rotæ, an ex datione in ſolutum Canonum ſubalternorum, quam fecit Virginia hæres Marci Antonii præfato Loco Pio, iſte teneretur ſolvere laudemia, & ſucceſſivè etiam quindennia? Super quo dato per me ad ſenſum Partium opportuno dubio, negativa in omnibus prodiit reſolutio, fundata in eo, quòd Domino directo nullum jus competit ſuper Canonibus ſubalternis, neque in illorum alienatione, aut translatione requiritur illius licentia, aut conſenſus, ac propterea cùm onus ſit odioſum,& non extendatur ultrà caſum 1 ſcriptum, ut tradit *Gratian diſc.*784.*nu.*4.*Conciol. alleg.*15 *nu.*25.cum aliis allegatis per *Schrader.de feud.par.*10 *ſect.*2.*n.*49. proprièque debeatur Domino directo pro conſenſu, & labore novæ inve- 2 ſtituræ, ac recognitione, & actuali poſſeſſione ipſius rei emphyteuticæ tradenda novo Emphyteutæ juxta terminos textus *in l.fin.C.de Jur.emphyt.Cephal.conſ* 699. *n.*31.*Fulgin.de jur.emphyt. tit de laudem.qu.*8.*n.*14. & *qu.*23.*n.*1.& *ſeq.Gratian.diſc.*377.*n.*34. *Bonden.collect.legal.*35.& 84. *lib.*1.*Camerat. reſp* 26.*n.*50. *to.*1.*Conciol.alleg.*63. *nu.*9.*Surd.dec.*200. *nu.*3.*Rot.dec.*38.*n.*11.*par.*11. Et nullum horum intervenerit, nec intervenire debuerit in translatione Canonum ſubalternorum,per conſequens Locum Pium ad laudemia, 3 & ſucceſſivè ad quindennia non teneri, prout in ſimilibus terminis cenſus ſuper re emphyteutica, per quam res ipſa non traditur, nec utile illius dominium transfertur, ratiocinatur *Fulgin.* 4 *tit.de laudem.q.*10.*n.*2.*verſ.quam ego quoque amplector*, & firmant *Faber in C. tit. de jur. emphyt. definit.*72.*Roderic.de an.reddit.lib.*3.*q.*4.*n.*4. *Burg. de laudem qu.*2.*inſpect.*20,*n.*45. & 46.& *inſp.*38. *n.*8.*Leotard.de uſur.qu.*52.*nu.*12. *Sperell.dec.*120. *num.*12.& *ſeq.*

Non obſtante, quòd per ſubemphyteuticationem, ſeu ſecundam alienationem factam à primo Emphyteuta cum reſervatione ſubcanonum, non ità abdicetur ab eo utile dominium, quin remaneant penès illum reliquiæ, ſeu tertia quædam ſpecies juris apta inducere obligationem ſolvendi laudemium in caſu illorum alienationis,non ſecùs ac illud debetur in caſu alienationis melioramentorum. Quoniam pro congrua reſponſione Domini ponderabant, quòd eatenùs debetur laudemium in alienatione meliorامentorum, quatenùs iſta ſunt pars rei emphyteuticæ, & poſſidentur ab Emphyteutis, ſecùs autem in alienatione ſubcanonum, ſeu juris 5 illos exigendi à Subemphyteutis, quod nullatenùs reſpicit dominiũ utile, neque poſſeſſionẽ rei emphyteuticæ, ideòque pro illius translatione

non

6 non debet ſolvi laudemium, ſicut non ſolvitur pro Jure exigendi fructus in impoſitione cenſus, ut præter ſuprà allegatos advertit *Duard.in Bul. B.Pii V.de cenſib.§.Primò quæſt.19.ſub nu.11.cum plurib.congeſt. per Panimol. in 2.adnotat.ad dec.4. n.10.* tantoque certiùs quia aliàs Capitulum ex eadem re duplex reciperet laudemium, unum nempè quando ipſa res, vel ejus utile dominium alienatur, & alterum, quando, prout hic, alienantur ſubcanones.

Nec relevat, quòd Virginia non ſolùm *ceſſerit, & in ſolutum dederit Canones ſubalternos, ſed ulteriùs progrediendo, ceſſerit quoque omnia, & ſingula Jura etiam emphyteutica, & utilia, etiam*
7 *habendi laudemia in caſu alienationis &c.* ut ſunt verba præciſa Inſtrumenti, quia cùm poſtmodum compertum fuerit, quòd Jura reſpicientia
8 utile dominium, jam erant ceſſa ſubemphyteutis,ſeu ſecundò inveſtitis,juxta firmata per *Cald. de renovat.Emphyt.lib.1.q.13.n.11.& 34.verſic. quamobrem primus Dominus, & de extinction. Emphyt.lib.4.cap.16. n.39.Burg.de laudem.par.1. inſp.4.n.31.Corbul.de Cauſ.privation.ob non ſolut. Canon.ampl.20.ſub nu.1.verſ.nam licet,de Luca ad Franc.dec.437.ſub n.4.& 5.Rot.dec.4.n.13.par.7. recent. & Rot.* in ſuprà memoratis deciſionibus
9 declaraverit, quòd jus percipiendi laudemia à ſubinveſtitis competat Domino directo, non autem primo Emphyteutæ, & ſucceſſivè vigore ſubſecutæ tranſactionis reſtituta fuerint Capitulo Domino directo laudemia nulliter, & indebitè exacta, ſequitur, nullam vim fieri poſſe in hujuſmodi generalitate verborum inutilium contrà Capitulum Dominum directum, in cu-
10 jus præjudicium Virginia transferre non poterat Jus, quod ipſa non habebat. Et ità utraq;&c.

DECISIO XIII.

MUTO

Romana Coadiutoriæ ſuper Quindenniis, & Laudemiis.

Lunæ 14. Maii 1696.

ARGUMENTUM.

Coadiuto, non verò Coadiutori Laudemia, & Quindennia deberi firmatur, cùm illa inter fructus Præbendæ connumerentur, & probatio contrariæ conſuetudinis quando non urgeat, optimè explicatur.

SUMMARIUM.

1 *Inter fructus Præbendæ numerantur Quindennia, & Laudemia, & ſi Coadiuto fructus reſervati fuerint, illa ei, non Coadiutori debentur.*
2 *Conſuetudo, ex ſimplicibus fidibus non probatur.*
3 *Ut conſuetudo ex aliquibus actibus probata dicatur, exigitur probatio, quòd iidem emanaverint ad præciſum effectum ex eis conſuetudinem inducendi.*

INter fructus Canonicatus in Baſilica Principis Apoſtolorum de Urbe per Canonicum Philippum Coadjutum poſſeſſi Eminentiſſimus D. Cardinalis Vicarius per ejus ſententiam eidem ſpectare declaravit etiam quindennia, & laudemia, cui Canonicus Coadjutor non acquieſcens,ultrà aliud dubium hodiè propoſitum, & reſolutum, diſputari obtinuit: an, & cui debeantur quindennia, & laudemia, & Domini deberi Coadiuto reſponderunt, innixi Coadiutoriæ literis per Sanctiſſimum Dominum Noſtrum motu proprio conceſſis, in quibus Coadiuto reſervantur quoad vixerit, omnes, & ſinguli Canonicatus, & Præbendæ fructus, inter quos numerari quindennia, & laudemia latè 1
tradit *Fulgin.de jur.emphyt.tit.de laudem. qu.21. n.1.cum ſeqq.& qu.26.num.2.Rota coram Ubaldo dec.98.num.11.& 12.*

Abſque eo, quòd urgere viſa fuerit conſuetudo contraria memorata deſumpta ex depoſitionibus nonnullorum Teſtium aſſerentium quindennia, & laudemia nullatenùs non inſervientibus, ſeu non intereſſentibus præſtari, tum quia 2
ex huiuſmodi teſtibus ad perpetuam, & abſque citatione Partis examinatis conſuetudo non probatur, ut reſpondit *Rot.cor.Coccino dec.1814. n.6.cum ſeqq.coram Celſo dec.393.n.3.* Tum etiam quia licet per impoſſibile dictis teſtibus fides præſtanda eſſet,tamen de neceſſe probari debuiſſet, quòd id actum fuerit in vim conſuetudinis, 3
animoque illam inducendi, iuxta doctrinam *Abbat.in cap.fin.n.17.de Conſuetud.* quam expendit, *Rota in recentior.dec.421.n.7.par.1.& coram Celſo dicta dec.293.n.12.*

Et ita utraqu &c.

DECISIO XIV.

MUTO.

Romana Emphyteuſis.

Mercur. 11. Martii 1699.

ARGUMENTUM.

Ex ſubemphyteuticatione manui mortuæ per primum emphyteutam facta debentur laudemia, & quindennia Domino directo.

SUMMARIUM.

1 *Laudemium debetur Domino directo pro alienatione, & ſubemphyteuticatione emphyteuſis.*
2 *Quindennium debetur Domino directo, quando emphyteuſis tranſit ad manus mortuas.*
3 *Laudemium, & quindennium non debetur ſubemphyteuticanti.*
4 *Lapides apponendi ſunt in fundo emphyteutico cum inſigniis Domini directi pro faciliori dominii probatione.*
5 *Dominium bonorum emphyteuticorum probatur ex confeſſione hæredum ſubemphyteuticantis, contrà quoſcumque cauſam habentes à ſubemphyteuticante, accedente maximè reſervatione conſenſus Domini directi.*
6 *Clauſula* quatenùs opus ſit, *appoſita in reſervatione conſenſus, cenſetur appoſita ad cauthelam.*
7 *Controverſia eſt inter DD. an pro alienatione emphyteuſis per ſubemphyteutam facienda requirendus ſit conſenſus Domini directi, an verò ip-*

ipſius ſubemphyteuticantis.

8 *Declaratur* Deciſio in Romana Prælationis 18. Februarii 1685. coram bo.me. Albergato Decano.

9 *Dominum bonorum probatur ex aſſertiva facta in Inſtrumento.*

10 *Exceptio libertatis bonorum in una parte, perneceſſe ſupponit ſervitutem, & emphyteuſim in alia parte.*

11 *Dictio* & ad evitandam contradictionem *ſumenda eſt pro dictionem, ideſt, explicativè, & non ampliativè.*

12 *Productio, quæ eſt in parte, & partibus, non præjudicat producenti.*

13 *Confeſſio reiterata magis probat dominium..*

14 *Confinia bonorum probantur per Inſtrumenta pro Confinibus facta.*

15 *Non probata libertate bonorum, omnia præſumuntur emphyteutica.*

16 *Ocularis inſpectio, & acceſſus prævalet cuicumque probationi.*

17 *Bona intrà confinia exiſtentia, præſumuntur emphyteutica.*

18 *Res judicata afficit etiam ſubemphyteuſis poſſeſſores, maximè per prius citato illorum Auctore.*

19 *Res judicata in eadem cauſa venit præſupponenda, non autem incidenter revocanda.*

20 *Succeſſores confitentium tenentur de errore convincere plenè, & concludenter confeſſiones, excludendo omnem poſſibilitatem in contrarium.*

21 *Tertio perito deferendum eſt.*

22 *Ennunciativa ad ſui favorem emiſſa nihil probat.*

23 *Enunciativa non probat, quando poſteà agendo principaliter de enunciato, non autem incidenter, illa detegitur erronea.*

24 *Enunciativa emiſſa cum clauſula*, ut aſſeritur, *nihil veri determinat, ſed potiùs excludit conconfeſſionem, aut probationem aſſerti.*

25 *Confeſſio acceptanda eſt cum ſuis qualitatibus, & prout jacet.*

26 *Procurator, aut Advocatus non poteſt præjudicare ſuo Clienti.*

27 *Ex diverſis non fit illatio.*

28 *Confinium expreſſio compræhendit totum illud, quod intrà eoſdem confines continetur.*

29 *Maximè ſi proceſſum fuerit cum individuatione confinium, etſi bona enunciata, ſint in majori quantitate.*

30 *In tali caſu enunciatio præſumitur facta demonſtrativè.*

31 *Homines non ſolent habere res ſuas pro derelictis.*

32 *Poſſeſſores bonorum tenentur docere de eorundem bonorum libertate, ac confinia demonſtrare.*

33 *Non probata bonorum libertate, illa præſumuntur emphyteutica.*

34 *Data confinium diverſitate, comprænhenſio excluditur.*

35 *Relatio Peritorum executioni demandata, habet pro ſe præſumtionem juris.*

36 *Ceſſio litis omnem præſcriptionem aufert.*

ANnuis ſubcanonibus impoſitis ſuper ſitibus, quos aliàs ad ædificandum in ſubemphyteuſim perpetuam conceſſerat ab anno 1611. ad annum 1622. Marcus Antonius de Maximis, in planitie, ſeu in parte inferiori eius Vineæ maioris quantitatis exiſtentis propè bona DD. de Salviatis, Lantes, atque Riariis, ac Lungariæ viam, nec non ſub proprietate, vel dominio antiquitùs Eccleſiæ D. Jacobi in Septiniano, modòque Venerabilis Cappellæ Juliæ in Sacroſancta Baſilica Vaticana, cui fuit unita, ſeu ipſius Capituli, pro quo Pompeus de Maximis Auctor præcedenter, & de anno 1564. in locum annuæ reſponſionis Cadorum 38. Muſti ſcuta 30. pariter annua ſolvere ſe obligaverat, in ſolutis traditis pro ſatisfaciendo ære alieno per memoratum Marcum Antonium ſubemphyteuticantem contracto, partim à Virginia de Coſciaris illius ſorore, atque hærede, Pio Loco Puellarum S. Euphemiæ de Urbe, ac Pompeo de Blanchis creditoribus, partimque ab eiuſdem Virginiæ hæredibus Hieronymo de Cinciis pariter creditori, à quo nonnulli ex dictis ſubcanonibus in ſolutum receptis, poſteà devenerunt ad illos de Giglis, præfatum Capitulum, habita relatarum dationum notitia, ſtatim pulſavit dictas Puellas, pro ſolutione laudemii, ac pro appoſitione lapidum cum Inſigniis Sacroſanctæ Baſilicæ in Domibus gravatis dictis ſubcanonibus, ipſis in ſolutum datis, introductaque lite in hoc S. Auditorio, cùm eædem controvertere cæpiſſent proprietatem Capituli, primo loco aſſumpta ſuper eadem diſputatione, declaratum fuit, ſubcanones, atque Domos huiuſmodi exiſtere ſub dominio Capituli, prout ex Deciſionibus impreſſis in *recent. dec. 162. par. 5. & dec. 128. p. 6.* ſubindeque per aliam Deciſionem, quæ eſt in ordine *la 40. par. 7.* confirmata *coram bo. me. Albergato Decano die 22. Junii 1671.* reſolutum pariter fuit, Puellas teneri ad ſolutionem petiti laudemii, ad quarum Deciſionum formam prodiit ſententia Rotalis poſtmodùm executioni demandata, tàm per ſolutionem laudemii, quàm per appoſitionem lapidum, ut inter Partes non controvertitur, & Capitulum ultimo loco ſimile Judicium inſtruxit contra reliquos dictorum Subcanonum Poſſeſſores, & à R.P.D. Porta non difformem ſententiam reportavit, adversùs quam, interiecta appellatione ad Rotam, mihique contentione delegata, ſubſcripſi dubium — *An debeantur laudemia, ſeu quindennia Venerabili Cappellæ Juliæ, ſeu Reverendiſs. Capitulo S. Petri pro quibuſcumque alienationibus, ſeu ſubemphyteuticationibus bonorum, de quibus agitur tàm factis, quàm faciendis, & an, & in qua parte ſint apponendi Lapides in ſignum directi dominii dictæ Cappellæ, ſeu Capituli ſuper eiſdem*, quo licet ſemel, & bis abſque reſolutione propoſito ſub *diebus 4. Julii 1696. 19. Aprilis 1697. & 20. Junii ſubſequentis anni*, tandem hodiè PP. poſtquàm in iudiciali acceſſu differentiæ locum accuratè inſpexerant, in reſponſo convenerunt, *deberi laudemia, ſeu quindennia, & eſſe apponendos Lapides.*

Moti ex eo, quòd conſtitit de proprietate, ſeu dominio dictæ Cappellæ, & Capituli ſuper ſitibus, ac domibus, de quibus agitur, quo poſito, corollariè ſequitur in caſibus alienationum, & ſubemphyteuticationum præſtandum eſſe 1
tàm laudemium ex diſpoſitione textus in *l. fin. C. de jur. emphyt.* latè *Panimolla dec. 4. adnot. 1. num. 1. Rot. in Romana laudemii & quindenniorum 16. Iunii 1690. §. Primo, coram bo. me. Emerix Decano*, & in ſpecie de Subcanonibus traditis in ſolutum dictis Puellis S. Eufemiæ in *dicta dec. 40. per tot. par. 7.*

*par.7.*confirmata in *Romana laudemiorũ 22 Junii 1671.§.Meritò igitur,coram bo.me.Albergato,*
2 quàm etiam quindennium, quotiès Bona tranſeunt ad manus mortuas, ex quò tunc ceſſet ſpes laudemii, in cujus locum ſubrogatum fuit, juxta firmata per *Panimoll.dic.dec.4. num.1.cum ſeq.Rot.coram Coccin. dec.2314.ex nu.1. repetit.in recen.dec.494.par.9.coram Card.Cerro dec.2. n.12. cum ſeq repetit.pariter in rec.dec.374.ead.par.9. in dec.298.nu.1.cum ſeq.par.19. & in Romana quindenniorum 13. Maii 1689.§.Præmiſſo ſiquidem,*
3 *coram bo.me. Benincaſa,* & quidem ipſi Cappellæ, ſeu Capitulo Domino directo, non tamen ſublocantibus, *Amic.de jur.emphyt.qu.83.nu.7.Rot. in d.Romana laudemii, & quindenniorum 16.Junii 1690.§.Primo, coram bo.me.Emerix Decano, & in Nullius, ſeu Senogallien.Bonorum, 13.Maii 1697.§.A poſterioribus renovationibus, cor.Me,*
4 ac locum eſſe lapidum appoſitioni cum Inſigniis Sacroſanctæ Baſilicæ ad faciliorem ejuſdẽ dominii probationem, juxta receptam doctrinam *Bartoli in l. Stigmata C. de Fabricer. lib.11.* quam exornat *Rot.coram Vbald.dec.337.n.1. cum ſeq.& per tot.in rec.dec.79.n.8.par.5.* & in ſpecie in *dec.262.num.7.ead.par.5.*

Controverſos autem ſitus cum domibus ibidem ædificatis eſſe ſub proprietate, & dominio dictæ Cappellæ,ac Capituli deſumebant DD.ex clara illius confeſſione emiſſa per ejuſdem Marci Antonii ſubemphyteuticantis hæredes in recenſitis actibus dationum in ſolutum Subcanonum ſuper his ſitibus factarum Auctoribus modernorum Poſſeſſorum, nam in datione facta Auctori Joſephi de Blanchis in anno 1622.excepto ſitu Cæſaris Mani exiſtente in Plateola è conſpectu dictæ Eccleſiæ S.Jacobi in Septiniano per ipſius Marci Antonii fratres liberè acquiſito à Magiſtratu Viarum reliquos omnes confitetur exiſtere ſub proprietate ejuſdem Eccleſiæ S. Jacobi unitæ Cappellæ Juliæ, ad quem effectum Capituli conſenſus, & Beneplacitum reſervatur, ut in *ipſius Capituli Summario 20. Junii ſuperioris anni nu.7.* ibi -- *Promiſit, atque affirmavit, dictos annuos Canones, ut ſuprà ceſſos, & inſolutum datos ad ipſam uti hæredem dicti qm Marci Antonii ſpectare, & pertinere, non fuiſſe, nec eſſe alteri perſonæ venditos, datos &c.Situm dicti D.Cæſaris Manni eſſe liberum &c. & alios ſitus ſuper proprietate Eccleſiæ S.Jacobi in Septiniano &c.& infrà -- Item præmiſſa omnia, & ſingula prædicti DD contrahentes fecerunt cum reſervatione conſenſus, & beneplaciti Eccleſiæ S.Jacobi in Septiniano nuncupatæ, annexæ, & unitæ Cappellæ Juliæ ſub Invocatione B.M.V. in Baſilica Principis Apoſtolorum de Vrbe, & RR.PP.DD. Canonicorum, & Capituli dictæ Baſilicæ prædictæ Cappellæ Adminiſtratorum, quatenùs opus ſit &c.*In datione inſuper in ſolutum ſtipulata de anno 1626. favore Hieronymi Auctoris DD. Fratrum de Cinciis data in *dicto Summario n.8.* non diſſimilis reſervatio, & confeſſio habetur, ibi: *Reſervato tamen in primis, & antè omnia conſenſu, & beneplacito RR.DD.Capituli, & Canonicorum S.Petri de Vrbe, ſi, & quatenùs opus ſit &c.* & clariùs infrà -- *Quoniam ſitus prædictus, ſuper quo dicti Canones, ſeu reſponſiones reſervatæ ſunt, unà cum reliquo ſitu eodem in loco exiſtente dicti qu.Marci Antonii hæreditario ad præſens per dictum D. Tiberium &c. poſſeſſo eſt obligatus, & effectus eiſdem RR.Capitulo, & Canonicis S. Petri de Vrbe pro annuo cenſu, ſeu reſponſione ſcutorum, quem, ſeu quam in ſe dictus Tiberius, & Virginia Coniux accollarunt, ideò &c prædictus Tiberius, & Pompeus promiſerunt dictam reſponſionem ſolvere in futurum dicto Capitulo, & Canonicis, ipſumque D.Hieronymum à quibuſcumque moleſtiis hac de cauſa perpetuò eximere* &c. Quæ ſanè confeſſio, tàm explicita, & tàm ex reſervatione conſenſus, ſeu Beneplaciti deſumpta, veram dominii, ac proprietatis probationem convincit, nedùm adverſùs ipſos in ſolutum dantes, & recipientes, ſed contra quoſcumque cauſam ab eis habentes ex traditis per *Rot.in rec.dec.290.num.2.& 3.par.1. dec.198.n.9.& dec.340.n.24.par.19.in Anagnina, ſeu Sublacen.Confinium 23.Februar.1693.§.Potiſſimùm verò, coram bo.me.Emerix Decano, in Hortana Sylvarum 10. Martii præcedentis anni §. Inſurgit, coram Me,* confirmata *9. Junii ejuſdem anni, pariter coram Me,* & in ſpecie dationis factæ dictis Puellis S. Euſemiæ *dicta dec.262. nu.1. & 4. par.5.& dec.128.n.5.& 6.par.6.*

Non obſtante, quòd reſervatio conſenſus, & beneplaciti Capituli facta fuerit cum clauſula *ſi, & quatenùs opus ſit &c.* nam ea adjecta non fuit ad reddendam æquivocam, ſeu conditionalem confeſſionem dominii, & proprietatis favore Capituli ſatis explicitè in eiſdem dationibus 6
emiſſam,ſed dumtaxat in hoc caſu ad cauthelam appoſita cenſetur, ut conſuluit *Gabriel.conſ.92. n.7.lib.1.Rot.in rec.dec.13.n.11.par.8.* Cùm de 7
tempore emanatarum dationum in ſolutum diſputaretur inter Doctores, an conſenſus præſtandus eſſet à Domino directo, vel ab emphyteuta ſubemphyteuticante, & an illi, vel iſti laudemium deberetur, ſicuti videre eſt penès *Vbald. dec.203.per tot.*& latiùs in *dicta Romana laudemii 24.Junii 1671. coram bo.me. Albergato Decano.* Quin pro arguenda confeſſione conditionali huius dominii reſpectu Capituli recurri potuerit ad deciſionem editam in *Romana Prælationis 18.Februarii 1685.coram eodem bo.me. Arbergato Decano §.Ex parte verò,* dum ibi nihil ſuper hoc firmatur, & ſolùm uti motivum DD. Fratrum 8
de Cenciis refertur.

Maximè cùm huius confeſſionis veritas comprobetur etiam ex ſimilibus antiquioribus confeſſionibus proprietatis Capituli, nedùm ſuper his ſitibus, ſed ſuper tota Vinea maioris quantitatis; De anno ſiquidem 1564. Pompeus de Maximis Auctor dicti Marci Antonii ſubemphyteuticantis in actu proportionato tranſactionis cum Capitulo ſuper commutatione in pecunia reſponſionis annuæ 38.Cadorum Muſti dictam proprietatem, & dominium Capituli ſuper tota Vinea fatetur, ibi -- *Sub proprietate, & directo dominio Venerab. Eccleſiæ S. Jacobi in Septiniano de Vrbe membri annexi, & incorporati cum Venerab.Cappella Julia in Baſilita S.Petri petias viginti unam Vineæ, & alias tot, quot plures ſunt, unà cum quodam ſtabulo poſita in via Septiniana &c. cui Vineæ ab uno ſunt Bona hæredum qu.Flaminii Lantes, ab alio Bona Illuſtriſſimi Cardinalis Salviati, & ab alio ſunt Bona Illuſtriſſimi D. Julii Riarii antè viam publicam Lungariæ ſub annua reſponſione in totum barilium Muſti 38. tempore vindemiarum dictæ Cappellæ ſolvenda, ut in ſummá-*

mario Cappellæ 4. *Februarii præteriti num.*1. & ipſemet Marcus Antonius in venditione nonnullorum ſubcanonum ſuper his ſitibus facta tàm ad favorem Monaſterii Pœnitentiæ ad Lungariam, de anno 1615. quàm ad favorem ipſius Baſilicæ Principis Apoſtolorum uſque, & de anno 1616. nedùm illos, ſed totam pariter Vineam per ipſum in petiis 30.circiter ſuppoſitam expreſſit eſſe ſub proprietate, & dominio Capituli, excepto dicto ſitu non controverſo Plateolæ è conſpectu Venerab.Eccleſiæ S.Jacobi in Septiniano Cannarum 115. eius fratribus à Magiſtratu Viarum liberè conceſſo, ibi -- *Habens unam ejus Vineam magnam petiarum* 30.*vel circà in Via Lungariæ,ſeu Septinianæ &c.ſub directo dominio, & proprietate Eccleſiæ S.Jacobi in Septiniano unitæ, & annexæ Cappellæ Juliæ &c. gravatam annuo perpetuo Canone ſcutorum* 30. *monetæ dictæ Eccleſiæ S. Jacobi - Item habens quendam ſitum, qui olim erat Platea in conſpectu prædictæ Eccleſiæ &c. aliàs per DD. Viarum Magiſtros D. Camillo, & aliis ejus Fratribus conceſſum &c. dicto Summario* 20.*Junii num.6.*

Quam confeſſionem, & narrativam proprietatis Capituli Marcus Antonius pariter emiſit in Inſtrumento ipſarum ſublocationum, vel ſubemphyteuticationum, de quibus agitur, factarum ab anno 1611.ad annum 1622. ut in *præcitato Summario* 20.*Junii n.*2. & 4.*Februarii n.*4.& 5. Abſque eo, quòd controverti poſſit, huiuſmodi ſubemphyteuticationes factas fuiſſe de his ſitibus; Tùm ob illorum exiſtentiam intrà prænominatos confines, tùm etiam quia aliàs eædem ſubemphyteuticationes factæ ad ædificandum in alia parte Vineæ verificari non poſſent, cùm in parte ſuperiori vendita cla.me.Cardinali de Lantes, nulla appareant veſtigia Domorum, & alia pars inferior ædificata non excedat pætias duodecim cum dimidia, quantæ circiter ſubemphyteuticatæ probantur. Quin minùs obſtet enunciativa in eiſdem Inſtrumentis ſubemphyteuticationum facta, quòd Vinea pro maiori parte exiſtat ſub proprietate Capituli, nam ultrà quòd nonnulla Inſtrumenta deſu-
9 per confecta indiſtinctè aſſerunt, quòd Vinea eſt ſub proprietate Capituli, & quòd ſitus conceſſi reperirentur gravati in annuo Canone pro tota Vinea, quæ præponderare debent aliis *Rot. coram Coccino dec.69.n.6 & dec.*1887.*nu.*3.*in rec. dec.*31.*n.6.par.*18. talis expreſſio maioris partis adiecta cenſetur ad contradiſtinguendam libertatem ſitus dictæ Plateolæ aliàs à Magiſtratu Viarum ipſis de Maximis conceſſæ, & ab eiſdem Vineæ incorporati, non autem ad denotandum, quòd intrà Vineam adeſſet alia Pars libera,ultrà Plateolam, ut patet ex dictis Inſtrumentis datis *in Summario diei penult. Propoſitionis nu.6.* in quibus omnibus dicitur, Vineam pro maiori parte eſſe ſub proprietate Capituli, excepta
10 Plateola, exceptio enim libertatis in hac parte perneceſſe ſupponit ſervitutem, & emphyteuſim in reliqua Vinea iuxta regulam textus in *l.*1. §.*Excipiuntur ff.de feriis,* de qua generalitèr *Rot. in recent.dec.9.n.16.par.19.& in Romana juris legendi ſuper bono jure 9. Januarii præteriti* §. *Hæc in ordine, coram Me*, atque in puncto *in recent. dec.*128.*num.*17.*par.6.*

Etſi in nonnullis aliis exprimantur verba *pro majori parte, & excepta Plateola,*non exindè elici poteſt exiſtentia alicuius partis liberæ, ultrà dictam Plateolam,nam vel huiuſmodi expreſsio tanquàm emiſſa ad commodum ſubemphyteuticantis, & abſente Capitulo, eidem præiudicare non poteſt in concurſu præſertim aliarum expreſſionum, ſeu narrativarum ipſi Capitulo favorabilium,ſeu ad evitandam contradictionē, 11
dicta dictio & accipi debet pro *ideſt* explicativè, & non ampliativè ex doctrina *Bartoli in l.ſi is, qui ducenta* §.*Verùm n.*5.*ff.de reb.dub.Barboſa diction.*110.*n.*27.*Rot.in recen.dec.*167.*nu.6.par.*14. potiſſimè, qua nulla adſertur conceſsio, ultrà dictam Plateolam ſitus liberi, & tamen ſi exiſteret alia pars libera, expreſſa fuiſſet in conceſsionibus, ac data fuiſset ad Canonem, ut hinc nihil obſtet, quòd Capitulum produxerit dicta inſtrumenta, cùm productio ſit in parte,
& partibus, quæ non præiudicat *Adden.ad Gregor.dec.*238.*n.*15.*verſic.limitatur ſecundò, & Adden.ad Pamphil.dec.*165.*n.*16.*& dec.*225.*num.*12. 12
Quotiès enim confeſſio, ut hic, eſt reiterata, 13
magis probat,oſtenditque veritatem dicti dominii, & proprietatis Capituli, *Rot.coram Merlin. dec.*718.*n.6.cor.Celſo dec.*306.*n.*7. *in rec. dec.*424. *n.*4.*& 6.par.*10.*& dec.*28.*num.*4.*par.*17.

Sed etiam ab exiſtentia controverſorum ſituum inter quatuor invariabiles confines, Viam nimirùm publicam Lungariæ, Bona DD.de Salviatis, Lantes, atque Riaris expreſsos in antiquis Inſtrumentis, & ſignanter in præadducto tranſactionis ſtipulatæ de anno 1564. ex quibus
probari confinia, maximè in antiquis obſervant 14
*Manſ.conſult.*168.*n.*4.*Maſcard.de prob. conc.*394. *num.*1. *cum aliis per Rot. in dicta Anagnina, ſeu Sublacen.confinium ſuper bono jure* 23.*Febr.*1693. §.*Præmiſſo enim coram bo.me.Emerix Decano*, & patuit ex Planta, ac oculari inſpectione in acceſsu; Per quam namque exiſtentiam verificata redditur dicta confeſſio proprietatis penès Capitulum omnium ſituum intrà confines huiuſmodi contentorum, dùm niſi ſpecificè doceatur, ſeu oſtendatur ipſorum libera inter eos ac- 15
quiſitio, omnes præſumuntur emphyteutici Capituli per ea, quæ generaliter adnotant *Ruin. conſ.*50.*nu.*54.*&* 16.*lib.*1.*Pacion.de locat. & conduct.cap.*64.*num.*133.*Card. de Luca de emphyteuſ. diſc.*56.*n.*2. *Rot. dec.*147.*num.*8. *& per tot. par.*4. *diverſ.dec.*503.*ex num.*1 *par.*1.*rec. coram Merlin. dec.*174.*n.9.coram Bichio dec.*485.*num.*4. *in dicta Hortana ſylvarum* 10. *Martii præcedentis anni*, §.*Abſque eo, quòd coram Me, &* 9. *Junii ejuſdem anni* §.*Agnoſcunt Defenſores pariter cor.Me*, ac in puncto aliorum Subcanonum dictarum Puellarum S. Euſemiæ in *dicta deciſ.*262. *num.*8. *parte* 5.

Eoque magis cùm huioſmodi ſitus, ut ex dicta oculari DD.inſpectione in acceſſu prævalen- 16
te cuicumque probationi *Sperell.dec.*179.*nu.*19. *Rot.in dicta Anagnina, ſeu Sublacen. Confinium* 23.*Februarii* 1693.§.*Nihil adverſante in fine cor. bo.me.Emerix Decano*, remaneant commixti, & interſecati cum aliis ſitibus, citrà controverſiam ſimilis naturæ emphyteuticæ Capituli, nimirùm à parte Lungariæ, cum ſitu emphyteutico Monaſterii Pœnitentiæ à parte ſuperiori, cum ſimili ſitu vendito cla.me. Cardinali Lantes, & in medio ſparſim, & in pluribus locis cum aliis ſi-

ſitibus emphyteuticis antedictarum Puellarum
17 S. Euſemiæ, ut in his circumſtantiis augeatur
præſumptio, omnes intrà prænarratos confines
exiſtentes eſſe emphyteuticos, & ſub proprietate
Capituli ad textum in *l. fundi in princ. ff. de
action.empt. Natta conſ.204.n.1. lib.1.& conſ.246.
n.8.Curt.Jun.conſ.134.nu.5.Menoch. de præſumpt.
lib.3.præſ.91.n.63 Rot cor. Cavaler.dec.93.nu.11.*
& in ſpecie in ſæpè dictis *deciſ.262. num.8.par.5.
dec.128.n.18.par.6. & dec.40.n.31.par.7.* & cùm
inſuper in comprobationem urgeat dicta res ju-
dicata Tribunalis noſtri reſpectu ſituum dicta-
rum Puellarum S.Euſemiæ ſub dominio Capitu-
18 li, quæ afficit etiam reliquos Subcanonum Poſ-
ſeſſores, tùm quia in lite cum præfatis Puellis
citatus fuit Tiberius de Coſciaris illarum Auctor
ex *Rota cor. Ninot dec.4.n.7.cor.Bich. dec.79.n* 2.
*coram Card.Cerro dec.190. num.7.& in Ferrarien.
Cenſuum* 11.*Decembris* 1693. §.*Minùs cor.R.P.D.
Priolo*; Tùm etiam quia agitur de ſimilibus Sub-
canonibus in eadem parte Vineæ, & de eodem
articulo, ità ut res judicata, ac reſolutiones Ro-
19 tales in eadem cauſa emanatæ veniant præſup-
ponendæ, non autem incidenter revocandæ, *Rot.
in rec.dec.364. nu.3.par.4. poſt Zacch. de Oblig.Ca-
mer.dec.275.n.1.coram Buratto.dec.596.num.1.&
dec.587. num.4.in Leodien.Beneficii 1. Julii 1693.
§.Non enim coram bo.me.Emerix Decano.*

Adversùs quam adeò claram dominii proba-
tionem favore Capituli ſuper controverſis ſiti-
bus quidquam non obſtitit libertatis prætenſio
deducta tàm eo, quòd tota Vinea, ut ſuprà per
Marcum Antonium de Maximis poſſeſſa, ſit pæ-
tiarum 30. & tamen pætiæ 23. cum Ordinibus
131. ſint emphyteuticæ Capituli, in quibus jam
ſuum integraliter conſequutum fuerit, tàm in
ſitu vendito de anno 1615. Monaſterio Pæniten-
tiæ, pro quo recipit quindennium, ut in *dec.40.
ſub num.30.par.7.* quàm in ſitu vendito Puellis
S.Euphemiæ de anno 1622. ubi fuerunt Lapides
appoſiti; quàm etiam in ſitu Vineæ venditæ
Cardinali de Lantes, cum ſubrogatione locorum
Montium favore Capituli Domini directi con-
flantes dictas pætias 23. & ordines 131. ità ut
reliquæ pætiæ ſex circiter remanentes ſituum
poſſeſſæ per DD.de Cinciis, Giglis, & Bianchis
non ſubjaceant proprietati Capituli, quàm etiam
ex quò ob acquieſcentiam Capituli per 60.& ul-
trà annos talis libertas acquiſita remanſiſſet.

Etenim quoad primum præmiſſo, quòd Ca-
pitulum intentionem ſuam ſuper controverſis ſi-
tibus fundatam habet ex reiteratis, ut ſuprà con-
feſſionibus Authorum modernorum Poſſeſſo-
20 rum aliundè pariter comprobatis, ut ipſis tan-
quàm confitentium Succeſſoribus incumbat,
eaſdem confeſſiones plenè, & concludenter de
errore convincere, excludendo omnem poſſibi-
litatem in contrarium ex allegatis per *Rot.in re-
cent.dec.265.nu.23.par.7.dec.387.n.11. cum ſeqq.
par.9.dec.194.n.11.par.11.dec.373.num.2.par.15.
coram Bich.dec.220. n.27.& dec.143.n.12.& 13.
in Romana Salviani 18.Junii 1695. §.Hujuſmodi
confeſſio coram Me, in Abellina Juriſpatronatus
1696.§.In nihilo, & §.Quia diſtinctione, coram
Reverendiſs. D. meo Decano, & in Nullius, ſeu
Senogallien.Bonorum 13.Maii 1697.§.Abſque eo,
quòd, pariter coram Me,* & in puncto *Rot.in rec.
dec.128.num.12.par.6.*

In hypotheſi talis error in nulla ejus parte
probatus fuit. Aut enim ille deſumitur ex præ-
ſuppoſita majori quantitate Vineæ in pætiis 30.
& hæc vel non convincitur, aut ſi probaretur,
in nihilo relevaret; Non inquam convincitur,
nam ex inſtrumento tranſactionis anni 1564.
ex antiqua Planta anni 1617. & ex Relatione
tertii Periti Rotalis conformi etiam alteri depu-
tato à Capitulo conſticit, excluſo ſitu tortuoſo,
& ſylvato, ut infra, in Vinea DD. de Lantes,
juxta confines accuratè deſcriptos in ipſo Inſtru-
mento tranſactionis anni 1564. Vineam non ex- 21
ceſſiſſe pætias 23. cui ſignanter tertio Perito de-
ferendum eſſe pluries dixit *Rota coram Seraphin.
dec.1294.num.1.& 2.in rec.dec.376 num 3 par.5.
dec.10.n.11.par.6.& dec.171.n.3.par.7.*

Minimè attentis contrariis enunciativis habi-
tis, tàm in prænarratis Inſtrumentis ſubcon-
ceſſionum, & ſubemphyteuticationum factarum
per Marcum Antonium de Maximis, quàm in
relato Inſtrumento venditionis nonnullorum
ſubcanonum factæ ab ipſo Marco Antonio favo-
re Capituli de anno 1616. quàm etiam in Deci-
ſionibus editis favore Capituli in Cauſa cum di-
ctis Puellis S.Euphemiæ; Eò quia quoad enun-
ciativas emiſſas per Marcum Antonium in ſub- 22
emphyteuticationibus ad ſui favorem nihil pro-
bant, ut in terminis ſimilium confeſſionum li-
bertatis, cùm, ut plurimùm, emittantur ad
alliciendos deindè emptores, *Rota in Romana
fideicommiſſi de Avila 1.Martii 1694. §.fin.in fine
coram Me. & in dicta Hortana Sylvarum 9.Junii
præcedentis anni, §.Abſque eo, quòd, pariter cor.
Me*, ſignanter cùm hodiè non incidenter, ſed 23
principaliter de enunciato agatur, atque eædem
enunciativæ detegantur erroneæ ex menſuratio-
nibus Peritorum, Planta, & ex Inſtrumento an-
ni 1594. ſuperiùs indicatis ad textum in *l.error
C.de jur.& fact.ignor. Rot coram Coccino dec.809.
num.4.* & proſequitur dicta *Hortana Sylvarum,
eodem §.Abſque eo, quod in fine.*

Enunciativa verò in dicto Inſtrumento acqui-
ſitionis ſubcanonum factæ per Capitulum nul- 24
lius ſimiliter ponderis dignoſcitur, quia ibidem
emiſſa fuit cum clauſula, *ut aſſeritur*, quæ nihil
veri determinat, ſed potiùs excludit confeſſio-
nem, aut probationem aſſerti; *Gabriel.de con-
feſſion.concl.4. nu.27.Lotter.de re benef lib.2.q.13.
n.144.Rot cor.Bich.dec.116.n.9.* Et jam quia ta-
lis expreſſio favorabilis erat Capitulo, dum
etiam confitebatur, totam Vineam eſſe ſub ejus
proprietate, ità ut in quacumque quantitate
fuiſſet narrata, in nihilo præjudicium recepiſſet,
undè ex hoc, vel eadem expreſſio redditur erro-
nea; nulliuſque roboris, ſeu ſaltem accepto feren-
da, prout jacet, & cum dicta qualitate integræ 25
quantitatis emphyteuticæ Capituli, *Sabell.var.
reſ.cap.7.n.22.de Angel.de confeſs.lib.3.qu.11.n.1.
Rot.in recentior dec.270.num.6.par.2.& dec.434.
num.5.par.5.*

Enunciativæ demùm adjectæ in Deciſionibus
editis in Cauſa cum Puellis S. Euphemiæ mino-
ris efficaciæ redduntur tùm utpotè ad regulare 26
dictamen Defenſorum Capituli, qui eidem præ-
judicare non valent, *Rot.in rec.dec.104.num.44.
par.6.dec.64.nu.29.par.17.& in Romana Cambio-
rum 16.Januarii præteriti §.Demùm in fin.cor.Me,*
Tùm quia ſicuti de hoc principaliter non dubi-

tatur, neque erat contentio ſuper quantitate
27 Vineæ; id geſtum fuiſſe cenſetur præſuppoſitivè ad dictum Inſtrumentum, ac ad ſubemphyteuticationes, ut ſuper enunciato diſpoſitum non fuerit, *Rot. in recent. dec. 244. n. 5. par. 4. in Hortana Sylvarum 10. Martii præcedentis anni §. Minùs ad reddendas in fine coram Me, & in Piſauren Hæreditatis 5. Decembris ejuſdem anni § Demùm coram Me*, aut ſaltem intret ratio mox ponderata, quòd talis expreſſio qualificatè cum integra quantitate favore Capituli facta præſumitur, ut in dicto Inſtrumento anni 1616. indeque, prout jacet, accipienda.

Quinimò etſi Vinea cum hac quantitate pætiarum 30. circiter ex relatis enunciativis probata redderetur, non exindè Marcus Antonius, minùſque moderni poſſeſſores ab eo cauſam habentes, prætendere valerent libertatem in ſitibus, de quibus agitur, à dominio directo Capituli; Nam ultrà quòd præſens quæſtio non eſt ſuper tota proprietate pætiarum 30. ſed tantùm ſuper ſitibus datis in ſubemphyteuſim, & ad ædificandum, qui compræhenſis etiam illis poſſeſſis à dictis Puellis S. Euphemiæ, non aſcendunt ad pætias 12. cum dimidia, ut vix excedant medietatem pætiarum emphyteuticarum favore Capituli; Totum id, quod excederet pætias 23. cum Ordinibus 131. citrà contentionem emphyteuticas Capituli redderetur ſimiliter emphyteuticum ipſius Capituli, iſtud ſiquidem fundatam habet intentionem ejus proprietatis in integritate totius Vineæ in dicto antiquo Inſtrumento anni 1568. ſtipulato cum Authore ipſius Marci Antonii ſubemphyteuticantis, ubi, etſi non aſſerantur, ut prædictum fuit, pætiæ 30. dictæ Vineæ, ſed pætiæ 21. tamen talem aſſertio-
28 nem, cùm illicò ſubſequantur verba, *& aliàs pætias tot, quot plures ſunt*, totius Vineæ continentia ad corpus, & non ad menſuram explicata, & compræhenſa infertur ſub dominio Capituli ex *Bertrand. lib. 3. conſ. 20. n. 4. Spada conſ. 223 n. 3. lib. 2. Rot. coram Gregor. dec. 104. n. 5. & coram Coccin. dec. 410. n. 2. & in recent. dec. 226. num 24. par. 16.* Præmaximè cùm etiam proceſſum fuerit
29 cum individuatione confinium, ut dicatur in eodem compræhenſum totum id, quod intrà eoſdem continetur, etſi fuiſſet in majori quantitate per ea, quæ conſiderat *Ferrett. conſ. 91. n. 1. & 3. Mantica de tacit. lib. 23. tit. 6. nu. 14. Rota in Recanaten. fideicommiſſi 31. Januar. 1695. §. Ad declinandum coram R. P. D. meo Triolo*, & in hoc
30 caſu enunciatio facta prǽſumatur demonſtrativè *Rot. in recent. dec. 44. à n. 6. & dec. 226. n. 23. & ſeq. par. 16. & in Romana, ſeu Portuen. Tenutarum 13. Februarii 1693. § Eoque certiùs coram Reverendiſſimo Turonen.*

Aut præſuppoſitus error deſumi prætenditur ex geminis acquiſitionibus factis per Joannem Baptiſtam de Maximis Marci Antonii Auctorem in annis 1510. & 1519. datis in *Summario 4. Februarii præteriti à DD. de Cinciis n. 1.* in prima quarum aſſeritur ex ſex pætiis tunc acquiſitis, unam tantùm eſſe ſubjectam proprietati Eccleſiæ S. Jacobi in Septiniano ſub Canone unius floreni ſolvendo in die feſtivitatis ejuſdem Sancti, & pætias quinque liberas, & in altera mediam pætiam Canneti eſſe liberam, & immunem ab omni Canone, nec viſus fuit in probatis, quia ultrà quòd eædem rejectæ fuerunt in dictis Deciſionibus contrà Puellas S. Euphemiæ, illiſque poſthabitis deventum fuit ad ſententiam canonizantem proprietatem omnium ſituum exiſtentium intrà quatuor ſæpè enumeratos fines, ſubindeque in judicatum tranſactam, & executioni demandatam, non conſtitit poſſeſſionem iſtarum pętiarum fuiſſe in ſucceſſivo ſęculo continuatam penès acquirentium Succeſſores, prout probari debuiſſet ad convincendam de errore præaddućtam confeſſionem, quem omnis poſſibilitas excludit, ſed potiùs eadem continuatio removetur, ac veriſimilis diſtractio, & alienatio præſumitur ex dicto Inſtrumento tranſlationis anni 1564. celebrato cum Capitulo, in quo tota Vinea pætiarum tot, quot ſunt intrà enunciatos fines narrata fuit exiſtere ſub dominio, & proprietate Capituli, nulla facta mentione partis liberæ, quæ ſi extitiſſet, Pompeus de Maximis tunc enunciare non omiſiſſet; nam non ſolent 31
homines ſimiles res habere pro derelictis, ut benè *Rot. in rec. dec. 400. nu. 5. par. 1. & in dicta Hortana Sylvarum 10. Martii ſuperioris anni §. Demùm omiſſis coram Me*, ac etiam ex dicto alio Inſtrumento emptionis ſubcanonum factæ per Capitulum de anno 1616. ubi pariter aſſeritur totam, & integram Vineam eſſe ſub proprietate ipſius Capituli, excepta dumtaxat dicta Plateola, prout ex eo, quòd excepta via tortuoſa, & ſylvata DD. de Lantes, ut infrà, nullatenùs de pertinentiis dictæ Vineæ, vix remanent pætiæ 23. emphyteuticę citrà controverſiam, Capituli, tùm ex quò modernis poſſeſſoribus incumberet 32
onus oſtendendi pætias, ut ſuprà, liberè acquiſitas, ubi nam exiſtant, earumdemque confines digito demonſtrare, ut conſulit *Bald. conſ. 225. lib. 1. Valaſc. de jur. emph. qu. 4. n. 2. cum ſeq. Fulgin. eod. tract. tit. de contract. q. 27. n. 2. Rot. in ſæpè dicta Hortana Sylvarum 10. Martii præcedentis anni §. Abſque eo, quòd, coram Me*, ut niſi eas, ut hic cum ſuis confinibus oſtendat, urget præſum- 33
ptio, omnes eſſe emphyteuticas, ut proſequitur cum pluribus *Rota in mox dicta Hortana Sylvarum §. Abſque eo, quòd*, & in ejus confirmatoria *9. Junii ſubſequentis §. Agnoſcunt Defenſores, pariter coram Me*; Et demùm nec minùs convincitur, has acquiſitiones factas fuiſſe intrà hanc Vineam Marci Antonii de Maximis olim obnoxiam prędicto Canoni ſolvi ſolito in muſto tempore vindemiarum, cùm dicta pætia in prima acquiſitione ſub proprietate dictæ Eccleſiæ non ſit de iis ob diverſitatem tàm Canonis, & confinium, quàm diei ſolutionis, ſed de circumvicinis, pro quibus exiguntur Canones in pecunia, ut in *hodierno Summario Capituli nu. 3. & 4.*

Vel inſuper confeſſionis error elicitur ex præſuppoſito, quòd pætiæ ſexdecim hujus Vineæ venditæ fuerint D. Cardinali Lantes pretio ſcutorum 3500. inveſtito deindè in tot locis Montium ſubrogatis in locum proprietatis earumdem pætiarum favore Capituli, ità ut iſtud compræhenſis etiam ſitibus Monaſterii Pœnitentiæ, & Puellarum S. Euphemiæ, quantitatem integram ejus proprietatis aſſequutum fuerit, controverſique ſitus remaneant liberi penès hodiernos poſſeſſores, nec pariter regit, quoniam, ultrà quòd ex ſuprà firmatis, tota Vinea quantacumque ſit, eſt emphyteutica Capituli, nec probatur aliqua

Pars

Pars libera, excepto dicto ſitu Plateolæ non oppugnato, perperàm ſupponitur, partem Vineæ in dictum D.Cardinalem diſtractam aſcendere ad pætias 16. cùm ſit dumtaxat pætiarum 11. juxta relationem dicti tertii Periti Rotalis conformem præcedenti alterius Periti Capituli, abſque eo, quòd ad dictam majorem quantitatem convincendam connumerandi ſint duo ſitus, nimirùm ſylvatus nuncupatus *dello ſtradone*, & poſitus in planitie Montis Janiculi propè Bona Monaſterii PP.S.Honuphrii, nam hi comprahenſi non erant in dicta Vinea, ſed immò proprii DD.de Lantes, ut indicat dicta antiqua Planta anni 1617. per Marcum Antonium Authorem modernorum Poſſeſſorum ſubſcripta, quæ probat, *Conſul.dec.Lucen.*32.*n.*12. & oſtenditur manifeſtè, nedùm ex ipſo Inſtrumento venditionis favore Cardinalis Lantes, in quo dantur pro confinibus ipſa Bona DD.de Lantes à parte ſuperiori pluribus lateribus, quod nunquam eſſet verificabile, quatenùs controverſi ſitus confinantes cum DD. de Lantes à parte ſuperiori dumtaxat fuiſſent de pertinentiis Vineæ, ſed etiam ex quò iſti habent pro confine, tàm Bona Ducis Salviati, quàm PP. S.Honuphrii, quæ nunquam in Vinea pro confinibus aſſignata
34 fuerunt, ut data confinium diverſitate comprahenſio excludatur *Rot.coram Gregor.dec.*555. *num.*8.*coram Merlin.dec.*315.*nu.*5.*& coram Celſo dec.*170.*n.*13. atque etiam ex quò inter Vineam, & hunc contiguum ſitum nemoroſum *dello ſtradone* adhùc conſpiciuntur veſtigia parietis diviſorii clarè præſeferentia, illum non fuiſe comprahenſum, ſed ſeparatum à Vinea; In nihilum adverſante præſuppoſita inveriſimilitudine, quòd 11.petiæ Vineæ valutari potuerint in ſumma ſcutorum 300. & ultrà pro qualibet pætia; Nam in hac quantitate æſtimatæ fuerunt per Pe-
35 ritos, ut ipſorum relatio executioni demandata habeat pro ſe omnem præſumptionem juris *Rot. cor. Celſo dec.*309.*n.*10.*in rec.dec.*48 *nu.*1.*par.*11. *& dec.*14.*n.*11.*par.*18. præſerrim cùm venditio ſucceſſerit in vim retractus coactivi augentis rei valorem ex notiſſima Conſtitutione ſa:me: Gregorii XIII. & veriſimile ſit, habitum fuiſſe reſpectum ad exiſtentiam ſitus venditi intrà Urbem apti pro majori parte ad ædificationem Domorum, & demùm ex hac inveriſimilitudine confeſſio non poſſet de errore convinci, cùm requirat probationem certam, & concludentem ex ſuperiùs firmatis.

Quò verò ad ſuppoſitam acquieſcentiam Capituli ſpatio 6.annorum, ut præſcriptionis medio libertas acquiſita fuerit, minoris relevantiæ detecta fuit, ex dicto judicio moto cum Puellis S.Euphemiæ citatis hæredibus Marci Antonii ſubemphyteuticantis, ut ex *hodierno Summario Additionali Capituli n.*2. terminato ſolùm de anno 1675. quo Puellæ poſt *dictam Deciſionum bo: me: Albergati* ceſſerunt liti, quod omnem præ-
36 ſcriptionem ſubſtulit *l.nec Bona Cod.de præſcript. long.tempor.l.cùm notiſſimi* §.*Immò C. de præſcript.* 30.*vel*40.*ann.Rot.cor.Pamphil.dec.*134.*n.*2.*ibique Adden.num.*7.*& in rec.dec.*390.*num.*8.*par.*12.*& dec.*89.*num.*11.*par.*17.

Et ità poſt quartam propoſitionem, acerrimè Partibus informantibus, reſolutum fuit &c.

DECISIO XV.

MUTO.

Romana Emphyteuſis.

Veneris 11.Decembris 1699.

ARGUMENTUM.

In præſenti Deciſione confirmatur præcedens.

SUMMARIUM.

1 *Confeſſiones præſertim plures, & reiteratæ in actibus ſeriis plenè probant dominium tàm contrà confitentem, quàm contrà cauſam ab eo habentem.*
2 *Impugnare volens confeſſionem, clarè, & concludentiſſimè docere debet de errore.*
3 *Planta, & Relatio tertii Periti reddit confeſſionem incontrovertibilem, niſi error ſit viſibilis.*
4 *Enunciativa nihil probat, quando contingit principaliter dubitare de enunciato.*
5 *Enunciativa nihil probat, quando detegitur erronea.*
6 *Enunciativa incidenter emiſſa ad alium effectum, nihil probat.*
7 *Dominium directum probatur ex ſolutione Canonis.*
8 *Enunciativa magis roborata, & adminiculata attendenda eſt in concurſu alterius minùs adminiculatæ.*
9 *Clauſula*, ut aſſeritur, *potiùs negationem aſſerti, quàm illius confeſſionem importat.*
10 *Procurator non poteſt expreſsè, nec tacitè præjudicare ſuo Principali.*
11 *Standum eſt tertio Perito.*
12 *Confine differt à confinato, ſicut terminus à terminato.*
13 *Ex confinium diverſitate arguitur bonorum diverſitas.*
14 *Litis proſequutio tollit præſcriptionem.*
15 *Laudemium pro alienatione emphyteuſis debetur primo Domino concedenti, non autem ſecundo ſubemphyteuticanti.*
16 *Quindennium debetur pro translatione emphyteuſis ad manum mortuam.*
17 *Lapides apponendi ſunt ad probationem dominii.*
18 *Nemo renunciare liti præſumitur, quando ſperare poteſt cauſæ victoriam.*

IN propoſitione huius cauſæ habita ſub die 11. Martii currentis anni cenſuit Rota coram Me, deberi laudemia, ſeu quindennia Venerab. Cappellæ Juliæ, ſeu Reverendiſs.Capitulo S.Petri pro quibuſcumque alienationibus, ſeu ſubemphyteuticationibus Bonorum, de quibus agitur, tàm factis, quàm faciendis à DD. de Cinciis, Joſepho de Blanchis, & Gigliis, illorumque Auctoribus, adverſùs quam reſolutionem obtenta per Reos conventos nova Audientia, iterùm hodiè propoſui cauſam ſub conſueto dubio: *An ſit ſtandum, vel recedendum à deciſis*: cùmque Blanchi liti, & cauſæ poſitivè renunciaverint, & DD.de Cinciis diù expectati, & pluribus intimationibus laceſſiti, comparare renuerent, DD. unica Parte informante, *in deciſis*

 per-

perſiſtendum eſse reſponderunt.

Iterùm enim apparuit, conſtare de dominio directo, ſeu proprietate dictæ Cappellæ, & Capituli ſuper controverſis ſitibus, & domibus, ità ſuadente confeſſione expreſſa,& literali emiſſa tàm à Pompeo de Maximis Auctore Marci Antonii, à cujus hæredibus, mediante datione in ſolutum, cauſam habent DD. de Cinciis, & Giglii; Ille enim in Inſtrumento tranſactionis anno 1564. initæ cum Capitulo, in quo, loco annuæ reſponſionis Cadorum38.Muſti ſcuta 30. annua ſolvere ſe obligavit, totam Vineam pætiarum 21.& tot, quot plures ſunt inter quatuor certos, & invariabiles fines eſſe ſub dominio, & proprietate præfati Capituli expreſſit, quam ab ipſo Marco Antonio, qui eandem expreſſionem fecit ſuper pertinentia dominii totius Vineæ ad Capitulum, & quidem in pluribus actibus venditionis ſubcanonum factæ Monaſterio Pęnitentiæ ad Lungariam, & ipſimet Capitulo Vaticanæ Baſilicæ, ac ulterius in Inſtrumentis ipſarum ſublocationum, ſeu ſubemphyteuticationum, quàm etiam ab hæredibus ejuſdem Marci Antonii, qui in dationibus in ſolutum diverſis perſonis factis, & præcipuè Auctoribus DD. Fratrum de Cinciis faſsi fuerunt, omnes ſitus eſſe de dominio directo Capituli, cujus conſenſus, & beneplacitum fuit reſervatum, excepto dumtaxat ſitu exiſtente in Plateola è conſpectu Eccleſiæ S.Jacobi in Septiniano, quem Fratres Marci Antonii liberè acquiſiverunt à Magiſtratu Viarum, ut latè probatum fuit *in præterita mea Deciſione* §.*Controverſos autem cum tribus ſeqq.*Quæ
1 confeſſiones, præſertim plures, & reiteratæ in actibus ſeriis, & proportionatis emiſſæ prædictum dominium,& proprietatem Capituli plenè probant tàm contrà confitentem, quàm contrà habentes ab eo cauſam,ut ultrà adductos in *pręterita Deciſione* in puncto probationis dominii directi *Rot.coram Coccin.dec.628.num.4.Peuting. dec.259.n.4.& in rec.dec.290.num.2.& 3.par.1. dec.79.n.6.& dec.613.nu.4.par.5.dec.164.num.5. par.6.dec.34.n.3.par.18.& dec.340.n.25.par.19.*

Non obſtante, quòd tota Vinea per Marcum Antonium de Maximis poſſeſſa,ſit pętiarum 30. quarum 23.tantùm cum 131.ordinibus ſint emphyteuticæ Capituli, cumque pro iſtis receperit quindennium, & habuerit recognitionem in Dominum à Monaſterio Pœnitentiæ, à Puellis S.Euphemiæ, & à claræ mem:Cardinali de Lantes non poſſint dominium, nec proprietatem prætendere reſpectu aliarum pætiarum poſſeſſarum à DD.de Cinciis; Siquidem cùm ex ſupradictis confeſſionibus conſtet, totum ſitum Vineæ poſitum intrà quatuor fines DD.de Riariis, Salviatis, Lantes, & Viæ Lungariæ ſpectare ad Capitulum, prout quoque declaratum extitit per ſententiam Rotalem cum Puellis S. Euphemiæ, citatis etiam Auctoribus DD. de Blanchis
2 legitimè emanatam,& in judicatum tranſactam, is, qui impugnat talem confeſſionem, deberet clarè, & concludentiſſimè docere de errore, noviſſimè *Rot.in Tiburtina Caſtrorum7.Decembris currentis anni* §.*Non obſtante,coram Me*, Maximè, quia cum dictis reiteratis confeſſionibus, & judicato Rotali concordat etiam antiqua Planta anni 1617. & Relatio tertii Periti Rotalis, nec
3 non alterius à Capitulo deputati, quæ omnia ſimul juncta, eò magis reddunt prædictas confeſſiones incontrovertibiles, niſi error ſit palmaris, & oculis corporeis viſibilis,ut adductis concordantibus *Rot.in Nullius, ſeu Senogallien.Bonorum 13.Maii 1697.* §.*Ex qua renovationum ſerie in fine, coram Me.*

Cuius generis certè non ſunt enunciativæ contrariæ emiſſæ in dictis Inſtrumentis ſubconceſſionum, & ſubemphyteuticationum, vel venditionis ſubcanonum a Marco Antonio de Maximis factarum, prout nec aliæ enunciativæ emiſſæ in Deciſionibus emanatis inter Capitulum, & Puellas S.Euphemiæ; Etenim, ut ponderabatur *in alia mea Deciſione* §. *Minimè attentis, & ſeqq.* illæ Inſtrumentorum ſubemphyteuticationum nihil probant, vel quia principaliter dubitare contingit de enunciato, *Rot.coram Dunoz. jun.dec.603.n.8.Zarat.dec.47.nu.5. in rec. dec.56. n.41.& dec.404.n.81.& dec.414.num.29.par.19.* 4
Vel etiam quia deteguntur erroneæ, cùm adverſentur dicto Inſtrumento tranſactionis anni 1564. ſtipulato, Plantæ, & Peritis, *Rot. dec.56.n.41.& 42.& dec.223.n.15.par.19.recent.* 5
Vel quia fuerunt emiſſæ incidenter ad alium effectum, ut favore Marci Antonii ſubemphyteuticantis, ut de aliis ſimilibus confeſſionibus *Rot. coram Priolo dec.378.n.24.& dec.417.n.18. Cerr. dec.286.n.20.&dec.406.n.16.Dunoz.jun.dec.836. n.24.& in rec.dec.209.n.29.par.19.& in Civitatis Caſtelli Bonorum 19.Junii 1680.*§.*Non Relevante coram bo.me.Rondinino*, & de enunciativa emiſſa ad alium effectum; quòd non probet feudalitatem, *Rot.dec.119.nu.11.par.19.rec.cum ibi citat.* 6
Vel demùm quia enunciativæ ſunt variæ, & difformes, dum in aliis Inſtrumentis ſubemphyteuticationum indefinitè aſſeritur, Vineæ proprietatem ſpectare ad Capitulum, & ſitus controverſos, eſſe gravatos annuo Canone pro tota Vinea, quod arguit, totam eſſe emphyteuticam, 7
cùm pertinentia dominii, & proprietatis probetur ex ſolutionibus Canonis, ſeu Cenſus, ut firmant *Spada conſ.128.num.4.lib.2.Manſ.conſult.8. n.5.& 6.Adden.ad* Buratt.*dec.902.n.18. Rot.cor. Zarat.dec.89.num.6.Bich.dec.402. num.8. Millin. dec.439.n.1.Cavaler.dec.93.n.8.Cerr.dec.235.n.2. Pamphil.dec.461.n.3. Coccin.dec.628.n.5.in recen. dec.290.nu.3.6.& 7.par.1.dec.164. num.8. par.6. dec.33.n.4.par.13.dec.35.n.3. par.18. & dec.340. num.25.par.19.*

Stante autem diverſitate, & contrarietate enunciativarum attendi debent illæ, quæ aſſi- 8
ſtunt Capitulo, tanquàm magis roboratæ, & adminiculatæ, aut ſaltem iſtæ tollunt vim aliis, eiſque fidem minuunt, & vim probationis tollunt, *Rot.dec.414.n.30.par.19.ubi concordan.*

Alia enunciativa, quæ legitur in Inſtrumento venditionis ſubcanonum, cùm ſit adjecta ſimul cum confeſſione pertinentiæ totius Vineæ ad Capitulum, conquaſſatur ab iſta, quæ potiùs attendi debet tanquàm conformis Inſtrumento anni 1564. Plantæ, & Peritis, maximè, quia enunciativa non eſt certa, & determinata, ſed emiſſa cum clauſula, *ut aſſeritur*, quæ potiùs 9
negationem aſſerti, quàm illius confeſſionem importat, *Rot.cor.Pamphil.dec.91.n.3.ibique Adden.ſub n.12.verſ.dummodò enunciativa, Duran. dec.71.n.3.& in rec.dec.32.n.17.par.18.*

Nihilque pariter ſuffragantur enunciativæ emiſ-

emiſſæ in deciſionibus emanatis favore Capituli contrà Puellas S.Euphemiæ; Quia cùm lis in dicto caſu non verteretur ſuper quantitate Vineæ, enunciativæ dicuntur emiſſæ præſuppoſitivè, incidenter, & ad alium effectum, quæ propterea nihil probant, ut ſuprà dictum eſt; Fortiùs, quia in Cauſa ſolùm erat Procurator Capituli,
10 qui neque expreſsè, neque tacitè eidem potuit præjudicare, *Corbul.de Cauſ privation.ob mendac. cauſ.*1.*num.*11.*in fine*, *Fulgin.de iur.emphyt.tit.de var.caducit.qu.*10.*n.*11. *Rot.in Romana manutentionis* 12.*Junii* 1687. § *Sed neutrum coram cl.me. Cardinali Caccia*, *&* *in Hortana Sylvarum* 10. *Martii* 1698.§.*Opitulatur coram Me*.

Cæterùm dato etiam per hypotheſim, proprietatem Capituli eſſe ſolùm pætiarum 23. adhùc in facto non ſubſiſtit, quòd calculatis ſexdecim pætiis Vineæ venditis claræ memoriæ Cardinali Lantes cum ſitibus Monaſterii Pœnitentiæ, & Puellarum S. Euphemiæ Capitulum habuiſſet integram proprietatem ad ſe ſpectantem; Quia pars Vineæ vendita prædicto Cardinali aſcendit ſolùm ad pætias undecim juxtà uniformem relationem Periti à Capitulo deputati cum
11 alia tertii Periti Rotalis, cui omnino ſtandum eſt, *Rota in rec.dec.*376.*n.*3.*par.*5.*dec.*10.*num.*11. *par.*7.*&* *dec.*171.*n.*3.*par.*7.Neque ad augendum numerum pætiarum calculandi ſunt duo ſitus in planitie Montis Janiculi, quorum alter nuncupatus *lo ſtradone*, Nam iſti erant proprii DD.de Lantes, nec fuerunt empti cum dicta Vinea, ut patet tùm ex Planta anno 1616. confecta, & à dicto Marco Antonio ſubſcripta; Tùm ex confinibus aſſignatis in dicta venditione facta claræ mem.Cardinali Lantes, dum in ea aſſeritur, Vineam venditam terminari in pluribus lateribus à bonis DD. de Lantes; ſi enim bona DD. de
12 Lantes confinabant cùm pætiis Vineæ venditis, ſignum evidens eſt, non fuiſſe in venditione incluſa, cùm confine differat à confinato, ſicut terminus à terminato, *Decian. reſp.*40. *num.*27. *lib.*4.*Monte de finib. cap.*107.*nu.*4.*Rot cor.Merlin. dec.*690.*n.*7.*&* 8.*Peutinger.dec.*370. *nu.*27. *&* *in rec.dec.*151.*nu.*7.*par.*19. Tùm ex quo dicti ſitus pro confine habent bona PP. S. Honuphrii, & Ducis Salviati, cum quibus, cùm non confinet pars Vineæ venditæ, ex hac diverſitate confi-
13 nium diverſitas Vineæ à ſitibus præfatis arguitur, *Rot. coram Celſo dec.*170. *num.*13. *Merlino dec.*415.*num.*5.

Minùs obeſſe valet Capitulo acquieſcentia 60 annorum; Quia lis mota contrà Puellas S. Euphemiæ, citatis hæredibus Marci Antonii ſubemphyteuticantis, continuata uſque ad annum 1672. ſubſtulit quamcumque præſcriptionem,
14 quæ ex lapſu temporis, & acquieſcentia poſſet exoriri, *Rot.in rec.dec.*22.*n.*7.*dec.*300.*nu.*10. *&* *dec.*358.*n.*8.*par.*18.*&* *dec.*285.*n.*5.*par.*19.

Poſita autem probatione dominii, & proprietatis Capituli ſuper ſitibus,& domibus controverſis, planum eſt, eidem deberi laudemium
15 in caſu alienationis, & ſubemphyteuticationis, cùm illud debeatur primo Domino concedenti, non ſecundo ſubemphyteuticanti, ut ultrà alios in Deciſione relatos tradunt, *Thor.compend.dec. verbo laudemium fol.*306. *col.*2. *verſ.*4. *Borell.in ſum.dec.tit.de laudem.n.*100.*verſ.ſi primus,fol.*143 *col.*4.*Fulgin.de jur.emphyt. tit.de contract.emphyt. qu.*10.*n.*9.*&* *tit.de laudem.qu.*23.*nu.*1. *&* *per tot.* ubi de veriori, *Corbul.de cauſ.privation. ob non ſolut.Canon.ampl.*20.*n.*30.*Burg.de laudem. inſp.*4. *par.*1.*nu.*29.*Franch dec.*437.*per tot.* ubi quòd ità judicavit Sacr.Conſil.junctis Aulis, *Ricc.in obſ. ad eum pariter per tot. &* *collect.*1537. Et quindennium in caſum tranſitus bonorum ad manus 16
mortuas ſolvendum in locum laudemii, quod poſt talem translationem bonorum ampliùs exigi non poteſt, ut ultrà relatos *in alia mea Deciſione* §.*Moti*, firmant *Carol. Anton. de Luca in Appendice poſt ſchol.ad dec.Gratian fol.mihi* 306. *verſ.vel de Conſenſu,&* *verſ.confundere videntur*, *&* *fol.*307.*col.*2.*verſ.quindenniorum*, *de Marinis ad Reverter.dec.*403.*n.*3.*Bonden.collect.*35.*n.*124. *lib.*1.*Rot.dec.*180.*n.*4 *par.*1.*dec.*374.*n.*15.*&* *ſeqq.* *&* *dec.*494.*n.*7.*&* *ſeqq.par.*9 *rec.*Nec non permittendam eſſe appoſitionem lapidum cum Inſi- 17
gniis Vaticanæ Baſilicæ, quod Domino directo denegari non debet, cùm inſerviant ad probationem dominii, *Adden.ad Burat.dec.*632.*n.*19. *Rot.coram Peuting.dec.*259.*n.*5.*&* *in rec.dec.*476. *n.*11.*par.*4 *tom.*2.*&* *dec.*35.*n.*3.*par.*18.

Itaque omnia in univerſum eò faciliùs procedunt, attenta renunciatione, & ceſſione huic liti hodiè facta à Blanchis, & recognitione dominii directi favore Capituli cum obligatione eidem ſolvendi omnia, & integra laudemia ex alienationibus in futurum faciendis, & pro factis in præteritum medietatem illorum reſtituendi, *Summario hodierno Capituli n.unico*. Ex hac enim renunciatione facta per Blanchos acerrimos Oppoſitores Capituli, & Poſſeſſores majoris partis Domorum in dictis ſitibus fortiùs evadit bonum jus Capituli, & magis conſtabilitur dominium directum, & debitum laudemiorum favore ejuſdem, quia aliàs fatui fuiſſent 18
Blanchi, ſi jus eorum ità oſcitanter dimittere voluiſſent, liti, & cauſæ renunciando, quando probabilem victoriæ ſpem habere potuiſſent, ut in puncto renunciationis litis factæ à Monaſterio ſuper nullitate Profeſſionis, quòd inducat præſumptionem mali juris etiam contrà conſanguineos Monialis poſteà ad cauſam admiſſos, *Rot.dec.*361.*n.*11.*par.*19.*rec.*& de renunciatione litis facta à Conſocio, *Rot.in rec.dec.*168.*num.*18. *par.*15.

Et ità DD. in reliquis approbativè ſe habentes, ad firmata in alia deciſione coram Me edita, unica tantùm parte informante, altera diù expectata, & pluribus intimationibus laceſſita reſponderunt.

DECISIO XVI.

PIO.

Avenionen. Novenniorum.

Vener.26. Junii 1699.

ARGUMENTUM.

Dominus directus permittens transferri emphyteuſim in manum mortuam, ſibique non reſervans quindennia, cenſetur illa remiſiſſe.

SUM-

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*

2 *In Comitatu Venaiſſino de conſuetudine debentur Novennia loco quindenniorum à manu mortua.*

3 *Quindennia debentur, quando emphyteuſis tranſit in manum mortuam, ob ceſſatam ſpem devolutionis, alienationis, & ſucceſſivè ſolutionis laulaudemiorum.*

4 *Relevium debetur, quando feudum tranſit in manum mortuam.*

5 *Dominus directus permittens, quòd tranſeat emphyteuſis ad manum mortuam, nec ſibi reſervans quindennia, cenſetur illa remiſiſſe.*

6 *Maximè accedentibus circumſtantiis id ſuadentibus.*

7 *Ex eo, quod in ſecunda conceſſione facta manui mortuæ non fuerint reſervata quindennia, prout reſervata fuerunt in prima conceſſione, colligitur receſſum fuiſſe à prima conceſſione, proindeque non cenſeri reſervata quindennia.*

8 *Ex Canonis augumento in ſecunda conceſſione facto præſumitur remiſſum. quindennium conventum in prima conceſſione.*

9 *Si in pluribus ſubſequutis tranſactionibus inter Dominum directum, & manum mortuam nulla unquam fiat mentio quindenniorum, ſeu novenniorum, licet Dominus directus in eiſdem præſervaverit ejus jura, cenſetur remiſſum quindennium, ſeu novennium, & receſſum à prima conceſſione, in qua illud reſervatum legitur.*

10 *Ex præſervatione jurium directi dominii facta in tranſactione, & ſecunda conceſſione cenſetur virtualiter præſervatum jus novenniorum, ſeu quindenniorum pro laudemio Domino directo debitorum.*

11 *Cum quindennia non debeantur de jure, ſed de conſuetudine, illa venit ſtrictè intelligenda.*

12 *Reſervatio dominii directi cenſetur potiùs relativè appoſita ad ſolutionem Canonum, quàm ad novenniorum, ſeu quindenniorum præſtationem.*

13 *Ex longa obſervantia non petitæ, nec factæ ſolutionis quindenniorum, ſeu novenniorum inſurgit interpretatio, ſeu declaratio non illa debendi, vel inducitur libertas illa non ſolvendi.*

JOſeph de Cambiis Marchio, de Velleron. &
Baro Cajranæ prætendens, ſibi tanquàm
1 ſucceſſori bo.me. Antonii de Simiana de Sede-
rone olim dicti loci Cajranę poſſeſſoris, in quem
Cameræ Apoſtolicæ omnia jura dominicalia ſu-
per dicto feudo competentia per ampliſsimam
ceſsionem translata fuerunt, per Communita-
tem præfati loci præſtanda eſſe novennia, quæ in
2 Comitatu Venaiſſino de conſuetudine loco
quindenniorum à manibus mortuis Domino di-
recto perſolvuntur, ut teſtatur *Tondut.qu.benef.
par.1.qu.46.n.4.& Card.de Luca de judic.diſc.46.
n.4.* judicium introduxit coram Auditore Gene-
rali Avenionis, & voti compos factus, favora-
bilem ſententiam reportavit, quæ tamen ſubin-
de in Curia ab A.C.Origho revocata fuit. Cum-
que in gradu ulterioris appellationis mihi dire-
ctæ exquiſiverim hodiè: *An novennia debeantur,
& pro quo tempore*. DD. ex ſubnectendis ratio-
nibus non deberi reſponderunt.

Quamvis enim ex quadam æquitativa praxi
3 quindēnia alioquin in jure noſtro penitùs igno-
ta debeantur Domino directo, ubi bona em-
phyteutica in manus mortuas delata fuerunt, ea
nimirùm ratione, quia cùm eadem penès dictas
manus mortuas ſint perpetuò duratura, ceſſante
proindè ſpe devolutionis, & alienationis, fingi-
tur, quòd decimo quinto quolibet anno fiat di-
ſtractio, & conſequenter laudemium Domino
ſolvatur, ut advertit *Carol.Anton.de Luca in obſ.
ad dec.Gratian. in Append.ſol.307. col.2. §.Quin-
denniorum, Leo dec. Valent.77.nu.7.lib.1. Capon.
diſcept.forenſ.376.nu.19. Rot.in Romana quinden-
niorum coram bo. me: Benincaſa impreſſa penès di-
ctum de Luca loco cit. fol.302. §.Præmiſſo*, prout
etiam practicatur in feudis, pro quibus in eo- 4
dem caſu tranſitus eorundem in manus mortuas
ad conſulendum indemnitati Domini infeudan-
tis fit ſolutio relevii, quod à Domino exigitur
pariter ſingulis 15. annis, ut tradunt *Carol.An-
ton.de Luca in melior. ad de Marin. meliorat.235.
n.6.§ Pro Domino directo, Jul.Capon.diſcept.394.
n.42.& controv.30.n.13.& 17.Mar.Frecc.de ſub-
feud.lib.2.in Rubr.de auctorit.Baron.n.5.circ. med.
pag.318.PecK. in tract.de amortizat. bon. cap.23.
n.2.Joan. Dominic.Taſſon.in Politic. &. juriſdict.
obſ.verſ.2.obſ.2.n.117.& ſeq.pag.64.Rot.dec.494.
n.13 & 14.par.9.recent.* Quòd præcipuè proce-
dit in præſenti caſu, eo, quia in conceſſione bo-
norum, de quibus agitur facta per Cameram
Apoſtolicam Hominibus Cajranæ, in cujus lo-
cum ſucceſſit Baro, expreſsè conventum fuit,
quòd novennia per Communitatem perſolvi de-
beant, ut conſtat ex Inſtrumento dictæ conceſ-
ſionis exhibito *Summar.Marchionis num.1.*

Attamen cùm ad compeſcendas lites exortas
ſuper ſolutionibus laudemiorum inter Baronem,
ac Communitatem *uſque de anno* 1596. inita
fuerit inter eaſdem Partes rranſactio, in qua ſta-
bilitum fuit -- *Che le dette Montagne*, (ſunt verba
ejuſdem tranſactionis) *e Macchie della Corte &c.
reſtaranno, & apparteranno, ſiccome d'ogni tempo
immemorabile ſono rimaſte, & appartenute al Cor-
po della detta Communità manenti, e particolari
d'eſſa tanto di preſente, quanto che all'avvenire,
ſalvo però, e riſervato al detto Signore diretto la
direttità, e maggior ſignoria ſopra elle Montagne,
e Selve della Corte ſotto il Canone annuo, e perpe-
tuo, cioè per il Monte ſei ſoldi, e per la Selva del-
la Corte altri ſei ſoldi, e per le dette Ramiere altri
ſei ſoldi, e per le dette Terre, e piano di S.Martino
due denari &c.ſotto li quali Canoni li detti Sindici
hanno riconoſciuto tenere, e poſſedere, e la detta
Montagna Selva della Corte &c.*ex hoc manifeſtè
ſequitur, priorem conceſſionem à Camera Apo- 5
ſtolica factam cum reſervatione novenniorum
per hujuſmodi tranſactionem innovatam fuiſſe,
ideoque cùm in eadem Dominus directus certò
ſciret, quòd cum Univerſitate manu mortua
contrahebat, nil alud ſibi reſervaverit, quàm
conventos Canones, jus utique exigendi noven-
nia, ſeu relevia, cenſetur remiſſum; Cùm regu-
lare ſit in omnibus contractibus, quòd omiſſum
pro omiſſo haberi debeat in damnum ſtipulan-
tis, in cujus poſſe fuit clarioribus verbis pacta
concipere, ut in noſtris terminis benè firmant,
*Iſern.in cap.1.§.Similiter n.14.& ſeqq.de Cap. Cor-
rad.& in Conſt.poſt mortem n.60.& in cap.Impe-
rialem n.5.be probibit.feud.alienat. Afflict.in dict.
§.Similiter n.9.Agell.de jur.Adhoæ nu.75.Jacob.*

de

*de S.Georg.de inveſtit.feud.verbo feudum num.*33. *Genuen.practicab.Eccl.quæſt.*11.*num.*1. *de Marin. alleg.*1.44.*nu.*21. *& ſeqq.ad fin. & in addit.ad Reverter.dec.*413.*n.*3.*Carol.Anton. de Luca ad Gratian.diſcept.*377.*à n.*23.*& ſeqq.& ſignanter n.*29. *& in meliorat.ad de Marin.melior.*235.*n.*6.*verſic. è contrà ſit dicendum*, *Capon.controv.*31.*n.*6. *et ſeqq.Card.de Luca de emphyt.diſc.*50.*n.*4.*et ſeqq.*

Qui ſanè intellectus faciliùs recipiendus venit
6 in noſtra hypotheſi ob concurſum trium urgentiſſimarum circumſtantiarum apertè ſuadentium, receſſum fuiſse à priori conceſſione per præfatam tranſactionem novam inveſtituram
7 continentem, quarum prima eſt, quòd in dicta conceſſione facta per Cameram Apoſtolicam, Homines Cajranæ ſe obligarunt de novennio in novennium recognoſcere dictam Cameram in Dominam directam, eidemque perſolvere dimidium laudemium, ſcilicet novennium, ibi -- *cum pacto*, *quòd Communitas teneatur*, *& debeat*, *prout prænominati Syndici nomine*, *quo ſuprà promiſerunt dictum Tenementum de novennio in novennium recognoſcere*, *& dimidium laudemium ſolvere*. E converſo autem in tranſactione inita, ut dictum eſt, *anno* 1596. recognitio ex tunc facta fuit pro perpetuis futuris temporibus, ibi: *E mediante ciò li detti Sindici per ſe*, *e li ſuoi qualunque futuri hanno riconoſciuto il detto Signore Antonio Simiane ivi preſente*, *& accettante per ſe*, *e li ſuoi in avvenire Padrone diretto*: Ex qua igitur diverſitate pacti validiſſimum inſurgit argumentum manifeſtans,quoad recognitionem in Dominum directum diverſitatem quoque conventionum, reſpectu ſolutionis laudemiorum, nam quemadmodùm attenta lege prioris conceſſionis juſtum erat, quòd ſingulo novennio ſolvi, ac reſpectivè exigi deberet dimidium laudemium ob novam recognitionem dominii, ità etiam hodiè incongruum eſt, quòd idem laudemium debeatur poſt dictam tranſactionem quolibet novennio, quando in eadem unica fuit ſtipulata recognitio dominii, cùm illud non niſi pro dicta recognitione ab emphyteuta ſolvi debeat ad *text. in l. fin.Cod. de jur. emphyt. Burſatt. conſ.*56.*num.*16.*Fulgin. de jur.emphyt. tit.de var. caducit.qu.*16.*n.*6.*Rot.dec.*38 *n.*11.*par.*11.*recen.*

Altera verò circumſtantia eſt, quòd in ſecun-
8 da Inveſtitura contenta in ſæpè dicta tranſactione annuus Canon, qui in prima conceſſione ſolvebatur per Communitatem in groſſis ſex, adauctus fuit uſque ad ſolidos decem, & octo cum duobus denariis: Hoc enim augmentum, quod præſefert prioris conceſſionis immutationem, liquidò oſtendit, eatenùs fuiſse remiſsa per Dominum directum debita novennia, quatenùs ipſe ex Canonis augumento aliud emolumentum perpetuum conſequebatur, ut ad rem conſiderat *Card. de Luca dicto diſc.*50. *de emphyteuſi n.*8.*in fin.verſic.ac etiam quia*.

Et denique tertia deprædenditur ex eo, quòd
9 in pluribus aliis ſubſequutis tranſactionibus inter Communitatem, & Baronem, de quibus *Summar.Communitatis n.*2. *&* 3. nedùm ulla unquam mentio habetur de dictis novenniis, quamvis in eiſdem Domini directi diligenter recenſeant, ac præſervent eorum jura; Verùm etiam in illis exprimitur à Communitate titulus retentionis bonorum deſumptus à tranſactione *anni* 1596. Ex quibus certè efficitur, à partibus non fuiſse ampliùs habitam in conſideratione antiquam conceſſionem tanquàm innovatam, ſed tantùm pro vero, & independenti titulo à priori Inveſtitura, fuiſse adductam tranſactionem præfatam,quæ propterea unicè attendenda venit.

Abſque eo, quòd in contrarium obeſse poſſit obiectum,quòd nempè cùm in dicta tranſactio- 10
ne Dominus directus ſibi literaliter reſervaverit jus directi dominii ſuper bonis Communitati conceſſis, exindè iure inferri valeat fuiſse virtualiter præſervatum ius conſequendi novennia pro laudemio debita Domino directo, in recognitionem dominii, iuxta *conſil.Soccin.jun.*70.*n.*19. *lib.*3. cum qua opinione pertranſit *Fulgin.de jur. emphyt.tit.de laudem.qu.*8.*n.*7. *in fin.* quandoquidem cùm ex Doctorum placito, ac noſtri Tribunalis ſententia ſuperiùs firmatum fuerit, quòd
quindennia non ex iuris diſpoſitione,ſed tantùm 11
ex conſuetudine Dominis directis opitulante debita ſint, quæ proindè, ut iidem Doctores notant, ſtrictè ſemper venit intelligenda, & in quantum fieri poteſt, reſtringi debet, ſequitur,
quòd reſervatio directi dominii cenſeri potiùs 12
debeat relativè appoſita ad ſolutionem Canonum in tranſactione per Communitatem promiſsorum,quàm ad novenniorum prçſtationem, quæ tanquàm ex uſu introducta eo ipſo, quòd Dominus directus illorum ſolutionem ad ſui favorem ſtipulari neglexit, videtur conſultò remiſſa iuxta communem ſententiam Feudiſtarum in *dicto* §.*Quamvis enim*, adductorum.

Poſtremò ad quamcumque difficultatem penitùs ſubmovendam, accedit his omnibus cente- 13
naria obſervantia, in cujus adeò longi temporis decurſu nulla unquam petita, ac facta apparet novenniorum ſolutio, ex qua ſanè obſervantia, vel optimè declaratæ remanent dictæ novativæ tranſactiones, quatenùs eſſent dubiæ, vel ſaltem ex ea Communitati quæſitus fuit titulus habilis ad vindicandam libertatem per ea, quæ latè in conſimili caſu tradit *Roſa conſult.*12.*ex num.*48. *cum ſeqq.* & in ſpecie ponderat *Cardinalis de Luc. citato diſcurſu* 50.*de emphyteuſi num.*8.*verſic.undè propterea*, *& in ſumma ad dictum tractatum de emphyteuſi par.*2.*ſupplement.n.*62.*&* 64.*& de Regalibus diſcurſu* 262.*nu.*9.& dixit *Rota coram Seraphino deciſione* 1410.*per totam*, *& deciſione* 712. *n.*12.*&* 14.*par.*18.*tom.*2.*recen.*

Et ità utraque &c.

DECISIO XVII.

R.mo P. D. MOLINES DECANO.

Cavallicen. Homagii.

*Vener.*29.*Januarii* 1700.

ARGUMENTUM.

Ex Bonis Baronalibus allodialibus, manui mortuæ emphyteuticatis non debentur quindennia.

SUM.

S U M M A R I U M.

1 *Quindennium debetur ex emphyteuſi in manum mortuam translata.*
2 *In Comitatu Venaiſſino adſunt Bona triplicis ſpeciei.*
3 *Laudemium non debetur immediato Domino ſubemphyteuticanti, ſed mediato Domino ſuperiori, quando fit ſubemphyteuticatio.*
4 *Baroni loci habenti tàm directum univerſale, quàm juriſdictionale dominium debentur quindennia, vel aliæ reſponſiones pro tranſitu bonorum ad manum mortuam.*
5 *Bona præſumuntur libera juxta primævum naturæ ſtatum.*

Secundò in excluſione alti dominii directi univerſalis conſpirat ea efficaciſſima ponderatio, quòd plures Eccleſiæ, & Religioſorum
1 Monaſteria ſita in eodem Territorio, nullam reſponſionem ſolvant Baroni, minuſque quindennia, quæ loco laudemii debentur Domino directo, quando res emphyteutica poſſidetur, ſivè tranſivit in manus mortuas, latè *Rot.dec.*474. *&* 494.*par.9.recent.*

Nullatenùs reſiſtente ponderatione facta per
2 Scribentes pro Duce, quòd attenta triplici ſpecie bonorum vigente in Comitatu Venaiſſino, de qua meminit *Tondut.qu.civ.*41.*num.*22.*lib.*1. etiamſi conſtet ex præmiſſis de pluribus alienationibus factis cum reſervatione dominii directi favore diverſarum perſonarum particularium, nec non de ſolutione laudemiorum, ac denegatione quindenniorum, attamen hæc omnia compatibiliter ſe habent cum dominio alto directo, & univerſali competente Baroni, cùm illa dominia directa expreſſa in relatis actibus exhibitis per Communitatem ſint ſubalterna adinſtar ſubemphyteuſis, & juxta unam ſpeciem bonorum ex tribus relatis per *Tondut.* quæ dicuntur franca.

Quoniam admiſſa etiam hac ſpecie bonorum
3 francorum, & in quibus verificari poſſunt ſubemphyteuticationes, ſeu ſubalterna dominia, eſt certum, quòd de jure occurrente alienatione ſimilium bonorum laudemia non debentur immediato Domino directo ſubemphyteuticanti, ſed pertinent ad Dominum directum ſuperiorem, ut magiſtraliter examinato articulo dixit *Rot.dec.*40.*per tot.par.*7.*rec.* quod cùm non fuerit ſolutum dicto Baroni Domino Superiori, exindè palàm fit, quòd in Territorio Caſtri Thori verè adſint bona libera, & allodialia, quorum Poſſeſſor à nemine alio illa recognoſcit, præterquàm à Deo omnium bonorum liberorum, ſeu allodialium, adeò ut Baroni verè competeret altum dominium directum univerſale jure privato, ad differentiam alterius dominii juriſdictionalis, utique Eccleſiæ, & Religioſorum Monaſteria deberent illi ſolvere, vel dicta quindennia, vel aliquam aliam recognitionem, nec poſſent ullam allegare exemptionem, ut concurrente utroque dominio in perſona Baronis latè tradit *Card. de Luca miſcellan. Eccleſ.diſc.*7. *per tot.*

Cæterùm pro coronide animadvertebant
4 DD. in hac cauſa, quod licet fuerint adducti ex parte Baronis plures actus, ex quibus eliciebantur argumenta, & indicia ad ſuadendum prætenſum dominium directum univerſale, attamen concurrebant quoque ex parte Communitatis urgentiores probationes pro illo excludendo, quo caſu ſemper in judicando favendum eſt reis conventis, & vindicantibus libertatem bonorum iuxta primævum naturæ ſtatum per *text. in l.favorabiliores ff.de reg.jur. cap.ex literis de prob.* & 5
in noſtris terminis latè tradunt, *Menoch.dic. conſ.*295.*nu.*19.*Surd.conſ.*135.*n.*122. *uſque ad fin. cum aliis concordan.in Romana, ſeu Veliterna ſucceſſionis* 9.*Junii* 1698. §.*Non minùs cor. R. P. D. meo de Tremoille.*

Et ità utraque Parte audita reſolutum fuit.

D E C I S I O XVIII.

Rmo P. D. MOLINES DECANO.

Romana Quindenniorum.

*Vener.*13. *Maii* 1701.

A R G U M E N T U M.

Quindennia calculanda ſunt iuxta valorem ſtatus antiqui de tempore, quo emphyteuſis devenit ad manus mortuas, non autem iuxta valorem ſtatus præſentis, quo fundi æſtimatio aucta ſit ob ſuperventa melioramenta.

S U M M A R I U M.

1 *Emphyteuſis tranſire nequit in manum mortuam ob præjudicium Domini directi ex impoſſibilitate devolutionis ex linea finita, & ex difficultate alienandi, ſicque ex ceſſatione laudemiorum.*
2 *Ex generali conſuetudine manus mortua, in quam emphyteuſis devenit, tenetur intrà annum, vel biennium à ſe evacuare emphyteuſim, illamque ponere in perſonas privatas.*
3 *Manus mortua retinere volens emphyteuſim, tenetur ſingulis quindecim annis ſolvere laudemium Domino directo in perpetuum ad reſarciendum illi damnum ob indè ſequutam amiſſionem jurium dominicalium, quòd quidem laudemium à tempore ipſius ſolutionis nuncupatum fuit quindennium.*
4 *Quindennia regulanda ſunt iuxta ſtatum antiquum fundi emphyteutici, non autem juxta præſentem fundi ipſius meliorati.*
5 *Quindennia introducta fuerunt ob veriſimilitudinē, quòd ſingulis quindecim annis ſequi valeat alienatio bonorum emphyteuticorum.*
6 *Laudemia ſolvenda ſunt habita ratione melioramentorum.*
7 *Subrogatum aſſumit omnes qualitates rei, in cujus locum ſubrogatur.*
8 *Alienatio emphyteuſis fingitur intervenire ſingulis quindecim annis ad effectum quidem præſtandi in genere laudemium Domino directo, non autem ad effectum illud ſolvendi juxta modum, quo ſolvitur laudemium, quando ſequitur vera, ac realis alienatio.*
9 *Nullus Doctor firmat, quindennia ſolvenda eſſe ex melioramentis.*
10 *Fictio in caſu ficto operatur, quod veritas in caſu vero, quò ad terminos tantùm, pro quibus indu-*

ducta eſt fictio, non verò quò ad caſus ſeparatos, ad quos illa per fingentes non dignoſcitur ampliata.

11 *Quando emphyteuſis alienatur unà cùm melioramentis, tunc debetur laudemium etiam ratione melioramentorum, in nova namque Inveſtitura hoc caſu requiritur etiam ratione melioramentorum, conſenſus Domini.*

12 *Laudemium non debetur, quando renovanda eſt emphyteuſis favore compræhenſorum.*

13 *Emphyteuſis remanens apud manum mortuam, videtur, vel fingitur ſingulis quindecim annis renovari.*

14 *Solutio quindenniorum debitorum ex emphyteuſi ad manum mortuam tranſeunte originem habet à ſimilibus quindenniis debitis ex Beneficiis unitis manui mortuæ.*

15 *Annatæ ſemper ſolvuntur in eadem quantitate, ſivè fructus Beneficii augeantur, ſivè decreſcant.*

16 *Idem debet eſſe judicium æquiparatorum, quando una, & eadem concurrit ratio.*

17 *Fictio, quòd emphyteuſis alienetur ſingulis 15. annis, quando tranſit ad Eccleſiam, cedit in damnum ipſius Eccleſiæ, non enim ſemper intrà 15. annos contingit alienatio in extraneos, quando immò aliquando nec intrà unum ſæculum ſuccedit alienatio tribuens jus exigendi laudemium.*

18 *Quindennia in pluribus locis ſolvi ſolent ſingulis tantùm quadraginta annis.*

19 *Quindennia ſolvi ſolita ex emphyteuſi ad manum mortuam deventa, inducta fuerunt ad exemplum ſimilium quindenniorum, quæ ſolvuntur pro Beneficiis unitis.*

20 *Quindennia debita ex Beneficiis regulantur à ratione* l.hæreditatum ff. ad leg.Falcid. *quia illa conferuntur ad vitam unius perſonæ, quam non egreditur.*

21 *Caſus debiti quindennii pro emphyteuſi penès manum mortuam perventa non benè regulatur cum quindennio debito ex Beneficiis.*

22 *Dominus directus conqueri nequit, ſi quindennium non exigit ratione melioramentorum, cùm dari poſſet caſus, quòd emphyteuſis, etiamſi deveniſſet ad alias manus non mortuas, attamen neque intrà ſæculum ſequuta alienatione deberetur laudemium.*

23 *Vtilius eſt Domino directo quindennium juxta antiquum ſtatum exigere, quàm juxta præſentem, cùm ſicuti ſingulis 15. annis emphyteuſis augeri poteſt, ità quoque illius valoris diminutio contingere poſſit.*

CUm bona emphyteutica tàm laicalia, quàm Eccleſiaſtica nequeant invito Domino di-
1 recto in perpetuum manere penès Collegia, Univerſitates, Eccleſias, aliàſque manus mortuas, ad quas, vel ex ſucceſſione, aut ex contractu perveniſſe contigerit, nè ob impoſſibilitatem devolutionis ex linea finita, & Ceſſationes alienationis, ipſe Dominus directus fraudetur iure conſequendi laudemia ad *text.in cap. Si gratiosè de reſcript.& in cap. potuit de Locatione, ibique Gloſ.verbo prohibetur, & Abbas num.*10. & latè tradunt *Mariſcot.var. reſol. cap.3 ſub n.7. verſ. Quando ſanè*, & ſequitur *Rota coram Card. Cerro dec.226.n.27.& dec.271.n.17.&* 18. & pleno calamo exornat in *Ferrarien.ſeu Imolen.bonorum 26.Martii* 1700.§.*Vndè quia cor.R.P.D.meo Anſaldo.*

Idcircò ex generali ubique recepta conſuetudine introductum eſt, ut, ſi in Eccleſiam deve- 2
nerint bona emphyteutica, cogi valeat ad illa infrà annum, ſeu biennium in perſonas privatas transferendum, ipſorumque pretio, ſive extimatione receptis juxta famigeratam Doctrinam, *Speculatoris lib.4. tit.de emphyt.* § *Nunc aliqua qu.127.nu.143.& qu.154.n.182.* quam ſequitur communis Doctorum ſcola, & præ cœteris *Alexand.conſ.130.n.4.lib.1.Grat.diſcept.481.num.67. cum ſeq.Rot.dec.649.n.1. & ſeq.coram Merlin. & in recent.dec.76.nu.22.par.12.& in Ferrarien. ſeu Imolen.bonorum* 1.*Julii* 1699.§ *Inter haſce coram Me*, & in prælaudata ejus confirmatoria 26.*Martii* 1700.§.*Solumque inter Cancellos coram R.P.D. meo Anſaldo*, & quatenus Eccleſia pro ſe talia bona retinere vellet, inolevit Praxis, ut habito reſpectu ad damna, & incommoda, quæ Dominus directus patitur, neve ejus jura dominicalia extinguantur, teneatur in perpetuum ſingulis 3
quindecim annis ſolvere laudemia, quæ à tempore faciendi eorum ſolutionem, quindenniorum nomen obtinuerunt, *Ricc. in prax.var.quotidian. reſol.142.per tot.Capon.diſceptat. 376. nu.19. Rot. dec.280.n 21.par.1.recen.& dec.474.n.10 cum ſeq. & ſignanter n.21.& dec.484. nu.7 cum ſeq par.9. recen.& in Vrbinaten.ſeu Senogallien. emphyteuſis* 23.*Martii* 1696.§.*Aut intellexit in fine coram me, & in Avenionen. novenniorum* 26. *Junii* 1699. §.*Quamvis enim coram R.P.D.meo Pio.*

Ad huiuſce legalis diſpoſitionis tramites, pronũciavit bo.mem. R.P.D.Altovitus uſque de anno 1676.Venerabile Monaſterium S.Coſmatis de Vrbe teneri, & obligatum eſſe duas domos de directo dominio Archihoſpitalis S.Jacobi Incurabilium, quas ex hæreditate Sororis Mariæ Candidæ Mongallæ acquiſiverat, vendere, & alienare privatis perſonis infrà annum à die publicationis, & intimationis ſententiæ computandum, & quatenùs voluiſſet de conſenſu Archihoſpitalis pro ſe retinere, illud recognoſcere teneatur in Dominum directum, ſolvere omnes canones decurſos, & laudemium pro prima acquiſitione, & deindè ſe obligari ſolvere in perpetuum ſingulis quindecim annis inchoandis à die acquiſitionis quindennium ad rationem duorum pro quolibet centenario valoris pretii extimandi per duos Peritos eligendos, ut latiùs patuit ex tenore ſententiæ tranſcriptæ in *Sum Archihoſpitalis nu.* 10.

Ad normam hujus judicati ab utraque Parte acceptati Monaſterium anno 1681. perſolvit omnes Canones, nec non laudemium pro prima acquiſitione *d.ſum.n.*8. & poſteà alteram ex prædictis domibus minante ruina reſtauravit, novum elevando appartamentum, quæ ſanè meliorationes cauſam dederunt quæſtioni, an quindennia regulari deberent à priſtino valore domus de tempore, quo devenit ad Monaſterium, ſeu potiùs eſſet habenda ratio valoris pretii, compræhenſa melioratione, delataque controverſia ad R.P.D.tunc Vicegerentem hodiè Eminentiſs.D.Card.Sperellum, quia pro parte Monaſterii exhibita fuit *deciſio* noſtri Tribunalis edità in *Romana quindenniorum ſub die 6.Jun.*1687. 4
confirmata die 13.*Martii* 1699.*coram bo.me.R.P. Benincaſa*, in quibus reſolutum fuit, quindennia regulanda fore juxta ſtatum antiquum rei

emphyteuticæ, & non modernum meliorationibus auctum. Adverſus quas reſolutiones Archihoſpitale inſurgebat impugnationibus, impetrata fuit commiſſio, ut in cauſa huiuſmodi procederet R. P. D. Vicesgerens de voto noſtri Auditorii: Quamobrem ſubſcripto dubio, impartitaque licentia impugnandi præfatas Deciſiones *Benincaſæ*, hodiè dubitavi, ad quam rationem debeantur quindennia, prodiitque reſponſum, deberi ad rationem ſtatus antiqui, non compræhenſis melioramentis.

Quamvis enim ſcribentes pro Archihoſpitali Domino directo, præmittentes praxim antedictam ſolvendi quindennia loco laudemiorum, ſubnixam fuiſſe in ea probatione, & veriſimili- 5 tudine, quòd ſingulis quindecim annis ſequi valeat mutatio Dominorum, ac per conſequens bonorum emphyteuticorum venditio, indeque ſtatutum fuerit, quindenniorum quantitatem eam eſſe ſemper debere, quæ ſolveretur, ſi res emphyteutica manens penès privatos venderetur, ut tradunt *Niger de laudem. qu.12. art.3. n.145.& 148. Capon.d.diſcept. forenſ.376. nu.19. Card.de Luca de benefic. diſc.89.nu.9.* & reſpondit *Rota d.dec.474.nu.18.par.9.recen. & in præcitata Avenionen. novenniorum coram R. P. D. meo Pio, §.Quamvis enim*.

Exindè inferebant, ut quemadmodùm in caſu alienationis laudemium perſolvi debeat Domino directo, etiam habita ratione melio- 6 ramentorum ad *text. in leg.fin.C.de jure emph.* & ſignanter *Jaſon.n.40.& 44.Gabriel.conſ.168.q.6. n.89.Menoch.cõſ.144.n.41.lib.5.Burg.de Laudem. par.2.inſpect.7.ferè per tot.Fulgin.de emphyt.tit.de laudem.qu.8.n.23.Niger de Laudem.qu.23.nu.71. Boer.dec.19.num.3. Rot.coram s.mem.Alex.VIII. dec.283.n.5.* Ità etiam habita eadem ratione ſolvi debeant quindennia tùm propter ſupradictam identitatis rationem, tùm propter naturam 7 ſubrogationis efficientis, ut ſubrogatum aſſumat omnes qualitates rei, in cuius locum ſubrogatur ex congeſtis per *Barboſ. axiomat. 14. & 13.Gabriel.de Regul. juris concluſ.2. Capyc.Latro conſult. 120. nu.62.*

Diſtinguendo tamen DD. præmiſſum antecedens, ponderarunt fictionem illam æquitativam, ut ſingulis quindecim annis facta præſupponatur alienatio rei emphyteuticæ, fuiſſe præ- 8 cisè adductam, ut elapſo dicto tempore manus mortua præſtet laudemium in genere, ac per conſequens recognoſcat, ſuſcipiendo inveſtituram, dominium directum, prout recognoſcitur, quando vera, & realis ſequitur alienatio, ſed non etiam ad effectum, ut ſolutio, ac modus ſolvendi laudemium debeant eſſe in omnibus, & per omnia conformes ſolutioni, & modo, quibus illud præſtatur, quando vera, & non ficta, ſeu præſuppoſita intercederet alienatio; Omnes quippè Doctores loquentes de huiuſmodi Praxi, & conſuetudine teneant quidem, ſolvenda eſſe quindennia loco laudemii, quod & ſolvi conſuevit in eventum, quo bona emphyteutica 9 venduntur, ſed nullus allegatus fuit firmans perſolvenda eſſe etiam ex melioramentis, prout ſolvuntur quotieſcumque ageretur de vera alienatione, proptereàque non applicatur principium generale, quod fictio in caſu ficto ope- 10 ratur, quod veritas in caſu vero, quia procedit talis regula quò ad terminos, pro quibus inducta eſt fictio, non verò quò ad caſus ſeparatos, ad quos illa fingentes non dignoſcitur ampliata per ea, quæ tradunt, *Card.Mant.de tacit. lib.8.tit.2.n.5.lib.3.Rot.dec.1.in fine de Sponſal. in nov.& dec.102.n.17. coram Bicchio*, & benè perpendit *deciſio 13.Martii 1689. §.Reſponſum coram bon.mem.Benincaſa*.

Et ſanè non immeritò nullus Doctor inter tot allegatos, qui ſcripſere ſuper hac materia quindenniorum, deſcenderit ad firmandam theſim, de qua eſt quæſtio generalis quindennia deberi habito reſpectu ad tempus ſolutionis compræhenſis melioramentis, quoniam recepta eſt diſtinctio, quod aut res emphyteutica unà cum 11 melioramentis alienatur in tertium, vel alio modo devolvitur, & tunc ex eo, quia ratione etiam melioramentorum Domini conſenſus requiritur in Inveſtitura, etiam ratione eorundem melioramentorum debetur laudemium, & ità hiſce terminis loquuntur omnes authoritates allegatæ in *§.Exindè inferebant*, fundatæ in *text.leg.fin.C. de jure emphyt.* Aut verò durante adhùc emphyteuſi contingeret caſus obitus alterius ex compræhenſis, adeò ut deveniendum ſit ad renovationem (*ceſſante devolutione*) ſeu confirmationem prioris contractus, & tunc quia melioramentorum dominium ſemper remanet penès emphy- 12 teutam, non requiritur Domini conſenſus ad effectum continuandi in illorum poſſeſſione, & proindè nullum ſolvi debet laudemium juxta Doctrinam *Bart.in l. & ideò 12.n.4.ff.de condit.et demonſtrat.* & tradunt *Amad. à Pont.de Laudem. qu.3.n.1.et 2.Soccin.jun. conſ.70.nu.2.lib.3.Brun. conſ.44.n.2.et ſeq.* & egregiè diſtinguendo reſpondit *Rot. dec. 183. n.2.cum ſeq. cor. s.m. Alexand. VIII. et in Imolen.bonorum 4. Julii 1692.§.Removeatur ulteriùs corã b.m.Benincaſa*, & in ejus confirmatoria edita die *16.Martii 1699.§.Coram me, et in eadem cauſa ſuper alio dubio 20. Januarii 1700.§. finali, pariter coram me*.

In caſu autem, quo res emphyteutica pervenit ad manus mortuas, & Dominus directus contentum ſeſe exibet, ut penès illas permaneat ſolutis quindenniis, quidquid ſit de laudemio debito pro prima acquiſitione, pro qua fortaſsè applicantur termini primæ partis anted. diſtinctionis, pro quindenniis tamen adaptabilis eſt ſecundus diſtinctionis caſus, poſito enim, quod Dominus directus velit bona in emphyteuſim conceſsa penès Eccleſiam manere, certum eſt, illa transferri non poſse in perſonam extraneam, & per conſequens illa Inveſtitura, quæ fit ſingulis quindecim annis ſoluto laudemio, non niſi in favorem ejuſdem manus mortuę ſequi poteſt, 13 undè potiùs congruunt termini renovationis, in qua, ut præmiſsum fuit, laudemium non augetur ex pretio melioramentorum, ut appoſitè ponderat *prima deciſio R.P.D.Benincaſæ in d.Romana quindẽniorum, quæ revidetur §.Hinc retento eodem Themate, et in ſecunda §.Nam ultrà quod*.

Quæ omnia ſummoperè roborantur ab animadverſione, quòd conſuetudo ſolvendi quin- 14 dennia ortum habuerit à ſimilibus quindenniis, quæ plures Summi Pontifices conſtituerãt ad favorem Officialium Curiæ ementium titulo oneroſo emolumenta Annatarum pro Beneficiis uniſis alicui corpori non defecturo, ut latè diſſerit

Ni-

Niger de laudem.qu.12.art.3.n.149.Card.de Luca de benef.diſc.gener.n.9.et diſc.50.n.7.§.Etquamvis de emphyteuſi, *Rot.dec.198.nu.40. par.19.* Vndè
15 ſicuti annatæ ſemper ſolvuntur in eadem determinata, ac ſtabili ſumma, ſivè fructus Beneficii uniti augeantur, ſivè decreſcant, ut teſtantur *Caſſador.in Regula Cancell.dec.19.nu.7.Vrſel.concluſ.*100 *n.*20. ità profectò quindennia, de quibus agitur, præſtanda veniunt in ſumma certa habito reſpectu ad valorem de tempore, quo res emphyteutica pervenerit ad manus mortuas, ſive decurſu temporis augeri, vel minui conti-
16 gerit, ex regula æquiparatorum, quorum idem debet eſſe judicium, quando una, & eadem concurrit ratio, ex congeſtis per *Barboſ.axiomat.*14. & in ſpecie ratiocinatur *Card.de Luca de emphyt. diſc.*50.*n.*7.*verſ.& quamvis ergo in fine*, & ponderavit etiam *prima deciſio bo.mem.Benincaſæ in dicta Romana quindenniorum §. Mirificè hoc comprobatur.*

Neque ullius momenti viſum fuit inculcatum præjudicium Domini directi, ſi conſentiendo, ut bona remaneant penes manus mortuas, non poſſet expoſcere laudemia ex meliorationibus, prout illa ex eiſdem exigebat antè introductionem Praxis ſolutionis quindenniorum, quotiès effectiva rei emphyteutæ melioratæ fiebat alienatio; Nam huiuſmodi aſſertum præiudicium promanat ex primo ſanè, quia fictio antedicta in ſingulis quindecim annis cenſeatur facta alie-
17 natio rei emphyteutæ, quidquid ſtudeat eam colorare *Niger de laudem.qu.*12.*art.*3.*n.*150.*cum pluribus ſeqq.* in ſubſtantia cedit in damnum Eccleſiæ emphyteuticæ, & favorem Domini directi, nam non ſemper in termino 15. annorum fiunt alienationes in extraneos, nec ſemper intrà hoc tempus præterit Generatio, ac per conſequens accidit caſus tranſitus bonorum emphyteuticorum de uno herede ad alterum, experientia docente, ut quandoque nec intrà ſpatium unius ſæculi ulla ſuccedit alienatio tribuens ius adipiſcendi laudemium, atque ob hanc fortaſsè
18 rationem æquiori menſura in quamplurimis ex dominiis ſervatur praxis ſolvendi quinquageſimam de quadraginta annis,& non ſingulis quindecim annis, prout alibi, &potiſſimè in ſtatu Eccleſiaſtico ſervatur ex traditis per *Guglielm. de Benedictis in repet.ad cap.Raynutius verbo, & uxorem nomine Adelaſiam dec.*5. *nu.*5. *Andreas Capan de jure relevii qu.*27.*nu.*7.*cum ſeq.Pappon. ſuper Arreſt.Franciæ lib.*1.*tit.*14.*per tot.Fontanell.*
19 *de pact.nuptial.clauſ.*4.*gloſ.*12.*n.*23.*Rota dec.*474. *n.*20.*par.*9.*recen.* Nec revera obligatio inducta ſolvendi quinquageſimam ſingulis annis quindecim pro bonis emphyteuticis ad manus mortuas deventis nullum habet fundamentum, niſi exemplo quindenniorum, quæ ſolvuntur pro beneficiis unitis, & concludit idem *Niger ſub nu.*154.*toto §.Addas*, ſed militat diverſa ratio inter laudemium regulare emphyteuticum, & alterum beneficiale, nam cùm Beneficia confe-
20 rantur ad vitam unius Perſonæ, quam non egreditur, idcircò capiendo rationabiliter quamdam mediam viam regulatam à ratione, *Text.in l.hæreditatum ff.ad leg.falcid.* Mirum non eſt, quod præſcriptus fuerit terminus quindecim annorum ad ſolvendum æquivalens, quod ſolveretur, ſi Beneficium unitum vacaſſet, iterumque provideretur, ſed non ità dici poteſt in emphyteuſi, quoniam ſpes laudemiorum reſtringitur ad ſolum caſum factæ alienationis, quæ accidere poteſt caſus, ut neque ſemel eveniat intrà centum annos, undè incongruum eſſe illum caſum 21
regulare cum alia regula fundata in una vita ſolius Perſonæ, optimè hiſce ferè verbis exclamat *Card.de Luca de emphyt.diſc.*50.*n.*9.commendans praxim exterarum Regionum, ut ſcilicet pro ſingulorum caſuum, & bonorum qualitate, ac circumſtantiis ſtabiliatur tempus ſolvendi huiuſmodi generis laudemia.

Ex quibus propterea ſaltem redditur evidens, quod modicus favor non eſt, neque ſpernendum emolumentum illud, quod habet Dominus directus recipiendi à manu mortua ſingulis quindecim annis laudemium certum, & ſtabile, perindè ac ſi in hoc termino factæ eſſent alienationes rei emphyteuticæ, neque conqueri debet, ſi hanc quinquageſimam non exigat,niſi habito reſpectu 22
ad illius valorem antiquum, non comprǽhenſis meliorationibus per eandem manum mortuam poſt requiſitionem factis, cùm ſi eadem bona translata fuiſſent in alias manus non mortuas, neque forſan intrà ſæculum ullum exegiſſet laudemium.

Sed non minùs ex alio capite ſuum recepit compenſum aſſertum præiudicium Domini directi recipiendi laudemium in certa quantitate, ac determinata, nam ſicuti evenire poteſt, ut quolibet decimo quinto anno res emphyteutica augeatur, vel intrinſecè, aut extrinſecè, ità ſuccedere poteſt illius valoris deminutio etiam ex cauſa inopinata, maior proindè emergit utilitas ex taxa invariabili, & ſemel à valore antiquo ſtabilita, quàm ſi in ſingulis quindenniis facienda eſſet iuxta valorem modernum, ut ad propoſitum ſequendo *Pappon.in Collectan.Arreſtor.lib.* 1.*tit.*14.*arreſt.*40.*per tot.* perpendit 2.*deciſ.*10.*bo. mem.Benincaſæ in ſupradicta Romana quindenniorum §. Etenim.*

Et ità, omiſſis aliis levioris momenti, reſolutum fuit, utraque Parte informante &c.

DECISIO XIX.

MUTO

Neapolitana Quindennii ſuper bono Jure.

Veneris 13. Januarii 1702.

ARGUMENTUM.

Dominium directum ad effectum exigendi quindennium, probatur etiam ex conjecturis, & quæ ſint conjecturæ, latè in præſenti Deciſione oſtenditur, reſpondendo inſuper objectis pro offuſcatione dominii adductis.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*
2 *Dominus directus ad reſarciendum damnum, quod ſentit ex tranſitu Bonorum Emphyteuticorum ad manum mortuam ob amiſſam ſpem laudemiorum, ac devolutionis, percipere debet in eorum locum quindennium.*

3 *Dominium directum probatur etiam ex pluribus demonſtrationibus, & conjecturis.*

4 *Etiamſi conjecturæ leviores ſint, ſi verſemur in antiquis, & agatur non ad effectum devolutionis, ſed ad effectum recognitionis in Dominum, & ſolutionis quindenniorum.*

5 *Dominium directum ſatis remanet probatum ex agnitione debiti facta in tranſactione, mediante ſolutione laudemii, & quindennii, cùm aliàs manus mortua nec tranſegiſſet, nec perſolviſſet laudemium, & quindennium.*

6 *Ceſſio Jurium præſertim in judicio favore ſolventis ad effectum repetendi laudemium ab emphyteutis, arguit bonum Jus Domini directi.*

7 *Confeſſiones ab Emphyteuta emiſſæ ſuper cenſu emphyteutico certorum Bonorum, & ab aliis poſteà acceptatæ, dominium directum plenè probant contra mediatè, ac immediatè cauſam habentes à prædictis confitente, & acceptante.*

8 *Reſervatio conſenſus Domini directi facta à venditore in Inſtrumento venditionis, arguit Bona vendita fuiſſe emphyteutica, & de directo dominio illius, cujus favore reſervatus fuit conſenſus.*

9 *Enunciativæ in actibus proportionatis emiſsæ, & antiquiſſimæ, aſserentes certa Bona obnoxia eſſe ſolutioni cenſus in certa ſumma, dominium directum plenè probant.*

10 *Laudemiorum ſolutiones à pluribus poſseſſoribus Bonorum factæ Domino directo, demonſtrant, rem eſſe emphyteuticam, dum illa Dominis directis ſolùm in contractibus emphyteuticis perſolvi ſolent.*

11 *Canonum ſolutio per longum tempus facta ab omnibus Bonorum poſſeſſoribus pro tempore, de per ſe ſola ſatis eſt ad oſtendendum, Bona eſſe emphyteutica, illorumque dominium directum ſpectare ad illum, cui Canonum ſolutiones factæ fuerunt.*

12 *Modicitas ſolutionis pro annua reſponſione arguit contractum emphyteuſis; pro qua ſolvitur quid modicum.*

13 *Dominium directum concludentiſſimè probatum remanet ex ſolutione Canonum per longum tempus Domino directo facta, ex ſolutione laudemii, & quindennii, ex reſervatione conſenſus Domini directi in alienationibus, ex antiquiſſimis enunciativis, & confeſſionibus.*

14 *Inveſtituræ Inſtrumentum præſumitur præceſſiſſe.*

15 *Maximè quando quæſtio non eſt cum tertio, ſed cum iis, qui recognoverunt in Dominum, habentque cauſam ab aliis, qui recognoverunt pariter, & fortiùs dum non agitur ad devolutionem, ſed pro ſolutione laudemii tantùm.*

16 *Diverſitas Bonorum probatur, eorumque identitas excluditur, ſi ex circumſtantiis eadem eſſe non poſſint cum cæteris Bonis confinatis.*

17 *Diverſitas Bonorum reſultat ex diverſitate Poſſeſſorum, ſummæ, & Perſonarum, quibus fuit ſolutus Canon.*

18 *Verbum Cenſus in ſe generale, concurrentibus circumſtantiis, quæ ſuadeant, contractum fuiſſe emphyteuticum, ſumitur pro Canone, ſeu Cenſu emphyteutico.*

19 *Favore Eccleſiæ in dubio contractus potiùs præſumitur Emphyteuticus, quàm cenſualis.*

20 *Verbum Cenſus ſumitur pro Canone, ſi Dominus directus ſolitus ſit in aliis Inveſtituris ab ipſo factis ſtipulari, ſibi ſolvi annuum Cenſum.*

21 *Verbum Cenſus ſumitur pro Canone, ſi ei ſuperaddatur aliud verbum emphyteuticus.*

22 *Laudemii, & Quindennii ſolutio inſeparabilis eſt à qualitate emphyteutica.*

23 *Proteſtatio contraria facto non attenditur.*

24 *Proteſtatio emiſſa in ſupplici libello non attenditur.*

25 *Per Canonum ſolutionem factam poſt proteſtationem in præambulis, receſſum videtur à præcedenti proteſtatione, quatenùs etiam in ſuo robore perſtitiſſet.*

26 *Laudemii ſolutio fieri poteſt ab Eccleſia abſque ſolemnitatibus, quia illæ non ſunt neceſſariæ in acquirendis, & in cauſis lucrativis.*

27 *Ratificatio Eccleſiæ circà ſolutionem laudemii ſatis arguitur ex ſucceſſiva Canonum ſolutione facta per Procuratorem conſtitutum ad exigendum, & ſolvendum, & ex intentata lite contrà alios, pro quibus ſolutum fuit laudemium.*

28 *In materia probationis directi dominii intrat regula, ut ſingula, quæ non proſunt, inſimul juncta juvent.*

REnuentibus PP. Camaldulenſibus Eremi 1
S. Salvatoris ad proſpectum Neapolis ſolvere Menſæ Archiepiſcopali Neapolitanæ quindennium pro Maſſaria ſita in pertinentiis ſitis ejuſdem Civitatis in loco nuncupato *Santo Stefano*, fuerunt judicialiter conventi coram Rmo Epiſcopo Nucerino Delegato Apoſtolico, qui viſis, & auditis Juribus utriuſque Partis, decretum favore Menſæ Archiepiſcopalis protulit, à quo interjecta appellatione à Patribus ad noſtrum Tribunal, mihique Cauſæ contentione delegata, duplex in hodierna Audientia DD. meis Dubium diſceptandum propoſui, Alterum ſuper bono Jure, & alterum ſuper manutentione, & pro reſolutione primi, Domini reſponderunt -- *Quindennium deberi*.

Probavit enim Menſa Archiepiſcopalis præfata, ad ſe ſpectare dominium directum Maſſariæ, de qua agitur, illudque *de anno* 1669. vigore legati facti à Marco de Laurentiis favore 2
Monaſterii PP. Camaldulenſium tranſiviſſe ad manus mortuas, ob quem tranſitum cùm Menſa Archiepiſcopalis amiſerit ſpem conſequendi laudemia in caſum alienationis, & devolutionis Domino directo debita, de hoc damno reintegrari debet, mediante ſolutione quindennii in locum illorum facienda *Rot. coram Coccin. deciſ.* 2314. *nu.*1. *& ſeqq. Cerr. deciſ.* 2. *nu.*10. *& ſeqq. & nu.*17. *& in rec. deciſ.* 198. *nu.*1. *& ſeqq. par.* 19. *& apud Card. de Luca ad tom.*4. *de emphyteuſ. deciſ.*18. *&* 19. *utrobique n.*10. *in Romana Quindenniorum* 15. *Maii* 1689. §. *Præmiſſo coram bon. me. Benincaſa, & in Avennionen. Novenniorum* 26. *Junii* 1699. §. *Quamvis coram R. P. D. Pio, & in Romana Emphyteuſis* 11. *Martii* §. *Moti ex eo, &* 11. *Decembris* §. *poſita coram Me*.

Quòd autem ex parte Menſæ Archiepiſcopalis fuerit probatum dominium directum Maſſariæ, reſultat ex pluribus demonſtrationibus, 3
& conjecturis, quas ad effectum probandi dominium recipi poſſe, & debere firmat in puncto *Card. de Luca de emphyt. diſc.*37. *num.*1. *& ſeqq. Antonell. de loc. legal. lib.*2. *cap.*5. *nu.*166. *& de temp. legal. lib.* 2. *cap.* 55. *num.*4. *Rot. coram Cavaler. deciſ.* 93. *num.*1. *& Dunoz. Jun. deciſ.*28. *n.*4.

nu.4. & 5. Cerr. deciſ. 464. num.1. Merlin. deciſ. 253. nu.4. & in rec. dec.12. num.6. & 10. par. 2. deciſ.262. nu.10. part.5. & deciſ.76. n.6. par.12.

4 etiamſi leviores ſint, cùm verſemur in antiquis, & agatur non ad effectum devolutionis, ſed ad effectum recognitionis in Dominum, & ſolutionis quindenniorum, *Fulgin. de emphyt tit. de var. caducit. quæſt. 11. num. 8. Antonell. de loc. legal. lib.2. cap.5. n.166. & de temp. legal. lib.2. cap.55. nu.41. Gratian. diſcept. 188. nu.15. & 16. & diſcept. 912. nu.3. & 34. Tomat. deciſ. 60. ex nu.9. Rot. coram Carill. deciſ.131. nu.4. & coram Cerr. deciſ. 464. nu.1. Dunozzett. Jun. deciſ. 28. nu.5. & in rec. deciſ.262. nu.10. & deciſ.613. n.2. & 3. par.5. deciſ.128. nu.18. par.6. deciſ.297. nu.1. & 11. par.8. & deciſ.76. n.6. par.12.*

Et tamen in caſu noſtro urgentiſſimæ concurrunt, quarum prima reſultat, ex quò ſede Archiepiſcopali vacante *de anno* 1685. per obitum clar. me. Cardinalis Caraccioli, Nunciatura Apoſtolica egit contrà PP. Camaldulenſes pro conſecutione laudemii debiti ex cauſa legati *anno* 1689. eiſdem PP. Camaldulenſibus relicti, nec non unius quindennii, diuque Cauſa agitata, agnoſcentes PP. præfati, dominium Menſæ eſſe ſufficienter probatum, inſteterunt coram me, tunc in eadem Civitate, & Regno Nuncio Apoſtolico, ut eos ad compoſitionem admitterem, prout admiſſi fuerunt, facta per ipſos ſolutione Scutorum 300. pro laudemio, & quin-
5 dennio: ex hac autem agnitione debiti facta in tranſactione, & ſolutione ejuſdem, poſt produductionem Jurium, ac diſcuſſionem Cauſæ factam in Tribunali Nunciaturæ arguitur, PP. prędictos pro certo habuiſſe dominium directum Maſſariæ penès Menſam Archiepiſcopalem remanere, cùm aliàs nec pro tranſactione inſtetiſſent, nec ſummam iſtius vigore debitam perſolviſſent, dictamque confeſſionem, & agnitionem Partis, ſivè tacita ſit, ſivè expreſſa, ad probandum directum dominium ſuperlativam probationem facere in ſpecie firmant *Fulgin. de emphyt. tit. de var. caducit. quæſt. 11. ſub num.7. verſ. & quia, Antonell. de temp. legal. lib.2. cap. 55. ſub nu.41. Rot. coram Mantica deciſ. 57. num.1. & in recent. deciſ. 249. nu.2. par.2. deciſ.262. nu.1. & ſeqq. par. 5. & deciſ. 128. nu.4. par.6. deciſ. 297. nu.3. par.8. deciſ. 198. nu.9. par.19. & in Romana Emphyteuſis 11. Martii 1689. §. Controverſos, & ſeqq. & 11. Decembris ejuſdem anni §. Iterùm coram Me.*

6 Fortiùs, quia in dicta tranſanctione PP. prædicti reportare curarunt ceſſionem Jurium, cum qua egerunt contrà PP. Carmelitas pro laudemio ipſis debito, & mandatum obtinuerunt, in cujus ſequelam, ſatisfactionem conſecuti ſunt (licet poſteà ſummam reſtituere coacti fuerunt, dum hoc provenit, ex quò laudemium fuerat Menſæ Archiepiſcopali præcedenter à Carmelitis ſolutum) quod plurimùm prodeſt ad corroborandam agnitionem in tranſactione factam à PP. Camaldulenſibus; nam, ſi verè Menſa Archiepiſcopalis non fuiſſet Domina directa, R. Camera, quæ de tempore Sedis vacantis in Juribus Archiepiſcopi ſuccedebat, non potuiſſet Camaldulenſibus Jura cedere, nec iſti vigore ceſſionis agere, & obtinere contrà alios Emphyteutas potuiſſent; Tales enim actus, & præſertim in Judicio geſti, arguere bonum Jus Menſæ, tradit *Rota in recent. deciſ.223. & dec.337. n.10. cum ſeqq. par.5. & deciſ.310. nu.1. par. 13.*

Et clariùs, quia huic agnitioni Patrum accedit agnitio, & confeſſio aliorum, qui Maſſariam poſſederunt, Aloyſia enim Cimina in donatione ab ipſa facta Cappellæ S. Mariæ de Monte Carmelo poſitæ in Eccleſia RR. PP. Reformatorum, expreſsè faſſa eſt, Maſſariam eſſe ſubjectam annuo perpetuo Cenſui emphyteutico Ducatorum octo favore Menſæ Archiepiſcopalis: RR. verò PP. Reformati in diſtractione ejuſdem Maſſariæ ſucceſſivè facta immediatè Auctori Camaldulenſium, eandem expreſſionem fecerunt, quòd Maſſaria erat ſubjecta annuo perpetuo cenſui emphyteutico, mediante relatione ad dictum Inſtrumentum donationis, idemque fuit repetitum in ſolutione prætii facti ab emptore: quæ confeſſiones ab emphyteuta emiſſæ, & à do- 7
natariis acceptatæ cum obligatione perſolvendi annuum Cenſum, ac in Inſtrumento venditionis relativo ad prædictum Inſtrumentum Donationis à venditoribus, & emptore reiteratæ, dubium non eſt, quin dominium directum plenè probent contrà PP. Camaldulenſes, ab eis mediatè, & immediatè cauſam habentes, *Card. de Luca de emphyt. diſc. 37. num 8. verſ. qualia, Fulgin. de emphyt. tit. de var. caducit. quæſt. 11. ſub nu.7. verſ. & quia, Rota coram Buratt. deciſ. 602. nu.4. Dunozz. Jun. deciſ.28. nu.8. & in recent. deciſ.262. n.1. & ſeqq. par.5. deciſ.42. n.12. deciſ.297. nu.3. part.8. & deciſ.198. n.9. par.19. & in dicta Romana Emphyteuſis 11. Martii 1699. §. Controverſos, & ſeqq. & 11. Decembris ejuſdem anni § Iterùm coram Me.*

Secunda elicitur ex reſervatione cōſenſus Domini directi in præfato Inſtrumento venditionis à PP. Carmelitis facta, ibi -- *Salvo aſſenſu Apoſtolico, & aſſenſu directi Domini cenſus prædicti*, reſervatio enim conſenſus Menſæ Archiepiſco- 8
palis arguit, Maſſariam fuiſſe emphyteuticam, & ad eandem Menſam ſpectare dominium directum, in ſpecie *Card. de Luca de emphyt. diſc.37. nu.8. verſ. alterum urgens, Antonell. de loc. legal. lib. 2. cap. 55. nu. 45. in fin. Rot. in recent. deciſ. 249. nu.4. & deciſ.400. num 8. par.1. deciſ. 359. nu.12. par.5. & deciſ.128. num.8. par. 6. Dunoz. Jun. deciſ.28. nu.6.*

Tertia reſultat ex Inventario, & Inſtrumento diviſionis rogatis *de anno* 1574. & 1590. in quibus enunciatur, Maſſariam, de qua agitur, eſſe obnoxiam ſolutioni Cenſus Ducatorum octo annuorum debitæ Eccleſiæ Cathedrali Neapolitanæ *Sum. Menſæ nu.1. & 2.* quæ enunciativæ 9
numero plures in actibus proportionatis emiſſæ, & antiquiſſimæ, uti excedentes metam centum annorum, dominium directum plenè probant, in ſpecie *Spada conſ. 124. nu.7. lib. 2. Fulgin. de Jur. emphyt. tit. de var. caducit. quæſt. 11. ſub n.7. verſ. Tertium plures, Antonell. de temp. legal. lib.2. cap.55. nu.39. Adden. ad Buratt. deciſ.602. nu.21. Rota coram Cavaler. deciſ.93. n.7. Pamphil. deciſ.20. nu.1. ibique Adden. n.6. Bich. deciſ.100. nu.1. Cerr. deciſ.235. nu.28. deciſ.464. n.4. Zarat. deciſ. 89. nu.6. Coccin. deciſ. 1703. nu. 14. Carill. dec.131. n.4. apud Poſt. de manut. deciſ.21. nu.10. & in recent. deciſ.81. nu.12. & 13. par.5.*

Quarta deſumitur ex ſolutione Laudemii fa-

cta

cta à PP. Carmelitis pro donatione, & à Marco de Laurentiis pro emptione Maſſariæ; Cùm enim Laudemia ſolvantur Domino directo, vel ratione novæ Inveſtituræ, vel pro ipſius aſſenſu alienationi paſtito, & quindennia in reſtaurationem damni, quod idem Dominus directus ſentit ob tranſitum bonorum ad manus mortuas, quæ non poſſunt alienare, nec deficere.

10 Ab his ſolutionibus laudemiorum factis Menſæ Archiepiſcopali à pluribus poſſeſſoribus Maſſariæ, certò certiùs emergit, rem eſſe emphyteuticam, dum illa Dominis directis ſolùm in contractibus emphyteuticis perſolvuntur, non in aliis, *Card. de Luca de emphyt. diſc.*37. *nu.*8. *verſ. His autem duobus, Pacion. de locat. cap.* 3. *nu.*57. *Mantic. de tacit. lib.*22. *tit.* 3. *nu.*15. *Antonell. de loc. legal. lib.*2. *cap.*5. *nu* 161. *&* 162. *& de temp. legal. lib.* 2. *cap.*55. *num.*45. *in fin. Rot. in recent. deciſ.* 400. *nu.*8. *par.*4. *deciſ.*128. *num.*1 *par.*6. *& deciſ.*234. *nu.*5. *par.*7. *deciſ.*40. *nu.*11. *par.* 8. *& deciſ.* 198. *num.*9. *par.*19. *& coram Dunoz. Jun. deciſ.*28. *nu.*7. *Buratt. deciſ.*602. *nu.*5. *deciſ.*483. *nu.*28. *Cerr. deciſ.*678. *nu.*9.

Quinta eruitur ex ſolutione Canonum facta per longiſſimum tempus 40. & ultrà annorum ab omnibus Poſſeſſoribus Maſſariæ pro tempore, & ab ipſiſmet PP. Camaldulenſibus Menſæ
11 Archiepiſcopali Neapolitanæ, quæ Canonum ſolutio per adeò longum tempus continuata de per ſe ſola ſufficiens eſt ad oſtendendum, Maſſariam eſſe emphyteuticam, illiuſque dominium directum ſpectare ad Menſam Archiepiſcopalem, cui ſolutiones Canonum factæ fuerunt, *Fulgin. de emphyt. tit. de contract. emphyt. quæſt.*11. *nu.*6. *tit. de ſolution. Canon. quæſt.*1. *num.*242. *& tit. de var. caducit. quæſt.* 11. *nu.* 5. *Cenſal. deciſ. Lucen.* 32. *n.*9. *Adden. ad Buratt. deciſ.*602. *n.*18. *Rota apud Poſt. de manut. deciſ.*25. *nu.*10. *& dec.* 293. *nu.*8. *&* 9. *Coccin. deciſ.*1873. *nu.*8. *&* 9. *& deciſ.*2017. *nu.*8. *Peutinger. deciſ.* 259. *n.*3. *& in recent. dec.*290 *nu.*4. *&* 7. *par.*1. *deciſ.*476. *n.*10. *par.*4. *tom.*2. *deciſ.*359. *nu.*11. *& deciſ.*613. *nu.*8. *par.*5. *deciſ.*164. *nu.*8. *par.*6. *deciſ.*233. *n.*3. *par.*7. *& deciſ.*40. *nu.*10. *& deciſ.*297. *nu.*7. *&* 8. *par.*8. *Cerr. deciſ.*464. *nu.*5. *&* 6. *Dunoz. Jun. dec.*939. *nu.* 3. *Romana Emphyteuſis* 11. *Decembris* 1699. §. *Cujus generis coram Me.*

Sexta demùm elicitur, ex quò pro Maſſaria valoris *ſcut.* 11500. ſolvitur annuus Canon Du-
12 catorum octo: Modicitas autem annuæ reſponſionis valdè conducit ad effectum dignoſcendi qualitatem contractus, & conceſſionis, ſi enim iſte, de quo agitur, fuiſſet contractus cenſualis, vel perpetuæ locationis, utique reſponſio æqualis fructibus conventa fuiſſet, prout in ſimilibus contractibus fieri ſolere, docet communis experientia, & per conſequens, cùm annua præſtatio non correſpondeat naturæ Cenſus, & locationis perpetuæ, ſed ſolùm emphyteuſi, pro qua ſolvitur quid modicum in recognitionem directi dominii, contractum Emphteuſis fuiſſe celebratum inter menſam Archiepiſcopalem Dominam directam, & poſſeſſores Maſſariæ, dicendum eſt, per ea, quæ in ſpecie tradunt *Bald. in Rubr. nu.*11. & *ſeqq. C. de Jur. emphyt. Gratian. diſcept.* 926. *nu.*11. *Mantic. de tacit. lib.*21. *tit.*2. *nu.*9. *Pacion. de locat. cap.* 3. *nu.*18. *& ſeqq. Rota cor. Seraphin. dec.*272. *n.*3. *& dec.*794. *n.*5. *Buratt. deciſ.*334. *nu.*1. *& in recent. deciſ.* 64. *n.*3. *par.*4. *deciſ.*198. *nu.*16. 17. *&* 18. *par.*19. *& in Romana Caſalis* 4. *Junii* 1692. §. *Non obſtat coram clar. me. Card. Caccia.*

Probato ex his, Maſſariã, de qua agitur, fuiſſe in emphyteuſim conceſſam, illiuſque dominium directum ſpectare ad Menſam Archiepiſcopalem, fruſtrà adducuntur ad prædictam probationem avertendam objecta, tàm in genere contrà omnes, quàm in ſpecie contrà particulares probationes, & ſanè non urget objectum in genere ex eo deſumptum, quòd Menſa Archiepiſcopalis non oſtendat Inſtrumentum Conceſſionis iſtius Maſſariæ in emphyteuſim, quià cùm dominium directum concludentiſſimè probatum 13
remaneat ex ſolutione Canonum facta Domino directo per 40. & ultrà annos, ex ſolutione laudemii, & quindennii, ex reſervatione conſenſus Domini directi in alienationibus, ex antiquiſſimis enunciativis, ex tot, tantiſque confeſſionibus, aliiſque de quibus ſuprà, intrat validiſſi- 14
ma præſumptio, quòd Inſtrumentum Inveſtituræ præceſſerit, *de Marin. reſol.*78. *nu.*23. *& ſeqq. lib.* 1. *Valaſc. de Jur. emphyt. quæſt.* 2. *num.* 22. *Fulgin. de emphyt. in prælud. quæſt.* 14. *nu.*39. *& ſeqq. & de contract. emphyt. quæſt.*11. *nu.*3. *& de var. caducit. quæſt.* 11. *nu.*4. *&* 5. *Rota in recent. deciſ.*400. *nu.*10. *par.*1. *& deciſ.*262. *nu.*9. *par.*5. Maximè quandoquæſtio non eſt cum tertio, ſed 15
cum PP. Camaldulenſibus, qui prædictos actus, & recognitiones fecerunt, & habent cauſam ab aliis, qui recognoverunt Dominum Menſæ, & fortiùs, dum non agitur ad devolutionem, ſed pro ſolutione laudemii tantùm, in ſpecie *Fulgin. de emphyt. in prælud. quæſt.* 4. *ſub nu.* 39. *Rota in recent. deciſ.* 202. *nu.* 10. *par.*5.

Minus obſtat, quòd in Villa Vomeri, in qua ſita eſt hæc Maſſaria, fuerit empta à Petro Angelo Cimino *de anno* 1577. tenuta Modiorum novem, uti franca, & libera, & Conſiliarius Caravita declaravit *anno* 1694. Cenſum pro Maſſaria ſita in eadem Villa Vomeri eſſe redimibilem: quoniam Villa Vomeri eſt magna, & ampla, plures in ſe tenutas, & Maſſarias continens, omninò diverſas, & diſtinctas, prout diverſa, & diſtincta eſt illa empta à Petro Angelo Cimino, cùm Maſſaria, de qua agitur, *de anno* 1574. fuerit ab eodem Petro Angelo deſcripta in Inventario Bonorum Marci Cimini, & ſucceſſivè ab ipſo unà cum Marco Cimino Juniore pro indiviſo poſſeſſa uſque *ad annum* 1590. conſiſteret in Modiis 40. circiter, & fuerit vendita pro Ducatis 11500. quando illa empta à Petro Angelo *anno* 1577. antè emptionem poſſidebatur à Scipione Migliolo, & poſt emptionẽ ab ipſo fuit per longiſſimum tempus retenta, conſiſtebat in ſolis modiis novem, & fuit vendita prætio Ducatorum 297. circiter, quodque etiam valdè urget, ipſemet Petrus Angelus tenutam *anno* 1577. emit, uti liberam, & francam, & Maſſariam, de qua agitur, eo tempore ab ipſo unà cum Marco Cimino Juniore pro indiviſo poſſeſſam *de anno* 1590. diviſit cum aſſertiva, quòd eſſet gravata annuo Canone ad favorem Menſæ Archiepiſcopalis, & utraque diſcordat etiam in confinibus, dum inter cætera in illa empta à Petro Angelo Cimino aſſignantur pro confine bona hæredum Marci Cimini, quæ cum non poſſint eſſe idem 16
cum

cum confinato, ex hoc, aliiſque ſuperiùs adductis circumſtantiis diverſitatem probari,& identitatem excluſivam remanere ſirmat in individuo *Rota coram Priolo deciſ.*218. *nu.*12. *& in dicta Romana Emphyteuſis* 11. *Martii* §. *Aut præſuppoſitus in fine, &* §. *Vel inſuper, &* 11. *Decembris 1699.* §. *Cæterùm coram Me*.

Prout diverſa, & omninò diſtincta eſt Maſsaria, cujus Cenſus *anno* 1674. fuit declaratus redimibilis, cùm hæc antè emptionem factam à Joanne Baptiſta de Amore *anno* 1675.poſſideretur à Conſiliario Capaccio, & pro ea ſolveretur annuus Cenſus Carolenorum 22. Capitulo Eccleſiæ Neapolitanæ, quando illa, de qua agitur, *ab anno* 1665. uſque ad præſens ſemper poſseſsa fuit à PP. Camaldulenſibus, & pro ea ſolutus fuit annuus Canon Ducatorum octo Menſæ Ar-
17 chiepiſcopali; Ex hac autem diverſitate Poſseſſorum, ſummæ, & Perſonarum, quibus fuit ſolutus Canon, reſultare diverſitatem unius Maſſariæ ab altera, in noſtris terminis tradit *Rota coram ſa.me. Alexandro VIII. deciſ.*13. *n.*3. *verſ. nihil, & in recent. deciſ.* 377. *nu.*18. *par.* 16. *in dic. Romana Emphyteuſis* 11. *Martii* §. *Aut præſuppoſitus in fine*.

Eadem laborant inſubſiſtentia objecta in ſpecificata contra particulares probationes ſuperiùs adductas; Non enim obſtat, quòd enunciativæ emiſsæ in Inventario, & Inſtrumento diviſionis *de annis* 1574. *et* 1590. rogatis loquantur de annuo redditu, ſivè cenſu, prout de cenſu etiam loquuntur aliquæ ſolutiones factæ Menſæ Archiepiſcopali: tùm quia, cùm ex tot, tantiſque conjecturis, & probationibus ſuperiùs recenſitis conſtet, Maſsariam *Sancti Stephani* eſse emphyteuticam, illæ offuſcari non poſsunt ab aliquibus enunciativis, & ſolutionibus factis ſub
18 nomine cenſus, quod, cùm ſit verbum generale, à circumſtantiis concurrentibus declarationem recipit, adeò ut, ſi iſtæ ſuadeant, contractum fuiſse emphyteuticum, nomen cenſus pro Canone, ſive Cenſu emphyteutico interpretatur, *Antonell. de temp. legal. lib.* 2. *cap.* 55. *nu.*43. *et* 46. *et de loc. legal. lib.*2. *cap.* 5. *nu.*161. *Genuenſ. practicab. Eccl. qu.*91. *Pacion. de locat. cap.*3.*ſub num.*29. *verſ. licet verba*, *Gratian. diſcept.* 926. *nu.*12. *Rota coram Seraphin. deciſ.* 1235. *in princ. et nu.*1. *Celſ. deciſ.*202. *n.*17. *et in recent. dec.*117. *nu.*8. *par.*5. Maximè, quando dominium dire-
19 ctum ſpectat ad Eccleſiam, cujus favore etiam in dubio contractus potiùs ẽphyteuticus, quàm cenſualis præſumitur, ut proſequitur *Antonell. de temp. legal. lib.* 2. *cap.* 55. *ſub nu.*46. *Genuenſ. practicab. Eccl. dic. quæſt.* 91. *Valaſc. de emphyt. quæſt.* 31. *nu.*35. *verſ. Item*, *Altograd. conſ.* 14. *nu.*70. *lib.*2. *Fulgin.de Jur. emphyt. prælud.qu.*8. *nu.*13. *Gratian. diſcept.*926. *nu.*7. *et* 8. *Adden. ad Pamphil. deciſ.*55. *ſub nu.*8. *verſic. concluſio, Rota diverſ. deciſ.* 721. *nu.*4. *par.*4.

Tùm etiam quia concurrit ſolitum Menſæ Archiepiſcopalis Neapolitanæ, quæ in omnibus Inveſtituris aliorum Bonorum emphyteuticorum ab ipſa factis ſtipulata eſt, ſibi ſolvi annuũ
20 cenſum *Sum. ejuſdem Menſæ nu.*18; Ac proindè hoc ſolito concurrente, & magis nomen ſenſus Cenſus pro Canone debet intelligi, cùm in ſubjecta materia, de qua agitur, conſuetudo debebat attendi, *Antonell. de loc. legal. lib.*2. *cap.* 5. *nu.*55. *et nu.*163. *Valaſc. de emphyt. quæſt.*32. *ſub nu.*33. *Menoch. lib.*3. *præſumpt.*281. *nu.*4. *Fulgin. de emphyt. in prælud. qu.*14. *n.*2. *et* 36. *et de ſucceſſ. in Bon. emphyt. qu.* 9. *nu.*25. *Clar.* §. *Emphyteuſis qu.*28. *in fin. Rota coram Duran. dec.*295. *in fine*.

Tùm demùm quia etiam in Maſsaria controverſa, quando nomen iſtud genericum Cenſus fuit cum aliqua ſpecificatione diſtinctum, ei ſu- 21
peradditum fuit *emphyteuticis*, ut legitur in Donatione facta Cappellæ S. Mariæ de Monte Carmelo, & in pluribus ſolutionibus, aliiſque actibus, de quibus *dicto ſum. Menſæ nu.*4. 6. *in fine, et* 8. quod urgentiùs comprobat ſupradictam conſuetudinem,& oſtendit, quomodò accipi debeat verbum præfatum, quando fuit in genere prolatum, ut ad propoſitum ponderant *Menoch. conſ.* 372. *nu.*12. *Pacion. de locat. cap.* 3. *num.*2. *et* 15. *Rota in recent. deciſ.*155. *nu.*14. *et deciſ.*198. *n.*5. 6. *et* 7. *par.* 19.

Pariterque non urget, quòd ſolutio laudemii tàm à Marco de Laurentiis, quàm à PP.Camaldulenſibus facta fuerit cum proteſtatione, & ſine præjudicio propriorum Jurium, quia, cùm ſolutio laudemii, & Quindenniorum ſit inſepara- 22
bilis à qualitate emphyteutica, *Dec. conſ.* 138. *nu.*5. *Panimoll. dec.*4. *adnot.*1. *nu.*2. *Rota diverſ. deciſ.*138. *nu.*5. *par.*2. *et in recent. dec.*128. *nu.*1. 23
*par.*6. ſolutio illorum cum proteſtatione ſibi non præjudicandi, & cum animo non recognoſcendi dominium directum Menſæ, eſt contraria facto, ac proindè non attenditur, *Deſider. Guid. conſ.*16. *nu.*142. *Rota coram Cerr. deciſ.*61. *n.*8. *et in recent. deciſ.*400. *nu.*15. *par.* 16. *et in Romana Prælationis* 28. *Januarii* 1692. §. *Tertiò idem coram clar. me. Card. Cavallerino*.

Maximè, quia PP. Camaldulenſes proteſtationem emiſerunt in ſupplici libello porrecto 24
coram Me tunc Nuncio Apoſtolico: Succeſſivam autem ſolutionem laudemii fecerunt liberè, & tàm ipſi, quàm Marcus de Laurentio poſt emiſsam proteſtationem, liberè etiam Canones ſolverunt, ex qua proteſtatione ſolùm facta in 25
præambulis, & ſubſecuta ſolutione recognitionem Domini directi neceſsariò inferente, videtur à præcedenti proteſtatione, quatenùs etiam in ſuo robore perſtitiſset, receſsum fuiſse, ut in terminis proteſtationis factæ in præambulis, *Poſt. de manut. obſ.*35. *nu.*53. *Gratian. diſcept.*981. *nu.*42. & in ſpecie ſolutionis factæ poſt emiſsam proteſtationem, *Rota apud Poſt. de manut. dec.* 275. *nu.*16. 17. *et* 18. *Bich. dec.*306. *nu.*15. *Cerr. dec.*455. *nu.*4. *et* 5. *Priol. dec.*139. *nu.*22. *et deciſ.* 285. *nu.*20. *et in recent. deciſ.*184. *nu.*13. *par.*17.

Nec quidquam turbat, quòd ſolutio Laudemii fuerit facta ſine ſolemnitatibus,& abſque ratificatione Monaſterii, ac propterea huic præjudicare non potuerit, ſiquidem, cùm laudemium 26
fuerit ſolutum pro translatione Bonorum emphyteuticorum in Monaſterium titulo lucrativo Legati, quæ antè conſenſum Domini directi non erat perfecta, nullæ erant neceſsariæ ſolemnitates, quæ in acquirendis, & in actibus lucrativis non ſunt requiſitæ, in ſpecie *Rota in recent. deciſ.* 298. *nu.*12. *et ſeqq. par.* 19.

Quinimmò quatenus etiam neceſsaria fuiſset Monaſterii ratificatio, hæc abundè reſultat ex 27
ſucceſſiva ſolutione Canonum facta à Procuratore conſtituto ad exigendum, & ſolvendum, & ex

ex quò Monaſterium vigore ſolutionis laudemii factæ pro PP. Carmelitis contrà ipſos judicialiter egit,& mandatum obtinuit,quos actus ſcientiam, & approbationem Monaſterii arguere, proſequitur *Rota dic. deciſ.* 198. *nu.* 15. *par.* 19. *et coram Vbald. dec.* 343. *nu.* 9. *et deciſ.* 487. *n.* 6. *in Romana Cenſus* 23. *Junii* 1692. §. *Cæterùm coram clar. me. Cardinali Caccia, Peruſina Cenſus* 1. *Julii anni præterlapſi* §. *Nullatenùs coram Me, et in Romana Pecuniara* 2. *Decembris proximè præteriti* §. *Tertia reſultat pariter coram Me.*

Et in omnem caſum, quatenùs etiam aliqua ex ſuprà relatis probationibus, & conjecturis de per ſe pateretur difficultatem, quod ex prædictis non ſubſiſtit, adhùc ſimul junctæ perfectam probationem facerent, cùm in hac mate-
18 ria intret regula communiter recepta,ut ſingula, quæ non proſunt, inſimul juncta juvent, de qua in ſpecie *Altograd. conſ.* 14. *nu.* 31. *lib.* 2. *Card. de Luca de emphyt. diſc.* 37. *ſub nu.* 8. *verſ. qualia*, *Antonell. de temp. legal. lib.* 2. *cap.* 55. *nu.* 37. *Rota coram Cavaler. deciſ.* 93. *nu.* 10. *Coccin. dec.* 1873. *nu.* 12. *et* 13. *Dunoz. Jun. dec.* 989. *n.* 6. *in recent. deciſ.* 400. *nu.* 1. *et ſeqq. par.* 1. *dec.* 611. *n.* 6. *par.* 4. *tom.* 3. *et dec.* 262. *nu.* 9. *par.* 5.

Et ità utraque &c.

DECISIO XX.

MUTO

Neapolitana Quindennii ſuper manutentione.

Vener. 13. *Januarii* 1702.

ARGUMENTUM.

Dominus directus exiſtens in quaſi poſſeſſione exigendi quindennium, venit manutenendus in illa, reſervatis ad judicium petitorium contrariis exceptionibus per manum mortuam deductis pro retardāda ſolutione quindennii, tamquàm reſpicientibus altiorem indaginem.

SUMMARIUM.

1 *Facti Series.*

2 *Dominus directus exiſtens in quaſi poſſeſſione exigendi quindcndennium etiam ex unico actu, in illa manutenendus eſt.*

3 *Laudemii ſolutiones valdè juvant ad conſtituendum Dominum directum in quaſi poſſeſſione exigendi quindennium, cùm iſtud in locum laudemii ſucceſſerit.*

4 *Dominus directus ſicuti potuiſſet liberè laudemium exigere, ſi Emphyteuſis non tranſiiſſet ad manus mortuas, ità liberè poterit quindenniium exigere poſt dictum tranſitum.*

5 *Actoris, & Poſſeſſoris conditio non immutatur, nè fiat deterior ex mutatione perſonæ.*

6 *Eò minùs eſt mutabile Jus, et quaſi poſſeſſio exigendi ex mutatione perſonæ, quando iſta cauſam habet à ſuo Auctore.*

7 *Quaſi poſſeſſio exigendi acquiſita contrà Anteceſſorem, paſſivè tranſit in ſucceſſorem ſolventis, etiamſi iſte nunquam ſolviſſet.*

8 *Quaſi poſſeſſio exigendi, juſto titulo continuata, eſt manutenibilis.*

9 *Nullitas ſolutionis laudemii oppoſita per manum mortuam ſub prætextu defectus ſolemnitatum, (ultraquamquòd non ſunt neceſſariæ, ad hunc effectum ſolemnitates, maximè omnia ſucceſſivè ipſa manu mortua (non impedire valet manutentionem.*

10 *Exceptiones nullitatis, aliæque ſimiles altiorem indaginem requirentes, ad petitorium reſervantur, nec manutentionem impediunt, donec per tres conformes, et rem judicatam canonizatæ non appareant.*

Fretus quaſi poſſeſſione reiterata exigendi 1
laudemia,& unica quindennii, Emus D. Cardinalis Cantelmus Modernus Archiepiſcopus nomine Menſæ Archiepiſcopalis Neapolitanæ curavit ſimul cum Dubio in hac eadem Audientia ejus favore reſoluto ſuper negocio principali proponi per me aliud Dubium ſuper manutentione, quod non diſſimili ſorte fuit deciſum, eique per DD. reſponſum -- *dandam eſſe manutentionem in exactione quindennii pro Ducatis* 180. *pro nunc, & ſine præjudicio Jurium ambarum Partium.*

Et ſanè denegari non valet manutentio in quaſi poſſeſſione exigendi quindennium, cùm Procurator Fiſcalis Nunciaturæ Neapolis, Sede Archiepiſcopali vacante, ex iſtius Juribus egerit contrà PP. Camaldulenſes pro ſolutione quindennii,& laudemii,illudque ab eis exegerit,quod 2
ſufficit ad hoc, ut Menſa Archiepiſcopalis dicatur acquiſiviſſe Jus exigendi,& petere poſſit manutentionem, quam unico etiam actu acquiri, tradunt in puncto exactionis *Nig. de laudem. qu.* 7. *art.* 8. *nu.* 12. *et* 13. *tom.* 1. *Poſt. de manut. obſ.* 18. *nu.* 26. *et ſeqq. Rota poſt eum dec.* 141. *n.* 4. *deciſ.* 180. *nu.* 9. *et dec.* 188. *nu* 1. *et deciſ.* 118. *n.* 1. *coram Buratt. deciſ.* 133. *nu.* 7. *et dec.* 158. *num.* 2. *Gregor. dec.* 313. *nu.* 1. *Dunoz Jun. dec.* 24. *nu.* 1. *in recent. dec.* 205. *nu.* 5. *par.* 4. *et in Romana, ſeu Reatina affictus* 27. *Junii præteriti* §. *Verùm etiam coram Me.*

Fortiùs, quia eadem Menſa plures etiam exactiones laudemiorum per ſe ipſam fecit ab eiſdē PP. Camaldulenſibus, dum occaſione donationis Maſsariæ, de qua agitur, factæ ab Aloyſia Cimina PP. Carmelitis fuit perſolutum laudemium Menſæ Dominæ directæ, eidemque aliud laudemium ſolutum fuit à Marco de Laurentio ex cauſa emptionis dictæ Maſsariæ, quæ ſolutio- 3
nes laudemii mirificè proſunt ad conſtituendam Menſam in quaſi poſſeſſione exigendi quindennium, cùm iſtud in locum laudemii ſit ſubrogatum, *Nig. de laudem. qu.* 12. *art.* 3. *ſub num.* 145. *Panimoll. deciſ.* 4. *nu.* 4. *Rota coram Cerro dec.* 18. *nu.* 13. *et poſt Card. de Luca ad tit. de emphyt. deciſ.* 18. *et dec.* 19. *utrobique nu.* 3. *et in recent, dec.* 198. *nu.* 4. *par.* 19. *Romana Quindenniorum* 13. *Martii* 1691. §. *Præmiſſa coram bon. me. Benincaſa, et in Avennionen. Novenniorum* 26. *Junii* 1699. §. *Quamvis coram R. P. D. Meo Pio.*

Undè ſicut Menſa Archipiſcopalis, ſi bona 4
non tranſiviſsent ad manus mortuas, potuiſset liberè laudemium exigere, ità liberè poterit exigere quindennium poſt dictum tranſitum, cùm conditio Actoris, & Poſſeſsoris non immutetur, 5
nè fiat deterior ex mutatione perſonæ, contrà quam Actor acquiſeverat poſſeſſionem, *Gratian.* di-

diſcept. 113. *nu.*17. *& diſcept.*981. *nu.*30. *Poſt.de manut. obſ.* 56. *nu.*4. *&* 5. *Rota poſt eum dec.*157. *nu.*1. *coram Gregor. dec.*313. *nu.*3. *ibique Adden. nu.*6. *& in recent. dec.* 388. *nu.*5. *& ſeqq. par.*15. *& in Camerinen. Cenſuum* 2. *Decembris* 1699. §. *Verùm in fine coram R. P. D. meo Pio*.

Maximè quia PP. Camaldulenſes habent cau-
6 ſam mediatam à PP. Carmelitis, & immediatam à Marco de Laurentio, cujus ſunt Legatarii, ut propterea eò minùs ex mutatione perſonę mutari valeat Jus, & quaſi poſſeſſio exactionis
7 ſed eadem poſſeſſio acquiſita contrà Anteceſſorem paſſivè tranſeat in ſucceſſorem ſolventis, etiamſi iſte nunquam ſolviſſet, ut in puncto Canonis *Poſt. de manut. obſ.* 56. *nu.* 2. *& ſeqq. Nig. de laudem. dic. qu.*7. *art.*8. *num.*7. *& ſeqq. tom.*1. *Rota coram Cavaler. dec.*75. *nu.*1. *& dec.*83. *n.*2.
8 Concurrente præcipuè titulo, & bono Iure exigendi, de quo *in alia mea Deciſione ſuper negocio principali*, quo ſtante eo magis poſſeſſio acquiſita, & juſto titulo continuata, eſt manutenibilis, *Adden. ad Gregor. dec.* 323. *num.*5. *Rota coram Merlin. dec.* 632. *nu.*5. *& ſeqq. & in Sabinen. Inundationis ſuper manutentione* 27. *Januarii* 1698. *in princ. coram. R. P. D. meo de Tremoille, &* 1. *Julii* 1699. §. *Libentiùs coram Me*.

Nullatenùs obſtante repetita nullitate ſolutionis laudemii ob defectum ſolemnitatum, & con-
9 ſenſus Monaſterii, quoniam ſolemnitates non erant neceſſariæ, & Monaſterium omnia ſucceſſivè approbavit, ut probatum eſt *in alia hodierna mea Deciſione* §. *Nec quicquam, & ſeqq.* & quatenùs etiam per hypotheſim aliqua ſuper hoc verſari poſſet difficultas, impedita remanere non poſſet manutentio favore Menſæ Archiepiſcopa-
10 lis, quæ ſemper datur ad limites poſſeſſionis rejectis exceptionibus nullitatis, aliiſque ſimilibus requirentibus altiorem indaginem, quæ ad petitorium reſervantur, nec manutentionem impediunt, donec tales exceptiones per tres conformes, & rem judicatam canonizatæ non appareant, *Rota in Nullius, ſeu Senogallien. Bonorum* 13. *Junii* 1695. §. *Sed quatenùs coram Me, Nepeſina, ſeu Portuen. manutentionis* 1. *Martii* 1700. §. *Nec urget cor. R. P. D. meo de la Tremoille, & in Terracinen. manutentionis* 14. *Januarii anni præteriti* §. *Fin. coram eodem, & in Reatina fideicommiſſi, ſeu manutentionis* 6. *Junii præteriti* §. *Prout quoque coram Reverendiſ. D. meo Decano*, & in terminis exceptionis ſuper nullitate contractus *Poſt. de manut. obſerv.* 62. *nu.*1. *et ſeqq.* ubi plures alios congerit, *Rot. in Camerinen. Cenſuum* 23. *Junii* 1698. §. *Quoniam coram Reverendiſ. Domino meo Decano, et in Urbinaten. manutentionis, ſeu Spolii* 2. *Maii præteriti* §. *prout non relevat cor. Me.*
Et ità utraque &c.

DECISIO XXI.

R. P. D. PRIOLO.

POSTEA SANCTAE ROMANAE ECCLESIAE CARDINALI.

Romana Laudemiorum.

Lunæ 31. *Januarii* 1707.

ARGUMENTUM.

Quindennia debentur, etiamſi bona emphyteutica transferantur in manum mortuam titulo venditionis ex cauſa retractus coactivi vigore Bullæ Gregorianæ.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*
2 *Laudemium debetur Domino directo ex tranſlatione bonorum emphyteuticorum facta in perſonam extraneam.*
3 *Lex loquens de alienatione voluntaria non habet locum in alienatione neceſſaria.*
4 *Cùm in alienatione neceſſaria non requiratur conſenſus, non competit actio pro laudemio, quod debetur pro conſenſu Domini directi, & approbatione novi emphyteutæ ab ipſo facienda.*
5 *Laudemium debetur etiam in alienatione Emphyteuſis, legis, vel Principis juſſu expleta, juxta veriorem, & receptiorem in foris ſententiam.*
6 *Bulla Gregoriana eſt exorbitans à Jure, cùm de Jure nemo cogatur invitus vendere.*
7 *Bulla Gregoriana extenſionem non patiens ultrà caſus expreſſos, trahi nequit ad exemptionem non ſolvendi laudemium Domino directo.*
8 *Pontifex non præſumitur voluiſſe tollere jus tertii.*
9 *Ex contextu Bullæ Gregorianæ deprehenditur, mentem Pontificis noluiſſe concedere exemptionem à ſolutione laudemii. Domino directo debiti.*
10 *Venditio vigore Bullæ Gregorianæ dici nequit alienatio neceſſaria ad effectum ſolutionis laudemii.*
11 *Non dicitur coactè fieri, quod fit Judice compellente in caſibus, in quibus intrat compulſio.*
12 *Alienatio inducta à Bulla Gregoriana ad ornatum Urbis, & publicam utilitatem, implicitè continet voluntatem quoque ipſius vendentis.*
13 *Alienatio vigore Bullæ Gregorianæ facta, dici poteſt aliqualiter neceſſaria reſpectu venditoris, reſpectu verò emptoris eſt ſimpliciter, & abſolutè voluntaria.*
14 *Bulla Gregoriana cogit Venditorem ad vendendum, non autem Emptorem ad emendum, ſeu retrahendum.*
15 *Laudemium debetur pro emptione voluntaria.*
16 *Publica utilitas nihil operatur in præjudicium tertii, ſed urget ſolùm, ubi fuiſſet habita ratio directi dominii prætio æſtimabilis.*
17 *Obligatio ſolvendi laudemium inducitur ex mutatatione perſonarum, & approbatione novi emphyteutæ.*
18 *In ſubhaſtatione rei empbyteoticæ facta authoritate Judicis, licet non requiratur conſenſus Domini directi, nihilominùs ex illa ſolvendum eſt laudemium.*
19 Niger de laudem. tom. 2. quæſt. 4. n. 13. & ſeqq. *& alii DD. tenentes, ex alienatione rei emphyteoticæ facta in exequutionem Bullæ Gregorianæ ſuper jure congrui non deberi laudemium, loquuntur contrà communiorem.*
20 De Marin. reſol. quotid. lib. 1. cap. 235. nu. 11. & Novar. in ſum. Bullar. comment. 120. nu. 7. *idem ſentientes, fatentur eorum opinionem fuiſſe rejectam.*
21 Deciſio 48. poſt Conſtantin. *in* Romana prętenſæ devolutionis cor. Orano *non tractat quæſtionem circa ſolutionem laudemii, ſed agit de caducitate, ideoque, licet incidenter firmet, laudemium non deberi in venditione facta vigore retractus, attendenda non eſt, quando in aliis Deciſionibus contrarium firmatur.*

22 *Quindennia debentur Domino directo loco laudemiorum, quando bona emphyteutica tranſeunt in manus mortuas, nè ob difficultatem, quam patitur alienandi Eccleſia, ſeu manus mortua ex prohibitione Juris, Dominus directus nimis gravetur.*

1 ADepta per Moniales S. Urſulæ poſſeſſione duarum Domorum exiſtentium in Vico nuncupato *de Greci* de directo dominio Patrum S. Nicolai ad Cæſarinos, quas vigore notiſſimæ Conſtitutionis ſanctæ memoriæ *Gregorii XIII. ſuper jure Congrui Bullar. nov. tom. 2. in ordine la 22.* ſibi vendi obtinuerant, alteram nempè ab Horatio Rainuccio, & alteram à Monaſterio S. Claræ Aquipendii, & Bernardino, aliiſque filiis Franciſci Spoletini emphyteutis, prætendere cæperunt, ſe non teneri ad laudemia à præfatis Patribus jure eorum directi dominii petita; teque ad Tribunal Emi Vicarii delata, nedum Moniales ad illorum ſolutionem prævia relaxatione mandati exequutivi fuerunt condemnatæ, verùm etiam fuit inſuper decretum favore Patrum mandatum de aſſociando ad dictas Domos ad effectum, ut eædem illos in Dominos recognoſcerent, ſeque obligarent ad ſolutionem quindenniorum in futurum, *Summario Actorum nu. 1. & 2.* A quo judicato commiſſa mihi appellationis Cauſa cum Clauſula *ſiquid exequendum*, diſceptandum in hodierna Audientia propoſui Dubium -- *An mandata ſint exequenda*, & affirmativa prodiit reſolutio.

Illorum namque validitas emergit ex revolutione actorum, Juſtitia verò quoad prìmum relaxatum pro ſolutione laudemiorum reſultat
2 ex eo, quòd certum eſt in Jure, quod quotieſcumque alienantur bona emphyteutica de una ad aliam perſonam extraneam, debetur Domino directo laudemium juxta cenſuram *text. in l. fin. C. de Jur. emphyt. Clar. in § Emphyteuſis qu. 23. num. 1. Fulgin. de Jur. emphyt. tit de laudem. q. 8. n. 1. et Rot. coram Coccin. dec. 2357. n. 3. & ſeqq.*

Non urgente reſponſione, quòd venditiones Domorum, de quibus agitur, fuerint expletæ in executionem Bullæ Gregorianæ, adeoque ex duplici ratione pro his nullum debeatur laudemiū,
3 nimirùm quòd talis alienatio dicitur neceſſaria, & conſequenter non ſubjaceat diſpoſitioni legis loquentis de actu alienationis voluntariæ ad notata per *Nigr. de laudem. tom 2. qu. 4. num. 13. & ſeqq. Donat. Anton. de Marin. reſolut. quotid. lib. 1. cap. 235. nu. 11. et Gratian diſcept. forenſ. cap. 227. nu. 45. et 46. Panimoll. deciſ. 4. nu. 16. et ſeqq.* &
4 altera, quòd cùm in hujuſmodi alienatione non requiratur conſenſus, agi non poſſit pro ſolutione laudemii, quod ſolvitur pro Conſenſu Domini directi, & approbatione novi emphyteutæ ab ipſo facienda, *Novar. in Sum. Bullar. comment. 120. nu. 7. par. 2. Tiraquell. de retract. §. 1. gloſſ. 14. nu. 10. et 11. Rot. poſt Modern. Aſculan. ad Statut. Urb. dec. 48. nu. 9.*
5 Etenim laudemium deberi etiam in alienatiobus rei emphyteuticæ, legis, vel Principis authoritate expletis, eſt verior, & receptior in foris ſententia, de qua *Burg. de laudem. par. 2. inſpect. 1. num. 15. et 19. Capon. contr. 31. num. 4. Fontanell. dec. 278. nu. 11. et dec. 279. per tot. lib. 2. Cortiad. dec. 246. nu. 161. Rot. dec. 274. n. 10. et ſeqq. par. 9.* confirmata *coram Coccin. dec. 2352. num. 19.* & in terminis Bullæ Gregorianæ *Fulgin. de jur. emphyt. dict. quæſt. 8 nu. 15 tit. de laudem. Pacion. alleg. 69. nu. 16. et ſeqq.* apud quem concordantes.

Quæ quidem opinio eo certiùs amplectenda videtur in terminis Bullæ Gregorianæ, nedùm 6
quia utpotè aberrans à diſpoſitione Iuris, juxta quod nemo cogitur invitus rem ſuam alteri vendere *l. falſo, et l. portionem C. de commun. rer. alienat. l. dudum C. de contrah. empt.* & plenè probat *R. P. D. Corradin. in ſuo tract. de prælat. quæſt. 33. nu. 1. et ſeqq.* ideoque extenſionem non patiens 7
ultrà caſus expreſſos, trahi minimè debet ad exemptionem non ſolvendi laudemium Domino directo, ut benè ratiocinatur *Fontanell. dict. dec. 279. à nu 1. uſq. ad 9 et ſeqq.*

Verùm etiam quia ex ipſamet Bulla manifeſtè deprehenditur, mentem Summi Pontificis, quem 8
nec etiā in dubio præſumitur tollere voluiſſe jus tertii *Rocc. Select. Jur. diſput. cap. 78. num. 17. et ſeqq. et cap. 111. num. 40. R. P. D. meus Anſald. in tract. de commerc. et mercat. diſc. 47. n. 14. Rot. coram Coccin. deciſ. 2142. num. 15.* fuiſſe prorsùs alienam ab omnibus præjudiciis, quæ exindè Dominis directis obvenire potuiſſent, dum eveniente caſu, quo emphyteuta ædificare cupiens eximere vellet rem à jure directi dominii, expreſsè ſancivit eidem tradi debere fundum, *pretii, commoditatis, redditus, ac bonitatis ſaltem paris*; Ac ulteriùs voluit, quòd in caſu retractus coactivi, ultrà verum, ac juſtum valorem domus, ſeu fundi retracti per Peritos æſtimandum, fiat prætii augumentum in quinta parte valoris; ſi Domus habitetur per ipſum Dominum, & in duodecima, ſi aliis reperiatur locata; his enim ſtantibus, nè deſtruatur finis ab eodem adeò 9
enixè volitus, per neceſſe dicendum quoque venit ſtatuendo Vicinum poſſe cogi ad vendendū, nequaquam intellexiſſe elargiri exemptionem prædictam à ſolutione laudemii Domino directo debiti ad text. *in l. Ancillas ff. de legat. 1.* de qua *Rodulph. alleg. 72. nu. 20.*

Nec quidquam officiunt geminæ rationes in objecto conſideratæ, reſpectu enim primæ, omiſ- 10
ſo, venditionem vigore iſtius Bullæ factam dici non poſſe alienationem neceſſariam ad iſtum effectum ſolutionis laudemii, ut ponderat *Fontanell. cit. deciſ. 178. nu. 11.* tùm quia non dicitur coactè fieri, quod fit Iudice compellente in caſi- 11
bus, in quibus intrat compulſio juxta Theoricam *Bald. in l. licet §. Sed cùm ff. de eo, quod met. cauſ.* egregiè explicatam per *Sanchez. de matrim. lib. 4. qu. 13. per tot. Fontanell. de pact. nuptial. clauſ. 5. gloſſ. 5. nu. 41. par. 2. Guttier. de gabell. quæſt. 22. nu. 10. cum ſeqq* tùm etiam quia hujuſmodi alienationes tanquàm inductæ à dicta Bulla ad or- 12
natum Urbis, & publicam utilitatem, continent implicitè voluntatem quoque ipſius vendentis, ut ad propoſitum notarunt *Guttier. dict. qu. 22. nu. 7. Fontanell. dec. 278. à nu. 11. uſq. ad fin.*

Dicta ratio remanet penitùs inefficax, ſi animadvertatur, quòd licet alienationes, de quibus agitur, reſpectu Venditorum dici poſſent aliqua- 13
liter neceſſariæ, inſpecta tamen perſona emptoris ſunt ſimpliciter, & abſolutè voluntariæ, quippè quia Bulla cogit ſanè Venditorum ad ven- 14
dendum, ſecùs autem emptorem ad retrahendum, pro qua idcircò voluntaria emptione contro-

troverti non valet laudemium, quod ſemper Do-
15 mino directo competit pro facto voluntario emptoris, à quo ſolvi debet, ut literaliter legitur in rubrica *text. in l. fin. C. de jur. emphyt. ibi -- Debet pro conſenſu Inveſtituræ novi emphyteutæ habere quinquageſimam*, & præciſè huic obiecto reſpondendo tradit *Burg. de laudem. par. 2. inſpect. 1. nu. 16. ibique Adden. nu. 41.* & firm. *Caldas de Jure emphyt. lib. 4. cap. 16. nu. 62.*

Non attento favore publicæ utilitatis, & onere ædificandi in augumentum ornatus Urbis, ex quo inferebatur, alienationem etiam ex parte emptoris dici debere neceſſariam per ea, quæ notat *Niger de laudem. cit. qu. 4. nu. 22. tom. 2.* Quia pariter venditio expleta in vim *l. ſiquis Sepulchrum ff. de religioſ. et ſumpt. funer.* cui in hoc æquiparatur Bulla Gregorii, habet admixtam publicam utilitatem, & quod maius eſt, decus divinum in ædificio, vel ampliatione Eccleſiæ, & nihilominùs remanet indubitatum, quod reſpectu ementis eſt voluntaria, & pro ea laudemium debetur iuxta firmata per *Cortiad. dec. 246. nu. 161.* & diſcuſſo articulo dixit *Rot. coram Cerro dec. 474. nu. 10. et ſeqq par. 9.* confirmata *coram Coccino dec. 2357. num. 19.* quia in utroque caſu onus ædificandi provenit ex facto ipſius emptoris ità volentis, & promittentis, non autem ex præcepto Principis, qua de re inſpici debet principium, quod eſt voluntarium, nihil curando, utrùm concurrat etiam dictum onus ædificandi, & exindè reſultet publica utilitas, cùm iſta ali-
16 quid operari non valeat in præiudicium tertii, ſed urgeat ſolùm, ubi fuiſſet habita ratio directi dominii, quod eſt prætio æſtimabile *Rot. in laudata dec. 2. coram Cerro nu. 9. et coram Coccino cit. dec. 2357. nu. 12. et 13.*

Irrelevans quoque detegitur altera ratio fundata in correlatione laudemii ad conſenſum Domini directi, quia ſtant benè ſimul, quòd aſſenſus Domini directi tanquàm inductus ad evitandam caducitatem, minimè requiratur in alienatione à Conſtitutione Gregoriana demandata, quodque nihilominùs intret obligatio ſolvendi
17 laudemium, cùm iſta etiam inducatur ex mutatione perſonarum, & approbatione novi emphyteutæ, ut docuerunt *Menoch. conſil. 297. num. 27. et 35. lib. 3.* ubi quòd hæc eſt communis opinio, *Burſat. conſ. 56. nu. 16. lib. 1.* benè *Burg. de laudem. par. 2. inſpect. 1. n. 15.* & meliùs *inſpect. 45. nu. 10. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 372. n. 11. et 12. et 33. cum ſeqq. Surd. dec. 200. nu. 5. Hodiern. ad eund. deciſ. 93. n. 37. Rubeus in addit. ad dec. 131. num. 390. et ſeqq. par. 8. recentior.* & tenuit *Rot. dec. 20. num. 2. poſt Card. de Luca ad materiam de emphyteuſ.* & in terminis alienationis ſequutæ vigore Bullæ Gregorianæ *Fulgin. de emphyt. tit. de laudem. qu. 8. nu. 15.* & pro conſtanti ſuppoſuit *Rot. dec. 871. nu. 2. et 3. coram Merlino*, & in aliis
18 ſimilibus caſibus exemplificari poteſt, puta in ſubhaſtatione facta authoritate Judicis, in qua eſto, quòd aſſenſus Domini non requiratur, adhùc ſolutio laudemii non effugitur ad notata per *Mangil. de ſubhaſt. qu. 143. n. 1. 2. et 11. Poſth. eod. tract. inſpect. 48. à nu. 1. et per tot. Rota coram Cavallerio deciſ. 360. nu. 4.*

Et hinc attendi non merentur Doctores ſuprà
19 citati *in §. Non urgente*, quia *Niger de laudem.* & alii ejus aſſeclæ loquuntur contrà ſententiam magis receptam, & confunduntur tùm à rationibus hùc uſque expenſis, tùm ab aliis Doctori- 20
bus adductis *in §. Etenim*; *De Marinis* verò, & *Novar.* ingenuè admittunt, quòd eorum opinio fuit rejecta *à Rota deciſ. 474. par. 9. et coram Coccino dec. 2357.* Et demùm *Deciſio Rotæ in Ro- 21
mana prætenſæ devolutionis coram Orano impreſſa poſt Conſtantin. dec. 48.* attendi non meretur, quia ibi, cùm non eſſet quæſtio circa ſolutionem laudemii, ſed de caducitate, ſolùm incidenter dicitur illud non deberi in venditionibus factis vigore retractus quando in ſuprà citatis aliis deciſionibus contrarium firmatur.

Quibus ità conſtabilitis conſequutivè probata quoque remanet juſtitia alterius mandati relaxati pariter favore Patrum pro quindenniis in futurum à Monialibus præſtandis, quia poſito, quòd laudemia Domino directo ſint debita, ſtatim ac bona emphyteutica perveniunt ad Eccle- 22
ſias, ſeu manus mortuas, nè, attenta difficultate alienationis ob Juris prohibitionem contentam in *Extravag. Ambitioſæ de reb. Eccleſ. non alien.* nimis gravetur, eidem loco laudemiorum quindennia ſolvi debent juxta praxim communiter receptam, de qua *Panimoll. deciſ. 4. nu. 3. Niger de laudem. qu. 12. art. 3. nu. 148. et nu. 151. Rot. coram Coccin. deciſ. 2314. et 2357. utrobique per tot. et in rec. deciſ. 474. à nu. 15. ad 21. par. 9. et deciſ. 198. nu. 1. et ſeqq. par. 19.*

Et ità utraque &c.

DECISIO XXII.

R.P.D. LANCETTA.

Romana Quindenniorum.

Veneris 16. Decembris 1707.

ARGUMENTUM.

Quindennia debentur, etiamſi reſervata non fuerint, quando Emphyteuſis transfertur per privatum in manum mortuam, & Eccleſia etiã abſque Beneplacito Apoſtolico ſe obligare poteſt ad ſolutionem Quindenniorum.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*
2 *Exequutio mandati retardari nequit concurrente illius validitate, & juſtitia.*
3 *Poſt lapſum 100. annorum agi nequit via exequutiva.*
4 *Ut competat via exequutiva, attendendum eſt poſterius tempus alterius Inſtrumenti, à cujus die non lapſi fuerint 100. anni.*
5 *Manus mortua ſe obligare poteſt ad ſolvendum quindennia, etiam abſque beneplacito Apoſtolico.*
6 *Quando Emphyteuſis tranſit in manum mortuam, illa tenetur ſolvere quindennia loco laudemiorũ,*
7 *Dominus directus conſentiens, ut Emphyteuſis tranſeat in manum mortuam abſque aliqua reſervatione quindenniorum ſui favore facta, cenſetur non curare voluiſſe de quindenniis.*
8 *Emphyteuta transferente Emphyteuſim in manum mortuam, iſta tenetur ad quindennia, ſi Domi-*

nus directus in præſtatione conſenſus illa ſibi non reſervaverit.

9 Deciſio in Avenionen. Novenniorum 26. Junii 1699. coram bo. me. Pio, *procedit, quando Emphyteuſis ab initio tranſivit in manum mortuam.*

10 *Unicus actus ſolutionis quindennii ſufficit ad deſtruendam obſervantiam contrariam interpretativam.*

1 REnuentibus Patribus S. Honuphrii perſolvere Quindennia Archiconfraternitati Sanctiſſimæ Annunciationis de Urbe Dominæ directæ cujuſdam ſitus poſiti in Via Lungariæ, reportavit iſta à R. P. D. Viceſgerente favorabile mandatum, cujus executionem evitare cupientes Patres prædicti, curarunt in gradu appellationis per me proponi Dubium--*An Mandatum ſit exequendum,* illudque *affirmativè* reſolutum fuit.

2 Concurrentibus namque illius validitate, ac juſtitia, executio retardari nequit, *Rota coram Emerix Jun. dec.*304.*n.*1.*et in recentior. dec.*527. *nu.*1. *par.* 19.

Fruſtraque validitas impugnatur, ex quò poſt
3 lapſum 100. annorum agi non potuerit via executiva vigore Inſtrumenti ſtipulati de anno 1577. in quo non apparet, quòd PP. prædicti ſe obligaverint favore Antonii Formicini ad controverſa Quindennia perſolvenda; quoniam Archiconfraternitas mediatam cauſam habens à dicto Formicino, non agit vigore dicti Inſtrumenti anni 1577. dumtaxat, ſed vigore etiam alterius celebrati de anno 1673. in quo Monaſterium, & Patres in forma Cameræ *promiſerunt ſuis loco, et tempore ſolvere Quindennia tàm præterita, quàm futura ad ratam valoris liberè*; Undè cùm à die conditi Inſtrumenti non effluxerint 100. anni, & obligatio ſuam habeat ſubſiſten-
4 tiam; Indè ſequitur, quòd ex ea oriatur actio executiva pro controverſis Quindenniis, ità ut mandatum executivum R. P. D. Viceſgerentis ſit omninò exequendum *Rota coram Cerr. deciſ.* 936.*nu.*1.*et in recentior. deciſ.*369.*nu.*4. *par.*19.

Juſtitia verò ex prædicto Inſtrumento manifeſtè reſultare viſa fuit, cùm in eo Monaſterium recognoſcendo in Dominam dictam Archiconfraternitatem, Quindennia, de quibus agitur,
5 ſolvere ſe obligavit, etiamſi in illo non interfuerit Beneplacitum Apoſtolicum, quia cùm obligatio per Monaſterium emiſſa non fuerit ultronea, ſed neceſſaria, ideò etiam ſine Apoſtolico aſſenſu ſubſtinetur *Rot. coram Bich. deciſ.* 525. *nu.*17. *et coram Emerix. Jun. deciſ.*1264. *nu.*5.

Neceſsitas autem obligationis patet, ex quò, ut inter Partes non controvertitur, Domus emphyteutica controverſa, mediante Catherina Parda, titulo donationis de anno 1574. tranſivit in dictum Monaſterium, & Patres, ideoque cùm res emphyteutica tranſlata fuerit in ma-
6 num mortuam, ſequitur, quòd loco laudemiorum, quæ præcedenter ſolvebantur, teneatur manus mortua perſolvere Quindennia, quæ nil aliud ſunt, quàm ſolutio, quæ fit de quindecim in quindecim annis illius quantitatis laudemio æquivalentis, quod, fit ſub ea veriſimilitudine, quòd intrà dictum tempus, ſi res emphyteutica eſſet in commercio, ſequi poſſet alienatio, per quam Domino directo deberetur laudemium *Card. de Luca de emphyt. diſc.* 50. *nu.*7. *Rota deciſ.* 474. *num.*5. *et ſeqq. et dec.* 494. *num.*12. *et ſeqq. par.* 9. *et dec.* 198. *nu.*4. *par.* 19. *recentior. et in Romana Quindenniorum* 13. *Maii* 1689. §. *Præmiſſo coram bo. me. Benincaſa.*

Nec relevat, quòd Formicinus Dominus directus, & Auctor Archiconfraternitatis præſtando conſenſum retentioni dictę Domus emphyteuticæ favore dictorum Patrum non convenerit ſolutionem Quindenniorum in futurum, inferendo exindè, eum non curaſſe, ac condo- 7
naſſe damnum, quod ſibi per hujuſmodi tranſitum ad manus mortuas evenire poterat; Quia objectum procederet, quotiès ab initio Formicinus directè Domum Monaſterio in Emphy- 8
teuſim conceſſiſſet, ſecùs autem quando mediante perſona emphyteutæ res emphyteutica ad manum mortuam, ſeu Eccleſiam devenit; In his enim terminis ſicuti emphyteuta teneretur ad ſolutionem laudemii, ità & Eccleſia ad Quindennia, quamvis non contrà in præſtatione conſenſus, cùm illa ſint ſubrogata in locum laudemiorum, quæ ſolvenda erant ab Inveſtitis, ut diſtinguendo tradit *Card. de Luca de emphyteuſ. diſc.*50.*nu.*1.*et* 6.*et de Regal. diſc.* 162. *nu.*5. & ſic 9
remanet inapplicabilis *Deciſio in Avenionen. Novenniorum* 26. *Junii* 1699. *coram bo. me. Pio* in objecto allegata, dum in ejus caſu agebatur de conceſſione ab initio manui mortuæ facta.

Quin juvet obſervantia interpretativa deſumpta ex lapſu temporis 100. & ultrà annorum, quo Quindennia non fuerant exacta, quia iſta ceſſat ex facto, dum Monaſterium ab anno 1659. laudemia perſolviſſe appareat, ut habetur *ex Summario Archiconfraternitatis n.*2. Non attento, quòd ſolutio ſine ſpeciali mandato Procuræ facta fuerit, quia in præſenti non quæritur de validitate, vel invaliditate ſolutionis, ſed ſolùm ex dicta ſolutione educi prætenditur actus dictæ obſervantiæ interpretativæ per Monaſterium allegatæ deſtructivus, ad quem effe- 10
ctum etiam unicus actus ſufficeret *Rota in Calaguritana Decimarum Sancti Petri Manrique* 14. *Aprilis* 1698. §. *Unicus coram Reverendiſſimo Conchen. et in Colonien. Canonicatus primæ gratiæ* 13. *Iunii* 1699. §. *Ad excludendam coram R. P. D. meo Scotto.*

Et ità utraque &c.

Deciſio hujus confirmatoria eſt infrà inter Deciſiones additas &c. in ordine la VIII.

DECISIO XXIII.

Rmo P. D. MOLINES DECANO.

Romana Domus, ſeu Domorum.

Veneris 14. *Januarii* 1708.

ARGUMENTUM.

Domino directo competit aſſociatio ad fundum emphyteuticum in caſu, quo manus mortua poſſeditrix renuat ſolvere quindennia decurſa, ſeque obligare ad ſolvendum quindennia in poſterum decurrenda, è contrà verò manui mor-

tuæ

tuæ fundi poſſeſſione ſpoliatę ob non exhibitum titulum, purgatio moræ, ac reintegratio poſſeſſionis, mediante quindenniorum ſolutione.

SUMMARIUM.

1 *Pro alienatione emphyteuſis ab emphyteuta facta ſolvitur quinquageſima æſtimationis fundi emphyteutici, ipſo Domino directo.*

2 *Laudemium dictum fuit à verbo* laudo; *quod approbare ſignificat.*

3 *Quindennia inducta fuerunt in locum laudemiorum in eventum tranſitus emphyteuſis ad manus mortuas.*

4 *Conſtat de re judicata, quando appellans non proſequitur ſuam appellationem intrà biennium.*

5 *Reſtitutio in integrum abſque læſione nec Eccleſiæ, aliiſque Piis Locis, & perſonis privilegiatis conceditur.*

6 *Laudemium debetur Domino directo pro alienatione emphyteuſis favore perſonæ extraneæ ab emphyteuta factæ, quindennium verò ſubrogatum in locum laudemii debetur pro tranſitu ipſius emphyteuſis ad manum mortuam.*

7 *Pro locatione non debetur laudemium, nec quindennium.*

8 *Contractus ſemper talis dijudicari debet, qualis à Partibus in Inſtrumento denominatur.*

9 *Verbum* locationis *eſt genericum, & lato vocabulo comprehendit quoque emphyteuſim.*

10 *Nomen* locationis *per dictionem* in *tranſit in nomen emphyteuſis.*

11 *Reſervatio dominii directi convenit emphyteuſi tantùm, non autem locationi perpetuæ.*

12 *Præcipuum conſtitutivum contractus emphyteutici conſiſtit in eo, quòd res ad meliorandum conceditur.*

13 *Verbum* Canon *proprium eſt emphyteuſis, non autem congruè adaptatur locationi.*

14 *Emphyteuſis contradiſtinguitur à locatione, eo, quòd ſolutio Canonis unica tantùm vice quotannis facienda convenitur.*

15 *In locatione non incurritur caducitas ob non ſolutam penſionem, nec conductor privatur melioramentis, ſed potiùs ipſi veniunt reficienda.*

16 *Inſignia affixa in fundo emphyteutico deſignant dominium directum illius, cujus Inſignia ſunt.*

17 *Univerſalis qualitas emphyteutica totius fundi operatur, ut talis etiam cenſenda ſit pars ſpecialis, quæ non præſumitur diverſimodè conceſſa à ſuo toto.*

18 *Res inter alios acta tertio non præjudicat.*

19 *Officiales Locorum Piorum non præſumuntur ſolvere voluiſſe laudemia, & quindennia, ſeque obligare ad alia quindennia in futurum decurrenda, ſi conceſſiones Terreni ab eorum Auctoribus obtentæ interpretari poſſent potiùs pro perpetuis locationibus, quàm pro emphyteuſi.*

20 *In emphyteuſi ſolvitur quid minimum in recognitionem directi dominii.*

21 *Ex hortis regulariter colliguntur olera, legumina, aliique fructus.*

22 *Canon potiùs, quàm affictus arguitur ex annua reſponſione non excedente ſextam partem, præſertim in emphyteuſi Eccleſiaſtica.*

23 *Immò ſufficit, quòd non probetur antiquus rei ſtatus, nec quanti fuerint fructus ejuſdem rei de tempore ſequutæ conceſſionis.*

24 *In conſtitutione Canonis haberi poteſt ratio fructuum, quæ in futurum in majori quantitate percipi poterant ob melioramenta conventa.*

25 *Canon augeri poteſt contemplatione ejus, quod in ingreſſu ſolvi debuiſſet, quando ab inveſtitis nihil pro intratura ſolvitur.*

26 *Bona Eccleſiæ, ut alienari poſſint, requiritur illius evidens utilitas juxta* Extravag. Ambitioſæ de reb.Eccleſ.non alienan.

27 *Coæquatio Canonis cum fructibus non adverſatur ſubſtantiæ emphyteuſis Eccleſiaſticæ, nec immutat illius naturam.*

28 Deciſio 334.coram Buratto *declaratur.*

29 *Clauſula* ad habendum, & conſtituti, *ampliſſimis verbis extenſa adaptatur congruentiùs locationi perpetuæ, quàm emphyteuſi.*

30 *Ad hoc, ut dignoſcatur contractus emphyteuticus, ſatis eſt, quòd in ipſo reſervatum fuerit dominium directum.*

31 *Clauſulæ* ad habendum, & conſtituti, *utpotè de ſtylo Notariorum in quibuſcumque contractibus Emphyteuſis, præſertim perpetuæ, apponi ſolitæ, nihil operari valent ad excludendam qualitatem emphyteuticam.*

32 *Emphyteuſis Eccleſiaſtica ut plurimum ad tertiam tantùm generationem concedi ſolet.*

33 *In alienatione emphyteuſis requiritur conſenſus Domini directi, eique ſolvitur laudemium.*

34 *Pactum ſolutionis laudemii implicitè cenſetur ineſſe contractui emphyteuſis, licet expreſsè non ſit adjectũ, quando conſtat de qualitate emphyteutica.*

35 *Dominus directus petere poteſt à manu mortua laudemia, & quindennia in præteritum non petita ob rationem juris ignorati.*

36 *Favore Eccleſiæ facienda eſt interpretatio pro emphyteuſi, cùm illa in contractu emphyteutico minùs lædatur.*

37 *Sixtus V. indulſit Capitulo S. Petri de Urbe, ut ſemper præſumendum ſit favore Capituli pro conceſſione in emphyteuſim potiùs, quàm ad cenſum.*

38 *In dubio judicandũ eſt pro qualitate emphyteutica.*

IN præmium præſtiti conſenſus per Dominum directum laudantem, & approbantem alienationem, ſeu translationem Bonorum ſub ipſius directo dominio exiſtentium, ab emphyteuta factam favore aliarum perſonarum Imperator Juſtinianus *in l.fin.Cod.de jure emphyteutico* ſancivit, ut eidem Domino directo ſolveretur quinquageſima pars pretii, vel æſtimationis illius rei, quæ ad aliam perſonam transfertur, quam quidem pretii partem, quæ tamquam genus quoddam gratitudinis penditur Domino recipienti novum emphyteutam, Noſtri juris Interpretes deſumpta etymologia à verbo *Laudo*, quod approbare, vel ratificare ſignificat, *Laudemium* communitèr compellarunt, ut præ cæteris in propoſito admonet *Niger de laudem. qu.1.num.*43.*&* 44.

1 (margin, at "Imperator")

Verùm quia aliquando ob tranſitum bonorum emphyteuticorum ad loca Eccleſiaſtica, vel pia, quæ manus mortuæ dicuntur, Domino directo nulla ampliùs ſuppetebat ſpes devolutionis, & ob vetitam eiſdem locis à Pontificiis Sanctionibus prædictorum bonorum alienationem, quælibet præcludebatur via conſequendi Laudemia; Ideò nè Dominus directus ob tranſitum bonorum emphyteuticorum ad præfatas ma-

manus mortuas, jus ſuum quodammodo amitteret, & qualibet ſecluſa propria culpa, aut dolo, notabile detrimentum pateretur, æquitativa inolevit praxis, ſeu conſuetudo ubique recepta, qua fingitur, quod decimoquinto quolibet anno fiat rei emphyteuticæ diſtractio, ſub ea veriſimilitudine, quod ſi res emphyteutica
3 eſſet in libero hominum commercio, intrà d. tempus ſequi potuiſſet alienatio, ob quam Domino directo debitum fuiſſet Laudemium; Sicque in memoratum eventum tranſitus bonorum emphyteuticorum ad manus mortuas loco laudemiorum inducta fuerunt *quindennia*, quæ nil aliud ſunt, quàm ſolutio illius quantitatis Laudemio æquivalentis, quæ ob prædictam rationem ſuppoſitæ, ſeu veriſimilis alienationis de quindecim in quindecim annos Domino directo fieri debet ex connotatis per *Rotam in Romana Quindenniorum* 13. *Maii* 1701. §.1. *cum duobus ſeqq. coram Me*, *& in alia Romana Quindenniorum* 16. *Decembris anni mox effluxi* §. *Neceſſitas coram R.P.D.Lancetta*.

His igitur fretum Theoricis Capitulum Sacroſanctæ Baſilicæ S.Petri in Vaticano, cum de anno 1690. compererit, quod quædam Domus inſimul unitæ, & poſſeſſæ tum ab Archiconfraternitate Sancti Joannis Decollati Miſericordiæ, tum à Monaſteriis S. Catharinæ de Roſa, & Sanctiſsimæ Annunciatæ in S. Baſilio, ac S.Mariæ Magdalenæ Convertitarum ad Curſum, tum ab Alexandro Brugiotto ædificatæ fuerant ſuper Terreno Hortorum Eccleſiæ S.Blaſii de Panetta, quod de anno 1516. idem Capitulum, cui prædicta Eccleſia Sancti Blaſii cum omnibus ſuis bonis, & juribus unita fuerat, in emphyteuſim perpetuam conceſſerat diverſis perſonis. Et ulteriùs, quod præfatum terrenum cum Domibus deſuper conſtructis ad diverſas perſonas tranſiverat, & ſucceſſivè ad prædictas manus mortuas devenerat, nulla unquam facta laudemiorum, & reſpectivè quindenniorum ſolutione, judicium inſtruxit coram Eminentiſs. D.Card. Paracciano tunc Sacroſanctæ Baſilicæ S.Petri Vicario digniſſimo contrà Archiconfraternitatem S.Joannis Decollati, & cæteros earundem Domorum poſſeſſores pro exhibitione tituli eorum poſſeſſionis, juxtà facultates ipſi Capitulo tributas à s.m. Sixto V. in ſpeciali motu proprio dato in *Summ. Capituli num. 6.* & de quo meminit *Rot. dec.* 128. *num.* 11. *par.* 6. *rec.* Poſtquam autem Archiconfraternitas Sancti Joannis Decollati per legitima Documenta juſtificaverat ſe cauſam habere à Bindo Salvatoris Bindi, cui facta fuerat conceſſio partis Terreni de anno 1516. præ laudatus Eminentiſs. Paraccianus relaxavit favore Capituli mandatum de aſſociando ad poſſeſſionem prædictarum Domorum, niſi Archiconfraternitas prædicta præter Canones ſolverit quoque laudemia, & quindennia decurſa, & in poſterum ſe obligaverit ſolvere eoſdem Canones, & quindennia; Quo verò ad præfata Monaſteria S. Catharinæ, Sanctiſſimæ Annunciatæ, & Sanctæ Mariæ Magdalenæ, nec non Alexandrum Brugiottum aliarum domorum poſſeſſores, qui ob non ſequutam exhibitionem tituli earum poſſeſſione ſpoliati fuerant, mandavit idem Judex, ut admitti deberent ad purgationem moræ, & reintegrationem poſſeſſionis factâ priùs recognitione in Dominum, ſolutione Canonum, laudemiorum, & reſpectivè quindenniorum.

Huiuſmodi judicatum acceptarunt tàm præfata Monaſteria S. Catharinæ, Sanctiſſimæ Annunciatæ, & S. Mariæ Magdalenæ, quàm Alexander Brugiottus, reluctante dumtaxat Archiconfraternitate S. Joannis Decollati, ad cujus inſtantiam commiſſa mihi appellationis cauſa, & ob lapſum fatalium ſuperventa re judicata, congruum proindè in hodierna Audientia diſceptandum propoſui Dubium -- *An conſtaret de re judicata, ſeu potiùs de Cauſis reſtitutionis in integrum* -- ſed non diſſimili fato in hoc Supremo quoque Auditorio triumphavit Capitulum cenſentibus DD. *conſtare de re judicata, & non de cauſis reſtitutionis in integrum*.

Conſtat etenim de re judicata eo ipſo, quod Ven. Archiconfraternitas S. Joannis Decollati poſt interpoſitam appellationem à contrario judicato Eminentiſs. D. Card. Paracciani à die commiſſionis Cauſæ infrà biennium acta prio- 4
ris inſtantiæ tranſportare neglexit *Rot. in Romana Pecuniaria* 7. *Februarii ſuperioris anni* §. *Cum enim coram Me*. Nec reſtitutioni in integrum locus eſſe poteſt attenta validitate, & juſtitia prædicti judicati, quibus ſtantibus ceſſat quælibet læſio, ſine qua reſtitutio in integrum etiam 5
ipſi Eccleſiæ, aliiſque Locis piis, & perſonis quantumcumque privilegiatis paſſim denegatur, juxtà vulgata principia, de quibus *Odd. de reſtit. in integrum par.* 2. *qu.* 82. *art.* 7. *num.* 52. *& ſeq. Rot. in Bononien. Reſtitutionis in integrum* 22. *Martii* 1700. §. *Quamvis coram Reverendiſſimo dell' Olmo Epiſcopo Conchen. in Savonen. Aggregationis* 13. *Junii* 1701. §. *Concurrente coram Me*, *in Ravennaten. Taxæ* 10. *Decembris* 1706. §. *Præbuit namque pariter coram Me*, *et in Romana Fideicommiſſi Mutii de Bubalo* 4. *April.* 1707. §. *primo coram R.P.D. meo Anſaldo*.

Et ſanè, præſuppoſita validitate utpotè ex Actis reſultante, evidens emergit juſtitia præcedentis judicati Eminentiſsimi Paracciani, cuius vigore decreta fuit Capitulo S. Petri in Vaticano aſſociatio ad poſſeſſionem domorum de directo Dominio ipſius Capituli, niſi Archiconfraternitas S.Joannis Decollati, ultrà Canones, ſolverit quoque Laudemia, & quindennia decurſa, & in poſterum ad eorumdem ſolutionem ſe obligaverit; nil enim magis juſtitiæ, ac æquitati conſonum eſt, quàm quod Domino directo in caſu alienationis Bonorum emphy- 6
teuticorum de una ad aliam perſonam extraneam debeatur laudemium, & in caſu tranſitus eorumdem ad manus mortuas, Dominus directus loco laudemiorum conſequi debeat quindennia, prout ſuprà animadverſum eſt in §.1. & §. *Verum quia*, & ultrà authoritates inibi adductas in terminis laudemiorum firmant, *Fulgin. de emphyt. tit. de Laudem. qu.* 1. *ſub num.* 2. *verſ. Sciendum*, *Fontanell. de pact. nupt. clauſ.* 4. *gloſ.* 9. *par.* 5. *n.* 129. *Panimol. dec.* 4. *nu.* 14. *adnot.* 1. *n.* 4. *&* 5. *Rot. dec.* 121. *n.* 1. *coram Cavalerio*, *& in Romana Laudemii* 16. *Junii* 1690. § *finali coram clar. mem. Card. Cavallerino*, *& in Romana Devolutionis Domus* 3. *Decembris* 1703. §. *Exequendum coram R.P.D. meo Scotto*, & in propoſito quindenniorum proſequuntur *Capon. diſcep. foren.* 376. *n.* 19.

n.19.Card.de Luc.de emphyt.diſc.50.nu.7.Leo dec. Valent.77.n.7.lib.1.Rot.cor. Cerro dec.226. n 33. in Avenionen. Novenniorum 26. Junii 1690. §.Quamvis enim coram bon.mem.Pio, in Romana emphyteuſis 11.Martii ejuſdem anni § Moti ex eo, & 11.Decembris §.Poſita autem coram bon.mem. Muto, & in Romana Laudemiorum 31. Januarii 1707.in princ.& §.1.cor.R.P.D meo Priolo.

Abſque eo, quod ſubſiſtere valeat unicum objectum ab Archiconfraternitate deductum, ſuper quo reſidet totum Cauſæ momentum, quod ſcilicet ipſa condemnata fuerit ad ſolutionem laudemiorum, & reſpectivè quindenniorum cum ſuppoſito, quod controverſæ Domus ad illius manus devenerint ex contractu emphyteutico geſto de anno 1516. inter Capitulum S.Petri, & Bindum q.Salvatoris Bindi eiuſdem Archiconfraternitatis mediatum Authorem, quando prædictus contractus non erat contractus emphyteuſis, ſed meræ locationis
7 perpetuæ, in qua nec laudemia, nec quindennia deberi, tradiderunt, *Fulgin.de jur.emphyt.tit.de Laud.qu.16.n.4.Burg.de Laudem. par.1.inſpect.5. n.17.Antonell.de temp.legal. lib.3.cap.7.num.86. Panimol.dec.4. annot.2.num.18.Rot.dec.14. nu.2. par.6.recen.*

Siquidem funditùs, & accuratè rimato per DD.toto cōtextu prędicti contractus anni 1516. tum ex littera Inſtrumenti, tum ex pactis in eo deſuper appoſitis compertum extitit, quod prædictus contractus fuit emphyteuticus, non autem locatitius: Patet enim ex littera Inſtrumenti, quod conceſſio his verbis concepta fuit -- *Locavit, & titulo Locationis in emphyteuſim perpetuam dedit, ceſſit, et conceſſit etc.* quæ ſubinde repetita dignoſcuntur, ibi -- *Item ſimili modo, et forma locavit, et titulo Locationis in emphyteuſim conceſſit -- Summario Capituli Num.1.* Ex quibus ſanè verbis ſatis apertè convincitur Partes ſtipulare voluiſse contractum emphyteuti-
8 cum, cum talis ſemper contractus diiudicari debeat, qualis à Partibus in Inſtrumento denominatur ex his, quæ in ſpecie animadvertunt, *Natta conſ.49.nu.14.Mantica de tacit.lib.2. tit.8. n.4.Niger.de laudem.tom.1.qu.21.art.1.n.39.Fulgin.de jur.emph in prælud qu.15.n.15.Magon.dec. Lucen.12.n.18.Card.de Luc. de emph.diſc.31.n.7. Rot.coram Bichio dec.483.n.27.in rec.dec.338.n.6. verſ.non obſtat par.14.& in d.Romana Devolutionis Domus 3.Decembris 1703. §.Quod autem cor. R.P.D.meo Scotto.*

Quin præfatæ qualitati emphyteuticæ adverſari valeat titulus Locationis in prædicto contractu ſæpè repetitus, ibi -- *Locavit, et titulo Locationis etc.* ex quo videtur, quod inter Par-
9 tes actum fuerit non de emphyteuſi, ſed de Locatione perpetua; Quia verbum Locationis eſt genericum, proindeque in ſuo lato ſignificatu aptum quoque compræhendere emphyteuſim, ac per conſequens cum poſt verba *locavit, et titulo Locationis* immediatè ſequantur alia *in emphyteuſim perpetuam*, utique dicendum eſt, quod iſta tanquam ſpecialia limitent, & declarent antecedentia verba generalia, & quod non obſtantibus dictis verbis *locavit, et titulo Locationis* vigore ſubſequentium verborum *in emphyteuſim perpetuam* Contractus remaneat potiùs emphyteuticus, quàm locatitius, cum nomen Locationis per ſubſequentem dictionem -- *In* -- 10
tranſiverit in nomen emphyteuticum, ut poſt *Bald.in rubr.C.de jur.emph.n.12.* ibi -- *Tertiò propter conſiderandam intentionis finalitatem, nam dictio* In *ponitur tranſitivè, undè cum dico in emphyteuſim, tranſit nomen Locationis in nomen emphyteuticum* -- in terminis admonent *Pacion.de locat. & conduct.cap.3.n.3.Rot.dec.198.n.6.& 7.p.19. in Romana Domus 15.Decembris 1702. §.Quatenus coram R. P. D. meo Priolo, in dicta Romana Devolutionis Domus 3.Decembris 1703.§.Non attento coram R.P.D.meo Scotto, & in Bononien.Bonorum emphyteuticorum 12.Januarii 1705.§.At objectum coram R.P.D meo Priolo.*

Claræ literæ Inſtrumenti ſuperaccedunt pacta in eo appoſita, ex quibus apprimè deſumitur, quod Partes cōtractum emphyteuticum, non verò locatitium gerere voluerint; Occurrit enim primo reſervatio dominii directi facta favore Capituli, *Summario Capituli Num.1. lit.E.* quæ reſervatio convenit dumtaxat contractui emphyteutico, non verò Locationi perpetuæ; 11
ut inquit *Mareſcot.var.reſol.lib.2.reſol.76.n.24. Saminiat.contr.for.2.nu.27.Fulgin.de jur.emph. in prælud.quæſ.15.n.10. Rot.coram Merlino dec.171. n.7.coram Bichio dec.545.num.6.in recen.dec.336. n.23.& ſeq. par.12. & in dicta Romana Devolutionis Domus 3.Decembris 1703.§.In idem coram R.P.D.meo Sotto.*

Secundò accedit obligatio injuncta emphyteutæ meliorandi, & fabricandi in Terreno conceſſo Domos habitabiles cum impenſa ad minus ducatorum 200. infrà triennium, *d. Summ. Num.1.litt.H.* quod efficaciſsimum præbet argumentum pro qualificanda natura emphyteutica contractus, cujus præcipuum conſtitutivum in eo reſidet, quod res ad meliorandum concedi- 12
tur, ad tradita per *Mareſcot. var. reſolut. lib.2. reſol.76.nu.22.Gob.conſul.147.num.14.in fin.Rot. dec.338.n.7.par.14. rec.in Ferrarien. Cappellaniæ 10.Junii 1695.§ Faciliùs cor.R P.D meo Priolo, in dicta Romana Devolutionis Domus 3. Decembris 1703.§.Pacta verò coram R.P.D.meo Scotto, & in Bononien.Bonorum emphyteuticorum 12.Januarii 1705.§.Sed potius cor. R.P.D.meo Priolo.*

Tertiò in idem collimat ſolutio reſponſionis à Partibus conventa cum expreſſa denomina- 13
tione Canonis, quod verbum *Canon* proprium eſt emphyteuſis, nec congruè adaptatur locationi, ut ponderat *Rot.d.dec.338.n.8.par.14.rec.* & in ſæpè laudata *Romana devolutionis Domus 3. Decembris 1703. §. Solutio coram R. P.D.meo Scotto.* Urgentiùs autem, quia prædicta ſolutio Canonis non fuit diſtributa per pagas de 14
ſemeſtre in ſemeſtre faciendas, ſed unica vice ſingulis annis certa ſtatuta die, nempè in feſto Omnium Sanctorum, *d.Summ.Num.1. litt.I.* ex quo pariter emphyteuſim à Locatione contradiſtingui cenſuerunt *Modern. Aſculan.ad Statuta Vrbis tom.1.annot.18.num.19. Rot.coram Celſo dec.329.n.4.& in Bononien.Bonorum emphyteuticorum 22.Martii 1706.§.Nam ſolutio cor.R.P.D. meo Lancetta.*

Quartò magis efficax argumentum promanat à ſuperadiecto pacto devolutionis ſtipulatę, nedum in caſu alienationis rei conceſſæ, & meliorамentorum abſque conſenſu Capituli Domini directi, verùm etiam in ſimplici omiſſione ſo-

ſolutionis d.annui Canonis per triennium , quo caſu conventum extitit , quòd ipſo iure tàm Terrenum conceſſum, quàm melioramenta in eo facta devoluerentur , & reverterentur ad Capitulum , *d.Summ.Num.*1. *litt.L. et M.* Exindè
15 autem palàm fit non fuiſſe ſtipulatum contractum perpetuæ Locationis , in qua non datur caducitas ob non ſolutam reſponſionem , nec Conductor privatur melioramentis , quæ imò ſemper illi refici debent ſecundùm ea , quæ in propoſito obſervant , *Spada conſ.*195.*n.*6.*lib.*3. *Gratian.diſcep for.cap.*810.*n.*7. *Fulgin. de jur.emphyt.tit.de melioram.qu.*1.*n.*1.*Rot.coram Seraphin. dec.*286.*n.*13.*in rec.dec.*319.*n.*11.*par.*13.*dec.*338. *n.*9.*par.*14.*dec.*198.*n.*19. *par.*19. *in Romana Domus* 16.*Decembris* 1702.§.*Quatenùs coram R.P. D.meo Priolo , in dicta Romana Devolutionis Domus* 3.*Decembris* 1703. §.*Vlterius coram R.P.D. meo Scotto , & in Bononien. Bonorum emphyteuticorum* 22.*Martii* 1706.§.*Nam ſolutio cor.R.P.D. meo Lancetta .*

Quibus argumentis deſumptis ex viſceribus Inſtrumenti cohærent quoque alia argumenta extrinſeca, quorum alterum ſuppeditant inſignia Capituli S. Petri affixa pluribus partibus Domus poſſeſſæ per Archiconfraternitatem S.Joannis Decollati,quæ non obſcurè deſignant
16 eiuſdem Capituli dominium directum quoad Domum , in quibus huiuſmodi Inſignia affixa reperiuntur ex his, quæ generaliter ad dominii probationem oſtendunt *Maſcard. de probat.concluſ.*551.*n.*3.*Rot.coram Dunoz.jun.dec.696.n.9.in Romana , ſeu Veliterna Domus* 18. *Martii* 1695. §.*Evidentiùs coram R.P.D.meo Scotto,* & in ſpecie pro ſtabilliendo dominio directo Capituli Sancti Petri dictum fuit in *Romana emphyteuſis* 11.*Martii* 1699.§.*Moti ex eo in fin.&* 11.*Decembris eiuſdem anni* §. *Poſita pariter in fin. coram b.m.Muto .*

Alterum verò extrinſecum argumentum emergit ex ſituatione Domorum, de quibus agitur , quæ cum aliis ædificatæ fuerunt ſuper Hortis Eccleſiæ S.Blaſii de Panetta ; In eodem enim ſitu ſub diebus 6.25.& 26. menſis Februarii anni 1516. tres fuerunt factæ conceſsiones ſub univoca penitùs forma , & ſtructura verborum conceptæ , inter quas eſt illa , de qua agitur *d. Summ. Num.*1. 2. *et* 3. Unde cùm quoad alias duas conceſsiones dubitari ampliùs non poſsit , quòd ſint emphyteuticæ , & pro talibus recognitæ fuerint ab Alexandro Brugiotto , & aliis Locis piis poſſeſſoribus, qui inſimul cum Archiconfraternitate S.Joannis Decollati in judicium vocati à Capitulo coram Eminentiſs. Card.Paracciano , rem judicatam ab illius decreto exortam acceptarunt , & cedendo liti recognoverunt in Dominum Capitulum , & ſolverunt laudemia , & quindennia , Monaſteria nempè tanquàm hæredes Raphaelis Vitalis, cui Capitulum conceſſerat partem Terreni de prædicto anno 1516. Alexander verò Brugiottus tamquàm mediatus Succeſſor Raphaelis Andreæ de Ubertis , cui ſimilis conceſsio eodem anno facta fuerat, idem profectò dicendum eſt de conceſsione , de qua agitur , quæ diverſo
17 jure non debet cenſeri, dum univerſalis qualitas emphyteutica totius corporis d.ſitus operatur, ut talis etiam cenſenda ſit pars iſta ſpecialis , quæ non præſumitur diverſimodè conceſſa à ſuo toto , prout in proximis terminis ratiocinatur *Rota dec.*1.*n.*8.*verſ.quod attinet, & dec.*3. *n.*10. *poſt Nigrum de laudem. in Bononien. Bonor. emphyteuticorum* 25.*Junii* 1703.§.*Iſta tamen cor. R.P.D.meo Priolo, & in alia* 12.*Januarii* 1705. §.*Non urgente reſponſione coram Eodem*, & favore ejuſdem Capituli S.Petri in *dec.*263.*n.*8.*par.*5. *dec.*128.*n.*12.*par.*6.*dec.*40.*nu.*31.*par.*7. *& in Romana emphyteuſis* 11.*Martii* 1699.§.*Eoque magis coram bonæ memoriæ* Muto .

Nec argumenti vis , & efficacia declinari valet ex eo , quod res judicata acceptata ab Alexandro Brugiotto, & aliis Locis piis poſſeſſoribus aliarum Domorum in eodem ſitu conſtructarum , & recognitiones in Dominum ab eis factæ provenire potuerint ad redimendas vexationes ex cauſa præcedentis ſpolii dictarum Domorum ab ipſis paſsi ob non factam uſque tunc exhibitionem tituli , & quod in omnem 18
caſum ſint res inter alia acta , quæ propterea nullum præjudicium irrogare poſſunt Archiconfraternitati , juxtà claras diſpoſitiones *Text.in l. ſi decreta C.de tranſact.et l.cum aquiliana ff.eodem* & tradita in *Ferrarien.Pecuniaria* 19.*Junii* 1702 §.*Quod verò , et ſeqq.coram Eminentiſſimo D.Cardinali de la Tremoille .* Maximè quia reſpectu Alexandri Brugiotti minimè iuſtificatum videtur , quod ipſe cauſam habeat à Raphaele de Ubertis , cui de anno 1516. facta fuit conceſsio partis ſitus , de quo agitur, cum potius oppoſitum evincat reflexio, quod in Inſtrumento recognitionis in Dominum , ac reſpectivè ſolutionis laudemii ab ipſo factæ nulla ſit mentio prædictæ conceſsionis anni 1516. & ulteriùs Domus ab ipſo poſſeſſa enunciatur gravata annuo Canone ſcuti unius , quando antiqua conceſsio facta Raphaeli de Ubertis ſtipulata fuerat pro annuo Canone ducatorum 23. & Carolenorum quatuor monetæ veteris .

Animadvertebant quippè Domini, quod objectum aliquam forſan ingerere poſſet difficultatem ; ſi Capitulum jus ſuum unicè metiretur à prædicta re judicata ab aliis poſſeſſoribus Domorum per rennnciationem liti acceptata : Secùs autem eſt , dum prædicta rei judicatæ acceptatio ſolùm deducitur ad effectum declarandi, & interpretandi qualitatem conceſsionis emphyteuticæ tribus diverſis perſonis de eodem ſitu factæ ſub uno , eodemque temporis contextu , ſubque una , eademque verborum ſtructura , cùm ab omni prorsùs veriſimilitudine alienum ſit, quod cæteri Domorum inſimul unitarum Poſſeſſores, & præſertim Loca pia , quorum adminiſtrationi diligentiſsimi Deputati , & Officiales regulariter præeſſe ſolent , adeò oſcitanter jus ſuum dimittere voluerint li- 19
ti cedendo, laudemia , & quindennia ſolvendo, & pro aliis in futurum decurrendis ſe obligando , quando Conceſsiones Terreni ab eorum Authoribus obtentæ , potiùs pro perpetuis Locationibus , quàm pro vera emphyteuſi interpretari poſſent , ex authoritatibus allatis in §.*Alterum verò,* cum quibus concordat *Rota in Romana emphyteuſis* 11. *Decembris* 1699. §.*Iſtaque omnia , coram bonæ mem.Muto .*

Nec inficiari poſſe proſequebantur Domini , quod Alexander Brugiottus alter ex prædictis poſ-

Poſſeſſoribus cauſam habeat à Raphaele Andrea de Ubertis, cui de anno 1516. facta fuit conceſsio Terreni ſimilis alteri factæ Bindo Salvatoris Bindi Authori Archiconfraternitatis Sancti Joannis Decollati: Quamvis enim Brugiottus in prædicto Inſtrumento recognitionis in Dominum, & Concordiæ minimè expreſſerit titulum dictæ primævæ conceſsionis ab ejus Authore reportatæ, adhuc tamen in eo inſerta fuit notula vernacula Lingua exarata, ex qua apparet, quòd prædicta Domus à Raphaele Andrea de Ubertis conſtructa ſuper Terreno ſibi conceſſo ob eiuſdem Raphaelis debita titulo deliberationis obvenit in Joannem Laurentium Paulonium, cujus filius Cæſar, hæredem ſibi ſcripſit Alexandrum Brugiottum, *Summario reſponſionis Capituli Num. unico*: Nec huiuſmodi identitatem diverſificat tenuitas Canonis ſcuti unius, qui ſolvitur à Brugiotto reſpectu ad Canonem ducatorum 23.& Carolenorum quatuor monetæ veteris conventum in dicta antiqua conceſsione anni 1516. hoc enim provenit, ex quo Brugiottus non poſsidet integrum Terrenum tunc prædicto Raphaeli conceſſum, ſed ſolummodo illius ratam,pro qua ſolvit proportionabilem quantitatem ſcuti unius.

Conſtabilita igitur qualitate emphyteutica Conceſsionis factæ de anno 1516. per Capitulum Sancti Petri Bindo Salvatoris Bindi, tàm ex Littera Inſtrumenti ipſius conceſsionis,quàm ex pactis in ea conventis, quàm denique ex extrinſecis argu mentis eandem qualitatem manifeſtantibus, nullatenùs officere viſa ſunt argumenta per Archiconfraternitatem adducta ad probandam qualitatem locatitiam præfatæ Conceſſionis; Quatenùs enim ea deſumi contendebatur ex correſpondentia,ſeu exceſſivitate Canonis fructibus rei conceſſæ, dum pro inculto, & ſodivo Terreno cannarum 42.conventa fuit pro annuo Canone, ſeu Reſponſione quantitas ducatorum 16.& carolenorum octo monetæ veteris conſtituens ad rationem monetę currentis ſummam ſcutorum 12.60. quam quidem correſpondentiam Canonis cum fructibus dicebatur eſſe verum, & infallibilem modum diſtinguendi Locationem ab emphyteuſi, in qua ſol-
20 vi quid minimum conſuevit in recognitionem dominii, ex magiſtrali *dec.334. coram Buratto*; Manifeſta obſtitit replicatio, quod ſcilicet vel non probatur aſſerta correſpondentia Canonis fructibus rei conceſſæ, vel probata non relevaret; Non inquam probatur, quia Terrenum conceſſum de dicto Anno 1516.non erat omninò infructiferum, ſed erat Terrenum Hortorum Eccleſiæ Sancti Blaſii de Panetta, ut exprimitur in conceſſione, *Sum. Capituli Num.1. lit.C.* Undè ex cauſa Olerum, Leguminum, aliorumque fructuum, qui regularitèr colliguntur ex
21 Hortis hujuſmodi, teſte *Laguney de Fructib. par.1.cap.44.n.76. & 77.* non poteſt dici exceſſiva reſponſio ſcut.12.60. pro Cannis 42.prædictorum Hortorum, quæ facta proportionabili reparatione conſtituta dignoſcitur ad rationem
22 obulorum 30. pro qualibet Canna, quando ſatis eſt, quod annua reſponſio non excedat ſextam partem, ut potiùs Canon, quàm Affictus dicatur, præſertim in emphyteuſi Eccleſiaſtica ſecundùm ea, quæ docet, *Rota in Mantuana emphyteuſis 8. Martii 1700. §.Quatenùs demùm, coram R.P.D.meo Lancetta,& 14.Februar.1701. §.De pacto, coram Eminentiſſimo D. meo Cardinali Caprara, in Romana domus 15. Decembris 1702. §.Hoc enim, coram R.P.D.meo Priolo, & in Bononien.Bonorum emphyteuticorum 25.Junii 1703. §.Nec obſtat in fine coram Eodem.* Immò ſufficit, quod in contrarium certitudinalitèr non probetur antiquus rei ſtatus, nec quanti fuerint 23
fructus ejuſdem rei de tempore ſequutæ conceſſionis, ut ceſſet dictum argumentum à coæquatione Canonis deſumptum, ex collectis per *Rotam in d. Mantuana emphyteuſis 8. Martii 1700. §.Quatenùs coram R.P.D meo Lancetta, & in d. Romana domus 15.Decembris 1702.§.Quæ potiora, coram R.P.D.meo Priolo.*

Sed quatenùs etiam probata fuiſſet correſpondentia Canonis cum fructibus rei conceſſæ, neutiquam relevaret, tùm quia cùm in dicto Terreno emphyteuta ſe obligaverit Domos habitabiles conſtruere, & impendere ad minùs ducata 200. infra triennium, exindè fit, quòd 24
in conſtitutione Canonis habere potuit ratio fructuum, quæ in futurum ob melioramenta conventa in majori quantitate percipi poterant, ſecundùm ea, quæ habentur *in dec.78.n.4.par.2. diverſ.coram Seraphino dec.1073.nu.4.& ſeqq.in Bononien. Bonorum emphyteuticorum 12. Januarii 1705.§.Attento potiſſimùm coram R.P.D. meo Priolo, & 22.Martii 1706.§.Atque hinc, coram R.P.D.meo Lancetta.* Tùm etiam quia ab inveſtitis nihil pro intratura ſolutum fuit, undè Ca- 25
non potuit augeri contemplatione ejus, quod in ingreſſu ſolvi debuiſſet, ex paſſim deductis per *Mantic.de tacit. lib.22.tit.2.n.10.& ſeqq.Mareſcot.var.reſol.cap.76.nu.13.Pacion.de Locat.& Conduct.cap.3.n.33.Rota in dicta Bononien. Bonorum emphyteuticorum 12. Januarii 1705. §.Attento potiſſimùm coram R. P. D. meo Priolo, & 22.Martii 1706. §.Incipiendo coram R. P.D. meo Lancetta.* Tùm demùm, & fortiùs, quia agitur de conceſſione facta pro evidenti utilitate Eccleſiæ, ut legitur in Inſtrumento *dicto Sum-* 26
*mario Capituli Num.1.lit.A.*prout fieri debebat attenta diſpoſitione *Extravagantis Ambitioſæ de rebus Eccleſiæ non alienan.* ideòque ad verificandam iſtam utilitatẽ evidentem neceſſe erat, quod Canon fructibus correſponderet, & ob iſtam rationem evidentis utilitatis Eccleſię coæquatio Canonis cum fructibus non adverſatur 27
ſubſtantiæ emphyteuſis Eccleſiaſticæ, nec immutat illius naturam, juxtà ea, quæ ponderantur per *Natt.conſil.49.n.17.lib.1. Gob.conſult.24. n.12.Tondut.reſol.civil.cap.25.n.9.Mareſcot.var. reſol.lib.2.cap.76.n.27.Fontanell.de Pact.Nuptial. par.1.gloſ.18.nu.64.Pacion.de Locat. & Conduct. cap.3.nu.26 Cardinalis de Luca de emph. diſc.30. n.6.Rota in Ferrarien.Cappellaniæ 10.Junii 1695. §.Neque obſtat, coram R. P. D. meo Priolo, in Mantuana emphyteuſis 8. Martii 1700. §.Quatenùs cum ſeq.coram R.P.D.meo Lancetta, & 17. Aprilis 1701. §. De pacto, coram Eminentiſſimo D.meo Card.Caprara,* & alibi milliès.

Inapplicabilis autem redditur *deciſio 334.cor.* 28
Buratto, cum qua ut plurimum pertranſeunt authoritates, quæ in contrarium congeri poſſunt ad demonſtrandum, quòd ex qualitate Canonis correſpondentis fructibus Contractus re-

putandus ſit locatitius, non verò emphyteuticus; ibi namque Caſale, de quo agebatur antecedentèr locari conſueverat de triennio in triennium pro eadem penſione, quæ in ſucceſſiva perpetua Locatione conventa fuerat, & quidem non in aliqua integra ſumma pro toto Caſali, ſed diviſim in carolenis tribus pro quolibet rubro, & ſic pro terra, & ejus uſu, ac fructuum contemplatione, quæ ſolutio ulteriùs facienda erat in tribus paghis ad formam antecedentis Locationis ad breve tempus, ut ſub *nu.5. et 7. dictæ Deciſionis*. Præterea in caſu præfatæ deciſionis non fuerat expreſsè adjecta pœna devolutionis ex capite alienationis irrequiſito conſenſu Domini directi, velnon ſolutionis Canonis, ut dicitur *ſub num.* 17. Et demùm Caſale prædictum non fuerat conceſſum ad meliorandum, nec ſub pœna devolutionis etiam melioramentorum in caſu incurſæ caducitatis, proindèque memorata Deciſio extranea remanet à noſtro themate, in quo tot, tantæque concurrunt demonſtrationes ſuperiùs perpenſæ, ex quibus eruitur vera qualitas emphyteutica conceſſionis, de qua agitur, prout limitando *dictam deciſionem Buratti* animadvertit *Pacion. de Locat. & Conduct. cap.3. num.24. Rota cor. Bich. dec.483. num.26. cum ſeqq.*

Ejuſdemque levitatis apparuit pro evincenda qualitate locatitia controverſi Contractus alterum argumentum elicitum ex generaliſſima conceſſione, & translatione omnium Jurium & actionum Capitulo quomodolibet competentium, nullo jure, nullaque actione eidem Capitulo reſervata, niſi dumtaxat jure directi
29 Dominii, ac pactis in Inſtrumento appoſitis, juncta clauſula *ad habendum, et conſtituti*, ampliſſimis verbis extenſa, quam effrænatam omnium Jurium translationem congruentiùs Locationi perpetuæ, quàm Emphyteuſi adaptari obſervant *Card. de Luca de Emphyt. diſc.31. ſub num.8. in fine*, Rota *deciſ.123. nu.7. poſt Mel. ad Caſtill., dec.328. num.5. cor. Celſo, dec.110. n.5. par.6., & dec.268. nu.7. par.12. rec., & in* Romana *Caſalis 4. Junii 1692. §. Secundò fuerunt, cor. cla. me. Card. Caccia*.

Quandoquidem cùm memorata ceſſio omnium Jurium præſeferat explicitam reſervationem proprietatis, ſeu Dominii directi favore
30 Capituli, non repugnat naturæ Emphyteuſis, in qua ſatis eſt, quod Dominium directum fuerit reſervatum, ut inquit *Spada conſil.195.nu.7. lib.3.*, Rota *dec.268. num.8., & dec.336. n.24. par.12. recent. in Mantuana Emphyteuſis 8. Martii* 1700. §. *Neque huic intelligentia, cor.* R.P.D. *meo Lancetta, & in* Romana *Devolutionis Domus*
31 *3. Decembris* 1703. §. *Neque adverſus, coram* R.P.D. *meo Scotto*. Clauſulæ verò *ad habendum, & conſtituti*, utpotè de ſtylo Notariorum in quibuſcumque Contractibus Emphytheuſis, præſertim perpetuæ, prout hìc, apponi ſolitæ, nil operari valent pro excludenda qualitate Emphytheutica, ut ex *Manſ. conſultat.280.n.103.&* Rota *in* Romana *Quindenniorum 12. Maji 1679. §. Nec DD. coram bon. mem.* Rondinino, proſequitur eadem Rota *in d.* Romana *Revolutionis Domus 3. Decembris 1703. §. Neque adverſus verſic. Clauſulæ verò, cor.* R.P.D. *meo Scotto*.

Irrelevans non minùs compertum eſt alterum argumentum petitum ex perpetuitate conceſſionis, ut potè factæ Bindo ſtipulanti pro ſe, ſuiſque hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque, & quibus idem Bindus, vel ſui hæredes, & ſucceſſores locare, vendere, cedere, & alienare, voluiſſent in perpetuum, quæ qualitas
perpetuitatis, & tranſitorietatis etiam ad extra- 32
neos operatur, ut Contractus locatitius cenſeri debeat, quia Emphytheuſis Eccleſiaſtica ut plurimum temporaliter ad tertiam videlicet generationem concedi ſolet, prout ad præmiſſum effectum arguunt *Mantic. de tacit. & ambig. lib.22. tit.5. nu.6. & ſeqq.*, *Pacion. de Locat. & Conduct. cap.3. nu.60.*, *Fulgin. de Jur. Emphyt. tit. de Alienat. quæſt. 1.n.7.*, *Card. de Luca eod. tract. diſc.34. ſub num.3.* Rota *dec.334. num. 20. coram Buratto, deciſ.175. nu.6. par.13., dec.225. num.8. par.17., & in* Nepeſina *Devolutionis 22. Aprilis 1695. §. Idque clariùs, coram claræ memoriæ Cardinali Thaurufio*.

Prædicta ſiquidem perpetuitas conceſſionis præfatis ampliſſimis clauſulis concepta deſervire quidem poſſet, ſi quæſtio verſaretur in eo, an Emphyteuſis eſſet reſtricta ad ſolos hæredes ſanguinis, ſeu potiùs tranſitoria ad quoſcumque extraneos, Cæterùm cùm non repugnet Emphyteuſim eſſe Eccleſiaſticam, & inſimul eſſe merè hæreditariam ad quoſcumque tranſitoriam, & aliundè tot convincentiſſimis demonſtrationibus conſtet, quòd Capitulum, tali perpetuitate non obſtante, inire voluerit Contractum Emphyteuſis, parum curandum eſt de perpetuitate conceſſionis ad immutandam emphyteuticam qualitatem ejuſdem Contractus, cùm benè ſimul ſtare poſſit, quòd res ſit alienabilis in extraneos, & tamen in alienatione ſerventur ea, quæ ex natura Contractus ſervari
debent, ſicque quòd in alienatione Emphyteu- 33
ſis requiratur conſenſus Eccleſiæ Dominæ directæ, & ſolvatur Laudemium, ut benè concludit Rota *dec.232. ſub num.22. 23. & 24. par.9. tom.1., & dec.268. nu.13. & 14. par.12. recent.*

Prout non adverſatur, quòd in ſæpe dicta conceſſione nulla fuerit facta reſervatio ſolutionis Laudemii in caſu alienationis; Quia conſtito de illius qualitate emphyteutica, & prohibitione alienandi irrequiſito Capitulo Domino directo pactū ſolutionis laudemii de Jure debiti
in caſum alienationis implicitè cenſetur ineſſe 34
Contractui Emphyteuſis, nec reticentia ejuſdem pacti operatur, ut Jura Domini directi dicantur læſa qnoad conſequutionem laudemii, ex deductis per *Fulgin. de Iur. Emphyt. tit. de Laudem. qu.2. n.11.*, Rota *dec.351. n.8. cor. Dunozett. ſen.*

Cæteris tandem debilius viſum eſt poſtremū confugium obſervantiæ negativæ numquam ſoluti Laudemii, & Quindennii in alienationibus, quæ ab Anno 1516. factæ conceſſionis evenire potuerunt, cui nitebantur Scribentes pro Archiconfraternitate; Quia cùm non probetur Capitulum earumdem alienationum ſcientiam habuiſſe, nullum eidem inferri potuit præjudicium, quo minus habita nunc notitia translationis Bonorum emphyteuticorum ad manus Archiconfraternitatis, ab eadem Archiconfra-
ternitate petere valeat laudemia, & quindennia 35
in præteritum ratione Juris ignorati numquam petita, juxtà animadverſa per *Amad. à Pont. de Laudem.*

*laudem.q.*11.*n.*7.*Rota dec.*118.*ſub n.*15.*par.6.rec.*

Ex quibus omnibus concludebant Domini, quod vel in aperto poſitum eſt agi de conceſſione emphyteutica, vel quatenus etiam per malam hypotheſim dici poſſet, quòd verſaremur in dubio, adhùc cùm agatur de Contractu ab
36 Eccleſia celebrato, ſemper illius favore facienda eſſet interpretatio pro Emphyteuſi, cùm ità magis expediat Eccleſiæ, quæ in Contractu emphyteutico minùs læditur, ſicuti citrà contradictionem tradiderunt, *Berojus qu. famil.prima num.*1.*verſic.in puncto juris, & nu.*2. *Gratianus diſcep.forenſ.cap*.926.*nu.*7.*&* 8. *Mantic. de tacit. lib.*22.*tit.*8.*n.*1.*& ſeqq. Modernus Aſculanus ad Statuta Vrbis tom* 1 *annot.*28 *num.*29. *Adden.ad Pamphil.dec.*55.*ſub n.*8.*verſ.Concluſio*, *Rota cor. Seraphin.dec.*1235.*n.*1.*cor.Merlin. dec.*145. *n.*12. *coram Celſo dec.*202.*nu.*16.*in rec.dec.*170. *num.*5. *par.*2. *in Romana Devolutionis domus* 3. *Decembris* 1703. §.*Hæc de ſe coram R.P.D.meo Scotto, in Bononien.Bonorum emphyteuticorum* 12.*Januarii* 1704.§.*At objectum coram R.P.D.meo Priolo. &* 22.*Martii* 1706.§.*Et ſanè, coram R.P.D. meo Lancetta*.

Certiùs autem in præſenti ſtante Motu proprio ſanctæ memoriæ Sixti V. quo expreſsè ſancitur, quod ſi quomodolibet conſtet de Jure
Capituli Sancti Petri, etiamſi dubitetur, an agatur de Canone, aut Cenſu, & an Bona in emphyteuſim, vel ad Cenſum perpetuum conceſſa ſint, ſemper præſumendum ſit favore Capituli pro conceſſione in Emphyteuſim, & ſubjectione Bonorum illius proprietati, & directo Dominio, *Summario Capituli Num. 6.* ut proindè 37
vigore hujus Indulti tamquàm conformis Juris 38
diſpoſitioni eò libentius in dubio judicari valeat pro qualitate emphyteutica Contractus à Capitulo geſti, ut aliàs in ſpecie practicatum fuit *in dec.*128. *nu.*11. *par.6. rec.*

Et ità omiſſis cæteris levioris ponderis, utrique Parti in acerrima colluctatione informanti reſponſum fuit.

DECISIONES

Additæ, ſeu prætermiſſæ Sacræ Rotæ Romanæ poſt Tractatum de Quindenniis.

DECISIO I.

RONDININO.

Romana Legatorum.

Veneris 30. *Aprilis* 1677.

ARGVMENTVM.

Duplex Legatum Eccleſię relictum: Alterum, quod liberum eidem Eccleſiæ remaneat; Alterum verò in certis bonis præſtandum, cum obligatione injuncta hæredi, ſolvendi quid annuum, donec ad aſſignationem deveniret, ità interpretatum eſt, ut primum non ſolùm à Canone per Teſtatorem expreſſo immune præſtetur, ſed etiam à ſolutione laudemii, vel quindennii: Alterum verò, quòd aſſignatione ſequuta, hæres ad annuam præſtationem ampliùs non teneatur.

SUMMARIUM.

1 *Hæres potiùs, an Legatarius quatenùs ſubire teneatur onus laudemii, vel quindennii rei legatæ.*
2 *Verba generalia non reſtringuntur à verbis ſpecialibus poſteà à Teſtatore expreſſis.*
3 *Species expreſſa poſt genus non reſtringit genus, ſed gratia demonſtrationis cenſetur appoſita.*
4 *Legatum à Teſtatore factū per verba*, che il Legatario habbia la caſa libera da ogni peſo, *quomodò præſtandum ſit*, & ſuprà à n.2.& ſeqq.
5 *Verba à Teſtatore prolata in vim rationis, ſi magis latè pateant, quàm diſpoſitio, illam extendunt ad omnes caſus in ratione contentos*, & num.ſeqq.
6 *Hæres tenetur liberare legatum non ſolùm à debito per Teſtatorem expreſſo, ſed etiam ab omni alio, ſi illud liberum ipſi Legatario pervenire debet.*
7 *Legatum pium ità interpretari debet, ut liberum ab omni onere Legatario præſtetur.*

Reaſſumpta diſputatione, præterito menſe Februarii dilata, Domini dixerunt, hæreditatem Jacobi Dominichini teneri ad laudemium, & quindennia debita ratione domus Archiconfraternitatis SS. Joannis Evangeliſtæ, & Petronii Nationis Bononien. in Urbe legatæ &c.

Ratio reſolutionis &c. fuit, quia, prætermiſſa
quæſtione, an onus laudemii, & quindenniorum de jure ſpectet ad hæredem, vel ad legatarium, dicebant Domini ex facto ſublatam eſſe omnem dubitationem, quia cùm Teſtator voluerit, *che detta Chieſa habbia la medema caſa libera da ogni peſo*, non videtur generalitatem verborum aptam caſus controverſos comprehen- 1
dere, reſtringi poſſe à ſola liberatione, à cenſu, 2
& Canone, quibus domus gravata erat, ut Teſtator expreſſit, quia non indè onus laudemii, 3
& quindenniorum excluſit, dum non fuit ſequutus per verba taxativa, quo caſu ſpecificatio cenſus, & Canonum non reſtringit diſpoſitionem, cùm cenſetur facta gratia demonſtrationis, & cùm verba ſuperiùs relata in vim rationis, ut domus libera ſit, & ab omni onere ha- 4
beatur, magis latè pateant, quàm diſpoſitio ipſa, illam proindè extendunt ad caſus omnes, per quos omnimodam domus libertatem Archi- 5
confraternitas legataria conſequatur, ut in terminis Teſtatoris, qui legavit rem injuncto onere hæredi, ut illam liberaret à mutuo, addita ratione, ut quod Sorori tuæ reliqui, integrum ad eam perveniat, quòd hæres tenetur ſolvere non ſolùm mutuum, ſed quodcumque aliud debitum, quo magis integrum, ut inquit Juriſconſultus, quòd Teſtator dediſſet, ad eam per- 6

veniat, eſt textus egregius in *l. nomen debitoris 33.§.Pater filio, ubi gloſſa verbo relevaret ff. de legat.3.* & comprobant ea, quæ in propoſito deducunt, *Ruin.conſ.61.n.35.vol.5.Duard.de cenſib.§.3.q.11.n.14. Rota coram Gregorio XV.dec.257.n.9 & ibi Adden n.13.& poſt Cencium de cenſib.dec.522.n.1 & par.10.rec.dec.142.n.35.& ſeqq.*

7 Præſertim quia agitur de legato pio, pro quo adhùc in dubio capienda eſſet hæc interpretatio, ut liberum præſtaretur, reſque legata ab omni onere, & hypotheca per hæredem eximeretur *Cenc.de Cenſib.qu.79.n.19.& ſeqq.& nu.45. Gratian.diſcept.256 n.29.& diſcept.615. nu.7.& ſeqq.Menoch. conſ.996. nu.13.Thorus de privileg. piæ cauſæ privil.188. Rota recen. par.9. dec.165. n.4.& ſeqq* & latè *in Peruſina legati 4.Maii 1671. per tot.coram R. P. D. meo Bourlemont.*

DECISIO II.

PRIOLO.

Albanen. Devolutionis.

Veneris 3.Martii 1673.

ARGVMENTVM.

Statutum Albani irritat diſpoſitiones bonorum ad favorem aliorum, quàm deſcendentium, & Collateralium, aliàs Bona devolvuntur ad Cameram Baronalem, & quando dicatur cum tali onere conceſſa inveſtitura habens relationem ad Statutum, quo caſu bona devolvuntur, etiamſi illorum diſpoſitio fuerit facta ad favorem Eccleſiæ &c.

SUMMARIUM.

15 *Bona conceſſa Eccleſiæ cum oneribus, & conditionibus, quæ reſpectu illius non verificantur, reincidunt in antiquam naturam eorundem onerum, & conditionum, quando tranſeunt in alios poſt finitam conceſſionem Eccleſiæ.*

CUi interpretationi non contradicit eadem formula, ſeu relatio apponi ſolita etiam in inveſtituris ad favorem Eccleſiarum, quia licet Eccleſiæ ſint incapaces Succeſſorum deſcendentium, & Collateralium, attamen etiam in his inveſtituris ſuperflua non remanet huiuſ-
15 modi relatio; operatur enim, quòd ubi durante Eccleſiarum poſſeſſione ſolvebatur quindennium, ut in pleriſque hujuſmodi inveſtituris conventum fuit, eadem poſſeſſione finita, & in alios trăslata, tum bona per remotionem obſtaculi ad antiquam naturam revertantur, & tanquàm à ſomno excitata reaſſumant illam priſtinam formam ſucceſſionis, & devolutionis, quæ in relato Statuto continetur &c.

DECISIO III.

R. P. D. PRIOLO.

Poſtea Sanctae Romanae Eccleſiae Cardinali

Romana Devolutionis.

Lunæ 28.Januarii 1709.

ARGVMENTVM.

Quindennium fuit introductum, nè Dominus directus defraudatus remaneat laudemiis ob ceſſationem alienationis ex tranſitu Bonorũ in manum mortuam, quæ nunquàm moritur.

Non indiget summario.

Ex defectu doli, & fraudis &c.

NOn urgente &c.ac iidem Patres S.Adriani in exequutionem voluntatis ipſius Padovani capitulariter congregati declaraverint nunquam hauiſſe animum intervertendi directum dominium, atque ideò eſſe promptos, & paratos ſolutioni quindenniorum, quorum præſtatio fuit introducta de quindecim in quindecim annos, nè perventis bonis ad Eccleſiam, quæ nunquam moritur, Dominus directus, inſpecta impoſſibilitate devolutionis ob lineam finitam, & conſecutionis laudemiorum ob ceſſationem alienationis nimis gravaretur, ut plenê notat *Rota coram Cerro dec.2.n.13.& ſeq.*fit evidens quæſtionem dominii ab ullo ex prædictis fuiſſe nunquam refricatam, ità ut locus fieri potuerit prætenſæ devolutioni, ut ultrà ſuperiùs citata firmat, *Rota in Mediolanen. Bonorum 21. Aprilis 1691.§ fin cor.clar.me. Cardinali Caccia.*

Et ità utraque &c.

DECISIO IV.

R.P.D. BOURLEMONT.

Cajetana bonorum.

Lunæ 14.Decembris 1676.

ARGVMENTVM.

Quibus modis probetur, fundum eſſe potiùs emphyteuticum, quàm cenſualem, aut locatitium, ad effectum, ut ex illo debeantur quindennia in caſu, quo tranſiverit ad manum mortuam.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*
2 *Bona emphyteutica, quotiès alienantur, debetur Domino directo laudemium.*
3 *Etiamſi novus emphyteuta ſit Eccleſia, vel Locus Pius.*
4 *Domino directo debetur quindennium, quotiès res emphyteutica tranſit ad manus mortuas.*
5 *Oratorium eſt manus mortua.*
6 *Eccleſia, & Locus Pius retinere nequit Bona emphyteutica invito Domino.*
7 *Eccleſia eſt perpetua, & nunquam mori dicitur.*
8 *Ideò inolevit praxis ſolvendi quindennium Domino directo ſingulis quindecim annis, ideſt laudemium, quod ſuccedentibus alienationibus Eccleſia ſolvere debuiſſet.*
9 *Vt etiam ſervatur in Beneficiis unitis, quæ propter unionem ampliùs non vacant.*
10 *Libri Eccleſiæ probant.*
11 *Verbum* Cenſi *eſt incompatibile cum emphyteuſi.*

12 *Pri-*

12 *Primum verbum* di Cenſi *declaratur per ſecundum* emphyteutici.

13 *Quod minimum ſolvitur, oſtendit contractum emphyteuticum.*

14 *Qui eſt verus modus cognoſcendi locationem ab emphyteuſi.*

15 *Hæc eſt fortior cæteris conjectura.*

16 *Quamvis in Inſtrumento dicatur, quòd locavit.*

17 *Locatitium, & cenſuale præſumitur, quando reſponſio fructibus correſpondet.*

18 *Pactum de non alienando ſine conſenſu Domini convenit bonis emphyteuticis.*

19 *Contractum eſſe emphyteuticum probant teſtes deponentes bona eſſe reddititia.*

20 *Stylus probatur ex atteſtatione Doctorum, & Curialium.*

21 *Quamvis ſit atteſtatio extrajudicialis.*

22 *Quando agitur ſolùm ad effectum recognitionis Domini directi ſufficiunt etiam adminicula, & præſumptiones.*

1 LAudemia, & quindennia ex venditione bonorum emphyteuticorum, eorùmque reſpectivè tranſitu ad manus mortuas, cœpit prætendere Congregatio Olivetana S. Eraſmi exiſtens in Oppido Caſtellonis, & tàm à Vicario Generali Cajetæ, quàm ab A.C. Panciatico condemnari obtinuit Oratorium B. Mariæ de Carmelo in eodem Oppido erectum ad ſolutionem quindenniorum pro bonis Emphyteuticis ex laycis, ſeu privatis in ipſum tranſlatis, & in hoc ſtatu devoluta Cauſa ad Rotam, & mihi commiſſa, dubitavi, an laudemia, & quindennia reſpectivè deberentur, & pariter favorabilem reſolutionem obtinuit Congregatio Olivetana.

Quia cùm conſtet ex dicendis, bona præfata eſſe ejuſdem Congregationis emphyteuti-
2 ca, conſequens eſt, ut, quotiès alienantur, debeatur Domino directo laudemium, hoc eſt quinquageſima pars pretii, ſeu æſtimationis Bonorum alienatorum, videlicet duo pro centenario ob laudationem, & approbationem, quam facit de perſona novi emphyteutæ, prout dicit *text. in l. fin. § & nè avaritia*, ibique *Jaſ. num.48. C. Jure Emphyt. Gratian. diſc.180. n.1.2. & 3. Cavaler. deciſ.121. num.1. Ubald. dec.204. num.1. Coccin. deciſ.237. n.1. Surd. deciſ.200. n.3.*
3 etiamſi novus emphyteuta ſit Eccleſia, vel alius Locus Pius, quia in emphyteuticis, & feudalibus aliquo privilegio muniti non ſunt, ut dixit *Rota deciſ.474. num.1. per tot. part. 9. recentior.*
4 Et ſubindè etiam eidem Domino directo debetur quindennium, quotiès, ut hic, res emphy-
5 teutica tranſit ad manus mortuas, quale eſt Oratorium, quia, cùm Eccleſia, & Locus Pius
6 ex generali, & ubique recepta conſuetudine non poſſit invito Domino directo retinere Bona em-
7 phyteutica, cùm ſit perpetua, & nunquam mori dicatur, nec poſſit de facili immobilia diſtrahere; hinc, nè Dominus directus nimis gravetur ex impoſſibilitate devolutionis ob lineam finitam, & conſequutionis laudemiorum ceſſanti-
8 bus alienationibus, inolevit praxis ſub veriſimili ſuppoſito, quòd bona emphyteutica exiſtentia penès privatas perſonas potuiſſent alienari de quindecim in quindecim annos, ſolvendi Domino directo quindennium, hoc eſt ſingulis quindecim annis illud met laudemium, quod ſuccedentibus alienationibus ſolvi debuiſſet, ut
etiam ſervatur in Beneficiis unitis, quæ propter 9
unionem amplius non vacant, ne Annatiſtæ priventur jure ſuarum annatarum, ut dixit *Rota deciſ.474. à num 15. per tot. 24. part.9. recentior. coram Coccin. deciſ. 2314. num.1. & deciſ.2357. num.6. & ſeqq. uſque ad 17.*

Bona vero poſſeſſa per Oratorium, eſſe emphyteutica Congregationis Actricis, probatur tàm ex denominatione, quàm ex pactis. Ex denominatione, quia in libris ejuſdem Congregationis Olivetanæ, ità denominantur ibi -- *ſi notano tutti l'introiti di Cenſi enfiteutici*, ejus *Sum-* 10
mar. n.4. quos libros probare dixit *Rota dec.290. num.5. part.1. recent.* quamvis illi verbo *emphy-*
teutici præcedat verbum *cenſi*, quod eſt cum 11
emphyteuſi incompatibile, quia ex hoc ipſo, quòd præcedit, & ſequitur *emphyteutici*, pri-
mum verbum *di cenſi* cenſetur declaratum per 12
ſecundum *emphyteutici*, ſivè potiùs ab eo receptum juxta *l. ſi quis antè 10. ff. de acquir. poſſeſſ.* in ſpecie *Menoch. de præſ. lib.3. præſ.* 106. *nu.*11. & 12. *Gratian. diſc.926. num.12.*

Ex pactis verò, quæ ampliùs certiorem reddunt hanc concluſionem, quia pro iſtis bonis ſolvitur penſio, ſeu reſponſio, quæ non correſpondet illorum fructibus, ſed eſt modicæ quan-
titatis *Summar. Congregationis n.1.* & ſic obſten- 13
dit contractum eſſe emphyteuticum, pro quo ſolvitur quid minimum in recognitionem dominii, non autem locatitium, vel cenſualem, *Bartol. in l.1. num.4. & Jaſ. num. 36. verſ. item facit, C. de Jur. Emphyt. Clar. in §. Emphyteuſis, qu.1. nu.5. Gratian. diſc.926. n.11. Nicol. Bellon. conſ.21. nu.8. verſ. ultimò notabiliter, Coccin. deciſ.137. nu.26. & deciſ.1873. n.26. Seraphin. deciſ.272. num.3. & ſeqq. & deciſ.794. n.3. & ſeqq.*
in quibus dicitur, hunc eſſe verum modum co- 14
gnoſcendi locationem ab emphyteuſi, & è con- 15
trà, quodque hæc eſt fortior cœteris conjectura, *Merlin. deciſ.454. num.3. & Fulgin. de emphyt. in
prælud. qu.15. num.4. & 21.* ubi quamvis in In- 16
ſtrumento dictum eſſet, quòd locavit: locati-
tium verò, & cenſuale præſumi, quando re- 17
ſponſio fructibus correſpondet, dixit *Rota cor. Ninot dec.58. n.8. coram Celſo dec.328. n.3.*

Ampliùs bona iſta non poſſunt quoquo modo alienari ſine conſenſu Abbatis, ſoluto eidem laudemio pro jure tertiariæ, prohibentur tranſire in perſonam nobilem, aut Eccleſiam, & quatenùs tranſeant, debent in alios transferri cum conſenſu Abbatis ſub pœna caducitatis, quodque in quacumque alienatione præferatur ipſa Congregatio Domina directa, ut colligitur ex antiqua concordia inita de anno 1339. inter hanc Congregationem, & Homines ejuſ-
dem Oppidi, *dicto Summar. n.5.* quæ pacta cùm 18
conveniant bonis emphyteuticis, prorsùs convincunt, controverſa bona eſſe talia per ea, quæ notantur in *l. fin. C. de Jur. emphyt. & à Fulgin. de emphyt. in prælud. qu.8. n.18.19. & 20. Rot. cor. Cavaler. dec.121. antè n.1. Dunozett. jun. dec.28.
num.7.* Idque confirmatur ex Teſtibus coram 19
Judice de Partibus examinatis ad inſtantiam Oratorii rei conventi, quin dicunt, bona controverſa eſſe reddititia Congregationis Olivetanæ *dicto Summar. nu.2.* & ſic eſſe emphyteutica,

cùm

cùm in eodem Oppido ex ſtylo ità denominen-
20 tur, ut ex atteſtatione Doctorum, & Curialium ejuſdem Oppidi, *dicto Summar. num.* 3. ex qua probari illius ſtylum dixit *Rota deciſ.* 48. *num.* 8.
21 *part.* 15. quamvis ſit atteſtatio extrajudicialis juxta *deciſ.* 644. *num.* 4. *part.* 1. *recent.*

Nec de ſufficientia probationis qualitatis emphyteuticæ dubitarunt Domini in hoc caſu, quo ſolùm agitur ad effectum recognitionis Domini directi, cùm ad iſtum effectum ſuffi-
22 ciant etiam adminicula, & præſumptiones, *Rot. deciſ.* 249. *num.* 1. *&* 2. *& deciſ.* 290. *num.* 3. *& deciſ.* 297. *num.* 1. *part.* 8. *recentior. Dunozett. jun. deciſ.* 28. *num.* 5.

Et ita Congregatione tantùm informante, altera parte pluriès citata &c.

DECISIO V.

R. P. D. SCOTTO.

POSTEA S. R. E. CARDINALI.

Romana, ſeu Tiburtina Quindenniorum.

Lunæ 27. *Junii* 1712.

ARGUMENTUM.

Quibus modis probetur, fundum eſſe potiùs locatitium, quàm emphyteuticum ad effectum, ut ex illo non debeantur quindennia in caſu, quo tranſiverit ad manum mortuam.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*
2 *Laus R. P. D.* Aldrovandi *olim A. C. Locùtenentis.*
3 *Quindennia ſunt tantummodò debita in caſu, quo res ad manus mortuas tranſitum fecerint.*
4 *Contractus præſumitur locatitius, quando contrahentes frequenter uſurpant nomen locationis.*
5 *Enunciativa Emphyteuſis in parte exequutiva, cenſetur appoſita ad pleniùs explicandam locationem.*
6 *Clauſula in Emphyteuſim relevaret, quotiès adjecta apparet in parte diſpoſitiva.*
7 *Secùs verò quando reperitur in parte exequutiva.*
8 *Stipulatio ſubſequuta, venit dumtaxat intelligenda conſentaneè ad mandatum.*
9 *Solutio penſionis ad menſuram fructuum locationi perpetuæ ſolummodò adaptari videtur.*
10 *Pro inducenda potiùs locatione, quàm emphyteuſi, ſufficit, quòd penſio ſit mediocris.*
11 *Annua præſtatio perſolvenda de ſemeſtre in ſemeſtre non niſi locationi perpetuæ adaptatur.*
12 *Emphyteuſis Eccleſiaſtica concedi ſolet, & concedi præſumitur temporaliter, videlicet ad tertiam generationem.*
13 *Miniſtri Eccleſiæ ignorantia, ſeu incuria præjudicium inferre nequit Eccleſiæ.*
14 *Nullatenùs dici poteſt inducta novatio primi contractus, quotiès deficiunt requiſita neceſſaria ad obligandam Eccleſiam.*
15 *Adnotatio ſolutionum facta de tempore proximo contractui, ſummoperè eſt attendenda.*
16 *Libri, ad commodum ſcribentis nullum conſtituunt gradum probationis.*

PRonunciaverat R. P. D. meus Aldrovandus 1
tunc in Tribunali A. C. ſumma cum laude 2
Jus dicens, contractum initum uſque, & de anno 1581. inter Innocentium Scigliardum, ac Ven. Confraternitatem S. Joannis Evangeliſtæ ſub tribus rubris Terreni poſitis in Territorio Tiburtino, eſſe ſimpliciter locatitium, non autem emphyteuticum, proindeque Ven. Domum Probationis Societatis Jeſu, ad quam titulo emptionis tranſierat prædictum Terrenum, nullatenùs ad ſolutionem Quindenniorum à memorata Confraternitate prætenſorum fore cogendam; Cùm autem in gradu appellationis Cauſa ad Sacrum noſtrum Tribunal conſcenderit, mihique fuerit commiſſa, exquiſivi hodiè Dominos ſub congruo Dubio: *An debeantur Quindennia, & negativum prodiit reſponſum.*

Fundamentum reſolutioni præbuit vulgatum nimis in Jure noſtro principium, quo edocemur, quòd Laudemia, in quorum locum ſucceſſerunt Quindennia, in caſu, quo res ad ma-
nus mortuas tranſitum fecerint, ſunt tantum- 3
modò debita, quando agitur de contractu emphyteutico, non autem in terminis ſimplicis locationis perpetuæ ad tradita per *Fulgin. de Jur. emphyt. tit. de Laudem. qu.* 16. *num.* 4. *Antonell. de Temp. legal. lib* 3. *cap.* 7. *num.* 86. *Pacion. de Locat. & Conduct cap.* 3. *num.* 54. *Rota deciſ.* 14. *num.* 2. *par.* 6. *rec. & deciſ.* 812. *num.* 19. *cor. Cerro.*

Porrò nos verſari in hypotheſi contractus merè locatitii, perſpicuè apparuit ex Inſtrumento Conceſſionis factæ de anno 1581. à Confraternitate S. Joannis Evangeliſtæ Tiburis dicto Innocentio Scigliardo de tribus rubris Terreni, cum onere ſolvendi annuam reſponſionem ſcutorum quindecim, in quo Partes repetitis vicibus, & tùm in prohemiali, tùm in diſpoſitiva profitentur devenire ad contractum locationis perpetuæ, ibi: *Il Priore propone di volere iſtagliare il Terreno in affitto perpetuo*, rursùſque in diſpoſitiva: *Salvo ſemper, & reſervato &c. quòd locatio infraſcripta eatenùs ſuum habeat effectum, quatenùs veniat confirmanda à Sede Apoſtolica &c. locavit, & arrendavit &c. Hanc autem in perpetuam locationem fecit pro annua præſtatione ſcutorum quindecim.* Ex quibus verbis in ipſa principali ſede contractus ſeriò appoſitis cùm neceſſariò deſumenda ſit ejus qualitas, fatendum eſt inter Partes nequaquam actum fuiſſe
de Emphyteuſi, ſed dumtaxat de perpetua lo- 4
catione, cujus nomen ità frequenter contrahentes uſurparunt ad *Text. in l. Qui fundum. §. Qui agrum verſ. Fundi ff. de contrah. empt. Bartol. in l. Cotem ferro §. Qui maximos fructus ff. de Publican. & vectigal. ſub num.* 11. ibi: *Dico, quòd ſto verbis, vel dico, emo, ſit emptio, vel dico, loco, ſit locatio, Gabriel. conſ.* 80. *num.* 22. *&* 23. *lib.* 2. *Card. de Luca diſc.* 31. *num.* 7. *de Emphyt. Rota dec.* 110. *nu.* 7. *par.* 6. *dec.* 309. *num.* 1. *par.* 16. *& in Romana Caſalis mediæ Viæ cor. bon: mem: Bevilaqua* impreſſa poſt *Conſtantin. ad Stat. Urb. tom.* 3. *dec.* 65. *num.* 2. *& ſeqq.*

Parùm relevante reflexione, quòd in parte exequutiva dicti Inſtrumenti enunciata legatur etiam emphyteuſis, ibi: *Promiſit in præſentem locationem in emphyteuſim perpetuam, ut ſuprà fa-*

factam facere conſentire omnem perſonam. Quo-
niam non tantùm dicta ſimplex, & unica enun-
ciativa remanet ſuffucata à tot præcedentibus
contrarium omninò ſenſum ſecum ferentibus,
5 ità,ut potiùs impropriè capienda ſit, tamquàm
appoſita ad pleniùs explicandam locationem,
ut in præcitis terminis probat Card. de Luca de
Emphyteuſ.dicto diſc.31.num.7.verſ.Et quamvis,
Rota dec.14.n.13.& ſeq. par.6.rec.dec.334.n.11.
& ſeqq. cor.Buratto,& in dict.dec.65. ſub num.4.
6 poſt Conſtantin. ad Stat. Urb. Verùm etiam præ-
dicta clauſula in Emphyteuſim alicujus eſſet re-
levantiæ, quotiès adjecta apparet in ſuperiori
parte diſpoſitiva, juxta caſum diſputatum in
Romana Domus, ſeu Domorum 13. Januarii
1708.§.Siquidem cum ſeq.cor.Reverendiſs.D.Mo-
7 lines Decano. Secùs verò quando, prout in ca-
ſu reperitur adhibita in parte exequutiva In-
ſtrumenti, & tamquàm famulatitiè, locatio-
ni, potiſſimè ſemper in parte ſuperiori conſi-
deratæ, juxta animadverſa per Oſaſch. dec.164.
n.2.Rota dec.287.n.1.par.1.rec.dec.66 ſub num.5.
poſt Conſtantin. ad Statut. Urb. & in Romana de-
volutionis Domus 3.Decembris 1703.§.Et quam-
vis coram Me.

Hujuſmodi autem intelligentiam magis,ma-
giſque comprobari viſum eſt, ex quo Cœtus
Confratrum dederat limitatam facultatem fa-
ciendi conceſſionem in affictum perpetuum,
juxta expoſita ab eorum Priore Summ. num.1.
8 lit.A. Ideòque ſtipulatio ſubinde ſubſecuta
per medium unius ex Confratribus,venit dum-
taxat intelligenda conſentaneè ad mandatum,
Card. de Luc.de Feud diſc.111.n.6. Golin.de Pro-
curat.par.5. cap.3.n.5 & ſeqq. Rota dec.535.n.1.
& 15. par.19 tom.2. rec.

Literam conceſſionis concomitantur pacta
ſubſequenter adjecta, ac mirificè congruentia
qualitati ejuſdem contractus locatitii; Siqui-
dem conventa fuit annua præſtatio ſcutorum
quindecim correſpondens quantitati fructuum,
qui ex prædio in locationem conceſſo percipi
ſolent, ut probatur, non tàm ex enunciativa
ejuſdem Inſtrumenti, in quo Partes fatentur,
Terras fuiſſe ad hunc effectum æſtimatas,atque
appretiatas à Perito de communi ſententia ele-
cto, dicto Summ.num.1. quàm ab atteſtatione
Peritorum data Summ. num 3. ex qua educitur,
quòd prædicta Terrena etiam in locatione tem-
porali de præſenti perficienda redderent fru-
ctum ferè æquivalentem dictæ annuæ præſta-
tioni perpetuæ; Nullus autem tutior aſſignari
poteſt modus diſtinguendi locationem ab em-
phyteuſi, quàm annuæ reſponſionis quantita-
tem recenſere, cùm pro ſuadenda qualitate
emphyteutica admodùm juvet modicitas ca-
nonis, qui in meram recognitionem dominii
9 præſtari ſolet, & è converſo penſionis ſolutio
ad menſuram fructuum, locationi perpetuæ ſo-
lummodò adaptari videtur, Bartol. in l.1.nu.4.
ibique Jaſon.n.16.& 17.C.de Jur.Emphyt.Rocc.
Epiſc.Iſclan.diſp.67.n.2. Card.de Luca d. diſc.31.
de Emphyt.n.8. Capon. diſc.132.n.60. & 62. Rot.
dec.14.n.24.& 25.par.6.rec. dec.741.n.5.coram
Coccin.dec.328. cor.Celſo, & dicta dec.65.num.5.
poſt Conſtantin. ad Statut. Urb. Neque pro in-
ducenda potiùs locatione, quàm emphyteuſi
requiritur, quòd penſio adamuſſim correſpon-
deat quantitati fructuum è fundo percipiendo- 10
rum, ſed ſufficit, quòd ſit mediocris, ut appo-
ſitè notat Rocca dicta diſput.67. num.3. Rota
dec.334.n.2. cor Buratto dec.812.n.12. cor.Cerro
dec.24.n.2 par.18.rec & dicta dec.65.num.7. poſt
Conſtantin. ad Statut. Urb.

Ulteriùs prædicta annua reſponſio nunquam
fuit denominata ſub vocabulo canonis, prout
propriè dicitur annua ſolutio ab Emphyteuta
explenda, ſed illam contrahentes conſtanter
appellarunt annuam præſtationem, addendo,
quòd deberet perſolvi de ſemeſtre in ſemeſtre,
quæ omnia nonniſi locationi perpetuæ ſunt
adaptanda, ut de prima conjectura tradit Ga- 11
briel. conſ.80.n.10.& ſeq. Marcſcott. var. reſol.
cap.76.num.11.& ſeq. lib.2. Pacion. de Locat.&
conduct.cap.3.n.37. Rota dec.1445.n.4.& 5. cor.
Emerix Jun. & dicta dec.65.n.6. poſt Conſtantin.
ad Statut. Urb. & de ſecunda docet Rocca dict.
diſp.67.num.4.Rota dec.123.num.21.& dec.225.
num.54.par.17.rec. & d.dec.65.num.3. & 4. poſt
Conſtantin.

Et demùm potiùs conſonat locationi perpe-
tuæ, quàm emphyteuſi conceſſio facta pro hæ-
redibus, & ſucceſſoribus in perpetuum, quia
cùm agatur de re ſpectante ad Eccleſiam, in- 12
trat Juris propoſitio, quòd Emphyteuſis Eccle-
ſiaſtica concedi ſolet, & conceſſa præſumitur
temporaliter, videlicet ad tertiam generatio-
nem, ut in ſubjecta materia advertit Mantica
de tacit.& ambig.lib.22.tit.5.n.6.& ſeqq.Pacion.
de Locat. & conduct.d.cap.3.n.60.verſ.Immò for-
tiùs, Rota dec.334.nu.20.cor. Buratt.& dec.225.
num.8. par.17. rec.

Conſtabilita qualitate contractus locatitii,
nullum præbebat obſtaculum obſervantia de-
prompta, ex quò PP. Societatis Jeſu de anno
1561. perſolverunt Laudemium, ac ſubindè
ſolutiones penſionis expletæ fuerunt ſub nomi-
ne canonis? Quò etenim ad ſolutionem Lau-
demii juvit reſponſio, quòd ex ſimplici actu
geſto per Miniſtrum, cujus ignorantia, ſeu in- 13
curia præjudicium inferre nequit Eccleſiæ,Rota
dec.340.n.21. & ſeqq. par.19.rec. & dictum fuit
in Vicen. Parochialis 12. Junii 1711. §.Parifor-
mis, cor.Reverendiſs. D Decano, nullatenùs dici 14
poteſt inducta novatio primi contractus, quo-
tiès deficiunt requiſita neceſſaria ad obligan-
dam Eccleſiam,juxta cenſuram Text.in Extrav.
ambitioſæ de reb. Eccleſ. non alien. Caſtald. con-
ſult.60. num.2.

Reſpectu verò ſolutionum penſionis ſub no-
mine canonis, ultrà quòd adnotatio ſolutio-
num facta de tempore proximo contractui,quę
ſummoperè eſt attendenda, Rocca dict.diſp.67. 15
n.6.Rota dec.812.à num.6.ad 10. cor.Cerro, caret
expreſſione canonis, cùm cantet ſolummodò:
Per li Terreni di Rocca Bruna, Summ. num.4.
refellitur objectum, reflectendo, quòd poſtre-
mæ adnotationes tantùm leguntur in libris
ipſius Confraternitatis, ad cujus commodum
nullum conſtituunt gradum probationis l.5. 16
C. de probat. Afflict. dec.365.n.7. Rota dec.303.
coram Emerix Jun.

Et ità dumtaxat informantibus PP.Societa-
tis Jeſu, Confraternitate verò inaniter dilatio-
nem petente, concluſum fuit.

DE-

DECISIO VI.

R.P.D. SCOTTO.

POSTEA S.R.E. CARDINALI.

Romana, ſeu Tiburtina Quindenniorum.

Lunæ 16. Januarii 1713.

ARGUMENTUM.

Confirmatur pręterita *Deciſio* in eadem Cauſa edita.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*
2 *Quindennia uti ſubrogata loco laudemiorum, non debentur, niſi in contractu emphyteutico, non autem in illo locationis perpetuæ.*
3 *Singula, quæ non proſunt, unita juvant.*
4 *Contractus talis ſemper præſumitur, qualis fuit à Partibus expreſſus, & nominatus.*
5 *A' parte proœmiali deſumitur mens, & intentio contrahentium.*
6 *In parte diſpoſitiva principaliter ſubſtantiatur contractus.*
7 *Vocabulum locationis non poteſt interpretari in ſenſu abuſivo, ſed in ſenſu proprio puræ locationis, etiam ſi agatur de bonis Eccleſiæ.*
8 *Pro ſexta parte valutatur perpetuitas.*
9 *Pro emphyteuſi non ſolvitur conſpicua penſio, ſed quid tenue pro canone.*
10 *In locatione ſolvitur grandis penſio, in emphyteuſi autem ſolvitur quid minimum.*
11 *Hæc conjectura unà cum aliis conjungenda locationem arguit, & emphyteuſim excludit.*
12 *Diverſitas temporis nihil concludit.*
13 *Penſio conventa non in fructibus, ſed in pecunia, emphyteuſim excludit.*
14 *Et non ſemel in anno, ſed de ſemeſtre in ſemeſtre.*
15 *Emphyteuſis Eccleſiaſtica fieri ſolet temporaliter ad tertiam generationem.*
16 *Clauſula* habendum, *& pactum de faciendo conſentire, congruit magis locationi.*
17 *Miniſter ex facto ſuo præjudicare nequit*
18 *Actus unicus, & erroneus attendendus non eſt.*
19 *In concurſu magis attenditur obſervantia proxima diſpoſitioni, quàm remota.*
20 *Intratura regulariter ſolvitur per emphyteutam, non per conductorem.*
21 *In dubio contractus dicendus eſt potiùs locatitius, quàm emphyteuticus.*

1 Conceſſionem trium Rubrorum Terreni in
Territorio Tiburtino, quam uſque *de anno* 1582. fecerat Ven. Confraternitas S. Joannis
Evangeliſtæ favore Innocentii fuiſſe non emphyteuticam, ſed locatitiam in perpetuum, reſpondit Sacra Rota ſub die 27. *Junii ſuperioris
anni coram Me*. Nec ideò Ven. Domum Probationis Societatis Jeſu modernam antedicti
Terrenſ Poſſeditricem teneri ad ſolvenda quin-
2 dennia, quæ uti ſubrogata loco laudemiorum,
non debentur, quàm in contractu emphyteutico, non autem in illo locationis perpetuæ ad
paſſim notata per *Fulgin. de jur. emphyt. tit. de
laudem. qu.* 15. *n.* 4. *Panimol. dec.* 4. *annot.* 2. *nu.* 18.
Rot. dec. 14. *nu.* 2. *par.* 6. Revocatis autem in hodierna Audientia ad novum examen viribus *deciſionis ſub antedicta die coram Me* editæ, ex
comperta per DD. ſoliditate fundamentorum,
ſuper quibus nitebatur eadem reſolutio, non
dubitarunt reſpōdere pro perſiſtentia *in deciſis*.

Quòd enim dicta originaria conceſſio per
Confraternitatem Innocentio, fuerit perfecta
locatio, non autem contractus emphyteuticus,
iterùm deſumpſerunt Domini ex litera Inſtrumenti, ac pluribus facti circumſtantiis, quæ
non ſunt ſeorſim ſcindendæ, ſed ſimul conſiderandæ, ut ſingula, quæ non proſunt, unita juvent, *Menoch. de præſumpt. lib.* 3. *præſumpt.* 106. 3
n. 7. *Maſcard. de probat. concluſ.* 281. *n.* 4. *Corbul. de
jur. emphyt. de cauſ. privat. ob non ſolut. canon. limit.* 34. *nu.* 3. Et quidem ex litera Inſtrumenti,
quia in mandato Confraternitatis, neque ſolùm in ejus Prohæmio, ſed etiam in parte diſpoſitiva non ſemel, ſed pluriès, atque pluriès
Partes profitentur facere perpetuam locationem, & ideò non poteſt cenſeri contractus emphyteuticus, ſed perpetuæ locationis, cùm contractus talis ſemper præſumatur, qualis fuit à 4
Partibus expreſſus, & nominatus, *Pacion. de
Locat. cap.* 3. *n.* 6 *Card. de Luca de emphyt. diſc.* 31.
n. 6. *&* 9. *Rota dec.* 741. *n.* 3. *& dec.* 882. *nu.* 1. *&* 3.
coram Cerro, & hoc, licet in partibus executivis cumulata etiam fuerit denominatio emphyteuſis unà cum locatione, ibi: *Locationem in
emphyteuſim perpetuam*, quia expoſt contrahentes iterùm, & geminatè dixerunt facere puram
locationem; undè intermedia denominatio 5
emphyteuſis dicitur impropriè ſumpta, nec pręvalere poteſt denominationi puræ locationis,
quæ fit tàm in parte prohæmiali, à qua deſumitur mens, & intentio contrahentium, *Rota
coram Duran. dec.* 48 *n.* 11. & in terminis noſtris
in *Romana devolutionis Domus* 3. *Decēbris* 1703.
§. *Quatenùs coram Me*, quam etiam in parte diſpoſitiva, in qua principaliter ſubſtantiatur
contractus, *Card. de Luca de emphyt. diſc.* 31. *n.* 7. 6
circà med. Oſaſch dec. 164 *nu.* 2. *& Rota dec.* 334.
n. 11. *coram Burat. & dec.* 65. *num.* 4. *poſt modern.
Aſculan. ad Stat Urb.*

Et quamvis quandoque contractus poſſit eſſe emphyteuticus, licet fuerit ſub vocabulo locationis à Partibus denominatus, id tamen
procedit, ubi vel in parte diſpoſitiva contrahentes promiſcuè utuntur vocabulo locationis, &
emphyteuſis, vel ex aliis partibus Inſtrumenti,
aliiſque circumſtantiis convincitur, quòd contracta fuerit emphyteuſis, non autem locatio
abuſivè, & impropriè tantùm expreſſa, ſecùs
autem quando prout hic ex aliis circumſtantiis mox referendis convincitur factam locationem, & contrahentes in diſpoſitivis utuntur
puro vocabulo locationis, quod in his terminis
non poteſt interpretari in ſenſu abuſivo, ſed in 7
ſenſu proprio puræ locationis, etiamſi agatur
de bonis Eccleſiæ, *Card. de Luca de emphyt.
diſc.* 31. *n.* 7. *Gabriel. conſil.* 80. *nu.* 3. *Rota cor. Seraphin. dec.* 794. *nu.* 6. *dec.* 225. *n.* 18. *& dec.* 66. *nu.* 5.
poſt modern. Aſculan. ad Statut. Urb.

Rursùs urget pro ſuadenda conceſſione locatitia penſio conventa in annuis ſcutis quindecim, & deſumpta ab æſtimatione Bonorum
per

per Peritos facta, quæ cùm relativè ad tria Rubra Terreni dumtaxat in contractum deducta dicatur conſpicua, & eidem ſuperaddenda
8 ſit ſexta pars, pro qua valutatur perpetuitas, *Auth.perpetua C. de Sacroſanct.Eccleſ. Pacion.de locat.cap.*14.§.10.*n.*11.*Rot.dec.*548.*n.*26.*par.*19. hinc arguitur ad locationem,& excluditur em-
9 phyteuſis, pro qua non ſolvitur conſpicua penſio, ſed quid tenue pro canone, *Fulgin.de emph. qu.*15.*n.*4. *Rota dec.*272. *num.*3. *coram Seraphin. dec.*328.*n.*3.*coram Celſo*, & *dec.*202.*n.*9. *par.*18. *recen.* non obſtante, quòd pro taxanda dicta annua penſione Peritus æſtimator æſtimationem fecerit relativè ad Bona, non autem ad fructus, quia Bona etiam dicuntur æſtimari, & de facto æſtimantur pro taxandis, & ſtabiliendis fructibus eorumdem Bonorum, & vis non ſtat in eo, quòd facta fuerit æſtimatio, vel fructuum, vel Bonorum, ſed in eo, quòd conventa fuit annua penſio, quæ relativè ad tenuem quantitatem Bonorum in contractum deductam, & attentis pactis præjudicialibus Conductori, qui perpetuò in ſe recepit omnes, & quoſcumque fortuitos caſus, dicitur grandis, & conſpicua, adeò, ut conveniat locationi, in qua ſolvitur grandis penſio, non au-
10 tem emphyteuſi, in qua ſolvitur quid minimum, *Rocc.diſput.jur.cap.*67.*n.*1.*Rota dec.*110. *n.*7.*par.*6.*dec.*232.*n.*9.*par.*9. & *dec.*225.*nu.*5.& 13.*par.*17.

Non ſubſiſtente, quòd hæc circumſtantia conſpicuæ penſionis pro ſtabilienda locatione, & excludenda emphyteuſi, non procedat in Bonis Eccleſiæ, in quibus pro validanda conceſſione requiritur utilitas, nam licet in conceſſione Bonorum Eccleſiæ hęc circumſtantia non habeat tantam vim, quantam habet in Bonis Laicorum, nihilominùs non per hoc excluditur à numero conjecturarum ſuadentium locationem, & excludentium emphyteuſim, quia etiam Eccleſia majori penſione ſolet locationem facere, quàm ſoleat facere emphyteuſim,
11 undè etiam in Bonis Eccleſiaſticis hæc conjectura unà cum aliis conjungenda locationem arguit, & emphyteuſim excludit, ut proſequitur *Gabriel.conſil.*80.*nu.*3. *Rota coram Seraphin. dec.*794.*n.*6.& *dec* 65.*n.*5.*poſt Modern.Aſculan. ad Stat.Urb.*& latiùs *Card.de Luca dicto diſc.*32. *n.*8. non attento, quòd doceretur in aliis caſibus,Bona fuiſſe conceſſa etiam pro annuis ſcutis decem pro quolibet Rubro juxta exempla data *Summar. Confraternitatis nu.*2. nam neque conſtabat, an dictæ conceſſiones eſſent emphyteuticæ, vel potiùs locatitiæ; Undè objectum petit principium, rurſùs conventio pro conſpicua penſione, in illis potuit fieri, vel ex qualitate Bonorum, vel compenſando cætera pacta, & onera Inſtrumenti, vel etiam ex diverſitate temporis, cùm præcedat per 30. annos Inſtru-
12 mentum, de quo agitur, ideòque nihil concludat, *cap.cum dilecti de empt. l.ſi voluntate C.de reſcind.vendit.* & relatis concordantibus, *Rota dec.*63.*n.*7.& 10.*coram Pamphil.*

Porrò unà cum litera Inſtrumenti, & vehementi circumſtantia mox dicta turmatim concurrebant quamplures aliæ conjecturæ locationem convincentes, ac emphyteuſim excluden-
13 tes, & ſignanter annua penſio conventa non in fructibus, ſed in pecunia *Magon.dec.*221.*n.*5. & non ſemel in anno, ſed de ſemeſtre in ſeme- 14
ſtrem, *Rota in Romana devolutionis domus* 3. *Decembris* 1703.§.*Non obſtante coram Me*. Ulteriùs perpetuitas conceſſionis, congruens magis locationi, quàm emphyteuſi, quæ in rebus 15
Eccleſiæ fieri ſolet temporaliter ad tertiam generationem, *Fulgin.de jur.emphyt.tit.de alienat. par.*1.*n.*77.*Rota dec.*334.*nu.*2.*coram Buratt.* quibus additur clauſula *habendum*, & pactum de faciendo conſentire quamlibet perſonam, quæ pariter congruunt magis locationi, quàm em- 16
phyteuſi, *Card.de Luca dicto diſc.*31. *de emphyteuſ.n.*5.*Rota dec.*225.*n.*55.*par.*17.

Quibus poſitis, obſtare viſum non fuit,quòd anno 1661. Miniſter Ven.Domus ſuppoſuerit, contractum fuiſse emphyteuticum, & laudemium ſolverit,quia conſtito ex hactenùs dictis, quòd ex litera Inſtrumenti res ſit de locatione, ex qua nullum debetur laudemium,dictus actus Miniſtri procedentis ſub erroneo ſuppoſito nullam vim facit, neque ad effectum obligandi, cùm Miniſter ex facto ſuo particulari lædere 17
non valuerit jura Societatis, *Spad.conſ.*50.*n.*6. *lib.*3.*Rota dec.*10.*nu.*5.*coram Cerro*, & *dec.*227. *n.*7.*par.*18.neque ad effectum interpretandi primam conceſſionem, quæ clarè cantat de locatione, & nùlla indiget interpretatione, eòque magis cùm actus mox dictus geſtus fuerit poſt lapſum 80.annorum à die primæ conceſſionis, & dederit cauſam liti, nullaque, vel antè, vel poſt illum fuerit facta ſolutio laudemii, quæ multiplex obſervantia negativa junctis cæteris ſuperiùs expenſis prævalere debet dicto actui, qui eſt unicus, & propter antiquitatem conceſ- 18
ſionis ignoranter, & erroneè geſtus, *Mantica de tacit.lib.*22.*tit.*2.*nu.*20.*Card. de Luca diſc.*34. *n.*3.*de emphyteuſ.*& *Rota in Callien laudemii* 11. *Maii* 1703.*coram Reverendiſs.Labacen.*

Neque è conſpectu præmiſſorum attendi poterant nonnullæ leves circumſtantiæ in contrarium ponderatæ; Quod enim de tempore intermedio deſcripta fuerit annua penſio ſub nomine Canonis nihil facit, ubi Inſtrumentum cantat de annua præſtatione, quæ abuſivè venire etiam poteſt nomine Canonis, & tàm de tempore antecedenti, quàm ſubſequenti illa non deſcribitur ſub nomine Canonis, cùm in 19
concurſu magis attendatur obſervantia proxima diſpoſitioni, quàm remota, *Gratian.diſceptat.*566.*n.*14.*Pacion.de locat.cap.*3.*ſub num.*29. *Rota dec.*65 *n.*2.*poſt Modern.Aſculan.ad Statut. Urb.* Alia verò circumſtantia, quòd Bona eſſent fructifera, & culta, retorquetur, utpotè conveniens potiùs locationi, quàm emphyteuſi, in qua, ut plurimùm dantur Bona inculta, & ſterilia ad meliorandum, quemadmodùm & retorquetur alia reſervationis directi dominii, quæ benè convenit locationi perpetuæ, in qua transfertur tantùm dominium utile ad differentiam venditionis, in qua transfertur etiam directum, & demùm eadem reſponſione enervabatur altera, quòd nihil fuerit ſolutum Confraternitati Dominæ directæ pro intratura, 20
quia hæc regulariter ſolvitur per emphyteutam, non per conductorem,*Pacion.delocat.dict.cap.*3. *n.*33.*Rota in Bononien.Bonorum emphyteuticorum* 12.*Januarii* 1705.§.*Attento*, *coram Eminentiſs.*

Hhhh *Prio-*

Triolo, confirmata 22. Martii 1706. §. *Atque, coram R.P.D meo Lancetta*.

Quæ omnia, & cætera etiam cumulata frigeſcebant è conſpectu aliarum probationum, & ſignanter literæ Inſtrumenti, quæ ſtat, & apertè loquitur pro locatione, quando aliàs ſuperabundaret, quòd res eſſet quomodocum-
21 que dubia ad hoc, ut contractus dicendus eſſet potiùs locatitius, quàm emphyteuticus, ut loquendo de Bonis Eccleſiæ, *Rota dec.* 1114.*n.*3. *&* 1245.*n.*4.*coram Emerix,dec.*336.*n.*17.*par.*11. *dec.*67.*nu.*1.*poſt Modern.Aſculan.ad Statut.Vrb. & in Bononien.fideicommiſſi Alexii de Vrſis ſuper portione Annibalis* 13. *Maii* 1709. § *fin.cor. R.P.D.meo Aldrovando*.

Et ità utraque &c.

DECISIO VII.

R. P. D. SCOTTO.

Poſtea S.R.E. Cardinali.

Caſtellaneten. Prædii.

Lunæ 11.*Maii* 1711.

Non indiget argumento.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries*.
2 *Liquidatio melioramentorum facienda eſt in ſuo judicio proportionato*.
3 *Bonis tranſeuntibus ad manum mortuam, ut eſt locus Pius, loco laudemiorum debentur quindennia*.
4 *Semper præſervata cenſetur ſolutio laudemii pro actuali traditione poſſeſſionis*.
5 *Adminicula ſufficiunt ad probandum dominium directum ad effectum ſolutionis laudemii, ſeu quindennii*.

1 Lucretia Amonia poſſidens Prædium, ſeu Viridarium in Territorio Ruſtico Civitatatis Caſtellaneten. in vocabulo *le Grotte* ſubjectum ſolutioni annui Canonis ducatorum quinque favore Menſæ Epiſcopalis, in ultimo, cum quo deceſſit, elogio, illud legavit Conventui RR. PP. B.Mariæ Ordinis Prædicatorum, ſed excitata per Reverendiſs. Epiſcopum prætenſione devolutionis ſub prætextu terminationis lineæ illorum de Amoniis, ac de facto capta poſſeſſione, cauſaque delata ad A. C. prodiit ſententia ſuper immiſſione favore dd.PP. reſervatis juribus Menſæ Epiſcopali pro prætenſis quindenniis, & facta obligatione reficiendi melioramenta; Appellante autem Menſa, & directa mihi ulteriori commiſſione, dedi hodiè Dubium; *An Conventui ſit danda immiſſio, ſeu potiùs competat Menſæ Epiſcopali manutentio, vel retentio* -- Reſolutum *pro conceſſione immiſſionis, ſolutis tamen canonibus, & quindenniis*.

Viſum enim fuit, dandam eſſe immiſſionem Patribus, quia habent Teſtamentum clarum pro ſe, in quo Prædium, de quo eſt quæſtio, illis relinquitur titulo legati &c.

Excluſa autem devolutione, DD.reſervantes jura Menſæ Epiſcopalis pro conſequendis melioramentis, facta eorum liquidatione in ſuo 2
proportionato judicio juxta praxim paſſim ſervatam à Tribunali, ſignanter in *Eugubina fideicommiſſi Lunæ* 19.*Martii proximè præteriti* § *fin. coram Me*, dixerunt, dandam eſſe immiſſionem PP. ſolutis tamen canonibus, & quindenniis, ſolutio enim canonum non poterat impugnari, quia Menſa pro illorum exactione habebat immemorabilem poſſeſſionem pro ſe, & Teſtatrix Prædium legaverat ſub hoc onere, dato etiam ſubſtituto in caſum, in quem Legatarii onus 3
non acceptarent, quo verò ad quindennia,cùm bona tranſeant ad manum mortuam, ut eſt Locus Pius, loco laudemiorum debentur quindennia, *Panimoll.dec.*4 *n.*3. *Rota dec.*2314.*n.*1. *& ſeqq cor.Coccin dec.*198.*n.*1.*par.*19.*& in Romana laudemiorum* 31.*Januarii* 1707.§.*Quibus, coram R.P. D. meo Triolo*. Etiamſi bona ſint tranſitoria ad extraneos, quia ſemper præſervata cenſetur ſolutio laudemii pro actuali tra- 4
ditione poſſeſſionis, *Menoch.conſ.*297.*n.*27.*lib.*3. *Gratian.diſc for cap* 377.*nu.*15. *& ſeq. Panimol. dec.*4.*n.*27 *Surd.dec.*200.*n.*5.*Rota dec.*20.*n.*2.*poſt Card.de Luca de emphyteuſ.*

Nec ad hunc effectum neceſſaria erat exhibitio Inſtrumenti Inveſtituræ, ſed ſufficit, quòd conſtet de dominio in genere ex aliquibus adminiculis, & demonſtrationibus, quæ, licet non ſufficiant ad effectum devolutionis, in qua requiritur concludens probatio, quòd conceſſio reſtricta fuerit ad certas perſonas, ſufficiunt 5
tamen ad effectum minùs præjudicialem ſolutionis laudemii, ſeu quindennii,quando ſignanter docetur ſolutum de aliis Bonis conterminis, ac potiùs in eodem Circumdario, ubi ſita ſunt Bona,de quibus agitur,*Card.deLuc.diſc.*37. *n.*10.*& ſeqq.de emphyteuſ.Rota dec.*11.*cor.Millino per tot.* ubi eodem tempore, & ex iiſdem probationibus dictum fuit conſtare de dominio ad effectum ſolutionis canonum, & recognitionis in Dominum,& non conſtare, quoad alium effectum devolutionis, & meliùs *dec.*76. *n.*4.5.*&* 6.*par.*12.*rec.*

Et ità utraque &c.

DECISIO VIII.

R. P. D. LANCETTA.

Romana Quindenniorum.

Mercurii 21.*Novembris* 1708.

ARGUMENTUM.

Quando, & quomodò conſtare dicatur de qualitate emphyteutica, aut locatitia bonorum à manu mortua poſſeſſorum, ad effectum dignoſcendi, quando ſit, vel non ſit locus ſolvendi quindennia. Et confirmatur *Deciſio* in eadem Cauſa edita 16. *Decembris* 1707.*coram eodem*,regiſtrata ſuprà poſt *Tractatum de Quindenniis in ordine la XXII.int.Deciſion.S.Rotæ Romanæ*.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries*.
2 *Requiſitio conſenſus, recognitio in Dominum directum*,

ctum, & promiſſio ſolvendi Canones, & quindennia omninò conveniunt contractui emphyteutico.

3 *Simplex enunciativa locationis non probat, quando principaliter de enunciato dubitari contingit.*

4 *Locatio, & emphyteuſis promiſcuè accipiuntur.*

5 *Ex pactis, & conventionibus contractus natura aſſumit.*

6 *Penſio ex locatione in duas vices diſtribui debet.*

7 *Canon propriè adaptatur emphyteuſi.*

8 *Defectus Beneplaciti Apoſtolici in Inſtrumento non relevat, quando non agitur de viribus Inſtrumenti.*

REvocatis iterùm ad trutinam fundamentis deciſionis, aliàs in præſenti Cauſa editæ coram Me ſub *die 16. Decembris* 1707. illiſque undequaque firmiſſimis recognitis, Domini ab iiſdem recedendum non eſſe putarunt.

1 Subſiſtere namque viſa fuit favore Archiconfraternitatis Sanctiſſimæ Annunciatæ qualitas emphyteutica controverſæ Domus per PP. Sancti Honuphrii poſſeſſæ, utpotè reſultans ex geminis publicis, ac ſolemnibus Inſtrumentis, annorum ſcilicet 1577. & 1673. in quo poſtremò ſignanter PP. prædicti capitulariter congregati faſſi fuerunt contractum eſſe emphyteuticum, dum recognoverunt Archiconfraternitatem in Dominam directam, prout antea de anno 1577. jam expleverat P. Procurator Generalis, recognoſcendo in Dominum Formicinum Archiconfraternitatis Authorem, cum promiſſione eiſdem quindennia, tàm præterita, quàm futura ſolvendi. Ex quibus omnibus evidenter declarata remanet qualitas emphyteuti-
2 ca dictæ Domus controverſæ, dum requiſitio conſenſus, recognitio in Dominum directum, & promiſſio ſolvendi Canones, & quindennia omninò conveniunt contractui emphyteutico, adeò, ut non ſit ampliùs dubitandum ſuper qualitate contractus, *Cravet.conſil.126.num.6. Menoch.conſil.2.n 373. Altograd.conſil.19.nu.20. lib.1. Rot.cor.Emerix jun.dec.*812.*n.*4.

Poſita ergò qualitate emphyteutica, fruſtrà recurritur ad Inſtrumentum anni 1549. quod noviter repertum dicitur, in quo enunciatur, quòd conceſſio ſitus controverſi facta fuerit in locationem perpetuam, non autem in emhyteuſim cum relatione ad pacta, & conditiones præcedentium Inſtrumentorum, ibi -- *Cum pactis, conditionibus, & aliis conventis in aliis Inſtrumentis.* Quoniam præmiſſa generali reſpon-
3 ſione, quòd ſimplex enunciativa locationis non probat, quando principaliter de enunciato dubitari contingit, niſi oſtendantur alia Inſtrumenta, ad quæ fuit habita relatio, quod deficit in præſenti, *Rot.dec.*1135.*n.*20.*& dec.*1155. *n.*12.*cor.bon.mem.Emerix*. Urget ulteriùs altera reſponſio, quòd ſimplex vocabulum locationis præſertim in conceſſionibus antiquis, non præſefert verum titulum contractus, ità, ut excludat alium titulum emphyteuſis, cùm
4 promiſcuè accipiantur, ad *Text. in* §. *Adeò Inſtit. de locat.& conduct. Fulgin. de jur.emphyt. in prælud.par.*5.*n.*1. *Rota cor.Seraphin.dec* 288.*n.*3. *& in* Romana *Domus, ſeu Domorum* 13. *Januarii præteriti*, §.9.*coram Reverendiſs.Decano*.

Quamobrem ad effectum dignoſcendi veram naturam contractus, recurrendum venit ad pacta, & ad examinandum quid, & quantum fuerit in conceſſione conventum, cùm ex pactis, 5
& conventionibus, contractus propriam naturam aſſumat, *Surd.conſil.*243.*n.*3. *Fulgin.de jur. emphyt.in prælud.qu.*4 *nu.*21. *Pacion. de locat.& conduct.cap.*3.*nu.*9.*& ſeqq.* Undè cùm in dicto Inſtrumento non ſolùm conventa fuerit annua reſponſio unius julii pro qualibet Canna Terreni, quæ nullo modo correſpondet fructibus, qui ex dicto ſitu percipi poſſent, cùm ille ſit in Urbe in via Lungariæ, in quo loco Terrenum non eſt tàm modici valoris, ut nequeat excedere fructus ad rationem unius julii pro qualibet Canna. Verùm etiam ſolutio hujus annuæ reſponſionis deſtinata fuit unica vice in Paſchate Reſurrectionis, quando ad diſtinguendam lo- 6
cationem ab emphyteuſi debeat diſtribui in binas vices. Quæ omnia cùm interveniat continuò in omnibus contractibus emphyteuticis, utique talis judicandus erit præſens, quamvis nomen locationis proſeferat, ut de primo *Fulgin.de jur.emphyt.in dicto prælud q.*15.*n.*5. *Mart Medic.dec.Senen.examin.*12.*nu.*35. *Surd.dec.*198. *n.*27. Et de ſecundo *Gratian.diſc.*351.*num.*10. *Rocca diſput.jur.cap.68.nu.*4. *Rota coram Burat. dec.*334.*n.*7.*& coram Celſo dec.*328.*n.*4.

Et licet prædicta omnia ſatis eſſent ad patefaciendam qualitatem emphyteuticam dictæ Domus controverſæ, illa tamen ad exuberantiam declarata remanſit ex obſervantia ſubſequuta, & deſumpta ex duobus præcenſitis Inſtrumentis annorum 1577. & 1673. in quibus PP. ultrà quòd expleverunt ea omnia, quæ in contractibus emphyteuticis practicantur, ut ex illorum lectura reſultat; Ulterius tàm Formicinio dictæ Archiconfraternitatis Auctori, quàm dictæ Archiconfraternitati ſemper annuas reſponſiones convenerunt, & reſpectivè perſolverunt ſub expreſſione, & titulo canonis, 7
qui propriè adaptatur emphyteuſi, non autem locationi, *Menoch. conſil.*372.*n.*4. *Mareſcot. var. lib.*2.*cap.*76.*n.*23. *Fulgin.de jur.emphyt.dict.q.*15. *in prælud.n.*16. *Pacion.de locat.cap.*3.*n.*28.

Defectus verò Beneplaciti Apoſtolici in dictis poſtremis Inſtrumentis, quidquam relevare non poteſt, ut aliàs reſponſum fuit in *dicta mea dec.* §.*final.* cùm hic non agatur de viribus illorum, 8
ſed ipſo pro actu declarativo dumtaxat, & pro inducenda interpretativa obſervantia accipiuntur.

Et ità utraque &c.

DECISIO IX.

R. P. D. CRISPO.

Romana, ſeu Portuen. Emphyteuſis.

Lunæ 2. *Julii* 1714.

NON INDIGET ARGUMENTO.

SUMMARIUM.

1 *Eò minùs præſumitur contractus emphyteuticus, cùm agatur de Conceſſione perpetua, & facta fa-*

favore manus mortuæ abſque ulla quindenniorum reſervatione, & reſervationis conſenſus Domini directi in caſu alienationis, & ſine ſtipulatione caducitatis.

EX vetuſti Inſtrumenti præſcripto, in quo Capitulum S. Euſtachii Monaſterio S. Pauli de Urbe particularia Bona, & Caſtrum Riani, prævia certa ſpeciei annua præſtatione de anno 1504. in perpetuum conceſſit. Per hæc itaque perſpicua probationum genera &c. Præſertim
1 quia; cùm agatur de conceſſione perpetua, & facta favore manus mortuæ, abſque ulla quindenniorum reſervatione, & reſervationis conſenſus Domini directi in caſu alienationis, & ſine ſtipulatione caducitatis contractus, eò minùs emphyteuticus poteſt præſumi, ut notat præ cæteris *Card. de Luca de emphyteuſ. diſc.* 34. *ſub n.* 3. *uſque ad fin.*

Et ità poſt tertiam Cauſæ propoſitionem in valido Partium conflictu reſponſum fuit, videntibus omnibus.

DECISIO X.

R. P. D. SCOTTO.

Poſtea S. R. E. Cardinali.

Romana Domus, ſeu Domorum.

Veneris 9. Junii 1713.

ARGUMENTUM.

Quando præſumatur, vel non præſumatur ſolutum laudemium. Ex emphyteuſi tranſitoria ad hæredes extraneos, ſi illa alienetur, vel tranſeat in hæredem extraneum, quando debeatur laudemium. Quindennium autem calculandum eſt juxta valorem ſtatus antiqui de tempore, quo emphyteuſis devenit ad manum mortuam, non juxta valorem ſtatus præſentis, quo fundi æſtimatio aucta reperiatur propter ſuperventa melioramenta.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*

2 *Ex longiſſimi temporis lapſu præſumitur ſolutum Laudemium.*

3 *Laudemium præſumitur ſolutum per lapſum centum annorum.*

4 *Capitulum S. Petri de Urbe eſt vigilans, & diligens in propriis negociis gerendis.*

5 *Nemo præſumitur velle jactare ſuum.*

6 *Præſertim quando quis in Inſtrumento ſibi præſervat prætenſiones ſuper debito.*

7 *Exceptio firmat regulam in non exceptis.*

8 *In facto alieno regulariter præſumitur ignorantia.*

9 *Dubia, & ſatis controverſa eſt inter DD. quæſtio, an in emphyteuſi perpetua, & tranſitoria ad quoſcumque hæredes hæres ex Teſtamento laudemium ſolvere teneatur.*

10 *Rota dictam quæſtionem indeciſam reliquit.*

11 *Succedens in vim ſolius perpetuæ inveſtituræ, non ſolvit laudemium, cùm ſuccedat ex proviſione legis, ac providentia ipſius Domini directi.*

12 *Secùs ubi agitur de hærede extraneo, qui ſucceſſurus non eſt ex ſola Inveſtitura abſque diſpoſitione, vel facto emphyteutæ.*

13 *Hæres extraneus quamvis virtualiter dicatur comprahenſus in Inveſtitura, ſeu emphyteuſi perpetua, & ad quoſcumque tranſitoria, indiget tamen facto hominis, & per Dominum directum introduci debet in actualem poſſeſſionem.*

14 *Particularis alienatarius laudemium ſolvit.*

15 *Quælibet facultas alienandi intelligitur ſalvis his, quæ de jure Domino competunt, nec præjudicat ſolutioni laudemii.*

16 *Laudemium ſolvitur non ex ſolo conſenſu, ſed pro inveſtitura, & poſſeſſione actuali ex novo facto emphyteutæ tradenda extraneo Succeſſori, ac pro recognitione dominii directi.*

17 *Ex receptione Canonum non ſuppletur conſenſus Domini directi de iure obtinendus.*

18 *Quicumque lapſus temporis non obſiſtit Domino directo ſine ſcientia adeptæ poſſeſſionis ab emphyteuta.*

19 *Quis tenetur ſcire factum proprium.*

20 *Emphyteuta non juvatur præſumptione affirmativa ſolutionis laudemii.*

21 *Quindennia debentur ad rationem ſtatus antiqui, nulla habita ratione melioramentorum.*

22 *Deciſiones de ſtylo ſupponendæ ſunt.*

23 *Abſque expreſſa facultate revidendi deciſiones, iſtæ ſemper faciunt ſtatum in contrarium.*

24 *Tantòque magis cùm jam ſemel fuerint ad novam trutinam revocatæ, ac reviſæ, & ſolidè confirmatæ.*

25 *Quandoque, & ut plurimum, bona diù permanent in lineis emphyteutæ, & per ſæcula dari poteſt caſus, quòd nulla intercedat alienatio.*

26 *Poſſeſſor non eſt afficiendus alio gravamine ſolvendi quindennia de melioramentis ex laborioſa, & propria induſtria factis.*

27 *Ex diminutione valoris, vel reddituum rei emphyteuticæ, firmata ex ſtatu antiquo certa, & invariabili taxa quindenniorum, iſta non diminuuntur, nec Dominus eſt in damno.*

28 *Frequentiores ſunt rerum deteriorationes, quàm meliorationes.*

29 *Quindennia ſubrogata fuerunt loco laudemiorum.*

30 *Laudemium ſolvitur etiam de melioramentis.*

31 *Ad tempus originariæ conceſſionis debet haberi reſpectus in taxandis laudemiis, ſivè quindenniis.*

32 *Reiiciuntur* Tondut. reſol. civil. tom. 1. cap. 46. n. 11. & Emil. Ferrett. conſ. 21.

33 *Doctorum auctoritates prævalere non poſſunt opinioni S. Rotæ diſcuſſo articulo firmatæ, & ſolidioribus etiam rationibus innixæ.*

34 *Declaratur* Emil. Ferrett. loco mox allegato.

35 *Valor metiendus ab antiquo ſtatu, quando agitur ex antiquo contractu, à quo idem valor metiendus eſt.*

JUdicio Sac. Tribunalis acquieſcens Ven. Ar- 1
chiconfraternitas S. Joannis Decollati de Urbe, acceptavit reſolutionem ſub *die* 13. *Januarii* 1708. *coram* Reverendiſs. *D. meo Decano* editam, in qua declaratur, ac decernitur, originariam conceſſionem ſitus Cannarum 42. olim, & de *anno* 1516. à Reverendiſs. Capitulo S. Petri factam Bindo Auctori dictæ Archiconfraternitatis *fuiſſe emphyteuticam*, non autem ſimpliciter locatitiam, & unico contextu ſe obli-

obligavit in actis ſolvere laudemia, & quindennia
nia emphyteutico debita, poſtquàm fuerint in
hoc Sacro Auditorio liquidata. Undè ſuper
iſtorum liquidatione Ego in locum Reverendiſ-
ſimi D. mei Decani ſuffectus congruum Dubium
propoſui, videlicet -- Pro quibus laudemiis, &
quindenniis ſit exequenda res judicata -- quo per
DD. conſueta maturitate examinato, reſolutum
extitit cum Reſcripto -- Rem judicatam eſſe exe-
quendam juxta modum mox exprimendum.

Procedentes enim DD. cum diſtinctione
alienationum, ex quibus prætendebatur laude-
mium de tempore, quo controverſus ſitus unà
cũ Domibus ibi conſtructis olim de anno 1523.
ab hæredibus primi Aquirentis facta favore
Matthæi de Ancila, ex longiſſimi enim tempo-
2 ris lapſu intercedente à die alienationis, in quo
Capitulum Dominus directus, licet ex inferiùs
dicendis conſcius dictæ alienationis, nunquam
petiit laudemium, valida oritur juris præſum-
ptio, quòd illud fuerit ſolutum, adeò, ut onus
contrariæ probationis in Actorem transfunda-
tur, Burg. de laudem. par. 3. inſpect. 20. n. 18. Fulgin.
de jur. emphyt. tit. de laudem qu. 11. n. 7. præcipuè
cùm in præſenti doctum fuerit de conſenſu per
Capitulum præſtito alienationi, quo caſu cùm
certam, & indubitatam ſcientiam habuerit ju-
3 ris ſui, non poteſt ſuaderi cordato Viro; quòd
illud oſcitanter per ſæcularem negligentiam
prætermiſerit, niſi fuerit ſatisfactum per ſolu-
tionem laudemii l. ſi quis fortè ff. de pæn. Burg. de
laudem. inſpect. 20. n. 4. par. 3. Menoch. de præſumpt.
lib. 3. præſumpt. 135. num. 4. & ſeqq. Rot. dec. 175.
num. 15. par. 17.

Incaleſcente hac eadem præſumptione ex vi-
4 gilantia, & diligentia, quibus pollet dictum
Capitulum in propriis negociis gerendis, quæ
5 non patitur, ut credibile ſit tàm oſcitanter,
quod ſibi erat debitum, prætermiſiſſe, & ſuum
quodammodò jactare voluiſſe, Cravett. con-
ſil. 129. n. 6. Rot. dec. 124. n. 9. coram Merlin. & in
6 Peruſina Salviani 6. Aprilis 1699. § fin cor. bon.
mem. Muto, & magis etiam ex eo, quòd, ut
in Inſtrumento dato Summario Num. 2. conſen-
ſus fuit per dictum Capitulum præſtitus ſub
conditione, & præſervativa debiti, ſi quod
aderat, contra Alienantes, vel primum Ac-
quirentem ibi -- Sine præjudicio petendi id, quod
ipſi Capitulo per dictum Bindum, ſivè ejus hæredes
debeatur, quæ verba indicant, & eò magis
præſumere faciunt, laudemium ex alienatione
jam fuiſſe ſolutum, aliàs enim Capitulum pro
eo non omiſiſſet jura ſibi præſervare, quemad-
modùm excepit, & præſervavit pro aliis debitis
7 primi Acquirentis, cùm exceptio firmet regu-
lam in non exceptis, ut in propoſito dixit
Burſat. conſ. 76. n. 35. Rota dec. 95. n. 22. cor. Priolo,
& in Auguſtana Juriſpatronatus ſuper reinte-
gratione 17. Februarii 1698. §. Eòque fortiùs, cor.
Reverendiſſimo Conchen.

Quin huic præſumptæ ſolutioni obſtare vi-
ſum fuerit, quòd Archiconfraternitas in alia
propoſitione coram Reverendiſſimo Decano præ-
tendens primam conceſſionem non fuiſſe em-
phyteuticam mordicùs inſiſtere voluerit ſuper
negativa ſolutionis laudemiorum, undè in præ-
ſenti juvari non valeat præſumptione pro affir-
mativa. Tum quia tunc ignorabatur poſitiva
ſcientia in Capitulo alienationis ſecutæ, de qua
conſtat in præſenti ex Inſtrumento præſtiti con-
ſenſus, tùm etiam quia objectum vim faceret
ubi conceſſio, vel alienatio ſecuta fuiſſet favore
ipſius Archiconfraternitatis, quæ in his termi-
nis ſcire tenebatur factum proprium negativæ,
vel affirmativæ ſolutionis, non autem ubi al ie-
natio ſecuta fuit in favorem Tertii, cujus fa-
ctum, licet in præſenti ex ſcripturarum revolu-
tione ſcire potuit Archiconfraternitas, in præ-
teritum tamen potuit ignorare, cùm eſſet fa-
ctum alienum, in quo regulariter præſumitur 8
ignorantia, l. ſi quis in alterius locum ff. de regul.
jur. Rot. dec. 156. nu. 11. coram ſan. mem. Alexan-
dro VIII. & dec. 372. n. 20. coram Priolo.

E converſo autem cenſuerunt DD. deberi lau-
demium ex alia recentiori alienatione, in qua
res emphyteutica ex Teſtamento dicti Matthæi
pervenit partim ad dictam Archiconfraternita-
tem S. Joannis, & partim in aliam Confraterni-
tatem S. Rocchi, moti ex eo, quia, licet dubia, 9
& inter DD. ſatis controverſa ſit quæſtio, an in
emphyteuſi perpetua, & prout hic, ad quoſ-
cumque hæredes tranſitoria, hæres ex Teſta-
mento laudemium ſolvere teneatur, adeò; ut 10
S. Rota, relatis auctoritatibus, & rationibus
inter ſe contrariis illam indeciſam reliquerit in
illa Romana laudemii 15. Januarii 1700. §. In hoc
conflictu coram Eminentiſs. Priolo, & in alia Ro-
mana laudemiorum 23. Aprilis 1703. §. Quatenùs,
coram Reverendiſs. D. meo Decano. Nihilominùs
placuit in præſenti fœdus diſtinctionis contra-
riarum auctoritatum conciliatricis, videlicet,
quòd aut agitur de hærede juris, & ab inteſta-
to, qui aliàs etiam abſque ullo facto emphyteu-
tæ ſucceſſurus eſſet in vim ſolius perpetuæ inve-
ſtituræ, & tunc procedit opinio, quòd laude- 11
mium non ſolvat, cùm ſuccedat ex proviſione
legis, ac providentia ipſius Domini directi, &
in his terminis reſtringendæ ſunt auctoritates
innixæ in originaria Theorica, Bartol. in l. fin.
num. 10. C. de jur. emphyt. ut ſunt Soccin. conſ. 70.
n. 27. lib. 3. Fulgin. de jur. emph. tit. de laudem. q. 13.
n. 5. Card. de Luca de emphyt. diſc 49. num. 2. Rot.
dec. 487. n. 7. coram Vbald & dec. 152. n. fin. par. 2.

Secùs verò eſt, ubi, prout hic, agitur de
hærede extraneo, qui abſque diſpoſitione, vel 12
facto emphyteutæ ſucceſſurus non erat ex ſola
Inveſtitura, & in his terminis laudemium ſol-
vitur, ut dixere communiter poſt Imol. & Sali-
cèt alioſque antiquiores in cap. potuit de locat. Re-
noch conſ. 297. n. 24. Gratian. diſc. for. ca. 377. n. 13.
& ſeqq. Burg. de laudem. par. 1. inſpect. 3. n. 36. Gob.
conſult. 10. n. 18. Surd. dec. 200. n. 5. Panimol. dec. 4.
n. 22. cum aliis cumulatis in dicta Romana lau-
demii §. Data extẽſione, cor. Eminentiſs. Priolo, & in
Mantuana emphyteuſis 27. Junii 1698. §. Veritas
coram bo. me. Vrſino, & ratio eſt, quia hæres ex-
traneus, quamvis in emphyteuſi perpetua, &
ad quoſcumque tranſitoria validè ſuccedat, &
virtualiter dicatur compræhenſus in Inveſtitu- 13
ra, indiget tamen facto hominis illum inſtituẽ-
tis, & per Dominum directum debet illud fa-
ctum laudari, & in actualem poſſeſſionem in-
troduci, quibus de cauſis ſolvitur laudemium,
de Luca ad Gratian. cap. 180. n. 6. & dict. cap. 377.
n. 2. & 5. Cancer. var. reſol. cap. 11. nu. 71. lib. 1. &
proſequuntur auctoritates mox allegatæ.

Ne-

Neque in contrarium allegari poterat perpetuitas Inveſtituræ, & conceſſionis tranſitoriæ ad quoſcumque; Illa ſiquidem operatur, quòd res etiam abſque conſenſu Domini poſſit, vel per inſtitutionem, vel per alienationem validè in extraneum transferri abſque incurſu caducitatis, ſed non præjudicat Domino in ſolutione Laudemii, aliàs enim etiam emptor, vel particularis alienatarius in perpetua, & alienabili conceſſione laudemium non
14 ſolveret, & tamen quòd non obſtante quacumque perpetuitate, vel facultate alienandi, quòd particularis alienatarius laudemium ſolvat, communiter tenent, & abſque ullo contradictore *Nig. de Sol. laudem. qu.37. n.14. Hodiern. ad Surd. dec.93. num.36. Carol. Anton. de Luca ad Franch. dec.201. n.3. & ſeqq.* Quælibet nam-
15 que facultas alienandi intelligitur ſalvis his, quæ de Jure Domino competunt, nec præjudicat ſolutioni laudemii, *Soccin. jun. conſ.70.*
16 *n.11. lib.3. Surd. dicta dec.200. n.5.* Laudemium enim ſolvitur non ex ſolo conſenſu, ſed pro inveſtitura, & poſſeſſione actuali ex novo facto Emphyteutæ tradenda extraneo ſucceſſori, ac pro recognitione dominii directi, ac propterea debetur etiam in illis caſibus, in quibus conceſſio eſt perpetua, & conſenſus non requiritur, *Gratian. d.cap.377. num.13. & 14. Capon. diſcept.132.n.3. Fulgin. de jur.emphyt.tit.de Var. caducit. quæſt.16.n.6. Surd.dicta dec.200.num.5.* & dixit *Rota in alia Deciſione hujus Cauſæ ſub die 13. Januarii 1708. §. Prædicta ſiquidem, cor. Reverendiſs. Decano.*

Minùs ſubſidiariè allegari valet præſumpta ſolutio etiam iſtius laudemii ex lapſu temporis ab anno 1546. quo Capitulum cæpit exigere Canones à dictis Archiconfraternitatibus hæredibus Matthæi; Cùm enim Dominus directus non poſſit renuere ſolutionem Canonum à
17 quocumque poſſeſſore, & ex illorum receptione non ſuppleatur conſenſus de Jure obtinendus, ut dixit *Rota in Romana Canonum 6. Junii 1712. §. Conſenſus verò, coram R.P.D. meo Aldrovando*, hinc ex prædictis nequit notificari, Capitulum habuiſſe individualem ſcientiam adeptæ tunc poſſeſſionis Domorum titulo dicti
18 Teſtamenti per Archiconfraternitates, ſine qua non obſiſtit Domino directo quicumque lapſus temporis, ut firmat *deciſio hujus Cauſæ 13. Januarii 1708. §. Cæteris, cor. Reverendiſs. P.D meo Decano*. Concurrente potiſſimùm ad excluſionem dictæ ſcientiæ, & præſumptæ ſolutionis Inſtantia facta per Capitulum de anno 1690. contra Archiconfraternitatem pro exhibitione tituli poſſeſſionis juxta Indultum s:me:Sixti V. ut refert *dicta deciſio §. His igitur*, necnon impugnata hactenùs per Archiconfraternitatem qualitate emphyteutica dictæ conceſſionis, & allegata negativa obſervantia ſolutionis laudemiorum, quam reſpectu hujus alienationis ad ſui favorem ſecutæ tenebatur ſcire dicta Ar-
19 chiconfraternitas uti factum proprium ex diſtinctis ſuperiùs in §. *Quin huic*, ut modò ex
20 his omnibus juvari non valeat quoad hoc Laudemium præſumptione affirmativa dictæ ſolutionis, ſicut juvatur in alio, *Rot. deciſ.849. num.16. cor. Dunozzett. jun. & in Romana Literarum Cambii 11. Decembris 1705. §. Nam ultrò quòd, coram Me.*

Abſoluta diſcuſſione Laudemii, deſcendentes DD. ad Quindennia ſolvenda, poſtquàm res Emphyteutica tranſiverat ad manus mortuas Archiconfraternitatis, cenſuerunt illa deberi ex eiſdem rationibus, & ad eandem menſuram Laudemiorum, nulla habita ratione melioramentorum reſultantium ex fabrica ſuper ſitu Emphyteutico reparata, ac etiam noviter conſtructa, quòd enim quindennia ex conſuetudine univerſali, cui communiter ſe ſubſcripſere DD. ſolvenda de quindecim in quindecim annos, in quibus, ſi res non eſſet penès manus mortuas, lex fingit, alienationes veriſimiliter eventuras fuiſſe, debeantur ad ra- 21
tionem ſtatus antiqui, nulla habita ratione melioramentorum, latè diſcuſſo articulo firmavit Sacra Rota in deciſionibus editis in illa *Romana Quindenniorum 6. Junii 1687. & 13. Maji 1689. cor. bo:me: Benincaſa* impreſſis penès *Card. de Luca de Emphyt. dec.18. & 19.* & iterùm diſcuſſis, & confirmatis in alia *Romana Quindenniorum 13. Maji 1701. cor. Reverendiſs. D. meo Decano*, quæ propterea non poterant hodiè criticari, ſed de ſtylo erant ſupponendæ, *Rota* 22
dec.1098. num.24. & dec.1181. n.18. cor. Emerix jun. & alibi paſſim. Quamvis coram *Eminentiſs. Priolo* conceſſa fuerit facultas Partibus deducendi adversùs dictas Deciſiones quidquid vellent, non enim per hoc poterant illarum fundamenta in præſenti ad trutinam revocari, cùm ad hunc effectum opus ſit, ut expreſſa facultas illas revidendi concedatur, ut paſſim ſolet practicari, aliàs ſemper faciunt ſtatum 23
in contrarium, *R.P.D. meus Anſald. in addition. ad ſuas deciſiones dec.77. num.66.*

Tantòque magis cùm jam ſemel fuerint ad novam trutinam revocatæ, ac reviſæ, ac ſoli- 24
dè confirmatæ in *dicta Deciſione Reverendiſſimi Decani*, & ulteriùs firma, & inconcuſſa apparuerint illarum fundamenta breviter per DD. reaſſumpta, & ſignanter illud maximæ æquitatis militantis favore Emphyteutæ ex duplici ratione, altera, quia ſi Bona eſſent penès Laicos, Dominus directus veriſimiliter non exigeret Laudemium de quindecim in quindecim annos, cùm quandoque, immò, ut plurimùm, 25
bona diù permaneant in lineis Emphyteutæ, & per ſæcula etiam poſſit dari caſus, quòd nulla intercedat alienatio, undè de hac utili, & frequenti exactione Dominus debet eſſe con- 26
tentus abſque eo, quòd Poſſeſſorem alio gravamine afficiat ſolvendi Quindennia de melioramentis ex laborioſa, & propria induſtria factis, ut obſervant *collecti in dicta Romana Quindenniorum §. Nam, coram Reverendiſs. Decano*, & altera, quòd ſicuti ex diminutione 27
valoris, vel reddituum rei Emphyteuticæ, firmata ex ſtatu antiquo certa, & invariabili taxa Quindenniorum, iſta non diminuantur, nec Dominus eſt in damno, ità ex augumento reſultante ex induſtria Emphyteutæ non debet eſſe in lucro ad ſervandam æqualitatem, quod utilius etiam eidem Domino eſt, cùm frequen- 28
tiores ſint rerum deteriorationes, quàm meliorationes, ut expendit *deciſio in dicta Romana Quindenniorum 13. Maji 1689. §. Etenim, cor. bo: me: Benincaſa.*

Animadvertentibus etiam aliquibus ex DD.

quòd

quòd objectum, ſuper quo tota fiebat vis in
29 contrarium, quòd ſcilicet Quindennia fuerint
ſubrogata loco Laudemiorum, & ideò juxta
30 naturam ſubrogatorum, ſicuti Laudemium
ſolvitur etiam de melioramentis, ità etiam ſolvi
debeat Quindennium, poſſet urgere in conceſſionibus
limitatis, & ubi locum habere poſſet
devolutio, quia tunc cùm Inveſtitura dicatur
novus contractus, regulari debet à ſtatu
novo, & præſenti, non autem ab antiquo, ſecùs
autem in conceſſione, prout hic, perpetua,
& ubi res eſt penès manus mortuas, immunis
à quacumque devolutione, quia tunc non ſucceditur
ex novo contractu, ſed ex originaria
31 conceſſione, ad cujus ideò tempus debet haberi
reſpectus in taxandis Laudemiis, ſive Quindenniis,
ut in puncto dixere *Parij. de Puteo
de Reintegratione feudi cap.126. num.3. Cirocc.
diſcept.62.n.52.& 53. Rot. dec.183. n.11. coram
ſa: me: Alexandro VIII.* & articulo diſcuſſo in
Callien. Laudemii 11. *Maji* 1703. §.*Quia, coram
Reverendiſs. Labacen.*

32 Ex quibus aures præbere non potuerunt DD,
authoritatibus *Tondut. reſol.Civil.tom.1.cap.46.
33 n.11. & Emil. Ferrett. conſ.21.* quia illæ prævalere
non poterant opinioni Sac. Rotæ in dictis
Deciſionibus latè diſcuſſo articulo firmato, &
ſolidioribus etiam rationibus innixæ, quando
34 ulteriùs *Emilius Ferrettus* loquitur de contractu
precarii, & in terminis, in quibus elapſo
termino præfixo novus inter Dominum, & Poſſeſſorem
iniri debuit contractus, in quibus terminis
nil mirum, ſi *dictus Auctor* dixit, metiendum
eſſe valorem à ſtatu præſenti, non verò
ab antiquo, quod non procedit, ubi, prout
35 hic, agitur ex antiquo contractu, à quo propterea
valor metiendus eſt, ut optimè diſtinguit
*Rot. dicta dec.183. nu.11. coram ſa:me. Alexandro
VIII.*

Firmatis his omnibus ſuper articulo Juris, ſupererant
examinanda alia, quæ erant facti pro ſtabilienda
certa quantitate Laudemiorum, & Quindenniorum,
ſed cùm Partes non benè convenirent neque ſuper
æſtimatione rei, neque ſuper oneribus, aliiſque
ad faciendam taxationem neceſſariis, DD. *dilata
reſolutione*, quoad taxam, & quantitatem, injunxerunt,
quòd *coadjuventur probationes*.

Et ità juxta hunc modum reſponſum fuit, utraque &c.

DECISIO XI.

R.mo P. D. MOLINES DECANO.

Romana Laudemiorum.

Lunæ 23. *Aprilis* 1703.

NON INDIGET ARGUMENTO.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*
2 *Laudemium ultrà conſenſum eatenùs ſolvitur Domino directo, quatenùs ipſe realiter ponit aliquem in actuali poſſeſſione rei emphyteuticæ per novam* Inveſtituram.
3 *Facultas exigendi Laudemium eſt realis.*
4 *Qui ſentit incommodum, debet ſentire commodum.*
5 *Hæres commoda, & incommoda ſentire debet.*

Cum prætenderet Capitulum S. Joannis Baſilicæ Lateranen. Dominus directus Viri- 1
darii exiſtentis intrà mœnia Urbis propè Eccleſiam
S. Crucis in Hieruſalem exigere tria Laudemia
à Joſepho de Comitibus, qui illud ſibi
adjudicari fecit ex cauſa ſui crediti vigentis ſuper
eodem Viridario; Propterea inſtructo Judicio
in Tribunali A. C. obtinuit contra ipſum
relaxari mandatum de aſſociando: Sed intimatis
moleſtiis Ven. Archiconfraternitati Sac.
Stygmatum hæredi bo: me: Principis D. Lælii
Urſini olim poſſeſſoris, fuit impetrata ex Reſcripto
Signaturæ Juſtitiæ ſuſpenſiva Commiſſio,
ad cujus tenorem cùm hodiè dubitaverim:
An, & in qua ſumma mandatum A. C. ſit exequendum:
Reſponſum habui negativum pro primis
duobus Laudemiis, & quoad tertium juxta
modum inferiùs exprimendum.

Quatenùs verò attinet ad ſecundum Laudemium
prætenſum eo ſub prætextu, quòd Archiconfraternitas
ſucceſſerit ex Teſtamento in
hæreditate bo: me: Lælii Urſini Principis Vicovari,
inter cujus Bona aderat Viridarium,
de quo agitur, Domini, prætermiſſa quæſtione
tamquàm ſuperflua, an Laudemium debeatur,
ſeu ſit ſolvendum ab hærede extraneo, qui
aliàs ab inteſtato non fuiſſet ſucceſſurus in Bonis
Emphyteuticis, ſignanter de directo dominio
Eccleſiæ; cenſuerunt, dictum ſecundum
Laudemium minimè deberi ex motivo facti,
cùm in comperto eſſet, nunquam captam fuiſſe
poſſeſſionem ab eadem Archiconfraternitate
ſuper dicto Viridario, dum vivente adhùc dicto
Principe Vicovari, illud retinebatur à Joſepho
de Comitibus, ad effectum ſibi ſatisfaciendi
de ejus credito. Undè cùm dicta Archiconfraternitas
ex defectu poſſeſſionis nunquam
appræhenſæ non habuerit opus petendi
à Domino directo Inveſtituram. Hinc æqui,
bonique ratio expoſcit, quòd illa non ſit condemnanda
ad ſolutionem Laudemii, quod ultrà
conſenſum eatenùs ſolvitur dicto Domino di- 2
recto, quatenùs ipſe realiter ponit aliquem in
actuali poſſeſſione rei emphyteuticæ per novam
Inveſtituram, *Burſatt. conſ.56. num.161.
lib.1. Gratian. diſcept. forenſ. cap.377. n.11. Fulgin.
de Jur. emphyt. tit. de Laudem. qu.8. n.13. & 14.
Guidopapa dec.101. n.3. Panimoll. dec.4. num.14.
& 27. ubi num.25.* firmat, quòd facultas exi- 3
gendi Laudemium non eſt perſonalis, ſed realis,
annexa ſcilicet rebus, & bonis emphyteuticis,
quæ cùm hoc onere tranſeunt ad ſucceſſorem,
Menoch. conſ.444. num.18. & 19. lib.5.
& proſequitur *Gratian. dicto cap.377. num.24.
Franch. dec.430.* Aliàs ſi quis condemnaretur
ad ſolutionem Laudemii abſque eo, quòd ap-
præhenderit actualem poſſeſſionem rei emphy- 4
teuticæ, ſentiret incommodum nullo habito
commodo, contra regulam, de qua in *cap. Qui
ſentit de Regul. Jur. in 6. Rot. deciſ.223. nu.20.
par.10. rec.* & tamen receptum eſt ex alia Juris
regula, quòd Hæres commoda, & incommo- 5
da ſentire debet ad *Text. in l. Secundùm naturam
ff. de Regul. Jur. Rot. dec.356. nu.17. par.14. rec.*

Et

Et ità, auditis tribus Colligantibus, reſolutum fuit.

DECISIO XII.

R. P. D. FALCONERIO.

POSTEA URBIS GUBERNATORE.

Romana Quindenniorum.

Lunæ 7. Maji 1714.

ARGUMENTUM.

Quomodò probetur qualitas Bonorum Emphyteutica, ad effectum ſolvendi Quindennia.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*
2 *Pactum, quòd in caſu alienationis Emphyteuſis ſit ſolvendum laudemium ſub pœna caducitatis, eſt ſervandum.*
3 *Nullibi in Jure cautum reperitur, quòd ob non ſolutionem laudemii incurratur caducitas.*
4 *Res judicata reſultat ex neglecta tranſportatione actorum, & proſecutione Cauſæ intrà biennium.*
5 *Præſertim accedente illius juſtitia.*
6 *Laudemium debetur ex quacumque alienatione rei emphyteuticæ inter vivos, aut in ultima voluntate.*
7 *Laudemium debetur ex tranſitu bonorum Emphyteuticorum in Eccleſiam.*
8 *Quindennia debentur Domino directo ex tranſitu Emphyteuſis in manum mortuam.*
9 *Quomodò probetur qualitas Bonorum emphyteutica.*
10 *Enunciativa, quòd Bona ſint de proprietate alicujus, probant eorum qualitatem emphyteuticam.*
11 *Lapis appoſitus ſuper Bonis, eſt ſignum directi dominii.*
12 *Continuatæ ſolutiones ſub nomine Canonum per* 30. *annos probant qualitatem emphyteuticam.*
13 *Præſertim quando ſolutiones probantur ex libris Domini directi.*
14 *Prout ex actibus, in quibus quis recognitus fuit in Dominum directum.*
15 *Et ex confeſſione emiſſa in Inſtrumento acquiſitionis Bonorum.*
16 *Per pactum, quòd bona tranſeant ad quoſcumque ſucceſſores etiam extraneos, nunquam cenſetur præjudicatum laudemio.*

1 CEnſuerunt Domini: *Conſtare de re judicata*, ſed juxtà modum, quià placuit A.C. Gomez per decretum concedere Societati, & Eccleſiæ S. Hælenæ mandatum de aſſociando ad Domum poſitam in Regione Campi Martii in via Precorum, ſeù Bergomentium poſſeſſam ab Eccleſia S. Bibianæ, ob caducitatem incurſam ex cauſa laudemiorum, & quindenniorum reſpectivè non ſolutorum, per ſententiam ſtatuere proprietatem, & directum dominium d. Domus favore ejuſdem Societatis, & Eccleſiæ S. Hælenæ declarare devolutionem propter laudemia non ſoluta, tàm à Vincentio Pacetto, quàm ab Eccleſia S. Bibianæ in illius Teſtamento ſubſtituta; ac tandem decernere prædictis competere quindennia de jure debita, & impoſterum liquidanda: Verùm Domini ſicuti approbare, non ambigerunt rem judicatam in ea parte, in qua fuit Eccleſia S. Bibianæ condemnata ad ſolvenda dicta Laudemia, & Quindennia, ità recuſarunt eamdem confirmare in altera reſpiciente caducitatem, quoniam deficiente antiquo Inſtrumento Inveſtituræ, ſivè conceſſionis in emphyteuſim, deficit illud ſpeciale pactum, quòd in caſu alienationis ſit ſolvendum laudemium ſub pœna caducitatis, quod procùl dubio eſſet ſervandum, ut poſt 2
*Burg. de Laud. inſpect.9. num.*11. *par.*1. probat, *Fulgin. de Jur. Emphyt. tit. de Var. caducit. qu.*16. *num.*17. quapropter d. inſpectio decidenda eſt, 3
juxtà tramites Juris, in quibus cùm nullibi cautum reperiatur, quòd ob non ſolutionem laudemii incurratur caducitas, ut benè comprobat idem *Fulgin. d. quæſt.*16. *à n.*1. *ad* 7. *& Surd. dec.*200. *per tot.* idcircò Domini minimè adhærentes in caducitate hac de cauſa per Judicem primæ Inſtantiæ declarata, addiderunt in confirmatione rei judicatæ d. modum reprobatorium devolutionis, & tantummodò approbatorium rei judicatæ quoad proprietatem, directùmque dominium Societatis, ac onus ſolutionis Quindenniorum.

Res enim judicata reſultat in illa parte ap- 4
probata ex neglecta tranſportatione actorum, & proſecutione Cauſæ intrà biennium, quod operatur, ut rata maneat ſententia præcedentèr lata, ut ait *Text. in Auth. ei qui Cod. de Tempor. & repar. appell. cap. Cùm ſit Romana de Appellat.* Rot. *dec.*546. *n.*1. *par.*19. *tom.*2. *rec. & in Romana, ſeù Florentina Cenſus* 18. *Junii* 1708. §. *Siquidèm cor. R.P.D. meo Anſaldo*; Præſertim accedente illius juſtitia, quæ luculentèr educi- 5
tur ex quo, perventa d. Domo in Eccleſia S. Bibianæ ex teſtamentaria diſpoſitione Canonici Paccetti, qui eamdem Domum acquiſiverat titulo emptionis à Jacobo Palmerio cauſam habente à Stephano Palmerio Emphyteuta, qui in traditione ejuſdem Domus in ſolutum Thomæ de Fidelibus pro ſatisfactione Dotis Beatricis Sororis, non ſolùm requiſivit conſenſum Societatis S. Hælenæ Dominæ directæ, illique laudemium ſolvit, ſed inſupèr eamdem in Dominam recognovit; Properea cùm laudemium debeatur ex quacumquè alienatione 6
rei emphyteuticæ, ſivè illa fiat intèr vivos, ſivè in ultima voluntate *l. ultima C. de Jur. Emphyt. ubi communiter ſcribentes Clar.* §. *Emphyteuſis quæſt.* 23. *in princ. Valaſc. de Jur. Emphyt. quæſt.*32. *num.*32. *cum aliis apud Fulgin. de Iur. Emphyt. tit. de Laudem. qu.* 8. *n.*1. hac de cauſa, Eccleſia S. Bibianæ tenetur tàm ſolvere laudemium debitum ex acquiſitione facta à Canonico Pacetto ſuo authore, quàm alterum laude- 7
mium ex tranſitu dictæ Domus ab eodem Canonico Pacetto in ipſam Eccleſiam, ut probant auctoritates mox laudatæ.

Ulteriùs ex quo d. Domus tranſivit in manus 8
mortuas, nempè in ipſam Eccleſiam S. Bibianæ, ità ut Societas Domina directa amiſerit & ſpem reverſionis, & laudemia in caſu alienationum à privatis perſonis faciliùs agendarum:

rum: Propterea communitèr recepta conſuetudo loco laudemiorum, quindennia ſubrogavit, quæ ſuum ſortita fuerunt nomen à tempore veriſimilium alienationum obventarum de quindecim in quindecim annos, in quo dd. quindennia Dominæ directæ ſolvi debent, *Andr.Capan.de jur.relevii qu.27.nu.7. & ſeq. lib.5. Rot coram Coccin. dec.2314.num.1. & dec.2357. num.15. & ſeq.*

Fruſtrà ſiquidem ad evadendam ſolutionem dd.laudemiorum,& quindenniorum in dubium
9 revocari valet dominium directum d.Societatis S. Hælenæ, & qualitas emphyteutica controverſæ Domus, nàm utrumquè clarè convincitur à Teſtamento Juliæ de Liliis, quæ de anno 1564.diſpoſuit de Cenſibus ſuarum Domorum, ut ibi -- *Che ſono ſotto la proprietà di d.Teſtatrice*, Poſteà prænarratæ Domus in diviſione inter hæredes obvenerunt Horatio de Liliis,& ab iſto titulo emptionis, & venditionis reſpectivè Societati S.Hælenæ, quæ in ſignum directi dominii lapidem ſub imagine S.Hælenæ in Domibus appoſuit. Per ſæculum, & ultrà Canones, ſub nomine Canonum exegit.In alienationibus pro tempore ſecutis d. Societas in Dominam directam fuit recognita, tàm de d. anno 1646. in quo conſenſum præſtitit dationi in ſolutum factæ à Stephano Palmerio cum ſua recognitione in Dominum, & cum receptione ſc.20. pro laudemio, quàm pariter in ipſo tranſitu hujus Domus in Canonicum Pacettum Authorem Eccleſiæ S.Bibianæ, in cujus venditionis Inſtrumento hæc verba fuerunt appoſita -- *Reſervato in primis, & antè omnia conſenſu, & beneplacito Ven.Eccleſiæ S.Hælenæ Credentierorum Urbis proprietariæ infraſcriptæ Domus, cui Ven. Eccleſiæ quolibet anno pro illius Canonibus ſolvuntur ſc.2. & ob.40.monetæ* -- quæ omnia abſque ullo du-
10 bio indigitant qualitatem emphyteuticam d. Domus. Prout de prima enunciativa,quod Domus eſſent ſub proprietate Juliæ de Liliis,*Claud. Marmer.in l.naturaliter § Nihil commune n.6. & 7.ff.de acquiren.poſſeſſ.* ibi -- *Et iſtud nomen proprietas, eſt nomen directum, & nunquàm obliquatur, & nunquàm ponitur pro utili dominio: Undè emphyteuta, Vaſſallus, & uſufructuarius dicuntur habere dominium utile, non autem proprietatem*. Ibique pariter *Jo. Anton. Rub. ſub n.97.* ibi. *Et ideò concludo, quod licèt quis dicat proprietatem ad ſe pertinere, licèt non aſſerat, ſe emphyteutam in narratione libelli, debet obtinere, quia etiam emphyteuta dicitur habere proprietatem juris emphyteutici*. De lapide in Domo ap-
11 poſito, quod ſit ſignum directi dominii Eccleſiæ, *Rot.coram Dunoz.iun.dec.696.num.9.in rec. dec.262.n.7.par.5.& dec.234.n.8.par.7.& in Romana Domus, ſeu Domorum 13. Januarii 1708. §.Quibus argumentis cor.R.P.D.meo Molines De-*
12 *cano*. De ſolutionibus ſub nomine Canonum continuatis per Sæculum, & ultrà, quando ſufficeret lapſus 30.vel 40.annorum,*Fulgin.de jur. emphyt.in Prælud.q.15.n.39.& ſeq.Rot. dec.262. n.9.par.5.& dec.164.n.8.par.5.& dec.234.nu.7.*
13 *par.7.rec.* & præſertim quando ſolutiones probantur ex libris ejuſdem Eccleſiæ Dominæ directæ, quorum fides in his circumſtantiis admitti ſolet, *Aym.conſ.434. nu.14. Rot.dec.290. n.5.par.1.rec.& cor.Caval.dec.655.n.3.*De pluribus proportionatis actibus, in quibus Societas fuit recognita in Dominam directam, *Rot.d. dec.262 n.9.par.5 dec.164.n.8.par 6.dec.334.n.6. par.7.rec.& cor.Millin.dec.374.n.14.& ſeq.*& de- 14
mùm de confeſſione emiſſa in Inſtrumento acquiſitionis d.Domus facta à Canonico Pacetto Authore Eccleſiæ S. Bibianæ, cui neceſſe eſt, 15
ut ipſa acquieſcat,*Rot.cor.Coccin.dec.1873.n.11. & in rec.dec.227.n.16.par.19.*

Nil refragante, quod pro conſecutione laudemiorum requiratur Inſtrumentum Inveſtituræ, ad effectum recognoſcendi, an emphyteuſis ſit reſtricta ad certum genus Perſonarum, ſive ſit tranſitoria ad qualcumque Perſonas, etiam extraneas, quia d.exceptio non admittitur pro evitanda ſolutione laudemii,quod, ultrà conſenſum, vel debetur ex cauſa obſequii erga Dominum, vel quia Emptor, vel Donatarius, vel Legatarius, vel Extraneus hæres debet introduci in poſſeſſionem rei emphyteuticæ per Dominum directum, qui ad hunc effectum eſt requirendus, itaùt per pactum, quod bona 16
tranſeant ad quoſcumque Succeſſores etiam Extraneos, nunquàm laudemio præjudicatum cenſeatur, ut rejectis contrariis, magiſtralitèr docet *Epiſc. Franciſcus Verde lib.3.Inſtit. Civil. ſub tit.de Cenſu emphyt.nu.2482.& ſeq. Gratian. diſcept.Foren.cap.377.n 10.& ſeq. Rubeus in addit.ad dec.131.nu.388.& ſeq.par.8 rec.& in Romana Laudemiorum 31. Januarii 1707.§.Irrelevans quoque coram Eminentiſs. Priolo*.

Et ità utraque &c.

DECISIO XIII.

R. P. D. LANCETTA.

Tarentina Quindenniorum.

Lunæ 25.Junii 1714.

ARGUMENTUM.

Quibus modis probetur directum dominium ad effectum ſolvendi quindennia, & quindennia taxanda ſunt juxta conſuetudinem loci, vel conventionem Partium.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries.*
2 *Quindennia ſubrogata ſunt in locum laudemiorum, ubi bona tranſierunt ad manus mortuas.*
3 *Dominium directum Bonorum emphyteuticorum, dum de eo principaliter non agitur ad effectum devolutionis, ſed ſolùm incidenter pro quindenniorum exactione, ſatis, ſuperque probatum remanet ex confeſſione emphyteutæ ſolemniter emiſſa in Inventario Bonorum ẽphyteuticorum.*
4 *Confeſſio etiam emiſſa coram Judice Layco tenet, quando non agitur de condemnandis Eccleſiaſticis in figura Judicii, ſed dumtaxat de ſimplici & materiali aſſignatione bonorum ab ipſis facienda.*
5 *Per defectum extrinſecum ſolemnitatis actus in ſubſtantia non vitiatur.*
6 *Datum non eſt Eccleſiaſticis in diſcrimen revocare confeſſiones expletas Poſſeſſoribus laycis.*

7 *Confeſſiones immunes à quacumque exceptione, alias præcedentes confirmant, & dominium directum plenè concludunt.*

8 *Præſertim cùm exhibitæ, & productæ fuerint à Parte controvertente dominium directum.*

9 *Ex ſolutionibus Canonum, & depoſitionibus Teſtium probatur dominium.*

10 *Fidibus informibus, pendente lite exaratis à Parte habente principale intereſſe, nullatenùs deferendum venit.*

11 *De univerſali totius Regni Neapolitani conſuetudine quindennia per manus mortuas paſſim perſolvuntur.*

12 *Nullum irrogatum cenſeri debet præjudicium Domino directo, non probata uſque à principio ſcientia tranſitus bonorum in manus mortuas.*

13 *De jure ſola qiinquageſima pars pretii pro laudemio debetur.*

14 *Niſi ex uſu, & conſuetudine, ſeu ex Partium conventione major, vel minor quantitas ſtabilita fuerit.*

15 *Hujuſmodi conſuetudo inviolabiliter ſervanda eſt, quamvis quindennia taxata fuerint uſque ad decimam partem pretii, & ultrà.*

16 *Depoſitiones emiſſæ à Perſonis de facto proprio deponentibus plenè probant.*

17 *Res judicata emanata cum legitimo contradictore, & in caſu præciſo, firmat ſtatum, & afficit omnes reliquos poſſeſſores bonorum ejuſdem ſpeciei.*

18 *Quindennia ſubrogata ſunt loco laudemiorum.*

19 *Quindennia ſolvi debent in eadem quantitate, in qua ſolvuntur laudemia, cum iſta ab illis non ſubſtantialiter, ſed in ſolo nominè differant.*

20 *In materia quindenniorum non reſpicitur qualitas contractuum, ſed ſimplex factum tranſitus bonorum in diverſam perſonam.*

21 *In manibus mortuis ob interdictam facultatem alienandi, figurabilis non eſt caſus ſolutionis laudemii.*

1 QUamvis Poſſeſſores bonorum Abbatiæ S. Viti *del Pizzo* ad inſtantiam tàm Anteceſſoris, quam moderni Abbatis perpetui illius Commendatarii uſque de anno 1625. & & 1676. coram Judice aſſignaſſent omnia bona de directo dominio ejuſdem Abbatiæ ſub expreſſa declaratione, quod eſſent -- *Obnoxia ſolutioni decimæ pretii loco laudemii, aliiſque pactis emphyteuticis* -- eaque diſtinctè in duplici Inventario, ſeu Platæa annotata extitiſſent; nihilominùs cùm Collegium Societatis Jeſu, aliaque Loca Pia Civitatis Tarenti, ſive illorum Patres dicta bona poſſidentes quindennia perſolvere detrectarent, ideò Abbas obtinuit à Tribunali Nunciaturæ Neapolis favorabile Decretum, quo condemnati fuerunt ad ſolutionem quindenniorum juxta liquidationem à Peritis faciendam.

Appellarunt iidem Patres, & licèt in contumaciam Abbatis facili negocio obtinuiſſent ab A.C. infirmationem dicti Decreti; attamen ſubindè reaſſumpta, iterum cognitione Cauſæ in vim reſcripti Signaturæ, relaxavit iſte exequatur dicti mandati pro quindenniis ad rationem quinquageſimæ partis *ſine præjudicio maioris quantitatis uſque ad decimam partem pretii*.

Devoluta in gradu ulterioris appellationis Cauſa ad noſtrum Sacrum Auditorium, conſului hodiè Dominos meos -- *An, & in qua quantitate quindennia debeantur* -- & *Quindennia deberi in decima parte* reſponderunt.

Fundamentum reſolutionis quoad primam Dubii partem ſtetit in eo, quòd cùm præfata 2
Loca pia poſſideant bona de directo dominio dictæ Abbatiæ, utique ſolvere tenentur quindennia, quæ ſubrogata ſunt in locum laudemiorum, ubi bona tranſierunt ad manus mortuas, juxtà vulgatum in jure principium, de quo *Rota in Romana Quindenniorum 16. Decembris* 1707. §. *Neceſſitas autem coram Me, & in Romana Domus, ſeu Domorum 13. Januarii* 1708. §. *Abſque eo, quòd coram Reverendiſs. Domino meo Decano*.

Dominium autem directum dd. bonorum 3
penès Abbatiam, dum de eo principaliter non agitur ad duriorem effectum devolutionis, ſed ſolùm incidenter pro quindenniorum exactione, ſatis, ſuperque probatum remanet ex confeſſionibus eorumdem Patrum ſolemniter emiſſis in dictis Inventariis, ſeu Platæis bonorum Abbatiæ, quæ quidem confeſſiones adeò qualificatæ, quodcumque probationis genus ſuperant, & Abbatiæ dominium in aperto ponunt, ut in ſpecie dixit *Rot. coram Dunozet. jun. dec.* 18. *nu.* 9. *& in Romana emphyteuſis* 11. *Martii* 1699. §. *Controverſos coram b. m. Muto, & in Cavallicen. Dominii ſuper bono jure* 23. *Junii* 1713. §. *Ulteriori, & ſuper manutentione eadè die* §. *Poſſeſſio cor. Me*.

Quidquam non relevante, quòd huiuſmodi confeſſiones emiſſæ fuerint coram Judice Layco, & per conſequens nullæ cenſeri debeant; Quoniam ultrà quòd in confectione utriuſque Platæ præceſſit licentia Vicarii Tarentini ci- 4
tandi Clericos, & Loca Pia, nec agebatur de condemnandis Eccleſiaſticis in figura judicii, ſed dumtaxat de ſimplici, & materiali aſſignatione bonorum ab ipſis facienda, proindeque ceſſare fortaſſe poterat dicta nullitas, ut per *Gloſſ. expreſſam in cap. Decernimus in verb. Non præſumant de judic.* tradunt *Abb. ibidem nu.* 5. *Felin. n.* 6 *Barboſ. de Offic. & Poteſt. Ep. alleg.* 108. *n.* 7. *Sperell. dec.* 14. *n.* 17. adhùc nullo pacto evitari valet earundem confeſsionum efficacia, quia in omnem caſum nullitas proflueret non ex vitio intrinſeco erroris, ſed ex defectu ex- 5
trinſeco ſolemnitatis, per quem actus in ſubſtantia non vitiatur, *Barboſ. in addit. ad cap. Ac ſi Clerici num.* 12. *de Judic. tom.* 6. *Farinacc de Reo confeſſ. & convict q.* 8. *n.* 206. *de Angel. de confeſs. lib.* 1. *q.* 6. *n.* 22. *Scacc. de Commerc. & Camb. par.* 3. §. 1. *limit.* 7. *n.* 17. *Rot. cor. Buratt. dec.* 803. *num.* 5. *& dec.* 305. *num.* 7. *par.* 13. *rec.*

Eoque potiſsimùm, quia confeſsiones anni 1625. ut plurimùm expletæ apparent à Poſ- 6
ſeſſoribus laycis, qui deindè bona tranſtulerunt in Loca Pia; ideòque iſtarum reſpectu ceſſat quæcumque nullitatis ſuſpicio, datumque non eſt Patribus illas in diſcrimen revocare, *Rota coram Dunoz. jun. dicta dec.* 28. *nu.* 9. *& dec.* 602. *n.* 3. *coram Buratt & dec.* 40. *num.* 12. *par* 8. *& in dicta Romana emphyteuſis* 11. *Martii* 1699. §. *Etenim coram bon. mem. Muto*.

Sine difficultate, attento, quòd iidem Patres in quampluribus atteſtationibus per ipſos noviſsimè exaratis, & exhibitis in eorum *Summario Num.* 15. ad effectum probandi exemptionem

nem à ſolutione quindenniorum, ingenuè feſſi ſunt, ſe poſſidere bona de directo dominio Abbatiæ, ibi -- *Hanno poſſeduto, e poſſiedono beni ſoggetti alla Ven. Abbazia di S. Vito del Pizzo.*
7 Quamobrem huiuſmodi confeſſiones, utpotè immunes à quacumque exceptione, alias præcedentes confirmant, & controverſum dominium plenè concludunt, *Fulgin. de jur. emphyt. tit. de contract. emphyt. qu. 26. n. 7 Card. de Luca de emphyt. diſc. 37. nu. 8. Rot. dec. 262. num. 2. & ſeqq.*
8 *par. 15. & dec. 198. n. 9. par. 19. recen.* Præſertim cum exhibitæ, & productæ fuerint ab ipſiſmet Patribus, *Rot. cor. Gregor dec. 143. nu. 1 & 2. & coram Coccin. dec. 684. n. 5. & dec. 484. n. 8. par. 19. & in Romana Fideicommiſſi Mutii de Bubalo ſuper Arte Agraria 2 Maii* 1710. § *Validitas cum ſeqq. coram Me.*

Quibus omnibus, ſi addantur ſolutiones Ca-
9 nonum, & depoſitiones Teſtium, tranſit in evidentiam probatio dominii, de quo agitur, *Fulgin. ubi ſupra qu. 11. n. 5. & de ſolut. canon. q. 1. nu. 244. Capon. controv. 33. nu. 15. Rot. coram Cerro dec. 93. nu. 8. & coram Merlin. dec. 255. num. 3. & dec. 101. num. 7. & ſeqq. par. 18. rec.*

Conſtabilito ex his dominio directo Abbatiæ ſuper controverſis bonis pro declinanda quindenniorum ſolutione fruſtra recurrebatur, vel ad prætenſam conſuetudinem illa non ſolvendi, quæ vigere ſupponitur favore Locorum Piorum in dicta Civitate Tarenti, vel ad obſervantiam negativam, ex quo in longo annorum decurſu nunquam dicta quindennia ſoluta fuiſſe probantur. Etenim aſſerta particularis
10 conſuetudo, nec à longè juſtificatur ex dictis informibus fidibus pro majori parte ab ipſiſmet Religioſis principale intereſſe habentibus, pendente lite, exaratis, quibus proindè nullatenùs deferendum venit, juxtà tritas regulas, de quibus, *Rota coram Cerro dec. 856. nu. 6. & dec. 87. num. 8 coram Emer. jun.*

Et tamen per univocas, & undequaque concludentes probationes comprobanda foret, tum
11 quia contra eam apertè militat diſpoſitio juris, tum, & fortiùs, quia eidem adverſatur univerſalis totius Regni Neapolitani conſuetudo, ſecundùm quam dicta quindennia per manus mortuas paſſim perſolvuntur, quemadmodum teſtantur *Ricc. in prax. par. 1. reſol. 623. per tot. Novar. in Summ. Bull. comment. 145. nu. 16. & 21. Niger. de laudem. qu. 12. art. 3. nu. 145. tom. 1. Capon. controv. forenſ. 30. n. 13. & 26. Rot. cor. Coccin. dec. 2357. à n. 15. & dec. 494. n. 13. par. 9. rec.*

Obſervantia verò negativa neutiquam reſultat ex nunquam probata ſolutione quindenniorum: nam de tempore confectionis primæ Platææ, de anno ſcilicet 1625. ferè omnia bona erant penès Laycos; abindè verò citrà, dum devenerunt ad manus mortuas, nil mirum, ſi non probantur quindenniorum ſolutiones; quia cum iſtæ fieri ſoleant poſt lapſum quindecim annorum, facilè, juncta pervicacia in ſolvendo, quæ dedit cauſam liti; præterlabi potuit tem-
12 pus intermedium, in quibus circumſtantiis nullum irrogatum cenſeri debet præjudicium Domino directo, maximè quia in eodem non probatur uſque à principio ſcientia tranſitus dictorum bonorum in manus mortuas, *Rota in dicta Romana Domus, ſeu Domorum 13. Januarii* 1708. § *Cæteris tàdem cor. Rev. D. meo Decano.*

Tranſeundo ad alteram Dubii partem, cenſuerunt Domini, eadem quindennia deberi ad 13
rationem decimæ partis pretii, quia quamquam de jure ſola quinquageſima pars debeatur, juxta *text. in l. final. Cod. de jur. emphyt.* id tamen procedit, quoties ex uſu, & conſuetudine regionis, ſeu ex partium conventione major, vel 14
minor quantitas ſtabilita non fuerit, *Fulgin. de jur. emphyt tit. de laudem qu. 4 nu. 5. & 6. Gratian. diſcept. foren. cap. 460. n. 70. Capon. dicta contr. 30. n. 39. Bonden. Colluc. legal. 35 nu. 17. & ſeqq. lib. 1. Card. de Luca de emphyt. diſc. 1. n. 10.*

Et quod inviolabiliter ſervetur huiuſmodi conſuetudo, quamvis quindennia taxata fuerint 15
uſque ad decimam partem pretii, & ultrà, præcisè tradunt *Alex. conſ. 5. nu. 9. lib. 5. Burſat. conſ. 127. à num. 53. lib. 2. Gratian. diſcept. foren. cap. 180 n. 2. in fin. Balzaran. de Feud. lib. 2. tit. 55. n. 15. Niger. de laudem. tom. 1. q. 3. à n. 17. & n. 24. cum plur. ſeqq.*

In hypotheſi concurrit tàm conſuetudo, quàm pactum ſolvendi quindennia in dicta decima parte. Conſuetudinem quidem probant Teſtes formiter examinati uſque de anno 1624. qui uno ore teſtantur, ſe tanquàm Miniſtros Abbatiæ ſemper exegiſſe laudemia ad rationem dictæ decimæ partis, prout retro elapſis temporibus practicatum fuerat, juxta ſuorum majorum traditiones: quæ ſanè depoſitiones emiſſæ in formali examine à Perſonis de facto pro- 16
prio exactionis deponentibus, plenum probationis gradum conſtituunt, *Rot. coram Buratt. dec. 193. n. 5. & 6 & coram Emer jun. dec 66. n. 3. & dec. 763. pariter n. 3. & in Spoletana. ſeu Nullius Decimarum 3. Februarii* 1708. § *Cæterum cor. Eminentiſſimo Domino Cardinali Priolo.*

In idem collimat tàm fides Notarii, teſtantis, quod omnia Inſtrumenta conceſſionum bonorum Aabatiæ ſtipulata fuerunt ſub hac expreſſa conventione ſolvendi decimam partem pretii pro laudemio, quemadmodum de facto dicta quantitas ſoluta apparet ex Inſtrumentis hodiè exhibitis, quàm & validiùs ſolemnis res judicata Regii Conſilii Neapolitani, per quam emptor nonnullorum bonorum Abbatiæ condemnatus fuit ad ſolutionem laudemii ad rationem decimæ partis pretii; cùmque hæc res judicata emanaverit cum legitimo Contradi- 17
ctore, & in caſu præciſo, in quo verſamur, firmat ſtatum, & afficit cœteros omnes poſſeſſores bonorum ejuſdem ſpeciei, vulgata *l. ingenuum ff. de ſtat. hom. Rot. coram Priol. dec. 414. n. 4. & cor. Emer. jun. dec. 787. n. 3. & alibi paſſim.*

Et tandem hæc omnia validiſſimè confirmat expreſſa pariter confeſſio eorundem Patrum, qui in præfatis Inventariis, ſeu Platæis declararunt, bona dictæ Abbatiæ *obnoxia eſſe ſolutioni decimæ pretii loco laudemii, eaque ſub hoc onere, cæteriſque pactis emphyteuticis ſeſe retinere*; adeout nihil ultrà quærendum ſit in comprobationem conſuetudinis, & pacti ſolvendi ſæpè dictam quantitatem.

Quin obſtet, quod huiuſmodi probationes reſpiciant laudemia, non quindennia, de qui- 18
bus res eſt in præſenti; hæc enim, ut præmiſimus, loco laudemiorum totaliter ſubrogata ſunt, ideoque in ipſa quantitate, qua ſolvun- 19
tur

tur laudemia, ſolvi iidem debent quindennia, cùm iſta ab illis non ſubſtantiantur, ſed in ſolo nomine differant, optimè *Rot. poſt Card. de Luca ad mater. de Servit dec. 18. nu. 3. cum pluribus ſeqq. in dicta Romana Domus, ſeu Domorum 13. Januarii 1708. ſub §. Verùm coram Reverendiſſimo Domino meo Decano*.

Minus ſuffragatur, quod in Regione, de qua agitur, ſolvatur laudemium in caſu dumtaxat veræ venditionis, non autem pro aliis Contractibus donationis, ac dotationis, & pro ſucceſſionibus, ut deponunt duo Teſtes aliàs inducti, ideoque taxa laudemii ſtabilita pro una tantùm ſpecie alienationis rariùs contigibili regulare nequeat quantitatem quindenniorum, ſed habendus ſit reſpectus etiam ad prædictos caſus, in quibus laudemium non ſolvitur; Præfati ſiquidem Teſtes nullatenùs attendi merentur, ſive quia in hac materia non reſpicitur qualitas Contractuum, ſed ſimplex fa-
20 ctum tranſitus bonorum in diverſam perſonam, & in quocumque caſu indiſtinctè debetur Domino directo laudemium, *Hodiern. ad Surd. dec 93. n. 4 Fulgin. de jur. emphyt. tit. de donat. q. 6. n. 2. Antonell. de temp legal. lib. 3. cap. 7 nu. 10. & ſeq. Rot coram Gregor. dec. 520. n. 3. & in dicta Romana Quindenniorum 16. Decembris* 1707. *§. Neceſſitas coram Me*. Sive quia eorum dictis prævalet indefinita confeſſio Patrum, qui abſolutè faſſi ſunt, deberi laudemia ad rationem decimæ partis pretii. Immò talis confeſſio neceſſariò verificari debet reſpectu quindenniorum;
nam in manibus mortuis ob interdictam facul- 21
tatem alienandi, figurabilis non eſt caſus ſolutionis laudemii, *Burſat. conſ. 381. num. 11. Surd. conſ. 143. n. 38. Mantic. de Tacit. & Ambig. lib. 25. tit. 9. nu. 16. Rot coram Buratt. dec. 504. num. 7. & dec. 353. n. 26. par. 9. rec.* Quod optimè agnoverunt, & expreſſerunt ipſimet Patres per illa verba - *loco laudemii*.

Et ità utraque &c.

IN-

INDEX
RERUM, ET VERBORUM
Tractatus de Quindenniis.

A

A Diverſis non benè ſit illatio, cap.27. num.29. pag, 104. cap.37. nu.18. pag.134. cap 50 n.307 pag.207. cap.57. n.33. pag.283. cap.63. nu.100. pag.302. cap.65. nu.30 pag.307. cap.68. nu.135. pag.320. cap.152. nu.13. pag.461. cap 165. n.2. pag.482.
A locatione ad Emphyteuſim benè arguitur, cap.57. n.23. pag.285. cap. 66. nu 13 pag. 309.
A feudo ad Emphyteuſim benè arguitur, cap. 63. num.52. pag.299. cap.68. nu.102. pag.319. cap. 74. nu.5. pag.335.
A Practicis introductus terminus aſſecurationis, parùm Latinus, cap.54. num.5. pag.272.
A mandato de aſſociando non datur appellatio,cap.76.n.29.pag.340.
A mandato de aſſociando cum a liſtentia Familiæ non datur appellatio, cap.76. nu.31.pag. 340.
A ſimili V. Argumentum à ſimili.

Ab.

Ab identitate Rationis V. Argumentum ab identitate Rationis,

Abbas.

Abbas, licet mitrhatus, non tamen exercet jura Epiſcopalia in præjudicium Epiſcopi, cap 113 nu.10. pag. 411.
Abbas conſideratur Epiſcopus Cathedralis Regularis, cap. 158. nu.5. & 6 pag. 470.

Abbatiſſa.

Abbatiſſæ delas Huelgas in Hiſpania, mentio, cap.125. n.2.pag.431.
Abbatiſſæ S. Petri Puellarum Barchinonen. mentio, cap. 125. nu.3. pag. 431.

Abimelech.

Abimelech ſalivit rebellem Vrbem Sichem, cap.2. nu.197. pag.23.

Abſens.

Abſens à Choro ex aliqua legitima cauſa lucratur fructus, & habetur pro præſente, cap.95. nu.14. pag.381.
Abſens ex cauſa legitima, habetur pro præſente, cap 99.n.17.p.389.
Abſens Canonicus etiam lucrari poteſt quindennia, cap. 101. nu. 14. pag. 395.
Abſens à Capitulo Canonicus, participat de quindennio, cap. 103. nu.21. pag. 398 cap 127. nu.6.pag.434
Abſente Epiſcopo Vicarius Generalis non poteſt intrare Capitulum, dummodò illud ſit exemptum, cap. 154. nu.1. & 2.pag.463.
Abſentes Canonicos inter etiam dividenda ſunt quindennia, cap. 97. nu.6 pag.385.
Abſentes Emi Titulares, deputare poſſunt Vicarios, c.163, n.1.p.479

Abſentia, & V. Mors.

Abſentia adſimilatur morti, cap.50. nu.61. pag.225.
Abſentiæ in caſu Emorum Titularium, iſti deputare poſſunt Vicarios, cap. 163. num.1.pag 479.

Abſolutio.

Abſolutio ex defectu probationis, eſt adinſtar ex hactenùs deductis, cap. 133. nu.4, pag.443.
Abſolutio ex indulgentia conceſſa, non tollit infamiam, cap. 133. num.6.pag.443.

Abſurdum.

Abſurdum eſſet, quod primus Emphyteuta, ſubemphyteuticando, privare poſſet quindenniis Dominum directum cap.47.n.11.p 161.
Abſurdum videtur, ex contractu gratuito deberi intereſſe, cap. 57. nu. 37 pag 283.
Abſurdum vitandum, cap. 66. nu.7. pag.308.
Abſurdum eſt, quem obligari priùs ad fructus, quàm ad reſtitutionem Canonicatus, cap. 98 nu 5.pag. 386.
Abſurdum eſt, propriam induſtriam aliis communicari, cap. 121. nu.12,pag. 424.

Abulen. Diœceſis V.Fructus.

Abuſus.

Abuſus eſt petere Xenia pro litis victoria, cap. 47. nu.17,pag. 161.
Acbab. V. Neceſſitas

Acervi Salis.

Acervos Salis hoſtibus deprecatur Sophonias Propheta, cap. 2. nu.198.pag.23.

Acceſſorium.

Acceſſorium contractus emphyteutici eſt laudemium, cap.2. n.106. pag.18.
Acceſſorium non debet eſſe potius principali, cap.50. n.883. p.244.
Acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis, cap.63. n.63 pag.300. cap. 68. nu.115. pag. 319. cap.73. nu.13. pag.335. cap 100. nu.9. pag. 391.
Acceſſorium non ſequitur naturam ſui principalis, quando acceſſorium habet propriam naturam diverſam ab illa ſui principalis; cap 68. nu.128. & 129.pag.320.
Acceſſorium non ſequitur naturam ſui principalis, ubi acceſſorium verè, & propriè eſt principale, cap.68. nu.130, pag 320.

Accreſcendi jus.

Accreſcendi jus intrat inter Canonicos, cap.134. nu.4.pag.443.

Accreſcens.

Accreſcens pars, cenſetur acceſſoria cap.63. nu.64.pag.300.

Accreſcentiæ V. Additamentum, & Augumentum.

Accreſco.

Accreſcere debent fructus incerti ſolis intereſſentibus, cap. 95. n.6. pag. 381.
Accreſcunt non delinquentibus emolumenta,cap.134. n.3.pag.443.
Accreſcit portioni, non perſonæ, portio vacans,cap.134.n.15 p 444.
Accreſcunt reliquis Canonicis diſtributiones quotidianæ, ſuſpenſo, ſeu interdicto Canonico, cap. 134. nu 16 pag. 444.
Accreſcuut aliis Canonicis vigore Concilii, fructus Canonicatus amiſſi, cap. 146 nu.18. pga.457.

Accurſius, & V. Bononia, Jus, & Lego.

Accurſii filia, Bononiæ legſt, cap, 5. nu.4. pag.35.

Acta.

Acta ad traſportanda admittitur purgatio moræ, cap.56. n.32.p.277.

Actio.

Actione de tanti judicatur, quanti de re ipſa, cap.38.n.14. pag.139.
Actionem ad rem habens, intelligitur per fictionem rem habere, cap. 38. nu.17 pag.139.
Actionem aquæ pluviæ arcendæ habens,& dominium fundi in alium transferens, deſinit habere aquæ pluviæ arcendæ actionem, cap 48. nu 2. pag. 170.
Actio exigendi quindennium partim eſt realis, & partim perſonalis, cap.48. nu.3. pag. 170. cap.49. nu.4 pag. 176.
Actionem habens pro conſequendo quindennio, videtur rem quoque ipſam habere, cap. 50. nu.93. pag. 196.
Actionem ad hæredem tranſmittit, qui ſuccedit in univerſum jus defuncti, cap.50. nu 94. pag.196.
Actio realis ſequitur rem, cap. 50 nu.706. pag.232.
Actio redhibitoria, non datur pro parva re, cap 50.n.714.pag.233.
Actionis legis Aquiliæ tempus ut in pœnam vulnerantis computatur ſtatim à die vulneris, cap. 69. nu.75.pag.326.
Actio ſubſidiaria intrat, evicto capitali dato in ſolutum, cap.170. num,24.pag.491.

Actor.

Actor non poteſt reconvenire reum convenientem, cap. 72. nu.16. pag.333.
Actori incumbit onus probandi, cap.76. nu.58 pag 312.

Actus, & V. Qualitas.

Actus reſolutio efficit,ac ſi retro factus non fuiſſet,cap.39.n.6.p.141.
Actus quæ ſunt de natura, ſemper excepta, quibuſcumque verbis concipiatur actus illis contrarius, cap,43. n.7. pag.150.
Actus ſolutionis non retrotrahitur, cap.48. nu.46. pag.174.
Actum licitum facit, inſtituens fideicommiſſum in Emphyteuſi, cap.51. nu.132. pag.254.
Actus coactivus non conſtituit in quaſi poſſeſſione, cap. 60. nu.38. pag. 291.
Actus aliquis, antequàm compleatur, propriè dici nequit actus, cap.68. nu.19. pag 313.
Actu unico exactionis laudemii conſtituitur Dominus in quaſi poſſeſſione illud exigendi, cap.65 nu.43.pag.308.
Actu ex facultativo non inducitur obſervantia, cap.68. n.50. p.316.
Actus petendi laudemium, non eſt alienatio, cap.79. n.6.pag.350.
Actum gerentis naturalis intentio eſt, nè ſibi noceat, cap.163. n.9. pag.480.

Actus unicus V. Vnicus actus.

Additamentum.

Additamentum ejus naturæ eſſe debet, cujus res eſt, cap. 63. n.62. pag 300.

Adminiſtratio.

Adminiſtrationem dotis reſpicit dominium viri,cap 52.n.212.p.268.
Adminiſtrationem vix habet maritus in bonis paraphernalibus, cap.81. nu.33.pag.357.
Adminiſtrationem abſolutam hodiè non habet Superioriſſa Monaſterii Monialium, cap.82. nu.10. pag.359.
Adminiſtratione Eccleſiæ indiget Epiſcopus pro perceptione fructuum ſui Epiſcopatus, cap.102. nu.13.pag.395.
Adminiſtratio Præbendarum indiſtinctarum eſt penes Capitulum, cap. 141. num.3. pag.451.

Admi-

Index Rerum,

Adminiſtratio Præbendæ indiſtinctæ, non ſolùm illius proprietas eſt penès Capitulum, cap.141. nu 8.pag.452.

Adminiſtrator.

Adminiſtrator præjudicare nequit, cap.46. nu.12. pag.158.

Adminiſtrator legitimus bonorum adventitiorum filii eſt Pater, cap. 80. nu.8. pag.352.

Adminiſtrator Patris non eſt Filius, niſi ſpecialiter, c.80. n.28.p 354.

Adminiſtrator ſimplex, ſeu Procurator eſt Capitulum præſertim antequàm fructus Præbendales, & quindenniales dividantur inter Canonicos, cap.100. nu.22. pag.393.

Advocatitia.

Advocatitii feudalibus à, ſeu protectionibus Auctor putat, derivaſſe Protectorias Cardinalitias, cap.168. nu.2. pag.187,

Advocatus, & V. Cliens.

Advocato defuncto antè tempus præſtationis operarum, debetur honorarium ejus hæredibus, cap.50, n.64. pag.194.

Advocato decedente antè operam præſtitam, honorarium repeti nequit à Cliente, cap. 50. nu.152. pag.199.

Advocati hodiè vilipendunt ſcientiam, cap.50 nu.159. pag.199.

Ægidiana Conſtitutio.

Ægidiana Conſtitutio in contractibus minorum, & mulierum requirit conſenſum proximiorum, ad authorizandum perſonas, cap.141. nu.18. pag 452.

Ægyptus.

Ægypto in licuit furari ad ſubterfugiendam ſervitutem, cap. 35. nu.12. pag.125. cap.59. nu.7. pag.287.

Ægyptii.

Ægyptii, & Alexandrini crediderunt, cor augeri per ſingulos annos. cap.2. nu.176 pag.21.

Æmilianus, & V. Doctores reprobati.

Æmilian. conſ.153. nu.9. reiicitur, cap.6. nu.175. pag.53.

Æmulatio.

Æmulatio quædam naturalis, & geniorum diverſitas inter fratres, cap. 3. nu.30. pag.30.

Æquales.

Æqualibus ſub, quales ſunt fratres, licet natu majores, ſancta deberet eſſe ſubjectio, attamen ſemper duriſſima eſt, cap.3.n 55.p.30.

Æquales debent eſſe dimidii Canonici cum integris, cap. 101. nu.6. pag.393.

Æqualitas.

Æqualitas ſervanda eſt, cap. 50. num.496. & 817. pag.218. & 240.

Æqualitas ſervanda eſt in judiciis, cap. 61. nu.4. pag. 292. cap. 145. num.2 pag.455.

Æqualitas ſervanda eſt, maximè inter Eccleſiaſticos, cap. 149. n.5. pag.459.

Æquiparatio.

Æquiparatio de exiſtente in actu, cum via ad actum, continet materiam brocardicam, cap. 69. nu.72. pag.326.

Æquiparatum.

Æquiparatum non poteſt eſſe majoris roboris, quàm eſt id, cui æquiparatur, c. 17. nu.26. pag.81.

Æquitas.

Æquitas prævalere debet rigori, cap.44.nu.5.p.152.cap.62.n.33.p.294.

Æquum.

Æqui amatrix Eccleſia, non præſumitur velle damnificare tertium, cap.1. num.94. pag.7.

Æquo longior non eſt, nec brevis terminus annus, cap.2. n.41. p.14.

Æquum eſt, ut Epiſcopus, & Capitulum tamquàm fratres concurrant in proviſione Præbendarum Cathedralis, cap.157. n.9. p.468.

Æquum non eſt, quòd innocens privetur jure Collegii, ſeu Capituli, ex aliorum culpa, cap.135 nu.15. pag.446.

Æſtimatio.

Æſtimatio fundi probatur ex prætio fructuum ſingulis quindecim annis ex eo colligendorum, cap.1. nu.62. pag.5.

Æſtimatione ad quindecim annos facienda, etiam litem præſtat donator, incertorum agrorum, cap.1 nu.61. pag.5.

Æſtimatio reſpicit legatum, vel aliam quamcumque tàm inter vivos, quàm cauſa mortis translationem, cap 9. nu.6. pag.62.

Æſtimatio legatæ Emphyteuſis manui mortuæ, an debeatur ab hærede, controvertitur, cap. 10. nu.2. pag.63.

Æſtimatio ex legara re fideicommiſſaria, an debeatur legatario, controvertitur, cap.10. nu.3. pag.63.

Æſtimatione quindennii nondùm facta manus mortua non dicitur in mora illud ſolvendi, cap.56. nu.62. pag.278.

Æſtimationem juxta currentem de tempore conceſſionis regulanda eſt quindennii taxatio, cap 63. nu.1. pag.296.

Æſtimatio laudemii facienda, deducta gabella, ac ſingulis expenſis, cap 63. num.10. pag.297.

Æſtimatio quindennii facienda, deductis melioramentis, cap. 63. num.11.pag.297.

Æſtimationem juxta de tempore conceſſionis ſi adfuerit longæva obſervantia ſolvendi quindennium, fortiùs attendendus eſt valor de tempore contractus, cap 63. nu.30. pag.298.

Æſtimatio Emphyteuſis in jure prælationis, facienda eſt juxta tempus, quo fit prælatio, cap 63. nu 47.pag.299.

Æſtimatio Emphyteuſis in ſolutione quindennii facienda eſt quanti valet utile, dominium ſine directo, cap.63. nu.49. pag.299.

Æſtimationem juxt de tempore, excambium Vaſſallo promiſſum calculandum eſſe contraria opinio, eſt verior, cap.63. num.51 pag. 299.

Æſtimatione in melioramentorum conſideratur tempus præſens, cap 63 num.71. pag.300.

